MATTHAEI VVESENBECII

IN

Pandectas Iuris ciuilis

ET

Codicis Iustinianei LIB. IIX.

COMMENTARII:

HI quidem nunquam anteà editi: ILLI uerò sub PARATITLORVM *nomine iam sæpius, ob diligentem recognitionem & insignem acceßionem nouis similes prodeunt.*

CVM INDICE GEMINO.



Cum priuilegio Cæsareo ad sexennium, Regio ad quinquennium.

BASILEÆ,
Per Eusebium Episcopium, & Nicolai fr. hæredes.
M. D. LXXXII.

1603

Pro Georgio Hesso M.
80

BIU Cujas

BIU Cujas

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, COMITI PALATINO AD RHENVM, SACRI ROMANI Imperij Archidapifero, & Electori, Duci Bauariæ, &c.



QVOD Marcus Crassus apud Ciceronem, de illa, quam tantopere miratur, bene dicendi facultate, rectissimè statuit, nunquam eam non ineptam esse, nisi cum est necessaria: idem ad totum susceptæ huius scriptionis genus, iudicio doctorum, uereque sapientum, & solet, & certè potest accommodari. Quorum inter plerosque constat illud quod uerum est, in hoc imminente rerum humanarum occasu, circumactaq; iam fermè præcipitantis æui periodo, frustra tantum laboris in hisce politicis studijs, paulo pòst desituris, consumi: scribendique accurationem huius argumenti laboriosam magis quàm necessariam, præ melioribus cogitationibus atque actionibus, quæ & necessariò suscipi debent, & esse saluti possunt, perperam, neque rectè præuerti. Quocirca dandam potius esse cuique operam, ut ab occupatione transeuntium & caducarum feriati rerum, in pijs ueræ religionis & inuocationis assiduæ exercitijs, aduentanti Dei filio, & ad calculum mortuos iuxtà uiuosque propediem reuocaturo, præstolemur: ac ita uita simus, animoque constituti, ut ipsius munere concessuque, cernere promissam cœlestis uitæ hæreditatem, & stabili certaque bonorum æternorum possessione perfrui dein possimus.

Ad quam quidem curam & meditationem omnium operum humanorum longè maximam, maximeque salutarem, etiam aspe ritas præsentium temporum, Reipubl. uastitas & perturbatio, uarijque nec non peracerbi tùm communes omnium, tùm priuati singulorum casus, excitare non inertes animos, & commouere debebant. Quid enim est profectò rebus uspiam in corporatis & aspectabilibus, quo prouida mens acquiescat? aut quid non potius à tristissimo harum ærumnarum conspectu sensuque ad piam cœlestium bonorum meditationem, seuocet intelligentem, & abducat? cum uel uniuersa mundi natura, suis iam fessa fractaque laboribus, & effœta senio, ac hominum flagitijs uelut morbis confecta lethalibus, ad eandem ἀπολύτρωσιν, si unquam aliàs, certè

BIU Cujas

nunc in primis cum quadam ἀπονοραδοκίᾳ feratur & anhelet. Accedit miſerrima, quæ præ oculis eſt, Reipubl. fortuna, & inenarrabiles ὠδῖνες Eccleſiæ, hoc in extremo ſæculorum agone, duriſſimis angoribus & ſæuiſsimis doloribus laceratæ. Experimur captum eſſe iam impetum iuſtiſsimæ iræ diuinæ, quæ uitijs adultis, humanos finire properat, & punire furores. Quàm multiplex & ad horrorem deformis opinionum, cultuum atq; morum confuſio res corruperit publicas priuatasque, nimirum eſt in conſpectu. Quanta uerò licentia graſſentur impij ſpiritus, & ultimum hoc tempus ſuum perbacchantes, quid in nos moliantur & laborent: quam Reipubl. noctem, Eccleſiæ peſtem, perniciem ſingulis inuehere conentur: exempla quotidie tragica propemodum in oculos incurrentia, cuiuis non omnino hebeti, luculenter exhibent atque demonſtrant.

Quæ cum tanta ſint, quanta non modò uerbis explicare, ſed etiam cogitatione quoq; complecti difficile ſit: ecquam non piam mentem ab his inaniſsimis, & ueri boni expertibus humanę ſapientiæ doctrinis, ad meliorum rerum accurationem, & ſalutis cùm ſuæ, tum publicæ procurationem, ſeuocare & poterant & debebant? Hæc ipſe mecum ſæpè diſputans, uideor interdum peccare mihi, cum præ illis optimarum & diuinarum commentationum ſtudijs, tam operoſo conatu dedo me celebrandæ Iuriſprudentiæ: ſuum quidem in hac mortali uita habenti uſum, ſed qui nec illarum cum occupationum utilitate comparandus eſt: neque ad illam ſummam, quæ iure petitur beatitatem, multum conducere poteſt: & ſubinde fatali communis naturæ ruina, tandem obruatur eſt neceſſe. Sic ut totus hic labor noſter in ueteris illius uerſiculi reprehenſionem incurrere uideatur:

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιήμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονήμεθα.

Ac fieri non aliter poteſt, eiuſmodi quin à cogitationibus retardetur impetus ſuſceptæ contentionis, & alacritas omnis languefiat. Sed cum mecum contrà reputo, qua in ſtatione locatus, quam perſonam ſuſtineam, quibuſque actionibus curſus uitæ & uocationis noſtræ ſit deſtinatus: rurſum ad inſtituti carceres animum reuocari ſentio, facileque in eam perducor ſententiam, ut exiſtimem: cum nec deſiderio cœleſtium bonorum, neque terrenarum moleſtiarum tædio, uitæ mandari laqueum fas ſit: nec abſtineri oporteat aere, cibo, potu, cæteriſque prorogandæ ætatis adminiculis diuinitùs conceſsis: ne illud quidem conſentaneum

eſſe,

BIU Cujas

esse, ut de prę monstrata cuiq; uiuendi ratione atq; uia abeatur: & iniussu illius, qui suum singulis munus assignauit, præsidium uitæ impositum, priuato aliquo cõsilio deseratur. Ac cum beati prædicentur à Dei filio, quos in uniuersali illo extremoq; humanarum rerum Comitio, reperturus est sedulò, quod imperatum erat, satagentes: sequens ediuersò est, qui uel stulta aliqua uoluntatis inductione, inaniq; & splendida melioris fortunæ consectatione, stationem alienam sua deserta petunt & inuadunt: uel tædio difficultatum, aut formidine periculorũ, in eo quod agendum erat, franguntur & cedũt: eos nec Deo gratam rem facere, nec in aliqua sempiternæ felicitatis parte pòst hærere commodum posse.

Quæ cum ita se habeant, & in hunc excolendæ Iurisprudentiæ campum me longo secundũ alios emissum interuallo sentiam: facere nõ aliter possum, quin quantum à melioribus illis curis ocij supereſt, id omne negocium istud ad procurandum conferam: ut quantacunq; hoc in genere nostra putatur facultas, ea, cùm docẽdo tum scribẽdo, meliores faciam, & Reipub. aliquando gerendę utiliores, qui ad omnem uirtutis iusticiæq; cum primis cultum, & salutarẽ ciuilis uitæ, cùm degendæ tum regendæ prudentiam, hisce nostris doctrinis in schola erudiuntur. De quo scilicet cuique licebit existimare quod uolet: nec enim id est magnoperè laborandum, cùm Deo, non hominibus, haud accurata oratione, sed recta & laudabili cõsiliorum ratione, summa cunctarum actionũ sit approbanda. Mihi certè perquàm uideturiniurium, quando prætorio nullus edicto, ad hæc nostratia legenda compellatur, intendi nobis litem de publico scribendi iure: cuius cõmunem usum norunt omnes, non minus indoctis quàm eruditis esse liberè concessum. Atq; hunc quidem libellũ, cur in publico iam apparere passus sim, est in promptu causa. Nam cum res ita tulisset, ut pro meo munere tractandis Iuris scientiæ elementis, & ad cognitionem auditorum, qui id peterent, transferendis, operã meam locarem: uisum fuit hoc instituto fore non alienum, si Isagogico eiusmodi proœmio, rudioribus uiam munijssem ad intelligentiam illius explicationis rectius celeriusq; comprehendendam: quibus quidem hoc inuidere subsidij genus, non eum profectò decet, qui Ecclesiæ ac Reipub. (utriq; enim hoc studium ponitur) amicum sese fateatur.

Tuo uerò illustriss. atq; optime Princeps nomini uerè inclyto, hoc quicquid quantumq; est lucubrationis, dedicandũ putaui:

taui: quòd & maximo T.C. beneficio cuncti harum regionum incolæ nuper admodum affecti sumus: & ipse ciuium nomine meorum plurimum T.me C. debere sentiam, quos domo partim exulantes, quod maximum esse scribitur malum, ἔργῳ δ' ἐσὶ μεῖζον ἢ λόγῳ: partim in acie nouaculæ, uelut aiunt, alibi periclitantes, cum omnibus illustris beneficentiæ & germanæ pietatis officijs complectare: fieri nequit aliter, quin ad me quoque tam excellentem pertinere gratiam aliqua parte gratus interpreter: ut par sit, non modò gratias, quantas animo concipere possumus maximas, Ex. T. scribi: sed penè diuinas hasce uirtutes in tam illustri loco, uelut in bono lumine collocatas, publicis celebrari scriptis, atque adeò æternitati, quantum in nobis est, cõsecrari. Nec uerò iam addam, Isagogicos eiusmodi libellos, Principum cognitione non esse prorsus indignos: quibus propter gubernationem quidem, instrumento maximè iuris opus est, propter occupationũ autem molem, maioribus scriptis peruolutandis minimum otij supereſt. Sed hæc cum T.C. quam Deus ingenio, sapientia, iudicio præcellenti, superillustre uirtutis decus, insignitè ornauit, certò sciam esse notissima: mihi ad commemorandum, hoc potissimùm loco atq; tempore, nõ sunt necessaria. Accipies igitur hunc libellum eo animo, qui tua heroica pietate & illustri clementia dignus est: meq; ad eorum numerum, qui T.E. maximè florentem esse cupiunt, aggregabis. Deus inclytam T.C. cum tota generosiss. familia, Ecclesiæ & Reipub. bono perdiu incolumem seruet. Datæ, Die 25. Octobr. Anno Domini 1567. qui dies mihi Antuerpiæ, annis ab hinc 36. nempe Anno 1531. natalis fuit: circiter horam sextam antemeridianam. Oro autem Dei filium, ut quicquid spacij huic curriculo adijcere uoluerit, id ad nominis sui gloriam, Ecclesiæ, Reipub. plurimorumq; commoditatem uelit pertinere.

TYPOGRAPHVS BI-
BLIOPOLAE.

Ne quem operis huius noua inscriptio, & prioris tituli mutatio offenderet: emptorem monitum uolo, hos Commentarios iuris planè illud ipsum esse opus, quod antea author PARATITLA IN PANDECTAS IVRIS CIVILIS *nominauit: nisi quòd hæc editio prioribus locupletior est, uti ex collatione deprehendere licet: & Commentarij in priores libros Cod. eiusdem argumenti, nunc primùm adiuncti sint. Tu nostros labores, & erga Rempub. literarum promouendam studium, boni consule.*

BIU Cujas

MATTHAEI VVESENBECII COMMENTARIVS IN DIGEST▸ LIB▸ I▸ DE IVSTI= TIA ET IVRE. TIT. I.

1 Continuatio tituli.
2 Finis Iurisprudentiæ, & media ad finem ducentia.
3 Vnde dicta sit iustitia, & quàm uariè accipiatur.
4 Triplex iustitiæ uniuersalis definitio.
5 Diuisio, partes & species.
6 Causa efficiens.
7 Materia in qua, & circa quam.
8 Forma, finis & effectus.
9 Cognata & contraria.
10 Differentia iustitiæ uniuersalis & particularis: & quid sit particularis.
11 Diuisio & species iustitiæ particularis.
12 De iustitia distributiua: quid sit, quæ eius causæ, fines, affinia, contraria.
13 De iustitia commutatiua: quid sit, quæ causæ eius, fines, affinia, contraria.
14 Ius unde dictum sit: & quid sit, & quotuplex.
15 De iure naturali.
16 De iure gentium.
17 De iure ciuili.
18 De æquitate.

1 

MNIS † quę uia & ratione suscipitur de re quapiam institutio, principiò finem quò res ea fertur atq; collimat prospicere: deinde media ad exitũ rectè ducentia uestigare prudenter, & aperire solerter debet. Quemadmodum enim uiatores, qui & certam metam propositam & semitam quæ eò rectà ferat, probè cognitam habent, minus aberrare possunt: sic in doctrinis artium tradendis, cùm initiò finis cuiusq; disciplinæ proponitur, & apta subinde methodo, commodaq; discendi facultate, quæcúnque eò sine errore perducere queant, commonstrantur: fit, ut in tota deinceps institutione hallucinari minus & impingere discentes possint. Eandem uiam insistentes nostri cõpositores, primò finem huius doctrinæ ostendunt: tum compositiua ac definitiua methodo, à summis principijs artis, iuxta seriem & naturalem rerum ordinem progredientes, & ex simplicibus coniuncta, ex antecedentibus consequentia extruentes, ad finem quem initiò ostenderunt, perueniunt: & quasi manu ducentes, à carceribus ad metam usq; huius artis, recto itinere studiosos transmittunt.

2 Vt † autem artis Medicæ finis est, conseruare & restituere sanitatem: medium seu officium, præserua re à morbis, & curare appositè ad sanandum: sic Iurisprudentiæ finis est, conseruare in uita ciuili iustitiam, quæ est quasi sanitas politiarum [a]. Cic. lib. 1. de Orat. Sit in Iure, inquit, ciuili finis hic legitimè atq; usitatè in rebus causisq; ciuium, æqualitatis conseruatio. Porrò medium quo id obtineri potest, est ius nosse, & quid quaq; in re iustum iniustum, æquale inæquale sit, ratione & studio exquirere: idemq; exquisitum atq; cognitum scienter reddere, & in usum fori publicum educere, ac omnibus rerum humanarum actionibus, cùm publicis tum priuatis, rectè atque æquabiliter accommodare. Quocirca disputant initiò nostri de iustitia, tanquam de causa & fine artis: tum in genere de principijs, partibus ac speciebus iuris: quæ principes uiæ sunt, quibus ad iustitiam itur, primaq; elementa ac fundamenta, unde per σύνθεσιν paulatim progrediendo, iuris ars extruitur. Porrò uelut in reliquis disciplinis quanquam in foribus finis cuiusq; indicatur: non tamen analytica serie opus extrui usitatum est, sed ad compositiuam ac definitiuam methodum, quæ maximè ad discendum docendumq; est accommodata, tota plurimum explicatio instituitur: sic nostri Iuris compositores, contenti initiò digitum intendisse in finem Iurisprudentiæ, qui est iustitia, statim ad principia redeunt: & naturam rerum secuti, à primis iuris elementis, ac uniuersalibus principijs progredientes, artem iuris componunt: opusque Pandectarum totum, ex partium omnium naturali serie aptarum inuicem & consequẽtium, ac singularum partium iunctarum definitionibus & diuisionibus pertexunt & absoluunt: ut ex integra totius huius Operis serie ac concinnatione, facilè intelligi potest.

3 Iustitiâ † ab eo dictâ censet Alc. [b] quod uim sistat: Hotomannus [c], quòd in ea ius sistatur: ex Isidoro [d], qui uult iustitiam esse dictam, quasi iuris statum, quòd in ea ius consistat. Simplicius est dicere, à iure iustum, iustitiam à iusto iusti esse, addita particula TIA: sicuti est à mœsto mœsti, mœstitia: læto læti, lætitia: & si qua sunt similia. Itaq; rectè No. 69. [e] ex re ipsa, hoc est, ex iure quod cuiq; quatenus suum est, tribuit, trahere nomen, & iustitia dici, scribitur. Iustitiæ porrò uox hac in disputatione legali & politica, legaliter etiam accipi debet: uidelicet de iustitia operum, seu obedientia superiori debita, siue de ordine, quo quæ inferiora sunt, superiori parent & obsequuntur. Etenim uerba secundum subiectam materiam accipiuntur [f]: & talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse à prædicatis [g].

Prædicatur autem hîc de iustitia, quòd suum cuique tribuat. Sequens est igitur, subiectum iustitiæ uocabulum, de iustitia operum, quæ in agendo tribuendoq; uersetur, interpretari. Vt autem iniustitia duplex est, sic & iustitia hac in significatione bifariam accipitur. Contrariorum enim eadem est disciplina [h]. Alia namq; perhibetur esse iniustitia uniuersalis, Græcis ἀνομία [i] seu ἀδικία [k]: quæ est uniuersalis inobedientia & contumacia, contemptusq; omnium ex æquo legum: qualis est in Cyclopibus, qui iura negãt sibi nata. Alia iniustitia particularis, est defraudatio, restrictior, quæ etiam in his esse potest, qui [l] aliàs iusti perhibentur: ut Cato iniustus est, spolians Cyprum, sibiq; manus inferens [l]: Cyrus, dum iniquo iudicio ad analogiam Geometricam, rerum cõmutationes exigit [m]: Brutus, Thessalonicen & Spar

a Sap. 6. Multitudo sapientum, est sanitas orbis terrarum. Nouell. 111.

b Parer. lib. 1. c. 29.
c In Instit. tit. 1.
d c. foris. de uerb. sign.
e Vt om. pro. mag. obed.
f In auth. l. si uno. 17. ubi Dd. loca.
g gl. fin. in c. dudum. 31. de decim. Cepoll. in tract. seruit. rustic. præd. cap. de aquæ duct. num. 14. tex. in l. 3. de fund. instr. leg.
h l. pen. §. fin. ubi glos. qui satisd. cogan. l. 1. de his qui sunt sui uel alie. iur.
i 1. Ioan. 3. Aristot. Ethic. lib. 1. cap. 3. 4.
k Rom. 1. & 2. 8.
l Plutar. in eius uita.
m Xenoph. lib. 1. Cyro pæd.

BIU Cujas

a Plutarch. in eius uita.
b Cic. lib. 3. Offic.

tam prædæ militum exponens [a]: Pythius, Romano equiti Cannio Græca fide imponens [b]. Eadem igitur ratione ediuersò uocabulum iustitiæ duobus modis accipitur. Primò pro iustitia uniuersali: quæ est obedientia uniuersalis erga omnes leges, diuinas & humanas, naturales & ciuiles: & opponitur pec

c 1. Ioannis 3. Rom. 1. & 2. Psal. 119.

cato seu anomiæ [c], quomodo philosophis Aristides perhibetur iustus. Secundò pro iustitia particulari, quæ tuetur personarum ordinẽ, uel efficit æqualitatem in contractibus: ut cum dicimus, iustum esse, eruditos & idoneos ad gubernacula rerum promoueri: aut mercatorem esse iustum, qui nõ defraudat

d sic Genes. 30. Cras, inquit Iacob, respondebit tibi iustitia mea, &c.

emptores in cõtrahendo [d]. Distinctis ita iustitiæ appellationibus, seorsim de utraq; aliquid dicendũ est.

Iustitia † uniuersalis pro triplici hominis (de huius enim iustitia quærimus) ordine atque respectu, trifariam definiri solet [e]. Primus igitur est ordo homini ergà Deum: cui ut conditori & Domino cultum ac obedientiam debet. 4

e Paulus ad Tit. cap. 2. uers. 12. Apparuit gratia Dei, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, ui uamus temperanter (erga nos ipsos, & in uita priuata) iustè (erga reliquos homines) & piè. (erga Deum scilicet.)

Qua in parte iustitia uniuersalis, ita definiri solet, ut sit obedientia omnium in homine uirium, necessariò præstanda Deo conditori, iuxta omnes leges: ab ipso propterea naturæ humanæ insitas, ut congruat nostra natura cũ mente & uoluntate Dei, & non congruens destruatur: & ut in hoc iudicio agnoscatur, qualis ipse sit, & à malis discernatur. aut paulo aliter: Iustitia est uniuersalis obedientia, Deo debita, congruens ad normã totius Decalogi, seu legis naturæ, diuinitùs insita mentibus nostris, ut agnoscamus, qualis sit ipse Deus, & quibus officijs coli uelit. Hanc definitionem propriè tradit Ecclesiæ doctrina, quæ hunc solum ordinem præcipuè intuetur: quia finem actionum humanarum omnium, ad Deum (ut par est) refert. Est autem hæc iustitia spiritualis, & pietas absoluta nominari potest: quæ peracta demum hac mortalitate, in beatis angelis & hominibus, ad omnem æternitatem est effulsura. Nam in huius naturæ deprauatione, tantùm imputatione & inceptione quadam in pijs inchoatur: ideoque non tam iustitia legalis, quàm Euangelica hîc quidem debet perhiberi.

Alter ordo est hominis erga seipsum: qui in hoc uno maximè laborare debet, ut quoniam ex uarijs ac dissimilibus partibus est compositus, operam det, quo motus & facultates animi inferiores, expertes iudicij ac rationis, rectæ rationi uelut τῷ ἡγεμονικῷ obtemperent: ne incustoditæ, licentiusque effusæ,

f lib. 4. πολιτ. Aristot. lib. 5. Ethic. cap. ult.

turbent uitæ communitatem atque harmoniam.

Hunc præcipuè ordinem Philosophica Platonis intuetur schola [f], quæ priuatim absoluere hominem & uirtutis atque officij studio bonum semper uirum, non æquè bonum semper ciuem efficere conatur: eoq; sic iustitiam definit, ut sit obedientia omnium uirium in homine, erga rectum iudicium rationis, & suauissimus quidam omnium facultatum animæ in homine concentus, quam maximam Musicam uocant: quod non de sonis uocum, sed pro subiecta materia de concordia partium omnium animæ cum ratione debet accipi. Hoc respectu iustitia nõ multum à uirtute, & habitu uirium interiorum ordinato differt sicuti est in uersiculo Theognidis:

Iustitia in se uirtutes continet omnes:

nisi quòd uirtus absolutè ponitur, iustitia relatiuè. Quamobrem Aristoteles lib. 5. Ethic. cap. 3. 16. hæc non reali, sed rationis distinctione, hoc est, non re & subiecto, sed ratione secernit: cum uult uirtutem esse habitum absolutum naturæ congruentem, qui hominem in se perficiat: iustitiam autem habitum relatiuum, qui alijs prosit, & ad alterum referatur.

Tertius ordo est, Politicus, quo homo, utpote ciuili uitæ natus, ad leges, ad magistratus, ad conciues, ad suos, ad omnes deniq; reipub. partes, uelut ciuis & homo Politicus aptatur: ut harmoniam consociationis ciuilis, suo quasi concentu & attemperatione iuuet atq; perficiat. Hunc ordinem maximè probant & intuentur politici, leges, magistratus, & omnes illi, qui ad societatis humanæ, & ciuilis uitæ cultum hominem esse natum ducunt, summumq; bonum in beato reipublicæ statu positum arbitrantur. Hoc fine sensuq; Aristoteles g hominem in ciuitate locans, ab eo iustitiam exigit, quæ sit uniuersalis obedientia erga omnes leges, societatis politicæ: in qua bene iusteque constituta, uirum & ciuem bonum, in alia ciuem, non etiam uirum bonum ea iustitia efficit. Id paulo aliter reddidit Cicero h: Iustitia est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum. In hac consideratione, iustitia idem est cum disciplina externa: quæ est ordo uitæ, cauens ne quid contra legum præcepta committat. Leges enim tantùm externam obedientiam locomotiuæ, non mentis, aut uoluntatis, aut cordis ἀυτεξίου requirunt [i]. Nam hæc in ista naturæ deprauatione impossibilis est, & præstari nequit. Impossibilia uerò lege præcipi nec possunt, neq; debẽt [k]. Sed neq; peruideri latebræ & inordinati motus animi, eoq; nec lege notari possunt. Quapropter in societate ciuili, & foro politico pro perfecta iustitia hæc externa obedientiæ species habetur: quę omne νόμιμον putat esse δίκαιον, nec de lege lata disputare [l], sed ei sanctè obedire in animum inducit.

g lib. 5. Ethic. cap. ult.
h lib. 1. de Legibus.
i l. cogitationis. 18. de pœnis.
k l. impoßibilium. de reg. iur.
l c. in istis. dist. 4. l. nõ possunt. inf. de legib. l. prospexit. qui & à quib. l. 1. §. pen. de exerc. act.

Cum autem nos legum expositionem profiteamur, & disciplinæ forensis ministri simus, ac ad societatem cultumq; ciuilem studia nostra referantur: conuenit ut hanc Aristotelicam definitionem, utpote nostro instituto maximè accommodatam hac in professione retineamus. Huius † aũt iustitiæ, sicut 5 & legum ipsarum, duæ sunt partes: uidelicet θεσις τῶν διδαγμάτων καὶ ἀναίρεσις τῶν κακῶν. Vt enim duo iustitiæ genera ponit Cicero [m], unum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam [n]: sic ediuersò ad explendum iustitiæ munus, non sufficit abstinere iniurijs, easq; depellere illatas: sed etiam patria, leges, magistratus, parentes, liberi, amici, denique tota hominum societas, omni opera atq; studio iuuanda est: quomodo uidere licet etiam in sacris literis, hæc duo coniunctim perpetuò præcipi, ut Psal. 34. Declina à malo, & fac bonum. Esaiæ 1. Desinite agere peruersa, & discite benefacere. Et ut ad nos reuertamur, non longè hinc abludit Vlpia cum ait [o]: Et metu pœnarum, & præmiorum exhortatione, homines bonos efficiendos.

m lib. 1. Offic.
n Marci. 7.
o l. 1. hoc tit.

Species autem huius iustitiæ, sunt omnes uirtutes: præcipuè religio, pietas, gratitudo, innocentia, defensio, beneuolentia, liberalitas, fides, obseruantia iuris, æquum & bonum, &c. idq; quatenus in politica societate erga alios homines exercentur, non quatenus priuatam cuiusq; uitam absoluunt: nam

hactenus

hactenus ad priores illas iustitiæ definitiones referendæ sunt.

6 Causa † efficiens huius iustitiæ principalis, est Deus, author omnis boni ordinis [a]. nam ut oculus uideat, auris audiat, Dominus facit utrunq; [b]. Deinde mens humana, de legum authoritate & cultu ex notitia naturali uerè iudicans: & uoluntas, liberè ac constanter obediens honestis legibus, & imperãs externis membris, ut cum hac norma legum congruant. Nam ad perfectionem cuiusque uirtutis, tria requiruntur: primùm recta ratio & iudicium, ut ex certa scientia quid fiat: secundò libera uoluntatis electio seu προαίρεσις: tertiò constantia in honesto proposito, & perseuerantia in bene agendo. quomodo iustitia quoq; definitur constans & perpetua uoluntas [c]. Aristotelicæ iustitiæ remota causa lex est, Proxima προαίρεσις legibus obediens.

[a] Rom. 13. Ephe. 4. 1. Cor. 12.
[b] Prouerb. 20.
[c] In prin. Inst. de iust. & iur. l. iustitia. 10. h.t.

Σωφάτια sunt præcepta legum, doctrina Ethica, naturalis inclinatio, bona disciplina, sicut Aristoteles ait: Iustos fieri homines natura, doctrina, & consuetudine.

7 Materia † in qua, est uoluntas humana, cor, & externa membra, lingua, manus, &c.

Materia circa quam, sunt omniũ uirtutum obiecta. Plato lib. 4. πολιτ. in duobus ait uersari iustitiam: quæ sunt τὰ αὐτὸ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν: & indicantur à D. Paulo, 1. Thessa. 4. dum uult unũquemq; ἑαυτῷ εἶναι καὶ τὰ ἴδια πράττειν. Aristotelicæ iustitiæ materia, sunt τὰ νόμιμα, hoc est, uirtutes & uitia, quatenus de his lege cautum est [d].

[d] Arist. Ethic. lib. 5. c. 16.

8 Forma, † est ipsa obedientia, seu actionum omnium cum legibus ac ratione conuenientia. Forma Aristotelicæ iustitiæ propria, quòd πρὸς νόμον referatur, & ad eius normam obediendo congruat: quod cùm fit, iustitia uelut formam, & esse suum adepta existit [e]. Communis uerò forma omnis iustitiæ, quòd (ut diximus) πρὸς ἄλλον referatur.

[e] l. Iulianus. 9. §. 2. ad exhibend.

Fines, ut Deo mos geratur: ut ciuilis hominum societas seruetur, & sit tranquilla: ut euitari pœnæ præstitutæ contumacibus, expectari præmia præsentia & æterna possint: & denique, ut tranquillitas &

9 lætitia bonæ conscientiæ, quæ est dulcis nutricula senectutis, in omni uita conseruetur. Etsi † porrò uirtutes inter se omnes indiuidua copula sunt coniugatæ: tamen ad iustitiam proximè accedunt sedulitas in agendis necessarijs, & uitandis non necessarijs: reuerentia erga Deum, & Magistratum [f]: charitas patriæ, & politici ordinis, modestia, & similes.

[f] l. 2. h.t.

Contraria sunt, in gubernatoribus præcipuè tyrannis, iniustitia, peccata [g] commissionis & omissionis ac ignorantiæ affectatæ [h], cuiusmodi fiunt & committuntur in gubernatione reipub. defensione bonorum, & pœnis sceleratorũ. Item cõtraria in subiectis potissimũ, cõtumacia & contẽptus Magistratuũ ac legum, seditio, insidiæ, iniuriæ, malitiosa iuris interpretatio, & cæteræ rerum publicarum pestes.

[g] de quibus gl. & Dd. l. si mora. solut. mat.
[h] Tiraq. in retract. prox. §. 15. gl. 1. num. 27. per l. 1. de ac. emp. l. qui cõtra uerb. errore nõ affectato. C. de inces. nupt. c. cum inhibitio. §. si quis uerò uerb. affectatores ignorantiæ. de cland. de spon. c. 2. uerb. affectata ignorãtia, de temp. ord. lib. 6.

10 Iam † progrediamur ad alteram iustitiæ speciem: quæ Particularis dicitur: cùm quia quodammodo pars est illius iustitiæ uniuersalis [i], quæ totam ciuilem uitam, priuatam & publicam gubernat, omniũq; honestarum legum obedientiam atq; cultum, domi iuxtà ac foris, exigit: tum quoniam aliqua duntaxat ex parte humanas actiones regit, uidelicet quatenus in communi uita cum alio res est: nec omniũ legum obedientiam complectitur, sed earum duntaxat, quæ dè commercijs atq; actionibus hominum, in quibus est mutuum συναλλαγμα & officium, aliquid constituunt: neque uerò etiam legum præcipuè authoritate, ut illa superior, sed ipsa magis æqualitate permouetur: nec tam τὸ νόμιμον, quàm τὸ ἴσον ἀνώνυμον spectat. Est igitur iustitia particularis (ut ex authoritate Simonidis definiunt nostri) constans & perpetua uoluntas, suum cuique tribuens. Constans & perpetua uoluntas: significat habitum, seu firmum propositum, & (ut Græci dicunt) ἕξιν προαιρετικὴν [i]. nec enim uoluntas, nisi in habitum transierit, firma & constans esse potest. Quia uerò plurimarum rerum in homine uoluntas & cupiditas est, ut scientiæ, opum, gloriæ immortalitatis: ideo additur differentia, ab officio sumpta: ut in definitionibus uirtutum quæ alijs differentijs proprijs destituuntur, fieri solet. Ius suum cuiq; tribuens: hoc est, seruans æqualitatem cum cæteris hominibus, & debitum cuique reddens: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem [k]: nec cuiusquam corpori, famæ, bonis iniuriam ullam inferens. Proprium enim iustitiæ munus & officium est, extra se agere, & suum cuiq;, hoc est, alteri debitum tribuere. Quare Aristoteles rectè dixit, cæteras quidem uirtutes utentis proprias esse, iustitiam autem communem & publicam. Addita est autem particula, Cuique: distinguens iustitiam à liberalitate, quæ tribuit debitum speciei: hoc est, τῷ ἀνθρωπίνῳ officia præstans humanitatis, etiam non debita. At iustitia cuique, hoc est, singulis indiuiduis tribuit suum: nempe, debitum & conueniens uel lege naturæ, uel iure ciuili.

[i] Arist. lib. 5. c. 3. 4. 5.
[k] Rom. 13. 7.

11 Species † huius iustitiæ, duæ sunt: distributiua & commutatiua. Quemadmodum enim reliquæ uirtutes sunt mediocritates, seu (ut uulgò loquimur) medietates duorum extremorum, uitiosorum scilicet affectuum, quos intra modum rationis cohibent: ita iustitia particularis, totam ciuilis uitæ societatem, ijsdem æqualitatis & mediocritatis regulis atq; finibus definit & coercet. Porrò in ciuili hominum communitate, sic est naturà comparatũ, ut partim ordinandæ personæ sint, & suo quæq; loco atq; gradu, quasi in magno ciuitatis theatro collocandæ: & quia ad agendum natę sunt, singulis conuenientia munera, officia publica, pœnæ, præmia rectè praueq; factorum tanquam in ampla domo familiaq; sint tribuenda: partim etiam res priuatorum communicandæ inter eosdem, & commutandę: quia cùm in rebus humanis alij aliorum opera & rebus perpetuò, ex ordinatione diuina ut communitas seruetur, indigeant, sine assidua rerum permutatione, nulla societas ciuilis durare perdiu posset. Non autem esset assiduum atq; permanens commercium: quia foret iniustum atq; iniurium, nisi æqualitate priuatarum rerum pariq; numero, pondere & mensura constaret: cæteroqui cum in infinitum contractus abeant & porrigantur, alteram tandem partem exhauriri, atque ità commutationis perpetuitatem ac durationem collabi & perire esset necesse. Ex quo fit, ut alia æqualitas (in qua inest & elucet iustitia) in ordinandis personis, alia uerò in rerum cõmunicatione obseruetur. In personis enim medietas, quo ad nos, seu personalis, similis proportioni Geometricæ: in rebus, medietas rerum, similis analogię Arithmeticæ

thmeticæ quæritur, cuius discriminis ratio expedita est. Illa enim cùm bona tantùm publica dispensentur, non fit alicui iniuria, si pro cuiusque dignitate & conuenientia cuiq; priuato, eiusmodi communicentur. Quin potius ita fieri, reuera iustum est, & in cõmuni bonum ac utile. Nam quando inter personas magna sit differentia & inæqualitas, siue bona animi spectes, siue corporis, siue externa, siue etiã facta singulorũ & mores [a], idcirco non possunt publica illis singulis æqualia numero & mensura tribui. Hinc enim omnium rerũ confusio sequetur, si (uerbi gratia) eadem munia, officia, præmia & pœnæ peritis iuxtà atq; imperitis, bonis & nocentibus, bene meritis & indignis distribuantur. Quemadmodum ergo Geometrica proportio, non numerorũ interualla simpliciter considerat, sed æqualitatem proportionum & rationũ inter se comparat: ponderans (ut ita dicam) magis quantitates, quàm annumerans: sic iustitia distributiua non indifferenter iuxta numerũ personarũ, functiones distribuit, sed quid cuiq; conueniat, perpendit, & conuenientia singulis suo loco dispartitur [b]. Non mulieribus confert officia publica [c] sed uiris sapientibus, eruditis, iustis, eloquentibus, & in summa idoneis defert magistratus [d], curam Ecclesiarum [e], tutelam [f], & alia publicæ gubernationis officia: peritis & doctis, nec illiberalibus medicis, curationem tuendæ ualetudinis mandat, & salaria constituit [g]: magistros studiorum doctos, eloquentes, & bene moratos, probatosque, iuuentuti erudiendæ præficit [h]: militiam commendat non seruis [i], negociatoribus [k], agricolis [l], sed uiris fortibus, & probatæ uirtutis [m]: agriculturam contrà & negociationem non militibus [n], sed industrijs, idoneisque hoc in genere hominibus committit [o], præmia & salaria bene meritis constituit [p], pœnas nocentibus pro cuiusque merito irrogat [q]: nec usquam certius conspici huius iustitiæ actio potest, quàm in pœnarum distributione. Nam tametsi lex in genere & in abstracto, citra aliquem personarum & rerũ complexum, & sine προσωποληψίᾳ pœnam constituit Arithmetica proportione, & ex lege talionis delicto eam commensurat [r]: tamen iustitia hæc, legis executrix, seu magistratus, instrumentum iustitiæ, cum legẽ exequitur, & in concreto de pœna personæ applicanda disputat, rem ad proportionem Geometricam reducit: nec tantum quid facto debeatur, sed quid congruat personæ tam eius qui deliquit, quàm illius in quem commissum est, expendit & examinat [s]. Quotiescunque enim de aliquo iure publico (quod nunc quærimus) personis attribuẽdo agitur, totiès ad hanc analogiam Geometricam recurratur in administranda iustitia, necesse est: propterea quòd personarum ingenia, uoluntates, dignitates, status, consilia, dicta atque facta inæqualia sint, ut ijs æqualia numero tribui non possint. Vnde natum illud quod uulgò dicitur: Duo cum idem faciũt, non est idem. Hac ratione grauius in eodem delicti genere punitur seruus quàm liber [t], famosus quàm integræ famæ reus [u], plebeius quàm egregius [x], adultus quàm minor [y], & interdum presbyter quàm laicus [z], miles quàm paganus [a]. Nam cui plura committuntur, ab eodem plus exigitur [b]. Sic & in eum acrius animaduertitur, qui sæpe commisit eadẽ, quàm qui semel tantùm [c]: qui consultò, quàm qui ignoranter [d], aut per lasciuiam [e], aut ebrietatem [f]: qui magistratum aut patrem uiolat, quàm qui extraneũ [g]. Imò in eodem genere uitæ, & delicti alij aliter puniuntur pro ratione personarum, graduum, anteactæ uitæ [h], ut conuenientissimè quidam dixerit, hanc iustitiam admittere adhibereq; in consilium Gratias & ἐπανόρθωσιν: eam quæ circa contractus uersatur, non item. Nam in contractibus non quæritur quid personæ conueniat, nec ut ei aliquid tribuatur, propositum est: sed res priuatorum rebus commutantur, earumq; duntaxat habetur ratio, non personarum.

Vt igitur hæc commutatio iusta sit, sicuti iusta esse, quæ duratura sit, debet: opus est, rerum ab utraq; parte æqualitatem adesse, numero, pondere & mensura exequatam: alioquin alteruter contrahentium iniuria afficietur, & damnum facturus est, quia non tantundem accepturus sit, quantum de suo decedit ac decerpitur: atque ita altera generis humani pars exhausta, contrahere amplius aut nolit, aut non poterit: unde malas artes, & societatis hum. distractiones existere tandem necesse fuerit. Rerum autem æqualitas eadem est, & una Arithmetica proportione definitur. Omnes namq; res precio æstimantur [i], & quod ad iustam æqualitatem deest, id potest uel detractione uel adiectione aliqua precij adæquari [k]. Nec enim in rebus ea est disparitas æstimationis, quæ in personis: quo fit, ut proportione Arithmetica in rerum commutatione sit utendum. Verbi gratia, in emptione, si emptor illustri loco sit positus, uenditor plebeius & rusticus, non ideo ob inæqualitatem personarum (quæ hîc non consideratur, quoniã de rebus singulorum priuatis & pecuniarijs agitur) inæqualitas rerum admittenda erit: sed precium merci, mercedem usui & operæ, res rebus commensurari oportet: & si quid inæqualiter constitutũ fuerit, id ad analogiam Arithmeticam, hoc est, æqualem rerum ualorem est reducendum [l].

Ex quib. cũ intelligi iã posit, utriusq; huius iustitiæ discrimẽ: de utraq; aliqd separatim est dicendũ. Iustitia † igitur Distributiua, seruãs conuenientiam personarum & officiorum, est æqualis publicarum rerum omnium, munerum, præmiorum, pœnarum, &c. inter personas, pro cuiusque merito, congruentia & dignitate, distributio [m]. 12

Causa efficiens prẽcipua, est Deus: qui sicut ordinem diuersorum orbium atque motuum, & corpora stellarum uaria, uariæ formæ, actionis, effectionis sursum in cœlo posuit atque ordinauit: sic in hoc terrestri orbe deorsum, ordinationem & gradus, functionesque personarum uarias & cõstituit, & conseruat [n]: imò quantum ordinis in hac opinionum, cultuum & morum confusione est reliquum, id proculdubiò uerè & efficaciter à Deo seruatur.

Causæ

a l. inter. 31. ff. de solut. ui. de Hippocrat. lib. de uet. medicina. in prin.
b Cicero lib. 1. Offic.
c l. alienam. 18. C. de proc. l. 2. de reg. iur.
d Nouel. const. 82. de iud.
e c. nullus. cap. presbyteri. 24. distinct. c. omnis. 11. de pœnit. & remiss.
f l. diuus. 24. de tut. & cur. rat. dat. ab his. & t. t. de mag. conueniend.
g l. 4. de decre. ab ordi. faciem. l. 1. 3. 4. de uar. & extr. cog. l. 1. l. archiatri. 9. C. de professorib. & med. lib. 10.
h l. magistros. 7. C. de profess. & med. lib. 10.
i l. pen. & l fin. C. qui milit. poss lib. 12.
k l. unic. C. negoc. ne milit. lib. 12.
l l. 3. C. qui milit. poss. li. 12.
m l. 1. C. qui milit. t. t. C. de re milit. lib. 12.
n l. milites. 31. C. de loc. & conduct. l. nobiliores. 3. C. de commer. & merc.
o t. t. C. de comm. & mer. t. t. C. de agric. & censi. lib. 11. Nouell. de statu. et consue. contra Eccl. lib. §. agricultores.
p l. 1. h. t. tot. tit. de uar. & ext. cognit. l. medicos. 6. in fin. C. de profess. lib. 10. l. 1. §. 1. h. t. c. omnis. dis. 3 l. ult. C. de stat. & imag.
q tot. tit. de pen.
r l. rescriptum. 6. de his quib. ut indig. l. respiciẽdum. 11. de pœn. l. sanci mus. 22. uers. nec ulteri. us. C. de pœn. l. 1. C. ubi Senat. uel clariss. Auth. oẽs. C. cõ. de succes. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de sicar. l. 1. §. cum patronus. de off. præfecti urb. c. 2. de his quæ fiunt à maior. parte capit. Decius in l. quod à quoquã. 46. nu. 3. de regul. iur. Hipp. in pract. crimin. §. expedita. num. 18. & §. opportunè. num. 57.
s l. sacrilegij. 6. ad l. iul. pecul. l. aut facta. 16. l. moris. 9. §. fin. de pœn.
t l. capitalium. 28. §. fin. l. in seruorum. 10. de pœn.

u d. l. capitalium. 28. in fin. de pen.
x d. l. in seruorum. l. 1. §. fin. l. pen. de sicar. §. item. l. Iul. Instit. de pub. iud. l. 3. C. de pœn. l. quædam. 14. de pœnis.
y l. auxilium. 38. §. in delictis. de minor. l. fere. 108. de reg. iur.
z l. presbyteri. 8. in fin. C. de episc. & cler.
a l. 4. §. adulterij de re milit.
b gl. d. l. presbyteri in fin. per l. quidam. de pœn. §. 1. In auth. ut de func. late Tiraq. de pœn. caus. 31. nu. 20.
c d. l. capitalium.
d l. in lege. 7. de sicar. l. respiciendum. 11. §. fin. de pœn.
e l. 4. de sicar. l. aut facta. 16. §. quali tate. de pœn. l. omne. 6. §. fin. de re milit.
f d. l. respiciendum. 11. in fin. d. l. omne. 6. l. unic. C. si quis imp. uide ȝ. de pœn.
g d. l. capitalium. §. omnia. 6. d. l. aut facta. § persona. 2. §. atrox Insti. de iniur. Bal. in c. uni. §. iniu. de pace tenen. Ias. in l. qui iurisdict. 10. in prin. de iurisdic.
h l. 5. in prin. de re mil.
i l. 1. de cont. empt.
k l. 2. & l. 3. C. com. diuid.
l l. 2. C. de rescind. l. 3. C. com. utriusq. iud.
m l. ult. C. de stat. & imag.
n Rõ. 13. Eph. 4. 1. Cor. 12.

BIU Cujas

Causæ in homine, sunt notitiæ mentis, & principia practica [a]: ut, Paria paribus congruunt, & debentur. item: Patriæ, magistratibus parendum [b]: Suus cuiq; locus relinquendus: cui tributum debetur, tributum: cui honor, honor impertiendus, &c. Rom. 13. 7. & uoluntas obtemperans his notitijs, & iuxta eas regens motus cordis, & externa membra.

a c. 1. dist. 1.
b l. 2. de iust. & iur.

Materia in qua, uoluntas, cor & locomotiua.

Materia circa quam, omnia officia, munera ciuilis uitæ, item pœnæ & præmia [c], aliaq; bona communitatis publica, quæ singulis priuatis aptat, cõuenienteq; proportione tribuit [d]: ut ius publicum huius iustitiæ argumentum & subiectum uideri possit.

c d. l. ult. C. de sta. et imag.
d uide latè Didac. Couar. in reg. peccatum. §. 7. num. 2. cum seq. de reg. iur. in 6. ubi plures differentias utriusq; iustitiæ tradit.

Causa formalis, uel forma, est cõuenientia, seu ipsa æqualitas Geometrica: quę singulis conuenientẽ honorẽ, & munus idoneũ tribuit, ac bene maléue de republica meritos, pro demeritis remuneratur [e].

e d. l. ult. C. de sta. et imag. d. c. omnis. dist. 3.

Finis & effectus: primum, ut hac uirtute Deus agnoscatur & colatur, qui author est huius ordinis, & sua sapientia genus humanum sic consociauit, ut sicuti diuersos uultus, diuersaq; ingenia & naturæ multiplices uarietates, uariaq; dona singulis attribuit: ita uelit ex uarietate simili compositum esse totum Reipub. corpus, seruariq; diuersos gradus officiorum: & functiones, pro disparitate donorũ cuiq; congruentium dispartiri: præmiorum quoque ac pœnarum distributione, commonefieri genus humanum de essentia, & uoluntate, & de lege sua, deq; futuro iudicio. Nam omnes uirtutes propter Deum authorem præcipuè colendæ sunt: quæ ostendũt, quis & qualis sit Deus, quomodo coli uelit, & quod discrimen inter bonos & malos in omni æternitate facturus sit.

Secundus finis, est Bonum publicum. Tum enim (ut ait Plato) beatæ sunt Ecclesiæ & Respublicæ, cum ad hanc iustitiæ analogiam constituuntur. His addi possunt alij fines, de quibus suprà in descriptione iustitiæ uniuersalis dictum est. Ad iustitiam distributiuam proximè accedunt quasi cognatæ uirtutes: sedulitas, quæ iuxta uocationem necessaria diligenter facit: reuerentia, tribuens alijs suum locum, & dona Dei in eis magnificiens: modestia, quæ sibi non plus tribuit quàm est opus, nec ruit extra uocationem: sed propria facit, & alijs suum cursum atque locum sine impedimento relinquit. Item lex talionis naturalis, de qua cap. 1. dist. 1. l. 1. & tot. tit. inf. Quod quisq; iur.

Contraria sunt, superbia, πολυπραγμοσύνη, tyrannis, inuidia, iniuriæ, & quæuis proportio Arithmetica, quæ personis adhibetur: ut cum in conuiuijs illiberalioribus, ad æquales haustus imbecilles perinde ac robusti urgentur, &c.

13 Commutatiua † iustitia, est uirtus συναλλακτική, quæ in commutatione rerum familiarium & priuatarum, ac patrimonij cuiusq;, cæterisq; contractibus priuatorum seruat æqualitatem proportione Arithmetica: seu, Est iusta commutationis rerum in contractibus ordinatio.

Causa efficiens, Deus: qui genus humanum ad hanc societatem condidit, & ut ea esset perpetua, alterum alterius indigere uoluit: coniugiaq;, generationem, educationem, gubernationem, contractus atq; artes addidit, quibus quasi uinculis ea uitæ communitas colligaretur. Deinde mens humana, cogitans regulas notitiarum: ut, Dilige proximum, Non furtum facies: item, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris [f]: & uoluntas, cor & locomotiua, quæ recto mentis iudicio obsequuntur.

f c. 1. distinct. 1.

Materia in qua, sunt facultates animæ præstantiores, ut suprà dictum est.

Materia circa quam, sunt bona priuata, & res familiares ac pecuniariæ singulorum [g], hoc est, priuatarum rerum commutatio & æstimatio, siue ea in contrahendo, siue in alia quauis uitæ parte, sine respectu & complexu aliarum circumstantiarum, puta personarum, fiat: ut ius priuatum, uelut materia, huic iustitiæ substerni non incommodè possit.

g Couar. d. c. peccatum. §. 7. nu. 1, 2. de reg. iur. 6.

Forma, est proportio Arithmetica, res rebus æquali põdere, numero & mẽsura in cõmercijs ac permutationibus adæquans & cõponens: citra quã nec iusta hæc cõmunicatio, nec diuturna esse potest.

Finis & effectus: 1. Cultus Dei, & commonefactio de æqualitate in Deo. 2. Vtilitas societatis humanæ: quia hæc æqualitas pacem alit, & urbes urbibus, amicos amicis consociat: ut ait Euripides. 3. Communis necessitas. Nam ut hominibus necessaria uitæ suppeditentur, mutua cõmunicatione opus est. ea autem communicatio tranquilla & diuturna esse absq; hac æqualitate non posset: quia nec iusta esset. 4. Vt exerceantur officia dilectionis proximi: item, ut uitentur pœnæ, &c.

Cognata: lex talionis, dilectio proximi, liberalitas, ueritas. Pugnantia: iniuriæ, furta, πλεονεκτήματα, fraudes, usuræ, rapinæ, iniusti contractus, monopolia [h], mercedes & stipendia iniusta, ignauia, mendicitas non necessaria: denique omnia fraudulenta lucra & aucupia quæstus: item analogia Geometrica, hoc in contractuum argumento: ut cum Cyrus iniustam uestium permutationem, iuxta proportionem Geometricam facit [i].

h l. unic. C. de monop.
i apud Xenoph. lib. 1. Cyropæd.

Atq; hæc quidem de iustitia. Nunc ad secundam huius tituli partem, quæ ad fontem & principia iuris digitum intendit, descendamus.

k Rodol. Agric. de Inuen. lib. 1.

14 Ius †, à iussu seu iubendo dictum uidetur [k]. nam & Festus ait, antiquos iura dixisse iussa. Cum autem uaria iubeantur, uariè quoque hoc nomen usurpari consentaneum est [l]. Sed in hoc tractatu, iuris nomen trifariam accipitur: primùm, pro iure naturali, quod nobiscum nascitur [m]: secũdò, pro qualicunq; iure, positiuo seu ciuili [n]: tertiò & propriè, pro iure Romano [o]. Vt cum ait Vlpianus [p]: Iuri, hoc est, iurisprudentiæ Romanæ operam daturum, nosse oportere, unde nomen Iuris descendat: quod ait esse à Iustitia, cuius quædam ars sit, & doctrina. Sequitur enim: Nam ius, est ars boni & æqui. Etenim cum artem appellat, intelligi facilè potest, eum de doctrina iuris siue iurisprudẽtia loqui [q]. neq; enim ius, sicut in natura positum est, ars dici potest: cùm hæc ex principijs extructa naturalibus, studio paulatim discatur: ea uerò lux mẽtis, sine doctrinæ exercitio, ingenita sit nobis, & diuinitùs indita. Ac paulo post [r], cum hoc ipsum ius Studium appellet, apertius ostendit, se de studio & doctrina iuris loqui, nõ de iure, prout in mente est locatum & natum: quod proculdubiò prius est iustitia, siue etymologian uocabuli spectes (à iure enim, ut paulo antè ostendimus, est iustum: & à iusto iusti iustitia:) siue naturam ipsam

l l. pen. & l. fin. h. t.
m l. 2. de legib. l. omnes. 9. l. pen. h. t.
n l. 1. de legib. d. l. oẽs. 9. §. 1. de iur. nat. gent. & ciuili.
o §. 2. Inst. de iust. & iur. §. sed ius. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.
p l. 1. h. t.
q l. iustitia. 10. h. t. in prin. Inst. eod.
r l. 1. §. 1. h. t.

BIU Cujas

rerum consideres. Iustitia enim est uoluntatis habitus, eandē inclinans ad id faciendum, quod ius esse, ratio mentis iam antè præmonstrauit. Sed doctrina iuris, seu iurisprudētia Romana, à iustitia ducitur[a]: hoc est, uelut riuulus uberrimus defluit à fonte iustitiæ: cuius normam & analogiā in omnibus præceptis & definitionibus sequitur: & ad hanc omnes hominū actiones, dicta & facta exigit atq; conformat: ac theses iustitiæ æquitatisq; uniuersales, ad hypotheses ciuilis uitę, publicas & priuatas, recta interpretatione accōmodat & inflectit: ut inde uelut à causa, materia, forma, ac fine suo ductū dictūq; uideri debeat[b]: prout grāmatica à literis, dialectica à disputatione, rhetorica ab elocutione, & si qua sunt similia. Hoc sensu cum in populari & ciuili materia, etiam ciuiliter, ut par est[c], uerba Vlpiani accipiuntur, minus habent incommoditatis: & alioqui usitatum est, quoties iuris nomen indefinitè ponitur, illud de doctrina iuris ciuilis Romanorum interpretari[d].

Ius, inquit Vlpianus[e], est ars boni & æqui. Artem uocat, hoc est, scientiam seu doctrinam mauis (à qua scientiam quidam scholasticè distinguunt, sed in hoc argumento politico subtiliter sic discernenda non sunt) uitæ utilē, quæ exercitatione addiscitur, partim ex demonstrationibus principiorum practicorum, partim probabilibus rationibus collectā. Æquum & bonum, pro exacta, & omnibus numeris absoluta æquitate, seu pro generali quadā iustitiæ atq; æquitatis norma accipi, dubium non est[f]: quanquam Bonū ad uniuersalē iustitiam, Æquum ad particularē potest referri. Sed & æquū de eo interpretari possumus, quod natura tale est: æquitatis enim nomen, propriè de iure naturali accipi[g], paulo post declarabo. Bonū dici illud potest, quod bonū & utile est in societate ciuili, quamuis interdum nōnihil in speciem ab illa naturali æquitate deflectat[h]. Harum enim rerum omnium ars & doctrina, est Ius Romanum seu Iurisprudentia: quam paulo pòst definit Vlpianus[i], Noticiam diuinarū atq; humanarū rerum, iusti atq; iniusti scientiam. Noticiam uocat, quòd ex principijs & noticijs naturalibus magna parte constat: Scientiam, ἐπιστήμην hoc est artem, quoniam nō solo cōmuni sensu, & naturali ratiocinatione mentis percipitur, sed etiā quadam doctrina omniū artium, & præceptis ciuilis prudentiæ continetur.

Addit aūt, esse noticiam rerum, tam Diuinarū quàm Humanarum, omnis iusti atq; iniusti scientiam & cognitionem. nam ut eloquentia[k], sic quæ huic maximè cognata in ciuili uita est[l] Iurisprudentia, ut perfecta sit, ex omnium rerum atq; artium cognitione extruenda est. Itaq; non rectè nostri, dum aliud quiddam Vlpiano ius[m], aliud Iurisprudentiā eidem[n] & Iustiniano[o] in hisce definitionibus significare arbitrantur. Prorsus enim pro eodem subiecto, utroq; nomine utuntur, ut & inscriptio tituli Institu. de Iustitia & Iure ostendit: cui non alia quàm Iurisprudentiæ deinceps subijcitur definitio. Hanc Aristoteles philosophiæ tribuit: unde nostri ad suam artem traduxerunt quam pro uera nec simulata, hoc est, re uera non specie nominéue tenus utili & salutari hominibus philosophia habent.

Huius aūt studij duæ sunt positiones, siue articuli, seu species, à materiæ diuersitate distributę. Aliud enim dicitur ius Publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat: aliud ius Priuatū seu priuatorū, quod ad singulorum utilitatem pertinet[p]. Hęc eo differunt, quòd ius Publicum magna sui parte non aliunde ex præceptis naturæ uel gentium, uel ciuilibus sit deductum, sed constitutū pro usu & cōmodo Reipublicæ Romanæ. Ius enim Publicum hîc intelligimus, non respectu formæ, quod publicè cōstitutum est (quomodo sunt omnia iura ciuilia) sed ratione obiecti, & finis, quod ad sacra, ad sacerdotes, ad leges, magistratus, aliaq; iura publica moderanda refertur & collineat: quod totum non ad normam æquitatis uel æqualitatis, ut iura priuatorū, sed ad id quod reipublicæ est opportunū, præcipuè aptatur. Neq; enim uersatur hoc ius circa æqualitatem inter ciues retinendam: quare nec ad æqualitatis regulam exigitur: sed pertinet ad tuendum statum reipublicæ, unde pro reipub. commodo atq; bono conditur: nec quicquam aliud præter publicam utilitatem, in eius constitutione legislatores sequuntur[q]. In quo nulli fit iniuria, cum de re nullius priuata tractetur hîc quicquam aut disponatur. Ex quo fit illud, ut quod in una ciuitate ius publicum est, id in alia illicitum sæpe ac prohibitum inueniatur. Vt enim propter diuersitatem, omnibus personis eadem tribui non possunt: sic omnib. rebus publicis, quę singulæ personā quandam repræsentant[r], interq; se multis modis differunt, unū idemq; ius populare præscribi nequit. Quinetiam ius publicum Romanū uetus, quod ad sacra, sacerdotes & magistratus pertinebat, tempore Iustiniani magna ex parte partim abrogatum erat, partim obsoletum: facilè ut intelligi possit, ex immutabilibus principijs naturæ[s], & rectæ immotæq; rationis norma non fuisse deductū. Nam illæ ethnicæ idolomaniæ non natura commonstratæ, sed leuitate ingeniorum, & præstigijs diabolorum effictæ, unà cum sacris & sacerdotibus suis, iam à Constantini temporibus, recepto uero Dei cultu, erant abolitæ: & iura magistratuum, quæ ueteres I. C. libris suis comprehenderant, nullum ferè ætate Iustiniani habebant usum, quippe mutata iam reipublicæ forma, translatoq; Roma in Thraciam imperio: & magistratuum nominibus atq; officijs uariè transpositis atq; commutatis. Quo factum est ut huius iuris publici, quamuis in diuisione mentionem, ut par est, hîc faciat Iustinianus: tamen nullam de eo uelut iam antiquato, peculiarem in Digestis instituat tractationem. Hęc enim ex I. C. collecta sunt monumentis: quibus solum ius illud uetus publicum antiquæ Romę, in qua scripserunt Iurisperiti, continebatur. unde nihil sumere potuit Iustinian. præsentibus ac insequentibus temporibus atq; moribus accommodatum. Itaq; ea tractatio ex subsecutis Christianorum principum constitutionibus, moribusq; atq; institutis nouæ Romæ, quæ est Constantinopolis, in Codicem est relata[t]. Satis ergo fuit hîc ius Priuatorū, quod ad omnes respub. omnesq; homines pertineat, dē ueterum I. C. scriptis colligere, componere & exponere. de quo deinceps iam est dicendum.

Ius ergo Priuatum est, quod ad singulorum res pertinet: quod quia in reddendo cuique quod suum est, uersatur, eò ad normam æqualitatis & iustitiæ congruat oportet. Nisi enim æquale & iustum per omnia sit, suum cuiq; tribuere non potest: & proinde nec reciperetur ab omnibus, nec ad diuturnitatem ualidum esset. Norma autem æqualitatis siue æquitatis, eoque iuris, triplex est: alia enim ex affectione, & quadam κοινῇ, communis naturæ: alia, ratione & sensu hominum communi: alia, præceptis institutisq;

a Nouell. 69. Nou. 111.
b gl. l. 1. h. t. Vser. c. 1. num. 60. quæ sint regal. uide Oecono. ad hunc titul.
c l. si cui. 9. ubi Bart. nu. 3. de seruitutib. l. obligatione. de pignor.
d §. sed ius quidem. Inst. de iur. nat. gent. & ciui.
e l. 1. h. t.
f l. si me & Titium. 32. si cert. pet. l. si quid uendi tor. 18. de ædil. edict. l. in ijs. 16. de cond. & dem. l. 2. in fi. de actio.
g l. pen. h. t. l. 2. de aq. plu. arc.
h arg. l. hac lege. C. de pac. conue. l. 6 h. t.
i l. iustitia. 10. in fin. h. tit.
k Cic. lib. 1. de Orator.
l Cic. pro Muræna, & lib. 1. de Orat.
m l. 1. hoc tit.
n l. 10. hoc tit.
o in prin. Inst. eod.
p l. 1. §. huius. hoc tit.
q Cic. pro l. Manil.
r l. proponebatur. 67. de iud. l. an usus fructus. 56. de usufruct.
s §. pen. Inst. de iure natu. gent. & ciuil.
t lib. 1. & passim. 10. 11. 12.

BIU Cujas

tutisq; ciuilibus dijudicantur. Nam, uerbi gratia, tuendam esse uitam, libertatem, coniugia, cognatum sanguinem, educandos liberos, & consimilia: affectio cuiusq;, & cõmunis naturæ sensus, recta esse atq; iusta ostendunt: & ad consectanda eiusmodi, ueluti quædam iura, omnes animantes incitant ac deuinciunt. Iudas in Cano. cap. 1.10. quæ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα sciunt, in his corrumpuntur. Cæterùm colere Deum, patriam, magistratus, parentes, inire societates, seruare pacta, punire delicta, &c. ea ratio humana, cuius reliquæ animantes sunt expertes, & necessitates uitæ ciuilis, iusta esse docent. Cætera quæ ab naturę principijs communiq; sensu propter rerum & etiam rerumpublicarum uarietatem definiri non possunt, pro cuiusq; societatis ciuilis opportunitate, legibus, institutisq; populorum sanciuntur. Hinc ortum triplex ius priuatum: unum Naturale, alterum Gentium, tertium Ciuile: quæ diuisio & Ciceroni nõnullis locis placet [a]: nec admodum sanè erit inconcinna, si eam cùm ad hominem, cuius causa ius omne constitutum est [b], tum ad ortum principatumq; iuris referamus. Homo enim primò aspicitur & consideratur, ut animal: secundò, ut homo: tertiò, ut homo ciuilis. Nam & animal est, & homo, & homo politicus: quia ad societatem uitæ ciuilis nascitur. Cum autem illi Iure & disciplina opus sit, siue qua uiuit ut animal, siue qua ut homo, siue qua ut ciuis: ideo tria iuris genera meritò sunt constituta, quorum singula singulis hominum aspectibus conuenirent. Deinde si ius ad ortum fontesque suos arcessamus, reperietur τὸ διότι & causa omnis iuris seu ius ipsum Romanum, de quo hîc solo tractatur, sumi partim ex rata & ordinata, ac à uitijs secreta communis naturæ inclinatione, sicut in hoc argumento iuris, ratione recta, quę ius est, à deprauatione affectuum secernitur: partim à ratione mentis humanę, & immoto, quod in illa lucet, honestorum ac turpium discrimine: partim ex ratiocinatione & collatione utilitatum ac institutorum uitæ ciuilis [c]. Ius naturale efflorescit ex inclinationibus naturalibus, & facultate animæ, qua concupiscimus & afficimur: quæ est homini cum reliquis animantibus communis. Ius naturale, inquit I.C. est quod natura omnia animantia docuit: cuiusmodi sunt, custodia & defensio uitæ [d], libertas [e], maris & fœminæ coniunctio: quæ coniunctio uerè naturalis est, & communis bestijs, etiamsi nuptiæ propter consensum solennitatemq; legum, ad ius gentium & ciuile referri possint [f], liberorum procreatio & educatio [g], communis omniũ rerum usus [h], etiam iure Rom. nonnullis casibus usum habens [i], dilectio & reuerẽtia cognati sanguinis [k], & si qua sunt similia. Hæ enim inclinationes tanquam σφραγὶς φυσικὴ omnibus animantibus, seu communi naturæ hominum & bestiarum, inditæ sunt. Dicuntur autem ius, respectu hominis: qui solus iure, hoc est, recta ratione (cuius solus particeps est) regitur. Ideo autem ius dicuntur, quia sunt & ordinatio quædam legitima, diuinitùs naturæ impressa: & principium atq; norma seu fons omnis iuris Romani, quod ad defensionem uitæ, libertatis, institutionẽ coniugiorum, educationem liberorum, reuerentiam cognati sanguinis, prohibendosq; incestus pertinet: & ad obedientiam non minus quàm reliqua ciuilia iussa obligant: quomodo in matrimonijs cõtrahendis ideo naturale Ius & pudorem inspiciendum monet [l].

15 Ab [t] his principijs dictat Ius gentium, quod naturalis, hoc est, humanæ naturę communis ratio inter homines constituit [m], & deinceps in forum Romanum traduxit: quod quia semper bonum & æquum est [n], ab omnibus gentibus peræquè custoditur [o], quando ut id custodiant, omnes homines, & proinde populus etiam Romanus, à ratione & iudicio naturali admoneantur & consuefiant. Hoc autem ius duplex est [p], sicuti duplex existit in homine naturalis noticia: una simplex, altera composita. Nam quoddam ius in simplici noticia, hoc est, in naturali iusti atq; iniusti intelligentia, & immoto honestorum & turpium discrimine consistit: quod quando unà nobiscum nascitur, & nullo docente in mentibus singulorum uelut oculus quidam ueri germaniq; iuris elucet, scriptumq; est (ut inquit D. Paulus [q].) in cordibus nostris, uerè ac propriè ius naturale est [r]: quippe positum in natura humana, quæ sola rationis, & quidem rectæ rationis, id est, iuris [s], est particeps. Ac de hoc quoq; uera est regula: Ius naturę esse immutabile [t]. semper enim hoc bonum & æquum est [u], siquidem diuinæ illius & immutabilis iustitiæ simulacrum existit, & imago, luxq; diuina in animis hominum, ad discernenda ab honestis turpia, tuendamq; in consociatione uitæ ciuilis disciplinam, à Deo architectatore quasi consecrata. Vnde sine iniustitia huic derogari nequit: & si derogetur, eam tyrannidem ac iniustitiam Cyclopicam, uniuscuiusq; sani hominis iudicium, & sobriæ mentis sensus detestabitur ac refutabit.

Ad hoc ius pertinent: religio erga Deum, ut parẽtibus & patrię pareamus [x], honestè in hac societate ciuili uiuamus: ne lædamus alterum: tribuamus cuiq; suum [y], ut delicta puniantur [z], nemo cum alieno damno locupletetur [a]. Incestarum nuptiarum prohibitio [b].

Aliud porrò ius gentium non tam ex naturali ratione, hoc est, simplici noticia, quàm ex noticia composita, nempe, ratiocinatione commodorum uitæ defluxit, & ad opportunitates societatis humanæ parandas retinendasq; introductum est. Nam quia ex necessitatibus usuq; uitæ apparebat, alios aliorum ope indigere, cùm ad defensionem, tum ad sustentationem: nec in perpetuis communionis rerum discordijs [c], & sine mercium uariarum commutatione (non enim omnis fert omnia tellus) uiui commodè posse: ideo communi hominum consensu & usurpatione, ædificia sunt collata, aduersus iniurias externas muniendi sui causa, utq; alios alij de religione docerent, contiguas pietas iussit habere casas, discretæ per linguarum uarietatem gentes, dominia distincta, agris termini positi ad cultum pacis, commercia instituta ad rerum commutationem: & ut à uiolentioribus imbecillitas ac innocentia tuta esset, iusq; suum obtinere posset, regna condita, bella introducta: quæ captiuitates, seruitutes, manumissiones sunt insecutæ [d]: eaq; omnia ob utilitatem, pro rato iure inter omnes gentes semper habita sunt atq; usurpata: quibus quidem propter hominum uitia, illud libertatis, & communionis rerum bonum, incorruptæ naturæ propriè conueniens, necessariò ad conseruandam ab iniurijs contumaciam, ciuilem societatem, aliquatenus imminutum est [e]. Nam ea quæ non in noticijs naturalibus existunt iura, sed aut bona tantum sunt, incorruptæ naturæ congruentia, aut iudicio & usurpatione hominum alicuius causa utilitatis introducta, uicissitudini sunt obnoxia: & pro diuersis rerumpublicarum formis, tem-

a *lib. 1. & 3. Offic. & in Orat. de Aruſp. resp.*
b *l. 1. & 2. de stat. hom. prout exposui. Inst. tit. de iust. & iur. §. ult. & tit. de iur. nat.*
c *l. 3. hoc t. l. 1. §. cum aries. Si quadr. pauper. l. 4. l. scientiam. 46. §. fin. ad l. Aquil. l. 1. §. uim ui. 16. de ui & ui arma. Cicer. pro Milon. et de Inuen. lib. 2. cap. 5. & 12.*
d *§. ius aut gentium. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.*
e *l. 1. §. penul. h. t. in prin. Inst. de nupt.*
f *d. §. penul. tit. de ag. lib. ff. & C. de alen. li. Dec. in l. iura. de regul. iur. Anch. Franc. & alij, in c. 2. de part.*
g *Cicer. lib. 1. Offic. l. 1. de acq. rer. dom. §. 1. Instit. de rer. diu.*
h *l. 2. 3. 4. de rer. diuis. l. 2. & tot. tit. ad l. Rho. c. ius naturale. ubi gloss. uerb. communis. dist. 1.*
i *§. 1. in Auth. de incest. et nefar. nupt. l. iura sanguinis. 8. de reg. iur.*
k *Paulus. l. adoptiuum. 14. §. 1. de ritu nupt.*
l *l. omnes. hoc tit.*
m *l. pen. hoc tit.*
n *d. l. omnes. d. l. penul.*
o *Cic. de Inuen. lib. 2. cap. 5. Bart. l. 5. nu. 10. hoc t. Rom. 2.*
p *Cic. de Inuent. lib. 2. cap. 5. 12. & lib. 1. de Leg. & lib. 3. Offic.*
q *Cic. lib. 1. de Legib.*
r *§. pen. Inst. de Iure nat.*
s *l. penul. hoc tit.*
t *l. 2. h. t. Cic. præal. lo. de Inuent. lib. 2. cap. 5. et 12.*
u *d. Iustitia. §. iuris.*
x *l. 1. in fin. de fur.*
y *l. nam & hoc natura. 14. de cond. ind.*
z *l. ult. de rit. nupt.*
a *l. cum pater. 79. §. dulcissimis. de legat. 2. l. fin. cum gl. in fin. C. de iur. dom. impetra.*
b *l. 4. & 5. hoc tit.*
c *Couar. copiosè in c. peccatum. parte 2. §. 11. nu. 2. 3. cum multis.*
d *l. 4. & 5. hoc tit.*
e *Couar. copiosè in c. peccatum. parte 2. §. 11. nu. 2. 3. cum multis.*

porum atq; opportunitatum præsentium rationibus, aliter atq; aliter habentur: accommodanturq; ad
a Cic. de Legib. 1. summam illam legem: Salus populi, suprema lex esto [a]. ad quam & Plato, uelut ad ultimum scopum, omnes leges refert: ἡμῖν δὲ ὁ τῶν νόμων τοιοῦτος ἐντεῦθεν βλέπειν ἔοικεν ὅπως ὡσυντεῖ οἱ πολῖται μάλιστα ἀγαθοὶ καὶ ἀλλήλοις φίλοι. &
b lib. 1. de Inuent. cap. 11. eum secutus Cicero [b], cuius argumentatio lectu dignissima est.

Et hæc quidem, quod ad explicationem sententiæ I. C. attinet, satis: quorum triplex hæc iuris diuisio, quoniam in Scholis nostris est recepta, per me quidem licet retineamus. Cæterùm id quod rationi magis consentaneum uidetur, ius arcessamus naturæ, non ex naturalibus duntaxat inclinationibus, quæ in hac naturæ deprauatione uitiosæ res sunt, suprà quàm à nostris intelligi potuit Iurisconsul. ut Ethnicis hominibus qui non natura, quam integram & sanam putarunt, sed consuetudine praua homines peccare, & iniustos esse arbitrabantur: sed de principijs etiam practicis mentis, quæ immotæ sunt in natura ordinationes diuinitùs sancitæ, & perpetuo recti iudicij uallo honesta à turpibus diuidunt, & affectiones ac inclinationes naturæ deprauatas, in gyrum rationis ducunt, ius naturæ repetamus: atque illud uel eius saltem causam, partim in communi rectæ rationis iudicio, partim in inclinationibus naturalibus, quatenus scilicet cum recta ratione iunguntur ac conueniunt, si placet, collocemus. Quod ut exemplis planum fiat, primùm defensio iuris naturæ esse dicitur: quam si ad illas duntaxat naturales appetitiones exigas, erit uitiosa: quòd instinctu communis indolis omnia animantia, & eo magis homo, quo est corruptior, non tantùm ad defensionem sui, sed etiam in ultionem & uindictam iniustam impellitur, iuxta uersiculum:

At uindicta bonum, uita iucundius ipsa.

Item maris & fœminæ mutuus ardor ex affectione naturali quidem incitatur: sed nisi recta honestatis
c iuxta Reg. l. semper in coniunctionibus. 158. de reg. iur. l. 4. l. semper. 42. de rit. nupt. ratione discernas hanc atque temperes [c], non modò nullum ius naturæ, sed horribilem diuinæ & naturalis legis uiolationem, & fœdam omnis generis turpitudinum libidinumq́ue confusionem ex eiusmodi coniunctione sequi, fuerit necesse. Vt multò firmius meliusq; sit, has inclinationes in gyrum rectæ ducere rationis, & in disputatione iuris, his præficere quasi ducem atque moderatorem, τὸ ἡγεμονικὸν: quod minus aberrat ab honesto, nec tumultibus affectionum ita perturbatur: & perpetuo sanoq; discrimine recta à prauis, licita ab illicitis, honesta à turpibus discernere uelut naturali quodam lumine, oculoq́ue mentis diuinitùs indito, dijudicare potest. Hoc autem lumen, principia, κοιναὶ ἔννοιαι, & προλήψεις docti uocant, ac in duo genera dispartiuntur. Alia sunt enim speculabilia principia, alia practica. Speculabilia: ut noticiæ numerorum, ordinis, syllogismi, principia Geometrica & Physica, aliarumque artium semina. Practica: noticiæ à Deo mentibus inditæ, ut monstrent obedientiam Deo debitam, & discrimen honestorum & turpium, & regant mores. Sed nos hìc tantum de altero hoc noticiarum genere, nempe de practicis principijs, & demonstrationibus quæ ex his colliguntur, loquimur: ex quibus sumitur uera & erudita definitio legis naturæ: Vt sit noticia principiorum practicorum, & conclusionum inde extructarum, de regendis moribus, congruens cum æterna & immota norma mentis diuinæ: quæ principia cernimus, & amplectimur firmo assensu: quia noticiæ eorum nobiscum nascuntur: diuinitùs insitæ humanis mentibus, ut sint testimonia quòd sit Deus: & qualis sit: & quòd iudicaturus sit: & ut regant uitam nostram atq; mores: quo obedientia nostra cum uoluntate Dei congruat.

Paulus apostolus breuissimè legem naturæ describit, cum ait: Eam esse ius Dei, & opus legis scriptum in cordibus, quod Deus nobis ostendit: Rom. 1. & 2. quasi dicat: Legem naturæ esse noticiam & partem legis Diuinæ, seu mentis Diuinę radium ac lucem hominis naturæ inditam, ut Deum agnoscat & ei se conformet.

Quidam ita malunt: Lex naturæ est certa, & diuinitùs hominum mentibus impressa noticia prin-
d de Legib. lib. 1.
e l. pen. hoc tit.
f l. 2. hoc tit.
g l. 2. hoc ti. l. 2. C. de in ius uocan.
h l. 3. hoc t. l. 4. ad l. Aquil.
i l. 1. hoc tit. c. ius naturale. distinct. 1.
k l. nam etsi. 15. de inoff. testa. l. scripto. in fin. unde lib.
l l. iura. 8. de reg. iur.
m c. 1. distinct. 1.
n §. pen. Inst. de iust. & iur.
o Cicer. lib. 1. Offic. l. 1. de acq. rer. dom. §. j. Instit. de rer. diui.
p §. ius autem gentiũ. Instit. de iur. nat. gent. l. naturalem. 5. de acqui. rer. dom. l. si quod. 64. de cõdic. indeb.
q Rom. 1. ostendit, opus legis scriptũ in cordibus. cipiorum cognitionis atque actionis, & conclusionum ex istis principijs demonstratarum, proprio hominis fini congruentium: quas ex principijs necessaria consequentia, ad humanæ uitæ gubernationem ratio extruit: ut homo ea quæ recta sunt, cognoscat, uelit, eligat, agat, uitetq́ue contraria: quorum omnium & testis & iudex est conscientia, hominibus diuinitùs attributa. uel breuius hoc modo: Lex naturæ, est noticia seu ratio naturalis, discrimen honestorum & turpium ostendens, ad regendos hominum mores, & ad ultimum finem, nempe Deum, referendos, diuinitùs hominum naturæ insita. Cicero [d]: Lex, inquit, naturæ, est ratio summa, insita in natura: quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. Paulus noster [e] simpliciter, quod æquum & bonum semper est, & iudicio hominum cõmuni tale esse apparet, id Ius naturæ appellat.

Huius partes, seu species mauis seu exempla, sunt uera erga Deum religio [f], obedientia patriæ & parentibus debita [g], iusta uitæ, libertatis, rerum defensio [h], ordinata maris & fœminæ coniunctio, liberorum generatio, educatio [i], successio [k], ius sanguinis [l]: nemini facere quod tibi fieri nolis [m], neminem lædere [n], quibus adduntur, cõmunio rerum [o], & libertas [p]: quæ tamen non tam ius sunt, quàm bona quædam incorruptæ naturæ accidentia, ideoq́ue pro utilitate & necessitate deprauatæ modò naturæ partim recipiuntur, partim repudiantur.

Causa Efficiens, Deus. Vt enim in Deo est sapientia, discernens recta à non rectis: ita ab eodem Domino in mentibus nostris condita est lux, quæ distinguit honesta à turpibus: & architecti sui uoluntatem intelligenti naturæ demonstrat [q].

Materia In qua, est pars cognoscens, cum qua ante lapsum congruebat ùoluntas & cor. Sed hæc harmonia deprauatione naturæ subinde turbata est.

Forma, est ipsa lux quasi oculus mentis, qua iusta ab iniustis discernuntur: quæ qualis sit, in hac naturæ cæcitate penitus non posse perspici, mirandũ non est: cum ne quidem cœli lux, & oculorũ, cuiusmodi sit, exactè possit declarari: esse tamen aliquam, omnes intelligunt, & experientia conuincit.

Finis, ut hæc lux sit testimonium de Deo, & iudicium conscientiæ aduersus peccatum: & ut de futuro iudi-

BIU Cujas

ro iudicio omnes admoneat, cum enim multa scelera in hac uita non puniantur, quæ tamen conscientia accusat: necesse est aliud restare iudicium, alioqui frustra hæc noticia esset naturæ infusa. postremò, ut ea regantur disciplina & mores.

Effectus præcipuus, quòd iura naturalia sint immutabilia [a], uidelicet in genere, & sua natura. Nam incidunt interdum tempora, cum inter se concurrunt & pugnant. Sunt enim quidam quasi gradus principiorum & conclusionum moralium: in quibus si quando usuuenit, ut sibi inuicem obstent, inferior superiori cedat, necesse est. Verbi gratia: Lex naturalis est: Non occides: altera lex naturalis est: Defende tuam tuorumq; uitam. Si grassator igitur uiatorem prætereuntem inuadat, nō ualebit prior illa lex, tanquam inferior: sed cedet huic quæ defensionem præcipit, & cui illa ipsa lex inest: eoq; impunè occidi aggressor poterit. Lex enim quæ præcipit, Non occides: etiam tuam ipsius uitam abs te præcipuè uult seruari, non modò alienam. Deinde cum lex defensionis uniuersalior & momentosior sit (tuetur enim totam societatem) altera illi cedere debet: quæ sic accipienda est, Non occides, scilicet insontem aut immerentem: neq; priuata uindictæ cupiditate, sed legis authoritate. lex autem gladium priuato, in casu defensionis tradit: quia in illa necessitate, auxilium magistratus præsto haberi non potest [b]: & alioqui lex diuina & naturæ, fontes naturas uult destrui, ut insontes conseruentur.

16 Ius † Gentium illud nobis esto, quod nō ex noticia Simplici, ut superius, nobiscū nascitur: sed Composita, hoc est ex ratiocinatione cōmodorum uitæ & societatis, à sapientibus multo rerum usu, uariaq; doctrina uestigatum, excultum & introductum, in omnium gentium usum peruasit, & propter euidentem utilitatem ab omnibus peræquè custoditur [c]: ut sunt distinctiones dominiorum [d], ædificiorum collationes, communitates uitæ [e], iudicia, bella, captiuitates, seruitutes, manumissiones, iura cōtractuum, obligationum, successionum, & si qua sunt similia [f]: quæ & ipsa, fateor, ad ius naturæ posse referri: eaq; re non absurdè à quibusdam duo tantum genera iuris cōstitui, uidelicet Naturale & Positiuum [g]. Quia tamen propriè non pertinent ad discrimen honestorum & turpium, sed ad necessitates utilitatesq; uitæ, ideoq; facilius etiam conuersis utilitatibus immutantur: cumq; à I. C. iuri naturæ eorum pleraq; opponantur [h]: docendi gratia, in hac nostra professione hæc ad ius humanum seu commune gentium, quasi distinctū à naturali referamus. Nam utcunq;, uerbi gratia, Aristot. & alij, seruitutem ex natura ducant: tamen facilè potest intelligi, naturæ toto suo genere contrarium esse [i]. & ut congruat naturæ, in his qui iure & legibus compesci non possunt: tamen in personis modestis & innocentibus, & præcipuè in natis ex seruo uentre infantibus [k], nullam naturalis rationis speciem habere, sed merum ius esse gentium, moribus confirmatum, perspicuum est, ut toto suo genere, ad ius naturæ cum quo pugnat, referri non possit: nec sine causa, hoc discrimen iuris naturalis & gentium, à I. C. introductum debeat uideri: præsertim cum, ut antè dictum est, non tam ius ipsum quàm iuris Romani principia, fontes & causæ, in hæc tria genera distribuantur. Et hæc de principijs iuris dicta nunc sufficiant. Iam ad tertiam iuris speciem, uidelicet Ius ciuile, quod nostræ explicationis proprium est, progrediamur.

17 Ius † Ciuile rursum bifariam capitur, uel pro cuiusq; ciuitatis iure quod quisque populus sibi constituit, quasi ius proprium ciuium, siue cuiusq; ciuitatis [l], uel pro iure populi Rom. seu Rom. ciuitatis, ut in libris nostris [m]. Nam cum solo gentium iure, neque mores hominum in hac tristi naturæ deprauatione commodè regi, nec controuersiæ, & ciuium querelæ omnes exactè sopiri & dirimi, neque rerumpub. status bene beateque teneri posset: inuentum est à quoque populo, & conditum pro utilitate & statu reipub. suæ ius ciuile: quod ut non in totum à iure naturali recedit, cæteroquin iniuria esset [n], ita nec per omnia ei seruit [o], sed aut addit aliquid interpretando, ratiocinando, & ad hypotheses rerum præsentium naturæ theses accommodando: aut propter bonum publicum ei detrahit: ut in usucapionibus [p], &c. Quare pop. etiam Rom. partim de aliarum bene constitutarum rerumpub. institutis, partim ex se suorumq; ingenio & sapientia prudentum, pro usu sui imperij & πολιτεύματος, ius eiusmodi paulatim sibi condidit.

Cuius in constitutione atq; expolitione, tantum reliquis nationibus uelut & gloria belli, præstitit: ut si omnia omnium gentium instituta, mores, leges, in unum conferantur, nequaquam sint cum his Romanorum legibus & institutis, prudentia, æquitate, pondere, ubertate, ullo modo comparanda. Ex his ergo tribus generibus tanquā fontibus ius omne Romanū constat & deriuatur: quod prima diuisione, respectu obiecti & finis, in Publicum diuiditur & Priuatum. Hoc quadā subdiuisione quo ad originem & causam, in Naturale, Gentium, & Ciuile seu ciuitatis. Nam omne ius Romanum priuatum (nō item publicum, ut paulo antè docui) causam & τὸ διότι suum aut ex cōmuni natura, aut ex iure gentium, aut ex institutis ciuilibus uel populi Rom. uel aliarum ciuitatum mutuatur & arcessit. Idem ius Rom. quo ad formam, in Scriptum, & Non scriptum distribuitur.

Hoc enim ius nostrum aut Scripto constat, aut sine Scripto: ut & apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι [q]. Scriptum ius uel ex Legibus, Plebiscitis, Senatusconsultis, decretis Principum, autoritate Prudentum uenit: uel à Prætore, adiuuandi, corrigēdi hoc est supplendi [r], iuris ciuilis gratia introductum est: quod & Honorarium ad honorem Prætorum dicitur [s]. Ius non Scriptum mores & institutа maiorum, quæ usus diuturnus approbauit, complectitur [t]: de quibus plura paulo [u] pòst dicentur. Est etiam ius quoddam ciuile uetus, antiquum [x], nouum, quod inueterato usu necdum stabilitum est [y]: aut iniustum est [z]: commentitium [a].

18 Eôdem † refertur à Cicerone [b] Æquitas: quæ tamen potius ad normam naturalem, quàm ad ciuile Ro. ius uidetur pertinere: unde & à I. C. æquitas naturalis [c], seu ratio naturalis [d] appellatur. Etenim licet etiam singulis legibus sua quædam æquitas constet [e]: tamen propriè æquitas pro æqualitate seu recta ratione accipitur, non scripta, & quæ à iure nostro sit secreta, aut certè nulla expressa lege in illud relata [f]. Sed, ut antè posui, etiam ius naturæ, quo utimur, pars iuris Rom. est: & consequenter, æquitas quoq; hæc tam scripta quàm non scripta eôdem referri, atq; ita pertinere ad ius ἄγραφον potest. Cuius usus

a §. pen. Instit. & l. pen. hoc tit.

b l. unic. C. quan. lic. se uind. l. 5. C. de iur. fis. lib. 10 l. 4. 5. & passim. ad l. Aquil. l. 3. ubi Bolog. Scys. & Dd. hoc tit.

c l. omnes. 9. hoc t.

d l. 1. de acq. rer. dom.

e l. 5. hoc t.

f l. 4. l. 5. ubi Dd. hoc t.

g Aristotel. lib. 5. Ethico. cap 1. & 2. distin. 1. Cic. lib. 3. Offic.

h l. j. de acq. rer. dom. §. Ius autem gentium. Instit. de iur. natu. gen. & ciuil.

i §. sed ius gentium. uerb. iuri nat. contra. Inst. de iur. nat. gent. l. 4. hoc t. l. naturalem. de acq. rer. dom. l. 11. 12. de accusat.

k l. sed etsi. de fideicō. lib.

l d. l. omnes populi. hoc t.

m §. sed ius quidem. 3. Inst. de iure nat. & ciuil.

n c. erit autem lex. distin. 4. Cic. de Legib. lib. 1. &c.

o l. ius ciuile. 6. hoc t.

p l. 1. de usucap.

q l. ius ciuile. 6. in fin.

r §. j. 2. Inst. de bon. poss.

s l. ius autem. 7. hoc tit.

t l. de quib. 31. j. tit. 3. ad tit. de legib.

u l. 2. §. 2. infr. de orig. Iur.

x l. unic. C. de uet. iure enuclean.

y l. pen. C. de legib.

z l. 1. inf. Quod quisq; Iur.

a l. si pœna. 20. de pœn. in Topic.

b §. thesauros. §. per traditionem. Instit. de rer. diuis.

c l. 1. de pac.

d l. si duo. 13. §. pen. de Iureiuran.

e l. 1. C. de legib. l. placuit. 8. C. de iudicijs. l. 2. de aq. plu. arc.

f

BIU Cujas

usus elucet in tribus præcipuè articulis. Primus in legibus, ex æquo & bono ad sanam rationem, & rectam sententiam accommodandis & interpretandis [a]. Secundus in legibus ampliandis, & probabili æquitatis ratione, ad similes species quę lege cõprehensæ non sunt, ex paritate æquitatis extendẽdis [b]. Tertius, ut in his quæ nec ex uerbis, nec de sententia legis, nec ratiocinationis argumento definiri possunt, pro regula iudicij atq; iuris ualeat. Hîc enim quod æquitas suggerit, ut ait l. C. erit sequendum [c].

a l. nulla. 24. l. in ambigua. 19. ff. de legibus. l. si seruum. 91. §. sequitur. de uerb. obligat.
b l. neque. l. 10. cum mult. seq. ff. tit. 3. l. ult. ubi glo. C. de constit. pecun.
c l. 2. §. item Varus. de aq. plu. arcen. c. fin. ubi glo. & Panor. nu. 6. 7. ext. de transactio. Ruerar. consil. 78. in fi.

De origine Iuris ciuilis, & omnium Magistratuum, et succession e prudentum. tit. ii.

1 De orig ne iuris.
2 De magistratibus.
3 De Iurisconsultis.

QVia nihil in rerum natura perfectum est, quod non ex omnibus suis partibus constat [a]: cuiusq; autem rei potissima pars principium est [b]: ideo facturis legum & iuris Romani interpretationem, uisum fuit necessarium, originem & progressum Iuris ciuilis, id est Romani [c], omniumq; magistratuum, qui νομοφύλακες, imò uiua lex sunt [d], & iura sustinent [e], ac successionem Iurisprudentium, penes quos interpretandi iuris potestas semper fuit, exponere: his enim tribus doctrina & uis omnis Iurisprudentiæ continetur & absoluitur: ut quibus à rudimentis & incremẽtis ad eam, quam uidemus, amplitudinem, ius Romanum adoleuerit, perspicuum planumq; fiat. Origo iuris Rom. duplex: alia Naturalis, de qua titulo superiore: cuius tria diximus esse capita seu fontes: alia Ciuilis, historica reipub. Rom propria, de qua hoc in titulo, repetitis ab ipsa condita urbe Iurisprudentiæ huius incunabulis tractatur, ad hunc fermè modum. Initio † ciuitatis, cùm omnia manu Regia gubernarentur, nullæ scriptę 1
fuerunt leges, sed arbitria Principum pro legibus erant: nonnullæ tamẽ à Romulo alijsq; regibus, præcipuè Seruio, latæ sunt [f]: quæ quòd Curiarum, in quas diuisus erat à Romulo populus, sententijs & approbatione perferebantur, Curiatæ uocatæ sunt [g]. Verùm eæ leges neq; controuersijs in tanta multitudine sufficiebant: præsertim cùm pleræq; ad Reipub. magis statum quàm ad priuatos pertinerent: & exactis Regibus breui omnes, exceptis paucis, partim lege Tribuni Celerum abrogatæ sunt, quæ scilicet ad statum regni pertinebant: partim odio Regiæ dominationis, desuetudine quadam obsoleuerũt: populusq; Romanus incerto magis iure & consuetudine, quàm perlata lege, non sine motibus & tumultu deinceps uti cœpit [h]. Quod ne diutius fieret, ex lege Terentilia placuit [i], publica authoritate decem constitui uiros, qui exploratis aliarum ciuitatum, præcipuè Græcarum, quæ optimè tum temporis constitutæ habebantur, institutis: ex omnibus optima quæq; excerpendo, ciuitatem legibus fundarent: quæ ad hunc modum conscriptæ, latæ, approbataq;, in duodecim tabulas æneas, anno ab Vrbe condita 303. & sequente, sunt redactæ: qui fons omnis publici priuatiq; iuris est [k]. His legibus latis cœpit, quemadmodum naturaliter solet, euenire, ut accederet disputatio fori: breuitasq; legum nõ omnibus controuersiarum articulis definiendis suppeditans, interdum etiam obscuritas, aut interpretationem, aut productionem ad casus similes, aut mitigationem in dissimilibus, ex authoritate prudentum desideraret [l]. Vnde natum ius, quod sine lege scripta uenit, compositum à prudentibus, communiq; nomine Ius ciuile nominatur [m]. Ne autem prout uellet, temerè & inconditè populus ageret, eodem ferè tempore compositæ sunt certæ solennesq; actiones, quibus inter se ciues disceptarent, quæ pars Iuris legis actiones seu legitimæ actiones appellatur [n]. Deinde cùm plebs in discordiam cum patribus uersa, sibi iura constituisset, quæ Plebiscita uocantur: postea placuit lege Hortensia [o], uel ut alijs placet, Horatia [p], ut ea perinde atq; Scriptũ ius, omnes Quirites tenerent [q]. Subsecuta sunt nõ longo interiecto spacio S. C. iura. Necessitas enim, reipub. curã ad Senatũ deduxit, ut is se interponeret, & ferret leges: quia populus in tanta turba haud facilè frequẽterq; ad id poterat [r] cõuenire. Eodẽ tempore & magistratus, penes quos erat iurisdictio, ut Prætores & Ædiles, Edicta apponebãt: ut scirẽt ciues quod ius de quaq; re quisq; magistratus dicturus esset, seq; præmunirẽt [s]. Nouissimè rebus ita dictãtibus, ut necessum esset reip. per unũ cõsuli, cõstituto Principe, data est ei à populo potestas, ut qd cõstituisset, esset ratum [t].

a l. 1. hoc tit.
b l. si procuratorem. 8. in prin. mand. d. l. 1.
c l. j. §. j de rei uend.
d Cic. lib. 1. de Leg. fac. l. nam & ipsum. 8. suprà tit. 1.
e l. 2. §. post originem. de orig. iur.
f Dionys. Halic. lib. 4.
g Plutarch. Liuius in Romulo.
h Liu. lib. 2. & 3. deca. 1.
i Gouea. lib. obser. 1. cap. 21.
k Liuius præalleg. loc. Cic. lib. 2. de Legib.
l l. non possunt l. neq;. & passim infr. tit. j. de legib.
m l. 2. §. 2. hoc tit.
n d. l. 2. §. 2. hoc tit.
o Gell. lib. 15. cap. 27. uide Liui. lib. 3.
p Liu. lib. 3. Decad. 1. Dionys. lib. 16. cap. 10.
q l. 2. §. deinde §. 4. h. t. §. plebiscitum. Inst. de Iure nat. gen. & ci.
r d. l. 2. §. 4. hoc tit. §. S. C. Inst. de Iur. nat. l. nõ ambigitur. 9. infr. tit. 1.
s d. l. 2. §. eodẽ. h. t. §. prætorum. Inst. de Iur nat.
t d. l. 2. §. nouissimè. 6. h. t. §. sed & quod principi. Inst. de Iur. nat. l. 1. infr. de constit. prin.

Quod † ad magistratus attinet, initio ciuitatis huius, constat reges omnem potestatẽ habuisse. Exactis deinde regibus, ordinarij magistratus, Coss. Cẽsores: & dubijs reipub tẽporibus, extraordinarius, Dictator cum Magistro equitum: postea Tribuni militum, Tribuni plebis, Ædiles, Quæstores, quiq; iurisdictioni præessent, Prætores, & Centumuiri iudicandis litibus, Triumuiriq; tam monetales quàm capitales, atq; alij magistratus, tã ordinarij quàm extraordinarij, tam urbani quàm prouinciales, pro usu ciuitatis creati sunt: per quos, rebus ita exigentibus, respub. & foris & domi rectè administraretur [u]. 2

u l. 2. §. quidam magistratus. 8. hoc tit.

Iuris † autem ciuilis scientiã plurimi & maximi uiri professi sunt, iam inde à tempore Sexti Papirij; 3
qui leges Regias, quæ quidem supererant, in unum contulit: sed neminem ante Tyberium Coruncanũ publicè professum traditur. Nam antea qui scientiam nacti erant, in latenti eam retinere, & consultoribus potius quàm discere uolentibus præstare sese instituerant. Coruncanus princeps profiteri cœpit [x] quem deinceps alij præstantes ingenio, eruditione & multarum rerum usu homines subinde secuti, ad id fastigij & authoritatis Iurisprudentiam euexerunt, ut non priuata amplius, sed publica Cæsarum authoritate tandem sub Augustis responderi sit cœptum: adeò ut ab huiusmodi responsis iudici recedere non liceret [y]. Post quod beneficium cum Iurisconsulti honoribus, gratia, authoritate apud Imperatores eueherentur [z], creuit etiam (ut honos alit artes. Cic. 1. Tusc.) aucta summorum ingeniorum studijs Iurisprudentia, floruitq; in primis ab Adriano usque ad ætatem Gordiani: quod tempus summos uiros habuit, qui consulendo, scribendo, Imperatoribus assidendo, iudicandis agendisque causis, ius ciuile incredibiliter illustrarunt: ut Saluium Iulianum, qui perpetuum Edictum cõposuit, ex quo Adrianus ius postea dici iusserit non annuum, uelut ex annua Prætoris iurisdictione, ut antea [a], sed tanquam ex lege sua perpetuum & immutabile [b]. Habuit eadem ætas, ut est apud Capitolinum in uita Anton.

x l. 2. §. post hos. 18. hoc t.
y l. 2. §. fi. hoc tit. §. respon sa. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil.
z l. 2. C. de uet. iur. enucl.
a Cic. in Verrem, et alibi.
b sicut leges perpetuò in uiridi sunt & esse debent obseruantia. l. 4. in fin. C. de hæret. Inst. de perpet. & temp. act.

Vindium.

BIU Cujas

Vindium, Verum, L. Volusium, Metianum, Marcellum, Serbidium Scæuolam, quo præcipuè Marcus Antoninus Imperator usus est: & quem Aphricanum esse nostrũ uult Cuiac. in princip. respon. huius. item asylum illud iuris, & thesaurum legum [a], Papinianum, Præfectum prætorio apud Seuerum [b]: & huius assessores ac discipulos, Iulium Paulum, Vlpianum, Fabium Sabinum, Ælium Gordianum, Pomponium, Alphenum, Aphricanum, Florentinum, Martianum, Callistratum, Hermogenem, Venuleium, Macrum, Caium, Triphoninum, Mælianum, Celsum, Proculum, Modestinum, qui filios Maximini eru dijsse dicitur, & alios innumerabiles [c]. Hi omnes summos honores gesserunt, & pleriq; eorum consilijs adhibiti sunt Alexandri laudatissimi Imperatoris [d], cuius etiam tutorem & magistrum scriniorum fuisse Vlpianum perhibent [e]: quem tantopere dilexerit Alex. ut eius consilijs plurimùm uteretur: & ob hoc ipsum inuidiosum ad milites, quorum licentiam & dissolutos mores ad ueterem disciplinam reuocabat, ab impetu & furore militari, obiectu sui corporis protexerit. Estq; insignis laus Vlp. apud Lampridium: qui scribit Alexandrum in summum euasisse Imperatorem, quòd huius uiri consilijs præcipuè rempub. administraret. Ab hac ætate, & felicissimo doctissimorum hominum prouentu, de quibus Fosterus in sua I. C. historia, ruere iterum Iurisprudentia, & unà cum indole imperioq; Romano, ad interitum dilabi cœpit: donec obsoletam tandem, & in bibliothecas abditam, Iustiniani denuò imperatoris felix recreauit industria, & in fori lucem usumq; reduxit: cuius curæ & laboribus, quod superest Romanæ iurisprudentiæ, acceptum ferre meritò debemus. Cæterùm hic eius conatus esset felicior, si nobis ueterum libros reliquisset integros, unde multa restitui possent: cum ex tam paucis quæ supersunt plurima feliciter ab eruditis cum emendentur, tum illustrentur.

a ut Spartia. in Seuero.
b electa. 40. infr. si cer. pet.
c Spart. & Lampr. in uita Maxim.
d Lampr. in eius uita.
e Eutrop. lib. 8.

De legibus, Senatúsque consultis, & longa

CONSVETVDINE. TIT. III.

1 Species & partes Iuris ciuilis.
2 Definitio legis, & diuisio.
3 Causa efficiens legis.
4 Materialis.
5 Formalis.
6 Finalis.
7 De effectu & interpretatione legum.
8 De consuetudine & iure Non scripto: quid sit, quotuplex, quæ eius causæ & effectus.

1 QVæ † paulo antè in genere de Iure ciuili dicta sunt, ea hoc in titulo speciatim explicantur. Species iuris ciuilis Rom. à forma (quæ potissimùm consideranda, & specialiter, ut præcipua pars, exponenda est) deductæ, sunt: Ius scriptum, & Non scriptum. Nec enim omnia legibus sancienda sunt, ac ne possunt quidem: itaq; ferendi etiam sunt mores [a]. Iuris scripti partes sunt: Lex, Plebiscitũ, Senatusconsultum, Constitutiones Principum, Edicta Prætorum, Responsa Prudentum.

2 Lex † hoc in Rom. iuris argumento est, quod populus Ro. Senatorio magistratu rogante, ueluti Consule, constituit [b]. Hac in definitione propriè & angusta significatione lex accipitur: aliàs cum ὡ πλάτει capitur, latius patet: omnesq; Iuris scripti neque scripti species amplectitur, ut in definitione Papiniani [c], Demosthenis [d], & Chrysippi [e], & illa Cicer. [f] Lex est iustorũ iniustorumq; distinctio, ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam. Potest lex ciuilis & hoc modo rectè definiri: Vt sit honestum legitimæ potestatis decretum, ad tuendam reipub. pacem, moresq; ac iudicia regenda, publicè factum & conscriptum. Sed hæc definitio, ut superiores, nõ tantùm legibus Rom. uerumetiã alia-rum quoq; ciuitatũ cõgruit. Atqui nostris in libris tantũ de Rom. agitur: cui subiecto definitiones conuenire, & ad quod accõmodari debẽt. Quamobrẽ primã Iustiniani descriptionẽ in hac Rom. iuris schola, uelut maximè propriã, & materiæ substratæ cõuenientẽ, retineamus, qua lex nedũ ab aliarũ Rerumpub. Iuribus, uerumetiã à reliquis Iuris in Romana ciuitate scripti speciebus rectè secernitur. Quid sit porrò Plebiscitũ, S. C. &c. traditur [g]. Legũ aliæ diuinæ sunt, aliæ humanæ [h]: harũ porrò aliæ naturales, aliæ ciuiles [i]: hæ rursum aut uniuersales, aut generales, aut singulares, aut particulares seu locales [k]. Sed sciendum est, hîc propriè de ciuilibus & uniuersalibus, & quidẽ Romanis tantùm, agi: ad quas & definitio congruit, uelut antè dixi.

a ut Spartia. in Seuero.
b electa. 40. infr. si cer. pet.
c Spart. & Lampr. in uita Maxim.
d Lampr. in eius uita.
e Eutrop. lib. 8.
a Cicer. lib. 1. de Legib.
b §. lex est. Inst. de iur. nat. gent. & ciui.
c l. j. hoc tit.
d l. 2. in prin. hoc tit.
e d. l. 2. in fin.
f lib. 2. de Legib.
g tit. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil.
h c. omnis. 1. distinct.
i l. 9. l. penul. C. de iust. & iur. tot. tit. Instit. de iur. nat.
k l. 2. l. fin. C. eo. l. ius singulare. h. t. Schurff. consil. 18. nu. 4. cent. 1. uid. tit. j. de decre. ab ordin. facien.
l §. ius autẽ ciuile. uersic. nam quod quisq;. Instit. de iur. nat. gen. d. §. lex est. d. l. omnes C. tit. 2.
m l. non ambigitur. 8. hoc tit.
n §. edicta. Inst. de Iur. natu. gent. & ciui.
o §. sed & quod prin. Instit. eo.
p l. j. inf. tit. j.
q l. non ambigitur h. t.
r l. pen. hoc tit.
s l. j. & l. fi. C. eod. Bart. in l. 3. num. 8. de iurisd.
t Bart. in l. omnes. 9. C. de iust. & iur. num. 8. per l. formam. C. de offic. præf præto. Ori.
u Iaſ. in l. non dubium. nu. 22. C. de legibus. Bart. in l. 5. in prin. num. 4. ubi idẽ Iaſ. latè de uerb. ob. tot tit. de Decret. ab ordin. facien.
x c. ut animarũ. de constit. num. 6.
y c. antepen. de consue.
z Bar. in d. l. omnes. 9. nu. 7. C. de iust. & iur. & Bald. in l. 2. in 3. nota. c. eo.
a Iaſ. in d. l. omnes. nu. 26.
b l. placuit. 8. C. de iudic.
c l. j. C. de legib. ubi Dd.
d l. j. inf. tit. 2.
e l. leges. 7. C. eo.
f d. l. leges. & l. sancimus. 17. C. de sacro. eccles. l. eos. C. de usur. cũ simil.

3 Causa † efficiens Rom. iuris & legum est populus [l], aut magistratus, cui imperium & potestatẽ condendi iuris populus detulit: ut Senatus [m], Prætor [n], Princeps [o]. Populus legem propriè condit & Princeps in quem ius populi translatum est [p]. Senatus ius potius facit [q], quia S. C. non congruit legis definitio in Repub. Ro. cum non fiat à toto Pop. uel Principe qui populi Iuribus utatur. His addas licet Consuetudinem, quæ & ipsa author iuris est, ut passim ex I. C. responsis perspici potest: qui plurima secundum receptos mores definiunt. Vnde Modestinus [r], cùm de causa efficiente loquitur: Omne, inquit, ius aut consensus fecit, ut leges, ius ciuile prudentum, quod ab omnibus propter euidentem æquitatem simulac alicunde oblatum, statim etiam est approbatum: aut necessitas constituit, puta constitutiones. S. C. edicta: magistratibus enim est parendum: aut firmauit consuetudo. Hodie translato in Principem Imperio, legem generalem solus facit Princeps [s], localem quisq; Dux seu præfectus inferior in suo territorio [t]: quam Edicto prætorio non rectè quidam comparant [u]. Sed & quæque uniuersitas, municipium, ciuitas quamuis superiori subiecta, leges locales sibi facere potest: quæ in iure sunt decreta [x], hodie statuta uocantur [y]: cum approbatione tamen superioris fieri debent [z], ut uult Bar. [a] quæ sententia usu obtinuit quamuis non desint qui contradicant [b]. Iudices in iudicijs interpretandi iuris potestatem habent: quæ interpretatio inter litigatores, ualet ut sententia [c]: statuendi autem interpretandiq; iuris in modum legis, scilicet ut omnes ea interpretatio teneat, & de iure aperto decerpat, potestatem nõ habent, sed soli Principi talis est ex iure Pop. potestas [d].

4 Materia † circa quam lex uersatur, sunt personæ, res, & actiones siue iudicia [e], non præterita aut præsentia, sed futura [f], nisi aliter lege cautum sit [g]: in quibus tamen non minutissima quæque leges consectantur,

BIU Cujas

ctantur, aut quæ fortè uno aliquo eueniunt casu [a], aut bis [b], & ut ait Pompon. [c] ἐκ παραλόγου, aut quæ singulas respiciunt personas [d]: sed quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον euenire solent, & in commune sine complexu personarum rerumq; certarum spectant ad omnes [e] omnium ætatum subsequentium ciues [f]. Quod quidem de legibus quæ publicè rogantur, ac proponuntur (nam de his Iurisc. locuti sunt) potissimum est accipiendum. Cæteroqui consultos sæpenumerò in rebus subtilibus, & particularibus etiam ab usu remotis uersari, sicuti & quædam Cæsarum rescripta in personalibus perspicuum est [g]: quæ ex se pro lege non habentur, nec ualent generaliter, sed postquam in Corpus iuris redacta sunt, exemplo sententiarum, decretorum, edictorum, consuetudinum, responsorum, quæ eodem relata habemus, pro iure omnes obligant. Ius quod circa res uersatur, aut in Acquirendo, aut Conseruando, aut Minuendo consistit [h], neq; uerbis Dicis causa, sed Rebus leges imponuntur [i].

Forma † iuris uaria est [k], nam aliud Scripto continetur, idq; pro diuersitate legumlationis uariè (alia 5
est enim forma ferendæ legis, alia proponendi Edicti, alia S.C. &c.) aliud uerò absq; Scripto ualet [l]. Illud cómune est omnibus legibus: primùm, ut aut Imperent, aut Vetent, aut Permittant, aut Puniant [m]: quare & Cic. [n] uocat Legem, rectam imperandi & prohibendi rationem, & [o] addit maiorem uim inesse prohibentibus legibus, quàm permittentibus: deinde ut ad regulam summæ illius legis, quam in mente tanquam κεφάλαιον & normam omnis iuris circunferimus [p], congruant & aptentur [q]. Nam quę huic ex diametro aduersantur, non magis legum nomen attingunt, quàm Medicorum præcepta dici possunt eorum præscripta, qui pro salutaribus mortifera obtrudunt. Rectè itaq; à nostris dictum est, animam legis esse rationem [r]: idq; demum legis nomen mereri, quod in æquitate consistit [s]. Quamuis uerò non omnium ratio reddi possit [t], nec subtiliter sit inquirendum in leges iam latas [u], quod & Plato fieri prohibet: tamen minimè dubium est, quin certa aliqua & probabili de causa magnaq; deliberatione leges omnes Rom. sint rogatæ. Quare si nihil ambiguitatis sit in uerbis sensuq; legis, meritò ei parendum est, etiamsi ratio sit obscura [x]. Ex quo intelligi potest, aliud esse Sententiam legis, aliud Rationem. Sententia est τὸ ὅτι, ratio διότι, & causa, quare lex in eam sententiam scripta sit: aliud est autem res, aliud causa rei. unde uulgatum: Rationem dicti non idem esse cum ipso dicto [y]. Porrò ad formam legis, scripturam quoq; Dd. iam requirunt: quod etsi Connanus improbet, tamen quo ad ius nostrum Rom. uerum est: quia scriptura specifica est differentia, qua hodie, sublatis illis ueterum in statuendo iure solennitatibus, lex à consuetudine distinguitur [z]: eaque re lex inter partes seu species Iuris scripti refertur. quanquam non inficior, in eo quoque etiamnum differentiam esse, quòd lex expresso consensu, & approbatione, atq; suffragijs, aut certè ex Principis authoritate uno tempore & fertur & ualet: consuetudo uerò tacito totius Populi tantùm consensu, nec uno temporis puncto, sed longa diuturnitate inducitur, & temporis progressu uires acquirit [a].

Causa † finalis ll. est, ut harum præsidio tuti ab iniurijs simus [b]: emendentur uitia, commendenturq; 6
uirtutes: quam rerumpub. anchoram firmissimam Solon esse dixit: & ut in rebus acquirendis, retinendis, alienandis, omnibusq; contractibus, pari iure summi cum infimis teneantur: quod concordiæ ciuilis fundamentum est. Huc respiciens Vlpia. [c] ait, totum ius aut in Acquirendo, aut in Conseruando, aut in Minuendo cósistere. Quanquā hoc non de uniuerso iure, sed illo quod ad Res duntaxat pertinet, de quo Vlp. eo loci agit, dictum uideri potest. In summa, huc omnes leges collimant & referuntur, quod etiam suprà demonstrauimus: ut quàm beatissima sit respub. isq; status æquabilitate iuris retineatur.

Effectus † legum est, ut omnes obligent ad scientiam [d], ad obedientiam [e], aut ad pœnam [f], excepto 7
Principe, qui cum ius rogandi abrogandiq́ue iuris habeat, legibus solutus est [g], etiamsi legibus, sicuti par est, uiuat [h].

De interpretatione uerò legum, multa hoc titulo proponuntur & uelut regulis quibusdā aptè colligantur: quomodo similes ad casus eæ producendæ sint, uel ratiocinatione consultorum [i], uel iurisdictione magistratus [k], quomodo ὑποκρίσεις quadam temperandæ, quoad mens & uerba legis patiuntur [l], nisi aut cōtra rationem iuris quid receptum contineant [m], aut certam semper habuerint interpretationem [n]. Qua item ratione leges inter se conciliandæ [o], & quemadmodum in leges committatur [p].

Quod † ad ius non scriptum attinet, Consuetudo dicitur ius nō scriptum, uetustate comprobatum [q], 8
uel introductum moribus [r], tacita quasi conuentione [s], aut ius, longa consuetudine approbatum [t], siue obtentum [u], usus inueteratus [x]. Iustinianus [y], hoc modo: Consuetudo est ius, ex non scripto ueniens, quod usus approbauit: alij aliter definiunt [z], sed sufficit, rem utcūq; intelligi, uel ex hac qualicunq; descriptione: Consuetudo est ius ciuile, non pugnans cum lege naturę, diuturnis utentium moribus, sine scripto inductum [a], cōsensuq; populari tacito, per usum longi temporis comprobatum [b]. Vt autem de iure scripto, sic etiam de non scripto solius pop. Rom. hîc agi putemus [c], etiamsi in his multa sint, alijs quoq; populis & rebuspub. imperium Rom. non recognoscentibus, communia. Nam & hodie ius hoc propter summam æquitatem & prudentiam, ius quasi Gentium & omnium populorum bene institutorum commune est [d]. Itaq; in genere nonnulla de consuetudine disseremus: præsertim cum in hac nihil admodum peculiare, quod reliquis non conueniat, pop. Rom. habeat. Consuetudo duplex est: alia generalis, quæ est instar legis [e], alia specialis seu localis, quæ uim habet statuti siue legis municipalis [f].

Sunt

a l.4.hoc tit.
b l.6.τὸ γάρ. hoc tit.
c l.3.hoc tit.
d l.iura.8.hoc tit.
e d.l. iura. l. non possunt. 11.hoc tit.
f nā leges ad futura pertinent. d.l.leges.17.C.de legib.
g l.2.C.de legib. l.neque. 6. cū l. seq. C. de decur. lib.10. l. j. de constitut. princ.
h l.ult.h.t.
i l.2.C.com. de lega. in fi.
k Cic. pro L. Flacc. & in Piso. & lib.2. de Legib. Dio. App. Plut. passim. Hotomann. in commen. Conna. comment. lib.1. cap.13.
l §. sine. pen. Inst. de iur. nat. c. priuilegia. cum seq. dist.3.
m l.legis. 6. aut iuxta alios codic.7.h.t.
n lib.1. de Legib.
o lib.2. de Inuen. Her. lib. 2. cap.3.
p Cic. lib.2. de Legib.
q c.erit autē lex. c. factæ. 4. distin.
r arg. l scire.16.h.t. c. sedulo.38. distinct.
s c. consuetudo. dist.1.
t l. non omnium.19.h.t.
u l. & ideo.10.h.t.
x l. prospexit.12.ff. qui & à quib. l j. §. licet.10. de exerc. act.
y l. qui interrogatus. 12. de pet. hær.
z c. lex est. distin.1. l. ius ciuile. 5. de iust. §. constat. §. sine scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. uide Bart. in l.1. nu.3. ad l. Falcid.
a l. j. §. ult. ff. de aqua plu. l.3. §. ductus aqua. ff. de aqua quot. & æst.
b Cic. lib.2. Off.
c l. fina. ff. h.t
d l. leges. C. de leg. tot. tit. de iur. & fac. ig.
e l. diuus. 7. de iur. patr. Felin. in c.3. num.5. de iureiur.
f l.2. hoc tit.
g l. princeps. 30. hoc tit.
h §. fin. Inst. quib. mo. testam. infir.
i l. & ideo. 10. l. nam ut ait. 12. h. tit.
k d.l. & ideo. cum ll. seq.
l l. nominis. 6. §. uerbum. de uerb. sig. Bar. in l. sed sciendum. de parricid. l. contra. 28. cum l. seq. h. tit. l. benignius. 17. cum l. sequent. l. nulla ratio. 24. hoc tit.
m l. quod uerò. 13. cum ll. seq. hoc tit.
n l. minimè. 22. h. t.
o l. non est nouū. 25. cum ll. sequent. hoc tit. l. unic. C. de inoff. dot.
p d.l. contra. cum l. sequent.
q Cic. lib.2. de Inuen. cap.5. & 12.
r c. consuetudo. 1. distinct.
s l. de quibus. 31. l. sed ea. 34. h. t.
t d.l. sed ea. 34.
u l. quod non ratione. 38. h. tit.
x l. pen. de pœn.
y §. ex non scripto. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.
z Azo in rubr. C. quæ sit loc. cons. & ibid. Cyn. ac Salic. Angel. in d. §. ex non scripto. Hostien. Panorm. & Can. in rub. ex. eod.
a §. ex non script. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Guid. pap. in procem. decis. Gratiano.
b l. de quibus. 31. hoc tit.
c d.l. de quibus h.t.
d c.j. de feud. cog.
e d.l. de quibus. hoc tit.
f l.3. de sep. uiol. l.1.2. C. de ser. l.1.2. C. quæ sit lon. cons. Fab. in d. §. ex non scripto. Cyn. & Dd. in d.l.2. C. quæ sit long. cons.

Sunt qui in quatuor ſpecies eam partiantur & deducant: uidelicet Vniuerſalem, Generalem, Specialem, Specialiſsimam ſiue Singularem [a].

Conſuetudinem autem introducere poteſt Populus, qui & legem condere [b], quod in libero populo minus habet dubitationis [c], in eo qui Superiorem recognoſcit, plus quęſtionis eſt: alijs exiſtimantibus ſcientiam & patientiam Superioris opus eſſe [d], alijs uerò contrà iudicantibus, ſufficere ſi Princeps ſuperior non cõtradicat [e], quorum ſententia uſu eſt receptior. Porrò quòd arbitrantur pleriq;, neceſſum eſſe ut aut à toto populo, aut maiore eius parte conſuetudo inducatur: id ut in ſtatutis obtineat [f], certè in conſuetudine admitti non debet, neq; etiá poteſt: cum huius origo plerunq; ignoretur, nec in conſiderationem ueniat: ſatisq; ſit actus ſingulares probare, & de his oſtendere, eorum uſum in uerisimilẽ noticiam populi peruenisſe [g]. Quòd ſi uel totius populi, uel maioris partis uſurpatio eſſet demonſtranda: profectò aut impoſsibilis, aut difficilis admodũ efficeretur conſuetudinis probatio. Quare omnes illæ diſputationes inutiles ſunt: An induci conſuetudo poſsit, à muliere [h], minore [i], familia [k], etiam ab uno homine [l]. Nec enim conſideratur, à quo ſit orta conſuetudo, id quod plerunq;, ut in uetuſtis, ſciri non poteſt [m], ſed, an in noticiam & uſum popularem tranſierit [n].

Materia circa quam uerſatur conſuetudo, ſunt res poſsibiles atq; honeſtæ. Nam obligatio nulla eſt rerum impoſsibilium [o], & turpium [p], & proinde nec ius ullum, aut conſuetudo. Rei enim non bonę, cõſuetudo peſsima eſt. Quare laudabiliter aiunt noſtri, Conſuetudinem oportere eſſe rationabilem [q], nec præſcribi iuri Diuino [r] aut naturali [s], ulla quamuis longiſsima uſurpatione. Quæ nam autem ſit rationabilis, id arbitrio iudicantis relinquendum eſt [t]. Id tamen uideo nonnullis placuiſſe, etiam irrationabilem uſum præſcribi tanto tempore, cuius initij non exiſtat memoria, dum tamẽ in legem diuinã aut naturalem apertè non incurrat [u]. nam illiuſmodi temporis diuturnitas, priuilegij inſtar eſt [x]. An autem contra ius Scriptum induci conſuetudo queat, nõ dubites in populo libero, cui iuris condendi, & expreſsis, ideoq; tacitis etiam ſuffragijs abrogandi poteſtas eſt [y]. At populis imperio Romano, eiuſdemq; Principi ſubditis ius illius cõſuetudine præſcribi, non uidebatur concedendũ [z]. Qua in re arbitror deſuetudine legem poſſe abrogari, ſuperiore ſcilicet obedientiam non exigente [a]: conſuetudinem uerò contra legem Principis non aliter induci poſſe, quàm tanto tempore, cuius initij nõ exiſtat memoria, hac enim ſola uetuſtate, & non minori tempore, iuribus Principalibus præſcribitur [b]. Dd. tamen [c] indiſtinctè, etiam contra leges conſuetudinem induci ac præſcribi decennio in foro ciuili, 40. uerò annis in foro Eccleſiæ arbitrantur [d].

Ad inducendam porrò conſuetudinem nec titulo neque bona fide opus eſt [e], ſed primùm actuum frequentia [f], uidelicet duorum aut [g] plurium pro arbitrio iudicis [h], & maximè iudicialium, ſi haberi poſſunt [i], quamuis quoq; extrajudicialibus illa probetur [k], & ſine etiam actibus conſuetudo immemorialis, ſi teſtes deponant ſic ſemper fuiſſe obſeruatum [l]. Secundò diuturnitate temporis [m]: quod Dd. decennium eſſe uolunt [n]: ius Sax. 30. & amplius annorũ [o], id quod probabilius, ueroq; magis & rationi conſentaneum eſt: cum conſuetudo ius ſit incorporale, nullis ſoli rebus cohærens: quæ autẽ ſunt eius generis, tantùm 30. annis præſcribi ſolent [p]. Hoc autem tempus à primo conſuetudinis actu, qui haberi probariq; poteſt, computandum eſt [q]. Tertiò requirit Bart. [r] principium rationabile, ut ſcilicet non errore, ſed certa ſcientia conſuetudo introducta ſit [s]. Sed antè dixi, principium cõſuetudinis non conſiderari: & alioqui traditum eſt: Actus conſuetudinis in dubio ſemper præſumi animo confirmandæ conſuetudinis factos eſſe [t], ut huius requiſiti magna non ſit habenda ratio, niſi errore facti populum cõſuetudine uſum eſſe, oſtendi poſſet. Præcipuam autem conſuetudinis differentiam ac formã in eo conſiſtere arbitror, ut ſine ſcripto in ſolo populi uſu uerſetur. Nam hac potiſsimùm differentia à lege ſecernitur [u]. Putant tamen Dd. conſuetudinem in ſcriptis redigi poſſe, facilioris ſcilicet probationis gratia: neque eapropter naturam eius immutari [x]. Ex his autem intelligi facilè poteſt, quæ nam probandæ ſit ratio conſuetudinis. Probari enim eam, non tantùm allegari conuenit [y], cum in facto conſiſtat [z]. Hæc autem ipſa quæ requiri diximus, ſunt probanda ſpecificè [a]: uidelicet, frequentia actuum ſeu uſus populi, qui ex frequentia actuum præſumitur, & ut loquuntur uniformi [b], item temporis diuturnitas [c]. Ea probantur aut ſcripturis, puta libris publicis, atteſtatione ſeu ſcriptura magiſtratuum, exemplis rerum iudicatarum [d], &c. aut teſtibus, ſaltem duobus [e], qui idoneam ſuæ opinationis cauſam reddant [f], & de

a Hoſt. in rub. eẋ. de conſuet.
b d.l. de quib. 31. h.t.
c Bart. in d.l. de quib. n. 11.
d c. cum non ignores. 15. de præben. Cyn. & alij in l. 2. C. quæ ſit long. conſ.
e Bart. nu. 11. Iaſ. nu. 30. in d.l. de quib. Fab. in l. 1. c. de ſumma tri. & in §. ex non ſcripto. ubi Angel. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Innoc. & Can. in rub. & c. pen. & c. fi. eẋ. eo.
f l. quod maior. 19. ad municip.
g Iaſ. in d.l. de quib. num. 84. Ro. Curt. in repe. c. fi. de conſuet. Cor. conſ. 292. circa uol. 1.
h Bar. in l. 1. h.t. Panor. in c. fi. eẋ. eo.
i Bar. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſ.
k Dd. in d.l. de quib. & d. c. fi. ubi Cur.
l Alex. & alij in l. ſi non ſpeciali. 9. C. de teſta.
m l. ſi arbiter. 28. ff. de probat.
n Iaſ. num. 84. & Dd. d.l. de quib.
o l. impoßibilium. 195. de reg. iur.
p l. generaliter. 26. de uerb. oblig.
q c. 1. ubi glo. ad uerb. rationabilia. de conſuet. in 6. Menoch. declarans quomodo eſt rationabilis. conſ. 52. nu. 171.
r Bal. in 2. C. de uſur. c. ad audientiam. c. cum uenerabilis. 7. c. fi. ubi Dd. de conſue. c. ad noſtram de probat. Cle. 1. de uſur. Schurff. latè cõſ. 83. præditæ. nu. 11. cent. 3.
s c. fruſtra. c. quæ contra. diſtin. 8. c. 1. de conſuet.

lib. 6. t Hoſt. Panor. Bal. in d.c. fin. ad uerb. rationabilis. per c. cum uenerabilis. de excep. u Roch. Curt. in rep. d.c. fin. ad uerb. rationabilis, uerſ. Sexto aduertendum per Felin. in c. 2. de maio. & obed. x l. 3. §. ductus aquæ, de aq. quot. & æſt. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſig. Iaſ. in l. imperium. 3. nu. 22. de iuriſdict. Schurff. conſ. 72. pro clariore. nu. 27. cent. 1. y d.l. de quib. 31. h.t. z l. 2. C. quæ ſit lon. conſ. c. fi. de conſuet. a d.l. de quib. in fin. b l. comperit. 6. ubi Dd. C. de præſcrip. 30. ann. d.c. ſuper quibuſdam. §. præterea de uerb. ſig. Dd. in d.l. 3. ubi Iaſ. numer. 22. de iuriſd. c Bart. Iaſ. & alij in d.l. de quibus. Can. in d.c. fin. Schurff. conſil. 47. prædictæ. numer. 7. cent. 3. Chil. in prac. cap. 47. d c. de quarta. de præſcrip. c. cum beneficio. 5. ubi gloſſ. uerb. legitima. de præben. in 6. e Iaſ. in d.l. de quibus. numer. 49. f l. 1. C. quæ ſit long. conſ. l. an in totum. 3. C. de ædific. priu. g Bart. num. 12. Iaſ. numer. 85. in d.l. de quib. Azo in rub. C. quæ ſit lon. conſ. num. 3. h Bart. Iaſ. præall. lo. Can. in d.c. fin. Bald. & Salic. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſ. i l. nam imperator. 37. l. cum de conſuetudine. 33. hoc tit. gloſſ. in l. 3. in fin. C. de epiſc. aud. k d.l. cum de conſuetudine. l Fab. in §. ſine ſcripto. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Roch. Curt. in repet. c. fina. eẋ. eo. m d.l. de quibus. cum ll. ſeqq. d.c. fin. n Bart. num. 14. Iaſ. nu. 43. & 44. in d.l. de quibus. o Fach. diff. 12. Reinh. parte ult. diff. 2. p tot. tit. C. de præſcript. 30. ann. q Bart. in l. Labeo. numer. 10. de ſup. lega. Curt. in d.c. fina. in 2. requiſ. r in d.l. de quibus. numer. 11. s l. quod non ratione. 38. hoc tit. t gloſſ. & Dd. præcipuè Curt. in d.c. fin. in 7. requiſito. u §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. nat. l. ius ciuile. de iuſt. & iur. x Bart. numer. 8. & 21. Iaſ. numer. 36. in d.l. de quibus. Aldo. dicens eſſe communem. numer. 4. in §. ex non ſcripto. Inſtit. de Iure nat. gent. & ciuili. Graſſus commun. opin. lib. 1. quæſt. 1. y l. 4. de cuſtod. reor. Caſt. in l. unic. C. ut quæ deſunt aduo. fac. l. aſſeueratio. 10. C. de non num. pecu. l. ſiue. 16. C. de probat. l. ſi manifeſt. 7. C. de ſeruit. z Menoch. conſil. 37. numer. 92. conſil. 8. numer. 16. conſil. 75. numer. 60. conſil. 37. numer. 96. conſil. 54. numer. 37. a Menoch. conſil. 54. numer. 37. b latè Menoch. conſil. 37. numer. 39. & 67. c Iaſ. poſt alios, in d.l. de quibus. numer. 88. Fab. in d. §. ex non ſcripto. Curt. poſt alios in d.c. fina. d c. poſt ceßionem. 7. de prob. Bart. conſil. 461. & d.l. de quibus. & in l. 2. C. quæ ſit long. conſ. e Bart. Cynus in d.l. 2. f Bart. & Dd. in d.l. 2. Fab. in d. §. ex non ſcripto. Roch. Curt. in d.c. fi. qui ait hanc eſſe communem. uid. Alex. conſil. 45. cura. & conſil. 131. uol. 2. & conſil. 45. uiſis. uol. 2. Corn. conſil. 193. quod ad conſultationem. uol. 1.

BIU Cujas

ijsdem actibus deponant, aut saltem in genere consuetudinem ita se habere testentur: quamuis in redditione causæ, & actibus deducendis sint singulares [a]. Periti tamen & seniores cuiusq; loci, qui ita semper obseruatum esse, nec meminisse contrariũ, idemq; à maioribus se audiuisse testantur, etiam sine alia causæ redditione, ostensioneq; actuum probant [b]: cùm quia de immemoriali consuetudine deponũt [c], tum quòd licet ad inducendam consuetudinem, actuum frequentia requiratur, non tamen ad probandam: sed sufficit probari, in noticiam populi eam peruenisse [d], postremò quia peritis etiam sine causæ redditione credi, tralatitium est [e].

Finis consuetudinis est qui omnium aliarum legum: de quo scitè dicitur: Omnium legum finem esse extremum, aut necessitatem, aut utilitatem subditorum [f]. Sicut & Cicero libro de Legibus 2. ait: Supremam legem esse oportere salutem populi: hoc est, legem ἀρχιτεκτονικὸν, quò reliquæ leges, consuetudines, statuta referenda sint, esse salutem, consociationis humanæ & reipub. communem: pro cuius usu ferri, rogari, abrogari debent [g].

Effectus non minor quàm ipsius legis [h], utpote cum iuris ciuilis species sit æquè atq; ius scriptum [i], & altera quædam natura [k]: itaq; omnes obligat ad scientiam cum aperta & nota est, item ad obedientiam, aut ad pœnam, in contractibus [l], delictis [m], iudicijs [n], & alijs id genus actionibus humanis [o]. Imò quod magis est, consuetudo non modò optima interpres est legis [p], uerumetiam quando illi contraria inuenitur, legi & iuri cómuni derogat [q], ut nunc quidem moribus ubiuis obseruatur: secundum quos stylus etiam, ac consuetudo Curiarum pro lege habetur [r], & quod secundum consuetudinem fit, dicitur iure fieri [s]: & potest ea pro iure allegari [t], ac pro eo iudici esse debet, adeò ut contra consuetudinem iudicans litem faciat suam [u], ac sententia expressè contra consuetudinem lata, perinde atq; contra constitutiones dicta sit ipso iure nulla [x]. Sed de hac alibi copiosius dici solet [y].

a Ant. de But. & Roch. Curt. in d. c. fin. ex. eod.
b Bart. in l. de quib. nu. 22. Fab. in §. sine scripto. Inst. de iur. nat.
c Fab. præall. loc. Curt. in d. c. fi.
d uid. Roch. Cur. in d. §. fi.
e Bart. in d. l. de quib. nu. 22. Ant. Gab. Roma. lib. 1. de probat. concl. 4.
f c. non debet. pen. ubi Panor. nu. 3. de consan. & affinit.
g c. erit. d. st. 4. cum simil.
h Menoch. cons. 34. nu. 8.
i d. l. de quib. 31. h. t. §. ex non scripto. Inst. de iur. nat. c. consuet. 1. dist. c. cũ sit consuetudo. ex. eod. Cyn. in l. 2. C. quan. pro. Guid. pap. in præfat. decis.
k Menoch. cons. 13. nu. 22.
l l. si fundus. 6. de euict. l. quod si. 31. §. quia assiduo. 18. de ædil. edic. l. sine. 32. al. 33. §. Lucius. de ad. iut.
m Auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. l. saccularij. 7. de ext. cr. m. l. aut facta. 16. §. pen. de pœn.
n l. 3. §. fina. ubi gl. de testi. Auth. iubemus. ubi Bal. C. de iudi.
o l. 4. §. fin. de uectig. l. si quis donaturus. 28. de usufruct. l. 4. C. de ædif. priua.
p l. si de interpretatione. 36. hoc t.
q l. item. 6. ubi gl. ad uerb. uel perpetua. quod cuius. uniuers. l. uenditor. 11. §. si constat. som. præ. l. semper. 5. §. legem. de iur. im. d. l. de quib. 31. h. t. Ias. l. 2. n. 14. cũ seq. C. si con. ius uel util. publ.
r l. ult. in fi. C. de iniur. §. ult. Inst. de satisda. l. generaliter. 12. C. de reb. cred. Guid. pap. in præfat. decis. Euerar. in loc. à stylo cur.

De constitutionibus Principum.

TITVLVS IIII.

CONstitutiones Principum partem esse iuris scripti, diximus [a]. Quod enim Principi placuit, legis habet uigorem [b], utpote cum lege regia, quæ de eius imperio lata est, (tempore, quantum suspicor, Augusti, quem primum legibus fuisse solutum, potestatemq; populi & Senatus ac Tribunorum ad se transtuliſse, accepimus [c], cuius exemplum reliqui deinceps Imperatores secuti sunt) populus ei & in eum (phrasin ipsius legis hæc uerba fuisse arbitror, qua in eum ipsum populum scilicet potestatem principi fuisse concessam, Theoph. in Inst. indicat) omne suũ imperium, & potestatem contulerit. Quodcunq; igitur Imperator constituit, ius est: uel per epistolam, qua absens consultoribus respondet [d], aut per subscriptionem statuit, quando libellis supplicantium sententiam suam subscribit [e], uel ipse cognoscens de causa solenniter in iudicio [f], aut de plano extra iudicij locum & citra usitatum ordinem decreuit [g], aut edicto publicè uetuit, uel iusit: aut oratione, quæ in senatu suadendæ legis causa solet à Principe haberi, præcepit [h]. Hæc enim omnia, legem esse constat [i]. Et hæ sunt quas Constitutiones appellamus. Planè ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur. Vt quod princeps ob merita alicui indulsit, aut si quam pœnam irrogauit, uel si cui sine exemplo subuenit [k], aut aliter interlocutus inter duos duntaxat est, non animo faciendæ legis, & ut inter alios quàm qui in lite fuerunt ualeat [l]. id enim personam non egreditur [m], quamuis alioqui beneficia eius latissimè respectu ipsius dantis, non alterius sint interpretanda [n]. Planè, quoniam Princeps successori præire nequit [o], (Par enim in parem non habet imperium [p]) constat Constitutiones posteriores prioribus esse potiores, ijsq; etiam derogare [q]. Alia contractus est ratio, qui à Principe factus, licet uim ciuilis legis habeat [r], tamen ex Iure naturæ successores etiam obligat [s], quoniam instar priuatorum ex contractibus tenentur [t], etiam quando cum subditis contrahunt [u].

s c. cum uenissent. de eo qui mitt. in possess.
t Card. Zab. in cle. sæpe. §. & quia. in 6. notab. de uerb. signif. uide Ias. & Dd. in l. 2. nu. 14. & 17. C. si con. ius uel util. publ.
u Auth. iubemus. ubi Bal. nu. 2. C. de iud. §. j. Inst. de off. iud. uide lat. Tiraq. de pœn. nu. 7. in præfat.
x Fel. in c. causam quæst. 2. in fin. de testib. sed contrà Cyn. in l. 2. C. quan. prouoc. uide Guid. pap. in proœm. decis. & ibi annotat. marg. Euerar. in lo. à stylo cur. Tiraq. in elegantiss. tract. de pœn. in præfat. numer. 7. uide etiam Fel. in cap. ex parte. nu. 17. de rescrip.
y l. 1. 2. C. quæ sit long. consuet. c. ult. ubi latè Curt. & hoc t. ex. de consuetud.

De statu hominum. Tit. V.

1 Obiecta iuris, & ordo titulorum: quid sit Status, ac quotuplex.
2 Triplex personarum diuisio.
3 De diuisione naturali.
4 De diuisione hominum ex iure gentium.
5 De ingenuis: & quare partus uentrem sequatur.

OMne [t] ius quo utimur, uel ad Personas pertinet quibus ius redditur: uel ad Res, de quibus ius redditur: uel ad Actiones, siue iudicia, per quæ ius redditur [a]. nam uerbo Actionis omnem iudiciorum

a §. sed & quod princ. Inst. de iure nat.
b l. j. hoc t.
c ex Tacito, lib. 1. Dione, lib. 53. S. C. de imperio Vesp. as. facto, quod adhuc Romæ extat.
d l. 3. de testib. l. debitorib. 31. de re iudic.
e l. non distinguemus. 32. al. 37. §. cum quidam. 13. de recep. arb. l. sed addes. 19. al. 21. §. 9. loca. l. diui. 17. de iur. patro.
f l. 3. de his quæ in test. delen. l. Aemylius. 39. de minor.
g l. j. hoc tit. l. 3. C. eod.
h l. oratione. 16. de sponsal. l. j. de reb. eor.
i l. j. h. t. l. 3. C. eod.
k ut Nouell. 139.
l l. 2. l. 3. in fin. C. de legib. l. j. hoc tit.
m l. j. in fin.
n l. 3. hoc tit. ubi uide Ias. & Dd.
o gloss. final. & Dd. in l. digna uox. 4. C. de legibus. Bald. in l. numer. 3. C. de legibus. Bart. in l. 2. §. final. de opt. legat. Bald. consil. 161. proponitur. numer. 2. uol. 3.
p l. 4. 6. de recep. arb. l. est receptum. 14. de iurisdiction.
q l. final. hoc tit. l. j. ad leg. Aquil. c. ult. in fin. de rescript. lib. 6. Bald. l. 1. hoc tit. c. ult. ut lite. pend. c. 1. ubi Panorm. num. 2. & 10. de sequest. poss.
r l. penult. C. de dona. int. uir.
s Bald. Castr. d. l. digna uox. Cravet. de antiq. temp. in princ. numer. 17. Bald. l. 2. numer. 40. C. de seruitutib. Fel. & Dd. c. quæ ecclesiarum de constit. text. in c. 1. de probat. ubi Canonis.
t d. c. 1. de nat. feud.
u Bal. l. princeps sup. tit. 1. eleganter Iacobin. in Inuest. uerb. princeps. in princ. num. 4.
a l. 1. & 2. hoc tit. §. ult. Instit. de iure nat. gent.

BIU Cujas

eiorum ordinem, principium, progressum atque exitum comprehendimus [a]. Nulla est autem iuris disputatio, in qua non aut de personis, aut de rebus, aut de iudicijs, aut de his simul omnibus quæratur. Itaque quanquam in postrema materia explicanda, uidelicet quomodo agi, & iudicio res inter litigatores peragi, ac suum cuique tribui debeat, Pandectæ totæ consumuntur: tamen ut melius ea ipsa intelligantur, Isagoge quædam de iure personarum, & rerum diuisione præmittitur. Nam & de his passim uariæ instituuntur disputationes. neque enim in omnibus iudicijs non habetur ratio personarum, quæ iudicia sustinent [b], & rerum de quibus litigari solet [c]: quæ sanè percipi satis rectè nequeunt, nisi præmissa quadam & status hominum, & diuisionum qualitatis q; rerum expositione. Qua in parte ordinem Perpetui edicti secutus est Tribonianus [d]. Nam etsi Iulianus I. C. in Edicto perpetuo (quod compositum Imperator Adrianus confirmauit, ex eoque de uoluntate Senatus perpetuo ius dici uoluit, cùm antea edicta leges tantùm essent annuæ [e]) edicta duntaxat Prætorum, quibus iudicia & actiones continebantur, describere & complecti uoluit: tamen quia in ijs non exactam personarum & rerum diuisionem factam uidebat, prudenter de uario hominum statu, deq; rerum diuisionibus & qualitate, ante omnia disserendum sibi ratus est: quòd his non intellectis, reliqua percipi rectè non posse animaduertebat. Primò igitur de statu personarum, quarum causa ius constitutum est [f], iuxta ordinem Perpetui edicti aliquid est dicendum.

Status hominis aliud est, quàm dignitas [g]: nam hæc ad splendorem & actiones uitæ, ille ad conditionem in qua quisque nascitur, & ab origine quasi stat, pertinet [h]. Huius tria censentur esse capita: Libertas, Ciuitas, Familia [i], ut apud Terentium [k]. Principio dico esse liberam, ciuem Atticam, meam sororem. Quare cum unum ex his tribus adimitur, caput hominis minui dicitur, Maxima, Media, Minima capitis diminutione [l]. In quæstione porrò status, summa & prima diuisio est, qua homines in Liberos & Seruos tribuuntur [m]. hoc enim primum & præcipuum iuris status caput est, quod uitæ mortiq; comparatur [n]. Sed quia de discrimine sexuum aliqua hoc in titulo traduntur, nos docēdi gratia diuisionem personarum primam à natura mutuabimur.

2 Personarum † ergo triplex esto diuisio: una Naturalis, altera Iuris gentium, tertia Ciuilis.

3 Natura † homines ex anima & corpore composuit: quarum illa præstantior [o], non ex traduce, sed factoris ab ore spirituum patre creata, in mares & fœminas tribuit: ex quibus hæ illis deteriore sunt conditione in multis iuris articulis [p]. Quod ad hermaphroditos attinet, eius sexus existimandi sunt, qui in his præualet [q]. In dubio porrò pro masculis habentur, & feudorum etiam sunt capaces [r]. Monstra autem, quæ contra formam humani generis conuerso more procreantur, liberi non sunt, nec ius liberorum in bonis parentum habent [s]: etiamsi matri ad ius trium liberorum consequendum prosunt, ut uoluit Vlpia. [t] cuius sententiam, ut mitiorem, Iustin. in Pandectas retulit. quamuis Paulo contrarium placuerit, cuius ideo non integrè responsum hîc recitatur [u]. Porrò qui adhuc sunt in utero, etsi incertus adhuc eorum est sexus, tamen pro natis utilitatis causa habentur [x], postquam nati scilicet sunt: nam in id usq; tempus omnia iura illis integra reseruantur [y]. Etenim si nati non fuerunt, aut mortui nati sint [z], aut antequam perfectè nascantur, hoc est uterum matris egressi sint, extinguantur [a], perinde atque si in uiuis nunquam fuissent, habentur [b].

4 Iure † gentium omnes homines aut Liberi sunt, aut Serui. Liberi sunt, penes quos libertas est: quæ est Naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, nisi quid ui aut iure prohibeatur [c]. Serui, à seruando dicuntur, quòd homines bello captos seruare, non occidere solent: id enim semper inhumanum est uisum [d], suntq; illi, qui iustam seruitutem seruiunt, propriè serui. Seruitus autem est Constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur [e]. Seruorum una & par omnium est conditio: nam tam iure gentium, quàm ciuili, nullo loco aut numero habentur [f]. Etenim neq; personam habēt [g], nec caput [h], & consequenter, nec statum [i], qui in tribus capitibus (ut dixi) consistit.

5 Liberorum † porrò hominum conditio uaria est. Alij enim sunt Ingenui, alij Libertini. Ingenui iure naturæ sunt, qui ex matre libera nascuntur [k]. Dico, Iure naturæ, quod in ingenuitate maximè attenditur [l]. nam Iure ciuili, liberos ex iusto matrimonio conceptos sequi patrem, etiam quo ad statum attinet, uerius est [m]: reliquos uerò extra matrimonium conceptos, cum patrem nullum iustum habeant, quem Iure ciuili sequantur, iure naturę censeri conditione matris [n]: quæ si libera est, liberi nascuntur ingenui: si serua, cum qua non possunt contrahi iustæ nuptiæ [o], serui generantur [p]. Ingenuorum hominum rursus partim Iusti sunt, partim Iniusti. Iusti, qui ex iustis, id est legitimis & perfectis iure nuptijs procreantur [q]. Iniusti, qui nascuntur ex iniusta illegitimaq; coniunctione: ut ex iniustis nuptijs, contubernio, cōcubinatu, promiscuo damnatóue coitu, adulterio, incestu, &c. [r] inter quos tamen multiplex est differentia [s]. Libertini uocantur, qui ex iusta seruitute manumissi sunt [t]. Horum status antea erat tripartitus. alij enim ciues efficiebantur Romani, alij Latini, alij Dedititij: de quibus cōsulendus est Theophilus [u]. Sed postea, sublato hoc discrimine, omnibus quocunque modo manumissis plenam libertatem & ciuitatis Romanæ ius Iustin. contulit [x], quod antè tantum ingenuis Anton. Bassianus Seueri filius cōcesserat [y].

Sed noster pro usu sui temporis sustulit discrimina liberarum personarum [z] uelut & rerum [a]. Affinis iuri status est Nobilitas [b], Dignitas [c]. Contrariæ sunt minutiones, quibus capita status tolluntur [d].

a Inst. de act. in prin
b c. forus. de uer. signif.
c l. 4. de ext. cognit.
d l. 1. & 2. hoc tit.
e Cic. in Verr. 3.
f l. 2. hoc tit.
g l. qui furere. 20. hoc t. in prin. Inst. de cap. dimi.
h l. de Statu. 15. ubi glo. de testa.
i l. eius. 41. ubi gl. ad uerb. Status. si cer. pet.
k in Eunucho.
l uide ī. de cap. dim. Instit. eo.
m l. 3. hoc tit.
n l. seruitutē. 209. al. 210. de reg. iu.
o l. antep. 17. C. de sacro. Eccles.
p l. in multis. 9. hoc t. Dec. in l. 2. de reg. iur.
q l. quæritur. 10. hoc tit. l. repetundarum. 15. in fi. de testib.
r Bald. in l. quoties. 12. nu. 10. 11. 12. C. de suis et leg. hæred.
s l. non sunt liberi. 14. hoc tit. Paul. lib. 5. Sen. tit. de intest. suc.
t l. quæret. 135. de uerb. signif.
u d. lib. 5. Sen.
x l. qui in utero. 7. & 26. hoc tit. l. quod dicimus. 231. de uerb. sig.
y l. cum quidam. 30. §. ī. de acq. hær. l. antiqui. 3. si pars hær. pet. l. ult. de collat. bonor.
z l. qui mortui. 129. de uerb sig.
a gl. ad uerb. legib. in c. ī. l. hoc autem. de his qui feud. da. poss.
b Iurib. præall.
c l. 4. hoc tit.
d Bar. in l. in laqueum. 55. de acq. rer. dom.
e l. 5 hoc ti. l. manumissiones. sup. de iustit. et iure.
f l. quod attinet. 32. al. 33. de reg. iur.
g l. 3. ne quis eum qui in ius uoc.
h l. 3. de cap. dimin.
i in princ. de cap. dimin. Inst. uersic. seruus. l. 4. ī. eo. tit.
k d. l. 5. uersi. ingenui. h. t.
l l. 1. & t. t. de na. rest.
m l. cum legitimæ. 19. h. t.
n l. lex naturæ. 24. h. t.
o l. cum ancillæ. 3. C. de

incest. nupt. p *d. l. cum legitimæ. 19. h. t. l. partum. 7. C. de rei uendicat. Vide quæ dixi Inst. tit. De ingen.* q *l. septimo mense 12. l. imperator. 18. h. t. l. 4. 5. 6. ī. tit. 1.* r *l. Paulus. 11. l. uulgo. 23. l. lex naturæ. 24. h. t. l. 5. C. de nupt.* s *uide C. de nat. lib. Auth. ex complexu. C. de incest. lib. & quæ dixi Instit. de nupt. de cogn. succes. & senatusc. Orphit. & Mathesill. ac alios in tracta. de succes. ab intest.* t *l. libertini. 6. h. t.* u *in Inst. de libert.* x *l. 1. C. de Lat. lib. tol. l. 1. C. de ded. liber.* y *l. in orbe. 17. de Sta. hom.* z *l. 1. C. de Lat. lib.* a *tit. de censib. de excus. tut. Inst. de excusat. & de usucap.* b *Ias. in §. præiudiciales. nu. 20. Inst. de act. Tiraq. de nobilita. cap. 14. nu. 5.* c *l. 3. l. 6. de Senato.* d *Inst. & infr. de cap. dimi.*

BIU Cujas

De ijs qui sunt sui uel alieni iuris.

TITVLVS VI.

1 De tertia hominum diuisione.
2 De dominica potestate.
3 De patria potestate.

NVnc † uideamus de tertia hominum diuisione, nempe de statu & conditione personarum ciuili. 1
Caput quisq; liber homo iure ciuili duplex habet (nam primum iuris naturæ & gentium esse diximus) uidelicet Ciuitatem, quæ amittitur media capitis diminutione [a], & Familiam, cuius iura quoq; minima capitis minutione imminuuntur [b]. Prius caput ad ius ciuitatis publicum spectat: de quo iure cum nulla peculiaris tractatio sit in Pandectis instituta, huius quoq; capitis expositio, uelut aliena & impertinens, est hîc omissa. Posterius caput ad ius priuatorum refertur: quod cum omne exponere iuris compositores his libris uoluerint [c], illius quoq; capitis declarationem prætermittere non debuerunt. Quod † igitur ad statum caputq; familiæ attinet, iure ciuili liberi homines, alij Sui iuris censentur, 2
alij uerò Alieni. Qui Sui iuris sint, ex his qui alienæ potestati subijciuntur, intelligi potest. Vlpia. titul. 4. Sui, inquit, iuris sunt familiarum suarum principes, id est pater, mater familiæ. In aliena autem potestate sunt, primò Serui: quæ quidem potestas etsi ex Iure gentium in Romanã ciuitatem uenit, tamen Iure ciuili mitior est, quàm Iure gentiũ. Nam licet apud omnes peræquè gentes animaduertere possumus, dominis in seruos uitæ necisq; potestatem esse: & quodcunq; per seruum quæritur, domino acquiri: tamen humanitatis intuitu, nimia dominorum asperitas Iure ciuili, & Principalibus constitutionibus est coercita, & intra gyrum rationis moderatiq; imperij, uinculis legum constricta [d]. Deinde † in potestate 3
nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreauimus [e], aut opinione saltem iustis [f]. Quo in numero etiam recensentur Legitimati, aut per subsequens matrimonium [g], aut per oblationem curiæ ciuitatũ [h], aut per speciale diploma Principis [i], quod quidem ad hãc ciuilem potestatem attinet [k]: item legitimi facti per adoptionem [l], de quibus paulo pòst dicetur. Porrò Illegitimi, Spurij & Naturales in potestate nõ sunt: quia cum non ex iustis nuptijs procreati sunt, pro liberis iure ciuili (ex quo est patria potestas [m]) non agnoscuntur [n]. Est igitur hæc potestas propria ciuium Romanorum [o]. Nam etsi reuerentia & obedientia parentibus Iure naturæ & gentium debetur [p], tamen longè maior, & proinde alia est Romanorum in liberos potestas: quippe quæ antiquitùs omnino dominicæ par esset, cùm ius necandi indicta causa, & distrahendi filium ex l. Romuli atq; etiam Mosaica [q] (quæ est uetustissima) parens obtineret [r], consequereturq; contra ius & uotum naturæ [s], quo parentes thesaurizant liberis, non ediuerso [t], omnia quæ filij quæsiuissent [u]. Postea tamen, crescente unà cum Imperio populi humanitate, edocenteq; paulatim natura & communi parentum uoto, liberos ingenuos ingenuè liberaliterq; esse habendos, ac meritis potius & officio quàm minis ad obedientiam prouocandos [x], multa emendata & ad humanitatis rationem reuocata sunt, ita ut nec patri quærantur indistinctè nunc omnia, quæ filius suo labore & industria parauit [y]: nec crudeliter sæuire possit generator in liberos [z], neq; eos occidere [a], distrahere [b], oppignorare [c], exhęredare, abdicare [d], imò alimenta ijs uictumq; quęrere cogatur & suppeditare [e]. Nec ius Sax. multum ab hoc Iure ciuili recedit: nisi quòd usumfructum, quem ad uitam in bonis liberorum pater habet [f], tantum usq; ad nuptias uel emancipationem aut separationem ei relinquat [g]. Quin & fœminæ hoc iure (nam ciuili secus est [h], nisi quo ad operas & coniugale obsequium [i]) in potestate maritorum sunt, ut pleriq; arbitrantur [k], & proinde patris in potestate per nuptias esse desinunt [l]. Nam sicut res, ita nec persona in plurium potest esse potestate [m], etsi nõ desint qui dissentiant [n]: marito tamen mortuo, sui iuris efficiuntur, neq; redeunt in potestatem patris [o], nec modò à potestate mariti, uiduæ liberantur, sed omni etiam iure maritali, puta familiæ, dignitatis, domicilij [p], &c. etiamsi iure ciuili uiduæ hæc omnia retineant [q].

a l.2.l.7.de cap.dimin.in prin.Inst.eod.
b l.6.de cap.dimin.
c l.1.§.huius studij.suprà, de iust.& iur.ubi dixi.
d l.1.& 2.hoc tit.Spar.in uita Hadriani.
e l.3.4.5.hoc ti.Vlp.tit.5.
f Vlp.tit.7.c.2.c.perlatũ. 8. c. peruenit.11. c.pen. qui fil. sint leg. l.diuus. 58.§.j.de rit.nupt.
g l.cum quib.eo.C.de nat. lib.c.tanta.c.per uenerabilem. Qui fil. sint legi. §.si quib.in Auth.quib. mod.nat.eff.sui.§. quib. 2. Instit. de hær.quæ ab inteſt.uid.quæ dixi.in §. fi.Inst.de nup.
h §.quib.2. in uerb. curiæ ciuitatum. ubi d xi Inst. de hæred.quæ ab inteſt. l. communium. 9. C. de nat.lib.in Auth.quibus. mo.nat.
i c.j.§.naturales.ubi Dd. de feud. defin. In usib. feud.
k uid. Angel. & alios, in Auth. quib.mo. nat.eff. sui.Bar. & Dd.in l.si is qui pro emptore.de usucap.Bal.in l.eam. 14.C. de fideicom.Ias.in l.cum acutissimi. 30. C. eod. Alex.consi.2.uisis.uol.2. Schurff.consi.2.ueritas. cent.1. Tiraqu. de nob. cap.15.nu.21.22.
l in princ.Instit.de adop. Vlp.tit.8.
m in prin.Inst.de pa.po.
n l.Paulus.11.l.uulgo.23. cum l.seq.ff.tit.1.
o l.3.4.5.6.7.8.hoc tit.
p l.2.de iust.& iur.
q Exod.21.
r Dionys.li.2.l.2.l. in suis. 11.de li.& posth.
s l.nã etsi.15.de inoff.test. l.scripto. 6. unde lib.l. ult.de bon.dam.
t 2.Corinth.12.
u Inst. per quas pers. nob. acq.
x l.si quando. 35. §. illud. C.de inoff.testa.
y Inst. per quas pers. nob. acq.l.fi. C. de bon.quæ lib.
z l.3.C.de pat. potest.tot. tit.de obseq.à lib.
a l.5.de parric.l.1.C.de his qui par.uel li.occid.
b l.1.C.de pat.qui fil.distrax.

De adoptionibus, & emancipationibus, & ALIIS MODIS, QVIBVS PATRIA POTESTAS SOLVITVR. TIT. VII.

1 Quid sit adoptio.
2 Quotuplex.
3 Causa efficiens: & qui quos adoptare possint.
4 Causa formalis: & de solennitatibus adoptionis.
5 Effectus adoptionis.
6 De emancipatione, & reliquis modis, quibus patria potestas soluitur.

HActenus dictum est, quinam potestati alienæ subijciantur: nunc consequenter, quibus modis ijdem ab ea liberentur, exponamus. Liberantur autem serui dominica potestate, per Manumissionem: filij patria, per Adoptionem, Emancipationem, & alios quosdam modos. Nam per adoptionem transit filius fam. è sacris potestateq; sui patris in familiam alienam. Itaque adoptio est modus cùm inducendæ, tum soluendæ transmutandæq; potestatis.

Est † autem Adoptio, legitima extranei hominis in familiam assumptio [a]: siue, Actus legis, quo fi- 1
liumfam. facimus: siue, ut habet Theoph. [b] est Actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, solatium inuentus. Verbum Legitimus, ostendit hunc actum Iuris ciuilis esse [c]. Etsi enim

apud

c l.qui filios.6.C.quæ res pig. d l.abdicatio.6.C.de patri.pot.uide ff.de li.et post.et quæ dixi Inst.de exhær.li. e l.pen. h.t.tot.tit.de li.agn.et C.de alẽd.li. f l.fi. C.de bon.mater.Inst.per quas pers.nob.acq. g Lãd.lib.1.art.1 .Fach.diff.19.Reinh.diff.36. h l.uiduæ.18. C.de nup. i Ang.Fab.et Dd.Inst.ad S.C.Tertyll.uide Tiraq.in legib.cõnub.in prin gl.Sax.art.31.li.1. k Lãd.li.1.art.31.Fach.diff.6.et 8.per art.45. Lãd.li.3. l Cõst.10.parte 2. m l.5.§.ult.cõmod. n Zobel.ad art.45.li.3.et art.31.li.1. o Tiraq.in ll.cõnub.post ll.cões.n.66.cũ seq. p Lãd li.3. art.45.Fach.diff.67. q l.filij.22.§.uidua.ad munic.l.fi.C.de priuil.schol.li.12. a Gel.li.5.c.19. b in prin.Inst.eo. c l.actus legitimi.77.de reg.iur.

apud alias quoq; gentes usurpata fuit quædam adoptionis ratio [a]: tamen quia peculiarem quandam & ciuilem adoptandi formam Romani habuerunt, meritò ea ad Ius ciuile refertur [b], sicuti & testamenti factio [c]. Ea uerba, Ad solatium eorum: causam finalem introductæ adoptionis ostendunt, ut uidelicet defectum naturæ lex suppleat, & sterilitati aut mortalitati deficientium familiarum medeatur. Adoptio-
2 nis † autem nomen generale est, & in duas tribuitur species: quarum altera Adoptio similiter dicitur, al-
3 tera Arrogatio. Adoptantur filijfam. arrogantur qui Sui sunt iuris. Causa † efficiens adoptionis est Lex, quæ eam introduxit, & Consensus eorum qui hoc actu utuntur. Oportet enim adoptantem, & eum qui adoptatur, consentire [d]: hac tamen adhibita distinctione, ut si quis à patre in adoptionem detur, sufficiat eum uoluntati patris non contradicere [e], in arrogato autem expressus consensus desideretur [f]. Ex quo patet, cur adoptari infans, non autem arrogari possit [g]. Cæterorum autem, inter quos iura agnationis consequuntur, non est necessaria approbatio [h]. Vt enim inuitis agnascuntur fratres & agnati, ita & adoptantur. Præterea sciendum est, non consensum tantummodo requiri, sed opus esse etiam ut personæ ad adoptionem sint idoneæ: quædam enim adoptare adoptariue prohibentur. Adoptare non possunt Fœminæ, nisi ex indulgentia Principis [i]: quorsum enim adoptent, cùm liberos non habeat in potestate [k]? licet rectè adoptentur [l]. Item Castrati [m]: nam cum generare nequeant, nec adoptare quidem possunt. Adoptio enim naturæ imitatrix, tantùm in ijs locum habet, in quibus natura habere potest [n]. Itaq; spadonibus, quibus meatus seminis uitio impediti contortiq; sunt, cùm spes sit, uitio sublato, eos ad generandum fore idoneos, adoptio minimè est inhibenda [o]. Eâdem ratione minor decem & octo annis adoptare nequit: uix enim per ætatem pater esse potest [p], ut nec facilè minor sexaginta annis: quia coniugio operam dare debet, ad replendam liberis ciuitatem [q]: naturæq;, quæ ut nascendi, ita gignendi legem præscripsit [r], ductum sequi potius, quàm instar currucæ alienos pullos quodammodo excludere, atq; habere pro suis [s]. Maioribus porrò 60. annis meritò permittitur adoptandi facultas [t]: quia potentiam gignendi ad id tempus emarcescere physici tradunt [u]: unde nuptiæ post eam ætatem, quasi libidinis magis quàm liberorum causa initæ, olim improbabantur [x]. Præterea uidendum est, an non debeat permitti ei qui uel unum habebit uel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos ex iustis nuptijs procreauit, diminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio sibi parat: aut qui adoptatus est, minus percipiat, quàm dignum sit eum consequi [y]. Adoptari nequit absens [z], quia per alium nequicquam ea solennitas expeditur [a]: is qui nõ decem & octo annis minor sit eo, cui in adoptionem datur [b]: semel à patre adoptiuo emancipatus, idq; odio leuitatis [c]. Impuberem adoptare concessum [d], arrogare nisi ex iustissimis causis prohibitum [e]: præsertim si tutor, ad euitandam rationum reddendarum necessitatem, pupillum arrogare uelit [f].

4 Illud † sciendum est, adoptionem non solùm loco filij rectè fieri, sed nepotis etiam quasi ex filio nati, item pronepotis [g], atq; ita deinceps: loco autem fratris, quem nemo natura gignit, nequaquã [h]. In adoptionibus autem uariæ olim usurpabantur solennitates [i], quas Iustin. [k] abrogauit, ut pleraſq; omnes ipsius seculo obsoletas: uoluitq; constare adoptionem, si pater filium non contradicentem daret in adoptionem apud magistratum, penes quem legis esset actio, id est, libera & ordinata iurisdictio [l]: decreto iudicis [m], & actis publicis seu scripturis [n] interuenientibus [o]. Quod ita interpretantur Dd. ut etiam extra acta & locum iudicij, adoptionem coram iudice fieri permittant [p], sicut & emancipationem [q]. Cæterùm iure Sax. non modò arrogatio, sed etiam adoptio apud acta coram iudice fieri debet [r]. Arrogatio quo periculosior, eo pluribus erat obnoxia ceremonijs & cautionibus, fiebatq; in Comitijs consensu populi [s], nunc fit authoritate Principis [t], in quem populus ius suũ transtulit [u]. Iure Sax. ut dixi, sola magistratus municipalis authoritate interposita [x], adhibita tamen causæ cognitione: ut, si fortè minor sit arrogandus, diligenter perpendatur, cõducibilis sit illi arrogatio, nec ne [y]. In pupilli insuper pupillæue arrogatione id seruatur, ut arrogator caueat, si impubes decedat, restituturum se quæ ex bonis eius cõsecutus fuerit, illis ad quos ea res peruentura esset, si arrogatus in suo statu permansisset [z]. Id etiam annotandum, ad tempus non fieri adoptionem: quia moribus & naturæ haud quaquam conuenit, tempo ralem filium habere [a]. Si tamen quid ex solennibus omissum sit, solet à Principe impetrari adoptionis confirmatio [b], nisi in alterius uergat detrimentum [c].

5 Adoptio † non ius confert sanguinis, nam illud Iure ciuili nec dari nec adimi potest [d], sed ius agnationis inducit [e]. Et olim quidem adoptati in omnibus iura iustorum liberorum obtinebant [f], quæ quidem etiam nunc durãt, si ante emancipationem pater adoptiuus decedat. cæteroquin ciuilis adoptionis actus, contraria emancipationis solennitate planè dissoluitur [g]. Illud sanè contra ueteris iuris obseruationem Iustin. [h] introduxit, ut adoptiuus in potestatem adoptantis hodie non transeat, nisi cum aui materni sacris inferitur. Arrogationis tamen iura intacta reliquit [i]: unde etiam hodie arrogatus potestati patris cum omnibus bonis subijcitur, & omnino eo est loco quo filij naturales [k]: adeò ut & iura Suorum hęredem consequatur [l], & ne per emancipationẽ quidem spe successionis priuari possit [m]. Quamobrem ut antiqua adoptioni uis constet atq; authoritas, solent patres in adoptionem hodie liberos daturi, prius eos emancipare, atq; ita sui iuris factos, deinceps tradere arrogandos.

a Genes. 48.50. Exod. 2. 10. Act. 7.22. Plut. in uita Thes. Ioseph. in antiquit. Iud. Demosth. in orat. πρὸς Ἀφόβον.
b l. actus legitimi. de reg. iur.
c l. 3. de testa.
d l. 5. l. neq; absens. 24. hoc tit. l. nec auus. 4. C. de emancip. lib.
e l. in adoptionibus. 5. hoc tit.
f d. l. 5.
g l. etiam. 42. hoc tit.
h l. cùm adoptio. 7. hoc t.
i §. fœminæ. Inst. eo. l. si suspecta. 29. §. penult. de inoff. testam.
k §. cæteri. Inst. de hæred. qual. & diff. d. §. fœminæ. l. illud. 4. §. ad testamenta. ff. de bon. poss. cõt. tab.
l l. hæc autem. 20. l. nam & fœminæ. 21. hoc tit.
m l. 2. uersic. illud. hoc t.
n l. adoptio. 16. hoc tit.
o d. uersic. illud. l. arrogato. 40. §. fi. hoc t.
p d. l. arrogato. §. non tantùm.
q l. 1. sol. matr.
r Valer. l. 1. b. 2. cap. 4.
s l. si paterfamiliãs. 15. §. fi. hoc tit.
t d. l. si pater. 15. §. ult. hoc tit.
u Arist. li. 1. de gene. anim. cap. 18. Gal. de tuend. sanit. lib. 2.
x l. pen. C. de nupt. Suet. in Claudio. Lactan. lib. 1. ca. 16. Plaut. in Mercat.
y l. nec ei. 17. §. fin. l. si paterfam. 15. §. fi. hoc t.
z l. neq;. 24. hoc t.
a l. post mortem. 25. §. fin. hoc tit.
b d. l. si paterfamiliãs. §. fi. cum l. seq.
c l. adoptare. 37. §. 1. l. qui liberatus. 12. hoc t.
d d. l. etiam infantem.
e l. 2. C. eo. §. 1. Instit. eod. l. nec ei. 17. §. 1. hoc t.
f l. nec ei. 17. l. nõnunquã. 32. hoc tit.
g l. si quis nepotem. 10. l. adoptiones. 43. l. adoptare. 37. l. si is qui nepotẽ. 44. l. cùm nepos. 6. l. si paterfam. 15. §. qui duos. ff. hoc t.
h l. nec apud. 7. C. de hæred. inst.
i uide Caium Instit. lib. 1. Gel. lib. 5. cap. 19.
k l. fin. C. eod. l. 2. in prin. l. 3. l. 4. hoc t.
l Alex. consil. 126. ad utramq; nu. 11. uol. 4.
m l. emancipatione. 11. C. de fid. instr. c. quoniam ei. de proba.
n l. pen. Instit. quib. mod. ius patr. pot. soluit.
o Ang. in §. præterea. Inst. quib. mod. ius pat. po. l. 1. de offic. cons.
p l. 3. l. fi. C. de emanc. d. §. præterea. C. emanci. l. emancipatione. 11. C. de fid. instrumen.
q Reinh. diff. 51. per art. 30. lib. 2.
r Gell. præall. loco.
s l. 2. hoc t.
t l. 1. hoc t.
u l. 1. sup. de const. Prin.
x Reinh. diff. 51.
y l. nec ei. 17. hoc t.
z l. non aliter. 18. cum ll. seq. hoc t.
a l. quæsitum. al. incip. si tibi filius. 34. hoc t.
b l. adoptio. 38. hoc t.
c l. nam ita. 39. hoc t.
d l. iura sanguinis. 8. de regul. iur. l. ius agnationis. 34. al. 35. de pac. l. non nudis. 14. C. de proba. l. parentes. 22. C. de lib. caus.
e l. qui in adoptionem. 23. hoc t.
f l. onera. 45. l. ex adoptiuo. 27. l. si paterfamiliãs. 15. hoc t. l. non epistolis. 13. C. de probat. l. 1. de bon. pos. contra tab. §. adoptiui. Inst. de exhæred. lib. §. In plurimis. Inst. eod.
g l. cùm in adoptiuis. pen. C. eo. l. sed & nepos. 14. hoc t.
h d. l. cùm in adoptiuis.
i l. pen. in fi. C. de adopt.
k l. 2. in fi. d. l. si paterfamiliãs. d. l. arrogato.
l d. l. arrogato. §. fi. l. qui in adoptione.
m l. 2. C. eod. §. cum autem. Instit. eod.

BIU Cujas

Et hactenus † de adoptione: nunc de Emancipatione aliquid dicamus. Emancipatio ab imaginaria 6
alienatione, per quam olim fiebat, dicta est. Emancipare enim nihil aliud est quàm solenni quodam, ci-
uilique modo alienare, & uendere in perpetuum [a]. Hinc res mancipi dictæ, & mancipio dare, accipere,
&c. Lucret.

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.

Est autem Emancipatio, patriæ potestatis per actum iuris solennem dissolutio: qui quidem solenni-
bus olim uenditionibus & manumissionibus expediebatur [b]: hodie ijs antiquatis, nuda apud magi-
stratum contestatione [c]. Iure uerò Sax. per nuptias, aut domicilij mensæque separationem aut diuisio-
nem, ut quibusdam placet: quanquam tex. solennitatem iudicialem requirere uideatur [d], quod uerius:
scilicet ut separatio tantum iudicialis, qua pater filium sui iuris esse iubet, & à se seiungit, emancipatio-
nem inducat: non etiam extraiudicialis, quanquam hoc receptum magis constit. 10. parte 2. sicut & Iure
ciuili. quod quidem ad locum attinet, non requiritur solennitas Iudicij, sed potest quocunq; loco eman
cipatio coram iudice fieri [e], ita ut scriptura tamẽ seu actorum interpositio publica interuenire debeat [f].
Alij modi quibus ius patrię potestatis soluitur, positi sunt uel in Casu: ut cum morte tam naturali quàm
ciuili, puta deportatione, seruitute, &c. alterutrius, patriæ potestatis relatio euanescit [g]: uel in Lege, quę
propter dignitatem filij patriam potestatem dissoluit [h].

Illud postremò notandum, dissolutam his modis patriam potestatem, tantum uolente filio per ado-
ptionem redintegrari [i], non etiam eo inuito [k]: nisi cum ingratos liberos lex in potestatem reuocat [l], sicu
ti ingratos liberos, in seruitutem [m]. Cæteroquin in omni adoptione, consensum utriusque partis, paulo
antè requiri diximus: quare eundem requiri & in dissolutione & redintegratione patriæ potestatis, est
consentaneum: ut scilicet nec inuitus quisquam emancipare [n], neque emancipationem accipere [o], neq;
potestatem dissolutam redintegrare cogatur.

De rerum diuisione, & qualitate.

TITVLVS VIII.

1 Aliæ res diuini iuris, aliæ humani.
2 Res sacræ, religiosæ, sanctæ.
3 Res publicæ, communes & priuatæ: earumq; differentiæ.
4 Res corporales, incorporales: earumq; qualitates ac discrimina.

Et hactenus quidem de iure Personarum summatim dictum est: nunc ad secundum iuris obiectũ, 1
uidelicet Res, descendamus. Rerum autem significatio uaria est [a], diuisio triplex: ac summa qui-
dem & prima in duos articulos diducitur [b]. Nam † aliæ res sunt Diuini iuris, aliæ Humani. Diui-
ni iuris † sunt res Sacræ, Religiosæ, & Sanctæ, quæ in nullius existunt bonis [c]. Res sacræ sunt, quæ pu- 2
blicè, id est publica authoritate, & iussu populi, olim à Consule, Dictatore, Imperatore, aut alioqui sum-
mo magistratu, per solennia uerba præeunte præfanteq; carmen Pontifice summo [d], hodie uerò in re-
pub. Christiana ab Antistite cuiusq; loci, Diuino Numini consecrantur [e]. Religiosæ res sunt, quæ pri-
uata alicuius uoluntate & facto religioni dicantur: ut cùm quis mortuum infert in locum suum [f]. San-
ctæ res sunt, quæ ab iniuria hominum sanctione aliqua muniuntur: proprieq; sunt illæ, quæ nec sacræ,
nec prophanæ uerè dici possunt, sed sanctione & pœnarum terrore à uiolatione defenduntur [g]. In hisce
autem rebus numerantur Sanctiones legum [h], Muri & Portæ ciuitatum: quia pœna capitis constituta
est in eos, qui hæc uiolant [i].

Humani † iuris omnes eæ res esse putantur, quæ plerunq; in alicuius sunt bonis, & ad homines per- 3
tinent [k]. Hæ autem res quæ humani sunt iuris, iterum ita diuiduntur: ut aut Publicæ sint, aut Priuatæ.
Publicæ sunt, quæ uel Iure naturali communes sunt omnium, eoq; nullius in bonis esse creduntur: uel
Iure gentium aut Ciuili publicæ, eoq; Imperij & Populi sunt Rom. Priuatæ sunt, quæ ad singulos perti-
nent [l]. Et quidem naturali iure communia sunt, Aer, Aqua, quocunq; ex loco, siue cœlo, siue terra, siue
in flumine, siue in riuo, aut ex fonte in publicum [m] profluens: Mare, & per hæc Littora maris: item La-
pilli & Gemmæ, cæteraq; quæ in mari aut littore inueniuntur [n]. Harum rerum usus Iure naturæ omni-
bus communis est, atq; ita communis, ut utendo quis proprietatem etiam acquirere possit: quomodo
in mari inuenta nostra fiunt [o]: & ædificio in littore maris posito, soli quoq;, cui ædificium impositũ est,
domini efficimur [p]. Publica sunt Iure gentium ea, quorum usus publicus & communis est, proprietas
autem nullius priuati, sed imperij Rom. de huius enim iure agimus, & eò accommodari diuisiones pu-
tandum est: ut Flumina, Portus, Ius piscandi, Nauigandi, usus Riparum [q], &c. quæ & proprietate & usu
differunt à communibus. Nam primò Communium proprietas nullius est, prout diximus. Publicarum
rerum proprietas, etsi nullius sit in bonis & patrimonio [r], tamen ad aliquem populum (unde & publi-
cæ quasi alicuius populi dicuntur [s]) pertinet Iure gentium: puta aut occupatione ueteri, qua quisq; po
pulus in diuisione gentium uacua occupauit: aut occupatione belli ac uictoriæ, qua res gentium uicto-
ris populi Romani factæ sunt [t]. Secundò, rerum Communium proprietas acquiri à singulis, ut dictum
est, potest, quia nullius est in bonis: res Publicæ acquiri hoc modo per occupationẽ à singulis non pos-
sunt, quia sunt factæ alicuius Populi [u], cui ius suum auferri nequit [x]. Vacua enim occupatione quærun-
tur, non etiam iam alteri quæsita, & publicè priuatéue possessa [y]. Tertiò, differunt usu. Nam communiũ
usus indifferenter omnium est hominum, ut apud Poetam:

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est. Item:

— Littusq; rogamus
Innocuum, & cunctis undamq; auramq; patentem.

At usus rerum Publicarum non est omnibus communis, sed alicuius tantùm populi, puta Romani [z], aut

a *uid. Cont. lib. 1. Disput. cap. 12. & quæ dixi ad §. præterea. Inst. quibus mod. ius pat. po.*
b *§. præterea. Inst. quibus mod. ius patr. potest. sol. Caius, Theophil. in Inst.*
c *l. fi. C. de emancip. liber.*
d *Land. li. 2. art. 19. Reinh. parte ult. diff. 32.*
e *§. præterea. Inst. quibus mod. ius patr. po.*
f *l. emancipatione. 11. ubi Dd. C. de fid. Instrum. c. quoniam contra. de fid. inst. l. 3. C. de emanc. l. ne in arbitris. C. de arb.*
g *uide Instit. quibus mod. patr. po. sol.*
h *l. ult. C. de consu. lib. 12. §. filiusfam. Inst. quibus mod. patr. po.*
i *l. qui liberatus. 12. hoc t.*
k *l. fi. 3. tit. 1.*
l *l. unic. C. de ingra. lib.*
m *tot. tit. C. de ingra. lib.*
n *l. nec auus. 4. C. de eman cip. lib.*
o *l. iubemus. S. C. eod. tit. uid. gl. & Dd. in d. l. 4.*
a *uid. l. 5. 7. 23 de uerb. signif. Ias. in l. 1. nu. 43. de uerb. signif. Alb. in dictio. uerb. res.*
b *l. 1. hoc tit.*
c *§. nullius. Inst. eo.*
d *l. in tantum. 6. §. sacræ. 2. hoc t. §. sacræ. Inst. eo.*
e *In nouell. de Eccles. & titul. ut null. fabr. orat. dom. tot. tit. ex. de cons. Eccles.*
f *d. l. in tantum. §. religiosum. 3. §. religios. Inst. eo.*
g *l. sanctum. 8. ubi Bud. hoc t. Mac. lib. 3. c. 3.*
b *l. sancimus. 41. de pœn. l. sacra. 9. §. propriè. 2. hoc tit.*
i *d. l. sanctum. d. l. sacra. l. fi. hoc t.*
k *l. 1. in prin.*
l *l. 1. hoc t.*
m *uide quæ dixi ad §. 1. Inst. de rer. diuis.*
n *l. 2. & 3. hoc t.*
o *l. item lapilli. 3. hoc t.*
p *d. l. in tantum. hoc t.*
q *l. nemo. 4. l riparum. 5. hoc tit. §. flumina. cum duob. sequent. Inst. eo.*
r *l. sed Celsus. 9. l. littora. de cont. empt.*
s *in prin. Inst. de pub. iud.*
t *l. 3. Ne quid in loc. pu. l. bona. 15. cum ll. seq. de uerb. sig.*
u *d. l. 3. Ne quid in loc pu. l. quod in littore. 14. de acq. rer. dom. & §. feræ. 8. cum seq. Inst. de rer. diuis.*
x *l. ult. de pac. l. id quod nostrum. de reg. iur. l. ult. ubi Ias. nu. 3. 4. C. Si contra util. publ.*
y *uide quæ dixi in §. 1.*
z *l. 2. & l. 3. de fluminib. l. 3. Ne quid in lo. pub.*

aut cuius res sunt publicæ: cuius populi duntaxat ciues, subditi, & socij his rebus uti possunt. Iure ciuili publica sunt, quæ non ad omnes homines, neq; uniuersum populum regionis, sed aliquam ciuitatem pertinent: ut Theatra, Stadia, & si qua sunt alia communia ciuitatum [a], quæ proculdubio ab uniuersalibus rebus populi, ueluti magis speciales distant. Verbi gratia: Theatra urbis Romæ illius sunt urbis, & ciuium in illa habitantium, non etiam totius populi Romani per omnes prouincias diffusi: nec contrà publicæ res populi Romani, quæ ad Imperium maiestatemq; populi pertinent, hodie Regalia dicuntur [b], ad illam Romæ uniuersitatem pertinere existimandæ sunt: maximè tempore Iustiniani, quo Imperium & Ius publicum populi ab urbe Roma erat separatum, & in Thraciam, scilicet Constantinopolim, quæ sedes tum Principum fuit, & noua Roma dicta est, translatum. Res igitur publicæ, & proprietate & usu, referuntur uniuersaliter ad populũ, longè lateq; diffusum, & præsertim in iure nostro Rom. ad Imperium pop. Rom. Vniuersitatis uerò res, ad ciuitatem, communitatemq; certo loco circumscriptam. Ab his autem multum distant res, quæ sunt In publico ciuitatis patrimonio [c]: nam hæ iure priuatorum possidentur, & sunt in dominio reipub. nec usus earum ad singulos pertinet, sed in reipub. patrimonium conuertitur. at res Vniuersitatis, de quibus hic agimus, propriè nullius sunt in bonis: usu uerò singulis patent. Pleraq; uerò priuata sunt, hoc est singulorum, quæ uarijs ex causis ut traditione, occupatione, usucapione, cuiq; acquiruntur [d].

4 Tertiò † res diuiduntur in Corporales & Incorporales: quarũ hæ tantùm intelliguntur, ut sunt quæ in iure consistunt, seruitutes, obligationes, &c. illæ corporaliter existunt, & sub aspectum oculorũ sensumq; tactus cadunt: ueluti fundus, uestis, homo, aurum, aliæq; res innumerabiles [e]. Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res: ut est apud Lucretium. Rerum qualitates uocant I. C. propria & accidentia, quæ sunt extra rerum substantiam: ut quòd res corporales tangi, possideri, detineri, & consequenter usucapi possint [f]. Incorporales propriè nec tradantur [g], neque possideantur [h], nec usucapiantur [i]: quòd Corporales diuisionem recipiant [k] uel natura uel saltem intellectu [l]: & aut mobiles sint, aut immobiles, aut mouentes [m]: Incorporales nec diuidi possint [n], neq; ad numerum mobilium immobiliúmue aggregari [o], nisi per interpretationem, cum pro subiecta materia id fieri necesse est: quo casu plerũq; pro immobilibus habentur [p]: ut & mobilia, quæ uel solo cohærent, uelut molẽdina [q], fodinæ [r]: uel ad ius Incorporale pertinẽt, nec per se considerantur, ut res hæreditariæ [s], fundóue [t] aut castro [u], ut ibi perpetuò sint [x], assignatæ. Corporales olim diuidebãtur in eas quæ essẽt Italici iuris & Prouinciales [y], & hæ rursus in Stipẽdiarias Populi & Tributarias Principis [z]. Sed hęc discrimina Iustinianus sustulit [a].

De Senatoribus. Tit. IX.

QVOD ad tertium iuris obiectum, uidelicet Actiones (quo uerbo totum iudiciorum ordinem, quæq; in ijs disceptantur, comprehẽdimus [a]) attinet, in primis necessarium est, de Generibus, Officio ac Iurisdictione magistratuum, & eorũ qui iudicijs præsunt, exponere. Magistratuum Rom. duo sunt præcipuè genera: alij enim Domi, alij Foris rempub. administrabant. Ac domi quidem præcipuam reipub. curam Senatus sustinebat: quem ordinem à Romulo institutum memorant, allectis centum numero ciuibus, qui ad gubernacula ciuitatis sedentes, consilio & authoritate rempub. temperarent, quosq; ob reuerentiam Patres, ab ætate Senatores appellauit [b]. Senatorum triplex erat ordo: alij Patricij, quòd centum illis patribus à Romulo lectis geniti essent, nominabantur: alij Conscripti, quia Regum, Coss. Censorum decreto in Senatu adscripti: alij Pedarij, quibus nondũ in ordinẽ relatis, ius dicendæ in Senatu sententiæ non erat: sed tantùm ut pedibus in aliorum irent sententiam, eamq; suffragio comprobarent, concessum [c]. Sed hæc discrimina diuturnitate temporis exoleuerunt, omnesq; Senatores & Patres cõscripti appellati [d]. Postea sub Augustis obtinuit, ut tantùm pro senatoribus essent patricij, hoc est Principis cõsiliarij [e], Consules & Illustres, horumq; liberi, quòd his tantùm in senatu sententiæ dictio esset, ut testatur Vlp. [f] nisi is locus à Tribonia. est interpolatus [g]. Ex quo appareret, eius ætate inter Illustres & Clariss. necdũ fuisse differentiã, quæ postea secuta est [h], sed utroq; nomine senatorij ordinis homines fuisse designatos [i]. Id constat, maximam olim Senatus & dignitatẽ fuisse, quæ liberis uxoribusq; cõmunicabatur [k], & authoritatem: cùm Reges, Dictatores, Coss. & initio etiam Augusti, nihil magni, inconsulto inuitoq; Senatu molirentur. Hinc tot orationes Principum in Senatu habitæ [l], quibus, quod statui cupiebant, id prius Senatui iustum æquumq; esse, persuadere conabãtur.

De officio Consulis. Tit. X.

PRAECIPVAM Romæ fuisse Consularẽ potestatẽ, quæ ad exemplum Regiæ dominationis fuit inducta, minimè ambigitur. Exactis enim Regibus, duo Coss. qui reipub. cõsulerẽt, creati sunt: penes quos summum imperium atq; ius uti esset, lege rogatum est [a]: neq; quippiam de Regia potestate ademptũ, præterquam quòd annuum imperium fuit. Postea paulatim eneruari ea potestas cœpit, primò legibus Valerij Publicolæ: qui ne per omnia Regium imperium sibi Coss. uendicarẽt, legem tulit, ut ab ijs prouocatio esset, néue fas esset in caput ciuis Romani iniussu populi intra fines urbis animaduertere [b]. Deinde Tribunitijs intercessionibus, quibus sæpe conatus Coss. retardati, impeditique sunt. Postremò, occupata tandem ab Imperatoribus repub. cum illi omne ius atq; Imperiũ ad se paula-

a §. riparum. Inst. de rer. diui.
b in usib. feud. tit. quæ sint regal.
c uid. d. l. sed Celsus 9. de cont. emp. l. quod in littore. 14. de acq. rer. do.
d §. singulorum. Inst. eod. ubi de tota hac materia, uide quæ scripsi.
e d. l. 1. §. quædam.
f l. 3. & 1. tit. de acq. poss.
g l. seruus. 43. §. incorporales. de acq. rer. do. l. §. si iter. de act. empt. l. si ergo. 13. §. 1. de pub. in rẽ actio.
h l. sequitur. 4. §. si uiam. de usucap.
i d. §. si uiam. l. seruitutes. 14. de seruit.
k Instit. de usu & hab. in prin.
l l. Mæuius. 68. §. 1. de leg. 2. l. in executione. 85. de uerb. oblig.
m l. mouentiũ. 93. de uerb. sig. in prin. Inst. de usuc.
n leg. 2. §. & harum. ubi Ias. num. 2. leg. stipulationes. 72. ubi Bartol. de uerb. oblig. leg. uiæ. 17. de seruit.
o l. à diuo Pio. 15. §. in uen ditione. ubi Ias. de re iudic. l. quam Tuberonis. 7. ubi Bart. de pecul.
p l. 2. C. de seruit. uid. l. iubemus. 14. ubi Dd. C. de sacrosc. eccle. & in l. 1. C. si aduers. transl. latè Tiraq. in retract. lig. gl. 6. & 7. §. 1.
q c. 1. in fin. de feu. cognit. Curt. de feud. parte 1. q. 6. Ias. l. quo minus. num. 120. de fluminib.
r l. 3. §. ult. de reb. eor. uid. Zobell. art. 31. lib. 1.
s l. 4. ubi Cast. C. in quib. caus. cessat long. temp. præscrip. & l. 2. C. de pet. hæred.
t l. fundi. 17. de act. empt. uide tit. de fund. instruca. 1. ubi Bald. Cuiac. & alij, de ca. qui cur. uend. d. l. fundi. & de fund. instruct.
u in princ. Inst. de usucap.
x l. inter 42. de pac. §. per traditionẽ. ubi Theop. Inst. de rer. diuis.
y l. unic. C. de usuc. transform. An in prin. Inst. de
z l. pecuniæ. 178. §. actionis. 2. de uerb. sig. §. fin. Inst. de iur. nat. gent. & ciu.
a Liui. lib. 1. dec. 1. Dionys. lib. 2. Feneſt. de magiſt. c. 1. Pom. de magiſt. c. 3. c Fen. præall. loc. d Dionyſ. lib. 2. paſſim Cic. Liu. Salluſt. &c. e §. ſed ex noſtra. Inſtit. quib. mo. ius patr. po. ſoluit. l. fi. C. de conſul. f l. fi. h. t. g Cuiac. in rub. C. de dig. lib. 12. h Duar. lib. Diſput. 2. c. 1. Ias. in l. 1. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. i l. ſpecioſus. 100. de uerb. ſignif. l. 1. C. de ſent. paſſ. k l. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 12. h. t. l l. oratio. 16. de ſponſ. l. 3. de donat. int. uir. & ux. l. cùm hi. 8. de tranſac. l. 1. de tutor. & curat. dat. l. 1. de feri.
a l. 2. §. quod ad magiſt. 8. ff. de orig. iur.
b Liu. lib. 2. Dionyſ. lib. 5. Plut. in uita Publ.

BIU Cujas

tim traherent, nomen ſine uiribus, & ſola fermè inſignia ueteris potentiæ Coſſ. ſunt relicta: ut non immeritò Vlpia.[a] ſecundum rationem ſui temporis, ea quæ ſpontaneæ ſunt iuriſdictionis duntaxat Coſſ. tribuerit: qui antea domi & foris clauum reipub. tenebant: Officium, inquit, conſulis eſt, conſiliũ præbere, manumittere uolentibus: id eſt, cogere ac cõuocare iudices ad examinandas manumiſſionis cauſas, ſi opus ſit, (conſilium enim pro conuentu accipitur[b]) atq; ita ſolenniter manumittere.

a l.unic.h.t.

b l.ſi pater. 4. §. fin. l. ſeruus. 6. l. pupillus. 24. de manu uind. §. eadem lege. Inſt. quib. ex cau. manu. non lic.

De officio Præfecti Prætorio. Tit. XI.

VETERES, ut tradit Aſcon. omnem magiſtratũ, cui paréret exercitus, Prætorẽ appellauerũt, & tabernaculum eius Prætorium: unde & aula Principis, qui utplurimum in exercitu degebat ſub pellibus, Prætorium dicta eſt: & qui illi præeſſet, Præfectus prætorio, quem hodie Magiſtrum Curiæ appellamus[a]. Hunc magiſtratum uice Magiſtri equitũ inſtitutum fuiſſe traditur. Nam cũ apud ueteres Dictatoribus ſumma poteſtas ad tempus crederetur, & Magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati principali curæ, militiæ gratia, ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipub. ad Imperatores perpetuò tranſlatis, ad ſimilitudinem Magiſtrorum equitum, Præfecti prætorio à Principibus electi ſunt, data eis pleniore licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. His incunabulis Prętorio præfectorum authoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à Præfectis prætorio non poſſet, nec aduerſus illos peti in integrum reſtitutio, niſi ab ipſis[b]: utq́ue præcipuas Imperij partes gubernarent, nempe Orientem, Illyricum, Aphricam[c]. Ac de horum poteſtate in hanc ſententiam Caſſiodorus[d] ſcribit: Poteſtati Præfecti prætorio nulla dignitas eſt æqualis: uice ſacra, hoc eſt Imperatoris, iudicat: nullus ei miles fori authoritate pręſcribit, excepto Officiali Magiſtro militum. Curiales etiã uerberat, in officio ſuo ius retinet ſingulare: & talibus tantisq́; noſcitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere.

a Bud. hîc Alc. ad l. 1. C. de præf. præt. lib. 12.

b l. unic. h. tit. l. præfecti. 18. de minor. Fene. de magiſt. c. 22.

c C. titul. de off. præfe. Orient. & Aphri. & de off. præf. Illy.

d lib. 6. Epiſt.

De officio præfecti Vrbi. Tit. XII.

HVIVS magiſtratus origo uetuſtiſsima eſt. Nã & primi Reges cùm domo unà cum pręcipuis magiſtratibus proficiſcerentur, ne Vrbs interea ſine imperio eſſet per id tẽpus, deligebant aliquem qui ius interim redderet[a], ac ſubitis mederetur[b]. Hic Præfectus Vrbi dictus eſt, quòd eius fidei ſumma rerum urbanarum eſſet commiſſa[c]: feruntq́;[d] à Romulo Dentrem Romulium, pòſt abs Tullio Hoſtilio Numam Marcium, & à Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos. Manſit aliquãdiu idem mos creandi Præfectos ſub Coſſ. quoties illis foris Rempub. adminiſtrabant. Creatis demũ Prætoribus, qui ius in urbe, auocatis bello Coſſ. redderent[e], deſitum eſt præfectum creari, niſi quòd eius ſimulachrum Latinarum feriarum cauſa durabat[f]. Cùm enim ex inſtituto Tarquinij Superbi[g], cum populis Latinis ferias, ludos, nundinas, & ſacrificia in monte Albano Romani celebrarent, & ea de cauſa magiſtratus abeſſent, relinquebatur Præfectus quaſi cuſtos urbis, qui domi interim Conſulare munus, & Iuriſdictionem obiret[h]. Poſtea Auguſtus rerum potitus, ad confirmationem Imperij, nouiq́; reipub. ſtatus, præpoſuit more Regio perpetuum magiſtratum urbi, Virum conſularem, qui flagitia & motus urbanos compeſceret, resq́; adminiſtraret: quod & Iulium inceptaſſe Sueton. ſcribit. Itaq; Præfecti urbis, & quidem perpetuò creari cœperunt[i]. Quanquam autem præcipuè coercendorum urbanorũ criminum gratia Præfecti conſtituti ſunt, tamen progreſſu temporis paulatim poteſtatem ampliauerunt. Nam omnia omnino crimina, non tantum ea quę intra urbem & centeſimum lapidem admittuntur, uerùm ea quoq; quæ extra urbem intra Italiam fiunt, præfectura ſibi uindicauit, ut in epiſtola D. Seueri declaratur[k]: quod tamen diſtinctionem recipit. Nam de commiſsis intra centeſimum lapidem, Præfecti notio eſt, & animaduerſionis ius[l]: ſi ultrà egreſſum eſt, nequaquam: poteſt tamen iubere iudicare[m]. Deinde ad officium Præfecti pertinet, ut mancipia tueatur aduerſus intolerabiles dominorũ iniurias, patronorum ius aduerſus libertos: curetq́; uti numularij argentarijq́; probè ſe gerant circa omne negocium ſuum[n]: caro & omnis annona iuſto precio prębeatur. quies popularium & diſciplina ſpectaculorum conſeruetur[o]: tutores ſuſpecti, alijq́; qui deliquerunt, puniantur[p]. Adiri etiam, in ciuilibus & pecuniarijs cauſis[q], ut ex Interdictis[r], poteſt. Ad Pręfectum etiam urbis redijſſe omnium poteſtatum appellationes, refert in Floriano Vopiſcus. Cùm igitur tam ampla ſit Præfecti urbi poteſtas, non mirum eſt omnibus dignitatibus & magiſtratibus urbanis eſſe maiorem: ut hæc uberius in epiſtola D. Seueri, cuius quædam capita recenſet hîc Vlp.[s] & aliorum Principum conſtitutionibus exponuntur[t].

a l. 2. §. 17. 5. de ori. iur.

b Tacit. lib. 5.

c l. 1. uerſ. cùm urbem. h. t.

d Tacit. lib. 5.

e l. 2. §. cumq́; Coſs. 15. 5. de orig. iur.

f d. l. 2. §. capta. 17.

g Dionyſ. lib. 4.

h Gell. lib. 4. cap. ult. Tac. præall. loc.

i Tac. lib. 5.

k d. l. 1. in prin.

l d. l. 1. §. 1. uer. quicquid. & §. fin.

m d. l. 1. §. 1. iunc. l. fin.

n d. l. 1. in prin. §. 3. & 4. l. 2.

o l. 1. §. fin. uid. C. eod.

p d. l. 1. §. 2. & fin. l. 1. de ſuſpec. tutor.

q d. l. 2.

r d. l. 1. §. 1. uerſ. ſed & ex interdictis.

s in l. 1.

t l. 1. 3. 4. C. eod.

De officio Quæſtoris. Tit. XIII.

QVI publicæ quærendæ pecuniæ (quæ eſt neruus, & propemodum ἄμμα καὶ ψυχὴ ut dicitur, ciuitatum) ærarioq́; præpoſiti erant, ab officio Quæſtores ſunt appellati[a]. Horum creandorũ origo antiquiſsima eſt. Nam & Romulũ, cæteroſq́; Reges, Quæſtoribus uſos ferunt: & exactis Regibus, conſtat creatos eſſe, qui ad rem pecuniariã adminiſtrandam, prædamq́; in rationes publicas referendam, Imperatores militiæ comitabantur[b]. Dein gliſcentibus negocijs, auctoq́; peculio publico, & Vrbani quæſtores lecti ſunt, qui in Vrbe ærarium curarent, pecuniarumque acceptarum & expenſarum rationes conficerent: mox ſtipendiaria facta Italia, & accedentibus prouinciarum uectigalibus, plures creati: obtinuitq́; ut prouincias ad colligendã pecuniam ſortirentur[c], præter Candidatos Principis: id eſt qui alium longè magiſtratum obtinebant[d], ac libris & epiſtolis Principalibus in Senatu legendis, reſcriptis conficiendis, omniq́; iuriſdictioni Principis nomine exercendæ, ut nunc qui uocantur Cancellarij, uacabant[e]. Fuerunt & Quæſtores rerum Capitalium, qui, adempta Coſſ. lege Valerij iudi-

a l. unic. uerſ. & à genere. h. tit. l. 2. §. deinde. 12. 5. de orig. iur. Feneſt. de magiſt. c. 3.

b Tac. lib. 11.

c Cic. in Diuin. in Verr. & Orat. 3. Plut. in Cic. & Cat. & alij alibi.

d Suet. in Aug. Lamp. in Alex.

e l. 1. §. pen. h. t. uid. l. 1. & t. t. C. de off. quæſt l. ult. C. de diuer. reſc. l. 2. C. de peti. bon. lib. 10. l. 34. 36. C. de app.

BIU Cujas

iudicandi de capite ciuis Rom. potestate, inquirendis maleficijs à populo, cùm opus erat, præficiebantur: etsi postmodum perpetuæ quæstiones constitutæ sunt [a]. Hi & Quæstores Parricidij appellati, quorum & lex 12. Tab. meminit [b]. Parricidij enim uocabulo, omne homicidium uetustas complectebatur. Fuit autem Quæstura primus gradus ad maiores dignitates [c], puta Ædilitatem, Prætura, Consulatū: ut Vlp. non immeritò, ingressum esse & primordium gerendorum honorum, sententiæq; in Senatu dicendæ, scriptum reliquerit [d].

a Cic. in Brut. Duar. Disput. lib. 1. c. 48.
b d l. 2. §. deinde cum ærarium.
c Cic. in Diuin. ubi Ascon.
d d. l. unic. §. fin.

De officio Prætorum. Tit. XIIII.

CVM Coss. auocarentur bellis finitimis, neq; esset qui in ciuitate ius redderet, quippe exolescente Præfectura urbana, factum est ut Prætor crearetur: qui Vrbanus, quòd in urbe ius diceret, appellatus est [a]. Prætor dictus est, uel quòd iurisdictioni præesset, uel quia præibat ius populo, quasi Præitor [b]. Penes hunc magistratum fuit omnis Publici Priuatiq; iuris potestas, sic ut causas aut cognosceret omnes, aut ijs cognoscendis iudices daret [c]: formulas agendi, iudiciorumque, postulantibus litigatoribus præscriberet [d]: quæ uoluntariæ habentur iurisdictionis [e] & misti Imperij [f], peræquè atq; Cōsules exequeretur: itē adiuuandi, supplendi, emendādi Iuris ciuilis gratia, proponeret Edicta [g]: quæ in honorem Prætoris, ius Honorarium sunt uocata [h]. Atq; hæc quidē Edicta initiò pro suo arbitratu, Prætores proponebant: sed cùm hoc improbis magistratibus opportunum nimis uideretur ad habendam quæstui iurisdictionem, lex est à T. Cornelio Tribuno plebis lata, ut ex Edictis Perpetuis Prętores ius dicerent, & secundū edicta initio magistratus proposita perpetuò, hoc est durante magistratu iudicarent, potestate nouandi corrigendiq; sublata [i]. Verùm ne sic quidem satis nundinationibus cupidorum occursum fuisse apparuit, cùm Edicta unà cū magistratu anni spacio expirarent [k]: nec successori quis præire posset, quò minus ei solutum esset, prout uellet, Edicta ambigua, distorta & malitiosis obnoxia interpretationibus proponere: qua in parte insignem artificem fuisse Verrem, insimulat Cic. [l] Itaq; hisce malis à bonis I. C. medicina quæri cœpta est. Ac primò quidē Seruius Sulp. cuius magna laus extat apud Cic. [m] duos libros Ad Edictum conscriptos reliquit, in quos Edicta Prætorū recta iustaq; congessit, & est interpretatus. Eius uestigijs insidens Aulus Ofilius, eadem ratione diligenter Edictum composuit, ut qui uellent Prætores, sua illa industria in iure dicēdo uterentur [n]. Sed quia horum & authoritas non perinde ualebat apud ambitiosos Prætores, & fortè libri non omnino perfecti existimabātur: ideo tandem Saluius Iulianus supremam manum operi addidit, Edictumq; Perpetuum ordine pulcherrimo composuit atq; emendauit: ex quo D. Hadrianus, approbante Senatu, postea ius dici uoluit, non admissa amplius nouorum edictorum promulgatione [o]. Quibus sanè temporibus, inualescente præfectura urbica, potestas Prætorum, ut & reliquorum magistratuum, qui ex forma liberæ olim reipub. supererant, paulatim eneruata est: ut non immeritò pro sui ratione temporis uoluntariam iurisdictionem tantummodo his Iurisc. tribuant [p]. quanquam & contentiosam obtinuisse saltem in ciuilibus Iurisconsl. ætate palàm est [q]: in criminalibus non item: eoque reos atrocium criminum, ad Præfectum urbi remittere iubentur [r].

a l. 2. §. cumq; Coss. 15. ff. de orig. iur.
b Feneſt. de Magiſt. ca. 19.
c l. fin. h. t.
d not. C. de for. & imp. Cic. in Verrem, & pro Cecin.
e l. 1. & 2. h. t.
f l. 1. cum seq. ff. de iurisd.
g Inst. de bon. poss.
h l. ius autem. 7. §. 1. ff. de iust. & iur.
i Ascon. in orat. Cic. pro Cor. Balb.
k Cic. in Verr. Instit. de perp. & temp. act.
l in act. Verr. 3.
m in Bruto.
n l. 2. §. Seruius. 22. cū seq. ff. de orig. iur.
o Eutrop. in uita Iul. Spart. in Seuer.
p l. 1. & 2. h. t.
q ut tt. de iurisd. de interd. l. 1. §. 1. de suſp. tut.
r l. 1. §. fin. l. 2. ff. de suſp. tutor.

De numero Prætorum ita memorāt: Vnum initiò Prætorem, & principem quidem, Furium Camillum creatum [s]: post uerò, cùm multa peregrinorum turba in urbem confluueret, non sufficiente causarū multitudini Prætore, alterum electum, qui inter peregrinos ius diceret, unde & Peregrinum dictum: captis deinde prouincijs, totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerāt, creatos: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent: progressuq; temporis effectum, ut decē interdum & octo Prætores ius in ciuitate dicerent [t]. Omnis autem prætorum potestas, quæ modò esset in iudicijs, his tribus uerbis authore Festo notabatur: DO, DICO, ADDICO. Primum, dandi iudicis significabat potestatem [u]: secundum, iuris dicendi, & sententiæ ferendæ: tertium, iudicati faciendi, maturandæq; executionis. Dicere enim, propriè ad dictionem sententiæ refertur. Addicere, est idem dicere, & approbare priorem sententiam exequendo. Nam Prætor exequens suam, uel iudicum à se datorum sententiam [x], secundum eam uelut repetitam dabat addicebatque rem uictori. unde factum est, ut Addicere idem quod omni meliore modo alicui tradere, & (ut ita dicam) solenniter, ac in iure magistratus authoritate appropriare seu mancipare significet [y].

s Liuius dec. 1. lib. 7. in pr.
t d. l. 2. §. capta. 17. de orig. iur. Feneſt. c. 19.
u l. 1. de iurisd. dict.
x l. à diuo Pio. 15. de re iud.
y de in diem addict.

De officio Præfecti uigilum. Tit. XV.

ET hi quidem magistratus interdiu ius dicunt: uespertinis temporibus & noctu eos in publico esse, aut ius dicere inconueniens est [a]. Quare eorum uice noctu extra ordinem præerant urbi Quinq; olim uiri, & Triumuiri nocturni, arcendis incendijs præfecti. Interueniebāt nonnunquā & Ædiles, Tribuniq; plebis: quibus familia publica circa portas & muros disposita, & familiæ priuatæ mercede conductæ, ad extinguenda incendia præstò erant. Sed postea pluribus uno die ortis incendijs, Augustus [b] septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas urbis regiones unaquæque cohors tueretur: præpositis eis Tribunis, & super omnes Spectabili uiro (quem titulū ad Præfectos pertinuisse Cassiod. ostendit) qui Præfectus uigilum, aut etiam Prætor plebis [c] deinceps appellabatur. Huius officium est per totam noctem uigilare, & calceatum armatumq; oberrare, cum hamis & dolabris, instrumentisq; ad extinguenda incendia idoneis: atque omnes inquilinos admonere, ut curam adhibeant, ne per negligentiam (ut fieri solet [d]) incēdij casus oriatur. Præterea ut aquam unusquisq; in suo cœnaculo habeat, iubetur admonere. Et quia in eiusmodi tumultu furta & effractiones fieri solent [e], permissum est, ut non modò de incendiarijs, sed furibus etiam, effractoribus & capsarijs, qui mercede seruanda in balneis uestimenta suscipiunt [f], Præfectus uigilum cognoscat [g], posítq; in eos pro merito animad-

a l. 2. §. deinde. 16. de orig. iur. §. sc de bunt. Nouel. de iudic. c. consuluit. 24. de off. & po. iud. deleg.
b Suet. in eius uita, ca. 30.
c Nouell. 11. de prætor.
d l. si uendita. 11. de per. et com. rei uendi. l. si seruus. 27. §. si fornacarius. 5. ad l. Aquil.
e t. t. de incen. ruin. naufr.
f uide Cuiac. Obſer. lib. 5. cap. 8.
g l. 3. & 4. hoc tit.

BIU Cujas

animaduertere, usq; ad fustem & flagella: nam si delictum sit atrocius, quàm ut eiuscemodi leui pœna uindicari debeat, puta quia dolo malo incendium commissum dicitur, ad ordinarium magistratū Præfectum urbi, res erit referenda [a]. Seruum tamen in facinore deprehensum, propter utilitatem personæ, ultimo supplicio afficere Præfecto uigilum concessum fuisse, apparet [b].

a l.fi.h.tt.l.unic.C.eo.
b l.pen.de cond.caus. dat.

De officio Proconsulis & Legati. Tit. XVI.

HACTENVS de magistratibus Vrbanis: nunc de Prouincialibus agamus. Prouincias, quæ antè in Consulares & Prætorias erant diuisæ [a], Augustus alias Senatui populoq; reliquit gubernandas: alias, & quidē ualidiores, ut inquit Sueton. suæ curæ reseruauit [b]: illis præficiebantur à Senatu Procoss. cum summo Imperio, hoc est, Consulari, quomodo in libera repub. antea usitatum erat [c]: quare & Legatis more maiorum utebantur. his ab Imperatoribus Præsides aut Legati Cæsarum præponebantur, nō cum tanta potestate, quanta erat Procoss. sed mandatis & diplomatis Principum, quibus omnis nimia potestas suspecta erat, plerunque coercita & temperata. Proconsul primus T. Quintius, Posthumio Albo & Sp. Furio Coss. bello contra Æquos infeliciter gesto, creatus est [d]. Propagatis deinde Imperij finibus, obseruari cœptum, ut quo quique anno Coss. fuissent, sequente Procoss. remanerent, & prouincias cum imperio sortirentur: in quibus plenissimam iurisdictionem habebant, & omnium partibus, qui Romæ ius dicunt, ut magistratus, aut extra ordinem iudicant, fungebantur, ac merum summumq; secundum Principem imperium obtinebant [e]. Nam & Procōsul inde dictus est, quòd consulari potestate mittatur, ut pro consule prouinciam administret. Quare & cætera consularia insignia habet, præterquam quòd sex duntaxat lictoribus utatur [f]. Hanc autem potestatem procos. extra suam prouinciam non habet [g], quamuis uoluntariam iurisdictionem expedire passim non prohibeatur [h]. nam manumitti apud eum tam liberi, puta filijfam. per emancipationem, quæ olim manumissionis erat species [i], quàm serui, per manumissionem, & adoptiones fieri possunt, statim quàm urbem est egressus [k]. In ipsa enim urbe Procos. magistratu non fungitur, cùm sit prouincialis: unde exiens ciuitatem accipit, ingressus deponit imperium [l]. Porrò ingressus prouinciam, mandare iurisdictionem legato suo de uolūtate Senatus adiuncto [m] debet, qui eius uicibus, quando unus omnia obire nequit, fungatur [n]: & propriam quandā exerceat iurisdictionem [o], præter gladij potestatem, quæ mandata iurisdictione non transfertur, cùm ea non comprehendatur, sed specialiter ex lege competat, eoq; ab ipso Procos. est exercenda [p]: qui in officio simul & tota gubernationis ratione, moderatè debet & prudenter uersari [q]: innocentibus parcere [r]: inquirere in malos [s]: non summatim, & per subscriptionem libelli, causas litigatorum haudquaquam satis perpensas definire: sed pro qualitate rei propositæ, seria & momentosa seriò atq; cogitatè & solenniter proq; tribunali examinare, facilia uerò leuiaque, & quæ expectationem iudicij non ferunt, sed subito remedio opus habēt, expedire de plano etiam extra tribunal & locum editum iudicij, stans in plano, ac iter faciens, ubicunque opus est [t]: deniq; in omnib. postulationibus modū atq; ordinem retinere [u]: muneribus, contractibus, præter ea quæ uictus quotidiani causa comparantur [x], ad euitandam auariciæ corruptelæq; suspicionem, abstinere [y]. Xenia tamē, obsoniaq;, quæ hospitibus primùm ingressis beneuolentiæ & hospitalitatis ergô dari moris fuit, neque morosè repudianda, nec ab illo auarè sunt recipienda: sed, ut dicitur, ὅτι πάντα, ὅτι πάντοτε, ὅτι παρὰ πάντων; quod in Procoss. & alijs Prę fidibus, qui uice Principis prouincias obtinent, receptum & usitatum fuit, & adhuc etiam hodie usurpatur: scilicet ut pro felici auspicio inter gratantium uoces, tempore (ut uocant) introitus, aliquid xeniolorum summis his magistratibus publicè offeratur [z]. Cæterum inferioribus magistratibus, & præsertim iudicibus qui publica salaria habent, nō licet à priuatis munuscula priuata accipere, ne esculenta quidem aut poculenta [a]. Cic. in Verrem: Omnium rerum turpissimū, maximeq; nefarium est, ob rem iudicatam, pecuniam accipere, precio habere addictam fidem ac religionē.

c l.si in aliquam.7.cum ll. seqq.h.tit.
d Liui.dec.1.lib.3. Feneſt. de Magi.cap.11.
e l.si in aliquam.7.cum l. seq.h.tt.
f l.pen.h.tt.Cic. in Verr. act.7.
g l.1.h.tt.
h Feneſt.præall.loco.
i l.ult.C.de emancip.
k l.2.h.tit.
l l.fin.h.tit.
m Cuiac.Obſer.lib.7.c.21.
n l.4.§.fin.h.tit.
o l.4.in prin.ī.de off.eius, l. legati. 13. uerb. niſi (poſtquā ſcilicet) à proc. mandata eſt iuriſd. h.t. Cuiac.præal.lo.ex l. 2. Quis & à quo app.
p l.ſolent.6.h.t.
q Cic.epiſt.ad Qu.fratr.1.
r d.l.ſolent.in prin.
s l.congruit.13.ī.de off. præſid.
t l.ſcire.13.al. 15.de excuſ. tut.§.2. Inſt. de libert. in uerb.uel in tranſitu.
u l.nec quicquam.9.h.tit.
x l.plebiſcito. 18. de off. præſid.
y l.ſolent.6.h.tit.
z l.1.ubi Dd.C.de aur.coro.lib.11.
a §.pen. in uerb.nihil penitùs ab ijs accipientes. ubi gl.ad uerb.auaritiā. & Bart.Ang. in Auth. ut iud.ſine quoq.ſuffr. glo.in l.plebiſcito.18.de off.præſ.uid.l.1.et 2.& tot.tt.C.de pœn.iud.qui mal.iud.Cano. in c.ſtatutum. 11. §. inſuper. de reſcrip.in 6.Coraſ.in d. l. plebiſcito. qui dicit hanc eſſe communem. Eôdem pertinent præcepta diuina: Exod.23. Deut.16. Prouerb.17. Eſa.1.5.Eccleſ.20. l.uenales.7.C.quan.pro.nō eſt nec.

De officio præfecti Augustalis.

TITVLVS XVII.

VT Senatus populusq; suis prouincijs præficiebat Procoss. ita Augusti in suas pari potestate Prę fidem mittebant: atque is quidem, qui Ægypto præficiebatur, Præfectus Augustalis est appellatus. Augustus enim Imperator Ægyptum, quam primus in formam prouinciæ redegit, à cæteris prouincijs segregauit, propriamq; sibi seruauit: prohibens procoss. aut ullum Senatorē, equitémue illustri dignitate functū, eam sine suo permissu ingredi: ueritus, authore Tac. [a] ne fame urgeret Italiam quisquis eam prouinciam, claustraq; terræ ac maris, quamuis leui præsidio aduersus ingentes exercitus, insedisset. Lege igitur lata cōstituit, ut ad similitudinem Procos. mitteretur ab Augusto Eques Romanus in Ægyptum, qui nomine Cæsaris prouinciam gubernaret. Hinc præfectus Augustalis peculiari nomine dictus: uel quia Augustali, hoc est prætorio in Ægypto præfectus erat [b].

a lib.11.
b l.2.C.eo tt.

De officio Præsidis. Tit. XVIII.

NOMEN Præsidis generale est, eo quòd & Procoss. qui à Senatu in ꝓuincias mittebātur, & Legati Cæsaris, quos Augusti suis prouincijs præficiebant, & omnes deniq; prouincias regentes (licet Senatores sint) præsides appellantur [a]. Præses enim à præsidendo fit, quod latè patet: at Proconsul dici nequit, nisi qui uice Consulis amandatur [b]. Præses maius imperium uniuersis post Principem in prouincia habet [c]: & de omnibus causis, de quibus uel Præfectus urbi, uel Prætorio, itemque Coss. ac Prætores cæteriq; Romæ cognoscunt, rectorū & prę sidum in prouincia notio est [d], omniumq;

a l.a.hoc tit.
b d.l.1.in fin.l.1. C.de off. præf.præt.Aphr.
c l.3.h.t.
d l.de omnibus.10.h.tt.cū l.ſeq.

Romæ

Romæ magistratuum uice & officio funguntur: unde & Prouincialia Edicta exemplo prętoris constat ab ijs proposita, ad quæ commentaria I. C. scripserint [a]. Minorem tamen, aut certè restrictiorem fuisse præsidum quàm Procos. potestatem, paulo antè dictum est [b]. nam ut alia taceam, deportandi ius non habuerunt Præsides, quod Procos. pro summi imperij iure, uelut præfecto urbi permissum fuisse, consentaneum est [c]: item, Legato cognitionem suspecti tutoris mandare Præses non poterat [d]: Proconsul uelut summus & liberior magistratus potuit [e]. Nam hic Legatum, ex S. C. habebat, & ei iurisdictionem omnem, atq; ideo hanc quoq; ex lege [f] mandare poterat: Præses Legatũ non habebat [g], cum ipse Legatus esset Cęsaris. itaq; nulla hìc fit in titulo Legati mentio, ut in superiore, de Off. procõs. & lega. sed tantùm iudicis in causas singulas dandi ius habebat [h]. qua delegatione cum non transferatur iurisdictio, multo minus suspecti cognitio potuit transferri [i]. Ex quo & similibus multis intelligi licet, Præsidis nomen generale quamuis sit, tamen propriè accipi hoc in titulo & alibi pro Legato & uicario Cæsaris in prouinciam misso, cuius magistratus & officium à Proconsulatu sit separatum [k], quemadmodum & hìc diuerso titulo ab illo est deiunctum. Ac circa ætatem Iustin. diminuta indies magis Præsidum potestas, & longè infra Proconsularem potestatem deiecta fuisse uidetur: quemadmodum & ipsæ prouinciæ nouis diuisionibus plures quidem, sed minores factæ sunt. Desitum est enim recta à Præsidibus ad Imperatorem iri, interiectis Præfectis prætorio Aphricæ, Orientis, Illyrici: quibus Præsides parére coguntur [l]. Officium autem Præsidis est, curare ut pacata sit & quieta prouincia, & ab hominibus malis repurgetur [m]: néue illicitas exactiones prouinciales perpetiantur, præsertim à potentioribus [n]: humiliores ab iniurijs defendere: calumnijs obstruere aures [o]: licitarum negociationum usum cuilibet concedere, pernicioſarum nemini [p]: in iure reddendo ita se gerere, ut neq; nimia in adeundo asperitate difficilem, neque contrà immodica familiaritate contemptibilem sese præbeat. Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur: hinc mandatis adijcitur [q]: Ne Præsides prouinciarum in ulteriorem familiaritatem prouinciales admittant [r]. Sed & in cognoscendo neq; excandescere aduersus eos quos malos putat, neq; precibus calamitosorum illachrymari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, morbum animi uultu prodere: & in summa, ita ius reddere debet, ut authoritatẽ dignitatis ingenio augeat [s]: inq; iudicando magis spectet quid fieri debeat, quàm quid ab alijs usitatum sit [t]. Non enim exemplis, sed legibus est [u] iudicandũ. Porrò munera capere, nisi esculentũ poculentúmue, quod intra dies proximos prodigatur [x], aut fines prouinciæ suæ egredi, ne ea rectore careat, fas nõ est [y]. De suis quoq; causis ad euitandam suspicionem parcissimè ius dici sinet: & hactenus tantùm, ut si quid inuito accidat, ueluti si iniuriam aut furtum passus sit, litem contestetur, causa post depositum magistratum examinanda [z], ut putatur S. C. cautum: quanquam & aliter illud accipi potest: scilicet ne in urbe, nisi parcissimè, & quo ad constitutionem, ius dicatur de Præsidum, & eorum qui hos comitantur, causis: ne uidelicet absentia iusta, & reip. causa suscepta, præsentibus uel absentibus fraudi sit. Sunt & alia constitutionibus Principum addita, ut ne contrahant [a], & similia [b]: de quibus etiam suprà ad tit. de off. Proconſ. est dictum. Quæ omnia mandatis & diplomatis Impp. caueri comprehendiq;, atq; ita Præsidum potestas magis quàm Procos. adstringi solet [c]: prout superius est expositum.

a l.1. de alie. iud. mut. caus. l.4. de iudic.
b ad tit. de off. procoſ.
c l.2. §. fin. de pœn.
d l.1. §. ſuſpecti. ad S. C. Turpil.
e l.1. §. damn. ff. de ſuſpec. tutor. §.1. Inſt. de ſuſp. tutor.
f Inſt. de ſuſp. tut. in prin.
g Goucan. in l.1. de iuriſd. Nou. 8. in fin.
h l. cum prætor. 12. de iud. l.2. C. de pedan. iud.
i uide quæ dixi in Inſt. tit. de ſuſpec. tut.
k l.1. C. de off. præf. præt. Aph. tot. tit. C. de off. rec. pro.
l tot. tit. Cod. de off. præf. Aphr. l. in officiales. 4. l. qui ordinariam. 7. C. de off. rect. pro.
m l.3. l. congruit. 13. h. tt.
n l. illicitas. 6. h. tt.
o d. l. illicitas. §. ne potentiores. 2.
p d. l. 6. §. 4. eod.
q de quibus in Authen. de mand. prin. & quæ dixi in l. unic. C. eod. tit.
r l. obſeruandum. 19.
s d. l. obſeruandum. h. t.
t l. ſed licet. 12. h. tt.
u l. nemo. 13. C. de ſent. & interloc. om. iud.
x l. plebiſcito. 18. h. t.
y l. illud. 15. eod.
z l. Senatuſcõſulto. 16. h. t.
a l. unic. C. de cõtract. iud.
b tot. tit. C. ut om. iud.
c In Auth. de man. princ. uide C. de off. rec. pro. cum multis §§. ſeqq.

De officio Procuratoris Cæsaris, uel RATIONALIS. TIT. XIX.

IN libera Repub. penes Quæstores erat cura quærendæ, seruandæ, atq; expendendæ pecuniæ publicæ: sub Augustis, ut alia multa, sic & hoc innouatum, constitutiq; Procuratores Cæsaris siue Rationales: quorum partim ærarium populi, quod postea Principis fiscus fuit, partim patrimonium eius priuatum curarent. Quamuis autem promiscuè & Procuratores & rationales appellentur [a]: tamen qui fisco præsunt [b] in urbe, Præfecti ærario dicuntur: qui in prouincias mittuntur, propriè dicuntur Procuratores Cæsaris [c], uel reipub. aut rationales summæ rei [d]: qui priuatam rerum curam gerunt, Rationales rei priuatæ [e], aut Rationales tantum [f], aut Comites rerum priuatarum Sacri palatij, sacriq; Patrimonij [g], aut Palatini [h], aut Dispensatores, Actores, Curatores rerum Cæsaris [i]. Alij [k] contra malunt, Rationalem publicis rebus, Procuratorem priuatis præesse: quod ego in medium relinquo. nam Rationalis nomen commune fuisse tandem, apparet ex Capitol. Lamprid. & alijs. Nostri autè consulti [l], qui castius locuti sunt, eum qui publicum fiscum curaret, Procuratorem Cæsaris, nusquam (quod sciam) Rationalem dixerunt: atq; ipsum sanè rationis nomen magis ad causam priuatam pertinet, quàm publicam. Horum potestas sub Claudio uires sumpsit, qui illos adęquauit legibus, ut quicquid statuissent, esset ratum, perinde atq; ab ipso foret constitutum [m]. quo tamen non existimandum est, ijs permissum, ut deteriorem rem Cæsaris facere possint [n]. Præcipuum officium Procuratorum est, cogere pecuniã principis, siue ex hæreditate, siue delicto, siue aliunde debitam: ac si de eiusmodi rebus oriatur controuersia, eorum est notio, ut inter Cæsarem & priuatos iudicent [o]: quæ iurisdictione à Præsidibus quidem prouinciarum interpellari potest [p]. Etsi autem notionem habent Procuratores, imperij tamen potestate destituuntur: unde ius deportandi, pœnæ constituendæ [q], mulctæ dicendæ [r], restituendi in integrum [s], nullum obtinent.

d l. dominicis. 7. C. ubi cauſ. fiſc.
e l. uniuerſ. 4. C. de fund. rei pri. lib. 11.
f l.2. C. de mod. mulct.
g tot. tit. C. de off. com. rer. priu.
h tot. tit. C. de off. com. ſac. pal.
i l.2. C. ſi aduer. fiſc. l. fin. hoc tit.
k Ale. in d. l. uniuerſ. Baro hìc ad rub.
l d. l. ſi procurator. d. l. ne procuratores.
m Tac. lib. 12.
n l.1. hoc tit.
o tot. tit. ubi cauſ. fiſc.

De officio Iuridici Alexandriæ. TITVLVS XX.

ETSI in prouinciarũ administratione moris erat à Pręside uel eius legato iudices dari, qui de causis singulis cognoscerent: tamen peculiariter Alexandriæ, potentissimæ Ægypti ciuitati, & munitioni-

p d. l. nec quicquam. 5. de off. proconſ. l.2. C. de off. com. ſac. pal. q l. fin. h. t. r l.2. C. de mod. mulct. s l.2. C. ſi aduerſ. fiſ.

nitionibus portubusque opportunissimæ, ab Augusto iudex peculiaris est præfectus, penes quem legis esset actio, & ordinarius magistratus: adeò ut ea quæ Imperij esse uidentur, ut dare tutores, exequi posset [a]: siue quia indulgere Alexandrinis hanc libertatem uoluit, ut sub iuridico liberius uiuerent: nam & postea ius Buleutarium, id est creandorum decurionum, à Seuero impetrarunt [b]: siue, quod uerisimilius est, & in quo secutum Alexandri consilia Arrianus author est, quia tutum non credidit unius Præfecti fidei tam munitum regnum, tamq; præpotentem [c] ciuitatem committere. Itaq; præfecto Ægypti, uelut speculatorem apposuit Iuridicum: qui etsi minor esset, tamen amoueri à Præfecto non poterat [d], & ad exploranda eius consilia erat in primis opportunus.

a l.1. & 2. hoc tit. l. unic. C. eo.
b Spart. in Seuero.
c Cicero de l. Agrar. fac. quod tradit Suet. in Cæsare, cap. 35.
d l. penul. C. de off. præ. Augusti.

De officio eius cui mandata est Iurisdictio. TITVLVS XXI.

1 Quid sit propriè, mandare iurisdictionem.
2 Quæ, mandata iurisdictione, non transeant.
3 Cur merum imperium non transeat.
4 Quæ transeant.
5 Quare, mandatam iurisdictionem habens, mandare eam nequeat.

QVIA magistratus uel propter occupationes publicas, uel ob causarum multitudinem & uarietatem, omnibus sufficere nequeunt, mandare alijs iurisdictionem solent [a] uel in uniuersum, ut Procos. Legatis [b]: uel etiam unam aliquam iurisdictionis speciem [c]. quod Præsidibus qui Legato destituerentur, permissum non fuit, etiamsi iudices dare potuerint [d]: qui distant ab eo cui iurisdictio mandatur [e]. quanquam & his quoq; ex causa Vicem gerentes tanquam legati à Principe uel præfectis prætorio adiungebantur [f], quibus administratio iurisdictionis mandaretur, & ad leuiora disceptanda ipsi eiusmodi uniuersalem iudicem pedaneum eligere potuerunt [g]. Itaq; post exposita magistratuum genera, consequens fuit explicare, quatenus iurisdictio mandari possit, & quod sit eius cui mandata ea est, officium. Ac † de ijs quidem quę mandata iurisdictione non transferuntur, prodita est regula, Quęcunque specialiter (hoc est, nominatim & designatè [h]) lege, uel S. C. uel constitutione Principum tribuuntur, ea mandata iurisdictione (cui non insunt quæ specialiter à lege tribuuntur) non transferri [i]. Si enim fines priuatorum mandatorum diligenter custodiendi sunt [k], & qui hoc expediendum suscepit, alteri delegare uices suas nequit [l]: quanto religiosius præscripto legis, Principisue, ex certa causa aliquid specialiter mandantis, est parendum [m]? Vnde † Merum imperium, & Ius gladij, quod lege dari solet, mandata iurisdictione non transit. S. C. enim, aut lege iussiue populi, magistratibus quæstiones publicorum iudiciorum exercendæ mandabantur, quanquam postea sub Augustis diplomate principali certis magistratibus, ut Præfecto urbi, attribui cœperunt. Non igitur mandata iurisdictione transferuntur: quia nec hac continentur, sed ab ea res sunt planè separatæ ac diuersæ: quippe quæ non ui iurisdictionis, sed ex speciali priuilegio competant [n]. ex separatis autè nulla fit rectè illatio [o]: nec † quod in genere non est, mandato genere transire dicendum est. Quinetiam ne specialiter quidem delegari, extra casum necessitatis [p], ius gladij potest [q]: quia iure priuilegij personalis competit. quæ autem sunt eiusmodi, transferri in alterum non possunt [q]. Quod & hodie, quamuis specialiter dari exercitium publicorum iudiciorum desitum est, obtinere meritò quis dixerit: quia tanti momenti res, quę & speciem summi Imperij repræsentat & in qua plurimorum salus uertitur, non debet leuiter ab eo transferri, cui propter industriam, uirtutisq; & iustitiæ opinionem, est commissa: quanquam communiter receptum sit hodie, etiam hanc partem gubernationis delegari posse: scilicet quòd non ex speciali priuilegio amplius, sed unà cum iurisdictione detur [r] & transeat. Eodem modo cætera, quæ Meri quidè Imperij non sunt, nominatim tamen magistratui iniunguntur, mandari nequeunt [s]. Vnde quamuis mandata iurisdictione, non tamen potest legatus consilium exercere [t], hoc est, conuentum iudicum habere: simul quia id fieri non solet, nisi in causis specialiter religioni ordinarij magistratus commissis [u]: siue quòd speciem præ se ferat summi Imperij [x], quod penes solum Proconsulem residere debet. Excipiuntur ab hac regula, quæ lex uel constitutio excipit. Exempli causa: quàuis datio tutoris mandari nequit [y], quia eam nemo habet nisi ex speciali concessione [z], tamè Legatus ex oratione Diui Marci tutorem dare potest [a]: item ex constitutione Veri & Antonini de suspecto tutore cognoscere [b]: idq; propter utilitatem introductum est, ne dum Proconsuli non uacat cognoscere, res pupilli deserta, pessum eat. Consimilis utilitas, uel necessitas potius, exercendæ iurisdictionis suasit, ut quæ iurisdictioni cohærent imperia, & sine quibus exerceri ea nequit, mandata iurisdictione unà trásferantur [c]: ut est modica coercitio, sine qua iurisdictio nulla est [d]. Potest & ex alia iusta causa harum rerum delegatio fieri: ut cum Procos. proficisci habet necesse, aut alio iusto impedimento necessitatéue aliqua impeditur, quo minus his rebus operam dare possit [e]. Necessitas enim non habet legem, ut uulgò loquuntur [f].

Cætera quę iure magistratus competunt, ueniuntq; more maiorum ex natura ipsius officij, sine ulla speciali lege, aut principis delegatione, mandari possunt [g], exemplo aliarum rerum quæ nobis iure nostro competunt: ut iurisdictio [h], quæ ui functionis ordinarij magistratus competit: item quę Mixti sunt imperij (quicquid Dd. contrà disputent) & iure magistratus ad prætorem præsidémue pertinent [i]. Et hæc quidem aut mandari, aut nó mandari possunt. Qui † uerò mandatam iurisdictionem suscipit, cùm proprij nihil habeat, sed eius qui mandauit iurisdictione utatur [k], etiamsi Prætor sit qui alienam iurisdictionem exequitur [l], mandare eam alteri non potest [m], eádem ratione qua specialiter à lege mandata transferri non posse diximus. Electa est enim personæ industria & fides.

a l.solet.16.ff.de iurisd. om.iud.
b l.4.cum seq. sup. de off. procõs. l.1. §. fi. quis & à quib. appell.
c l.1.uers. & si à familia. hoc tit. d. l. solet. l. prætor. 17. de iurisd. &c.
d l.cum prætor. 12. de iud. l.2.3.4. C. de ped. iud.
e Cuiac. & Gouean. in mat. iurisd. com.
f l.1. & 2. C. de offic. eius qui uic. rec.
g l.ult. C. de peda. iud. ubi dixi.
h l.aut damnum. 8. §. 3. de pœn. l. neq; mater. C. de iur. dot. l.1. §. inter filiũ. 4. & l. Diuus Claudius. 15. de fals. l. quæro. 39. de act. empt. l. sed etsi. 4. §. quæsitum. si quis caut.
i l.1. in prin. hoc tit.
k l.5. mand. l. cùm mandati. 12. C. eo.
l l.2. si mens. fal. mod.
m l.1. h.t. l.3. ff. de iurisd.
n l. Papinianus. 21. de min.
o l.1. h.t. l. nemo. 71. de re. iur. uide l.2. C. de ped. iud.
p l. solent. 6. de off. procos. uid. ff. de iurisd.
q l.1. de const. Prin. l. ea quæ ad municip. Bar. in l. etiam. de iureiur. per l. ex pluribus. 42. al. 43. de ad. tut. l. cerdonem. 42. de op. lib. l. non solum. 67. §. si pupillæ. de rit. nup. Tiraq. de relig. §. 26. gl.1. nu.58.
r Gl. & Dd. præsertim Soci. in c. quod sedem. 10. de off. ordin. Soci. in tract. cita. art. 4. nu. 7. Dd. hic. Dec. & Cag. in l. nemo. 71. de reg. iur.
s l. cum hi. 8. §. si prætor. 10. de transac. l.1. §. abolitio. 4. ad S. C. Turp.
t l.2. hoc tit.
u l.1. de reb. eor. l.1. C. de præd. min.
x l. unic. in uerb. officium consulis. h.t. summi magistratus est præbere cõsilium. de off. cons.
y l. nec mandante. 8. de tut. & cur. dat. ab his.
z l.6. §. pen. de tut.
a l.1. de tut. & curat. l. pen. ff. de off. proconsul.
b l.4. in princip. hoc tit.
c l.1. §. fin. hoc tit.
d l. fin. hoc tit.
e l.1. §. 1. ubi Dd. hoc tit. uide omnino l.2. & quæ ibi dixi. Cod. de ped. iudicibus.
f l.5. §. si quis rixos. de dam. infec.
g l.1. in prin. h.t.
h l.1. in fin.
i l.4. §. fin.
k l.1. §. fin.
l l.3.
m l. fin. h.t.

De

De officio Assessorum. Tit. XXII.

FVIT & illud in more positũ Romanis, ut Præsides, alijq; magistratus prouinciales, qui, uelut est apud Lampridium, sibi Iurisperitos adsciscerent, quorum consilijs & operis in exercenda iurisdictione commodum uterentur: qui causas cognoscerent, postulationes litigantium audirent, decreta & interlocutiones inter litigantes facerẽt, epistolas Principum exciperent de iure scriptas: quorum uicem apud Sax. qui Sabini uocãtur, propemodum uidentur obtinere [a]. Paulus [b]: Omne, inquit, officium Assessorum (sic enim uocantur, propterea quòd iudicibus assideant) quorum iuris studiosi partibus fungũtur, in his fermè causis cõstat: in Cognitionibus, Postulationibus, Libellis, Edictis, Decretis, Epistolis. Hæc enim cognitionem prudentiamq; consiliariorum consultorumq; maximè flagitant. Hi suo nomine nihil agunt, adeò ut ne libellis quidem subscribere possint [c]: tantum consiliũ suggerunt iudicanti, unde Consiliarij appellantur [d]. quod quidem consilium, si prauum iniquumq; fuerit, consultori erit pessimum: non enim modò doli, sed imperitiæ quoq; nomine, propter temerè arrogatam sibi iuris professionem, assessores tenentur [e]. Solent etiam his Præsides aliò proficiscentes, causas interdum delegare [f]: quod cùm fit, nõ Assessorum, sed Pedaneorum iudicum uice, mãdata iurisdictione funguntur. His in authoramentum laboris & industriæ, & quò facilius alienis manus abstinerent, de publico salarium Alexander constituit [g]: etsi dicere solet eos promouendos, qui per se Rem. gerere possint, non per assessores [h]. quod tamen nec ipse fecit, nec alij præstantissimi Duces & Imperatores. Nam quo magis abundarunt sapientia, eo minus sibi tribuentes, pluribus consiliarijs usi sunt [i].

a Land. lib. 3. art. 26. Reinh. diff. 52.
b l. 1. h. t.
c l. 2. C. eo.
d l. 5. h. t. l. 3. C. eod.
e l. 2. §. quod quis. iur.
f Alc. Par. lib. 2. cap. 41.
g l. 4. l. fin. hoc tit. Lamprid. in eius uita.
h Lamp. ibidem.
i Lamprid. in uit. Alex. Spart. in Adriano.

DIGEST. LIB. II. DE IVRISDICTIONE. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Quid significet iurisdictio.
3 Quid sit.
4 Propria.
5 Species.
6 Quid sit merum imperium: & quot eius gradus.
7 Quid mixtum.
8 De iurisdictione, & alijs eius speciebus.
9 Causa efficiens: qui iurisdictionem dare possint.
10 Materia in qua, & circa quam.
11 Quæ mandari in iurisdictione possint, uel non.
12 Forma exercendæ, præscribendæ, probandæ iurisdictionis.
13 Finis & effectus, de actione huius edicti cui, contrà quem, ad quid detur.
14 Quomodo finiatur.

1 ABSOLVTIS † Iurisprudentiæ principijs, & officijs omnium magistratuum utcunq; delineatis: iam ad explicationem Iudiciorum, in quib. ius omne uerti diximus, ueniendum est. In iudicijs autem omnibus primò quæritur de Iurisdictione, seu de competente iudice [a]: ne scilicet si incompetens adeatur, ad nihilum tota recidat actio [b].

2 Iurisdictionis † uocabulũ, quin à Iure dicendo sumptum sit, dubium non habet. Vt autem ius dicere non quilibet iudices, sed maiores tantum magistratus, qui pro tribunali statis temporibus more maiorum cognoscũt, signatè perhibentur [c]: ita Iurisdictio id propriè munus significat, quod magistratus eiusmodi iure suæ potestatis ordinario gerit & exercet [d], ὑφ' ἁπλᾶτα tamen etiam pro omnimoda Iurisdictione, puta pro Mero & Mixto Imperio capitur [e]: item pro Iurisdictione Delegata [f].

3 Iurisdictionem † sic definit Bart. [g] ut sit Potestas de iure publico introducta, cũ necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ [h]. Baldus [i] ita: Iurisdictio prout est in sua substantia, quæ habitus uocatur, est potestas plectendi, decernendi, & ius dicendi, iure publico propter bonũ publicum introducta principaliter: secundariò uerò ob bonum priuatum: prout autem inest Magistratui, est regentis magistratus officium, quod in actu habituq; consistit. Mihi nõ libet in has descriptiones inquirere, quæ foro quidem nostro, rebusq; præsentibus magis quàm sententiæ Iurisconsul. & huius tituli argumento uidentur accommodatæ. Itaq; sic malo: Iurisdictio est publica cognoscẽdi de causis potestas, seu notio & definitio causarum, quam magistratus ex ordinario officij sui iure atq; munere habet, exercet & mandat. Porrò Vlp. [k] cum ait, Iurisdictionem etiam esse iudicis dandi licẽtiam, non definire iurisdictionem uoluisse, sed potestatem dandi iudicis, quæ est Mixti cæteroquin Imperij, iurisdictioni inclusisse uidetur [l]. Ac hæc quidem temporibus Iurisconsul. conueniunt, qui propriè sic iurisdictionem ad ius dicentem magistratum retulerunt. Sed hodie discrimine illo magistratuum sublato, latiore significatu, ut antè dictum est, hoc nomen usurpatur.

4 Propria † iurisdictionis sunt, esse Ius incorporale [m] Indiuiduum [n], Trãsmissibile [o], Perpetuum [p], Iuris publici [q], quod inter res soli quadam interpretatione reputetur [r]. Species † omnimodæ iurisdictionis hodie tradũtur tres: Imperium Merũ, Imperium Mixtum, & Iurisdictio Simplex [s]. Sed olim merũ imperium, quod & nomẽ indicat, res erat secreta à iurisdictione [t]: quia nõ iure magistratus, sed ex speciali populi concessu, & quodã quasi priuilegio dabatur: quare nec mandata iurisdictione transibat [u].

6 Merum † imperium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos: quod etiam Potestas appellatur [x]. Huius imperij sex gradus Dd. [y] faciunt, quos studiosis considerandos relinquo.

7 Mixtum † imperium est, cui etiam iurisdictio inest [z]: hoc est, quãtum arbitror, quod permixtum est iu-

a tot. tit. C. de iurisd. & for. comp.
b tot. tit. C. si à non comp. iud. uid. Dd. in l. fin. C. de excep. & in l. quidam. 57. de re iudic.
c l. pen. sup. de iust. et iurè.
d l. 4. de inter. act. l. unic. C. ne quis in sua cau.
e Ias. hic in rub. & in l. qui iurisdictioni. nu. 10. h. l. 1. & tot. h. t. l. 4. §. fin. l. solent. de off. proconsul. t. t. de off. iur. Alex.
f l. 1. uerb. iurisdictionem mandant. de off. eius cui mand. est iur. gl. ad uer. iurisdic. in §. oportet. de defensor. ciuit. in Auth.
g l. si idem 11. h. t.
h l. 1. num. 3. h. t. post glos. uid. de hac Clas. Oldr. et latè Gouea. de iurisd.
i in c. ad hoc. num. 4. de allod. l. notionem. 7. de uerb. sig. l. 5. l. 57. de iud.
k in l. 3. h. t.
l ut in l. cum prætor. 12. de iudic. uers. ui imperij.
m Bald. consil. 161. proponebatur. uol. 3. & in c.

c risdictioni,

ad hoc. nu. 4. de allod. n gl. in c. prudentiam. ad uerb. teneatur. ubi Panor. nu. 12. Imol. num. 7. & 12. de off. iud. delega. Bart. in l. fin. num. 3. de rer. diuis. & in l. si uni. num. 8. de re iud. Bal. in c. 1. §. præterea. num. 3. de prob. feud. alie. per Feder. o c. per uenerabilem. de elec. Bal. l. 1. C. de emanc. lib. l. manda. C. manda. l. 1. C. de oper. lib. Bart. l. non ambigitur. de legibus. Boer. decis. 204. in fin. p Bald in l. 1. C. de emanc. lib. uid. Bart. in l. non ambigitur. de legib. q Bald. in d. c. 1. §. ad hoc. num. 2. de allo. per l. 1. §. huius studij uerb. publicum quod ad magistratus. de iust. & iur. l. si id quod. 7. h. t. r c. licet. 9. de prob. ubi gl. ad uerb. uti possid. s uid. Dd. in l. 3. h. t. t Cic. in epist. ad Q. frat. u l. 1. & tot. tit. de off. eius cui mand. l. 4. & 6. de off. procos. x l. 3. h. t. l. potestatis. 125. de uerb. sig. l. nemo. 71. de reg. iur. y Bart. num. 6. Ias. num. 124. in. d. l. 3. z l. 3. h. t.

BIU Cujas

risdictioni, & competit magistratui ordinario, seu curuli qui iurisdictionē habet [a], & pro tribunali cognoscit: unde & mandata iurisdictione trāsfertur [b]. Dicitur autem Imperium potius quàm Iurisdictio: quia non in iure dicendo, sed in exequendo, imperando, iubendo uersatur [c]. Cum autem magistratus non iubeat, neq; exequatur citra causæ cognitionem [d]: ideo & Iurisdictionem illi imperio inesse rectè dicitur [e], ut qui habeat Mixtum imperium, intelligi debeat & Iurisdictionem habere, & iudicis dandi licentiam [f]: cōtrà, penes quem est ordinaria superior, de qua dictum est, Iurisdictio, is etiam Imperium mixtum habere uideatur [g]: quia sine coercitione, & imperio ac potestate iubendi, mittēdi in possessionem, dandi iudicis, coercendi, &c. explicari iurisdictio nequit [h]. Bartol. [i] ad usum sui temporis omnia accommodans, quando ueteres illæ magistratuum distinctiones atq; ordines unà cum rep. Ro. interierunt, Mixtum imperiū ita definit: ut sit Iurisdictio, quæ officio iudicis nobili expediatur, priuatam utilitatem respiciens. & † ab hoc Iurisdictionem ita distinguit, ut iurisdictio sit, quæ officio iudicis mercenario, non nobili, uelut Imperium mixtum expediatur, priuatam utilitatem respiciens [k]. Sunt & aliæ iurisdictionis diuisiones passim traditę. alia enim dicitur esse Voluntaria, alia Cōtentiosa [l]. quibus Baldus [m] tertiam speciem, nempe Statutariam adijcit: alia Ordinaria, alia Delegata [n], quę etiam Data [o], seu Mandata [p] appellatur: alia Consensu partium prorogata [q]. 8

Quod † ad causam efficientem attinet, Bartol. [r] ait, omnē iurisdictionem dari uel per Legem, uel per Populum, uel per Consuetudinem. Legis & populi ius, Princeps hodie ad se transtulit [s], penes quem dicitur esse omnis iurisdictio: & ab eo uelut perenni fonte, in reliquos magistratus inferiores dimanare [t]. Consuetudine quoq; Iurisdictio quæritur [u], & præscriptione [x]: quæ quidē unà cum territorio præscribitur annis 10. uel 20, ut res immobilis [y]: citra territorium, ut res incorporalis 30. uel 40. annis [z]: exceptis regalibus, quæ non nisi tanti temporis usu, cuius initij non existat memoria, acquiruntur [a]. Priuatorum consensu non datur Iurisdictio [b] (quia, ut dixi, iuris publici est, quod priuatorum pactis constitui mutariq; nequit [c]) sed tantummodo prorogatur [d]: hoc est, priuati nullam iurisdictionem non habenti adijcere possunt: sed in eū qui aliàs ex lege iurisdictionē habet, cōsentire, eiq; se subijcere possunt. 9

Materia † in qua inest iurisdictio, sunt personæ & territoria. In territorio [e] est iurisdictio, authore Baldo, passiuè & materialiter, uelut in re inanimata: in magistratus uero [f] persona, formaliter & actiuè, tanquam in subiecto animato [e]. magis tamen, & certè in dubio, cohærere iurisdictio potius territorio, quàm personæ intelligitur [f]. 10

Materia circa quam uersatur iurisdictio, sunt Personæ & Res [g]: nemo tamen sibi aut suis ius reddere debet [h], nisi partium uoluntate sit datus & electus iudex [i]: neq; superiori aut æquali, nisi sponte se subiecerint [k]: neq; de rebus ad suam iurisdictionem non pertinentibus [l]. Aliorum enim iurisdictio ad certas personas [m], aliorum ad certas causas [n], quorundam ad certas quantitates [o], nonnullorum ad certa loca est adstricta [p]: qua in re commissæ mandatæq; iurisdictionis forma est sequenda. Sed † nec omnia mandari possunt: ut ius gladij [q], causæ status [r], & quę nominatim priuilegio aliquo, uel speciali legis dispositione magistratui iniunguntur [s], uel etiam priuatis ex legis concessu mandantur [t]. Mixtum autem imperium mandari posse, certum est [u]: quia cum iurisdictione cohęret, & transit [x]. Quanquam iure Canonum [y], & moribus nostris [z], omnia ferè hæc iure magistratus competant, & hodie transferri ac mandari indistinctè possint: ut de his anxiè disputare, non sit operæprecium. 11

Forma † exercendæ iurisdictionis aut Solennis est in loco æditiore & pro tribunali sedēte magistratu [a], aut de Plano stante pedibus (unde pedanei fortè dicti) in plana terra, uel trāseunte iudice [b]: mandandæ autem iurisdictionis uaria, pro uario mandantis arbitrio [c]: probandæ quoq; iurisdictionis forma & ratio multiplex: puta per notorietatem [d], instrumenta, priuilegia [e], antiqua [f], testes qui de actibus exercitæ iurisdictionis testantur [g]: puta præceptis, mulctis, executionibus, perceptione commodorum [h], collectis [i]: item per antiquam formam, & per præsumptionem iuris, qua unumquodq; præsumitur illius esse iurisdictionis, cuius est territorij [k], & eum aptitudine totam iurisdictionem obtinere, qui 12

[a] l.4.hoc.tit. [b] l.ult.de off. eius cui mā. est iurisd. [c] l.1.& 4.h.t. [d] l.nec quicquam.9.§.ubi decretum.de off.procos. ubi Bart. et Ias.l.nec ei. 27. de adop.l. uerum.11. §.sciendum. de minor.l. à diuo Pio.15,§.si super. de re iud. [e] l.3.h.t. [f] l.3.hoc tit. [g] l.4.h.t. [h] l.2.h.t.iunc.l.ult. de off. eius cui mand. est iurisd. [i] in d.l.3.num.15. [k] Bart.in d.l.3.nu.23. [l] l.1. ubi gl. ad uerb. consilium.de off.cōs.l.1. ubi gl.de off. prætor. Spec. tit. de fer.§. sequitur. nu.7. Marant.part.iud. 4.distin.17.nu.62. [m] in l.1. C.de emāc.liber. [n] Spec. de iurisd.iud. ext. de off.ordina. item de off.iud.de. [o] l.2.hoc tit. [p] l.6.hoc tit. [q] l.1. C.de iurisd.l.1.& 2. de iud.l. si qui ex cōsensu.8.C.de epis.aud.l.inter.28. ad municipa.c.1. ubi gl. de off. delega. uid.Dd. in l.si conuenerit.hoc tit. [r] post gl.in l.& quia.hoc tit. idem Inno. in c. Ecclesiarum. de off.ordin. & not. in c.2. Ne præla.iur. suas. Spec.de iurisdic.&c. [s] l.1.de const.Prin.l.1.cum seq.C.de legib. [t] l.1.& tot.tit. ad l.Iul.de amb.§.interim.in auth. de defens.ciuitat. Bald.consil.161. proponebatur.uol.3. [u] l.more.5.ubi gl. & Dd.hoc.tit.l.uiros,8. C.de diuer.off.lib.12.l.fin. ubi gl.de aq.pluui.arcen. gl.in l.2.ad uerb.ex lege.quod cuiusq.uniuers.per l.1.ubi Bal.& l.fin. C.de emancipa. Inno.in c.Ecclesiarum.de off.ord.c.2. Ne præla.iur.suas.uide Spec.de iurisdic.om.iud. [x] d.l.uiros.8.C.de diuers.off.lib.12.Ias.latissimè post alios, in l.3.num.20.22.hoc tit. [y] Bal.in l.fin.C.de præsc long.temp.Boer.dec.227.num.9.per c.ex literis.de iur.patro. Mont.in trac.fin.regund.cap.77.num.9. [z] c.auditis.15.c.cum olim.18.de præscrip.uid. late Francis. Bald. in tract.præscrip.in 2.parte 5.partis princip.quæst.1.2.3. [a] l.domini.C.de agric.& cens.lib.11. Bart.in l.si publicanus.4.§.in omnib.de publica.& in l.1.C.de aur.cor.lib.10.Ias.in d.l.3.num.20.hoc tit.Salic.in l.2. C.nou.uectig.imp.non poss. Alex.consil.78.uideretur.numer.5.lib.6. [b] l.3.C.eo.l.pen. de iudic. [c] l.ius publicum.39.cum simil.de pac. [d] l.est receptum.14.l.si conuenerit.18. hoc tit.l.1.& 2.de iudic. [e] Bal.in l.1.§. initio.numer.2. de off.præf.urb.& in §.ad hoc.numer.5.& 6. de allod.sequitur Ias.in l.1.numer.15.de iurisd.Boer.decis.227.numer.7. Mont.in tract.fin.reg.cap.11.num.15. [f] Bart.in l.inter.29.de acq.rer.dom.& cons.189.primo quæsitum.numer.2. per l.1.§. cum urbem.de off.præf.urb.& tit. C.ubi & apud quem cognit.l.quicunq;.de fun.limit. C.lib.10.c.1.ubi Bal.& Dd.de cap.qui cur.uen.in usib.feud. [g] l.1.2.4.& tot.hoc tit. [h] l.qui iurisdictioni.10.hoc tit. [i] l.in priuatis.77.de iudic. [k] l.est receptum.14.hoc tit.l.4.de recept.arb.Bart.in l.fin.numer.5.de rer.diuis.& in l.unic.§.1.num.7.si quis ius dicent.non obt. [l] l.solet.16.l. fin.hoc tit, l.solemus.65.§. fin.de iud. [m] l.magisteriæ.6. C.eo. [n] d.l.solemus.l.fin. C.eo.d.l.solet. [o] l.si idem,11. cum l.seq.l. cum quidam.19.h.t.in auth.de appell.& de defens.ciuit.gl.in d.l.solet. [p] tot.tit.de off.iur. Alex. [q] l.nemo potest.71. de regul.iur.l.12. de off. eius cui man. iur. [r] l.2.C.de ped.iud. [s] d.l.2.l.cum hi.8.§. sed nec. de transac.l.muto,6.§.tutoris.de tutel. [t] d.l.muto.§.tutoris.l.nec mandante.8. de tut.& curato.l.2.de off.eius cui mand.Cic.Ph.l.2. [u] l.fin.l.1.§.fin.de off.eius cui mand. [x] l.2.3.h.t. [y] c.quod fidem.10. ubi gl.de off.ordi.Socin.tract.cita.art.4.nu.7. [z] Alber.Dec.in d.l.1.de off.eius cui mand. Cagnol.in d.l.nemo.71.de reg.iur. [a] l.pen.suprà de iust.& iur. [b] l.nec quicquam.9. §.1.& 2.de off.proconsl.§.2.Instit.de libert.l.2. de fer.cum simil. [c] l.solet.16.h.t. [d] Bal.in l.fin.num.42. C.de edic. diui Adrian. Mont.in tract.fin. regun.cap.77.cum seq. [e] c.cum causam.13.de prob. [f] Bal.cons.161.proponebatur.nu.3.uol.3.per l.Census.10. de proba.l.monumentorū.6.C.de rel. & sump.fun. Areti,cons.42.Mont.tract.fini.reg.cap,61,nu.4. [g] Ias.in d.l.imperium.nu.23.Bald.d.consil.161.Mont.ca.52.nu.5.& 6. [h] Bald.præl. cons.161. [i] Bal.d.consil.161.nu.3.per l. forma.de cens. [k] c.2.de resti.spol.in 6.c.cum episcopi.7. de off.ord. Panor.in c.si diligenti.de præscript.c. pet uenerabilem.Qui fil.sint legit. Imol.in c.nimis.num.3.& 4.de iureiur.Soc.cons.86.in causa.num.6.uol.1.Montan.in tract.fin.cap.61.num.4.

BIU Cujas

qui exercitium certorum actuum præscripsit [a]: ut habet cõmunis opinio [b], etiamsi Bart. & alij quidam contrà opinentur [c]: ut tantum ex iurisdictione scilicet intelligatur præscriptum, quantũ inuenitur possessum. quorum opinio uera est, cum alius est in generali possessione iurisdictionis [d], aut quando iurisdictio præscripta nõ est fundata iure communi [e]: aliàs receptius est, uno iurisdictionis actu præscripto, reliquos etiam, qui eiusdem generis sunt, (nam in diuersis secus est) præscriptos uideri [f].

13 Finis † iurisdictionis est, ut religio conseruetur [g] & pax [h], finiantur lites, & reddatur cuiq; suũ. Quod ad effectum attinet, iurisdictio producit actionem Confessoriam & Negatoriã, qua defendatur [i]: quin etiam hodie pœna fractæ pacis tenetur, qui alienam iurisdictionem uiolat [k]. Qua de re, simul & de tota iurisdictionis ui atq; authoritate, paulo pòst plura dicentur [l]. Nunc quod huic magis loco tituloq; congruit, de Edicto cuius sententia hîc proponitur [m], & quod non minimum iurisdictionis effectum exhibet, dum actionem pœnalem in eos, qui Album iurisdictionis corruperunt, proponit, aliquid est subijciendum. Huius sententiam his uerbis recitat Vlpian. [n] Si quis, inquit, id quod iurisdictionis perpetuæ causa, non prout res (puta priuatorum, quorum nomine edicta Commonitoria proponuntur [o]) incidit, in albo, uel in charta, uel alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod populare est. Et Iustinianus [p]: Pœnalem, ait actionem Prætor introduxit aduersus eum, qui quid ex albo eius corrupisset. Est igitur hæc actio [q], non accusatio, quia pecuniaria, Prætoria [r], in factum [s], stricti iuris, quia pœnalis [t], personalis, popularis [u], directa, & nũc quidem plerunq; utilis [x]: quæ datur cuilibet agere uolenti aduersus eum, qui propositum iurisdictionis causa, quemadmodum & hodie literæ, edicta, mandata Principum & magistratuum proponũtur, corrumpit, tollit [y], &c. dolo malo [z], puta in contemptum magistratus [a], ut præsumitur ex facto [b]: nisi error, ignorantia, rusticitas, aut alia quæ excuset causa, extet [c] & probetur [d]: ad pœnam 500. aureorum applicandam petitori [e] (ut uolunt) uel potius inter fiscum & actorem diuidendam [f]: aut in subsidium [g] ad pœnam corporalem [h]: ut qui non habet in ære, luat in corpore [i]. Quanquam & officio iudicis absq; actione eiusmodi mulctari possunt: ut & qui literas, acta publica, cæteraq; quæ sunt iurisdictionis, abradũt, auferunt, resignant, deniq; quouis modo uitiant & abutuntur [k]. Affinia iurisdictioni putẽtur Regalia [l], & quæ sunt Imperij [m], ac consimilia. Contraria, quibus iurisdictio finitur & extinguitur.

14 Finitur † iurisdictio ordinaria, morte eius cui cõmissa est, non morte mandantis [n]: item nõ utendo, ac præscriptione [o] (supremi Principis potestate excepta [p]) scilicet possessione per prohibitionem interuersa [q]. nam aliàs iurisdictio, utpote res meræ facultatis [r], non præscribitur [s]. In singulis porrò causis finitur, finita instantia uel lite [t], aut iudice recusato [u]. Iurisdictio delegata finitur morte delegati [x] & delegantis: si quidem negocium per citationem [y] necdũ sit inchoatum, & res adhuc existat integra [z]: item reuocato mandato [a], & tempore, quod iudicio præstitutum erat, transacto [b]: seu (ut nunc loquuntur) elapso termino commissionis [c]: itẽ recusatione [d], appellatione [e], finitoque negocio commisso [f]: & alijs modis, qui alibi copiosius explicantur [g]. Prorogata iurisdictio etiam pœnitentia finitur, si antequam iudex adeatur, eius cõuentionis alterutrum paciscentium [h] pœniteat. Etsi enim is qui fortè pœnam hoc nomine promisit, ex stipulatione teneri potest, ad id quod interest iudicem aditum nõ esse [i]: tamen ex tali conuentione, coram iudice non suo conueniri nequit: cùm Pactis priuatorum non detur iurisdictio [k], nec ius citandi cogendiq; ullum, iudex cuius antea non fuit, neq; dum per litis contestationem facta est ordinaria iurisdictio, habeat [l].

Quod quisque iuris in alterum statuerit, VT IPSE EODEM IVRE VTATVR. TIT. II.

1 *Quare de hoc edicto hîc agatur.* 2 *Verba, & explicatio edicti.* 3 *Causæ.*

1 ET † hæc quidem hactenus de Iurisdictione. Quia uerò non modò in suscipiendæ dignitatis auspicijs perpetua, sed in singulas quoq; causas singularia Edicta magistratus, puta Prætores, sæpe proponebant, impartiebantur iudicia, dabant actiones, præscribebantq; dato iudici quid sequi haberet necesse: ideo priusquam in tractationem iudiciorum progrederentur, uisum fuit iuris compositoribus, hoc præmisso edicto & iudicem & litigatores admonere, ne uel ille concedere, uel hi petere ius iudiciúmue aliquod iniquum iniustumq; audeant: cæteroquin cogẽdos ut iure quod in alios statuerint, aut obtinuerint, postea quandocunq; usus uenerit, utantur: quæ est iustissima impetrandorũ

a *Soc. cons. 187. in controuersia. nu. 6. uol. 2. Angel. in l. cum super. 10. C. de rei uen.*
b *Spec. de iurisd. in prin. nu. 35. Innoc. in c. 2. nu. 3. de cap. monach. Cyn. Salic. & alij in l. 1. C. de eman. lib. Iaſ. in d. l. imperium. num. 23. Bald. consil. 161. proponebatur. uol. 3. Alexan. cõsil. 68. uiſo. num. 70. uol. 2.*
c *in l. 1. de itin. act. priu. Iacob. in tract. feud. uer. & cum mero. num. 15. Schurf. consil. 86. cent. 2.*
d *Innoc. in d. c. 2. de cap. mo. num. 3. Panor. in c. cum olim. nu. 6. de præscript. Iaſ. in l. 3. in prin. num. 36. de acq. poſſ.*
e *Iaſ. in d. l. 3. nu. 40. text. in c. 1. & 2. de reſt. ſpol. in 6.*
f *Iaſ. in d. l. 3. nu. 23. Pan. et Can. in c. cum dilectus. de cap. mon. Schurff. d. conſi. 86.*
g *l. 4. C. de ſum. Trin.*
h *l. cõgruit. 13. de off. præſ. l. 2. cũ ſeq. C. de ped. iu.*
i *Ferr. in for. lib. act. confeſſ. §. plenam. num. 7. per not. Innoc. in c. conquerente. 16. de off. ord.*
k *uid. Henning. in conſil. de territo. Sax. lib. 2. art. 71.*
l *ad tit. Si quis ius dicen. nõ obtempera. cum tit. ſequent. & tit. Si quis in ius uo. cum ſeq.*
m *l. ſi quis id quod. 7. cum ll. ſeq. hoc tit.*
n *d. l. ſi quis id quod. 7. h. t.*
o *l. ad peremptorium. 68. cum ll. ſeq. de iurisdict.*
p *§. pœnales. Inſt. de act.*
q *d. §. pœnales.*
r *d. §. pœnales. d. l. 7.*
s *Iaſ. d. §. pœnales. nu. 39. Roff. in ſum. h. t.*

t *d. §. pœnales.* u *d. l. 7.* x *gl. d. l. ſi quis. 7. uerb. extenſio. Spec. de dol. §. reſtat. numer. 3.* y *Bart. numer. 9. & Dd. d. l. 7.* z *d. l. 7.* a *l. ſi familia. 9. hoc tit.* b *l. 1. C. unde ui. l. ſi non conuicij. C. de minor. Oldendorp. in Claſſ. hoc tit.* c *d. l. 7.* d *Bart. Ang. in l. ſed etſi lege. §. ſcire. de pet. hær. Ang. Imol. Raph. l. ex conſenſu. §. fin. de app. late Tiraq. de pœn. cauſ. 43. numer. 9.* e *Hanc communem dicit Iaſ. d. §. pœnales. num. 39. 40. per l. 3. de ſepul. uiol. quæ tamen in §. diuus. 5. contrà facit, quia pœnam fiſco inferri iubet. poteſt autem ſecundum alias populares intelligi, ſcilicet ut diuidatur pœna inter actorem & fiſcum. l. lege 25. §. ult. de S. C. Syllan.* f *d. l. legc. 25. §. ult. de S. C. Syllan.* g *Iaſ. d. §. pœnales. numer. 42. Bal. l. ult. de in ius uoc.* h *d. l. 7. §. in ſeruos. Iaſ. d. §. pœnales. num. 43. 44.* i *l. penul. l. ult. inf. de in ius uocand.* k *Dd. l. 7. Iaſ. d. §. pœnales. num. 33. 34. 35. cum ſeq. §. ult. in Auth. ut null. iud.* l *c. unic. quæ ſint rega. l. 4. C. de præſ. 30. ann. c. ſuper. 24. §. 1. de uer. ſig.* m *l. 3. hoc tit. Iaco. in tract. feu. uerb. & cum merx.* n *c. 2. de off. lega. Alex. in l. more. hoc tit.* o *c. cum olim. de priuileg. c. cum perſonæ. eo. tit. in 6. Bal. in trac. præſc. 1. parte. 5. partis. conſt. 12.* p *c. cum non liceat. ubi Panor. & Can. non. de præſcrip. & c. cum inter. de conſ. Bal. præalleg. quæſt. 2. num. 2.* q *Iaſ. in l. quo minus. num. 31. de flum. Corn. conſi. 268. num. 25. uol. 4.* r *gl. in l. ſolent. in fin. de off. pro. Panor. in c. quod translationem. num. 4. de off. lega. Bal. in l. hæc autem iura. 5. nu. 1. de ſer. urb. præd.* s *Iaſ. in l. beneficium. 3. nu. 56. de conſt. Princ. per l. in filijs. 35. C. de decur. lib. 10.* t *l. properandum. 11. C. de iudic.* u *uid. an ordinarius recuſari poſſit, in l. apertiſſimi. 14. C. de iudic.* x *c. pen. de off. deleg.* y *c. gratum. 20. de off. deleg. Iaſ. in d. l. & quia. 6. nu. 56. & 57.* z *d. l. & quia. 6.* a *c. inſinuante. 25. de off. delega.* b *c. 4. de off. deleg. l. cum prætor. 12. & l. iudicium. de iud.* c *c. de cauſis. ext. de off. deleg.* d *c. licet. de for. comp. c. ſecundò requiris. de appel.* e *c. ut debitus. de appell.* f *l. iudex. 55. de re iud.* g *gl. in c. literis. 9. de off. deleg.* h *l. ſi conuenerit. 18. h. t.* i *l. diem. 27. §. fin. de recep. arb. Bart. Iaſ. nu. 26. in d. l. ſi conuenerit.* k *l. priuatorum. C. eod.* l *l. final. h. t.*

BIU Cujas

& constituendorum iudiciorũ regula atq; norma. Hoc † edictũ, quod & Ciceronis ætate in usu fuisse uidetur [a], summam habet sine iusta cuiusquã indignatione æquitatem. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, uel dici effecit [b]? aut quis iustissimam illam, & à natura profectam talionis legẽ, deprecari iustè potest? cùm hæc ἀναλογία retineat ciuitates [d], & (ut est apud Euripidem [e]) amicos amicis, urbes urbibus, summos deniq; cum infimis, sine cuiusquam querela pari iure coniungat, societq;. τὰ γὰρ ἴσα πόλεμον οὐ τεκεῖ, ut dicitur. Verba edicti hæc sunt: QVI MAGISTRATVM (in ipsa urbe) POTESTATEM VE (in prouincia. ná id uerbi ad magistratus prouinciales potissimùm refertur [f]) HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI (nouitas enim suspecta est, & hîc ius iniquum significat. nam magistratus usitatum ius reddere debet [g]. Cic. 3. in Ver. Noua iura, noua decreta, noua iudicia postulabantur) IVRIS STATVERIT (quod cum effectu accipitur, & consummatam, non cœptam iniuriam denotat [h]. ius enim id significat, quod uim iubendi habet, & necessitatem obediendi imponit. quare cũ uerba edictorum propriè accipienda sint, ius statutum illud meritò intelligitur, quod non inceptione aliqua, aut extra supràue iurisdictionem, sed perfectione, & cum necessitate parendi statutũ est) IPSE QVANDOQVE (scilicet cũ abierit magistratu. nam quoad eum gerit, in ius uocari non potest [i]) ADVERSARIO POSTVLANTE (non modò illo qui læsus est, sed omni qui quandoq; experitur [k], cũ popularis quodammodo sit huius pœnæ exactio, ut reliquæ ad tuendam iurisdictionem proditæ l. 7. sup. de iurisd.) EODEM IVRE VTI DEBET. Hoc primum est edicti caput, quo iudex pati legem cogitur, quam ipse tulit. quæ etsi per se iniqua sit, tamẽ in eo est æqua, qui illam in altero æquam esse iudicauit. Verbi gratia, si non admissa præscriptionis exceptione possessorem aut debitorem condemnauit, eadem illi conuento præscriptio non debebit opitulari, nisi sine ipsius fraude per assessoris imperitiam, ius aliter dictũ sit quàm oportuit [m]. Assessores enim Iurisc. præstare scientiam debent, quam profitentur, non præsides prouinciarum: qui plerunq;, ut est apud Lamprid. in A lex. homines erant militares, nec ob scientiam, sed uirtutem, dignitatem, fortitudinem, authoritatem, &c. potestate ornabantur. Primum ergo caput coercet dolum aut latam culpam, quæ pro dolo sit iudicis iniquum decernentis, etiamsi nullus postulauerit.

SI QVIS APVD EVM, QVI MAGISTRATVM POTESTATEM QVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OBTINVERIT, QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR: SCILICET VT QVOD IPSE IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR [n]. Sciendum autem est hoc edictum iniustis petitionibus & impetrationibus oppositum, & earum coercendarũ causa propositum esse. Quare etiamsi quis iure iudicioũe iniquè impetrato non utatur, nihilominus huic edicto locus erit [o]. est enim delictum consummatum, quòd edictum coercere uoluit: uidelicet petitio & impetratio, ut quæ de delicto imperfecto hîc disputari solẽt, nihil aduersentur P. Hoc edictum & fideiussori nocet [q]: & eum etiam coercet, qui, quod iniquè impetratum est mandauit, aut habuit ratum [r]. Quare si is pro quo spopondisti, impetrauit purum iudicium à prætore, ne aliquis debitor ipsius aduersus eum exceptione iusta quæ ei competebat, utatur: deinde tu in negocio, in quo spopondisti (nam in alia separãta causa factum alterius tibi nocere non debet) uelis exceptione uti: nec te, fideiussorem scilicet (ne te excipiente principalis debitor à pœna huius edicti per te liberetur) nec ipsum principalem debitorẽ, hoc à magistratu oportebit impetrare, ut iudicij formulam sub exceptione concipiat: sed dabit is purum sine exceptione iudicium, ut par pari referatur: etsi interdum patiare iniuriam, hoc est damnum [s], si soluendo debitor non sit [t]. Eius enim inopia, actionem tibi reddit inanem [u], quam ex mandato ut fideiussor, cõtra principalem hoc nomine habes [x]. Hæc pœna quanquam non in patrem [y], in hæredes tamẽ transit. [z] Nam etsi pœnalia iudicia non transeunt sua natura in hæredem, nisi lite contestata [a]: tamen sicuti actiones ciuiles earumq; impetrationes in hæredes deriuantur [b], & ab his incipiunt [c], ita & illarum denegationes in hæredes transeunt: quod non tam pœna, quàm æqualis iuris distributio esse uidetur. Etenim & reliquæ contractuum obligationes atq; actiones in hæredes transeunt, quamuis ex delicto fluant, in contrahendo aliqua commisso [d]. atqui quasi contrahunt in iudicijs, qui uel malè decernunt [e], uel agunt [f]: ut non mirum sit, hoc nomine eorum quoq; hæredes teneri. Nec uerò iniquum est, cũ utilitas impetrati noui iuris ad hæredem manet, in eundem damnum quòq; deriuari. Quid quod hæc retorsio non tantum actionis, sed exceptionis uia proponatur [g]? quod genus etiã non contestata lite in hæredes uel ex delicto transire solet [h]. Procurator in rem suam hoc edicto tenetur, in rem alienam non item [i]: quia nihil eius commodo cedit, nec sibi impetrauit. Tutor & curator tenentur: quia fraus ipsorum ipsis, non ijs quorum res administrant, fraudi esse debet [k]. Sed nec qui statuit aut usurpat ius nouum, ex hoc edicto pœna tenetur, dum edictum defendere studet [l]. Quod enim sit lege permittente, pœnam non meretur [m], nec Beneficium prætoris cuipiam damnosum esse debet [n]. Neq; uerò etiam hoc casu ius nouum, hoc est iniquũ est illius respectu, in quem statuitur: quoniam is idem antea in altero æquum putauit aut decernẽdo, aut postulãdo [o]. Sed & qui soluit, omissa huius edicti exceptione, quam fortè competere ignorauit, ex hac causa, prætextuq; edicti, cuius iure nunc uti uelit, non repetit [p]: quia naturaliter debitum soluit. Causa † huius edicti naturalis ex lege diuina [q]. Materia latissimè patet. Nam & qui instrumento utitur, debet pati ut idem contra se ualeat [r], idemq; in testibus [s], libello [t], præscriptionibus [u], & iure Sax. in supellectilem quam geradã uocant [x]. Sed præcipuè obtinet in criminationibus [y], & pœnis [z], & alijs innumerabilibus [a], etiam rescriptis [b], cuiusmodi diligentiæ studiosorum colligenda relinquo.

Si

a Cic. epist. 1. ad Qv. frat.
b l. 1. h. t.
c Cic. de Inuen. lib. 2. c. 5. & 12.
d Arist. πολιτ. lib. 2. & 5. de morib. cap. 8.
e In Phœnissis.
f l. eum qui 13. §. tit. 1.
g l. 4. l. si in aliquam. 7. de off. proconsul. l. 1. C. quæ sit lon. consu. l. 1. C. de seruit. cum simil.
h l. 1. §. si is qui. de exer. act.
i l. 2. de in ius uocan.
k l. 3. §. 1. in fin.
l d. l. 1. §. 1.
m l. 2. hoc tit.
n d. l. 1. uers. si quis.
o l. 3. in prin. h. t.
p uid. Bal. Salic. et Dd. in l. si quis non dicã rapeore. 5. C. de epis. & cler. l. qui falsam. 19. de fal. l. 1. de extra. cri. l. qui ea. 67. de furt.
q d. l. 3. §. si is. 3.
r d. l. 3. §. 1.
s l. 5. §. 1. ad l. Aquil.
t l. 3. §. si is pro quo. 3. h. t.
u l. 6. de dol. mal.
x l. 6. §. 1. l. 18. mand.
y l. 3. §. 4. h. t.
z l. 3. §. quod autem. 5.
a l. in honorarijs. 33. de act. §. 1. Inst. de perp. & temp.
b l. ex depositi. 11. l. ex contractu. 48. de actio.
c tot. tit. C. ut act. ab hær.
d l. ex depositi 7. l. ex contractib. 49. de obligat.
e in prin. Inst. de oblig. ex qua. del.
f l. 3. §. idem. 8. de pecul.
g Bald. Alb. & Dd. l. 3. §. hæc pœna. h. t. & Iaf. ead. l. 3. §. quod autem. num. 10.
h Iaf. ibid. nu. 39. per l. si eum. §. qui iniuriarum. Si quis caut.
i l. 3. §. 1. h. t.
k d. l. 1. §. 1.
l l. ult. h. t.
m l. 4. C. de adulter.
n l. 1. h. t.
o l. Paulus. 8. de prætor. stipulat.
p l. 3. §. ult. h. t.
q in 1. distinc. 1. c. iustum. dist. 9. c. cum illorum. de præben.
r l. pen. Auth. ad hæc. C. de fid. inst.
s l. si quis testibus. C. de test.
t Panor. c. examinata. num. 3. 4. de iudic. u Iaf. Auth. quas actiones. num. 16. C. de sacr. Eccles. x constit. 38. parte. 3. art. 19. Land. lib. 1. in gloss.
y Exod. 21. 24. z l. si quis. 7. C. de ui pub. ult. C. de calum. l. ult. C. de accusat. l. 3. uers. quod fecit expectet. C. de episco. aud. l. 1. 2. C. quand. lic. unic.
a c. 1. in fin. de const. rer. feud. ubi regula huius edicti pro ratione ponitur l. 2. C. Si nup. ex rescrip. c. omnes 6. de constit. b Mysing. ob. 4. centur. 3.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

TITVLVS III.

1 *Continuatio.*
2 *Ad quos magistratus hoc edictum spectet.*
3 *Actio hæc utrum competat litigatori.*
4 *Ad quid detur hoc iudicium.*
5 *Quis dicatur non obtemperasse.*
6 *Quando hæc actio etiam in actorem detur: & de alijs remedijs tuendæ iurisdictionis.*

1 EST † & hic titulus in uestibulo iudiciorũ positus, ut in ipso ingressu litigatores admoneãtur, non
2 ridiculam aut eluſoriam exiſtere iudiciorum authoritatem [a], ſed omnino mortem iuſſui iudicis gerendum: ſciantq;, † permiſſum omnibus magiſtratibus, ſecundũ ius ſuæ poteſtatis defendere iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio [b], duumuiris exceptis [c]: quia non poſſunt iubere, poſsidere, abduci, &c. quæ Mixti ſunt imperij [d], ut contumacia quam hoc edictum notat, in eorum iuriſdictionem non
3 incurrat. Sunt † autem qui putent, hoc iudiciũ ad dictionem mulctæ pertinere, æſtimationemq́ue pœnæ, qua contumacia uindicatur, complecti, non uerò in litigatoris rem dari: cui ſi daretur, nõ dici poſſet magiſtratus iuriſdictionẽ ſuam pœnali iudicio defendere, ſed ipſum litigatorem ſe ab iniuria tueri dicendum eſſet: quem cùm alijs, de quibus poſtea agetur, remedijs aduerſus contumacem aduerſariũ defendi uideamus, quorſum pertinuiſſet hoc edictum proponere, à cæteris quæ de damno litigatoris loquuntur, ſeparatum? Deinde quæ ratio eſſet, quare apud duumuiros eiuſmodi priuata cauſa tractari, aut ab his intentari non poſsit, ſi ad ius priuatorum, & non ad mulctæ dictionẽ, quæ duumuiris non competit [e], pertineret? Iam uerò nullam habet rationẽ, læſa iudicis authoritate, litigatori exactionem concedi qui nulla re læſus ſit. nec enim in ipſum, ſed in magiſtratum contumelia ſpretæ iuriſdictionis, & non admiſſæ executionis (quæ cõtumaciæ ſpecies hoc edicto duntaxat, coercetur) redundat: & ut
4 damnum maximè hoc nomine litigator patiatur: tamen ſatis habet, ſi illud alijs remedijs recuperare queat. Cur ergo ei pœna debeatur, qui iniuria affectus non eſt? Quid † quod hoc iudiciũ ad id quod intereſt dari negatur [f]: ſed quanti ea res eſt, hoc eſt, quanti æſtimata erit à iudice contumacia, concluditur? Ea enim clauſula, Quanti ea res eſt, ſignificat rei qua de agitur, æſtimationem [g]. Cum igitur hîc de contumacia agatur, denotat ea clauſula, contumaciæ æſtimationem, hoc eſt, pœnam contumaciæ debitam. Vnde neq; in hæredem, neq; poſt annum hæc actio, inquit Vlp. datur. an autem hæredi detur, nullum uerbum: quod tamen omiſſum non fore, credibile eſt, ſi hæc actio in rem litigatoris eſſet. Videtur igitur, hoc iudiciũ pœnale ab ipſo magiſtratu, cuius uiolata contemptaq́; ſit maieſtas, uel alio quolibet, magiſtratus tamen nomine, conſtitui aduerſus contumaces ſolitum: datis iudicibus, qui pro hominum, rerum ac temporum ratione æſtimarent, quanti ea res, hoc eſt: qua mulcta eiuſmodi iniuria uindicanda eſſet: eoq́; uelut actionẽ iniuriarum [h], pœnalẽ & prætoriam [i], anno circumſcriptam fuiſſe, idq́ue Bal. & Alex. hîc innuunt [k]: qui eapropter uolũt, ob ſpretum iudicis mandatum, poſt annum agi non poſſe (etſi in alijs fortè delictis mulctandis ſecus fuerit, cum pœnæ regulariter uiginti tantum annis præſcribantur [l].) aiuntq́;, hanc eſſe quandam in factum actionem, ad exactionem mulctæ iudicibus & procuratori fiſci propoſitam [m]. Etſi autem alioqui magiſtratibus non licuit de ſuis cauſis cognoſcere, [n] ut ſuprà dictum eſt: tamen cùm hoc iudicium ſit quaſi publicum, pertineatq́; ad cõſeruandam uindicandamq́; à contemptu magiſtratuum dignitatem, exiſtimo permiſſum fuiſſe, ſaltem ut iudices cognituros de contumacia, dare potuerint. Cur enim id minus liceat, quam mulctã imponere, aut iubere iudicare de cauſis ſuſpicionis [o], uel iniuria ſibi illata [p]? Nec uerò dicendum eſt, hanc cauſam propriè ad magiſtratum pertinere. Nam primò, hoc iudicium quaſi publicum eſt & populare, ſicuti & reliqua quæ ad tuendam iuriſdictionem pertinent [q]. Deinde eſt iudicium de mulcta: mulcta autem non applicatur parti petenti, aut magiſtratui, ſed fiſco [r]. Nam etiamſi aliàs in popularibus, ubi dubitatur cui pœna applicanda ſit, ea parti petenti debetur [s]: tamen aliud eſt in iudicio mulctarum, cum lege expreſſum ſit, eas fiſco applicari oportere [t]. Quare nõ tam magiſtratus quàm fiſci cauſam hîc agi, dicendum eſt. Alijs magis placet [u], hanc actionẽ priuatam eſſe more reliquarũ, ſeparatam à mulctæ dictione, cum cõtineat pœnam [x] quæ à mulcta diſtat [y], & quanti ea res eſt quæ petita eſt, quæ abduci iuſſa concludatur [z]. Idq́; probabilius eſt. Sed quia in non obtemperantes hæc actio prodita eſt, ſubiungamus quiſnam uideatur non obtẽperare. Is uidetur, † inquit Vlp. iudici non obtemperaſſe, ſcilicet in huius edicti argumento, qui, quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit: ueluti ſi quis rem mobilem uindicari à ſe paſſus non eſt, ſed duci eam, ſcilicet mouentẽ, uel ferri nimirũ inanimem [a] paſſus eſt (ab ijs uidelicet, qui decretum iudicis, rem fortè litigioſam aut pignus auferri iubentis, exequuntur) hic utiq; haudquaquam uideri poteſt nõ obtemperaſſe. Quemadmodũ enim lex obligat aut ad obedientiã, aut ad pœnã: ita & iuſſus magiſtratus, unde qui pœnam cõtumaciæ præſtat, paretq́; executioni iudicis, nõ obtemperaſſe dici nequit [b]: imò pro abſoluto, & nõ amplius reo habetur, qui pœnam ſoluit [c]. Cæterùm ſi quod in iuriſdictione extremum eſt, quò poteſtas iudicis pertingere poteſt, non fecerit, quæq́; ſequuntur iudicis iuſſum, ut bonorũ poſſeſsionem decretã, rei ablationem, pignorũ capturam, non admiſerit, reſtiteritq́; executoribus: quia ultimũ, quo iudex progredi poteſt, cõtempſit, meritò ius dicenti nõ obtemperaſſe
6 dicetur. Quanquã † autẽ hoc edictũ in reos ſcriptũ apparet, qui ſubterfugere ac ludificare iudicia ſolent (unde & fugientes appellant) & iuſſa magiſtratus ſibi grauia grauatè exequi patiuntur: tamen & petitorem aliquando hoc edicto teneri, Labeo ait [d]. Etenim ſi peremptorijs edictis citatus, non facit ſui copiam, quãuis reus abſoluendus eſt, aut contumaci etiã in poſterũ actio deneganda [e]: tamen quid cauſæ eſt, ſi aut interſit reipub. nunc agi: aut ſi alia ratio exemplũ poſtulet, quin uiolatæ ſuæ authoritatis ſpretæq́; iuriſdictionis pœnas ab actore, quia mota prius lite turpiter deſtiterit, uocãtiſq́; magiſtra-

a *l. ſi. prætor. 75. de iud. l. fi. ne quid in loc. pub.*
b *l. 1. in prin. hoc tit.*
c *d. l. 1. h. t.*
d *l. ea quæ ad municipal.*
e *l. 3. de mod. mulct. l. fin. C. de defenſ. ciuit. l. 2. §. fin. de iudic. l. magiſtratib. 12. de iuriſdict. ſup.*
f *l. 1. in fin.*
g *l. 4. §. pen. de ui. bo. rap.*
h *l. ſi non conuicij. 5. C. de iniur.*
i *Inſt. de perp. & temp. act.*
k *uide Bal. in §. fin. nu. 3.*
l *l. querela 12. C. de falſ.*
m *Caſt. hic in fine. uide etiam Alex. in l. diuus. de cuſt. reor.*
n *l. qui iuriſdictioni. 10. §. de iuriſd.*
o *l. fin. in fin. cum ibi nota. C. de iudic. c. ſuſpicionis. 39. de off. dele.*
p *l. eſt receptum. 14. h. t Iaſ. & Dd. in d. l. qui iuriſdictioni. 10. h. t.*
q *l. ſi quis id quod. 7. ſup. tit. 2. de iuriſd.*
r *l. 5. C. de mo. mulct. gl. in l. 2. uerb. mulcta. ſi quis in ius uoca. non ier.*
s *Bart. in l. 3. de ter. mot. gl. et Bar. ad l. ſi quis id quod. 7. uerb. quingentorum. ſup. de iuriſd.*
t *d. l. 5. C. de mo. mulct.*
u *Duar. Diſp. lib. 1. cap. 50*
x *l. unica. in fin. h. t.*
y *l. aliud. 131. de uerb. ſig.*
z *d. l. unic. in fin.*
a *l. mouentium. 93. de uerb. ſig.*
b *Felin. in c. 3. in fin. uerſ. quartus caſus. cum ibi alleg. de iureiur. Iaſ. in l. cum proponas. 21. nu. 8. C. de pact.*
c *l. diuus. 7. de iur. patr. Bald. in Auth. ſed nouo. nu. 4. C. de ſer. fugit.*
d *l. properandum. 11. §. & ſiquidem. C. de iud. Auth. qui ſemel. C. quo. & quand. l. contumacia. 53. de re iudic.*
e

tus, atq; aliquid fortè præcipientis, exequentisq; decretũ contemnere sit ausus, hoc edicto prætor expetere possit: aut cur etiã non concedatur I. C. ad casus similes, ubi eadẽ inuenitur ratio, edictum prætoris, quamuis pœnale, prorogare [a]? Exempli gratia, si actori uendicanti, qui possessionẽ reo interturbat, iudex præcipiat, ut turbatione desistat, & res pignoraq; reo fortè ex fundo domõue litigiosa ablata restituat: atq; is detrectet, resistatq; magistratui, pignorũ restitutionem exequenti: aut si tutori agenti, ut à tutela excusetur aut liberetur, iudex ex iusta causa præcipiat, ut interea negocia pupilli curet: isq; detrectet, & magistratui, pignoribus captis coercere instituenti [b], aduersetur, nec patiatur executionẽ: certè cum eadem hîc sit contumacia, meritò eadem quæ in reo, castigatio debet obtinere, ne melioris sit conditionis actor quàm reus [c]. Sed & in mutuis petitionibus ac reconuentionibus cũ actor pro reo sit, iure coercioni huius edicti cõtumacia eius adhærebit. Et hæc quidem animaduersio hoc edicto ad tuendam iurisdictionẽ est proposita. Sciendum autẽ est, & alios cõplures esse tuendæ iurisdictionis, & exigẽdæ obedientiæ modos atq; uias: ut est captura, arrestatio, incarceratio personæ inobediẽtis [d]: aut captura pignorũ [e], denegatio audientiæ seu iurisdictionis [f], missio in bonorum possessionem [g], sequestratio possessionis [h] uel fructuum [i], ablatio alicuius rei donec pareatur [k]: item mulctam imponere [l], damnum aliquod inobedienti dare [m]: præcepto uel manu militari iurisdictionem defendere [n], arbitrariè & criminaliter uiolatorem iurisdictionis punire [o]: & hodie iure Sax. causam cõtumaci abiudicare, quod & iure ciuili olim licuisse uidetur [p]. Illud etiam tenendum, iudicem posse uno remedio non sufficiente, ad aliud redire [q].

a l. & ideo. 11. l. nam ut. 13. de legib. iunct. l. illud. 32. ad l. Aquil.
b l. 1. de administ. tut. in prin. §. fi. Inst. de satisf. tut.
c l. non debet. 42. de reg. iur.
d l. consentaneum. 8. ubi glo. ad uerb. cogendum. C. quo. & quan. iud. §. si uerò etiam. ubi gl. ad uerb. omnimodo. in Authen. de exh. re. Bar. hîc num. 7.
e d. §. fin. Inst. de satisf. tut. Facb. diff. Sax. 39. Chas. in consue. Burg. tit. de iustit. §. 7. uers. simplex. num. 8.
f l. sed etsi. 26. §. ait prætor. 4. ex qui. caus. maio.
g d. l. consentaneũ. C. quo. & quan. iu.
h l. j. §. iubet. de coll. bon. c. 1. de prob. seq.
i c. fin. eo. tit. Clem. unic. de sequest.
k Ias. in l. quo minus. num. 100. de flum. Chassan. in consu. Burg. tit. de iustit. §. 5. num. 85. Bald. in Auth. omnino. C. ne ux. pro mar. Cano. in c. dilectus de appellat.
l 2. j. si quis in ius uo. Ias. hic. §. fi. num. 39.
m Bald. in l. quemadmodũ. 29. §. magistratus. ad l. Aqu. Rom. in sing. per l. si is cũ quo 20. com. diu.
n Ias. in d. l. quo minus. Chass. præall. lo.
o Ias. in §. pœnales. num. 102. cum seq. Instit. de actio. Bar. hi c in l. uni. §. 1. nu. 6. per §. arripiat. in Auth. ut om. obe. iud. Ias. in l. 3. §. prætor. nu. 12. j. ne quis eum qui.
p l. diuus. 8. de rest. in int. l. contumacia. 53. de re iudic. l. diffamari. C. de ing. manu. c. licet. de probat.
q Bart. hic num. 3. uide de hoc omnino Panor. in c. 2. nu. 12. de dol. & contum. fac. l. 1. §. si uerò. C. de asser. toll. l. 1. §. si frater. de coll. bo. 10. And. in c. locupletari. col. pen. de reg. iur. in 6.
a §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. b l. j. h. tit. c d. § fin. d Cuia. obs. lib. 10. cap. 10. e arg. l. de die. 8. in prin. j. qui satisd. cog. f uide Cuia. obser. lib. 7. cap. 17. g uid. Plaut. in Pœnulo. h Sermo. lib. 1. Satyr. 9. i j. tot. tit. ne quis eum qui in ius uoc. k l. 4. ad l. Iul. de ui priua. l l. 1. 2. 3. 4. de obseq. l. 1. 2. 3. C. h. tit. m in d. §. fin. Inst. de pœn. tem. litigan. n l. 1. & 2. C. eo. tot. hoc tit. l. 4. de inter. act. tit. C. Ne quis in sua caus. ius dicat uel iud. o l. diuus. de in integ. rest. l. & post. de iud. l. 2. & 3. ne quis eum. l. si uerò. qui satisd. cogan. p l. ult. C. eod. §. ult. Inst. de pœn. temp. litig. q Dd. hic paßim. & C. eod. r l. 3. & 4. hoc tit. s l. 2. hoc tit. t gl. l. ult. uerb. aureos. hoc tit. à qua tamen ibi dissentit Bar. gloss. in §. pœnales. uerb. cum id non impetrasset, quam sequitur ibi Ias. num. 86. Instit. de actio.

De in ius uocando. Tit. IIII.

1 Quid sit in ius uocare.
2 Forma uocandi in ius apud ueteres.
3 Ratio huius edicti.
4 Edicti partes tres.
5 Prima edicti pars, de ijs qui uocari non possunt.
6 Secunda, de his qui uenia prætoris impetrata, uocari debent.
7 Tertia, de actione ex hoc edicto.
8 Interpretatio edicti, & pœnitentiæ esse locum.
9 Extensum edictum, ne quis de domo uocetur, neue puellæ impubes uocetur.
10 Quando dimittendus uocatus.
11 Qui non habet in ære, luat in corpore.
12 Quid hodie circa uocationem obseruetur.
13 Explicatio methodica de in ius uocando: quid sit citatio, quot eius partes, species, causæ, materia, forma, finis, effectus.

NVnc † uideamus de in Ius uocãdo, quod in omni lite primum est [a]. In ius uocare, nihil aliud est, quàm iuris experiundi disceptandiq;, non alterius rei causa uocare [b] ad eum qui ius dicturus est [c], hoc est, ad magistratum [d]. Ac † in usu Romanis olim fuit, magistratu aut eius uiatore minimè conscio, aduersarium in ius uocare, & aut cum illo de die certa, locoq; seu foro certo cõuenire [e], aut inuitum reluctantemq; obtorto, quod aiunt, collo in ius, hoc est, ad tribunal Prætoris, testato tamen [f] trahere. hinc illæ phrases: In ius ducere, rapere, trahere [g], &c. ut apud Horatium [h]: 1 2

——Casu uenit obuius illi
Aduersarius: &, Quò tu turpißime, magna
Exclamat uoce. &, licet antestari? Ego uerò
Oppono auriculam. rapit in ius: clamor utrinq;, Vndiq; concursus.——

Neq; † cuiquam impunè licebat ita raptũ ui eximere [i], aut cõcursum facere [k], impedimentumq; creare, quo minus quis in ius perduceretur [l]. 3

Qua in re cùm usu interdum ueniret, ut indigna paterentur illi, quibus re uerẽtia iure naturæ & gentium deberetur [m], aut qui alioqui necessarijs iustisq; occupationibus ita distinerentur, ut uocantem sequi commodè haudquaquam possent: uisum fuit prętori faciendum, ut edictum proponeret, quo exciperentur personæ, quas in ius sine sua uenia ducere non esset permissum, pœna in secus facientes 50. aureorum, siue, ut Iustin. [n] interpretatur, solidorum constituta. Hoc autem edictum etsi tantum de in Ius, hoc est ad Tribunal Prætoris uel Præsidis [o] uocatione, non etiam de citatione ad Pedaneum iudicem facta, egisse palàm est [p]: tamen uidetur postea ex Constitutionibus [q] ad quamlibet cuiusq; iudicis citationem, interpretatione extensum esse [r]. Sciendum † autem est, huius edicti tres esse partes: quarum in prima, Prætor quasdam personas uetat omnino in ius uocari: in secunda, quasdam sine suo permissu uocari prohibet: in tertia, pœnale iudicium in contrà facientes, pollicetur. Prima pars ex Vlpian. [s] & Callistr. [t] colligi potest: quorum hæc sunt uerba, quæ probabile est, ex edicto esse translata: etiamsi non desint, qui hanc legis esse prohibitionem contendant, ex qua non pœna huius edicti, sed arbitraria consequatur [u]. 4

IN † IVS VOCARI NON OPORTET, NEQVE CONSVLEM, NEQ. PRAEFECTVM, NEQVE PRAETOREM, NEQVE PROCONSVLEM, NEQVE CAETEROS MAGISTRATVS, QVI IMPERIVM HABENT, QVI COERCERE ALIQVEM POSSVNT, ET IVBERE IN CARCEREM DVCI: NEC PONTIFICEM DVM SACRA FACIT, NEC EOS QVI PROPTER LOCI RELIGIONEM INDE SE MOVERE NON POSSVNT: SED NEC EVM QVI EQVO PVBLICO IN 5

BIU Cujas

» IN CAVSA PVBLICA TRANSVEHATVR. PRAETEREA IN IVS VOCARI
» NON DEBET, QVI VXOREM DVCAT, AVT EA QVAE NVBAT, NEC IVDI
» CEM OPORTET IN IVS VOCARI, DVM DE RE COGNOSCAT: NEC DVM
» QVIS APVD PRAETOREM CAVSAM AGIT: NEQVE FVNVS DVCENTEM
» FAMILIARE, IVSTA VE MORTVO FACIENTEM: VEL QVI CADAVER PRO
» SEQVVNTVR: QVIQVE LITIGANDI CAVSA NECESSE HABET IN IVRE,
» VEL CERTO LOCO SISTI: NEC FVRIOSOS, VEL INFANTES.

Hos quidem omnes uocari omnino Prætor, aut, ut alij uolunt, Lex prohibet: quòd eorum hi quidẽ, cùm iudicio careant, idoneam personam experiundi in iudicio non habent [a]: illi uerò superiores, partim iustis impedimentis, partim authoritate imperij & splendore dignitatis, ne ueniant quasi coacti ad
6 parem minoremúe [b] magistratum excusentur. De † personis, quas scilicet inuitas [c] suo duntaxat permissu, causaq; cognita uocari concedit, ita in secundo capite edixit Prætor [d]: PARENTEM PA-
» TRONVM, PATRONAM, LIBEROS. (scilicet patroni. nam proprios absq; permissu uocare licet, etiam ijs casibus, quibus cum his lis esse potest: sicut & uxorem [e]) PARENTES, PATRONI
» PATRONAE VE, IN IVS SINE PERMISSV MEO NE QVIS VOCET. Hanc edicti partem consulti plurjbus responsis [f] explicant, quos consulere licet: in genere uerò sic eam exponit Modest. 8 Generaliter, inquit, eas personas, quibus reuerentia præstanda est, etiamsi in potestate non habeant [h], sine iussu Prætoris in ius uocare non possumus, quare idem hodie ad Dominum feudi extensum est [i], & ad magistratus similes q; personas (quæ nunc apud superiorẽ in ius uocari possunt [k])
7 extendi oportet [l]. In ultima † parte Prætor edictum suum pœnali iudicio munit, quæ pars in hæc ferè
» uerba fuit concepta: IN EVM QVI ADVERSVS EA FECERIT, QVINQVAGINTA
» AVREORVM IVDICIVM DABO [m]: ei scilicet qui contra edictum uocatus est, non fisco, pridealbo corrupto pœna maior est: quia maius & publicum ferè delictum, unde actio popularis ad pœ-
8 ne datur. Hoc cùm † sit pœnale, nec hæredi, nec in hæredem, nec ultra annum datur [p]. quamuis autem non adijciat prætor, causa cognita se daturum: tamen Labeo ait, moderandam iurisdictionem: ueluti si pœniteat libertum, & actionem remittat: uel si patronus uocatus non ueniat, aut si non inuitus uocatus sit [q]: quod etsi uerba edicti non patiantur, tamen ratio suadet, ut eâdem hîc ἐπιεικείᾳ utamur, & pœ-
9 nitentiæ locum demus, sicuti in cæteris [r], etiam atrocioribus [s]. Sciendum † autem est, hoc edictum à I.C. ad alios casus esse productum. Nam [t] pleriq; eorum putauerunt, nullum de domo sua in ius uocari, hoc est obtorto collo rapi (de hac enim specie edictum agit) debere, quòd Domus tutissimum cuique receptaculum sit: eumque qui inde uocaret, uim inferre uideri: (quod non nisi de uiolenta seu personali citatione accipi posse palàm est) ac satis pœnæ subire eum qui domo se contineat, si non defendatur, & latitet [u], quando hoc casu actor in bonorum eius possessionem mittatur. Si tamen aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, rectè in ius uocari eum, Iulianus ait: sicuti & à uinea, balneo, aut theatro [x]. Neque tamen hoc casu de domo sua quis extrahi debet [y]. Deinde nec impuberes puellas, quæ alieni iuris sunt, in ius uocari permissum, Caius ait [z], quod fortè moribus introductum est: cùm & aliàs sciamus, apud Roman. fuisse improbatum, rapere in ius mulierem, aut corpus eius tangere [a].

10 Sciendum † etiam est, qui in ius uocatus est, eum duobus casibus dimittendum esse [b]: primò, si quis eum defendat: secundò, si dum in ius itur, de re transactum fuerit, quòd si quis nihilominus ducere tra-
11 hereúe pergat, iniuriarum teneri [c]. Illud † quoq; non prætermittendum, eum qui in hoc edictum incidit, si inopia dinoscatur laborare, in corpore, ut loquuntur, luere, quod non habet in ære [d]. Et hæc qui-
12 dem iure isto sunt recepta. Postea † inualuit moribus, ut indistinctè nemo nedum in ius uocari, hoc est uiolenter priuata authoritate rapi, sed ne citari quidem sine uenia iussu q; iudicis possit [e], utq; liceat quemlibet de domo sua in ius uocare [f]: etiamsi inde extrahi non debeat, nisi in criminalibus: ut non magnus huius tituli hodie sit usus: nisi dicamus hanc ueniam non à quolibet iudice, sed tantum à Prætore ac Præside similibusq; etiam nunc concedi posse [g]: & ideo etiamnum impetrandam esse: quia non omnis actio, criminalis puta, aut famosa [h], contra has personas datur. ut scilicet initio magistratus cognoscat, an talis proponatur actio ad cuius responsionem eiusmodi personæ sint uocandæ. quanquam eam ob rem non debere edicto locum esse, pleriq; contendant [i]. Quare limatiore huius rei explicatione ad commentarios nostros reiecta, pauca quædà, ad usum potiora, de in ius uocando subiungamus: ut huius quoq; tituli uberior fructus nobis aliquis constet.

13 Quod † igitur olim in Ius uocare, id uulgo hodie, sublato iam iuris & iudicij discrimine [k], Citare dicitur: quo uerbo Cicero & Plautus usi sunt [l], & nos in explicando utemur. Citationem ergo nusquam à doctoribus definitam, ita describit Socinus [m], ut sit Actus uocatiuus alicuius, cuius interfit. qui fit uel iuris dispositione, uel iudicialiter iudicis mandato, aut arbitri commissione, ad partis instantiam: uel ex officio quandoque per ipsum iudicem, quandoque per nuncium, aut alium indicem in subsidium: quandoque per partem, epistolam, præconem, campanam, ad iudicij, & eorum quæ in iudicio fiunt, fundamentum, ualiditatem, & defensionem, & ad alios uarios effectus iudiciales, legiti-

a tit. C. qui legit. per.
b l. sed etsi. 26. §. 2. cũ seq. ex quibus caus. ma. l. 4. §. de recep. arb. l. est receptum. 14. de iurisdict. l. si reus. 12. iud. sol. l. hos accusare. 12. de accusat.
c l. quamuis. 11. hoc tit.
d l. 4. hoc tit.
e Cuiac. obser. lib. 10. cap. 10.
f l. 5. 6. 7. 8. 9. 10. cum multis sequen.
g l. generaliter. 13. h.t.
h l. 13. C. eod.
i Specul. de feud. num. 33. Zas. in l. si non sortem. §. libertus. de con. indeb. quod usu seruatur, licet commnnis opinio sit in contrarium. gl. & Dd. in c. 1. uerb. salua reuerentia. de mil. uas. Iaso. Fab. in §. pœnales. Inst. de actio. Iacob. de homag. nu. 26. Euerar. in loc. lega. à lib. ad uas. in fine.
k Ias. hic in l. 2. per l. iubemus. C. ad l. Iul. rep. Bar. in l. nec magistratibus. de iniur.
l uide Cuiac. lib. obser. 10. cap. 10. ubi ad maritum extẽdit, ex l. alia. Solut. matr. & hæredem patroni extraneum, ex l. 1. C. eod. l. si quis. de acquir. hæred. item uxorem, scilicet patroni, l. 2. C. eod. non propriam. & ad maritum patronæ, contra Accurs. hic.
m l. penult.
n l. 2. C. eod.
o l. 2. l. ult. C. Si contra ius.
p d. l. penult.
q l. quamuis. 11.
r l. 1. §. 1. ꝛ. quod quisq; iur.
s l. qui falsam. 19. de fals. Bald. & alij in l. si quis non dicam. C. de episc. & cler.
t l. pleriq. 18.
u l. satisq. 19.
x d. l. satis. l. sed etiam. 20.
y l. sed etsi. 20.
z l. neq. 22.
a Valer. lib. 2.
b d. l. neq.
c l. 5. §. 1. inf. qui satisd. cog. tot. tit. 2. inf.
d l. final.
e l. final. C. de exh. reis.

f Cano. in c. ult. de eo qui in poss. mitt. uide Tiraq. de retract. lig. §. 6. gl. 2. per totum. g l. 4. & t. h. t. l. 1. 2. 3. C. eo. h l. 3. 4. 5. de obse. à lib. l. 1. §. hoc in-
i gloss. ad uerb. salua reuerentia. ubi Bald. & Dd. de mil. uas. qui cont. uide Cuiac. lib. obser. 10. cap. 10. ubi ait, postquam manus iniectio desijt, etiam pœnam huius edicti desisse. k de quo in l. 4. de inter. act. l. 3. Ne quis eum. Rub. C. ne quis in sua caus. ius dicat uel iudicet. cum alijs suprà alleg. l Plaut. in Curc
rul. Cic. pro dom. sua, & A. Cluent. m in tracta. citat. art. 1.

mè celebratus. Hæc deſcriptio uberior eſt, quàm ut definitioni ſatis conueniat. Ego ſic breuius malo: Citatio, eſt actus iudicialis ſeu iudicij præparatorius, quo is, quem coràm ſiſti opus eſt, iudicis mandato legitimè uocatur, iuris experiundi cauſa [a]. Partes citationis uſitatè conſtituunt tres [b]: Præceptionem iudicis [c], Verbalem citationem, quam nuncius exequitur, & eiuſdē nuncij Relationem [d]: quæ niſi ex actis appareat, non ualet citatio [e]. Vtrum autem nuncio hac in re credatur, nec ne, alia quæſtio eſt: in qua communiter placuit ei, utpote iurato, & de ſuo officio teſtificanti credi, donec contrarium oſtendatur [f].

Species citationum alij ſex ponunt [g], alij plures [h]. Communiter diuiditur citatio in Realem & Verbalem. Realis dicitur apprehenſio perſonæ [i], de qua ſola edictum agere multis argumentis doceri poteſt [k]. Verbalis, quæ fit uerbo. ea aut eſt Priuata, cum quis priuatim ad domum citatur [l]: aut Publica, quæ ſcilicet publicè fit, aut affixis citationis literis [m], aut per præconem [n], aut per campanam ſeu tubam [o]. Citatio etiam alia Peremptoria [p], alia Dilatoria eſſe dicitur [q]. Origo citationis eſt ex iure naturæ: eſt enim defenſionis ſpecies [r]. Cauſa Efficiens, eſt præceptum iudicis, ſine quo non procedit citatio [s]: Inſtrumentalis, eſt executio apparitoris: προκατάρκτικὴ, inſtantia & poſtulatio litigatoris: citra quam iudex neminem citare debet in cauſis priuatis [t], ſed tantummodo in publicis [u]. Citare autem Ordinarij iudices poſſunt, de Delegatis dubitatur [x]. ſed cum abſq; citatione mandatam iuriſdictionem exequi nequeant, conſentaneum eſt, data iuriſdictione etiam ius uocandi conceſſum uideri [y], cum etiam arbiter citare poſsit [z]. In ius autem uocari debent omnes, quorū intereſt, quorumq; cauſa agitur [a], etiamſi præſentes ſint, ut communis praxis obſeruat [b]: & uocari omnes omnino poſſunt, præter illos quos hoc edicto nominatim excipi, ſuprà diximus. In omnibus autem litibus citatio facienda eſt, etiam notorijs [c]: nec modò in ſingulis cauſis, ſed ſingulis etiam cauſarum actibus & partibus expediendis [d]. Excipio illa tamen, in quibus cauſæ cognitione non eſt opus [e], & non obſtante partis contradictione poteſt procedi [f]. Formam edicti peremptorij, hoc eſt, citationis peremptoriæ, alibi tradit I. C. [g] quæ ante litem conteſtatam olim obtinebat, non poſt [h]: hodie contra [i], præſertim moribus Sax. [k] Forma communis eſt, ut præcipiat committatq; iudex citationem [l], & exinde nuncius iuxta præſcriptum ſuæ commiſſionis citet [m]: aut perſonaliter, ſi perſona haberi inueniriq; poteſt [n]: aut ſi non poteſt, ad domum [o], affixa citationis ſcriptura [p], quæ (ut uolunt Dd.) hæc ſex continere debet. Primò nomen iudicis citantis. 2 nomen eius qui uocatur. 3 nomen illius ad cuius petitionem fit citatio. 4 cauſam propter quam fiat citatio. 5 locum idoneum [q] in quo citatus compareat. 6 tempus opportunum & iuſtum [r], quo compareat [s]. Quod ad finalem cauſam attinet, citatio, authore Baldo [t], fit ad duos fines: uidelicet ad effectum comparitionis, & ad effectum præparandæ defenſionis [u]. Quantus porrò ſit citationis effectus, ex titulis ſubſequentibus intelligi licet [x]. Certè quia initium litis eſt citatio [y], ideo operatur præuentionem [z], quamuis non tollat declinatoriam exceptionem [a]: item perpetuat iuriſdictionem [b], & fortaſsis etiam iure præſertim Pōtificio actionem [c], interrumpit longiſsimi tēporis præſcriptionem [d], &c. iure Sax. ſi actor citatus non compareat, abſoluitur ab inſtantia iudicij reus: nec prius auditur deinceps actor, quàm ſumptus hoc nomine factos refundat reo [e], mulctam uerò pendat iudici [f]: ſin uerò reus uocatus emaneat, ſolet poſt tertiam denunciationem tanquam confeſſus & conuictus in petitionem

a l.j.h.t.
b Socin.d.tract.citat. art.4.
c c.1.§.contrahentes. de for.comp.in 6.c.prudē tiam. cum ſeq. de offic. deleg. l. contumacia. de re iudica. Maran.in Spec.aur. cap. de citat. num.51.
d Maran.præall.lo.nu.55. Socin.d.tract. Schurff. conſil.38.nu.3.cent.1.
e Specul.de citat.§. ſequitur.nu.11. Bald. & Salic.in l.fi. C.de fer. Maran. præall.lo. num.55. Chil.prac.cap.24.
f Bart. in l.j.§. cura. de off.præf.urb. Iaſ.in §. quadrupli. Inſt.de act. gl.2.in c.non à nobis.de teſtib. & c.quoniam.11. uerb.duos.ubi uide Lan frat. de Oria. ext. de proba. Soc.late d.tract. citat.art.12.& 13.
g Maran.parte 6.cap. de citat.nu.50.
h Socin.d.tract.art.3.
i c.ſi clericos. de ſent. excom.lib.6. Auth.qua in prouincia. C.ubi de crim.ag.op. Iaſ.in l.plericq. nu.33. h.t. & in l. pen. nu.7. de iuriſd.
k l.2.l.plericq.18.
l l.plericq.33.h.t.
m Bar.in extrauag.ad reprimendum.uerb.edictum. Felin.in c.quoniam.§. porrò.ut lit.non conteſt. Maran.præall.loc.nu.82.
n Bald.& Dd.in l.fin.§. cum igitur.de iur. delib. & in Auth.ſi omnes. C.ſi mulier ſe abſtine. Maran.præall.lo.num.98.
o l.2. ubi gl. & Dd. C.de decur.lib.10.
p l.ad peremptorium.68. de iudic.
q l.conſentaneum.8. C.quo.& quan.iud.
r Clemen.paſtoralis.de re iudic. Panor.in c.cum olim.de re iudi. Schurff.conſil.9.num.6.cent.1. Maran.præall. leg.loc.nu.3.
s l.etiam.30.§.ult. in uerb.ad agendum à præſide euocato. de minoribus. l.neminem.ult. C.de exhib.reis. ubi Bart. & Dd.l.2.l. conſentaneum. C.quomodo & quan.iud.
t c.ſignificaſti.uerb. petitionem. de for. comp.l.ad peremptorium. 68. de iudic.l.fin.C.de bon.auth.iudic.poſſ.l.4.§. hoc autem.de dam.infec.
u c.qualiter.2.de accuſat. Socin.de citat.art.6.num.2.
x gloſſ.in l.conſentaneum.C. quomodo & quan.iud. per §. ſi uerò. in Auth.de exh.re.c.ſi clericus.de ſenten.excom.lib.6.uide Goueа. in l. 2. ſup. de iuriſd.
y l.2.ſup. de iuriſdict.
z l.ſi cum dies.26.de arb.cum ſimil.
a l.de unoquoque.47.de re iudica.l.nam ita.39.de adopt.l.ſi quando.15.C.de teſtib. Auth.ſi omnes.C.ſi min. ab hære.c.12. de teſtib.c.fin.de maio. & ob. Iaſ. in l.1.in fi.C.quan.lib. princ.dat. & l.ſi quis.uerb.cauſam. Si cert.petat. Maran.in Spec.de citat.nu.2.3.4.cum ſeq.contra l.etiam.30.§.ult. uerb. præſente uel euocato.de minor. Schurff.conſil.9.num.4.cent.1.
b Bart.Iaſ.& Dd.hic in l.j.& d.l.de unoquoq;. Fach.diff.38. Landt.lib.2.ar.38. Socin.art.5.nu. 23.uide cōtra text.in l.etiā.30.§.fin.uerb.præſente uel ad agendum euocato, de minor. ſed pro hac ſententia tex.in l.2.uerb.nec eum.dum quis apud prætorē agit (qui certè præſens eſt.) hoc t.c.1.5.quæſt.3.
c Iaſ.in l.fin.num.13.de iuriſdict. Bald.& Sal.in l.ea quidem.7.C.de accuſat. Socin.de cita.art.7.num. 63.
d c.1.de cauſ.poſſ.c.cum Eccleſia.de conſt.c.inter.de maio.& ob. Cle.paſtor.de re iud.
e l.ſi.C.ſi per uim.l.necquicquam.§.ubi decretū.de off. proconſ.
f Bald.Iaſ.in d.§. ubi decretum. Ioan. And. in c.2.de oper. no. nun. Alex. in l. recuſare. ad S.C. Treb. Soc.in trac.cita.art.7.num.35.& 66.
g l.ad peremptorium.68.de iudic.
h Cuiac.obſeru.lib.10.cap.10.per l.& tertium.de iudic.l.contra.de re iud.
i l.properandum.11.§.1.2. C. de iudic. Auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iudic.
k lib.2.art.9.lib.3.art.5.
l l.nemine.ult.C.de exh.re.
m c.uenerabili.de off.deleg.c. cum dilecti. de reſcript.
n l.j.§.permittitur.de lib.agnoſ.in uerb.ad domum, ſi nullius eorum copiam habeat.l.4.§.prætor.ubi Bart.Imol. Caſt. Alex. qui hanc dicit eſſe communem. de dam. infec.l.aut qui aliter.§.1.uerb. ſi fortè non ſit cui denuncietur. quod ui aut clàm.
o d.l. aut ſi aliter. l.ſcire.§. qui autem.de excuſ.tut.l.uim paſſa.§.nuptam.ff.de adult.l.plericq.h.t.
p Bald.& Ang.in l.ut perfectius.C.de annal.excep.Innoc.& Dd. in c. ult. de eo qui mitt. in poſſ.uide omnino Tiraq.in retract.lig.§.6.gloſſ.2.num.8.9.cum ſeq.
q Bart. in l.aut qui aliter. quod ui aut clàm.text.in c.cum parati.19.ex.de appell.
r Panor.in c.cū dilecti.nu.20.de dol.& cont. Spec.de citat.§.1.nu.12.& §.nunc de tempore.text.in c.ſi.de dilat.& c.conſuluit.nu.24.de off.deleg.
s uide de his requiſitis Dd.in l.j.de fer. Socin.de citat.art.20. Specul.de citat.§.iam de citatione.in prin. Marant.in ſpec.aur.parte 6.nu. 63. Tiraq. de retract. §.8.gl.2.
t in l.cum fratrem.9.C.de his quibus ut indig.
u Socin.de citat.art.5.quæſt.16.nu.22.& art.31.num.5. Marant.parte 6.de citat.nu.13. per clem.paſtoralis.de re iudic.
x j. Si quis ius dicen.non obtemp.cum tribus tit.ſequen.
y §.ult. Inſtit.de pœn.teme.litigan.
z c.propoſuiſti. ubi latè Socin.de iudic.c.gratum. de offic.deleg.gloſſ.in cle.1.de iudic. Socin.in tract.citat.art.31.num.2.& 4. Iaſ.latè in l.ſi domus.74.§. in pecunia legata.nu.10. cum ſequent.de legat.1.
a l.ſi quis.5.de iudic.l.2.ſi quis in ius uoca.
b d.c.gratum.20.c.relatum.de offic.deleg.cle.2.ut lit.pen.gloſſ.in Cle.1.de iudic.
c l.fin. C.de præſcrip.30. anno.quæ non loquitur de litis conteſtatione, ſed generatim de proceſſu iudiciario, ex quo uult actionem perpetuari: at talis proceſſus, iure cum primis Cano. à citatione incipit. c.gratum cum ſeq.de offic. deleg.cle.1.2. ut lit.penden. Dd.l.ubi cœptum.de iudic.
d Nouell.119.§. ultra.l. ſicuti.3.l.cùm notiſsimi.7. C.de præſcrip.30.anno.l.2.c.ubi in rem. Socin.de citat.art.30.num.31.
e D.Reinhart.diff.iud.17. per art.8. Land.lib.2.fac. l.ſancimus. C.de iudic.& uid.in Auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iud.
f art.7.lib.2.gl.art.67.lib.1.

BIU Cujas

nem actoris condemnari [a], quod & apud ueteres quandoq; obtinuisse, nõ obscuris uestigijs deprehendi potest [b]. Sed tum post litem demum cõtestatam ex peremptorijs edictis obtinuit [c]: iure Sax. tantùm antè locum habet. Nam pòst hæ pœnæ cessant: & qui non comparet, utilitatem solùm termini ad quem uocatus erat, amittit. Ita mores habent. Cæterùm & actor nonnunquam causa huic cadit: siquidem uocatum oblato libello, in aliud pòst iudicium uocet atq; pertrahat [d].

a Landrecht lib. 3. art. 39. Fach. diff. 39.
b l. contumacia. 53. de re iudic. l. diuus. 8. de in integ. rest. l. impuberibus. 7. §. ult. ff. de suspec. tut.
c Cuiac. lib. Obs. 10. c. 10.
d Cuiac. præall. loc. in fin. ex constitu. Græca, quæ desideratur. C. de in ius uoc. & in Basilicis recitatur.

Si quis in ius uocatus non ierit: siue quis eum uocauerit, quem ex edicto non debuerit.

TITVLVS V.

1 *De quo uocante in ius, hoc edictum sit accipiendum: & quando impunè non pareat.*
2 *Exceptiones ab edicto.*
3 *Hoc edicto partis actioni non præiudicari.*

VT autem † uocationi in ius sua constet uis & authoritas, prodita sunt aliquot à Prætoribus edicta, quibus sub commination mulctæ, necessitas parendi uocato imponitur. Eius generis hoc est edictum, quo non modò eum, qui iure uocatus est, uenire prætor iubet, uerumetiam qui iniuria: puta si citatus sit is, quem ex edicto uocari non oportuit [a]: quod quidem ego sic interpretor, si ab eo qui ius dicit, hoc est, qui pro tribunali solenni loco statisq; temporibus ius dicit, & superiorem magistratum gerit [b], uocatus sit. Est enim uocati, non cõtemnere authoritatem prætoris [c]: nisi maior, aut par sit, aut ea conditione, ut uenire propter causas edicto expressas non debeat [d]: quòd si non à prætore, sed ab aduersario temerè & contra edictum uocetur, impunè licet non uenire [e]. Similiter si quis citetur ab inferioribus iudicibus, quorum iurisdictio ad certum territorium, certamq; pecuniæ quantitatem est adstricta, ut dubitari non possit, qua de re notionem habeant: his extra territorium, aut supra iurisdictionẽ ius dicere uolentibus, impunè non paretur [f]. At cùm Prætor, uel alius Ordinarius & Vniuersalis magistratus in ius uocat, quia præsumptio est, unumquemq; in iurisdictione deprehensum, etiam subiectum esse [g], ideo nisi planè euidentissimum sit, nullum citandi ius competere, iri ad uocantem, nec contemni eius authoritatem oportet: ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit [h], quod cum coram ipso exquiri uelit I.C. facile apparet, eum de casu dubio, non etiam notorio atq; indubitato locutum esse. Si quis † in ius uocatus non ierit, mulcta pro iurisdictione iudicis damnabitur, Rusticitati tamen hominis parcendum erit. Nam etsi rusticitas non excusat aliàs, in reuerentia naturali præstanda [i], qualis magistratui debetur [k]: tamen quia citationis finis, est effectus comparitionis [l], ideo eius neglectio propriè ad magistratus iniuriam non pertinet, sed ad rem litigatoris [m], quare rusticitati prætor mulctam remittit [n], quæ scilicet à dolo abest [o]. Item si nihil interfit actoris, eo tempore in ius aduersarium uenisse, remittit prætor pœnam: puta, quia feriatus dies fuit [p], quod & ipsum argumento est, ad pedaneos uel inferiores magistratus hoc edictum non pertinere, cùm ius dicendæ mulctæ, quæ hîc contumaci irrogatur, nullum habeant [q]. Sanè † præter mulctam iudici dandam, si quis promiserit Iudicio fisti, & non stiterit, etiam in hoc tenebitur aduersario: ut si nulla pœna certa adiecta fuerit, incerti ad id quod interest, conueniri possit [r], quod tralatitium est in omnibus stipulationibus incerti [s]. Et hæc de prima huius tituli parte. Altera de eo, qui uocauerit eum quem ex edicto non debuit, huc non quadrat: nec de ea hoc in tit. agitur, sed in superiore.

a l. 2.
b l. pen. §. de iust. & iure. Duar. Disp. ann. lib. 1. c. 1. & 53. fac. l. 3. uers. si quis. §. ne quis eum.
c l. 5. §. de iud.
d l. 2. 4. §. tit. 1.
e l. quamuis. 11. §. tit. 1.
f l. fin. §. de iurisd.
g c. 2. de restit. spol. in 6. c. cum episcopus. 7. de off. ord. in 6. Panor. num. 1. Imol. nu. 3. in c. nimis. de iureiur.
h l. 2. h. tit. d. l. si quis. 5. de iud.
i l. 2. C. de in ius uoc.
k l. 2. §. de iust. & iur. uide §. tit. 1.
l uide §. tit. 1.
m l. si id quod. 7. in prin. in uerb. non prout incidérit. ubi gl. de iurisdic.
n uid. Ias. in l. 1. §. final. si quis ius dicen. non ob.
o d. l. si id quod. cum l. seq.
p d. l. 2.
q l. 5. C. de def. ciuit. l. 2. §. fin. §. de iud. l. aliud. 131. §. fin. de uerb. signif. d. l. unic. §. si quis ius dic.
r l. fin.
s in prin. Inst. de uerb. ob. l. fin. de præt. stipul. l. ubi. 75. de uerb. oblig.

In ius uocati ut eant, aut satis uel cautum dent.

TITVLVS VI.

ANigitur Diomedea quadam necessitate, in ius uocantem omnino sequi oportet, nulla audita acceptaq; excusatione? Et sanè, quia concedendum est aliquid occupationibus hominum, atq; ipsi humanitati, si is qui uocatur, fortè sit occupatus, uel iusta prætexat impedimenta, quo minus uenire modò possit, satisdationemq; Iudicio sisti certo aliquo commodoq; die offerat, erit dimittendus [a]: adeò quidem, ut si non contentus fideiussore locuplete actor, in ius porrò trahere pergat, iniuriarum teneatur [b]. Locuples autem pro rei, de qua agitur, quantitate [c], & ex conueniendi facilitate æstimandus est [d]: quod moribus nostris inde æstimamus, si & domicilium in territorio illius iudicij habeat, & bona ibi possideat immobilia [e]. Ab hac tamẽ regula, ob reuerentiam excipiuntur necessariæ personæ, pro quibus quamuis data uenia uocatis (ne obstet edictum [f]) qualemcunque fideiussorem accipi Prætor iubet, ueluti pro parente, uel patrono [g], &cæt. cæteroqui pœnæ edicti de in Ius uocando, locus erit [h]. Puto autem, hunc titulum tum demum obtinuisse, quum quis priuata olim authoritate in ius rapiebatur. Nam uocante magistratu ordinario, equidem satisdando non liberatur uocatus, sed omnino uenire habet necesse [i].

a l. nec q. 22. in fine. §. de in ius uocan.
b l. 5. §. 1. §. qui satisd. cogan.
c l. 1. h. t.
d l. 1. §. tit. 1.
e uid. §. qui satisd. cogan.
f sup. de in ius uoc.
g l. 1. 2. cum seq. h. t. l. 2. §. 1. §. qui satisd. cogan.
h l. pen. l. ult. sup. de in ius uocan.
i d. l. 2. §. tit. 1. l. 5. de iud.

Ne quis eum, qui in ius uocabitur, ui eximat.

TITVLVS VII.

1 *Ratio edicti.*
2 *Quis dicatur eximere.*
3 *Quæ detur ex hoc edicto actio; & contra quos.*
4 *Qui excipiantur edicto, & contra quos non detur hæc actio.*
5 *Affinia remedia: eorumq; ab hoc edicto differentiæ.*

Hoc

HOc edictum † Prætor proposuit, ut metu pœnæ compesceret eos, qui in ius uocatos ui eripiũt. 1
Etenim cùm populari olim morepermitteretur, eum qui in ius uocatus neq; satisdaret, nec ire uellet, inuitum rapere: prouisum est hoc pœnali edicto, ne ita raptum quis ui eripere, & uiolare hac exemptione ius populi [a] auderet. Eximere † autem uidetur nõ modò qui manibus eripuit, sed etiã 2
qui quoquo modo moram fecit, quo minus in ius iretur, ut actionis dies exiret, & res tempore amitteretur [b]. In † eum qui ui exemit in Factum iudicium datur: quo non id continetur, quod in ueritate est, 3
quantumq; damni propter exemptionem actor uerè passus est: sed quanti ea res de qua controuersia est, ab actore iureiurando, ut uolunt Dd. erit æstimata [c]: ut appareat, etiamsi quis calumniator sit, calumniandiq; animo litem instituerit, tamen posse eum hanc pœnam persequi, & litis, quamuis temerè propositæ, æstimationem postulare [d]. Non enim ius actoris, sed factum eximentis contra popularem legem, prætor respicit & coercet. Vnde † & si plures sint qui deliquerint, in singulos hoc iudicium da- 4
bitur, manẽte nihilominus eo qui exemptus est, obligato [e]. Singuli enim ex delicto suo in solidum obligantur [f]: unde cum soluunt pœnam, non liberant reum principalem: quia non eius, sed suo nomine: nec illius obligationem aut debitum, sed suam quisq; pœnam ex suo facto & hoc edicto debitam dissoluunt [g]. Porrò mirandum non est, tam grauem eximenti imminere mulctam, qui ius populi temerauit: cùm lege etiam Iulia de ui priuata teneatur, si concursum & cœtum, quo minus quis in iudicium perduceretur, faciat [h]: benigna tamẽ I. C. interpretatione ad eos tantùm casus, de quibus præcipuè loquitur, seueritas huius edicti restricta est. Vnde O filius rectè putauit, locum huic actioni non esse, si persona quæ in ius uocari non potuit, exempta est: ut pater, patronus, &c. Magis enim deliquit qui uocauit, quàm qui exemit [i]. Eademq; moti æquitate, censuerunt idem esse in eo, qui aliò quàm quò debuerat, uocatus est, & cuius sit ibi nõ conueniri [k]: item in seruo [l], quia frustra uocatur, quando cum illo agi nequeat [m]: etsi accusari possit [n]. Idem iuris etiam & in eo, qui licet exemptus esset, nihilominus perductus in ius est [o]: quoniam uerba cum effectu sunt accipienda [p]. Quin & si quis ad pedaneum iudicem uocatum eximat, pœnam huius edicti cessare uult Vlpian. [q] quia edictum propriè loquitur de eo, qui in ius uocatus est. In ius autem uocari dicitur, qui ad prętorem, uel tribunal eius, qui iurisdictioni præest, uocatur [r]: unde ad alios iudices minores, quorum tanta non est dignitas, pœnale hoc iudicium non est facilè extendendum. Hoc autem iudicium hæredibus dabitur, si interfit, puta si ius eorum sit factum deterius [s]. tunc enim quia damnum datum est rei familiari, actio quasi rei persecutoria ad hæredem transit, quamuis etiam pœnam contineat, [t] aliàs autem nõ transit, quando tantum ad uindictam scilicet datur, & pœnam [u], sicuti nec reliquæ iniuriarum actiones [x], cum nec in bonis sint [y], lite necdum contestata [z]. Cæterùm neq; in hæredem, nec post annum dabitur [a]: quia respectu rei pœnale est. Et hoc quidem obtinet in eo qui uocatum aduersario eximit. Sunt † autem & alia remedia prodita in eos qui iudici 5
eius q; satellitio uel custodiæ quem eximere non uerentur. nam ad idem obligantur, quod reus principalis, si damnatus fuisset, dependere cogeretur, tam in causis ciuilibus [b] quàm criminalibus [c]: neq; modò ciuili iure, uerumetiam Saxonico [d]. Quòd si quis etiam capitis damnatum eximat, aut priuatim interficiat, eum uolunt quidam maiestatis reum esse, & capite plecti [e], quod alij admittunt, cum summi principis uiolatur maiestas & iurisdictio: in reliquis inferioribus pœnam arbitrariam in quocunq; modo eximẽtes sufficere arbitrantur [f]. Et huic quoq; affine edictum, quod paulo pòst proponitur, notans eum per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat [g]. Sed hoc coercetur, qui non satisdantem, & ideo ad tribunal protractum, ui eximit manibus ducẽtis: illo uerò, qui fecit, quò minus condicto die & tempore se sistat ille qui satisdedit antea, & hac cautione à manus iniectione se liberauit. Hoc edicto uis coercetur: illo dolus. Ex hoc agit tantùm is, qui in ius uocauit: ex illo non tantùm actor, si fortè ius ei minutum sit eo facto, sed etiam reus, quatenus interest eius, pœnam non esse commissam. Hoc meram pœnam persequitur actor, illo quod interest: hoc singuli delinquentes in solidum tenentur, illo solutio unius liberat alios. Hoc notat eum qui impedit actorem, quò minus ad iudicium necdum institutum ducat: illud eum qui impedit reum ductum, per cautionẽ liberatum, quò minus cautioni pareat, iudicioq; conuento iam antea & constituto ducatur [h].

a l. 4. in uerb. quo minus quis in ius duceretur. ad l. Iul. de ui priua.
b l. 4. b. t.
c Bart. et Ias. in l. pen. §. 1. h. t. arg. l. si quando. 9. C. unde ui. c. fin. quod met. caus.
d l. 5. §. j. h. t.
e l. 5. §. fin. h. t.
f l. si quis. 7. cum l. seq. ff. de iurisd.
g l. fin. h. t.
h l. 5. ad l. Iul. de ui priu.
i l. j. & 2. h. t.
k d. l. 2. l. 3. h. t.
l tot. tit. C. qui legit. perso. stan.
m uid. ff. de accusat.
n l. 5. §. docere. h. t.
o l. j. §. 1. quod quisq; iu.
p l. 3. §. 1. h. t.
q l. 4. §. fi. de interr. act.
r l. 4. uerb. ut actionis. hoc tit.
s l. j. de priuat. del. l. 2. §. emãcipat. de colla. bon.
t l. pen. §. 1. h. t.
u l. si eũ. 10. §. qui iniuriarum. inf. si quis caut.
x d. l. 2. §. emancipatus.
y l. unic. ubi uid. C. ex delic. defunc.
z l. 5. §. final.
a l. quoties. 3. C. de exac. trib. lib. 10.
b l. 4. C. de custo. reo.
c Land. lib. 3. art. 9. ubi Zobel. distinguit.
d l. 4. ubi Bar. ad l. Iul. maiest. Iason. in l. 3. §. quod prætor. nu. 12. h. t. per l. fi. C. de malef.
e Fab. Ias. nu. 102. 107. in §. pœnales. Inst. de act. & in d. §. quod prætor. nu. 12. per l. 4. l. 9. de custo. reor. Guid. pa. quæ. 579. Soc. de cit. art. 34. nu. 32.
f infr. tit. 10. de eo per quẽ fac. erit.
g uide Cuiac. lib. Obseru. 10. cap. 10.

Qui satisdare cogantur, uel suæ promissioni COMMITTANTVR. TIT. VIII.

1 Ordo & diuisio tituli.
2 Quid sit satisdatio, & quotuplex.
3 Causa efficiens, quomodo, quos prætor ad satisdandum cogat.
4 Materia circa quam, & qua satisdetur.
5 Forma.
6 Qualiter hodie caueatur.
7 Qualis fideiussor dari debeat: & an pignora sufficiant.
8 Finis satisdationis.
9 Effectus, & ad quid fideiussor conueniatur.
10 Qui iurato promittant.
11 Qui suæ promissioni relinquantur.

QVia † diximus eum, qui in ius rapitur, si uadari paratus sit, dimittendũ esse, & tam æquam con- 1
ditionem iure repudiari non oportere: & quoniam aliàs etiam in iudiciorum ingressu satisdationes sunt necessariæ & usitatæ [a]: ideo uideamus nunc, Qui & Quomodo satisdare cogantur. Nec enim omnes uno modo cauent. Alij enim Satisdare coguntur, alij Iuratò tantùm promittunt, alij Nudæ suæ promissioni relinquuntur: ut ex ipsa huius tituli inscriptione colligi potest.

Satisdatio † eodẽ modo appellata est, quo satisfactio. nam ut Satisfacere dicimur ei, cuius desiderio 2
implemus: ita Satisdare aduersario nostro, cùm pro eo quod à nobis petijt, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus [b]. Porrò satisdatio respectu causæ efficientis aut Necessaria est, quæ à Lege uel Magistratu imponitur: aut Voluntaria [c], quæ ex cõuentione debetur. Necessaria, ut de

a Inst. & C. de satisda.
b l. j. Hypp. in rub. de fideiuss. nu. 16. uide gl. in l. 1. C. de fideiuß. §. 2. Inst. de off. iud.
c l. si fideiussor. 7. cum l. seq. h. t. l. interdum. 10. rem rat. hab.

BIU Cujas

ùt de Sistendo, de qua hoc in titulo agitur. de Se præsentando [a], de Nõ offendendo [b], Dilapidando [c], de Expensis [d], & similes [e]. Voluntaria: ut quæ ex conuentione contractibus apponitur [f]. Deinde ratione formæ alia dicitur satisdatio, quæ fit datis fideiussoribus aut pignoribus [g]: alia cautio Iuratoria, quæ fit per iusiurandum [h]: alia cautio Simplex, quæ fit nuda promissione [i].

3 Efficiens † causa est Prætor, qui satisdationum ius introduxit [k], & nolentem satisdare cogit, aut Missione in possessionem bonorum, aut, si de re mobili litigatur, rei ipsius Ablatione [l]. Deinde uoluntas litigatoris conuenti, & fideiussorum pro eo ex edicto repromittentium. Porrò omnes qui cõueniuntur, etiam filijfamiliàs, nisi diserte à lege uel suæ promissioni, uel iureiurando relinquantur, satisdationem præstare debent [m], quæ & ipsa renouanda est interdum, si fortè prior euanescat [n], uel medio tempore prolapsis in insignem calamitatem fideiussoribus, reddatur inutilis [o]. Actores autem iure ciuili ueteri non satisdant [p], sed nouo satisdare cogũtur [q], ut & procuratores eorum [r]: de qua satisdatione paulo pòst commodius [s]. At iure Sax. [t] ab hoc duntaxat, non etiam à reo, cautio pro expensis, & tuitio (quam guarandam uocant) exigitur [u]. Causa προκαταρκτικὴ est petitio partis: nisi enim petita sit, decerni à iudice satisdatio non debet [x]. Ea autem petitio ante litem contestatam facienda est. Nam cum sit dilatoria, post litis contestationem non auditur [y].

4 Materia † circa quam uersatur satisdatio, est dies iudicij status: de quo antiquitùs quoq; cõueniri solere, lex 12. Tab. indicat: SI STATVS DIES CVM HOSTE FVERIT, VENITO [z]. Materia, quà constituitur satisdatio, sunt propriè fideiussores [a]: & ex interpretatione, pignora [b], sicuti etiam hodie usurpatur. Porrò omnibus in causis satisdatio admittitur & præstatur: an uerò etiam in causis criminalibus, est explicatum [c], & satisdatio sufficiens esse debet [d], quæ satisfaciat accipienti: unde τὸ ἱκανὸν λαβόντες. Actor. 17. 9.

5 Forma † olim erat, ut de die ponenda, assignandáue, qua iudicio stetur, inter litigatores conueniat: & stipulatione interposita Vadimonium, de sistendo ea die cùm à litigatore conuento, tum pro ipso à fideiussoribus promittatur. Quòd si de die ponenda cõueniri nequibat, in potestate stipulatoris, id est, actoris erat, diem assignare, ne quà tergiuersante reo, & alium atq; alium diem, minus actori commodum, fraudulenter deligente, ad elabendum fenestra aperiretur [e], moderato tamẽ spacio de hoc à iudice statuendo [f]. Nouissimo † iure, qui à iudice litis causa citatur, debet initiò satisdare, se usq; ad finem in lite permansurum [g], cui effectu conuenit, quòd hodie omissa satisdatione plerisq; locis cogantur litigatores domicilium in territorio, ubi agitur, eligere, unde citari, & nisi respondeant pro contumacibus haberi iudiciariq; possint: quæ certè contumacia, in reo quidem apud Saxones tanti est, ut abrupta cognitione secundũ actorem pronuncietur [h]: in actore uerò, ut ab instantia iudicij reus absoluatur. Apud Sax. tamen hæc satisdatio non tam est usurpata, quàm illa, qua actor duntaxat (non reus) pro expensis & reconuentione satisdare cogitur [i].

7 Fideiussor † autem iudicio sistendi causa Locuples dari iubetur, non tantùm facultatibus, ut satis & idoneè habeat in bonis, pro magnitudine rei quam actor postulat [k]: sed etiam conueniendi facilitate [l], ne præscriptione aliqua fori causam aduersario difficiliorẽ faciat [m]. Quamobrem nec mulier rectè adhibetur, propter exceptionẽ Velleiani [n]: neq; miles, quia ex priuilegio militari fideiussione soluitur [o]: nec minor, propter beneficium restitutionis in integrum [p]: nisi hæ personæ in suam rem fideiubeant, atq; ita ualidè & efficaciter obligentur [q]: neq; seruus [r], quia personam legitimam standi in iudicio non habet [s]. Qua quidem in parte ne quid fraudis struatur, arbitri ad probandos fideiussores idonei constituti solent: qui si in alterutram partem iniquum iudicium dixisse uidebuntur, querela ad competentem iudicem deferri per prouocationem potest [t]. Et hæc quidẽ in genere uera sunt. Cæterùm Prætor quasdam personas excipit: ut parentes, patronum, filiũ, uxorem, nurum, &c. à quibus pietatis & coniunctionis intuitu, qualemcunq; fideiussorem iudicio sistẽdi causa uult accipi [u]. Sed utrum plures fideiussores dandi sunt, an unus sufficiat? Sanè quantumuis pluraliter leges interdum fideiussores exigant [x], tamẽ uerius est, unum idoneum & locupletem sufficere in ciuilibus [y]: nam in causis criminalibus, pro qualitate delicti & personarum, plures exiguntur [z]. Illud etiam quæstionis est, an pignoribus satisdari possit? Quod utut in contractibus olim licuerit [a], tamẽ in prætorijs stipulationibus, huiusmodi satisdationem non sufficisse arbitror [b]. Nam Prætor non tantùm securitatis causa satisdationem exigebat (prout fit in contractibus [c]) sed etiam ob facilitatem conueniendi [d]. facilius autem olim à fideiussoribus exigi debitum poterat, quoniam ante principalem rectè compellabantur [e], quàm à pignoribus: quæ non semper emptorem inueniunt, & nisi uaria circumductione non distrahuntur [f]. Sed hodie cum nec fideiussores, nisi principali excusso conueniantur [g], receptum est etiam pignoribus, puta depositione pecuniæ in iudicio caueri posse [h], quod admittendum arbitror, ijs actionibus exceptis, pro quibus rei bona sunt pignori tacitè obligata: ut in iudicio tutelæ, dotis [i], &c. Hîc enim suis rebus reum cauere non posse certum est, cum non plus sit in cautione, quàm in principali actione.

8 Finis † satisdationis est, ut actorem hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus [k].

Effectus

a l. j. ubi Iaſ. ſi quis in ius uoc. l. j. ubi Bart. de cauſio. reo.
b Bar. in l. illicitas. 6. §. nè potẽtiores. de off. præſ. Fel. in rub. de treug.
c d. l. ſi fideiuſſor. 7. l. in omnibus. 41. de iudic.
d Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. §. ad excludendas. in Auth. de litigio.
e uid. j. Rẽ rat. hab. Iudic. ſol. Vt legat. nom. Rẽpu. ſal. &c.
f d. l. interdum. 10. rem rat. hab.
g l. j. h. t. l. promiſſor. 21. §. fi. de conſt. pec.
h l. fin. h. t.
i l. ſatisdatiõis. 61. de uerb. ſig. uid. l. 2. C. eo. tit.
k in prin. Inſt. de ſatisd. in uer. uerba edicti.
l l. 7. §. fin. h. t.
m l. filiusfamiliàs. 14. h. t.
n l. 8. §. ſi fideiuſſor. h. t.
o l. ſi ab arbitro. 10. h. t.
p in prin. Inſt. de ſatisd.
q Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. §. ad excludẽdas. in Auth. de litig. Auth. libellum. Auth. quod fieri. C. de lit. con. Spec. de ſatisd. §. 1.
r §. fin autem. Inſt. eo. ad tit. de procu. & rem rat. hab.
s uide Chil. in prac. cap. 46. cum ſeq. Land. lib. 2. art. 9.
t uid. Reinh. diff. iud. 2.
u l. Pomponius. 40. §. ratihabitionis. de procur. Hypp. in pract. crim. §. nunc uidendũ. nu. 3. per l. 4. §. hoc iudicium. de dam. infec. l. ita. 13. C. de procur.
x d. l. Pompon. 40. §. ratihabitionis. de proc. d. l. ita demũ. Zobel. Land. lib. 2. art. 9.
y Cic. lib. 1. Off.
z d. l. 1.
a gl. et Dd. hic in l. 1. uerb. fideiuſſoribus. per l. j. 8. iubet. 7. de collat. & in l. prætoriæ. 7. de præt. ſtip. §. fin autem. Inſt. de

ſatisd. c j. de cuſt. reor. d l. 2. hoc tit. e l. interdum. 73. de uerb. oblig. f l. de die 8. hoc tit. g §. ſed hodie. Inſt. de ſatisd. Auth. libellum. Auth. quod fieri. C. de lit. conteſta. h Chil. in prac. cap. 46. i uide Chil. præall. loc. k l. quos nos hoſtes. 234. §. 1. de uerb. ſign. d. l. ſi ab arbitro. 10. l l. 2. in prin. h. t. m l. ſi fideiuſſor. 7. in prin. h. t. n d. l. de die. 8. §. 1. l. 3. de fideiuſſ. tot. tt. ad S. C. Vel. o d. l. de die. §. 1. h. t. l. milites. 31. C. de loca. & con. p d. l. de die. §. 1. & 2. h. t. q d. §. 1. & 2. r d. l. de die. §. 2. s l. 1. C. de pre. imp. off. & tit. C. qui leg. perſ. ſtan. t l. ſi ab arbitro. 10. l. arbitro. 9. h. tit. u l. 2. §. 2. h. t. l. 1. & 2. C. tit. 2. x l. 1. l. arbitro. 9. cum l. ſeq. h. t. y l. 2. 3. 4. 5. §. 1. 7. h. t. z Maran. tract. iud. de ſatisd. num. 7. a l. promiſſor. 21. §. fin. de conſt. pecun. l. 1. §. inter. de collat. bon. l. 2. §. pen. quor. legat. b l. prætoriæ. 7. de prætor. ſtipulat. l. 1. uerb. datis fideiuſſoribus. h. t. c in princ. Inſt. de fideiuſſ. d l. 1. ſi quis in ius uoc. e l. 3. & t. t. C. de fideiuſſ. f tot. tt. ff. & C. de diſtr. pigno. & C. de iur. dom. impetr. g Auth. præſente. C. de fideiuſſ. h gl. & Dd. in l. 1. h. t. & in d. l. prætoriæ. 7. & in §. fin autem. Inſt. de ſatisdat. ubi Fab. glo. & Bal. in l. ſi à creditore. 7. C. de actio. per l. 4. C. quæ res pig. i uide j. in quib. cauſ. pig. tac. contra. k d. l. 1. h. tit.

BIU Cujas

Effectus † est, quòd qui satisdationem offert, non possit uiolenter in ius pertrahi [a]: item quòd procurator qui satisdedit, sit loco domini [b]: quòd satisdationem petendo uel præstando, nemo uideatur iudicem cõsentire [c]. Quantum uerò ad fideiussorem attinet, Effectus satisdationis hic est, ut in fideiussorem, qui aliquem Iudicio sisti promisit, qui nõ stitit, tanti, quanti ea res est, actionem Prætor polliceatur: nempe ut in ueram actionis quãtitatem, siue petitæ rei æstimationem teneatur, nisi pro certa quantitate accesserit, alioqui pro ea quantitate quæ actione comprehẽsa est, spopondisse intelligitur: quamuis eam deberi necdum appareat [d]: non tamen etiam se obligasse ad totam litis ueritatem: & omne illud quod aut per sententiam Iudicis, aut per inficiationem, perq; moram uel culpam rei accedere potest [e]. Iam reliquas huius tituli partes paucis absoluamus.

Iurato † promittunt nonnulli ob Dignitatem [f], ut Illustres [g], Senatorij [h]: pleriq; propter Necessitatem, nimirum hi, qui nec ab onere satisdationis liberantur, neq; tamen fideiussores inuenire idoneos possunt. Ne enim per difficultatem inueniendi differantur iudicia, & paupertas debitoris obstet agenti, quo minus ius suum maturè consequatur: ideo iureiurando reus relinquitur, ut illud pro satisdatione præstet [i], nedum in ciuilibus, sed etiam interdum in criminalibus [k]. Nam cum exigitur cautio, talis peti uidetur, qualis à reo præstari potest [l]. Ad impossibile nullus enim obligatur [m]: & interest actoris, eiusmodi cautionem recipi, alioqui procedi ulterius in causa principali non posset. Vt autem procedatur, nec per has dilatorias causationes morã impedimentum q; rebus agendis creetur, magis interest actoris, ius suum persequentis, quàm rei, qui fugere ac extrahere litem quantum potest, solet [n], & cuius bono omnis cedit dilatio. Si tamen suspectus de fuga sit reus aut peregrinus, non facilè cautioni iuratoriæ committi, sed potius arrestari debet, ut reuera cautum esse possit agenti [o]. Contra quos non recipi quidam putãt moribus nostris, ab actore in criminalibus iuratoriam cautionem, post æditam constit. Imperij 14. quæ fideiussores exigit, aut incarcerationem imponit: quanquam id antea fuerit apud Saxones admissum [p], nec uideo cur generali iure hoc speciale abolitum uideri debeat: & alioqui paueres ob inopiam cautionis, desistere accusationibus & persequendis suorum iniurijs cogerentur, nisi in defectum aliarum satisdationum hæc ab ijs reciperetur: quam esse pluribus sententijs receptam. & rectè quidem, meminisse possum. Huius autem iurisiuranci duo sunt ex more capita: Primum, ut litigator iuret se fideiussores inuenire idoneos, quamuis summa adhibita diligentia, nequiuisse: deinde, de quibus cauendum erat, ut ea sanctè se facturum, staturumq; iudicio repromittat [q]. Quod apud Saxon. propter anceps periurium ita temperatum est, ut tantum iuretur de credulitate, scilicet, se credere, quòd etiam adhibita diligẽtia, per fideiussores aut pignora cauere non possit [r]. Cui quidem cautioni si non stent Illustres & Senatorij, plectuntur pœnis lege ordinatis [s]: reliqui causa cadunt, ex constit. quadam Græca, quæ desideratur [t]. Quod apud Saxo. ante litem contestatam in omnibus reis cõtumacibus tralatitium est: pòst non item: quanquam periurium extra ordinem [u], & uel digitorum quibus iuratum est, amputatione [x] soleat etiam puniri.

Suæ † promissioni committuntur, qui res immobiles in territorio [y], ubi litigatur, possident [z]: nam cùm pro prædibus prædia sufficiant, quorum in possessionem mittatur actor, si reus uocationem in ius aspernetur [a]: merito alia cautio ab his non est requirenda in ciuilibus (nam secus interdum in criminalibus [b]) sed sufficit nuda de Sistendo promissio, interposita scilicet stipulatione [c]. Itaq; quod alicubi receptum est, ut eiusmodi possessor hoc nomine bona sua omnia pignerare expressim cogatur, superuacuum uidetur, nec pleriq; Sax. locis seruatur: cum absq; hoc prætorium pignus in his ex contumacia facilè induci possit. Possessorem autem accipimus, qui suo iure & irreuocabiliter iure directi utilisue dominij possidet, non usufructuarium aut creditorem [d]. Sed quantum opus est possideri, ut quis pro idoneo possessore habeatur? Equidem arbitror, satis esse, si iure ciuili pro quantitate & æstimatione rei petitæ [e], iure Sax. quantum uno Vverigeldio æstimari potest, possideatur [f]: nisi causæ magnitudo, & personarum qualitas, maiorem summam & æstimationem exigat. quod arbitrio iudicis examinandum relinqui tutius est. Dominum possidere sufficit, quamuis procurator inops sit. illius enim, nõ huius res agitur: & in eius bona fit missio & executio. Contra procuratorem eãdem ratione possidere non sufficit: nisi pro domino, qui nihil immobilium ibi possideat, se ut uadem interponat. Iure nostro nedum in loco iudicij, sed etiam propinquo eiusdem territorij possidere sufficit: moribus Saxon. non item: quia cautio reconueniendi in eodem foro facultatem, alioqui lege patria præclusam inducit, ut idonea uideri nequeat, nisi in eodem foro præstetur: quod in iudicijs Prouincialibus obtinet, in reliquis sufficit sub eodem Principe bona possideri, licet non in eodem iudicio, nec opus est oppignerationis requirat hîc Bart. & communis schola [h]. Imò quod amplius, iuratoriam etiam cautionem ab hoc exigunt [i]: sed contraria, Bart. Ang. receptior est [k].

Possessor. Nisi causæ magnitudo & personarum qualitas, maiorem summam & æstimationem exigat.

SI

a l.si uerò. 5. §. 1. h.t. l. Titius. 76. de procu. b l. sed etsi. 52. §. fina. de iudic. Iaſ. in l. si conuenerit. nu. 22. de iurisdict. c l. 3. h.tit. l. fin. de eo per quem fac. erit. d l. 2. §. fin. hoc tit. l. centum. 8. ĵ. de eo quod certo loc. e uide Nouell. 52. de exhibend. reis. Nouell. 112. de litigios. f l. pen. C. de dig. lib. 12. ubi gloss. g Harmenop. lib. 1. tit. 2. de abiura. h l. fin. hoc tit. l. 4. C. de usufr. §. 1. Inst. de satisd. l. non cogendum. 45. ĵ. de procur. i §. necessarium. in Auth. ut null. iudi. Par. de Put. in tract. Synd. in uerb. fideiussores. cap. 1. Boss. tract. cri. tit. de carc. fideiuss. nu. 72. k gl. in ca. ex parte. 23. ad uerb. pro cõtumacia. de uerb. signif. l l. impossibilium. de reg. iur. m l. properandum. 11. §. 2. C. de iudic. n l. litibus. ubi Bart. nu. 8. C. de agric. lib. 11. Alb. in l. si fideiussor. §. ult. h.t. Cur. in l. unic. num. 56. C. de pro. seq. et ibidem Salic. nu. 10. Innoc. in c. præterea. de excep. Mynsin. obser. 10. Cent. 2. fac. Bald. no. in l. ult. C. de ord. cognit. uid. glo. nouam Land. lib. 2. art. 5. Chil. in pract. cap. 47 nu. 2. author Diff. diff. 40. 41. in fine. Chil. in pract. cap. 46. post gl. in §. necessariũ. uerb. iudicij. in Auth. ut null. iud. per illum tex. o uide Alex. l. ĵ. nu. 14. h.t. Chilian. cap. 46. p l. penul. C. de dignitat. lib. 12. q ad tit. C. de custod. reor. ita Cuiac. in l. 2. C. de reb. cred. in fin. r Chil. cap. 46. s l. ult. ubi Dd. de crimin. stellion. t Ord. Imper. cap. 107. 108. 299. gloss. Sax. art. 9. lib. 3. u uid. Iaſ. in l. 7. §. 1. num. 8. hoc tit. fac. §. sed hodie. Inst. de satisd. x l. sciendum. 15. hoc tit. y l. hæres absens. §. 1. de iudic. tot. tit. de bon. auth. iud. z Iaſ. in d. l. sciendum. 15. numer. 3. in 10. limit. hoc tit. Salic. in l. denunciamus. numer. 2. C. de his qui ad Eccles. conf. uide infr. de custo. reo. a §. si scriptum. Inst. de inutil. stipul. b d. l. sciendum. §. 1. c gl. in d. l. sciendum. uerb. compelli. & in §. sed hodie. Inst. de satisd. d Land. lib. 2. art. 5. Chil. cap. 47. Facb. diff. 40. Reinh. parte ult. diff. 29. e constit. 5. parte 1. f Iaſ. num. 6. in d. l. sciendum. t. h. t. g gl. 1. Iaſ. præall. loco post Fulgos. & alios. in d. l. sciendum. per l. ult. ubi gloss. uerb. adiuratoriæ. C. de prin. agent. in reb. lib. 12. h in d. l. sciendum quàm testatur Iaſ. ibid. num. 6. communiter. Chil. d. cap. 46. d. const. 5. parte 1.

Wann der Beklagte im Rechtgang
nit liegenden gütern ſ. als dann ſein
eigen und nicht angeſprochen
noch ſtreitig ſeyen, ſondern
Ref.

BIU Cujas

Si ex noxali causa agatur, quemadmodum CAVEATVR. TIT. IX.

SAtisdationes, de quibus modò dictum est, in causa Noxali præstitæ, facilè poterant olim eludi: nimirum, seruo post uadimonium promissum fortè in potentiorem, aut eum qui in foro promissoris conueniri non poterat, alienato. Nam cùm Noxa sequeretur caput [a], liberabatur prior dominus, satisdatione ad nihilum recidente. Cui subterfugio, hoc edictum ueluti obicem Prætor opposuit: SI QVIS EVM, DE QVO NOXALIS ACTIO EST, IVDICIO SISTI PROMISERIT: IN EADEM CAVSA EVM EXHIBETO, IN QVA TVNC EST, DONEC IVDICIVM ACCIPIATVR: hoc est, donec aut ipse iudicium, tanquam principalis, nomine serui subeat, litemq; contestetur (quo facto seruum utpote iam litigiosum, amplius alienare non potest [b]) aut seruum dedat noxæ: quorum utrumuis facere cogitur.

a l.2.h.tit.§.omnis.Inst.de nox.act.
b l.2.C.de litigios.
a l.1.§.1.h.t.
b l.1.§.si reus.3.h.t.
c d.§.si reus.l.3.ff.tit.1.
d l.3.§.fin.
e d.l 1.§.si plures.
f ff. ne quis eum, qui in ius uoc.

De eo per quem factum erit, quo minus QVIS IN IVDICIO SISTAT. TIT. X.

1 *Quando, cui, aduersus quos, ad quid, actio ex hoc edicto detur.*

1 EFfectus † satisdationum hic est, ut siue per alium, siue culpa promittentis, iudicio statum non sit, pœna consequatur. In primis igitur si quis impedit aliquem iudicio sisti, æquissimum putauit Prætor, dolum eius coercere. Fecisse autem Dolo malo non tantùm is putatur, qui suis manibus, uel per suos retinuit: sed qui alios quoq; rogauit ut eum detinerent, uel abducerent, ne iudicio sistat: siue scientes, siue ignorantes, quid esset quod comminiscereturDolum malum etiam accipimus, si quis uenienti ad iudicium aliquid denunciauerit triste: ut mortem filij, propter quod is necesse habuerit ad iudicium non uenire [a]. Datur autem hæc actio non modò actori, uerumetiã reo, si non ab actore (nam aduersus hunc non habet reus actionem ex hoc edicto, cùm contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conueniatur ad pœnam, quòd ad iudicium non uenerit [b]) sed ab alio fuerit impeditus [c].

Hac actione continetur, Quanti interfuit uadimonium obitum esse: hoc est, quantum est iudicio petitum [d]. Quamobrem si plures dolo fecerint, omnes quidem tenentur: sed si unus præstiterit pœnam, cæteri liberabuntur, cùm amplius nihil interfit [e]: aliter atq; in edicto illo, quo in Vi eximentes uocatũ pœna durior, & quidem in singulos solida est constituta, propter præbitam seditioni cõcursionibusq; materiam, & ius publicum uiolatum [f]. Itaque interest inter illud, & edictum præsens. Illud in factum exemptionis conceptum est: hoc in machinationem dolosam. Illud datur cõtra eum qui citationis ius publicum impediuit: hoc in eum, qui satisdationem priuatam. Illud ad pœnã quæ ex delicto debetur [g]: quod cum omnes in solidum obliget [h], non mirum est unius pœna alterum nõ liberari: at hoc ad utilitatem & interesse actoris datur [i], quæ actio cum sit rei Persecutoria, meritò unius solutio omnes liberat [k], cùm bona fides non patiatur, Bis idem exigi [l].

a l.fin.de prætor.stipul.
b l.qui autem.12.h.tit.
c l.si quis.11.h.tit.
d l.qui autem nouo.12.
e l.1.& 3.ff.de alien.iud. mut.caus.fac.
f l.in exceptionib.14.de probat.C.gl.lat. Land. lib.1.art.38.
g Bal.in l.1.nu.3. C.de dilat.l.1.§.in §.sed istæ.nu. 43.& 94.Inst.de act. & in l.2.h.t. Fach.diff. 39.
h l.sancimus. 13.in fin.ubi Cast.nu.12.C. de iud.gl. fi.in c.1.de dol.& cont. in 6.
i l.2.h.t.
k d.l.2.l.8.uid.gl.& Dd. in c.4.de dol.& cont. lib.6.
l Bart.in l.1.num.2.de diuer.& temp.præscr.
m d.l.2.§.1.
n l.1.9.10.ex quibus caus. maio.gl.& Dd.præsertim Imol.in l.is qui reus. 5.de pub.iud.
o d.l.2.§.fin.
p l.si quis cum fideiussorẽ. 6.Land.lib.2.art.7.
q l.quæsitũ.60.de re iud.
r Bart.in l.1. de diuer.& temp.præscri. Cano.in c.querelam. de procur. c.cum dilecti.de dol.& cont.
s l.2.§.si quis iudicio.cum seq.l.6.h.t.
t c.1.ubi gl. ad uerb.aduocati.ex.ut lit.nõ cõtest. de quo l.4. C.de postul.
u c.prout.de dol.& cont. Ias.in d.l.§.si quis iudicio.nu.11.
x l.contumacia.35.de re iudic.
y l.quod dictũ.5.de pac.

Si quis cautionibus iudicio sistendi causa FACTIS, NON OBTEMPERAVERIT. TIT. XI.

1 *Quomodo & ad quid promissor, & fideiussores teneantur, si statum iudicio non sit.*
2 *Quis non uideatur sisti.*
3 *Quæ causæ excusationem iustam pariant.*

1 POrrò † si litigator ipse Cautionibus iudicio sistendi causa factis, consultò & de industria non obtemperet, neq; uadimonium obeat: cõmittitur stipulatio tam aduersus reum principalem, quàm eius fideiussores. Et quidem ubi certa quantitas uice eius, quod actoris interesse potest, stipulatione, ut plerunq; fit [a], comprehensa est: ad illam Certi condictione Ex stipulatu agetur: sin autem simpliciter promissum satisdatumq; sit, Incerti condictio in id quod interest competet: cuius quidem æstimatio refertur ad illud tempus, quo sisti promissor debuit, non ad id quo agitur, quamuis desierit actoris interesse [b]. Sisti † autem non uidetur, non modò is qui uadimonium omnino deserit, sed etiam qui non in eadem causa sistitur, ita ut actori persecutio deteriore sit loco futura [c]. unde qui nouo fori priuilegio utitur, non uidetur in eadem causa sisti [d]: quòd actoris conditio præscriptione fori reddatur in agendo durior [e]. Et hoc † quidem modo desertum uadimonium uindicatur, nisi fortè reus iustam probet causam, (debet enim probare [f] saltem iuramento [g], cum omnis absentia & emansio dolosa & contumax esse præsumatur [h]) quamobrem iudicio non stitit, aut actoris nihil omnino interfit. Nam si de negocio, propter quod satisdatio obita est, transactum sit: an ridiculum non foret, finito negocio, de uadimonio disputare [i]? Quid si nulla ex parte ius actoris sit factum deterius, puta quia ipse non uenit, quia iudex operam litigatoribus dare non potuit, quia causa eodem est in statu: certè æquitas suggerit, ut exceptione reus adiuuetur [k]. Quid si publici necessarijúe muneris causa sine dolo suo malo, impeditus, uerbi gratia, legatione [l], non stitit [m]? si à suo magistratu, aut carceribus inclusus [n], aut alioqui retentus [o]? si reipub. causa abfuit [p]? si prohibitus ualetudine [q], tempestate, ui fluminis [r], præsentiam sui facere nequiuit [s]? Quid si procuratoris aut constituti aduocati mora impedimentoúe dies iudicij deseratur [t], nec subitò alium idoneum litigator ad manum habere queat [u]? an horum factum nocebit litigatori, cui nihil imputari potest [x]? In eiusmodi igitur casibus excusationes iustæ admitti, pœnæque iudiciali ex æquitate eximi cùm ipse promissor [y], tum ne per aliorum latus lædatur [z], fideiussores eius debent.

d

Omnis absentia et emansio dolosa et contumax esse presumitur, quam iuramento probanda.

BIU Cujas

debent [a]. Nam si quis dicat impediti esse procuratorem mittere, & proinde nullam excusationem admittendam: is fateatur se momenta rerum & temporum haud quaquam satis ponderare [b]: cùm in rebus subitis nec præstò semper sit, cui causa delegari commodè possit: & ea plerarumq; litium sit natura, ut nisi longa maturaq; cognitione perspici, & exactè teneri à procuratoribus non queant. Nisi igitur aut præuideri potuit, aut diuturnum sit impedimentum, consentaneum est nihil esse, quare quis alienę fidei suam inuitus causam committere debeat [c]. Illud etiam admonendum, olim post 30. à deserto uadimonio diem, Prætorem missionem etiam in bonorum possessionem, quotiescunque hoc nomine peteretur, decreuisse [d], quasi reo latitante [e]. nec enim peremptoria edicta, pœnæq; his annexæ, ante litem contestatam obtinebant [f]. Quod moribus nostris contrà se habet. Iure namq; Sax. eiusmodi qui ex edicto non sistunt, iudici ad mulctam (quanquam nec hæc frequentatur) parti aduersæ ad interesse tenentur [g]: & peremptoria, pœnæq; his annexæ, nempe litis amissio, solùm ante litis contestationem uim habent: post non item: nam tum non comparens utilitate termini duntaxat mulctatur & caret.

a l.4.in prin.& §.fi.l.6.7.9.10.§.fin.h.t.
b uid.Dd.hic ad l.2.& in l.1.C. de dilat. Cano. in c.1. de dol. & cont. lib. 6. Bar. in l.1.de diuer.et temp.præscri. D.Reinhart.iuaicia.diff. 31.per art.49.lib.1.
c Dd.in d. l. quæsitũ. 60. de re iudic. ca. prout.de dol.et cont.Ias. in d. l.2. §.si quis in iudicio.n.11.
d l.2.Quib.ex caus.in pos. ea. Cice.pro Quint.Cuiac.Obser.lib.5.c.30.
e l.satisq. 19.de in ius uoc. uide Cuiac.Obs. l.b.10. cap.10.
f l.& tertium. de iudic.l. contra.de re iud. Cuiac. d.c.10.
g art.53.lib.1.

De ferijs, & dilationibus, & diuersis temporibvs. TIT. XII.

1 Continuatio.
2 Vnde dictæ sint feriæ, quid sint.
3 Diuisio earum.
4 Causa efficiens: & quis ferias indicere possit.
5 Materia circa quam.
6 Forma.
7 Finis.
8 Effectus.
9 Quid sit dilatio, quæ eius propria.
10 Species.
11 Causa efficiens, & quibus detur dilatio.
12 Materia circa quam.
13 Forma dandæ dilationis.
14 Finis & effectus.

SEd etsi † feriæ inciderint, aut dilationes legitimæ fuerint concessæ: in ea causa promissor est, ut aduersus eum stipulatio non committatur. de utrisq; igitur est uidendũ. Feriæ, † à feriendis hostijs dictæ perhibentur, quòd his diebus litari solet: unde & ipsæ Hostiæ feriæ dicuntur [a]. Feriæ sunt dies feriati, quibus ius non dicitur, nec sui potestatem magistratus facit [b]: qui olim & Iusticium (quòd ius tum staret, nec progrederetur [c]) & Nefasti dies dicebantur. Ouid. in Fast.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba
(scilicet Prætoriæ iurisdictionis, quæ uniuersa his expeditur: Do, Dico, Addico) *silentur:*
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

1
2

a Gell.noct.Attic.lib.4. cap.6.
b l.pridie.5.h.tt.
c Gell.lib.20.c.1.
d Macrob.Satur.lib.1. c. 16.
e præall.loc.
f uid.Spec.de fer. §.1.nu. 4.& 5.

Feriæ † sunt aut Publicæ totius Populi, aut Priuatæ alicuius Collegij uel Familiæ [d]. Sed hîc de Publicis tantum agitur, quarum species quatuor ponit Macrobius [e]: uidelicet Statiuas, Conceptiuas, Imperatiuas, & Nundinas. Dd. nostri [f] communiter tres: scilicet Solennes, Indictas & Repentinas. Solennes sunt, quæ ob cultum Diuinum solenniter celebrandum constituuntur [g]. Indictæ, quæ colligendorum terræ fructuum causa indicuntur [h]. Repentinæ, quas Princeps repub. benè aut infeliciter gesta, iusticio indicto extra ordinem repentinò denunciat [i]. Rectius I.C. [k] in Solennes seu Ordinarias tribuũt, & in Repẽtinas seu Extraordinarias. Illæ rursum aut Sacræ sunt, diuini cultus causa institutæ [l]: aut Honorariæ, in honorem Principis [m]: aut Necessariæ, quas ipsa necessitas feruoribus æstiuis mitigandis, & autumnis [n], hoc est autumnalibus fructibus colligendis inuenit & concesit. Repentinarum certæ non sunt species, sed ex causis uarijs uariè & arbitratu indicentis distinguuntur [o]: puta ob rem publicè bene maléue gestam, aduentum, inaugurationem, nuptias Principis, hostilitatem, seditionem, luem publicam [p], &c.

3

g l.2,6.7.8.9.10.l.fin.C. eo.t.tt.ex.eo.
h l.1.& 2.h.t.l.2.l.omnes. C.eod.
i l.1.& 4.C.eo.l.sed etsi. 24.§.si feriæ.ex quibus caus.ma.
k d.§.si feriæ.l.3. C.de dila.
l l.2.3.6.7.8.ult.C.eod.
m l.7.C.eod.
n l.3.d.l.7.C.eod.l.4.h.t.
o d.l.sed etsi.24.§.si feriæ.ex quib. caus.maio.
p l.1.l.4.C.eo. uide Spec. eod.d.§.si feriæ.

Constituebantur † autem olim feriæ à Pontificibus [q] & Magistratibus maioribus: puta Dictatore, Cos. Prætore, Præside [r], &c. hodie, ut uolunt [s], tantum à Principe [t]: quanquam ea constitutio [u], administratoribus indictionem feriarum adimens, non de magistratibus maioribus, sed de iudicibus duntaxat pedaneis & municipalibus loqui uideatur. Illud sanè est in confesso, quemlibet iudicem ferias à Principe uel lege iam indictas & definitas, posse pro ratione & maturitate fructuum moderari, & aut citius, aut tardius, prout usus fert, indicere [x]. Etiam hodie magistratibus oppidanis ut decreti statutique, sic feriarum constituendarum, non quidem generalium, de quibus d. l. 4 agit, sed quæ in suo territorio ualeant, & (ut ita dicam) localium, esse potestatem. Quamobrem solus Princeps ut leges, sic ferias statuit generales. Inferiores, ut leges & statuta, sic ferias non prohibentur in sua diœcesi condere locales.

4

q Macrob.præall.loc.
r d.l.sed etsi.26.l.si in aliquam.de off.proc.l.5.et 9.C.eo.l.præsides.h.tit.
s gl.& Dd.in d.l.4.d.l. præsides.ubi Bar.et Ias.
t arg.l.4.C.eo.
u d.l.4.
x glos.& Dd.in d.l.4.C. eo.& l.præsides. hoc t. Spec.de fer.§.1.nu.4.

Materia † circa quam feriæ uersantur, sunt omnes actus, tam publici quàm priuati [y]: scilicet contentiosæ iurisdictionis: nam quæ sunt uoluntariæ, etiã in ferijs rectè expediuntur [z]: ut & opera misericordiæ, quomodo loquitur Spec. [a] item quæ expediri, nec differri reipub. interest: ut uestigatio latronũ [b], custodia ac disciplina militaris, uigiliæ [c], & quæ ad ipsarum feriarum tuitionem [d], aut annonam publicam [e] qua carere nullo die possumus, pertinent. In his enim & similibus, feriarum non habetur ratio.

5

y l.actus.8.C.eod.
z d.l.actus.
a de fer.§.sequitur.nu.1.
b l pen.C.eod.
c l pen.h.tt.
d l.3.h.tit.

Forma, † & tempora colendarum feriarum, lege præscripta sunt [f]: potest tamen (ut dixi) pro ratione fructuum, aut serius aut citius iudex ferias indicere [g]: qua in re rationem loci illius in quo agitur, item domicilij actoris aut rei uocati, aliarumq; circumstantiarum habere debet [h]. Porrò statuta messibus & uindemijs tempora in l.2. C. eod. nec cum l.4. h.tit. quæ uult ea esse arbitraria, neq; etiam opportunitatibus & anniuersariæ maturitati horum quidem locorum & istius Septentrionalis cœli congruunt: ac subdititia putatur ea constitutio l.2. non à Romanis impp. sed Gotthicis, regibus Tholosanis & Hispanis (quorum cœlo & caloribus magis conuenit) diu post occasum imperij Rom. inuenta. Certè à nostris interpretibus nec agnita est, neq; commentarijs atq; glosis explicata.

6

e l.5.C.eod.c.3.eod.
f l.2.l.omnes.7.l.fi.C.eo.
g Ias.in d.l.4.h.tit. Spec. de fer.§.1.num.4.

h arg.l.3.§.fin.de testib.uid.dist.Spec.§.1.num.5.de fer.

Finis

7 Finis † ſolennium feriarum eſt, ut multitudo à curis prophanis feriata, cultui diuino det operam [a]: iuxta præceptum Decalogi, Memento ut diem ſabbati ſanctifices. quod etſi non ad ſpeciem ceremoniæ certæ diei ex lege Moſaica, tamen in genere, ad cultum Deo certo tempore præſtandum, omnes ex lege naturæ obligat. Finis neceſſariarum feriarum eſt, ut agricolæ litibus uacui, colligendis tempeſtiuè fructibus uacare poſsint [b]: quanquam non modò agricolis, ſed omnibus in genere feriæ proſint [c]. Vt enim diſpoſitiones legum ſunt generales [d], ita & beneficia legib. propoſita, generatim omnib. commodant, & ad omnes pertinent. Repentinarum feriarum finis eſt, ut Publicum gaudium luctúſue, publico iuſticio celebretur.

8 Effectus, † quòd in ferijs nec à iudice [e], neque ab arbitro [f] ius dici [g], aut citatio fieri, aut ſolutio debitorum publicorum, exigi poteſt [h]. Quare parte alterutra emanente, actus à iudice tempore feriarum factus, eſt ipſo iure nullus [i]. Dico, Emanente: nam uolentibus, aut ſponte comparentibus rectè ius dici tur [k]. quod uerum eſt in ferijs indictis litigatorum cauſa, puta meſsium, uindemiarum, &c. ſecus in ſolennibus [l], aut repentinis [m]. Nam his à priuatis renunciari nequit, quia priuatorum cauſa non conſtituuntur [n]. Sunt tamen, ut ſuprà dictum eſt, de quibus etiam die feriato magiſtratus adiri, & ius dici poteſt: ut quæ moram non patiuntur, aut quæ expediri ſtatim, uel pium eſt, uel publicè utile: cuius rei exempla complura hoc in titulo proponuntur [o]. Et tantum de ferijs: quas utinam ſuperiora tempora nõ tam intoleranter cumulaſſent contra præceptum diuinum: Sex diebus operaberis: ſeptimum quemq; pro ſabbato ſacroq; habebis. Quæ lex non Moſaica, neq; temporalis, cum ante legem in Sina latam uiguerit [p]: ſed Diuina, naturalis, perpetua uidetur eſſe [q]. Vbi rerum cõditor ſeptimũ diem non quidẽ ocio deſidiæ, ſed uacationi rerum diuinarum ſanctificans: eádem opera reliquos ſex hebdomatim dies laboribus, & communi huius uitæ ſeruituti mancipauit.

9 Ac † quia nec aduerſus eos quamuis abſentes, qui dilationẽ impetrarunt, ſtipulatio Iudicio ſiſti committitur: ideo de hac quoq; re, utpote altera huius tit. parte, nõnihil eſt ſubijciendum. Differre litem, eſt actum iudicij, certo die expediendum, in alium diem ulteriorem reijcere [r]. Dilatio propriè noſtris dicitur aſsignatio certæ diei ſeu termini, quo cauſam tractari oportet, cum iuſto temporis interuallo facta. Propria dilationis ſunt, eſſe Continuam [s], Peremptoriam [t], Arbitrariam [u], Vtriq; parti cõmunem [x].

10 Dilationum † ſpecies uarias Dd. comminiſcuntur [y]: in quas inquirere, non eſt operæprecium. Sanè non inconcinnè aliæ dicuntur eſſe dilationes Peremptoriæ, aliæ Citatoriæ ſeu dilatoriæ, quæ peremptorijs opponuntur [z]: aliæ Iudiciales, aliæ Extraiudiciales: aliæ Legales, aliæ Cõuentionales. Quod † ad cauſam efficientem attinet, dilationes dantur aut à lege [a], aut à iudice [b], aut conſuetudine ſeu ſtatuto [c], aut partium conuentione [d]. Cauſa προσαναβολικὴ, eſt petitio partis [e]: quanquam interdum etiam proprio motu atq; arbitrio, terminum iudex præſtituat aut proroget [f]: item multiplex æquitas dandæ dilationis, quæ ex uarijs cauſarum circumſtãtijs oriri poteſt [g]. nam ex bono & æquo dilationes dantur [h], tam actori quàm reo [i]: quanquam reo, qui ſe præparare nõ potuit, plenius conſulatur [k], longioresq; ac crebriores termini concedantur [l].

12 Materia † circa quam, ſunt omnes cauſæ, tam ciuiles quàm criminales [m], etiamſi crimẽ ſit notoriũ [n]. In pecuniarijs cauſis, una tantum dilatio in ſingulos actus datur: in criminalibus, duæ actori, tres reo dantur [o]. Nam & olim accuſatori ad agendum duæ, reo tres clepſydrę ad defenſionem infundebantur. Sed & in ciuilibus quandoq; ex magna cauſa noua dilatio datur [p]: puta ob legitimum impedimentũ [q]: quod de tempore litis iam conteſtatæ accipe: nam ante eam, reo triplex terminus ex lege eſt cõceſſus [r]. Illud in genere tenendum, materiam dilationum eſſe amputandam [s], præſertim in cauſis ſummarijs [t]: quia curſim lites expediri, publicè intereſt [u].

13 Forma † dandæ dilationis eſt, ut detur parte citata [x], & cum quadam ſummaria cauſæ cognitione [y]: utq; ſpacium à lege conceſſum, iudex ſequatur aut extendat, non etiam facilè minuat [z]. In termini etiã aſsignatione, exprimere & ſignificare partibus iudex debet, quid in termino agi oporteat [a]: de qua forma conſulendus eſt Speculator [b].

14 Cauſa † finalis eſt, ut litigatores idoneum habeant ſpacium, quo ſe ad iudiciũ præparare & inſtruere poſsint [c]. Effectus eſt, quòd dilatio excuſet à pœna & mora, & ea pendente, nihil ſit agendum aut innouandum [d]: ubi autem dies ſeu terminus eius uenit, quod habeat uim ſententiæ interlocutoriæ [e], & perimat actum qui in aſsignato dilationis termino fieri debuit: adeò ut pars poſtmodum comparens, ſuper eâdem re amplius niſi ex magna cauſa, non audiatur [f].

a l. omnes. 7. l. fin. C. eod.
b l. 1. 2. h. tit. l. 3. C. eod.
c Spec. de fer. §. 1. nu. 8.
d l. 3. C. de legib.
e l. 1. h. t.
f l. omnes. 6. in fin. C. eo. d. l. 1.
g
h l. omnes. 7. in fin. C. eod.
i d. l. 1. in fi. l. ſi feriatis. 6. h. t. Iaſ. in l. 4. nu. 3. h. tt.
k d. l. 1. in fin. Spec. de fer. §. fin.
l c. fin. ex. eo.
m Bal. in l. 1. in fin. C. eod.
n Spec. de fer. §. fin. gl. Salic. & alij. in l. omnes. 7. C. eod.
o l. 1. & 2. h. t. l. 5. 9. 10. C. eod.
p Exod. 16. & 25.
q Exo. 20. 11. ex lege creationis ducta. Gen. 2. 3.
r l. ſi cum dies. 27. l. diem, 33. de recep. arb.
s l. more. 8. h. t. l. 3. C. eod. Bald. in l. 1. C. eod. gl. in Rub. de diuerſ. et temp. præſ.
t l. fin. ubi Bar. & Dd. h. t. Maran. de dila. nu. 2. Schurff. conſ. 29. cent. 1.
u Maran. de dilat. nu. 11.
x Spec. de dilat. §. in ſumma. tex. in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. uid. Lanfranc. in c. quoniam. uerb. dilationes. de probat.
y uid. Specul. de dilat. §. 1. Hoſt. eod. tt. Bart. in l. 2. de re iud. Panorm. in c. cum ſit. de appel.
z l. ad peremptorium. 68. cum ſeq. de iud.
a l. 1. & 4. de re iudi. l. 4. C. de uſur. rei iud. t. t. ff. & C. de tem. appell.
b c. cum ſit Romana. ubi not. de appel. Spec. de dila. § ſequitur. in fin.
c Barto. in l. ſi arrogator. de adop. Tiraq. de retr. lig. §. 1. gl. 10.
d c. paſtoralis. 27. §. cũ autem. de off. del. l. de die. 8. qui ſatisd. cog.
e c. cum cauſam. de app.
f Spec. de dila. §. 2. nu. 6.
g uide Spec. h. t. §. 1.
h Spec. præall. loc. nu. 26. 27.
i Spec. eo. §. uidendum. in

De ædendo. Tit. XIII.

1 Continuatio.
2 Vnde dictus ſit libellus, & quid ſit.
3 Partes libellorum, & ſpecies.
4 Proprietates.
5 Cauſa efficiens: & cui libellus ſit offerendus.
6 Materia: & in quibus libellus offerendus ſit, uel non ſit.
7 Forma libellandi.
8 Finis & effectus.
9 Ædere quid ſit.
10 Quotuplex æditio.

prin. k l. fin. hoc tt. l gl. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ſi ſer. uend. Iaſ. in d. l. fi. m l. fin. hoc tt. n uid. gl. in l. ictus. C. de his qui not. infa. l. cum reis. 8. l. fin. C. de pœn. Bal. & Salic. in l. ea quidem. 7. C. de accuſ. Imol. in l. is qui. de pub. iud. Par. de Put. in tract. Syn. uerb. defenſionem. o l. fi. h. tt. p Spec. eo. §. nunc uidendum. nu. 3. q l. oratione. h. t. l. paſtoralis. de off. del. Iaſ. & Dd. in d. l. fin. Maran. de dilat. nu. 6. 7. 8. 9. cum ſeq. r l. ad peremptorium. cum ſeq. de iud. uid. in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. s l. 2. C. de tem. app. t Clem. ſæpe. de uerb. ſig. u l. properandum. C. de iud. l. quidam. ſi certet. Clem. diſpendioſam. de iud. x Spec. de dilat. §. 2. nu. 1. y l. à procedente. C. eo. Spec. §. ult. nu. 20. Hoſt. de dilat. nu. 7. z uid. Dd. in l. 1. C. eo. in c. 1. ex. eo. Panor. in c. cum ſit Romana. de appell. l. 4. §. antep. de re iud. l. fi. C. eo. Maran. de dilat. nu. 15. Spec. §. ult. nu. 13. a Spec. de dilat. §. ult. in fi. b d. §. fi. nu. 2. c l. 1. in uerb. ſpacium inſtructionis. C. eo. c. fi. in uerb. temporis ſpacium ut potuerit deliberare. ex. eo. d l. 3. C. eo. c. 2. c. præterea. ex. eo. Pan. in c. ſignificante. ex. eod. Socin. in fall. reg. 93. e l. qualem. 27. de rec. arb. f Spec. §. 2. nu. 4. 8. & 9. Schurff. conſ. 28. cent. 1.

BIU Cujas

11 Causa efficiens.
12 Materia: & quæ sint ædenda, uel non.
13 De forma faciendæ æditionis.
14 Finis & effectus æditionis.

VOcato † ad iudicium reo, & sui copiam faciente, proximum est, ut actor actionem suam libello 1
comprehensam offerat [a] atq; ædat [b]: ut deliberare reus possit, cedere (quod de cessione iuris solenni Contius interpretatur) an contendere ultrà debeat: & si contendendum putet, ueniat instructus, cognita actione qua conueniatur [c]. Rectè igitur atq; ordine sequitur, ut de ædendo dispiciamus. Quia uerò potissimùm, & primo loco libellus in iudicio æditur [d]: non alienum erit, quædam de materia libellorum præmittere.

Libellus, † diminutiuũ à libro est, unde charta olim conficiebatur: ac in genere, omnem scripturam 2
significat [e]: figuratè, materia pro re quæ ea continetur, sumpta. Propriè autem, hoc in argumento Libellus pro scriptura quæ actionẽ continet, accipitur [f]: de cuius definitione, plura apud Dd. uidere licet [g].
Eius † partes numerantur tres. 1. maior propositio, quæ iustam ex iure petitionis causam ostendit. 2. nar 3
ratio, seu minor, qua infertur in proposita specie facti, eam iustam petitionis causam subesse. 3. petitio seu cõclusio, quæ utramq; propositionem coniungit, & minorem maiori includit [h]. Est igitur libellus, quidã quasi syllogismus practicus & iudicialis. Speculator [i] paulò aliter eas partes recitat. ponit enim primo loco libelli Causam, quæ maior est: secundo Obligationem, quæ minor est: tertio Actionẽ, quæ in superiore partitione est conclusio: ipsa enim petitio dicitur actio [k]: in petitione autem consistit conclusio, non in uerbis narratiuis [l]. Et hæc potissima pars libelli est, quæ præcipuè attenditur [m] in Ciuilibus: non etiam in Criminalibus, quibus conclusione non est opus [n]. Species libellorum usitatè duę ponuntur: alter Conuentionalis siue Ciuilis à conueniendo [o], alter Criminalis [p]. Propria † libelli sunt, esse 4
rotundũ, dilucidũ, concludentem, non obscurum, non incertũ neq; generalem aut alternatiuum [q], &c.

Causa † efficiens est lex, quæ libellũ offerri disponit [r]: offerri autem iubet principaliter Iudici [s] com- 5
petenti [t]: quia huius officium super petitione imploratur [u], deinde etiam parti aduersæ [x]. Quod † ad 6
materiam attinet, in omnibus causis offerendus est libellus, de quibus constituitur iudicium, & inter duos lis est [y]: tam ciuilibus quàm criminalibus [z], tam petitorijs [a] quàm possessorijs [b]: non tamen semper in causis summarijs [c], puta executionibus [d]: in his enim qualiscunq; petitio, etiá sine scriptura sufficit: quemadmodum & cum per modum inquisitionis proceditur [e], aut iudicis officium extra ordinem imploratur [f]. An autem in appellationibus [g] & exceptionibus [h] libellus requiratur, non est huius nunc instituti disputare. Forma † libelli etsi maximè iuxta stylum & consuetudinem cuiusq; curiæ est conci- 7
pienda [i], tamen ubi nulla specialis extat consuetudo, scripto complectenda est [k]: ea ratione, ut hæc quinq; subsequentibus uersiculis comprehensa contineat:

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo;
Rectè compositus quisq; libellus habet [l].

Præcipua autem libelli forma, in conclusione consistit [m]: quæ cuiusmodi esse, & quomodo formari debeat, alibi pluribus exponit Iason [n]: qui de clausulis quoque libellorum, uariè & copiosè multis in locis disputat [o]. Atque hodie tanta habetur conclusionis ratio, ut sufficiat ex eius forma certum actionis genus intelligi, etiamsi nullum eius nomen exprimatur [p]: quod olim contrà fuisse uidetur, saltem iure Cod. [q] nam Digestorum iure non fuisse necesse, actionem libello designari, alibi tenet Accursius [r]. Finis † libelli est, ut agentis desideriũ proponat [s], iudicem & aduersarium de specie futuræ litis instruat [t], 8
& sit fundamentum iudicij. Nam & probationum articuli, ad libelli formam accõmodandi sunt [u], & sententia secundũ eundem ferenda [x]. Quare ut rectè ordinetur, ac super certa re aliqua fundetur iudiciũ, necesse est ab actore etiam non monito [y], ultrò libellũ offerri [z]: eiusq; omissio uitiat processum [a]. Vnde meritò libellus substantialibus iudiciorum annumeratur [b]. nam libello existente nullo, processus reddi tur nullus [c]. Quare & iudex ineptũ respectu iuris, nõ facti [d], aut contra stylũ curiæ formatũ [e] ex officio, ne sententia reddatur retrò nulla [f], reijcere potest. Si tamen intentio sit apta, sustineri libellus debet, etiamsi petitio sit inepta [g]: nam in dubio & quoad fieri potest, sustinendus est [h], ut includat intentionem libellantis [i], adeò ut ex narratis sufficiat resultare ius agendi implicitè, ut nostri loquuntur, & id postea in probationibus explicitè declarari [k]: & qualitercunq; possit commodè interpretari, procedat [l]: & super parte eius apta totus fundandus sit processus, etiamsi in reliquis sit ineptus [m]. Ad effectum libelli illud quoq; pertinet, quòd eo complexa uideatur actor confiteri [n]. Vtrum autem libellus emendari aut mutari possit, etsi uariè disputatur [o]: tamen cõmunis conclusio est, emendari & declarari ad sententiã usque

a Auth. offeratur. C. de lit. contest.
b l. 1. b. t. l. 3. C. eod.
c l. 1. b. t. in princ.
d Auth. offeratur. Cod. de lit. contest. l. 1. b. t.
e l. 1. in prin. de tab. exb. l. si publicanus. 4. de public. l. minorum. 6. C. de præd. min. l. apertissimi. 14. C. de iudic. tot. tit. C. quan. lib. prin. & ff. de lib. dimiss.
f l. libellorum. 5. de accus. Auth. offeratur. Codic. de lit. contest. ca. fin. ex. lib. oblat.
g Specul. de lib. conc. §. 1. Host. in Rub. eo. num. 1. Dd. in c. fin. de lib. obla. Soc. cod. tit. in Rub. uide gl. in c. 1. uerb. libelli. de lib. obla. Odofr. in summa. tit. quid sit libell.
h uid. Ias. Zas. & alios, in prin. Inst. de act. Bar. in l. si prius. in prin. de opnou. nunc.
i de lib. conc. §. quid libellus. num. 3.
k §. 1. Inst. de actio. l. act. 27. ff. de act.
l Bald. in l. fin. circa fi. C. de fideicom. liber.
m Bart. in l. Aurelio. §. Sticho. de lib. leg. Ias. in §. omnium. nu. 129. 131. 132. Inst. de actio.
n Barto. in l. quid ergo. §. pœna. de his qui not. infa. Ias. in d. §. omnium. nu. 137. uid. ibi. de accusat.
o c. fin. ex. de lib. obla. gl. in c. 1. eod. tit.
p l. libellorum. 5. de accus. de quo uide Spec. de lib. obla. §. species. gl. in d. c. 1. Lanfr. in ca. quoniam. ad uerb. petitiones. de proba.
q uide Spec. de lib. conc. §. ult. Ferr. in for. lib. contra opp. lib.

r Auth. offeratur. C. de lib. oblat. s c. 1. de lib. obla. Spec. §. restat. in prin. eod. tit. t Spec. eod. tit. §. nunc uideamus. in fin. u l. 4. C. depos. x d. Auth. offeratur. l. 1. in prin. b. t. y Spec. de lib. conc. §. nunc dicendum. per c. licet. de simon. z d. l. libellorum. de accusa. a l. si in rem. 6. de rei uend. b Spec. præall. loc. nu. 2. §. fi. Inst. de interd. c Clem. sæpe. uerb. libellum non exigat. ubi gl. de uerb. sig. d Spec. præall. loc. nu. 17. e l. 4. ubi gl. ad uerb. continua. C. de apost. c. cũ olim. de test. lib. uid. Can. in c. qualiter. 24. de accus. f Spec. præall. loc. nu. 7. g uid. Spec. de lib. ob. §. nunc dicendum. nu. 37. 38. h Spec. de excep. §. uiso. uer. sed nunquid. i Spec. eo. t. §. nunc dicendũ. n. 3. & in §. fi. in prin. per l. 3. l. fi. de test. c. consuetudinis. 11. dist. Bal. post gl. in l. de quibus. ad uerb. inueterata. de leg. k l. 1. uerb. describatur. b. t. & d. Auth. offeratur. l uid. Host. de lib. ob.
m Bal. in l. 2. nu. 2. uers. præterea. C. de proba. n Ias. in §. huic autem. nu. 13. Inst. de act. o in §. omnium. Inst. de actio. & §. sic itaq;. eo. t. in l. Diuus. de re iud. in l. petens. 27. nu. 5. C. de pac. uid. Cano. in c. 2. de off. ord. p c. dilecti. ubi Dd. de iud. Panor. in c. examinata. nu. 1. 2. 3. eo. tit. q l. 3. C. de æden. l. ult. C. de interdic. r gl. in l. 1. §. 1. uerb. ædere. ff. de æden. per illum tex. & l. quoties. C. de dignit. lib. 12. s l. 1. de postul. t l. 3. C. eo. l. 1. b. t. u l. licet. 9. §. ibidem. de probat. c. significauerunt. de test. lib. Host. in Rub. de probat. nu. 5. x l. fi. C. de fideic. liber. l. ut fundum. com. diui. y Spec. de lib. obl. §. utrum. nu. 4. z Auth. offeratur. C. de lit. cont. a Spec. præall. loc. §. nunc dicendum. nu. 14. per not. in c. 1. de lib. oblat. & in l. prolatam. C. de sent. & interl. omn. iud. b Spec. in d. l. utrum. c c. examinata. ubi Fel. nu. 14. de iud. gl. ad uerb. secundum. Inst. de obl. c. 1. ubi Canon. ex. de lib. obla.
d Panor. in c. examinata. nu. 21. de iud. e Fel. in c. 2. nu. 5. de lib. ob. Guid. Pap. in proœ. decis. uide etiam Tiraq. in tract. de pœn. in prin. nu. 7. f Fel. in d. c. examinata. nu. 14. g Fel. præall. lo. nu. 11. h l. si quis. 66. de iud. i Anch. cons. 148. ad prædicta. nu. 6. per Inno. in c. fi. de lib. obl. Pan. in d. c. examinata. nu. 18. Ro. cons. 245. k Anch. d. cons. 148. nu. 6. l Bal. in l. Polla. nu. 7. C. de his quib. ut ind. per Inn. in d. c. examinata. m Bal. in c. 1. nu. 4. de mil. uas. n Panor. d. c. examinata. nu. 3. & 4. o in l. 3. C. de æden. §. si minus. Inst. de actio. Spec. de conc. lib. §. nunc ostendamus.

BIU Cujas

usque [a], mutari uerò, & substantiam eius corrigi, duntaxat ad litem usq; contestatá [b] posse: de quo, quæ nostra sit existimatio, alibi docuimus [c]: & alio fortasse loco planius exponemus.

9 His ita † præmissis, de Ædendo uideamus: quæ propria est huius tituli tractatio. Ædere, significat aliquid in publicum proferre, enunciare uel profiteri [d]. In hac porrò materia, Ædere propriè ast copiá describendi aduersario facere, seu libello quid complecti, eumq; dare describendum aduersario, aut dictare [e]. Ædere & eum Labeo ait, qui producto ad album (quo publicè Prætoria edicta, & actiones quas daturus esset magistratus, olim proponebantur [f]) aduersario declarat, quam actionis speciem de proposito Prætoris Albo atque Edicto uelit intentare [g]. Certiorem enim hoc etiam modo facit reum
10 de futura litis specie [h]. Æditio † alia est Iudicialis, alia Extraiudicialis [i]. Item alia Libelli, alia Instrumen-
11 torum, alia Rationũ, alia Actorum [k]. Causa † efficiens Remota, est Edictum hoc Prætoris [l], quo necessitas æditionum imposita & introducta est: Propinqua, iussum iudicis, qui æditionem fieri oportere decernit [m]: aut ex officio Mercenario, quando in iudicio propter actionem ęditio postulatur [n]: aut officio Nobili, quando extra iudicium, uel sine circumstantia actionis, ea est petita [o]. Causa προσαναπλήρωσις, est Petitio partis, sine qua iudex æditionem non decernit [p]. Ea uerò fit aut Principaliter & Per se, implorato scilicet iudicis officio nobili [q], uel proposita in Factum actione [r], siquidem ordinaria desit, quæ interdũ ad æditionem impetrandam competere potest [s]: aut Incidenter [t], ut cum proposita actione per modũ exceptionis dilatoriæ petitur æditio fieri: de quo genere hîc præcipuè disputatur. Hæc autem petitio, æquitate & iusta aliqua causa niti debet [u]: puta quòd petentis interfit, æditionem fieri [x]. quæ ratio maximè ualet in publicis instrumentis ædendis [y], non æquè in priuatis [z]: quòd aliàs speciem futuræ litis displicere, nec se præparare posit [a]: quòd æquum sit, instrumentum quasi suum, aut saltem commune
12 ædi [b], &c. Materia, † sunt omnia iura, quibus actor in iudicio usurus est [c], Libellus, Instrumenta, Rationes, Iudicia, Articuli [d], &c. Amplius uolunt Dd. [e], omnia instrumenta quæ ad causam pertinent, etiamsi actor ijs non utatur, petenti reo ædi oportere [f]: à reo uerò actori non item [g], nisi ad replicationem eius fundandam [h]: quod in rationibus, de quibus leges huc pertinentes loquuntur, uerum esse potest [i]: cùm quia nisi rationes ædantur, non rectè dati & accepti integra causa constare potest [k]: tum quòd rationes utrique parti quodammodo uideantur esse communes [l]: ut suum quasi instrumentum petenti sit ædendum [m]. In reliquis durum est, à regula recedi [n], & reum cogi, ut ipse aduersarium suis documentis instruat [o]: maximè Cum replicatio instar actionis sit [p], & Actore nõ probante reus sit absoluendus [q]: & alioqui Nemo, qui non est in officio publico, instrumenta & rationes suas, ut paulo pòst dicemus, exhibere cogatur [r]: cesset etiam hîc æquitas & causa, quare æditio sit introducta. Neo enim ut ad lites minuendas, aut certè rectè constituendas pertinet & æquum est, ædi reo (qui se præparare ignarus quando conueniretur non potuit) actionem & documenta actoris: quo deliberare posit, utrum contendendum putet annon, & si putet, se comparare posit [s]: sic eadem contrà ratio est, ut reus ædat actori ad fundandam replicationem. Quin id ad excitandos in iurgia animos, augendasq; potius lites, quàm ad sopiendas pertinet: & æquum est, ut actor se ipsus initiò ad iudicium comparet (cum in sua potestate habeat, quando agere uelit: & non nisi probè re meditata, in litem ingredi compellatur [t]) non uerò à reo sui iuris instructionem expectet [u]. Quam ob rem æquius est, ad id reum non compelli: nisi fortè in causis fauorabilibus, puta Fisci, Dotis, Alimentorũ, Matrimonij [x], &c. Sanè quidem exceptiones, & reliqua quibus reus in iudicio utitur, actori ædenda sunt, cum sint pars actorum. Acta autem omnibus quorum interest, nedum litigantibus sunt ædenda [y]. Sed & instrumentorum Communium æditio rectè petitur [z]: & eâdem ratione, rationum ab Argentario uel Nummulario, qui nostro nomine aut rogatu eas confecit [a]. Meum enim quodammodo instrumentum est, quod meo rogatu & de re mea à persona publica est confectum [b]. In eadem causa hodie Notarij sunt: ut petentibus ijs, quorũ nomine contractus conscripserunt, Protocolla sua exhibere cogantur [c]. Item Gabellatores quos uocant, & Rationales: deniq; omnes qui ex officio publico libros rationum conficiunt [d]. Quare & illud consentaneum est, sicuti acta [e], ita quælibet registra, libros, instrumenta publica, aut in archiuo publico recondita, ijs, quorum interest, communicanda esse [f]. Priuati uerò rationes suas denudare non coguntur [g]: nisi ex æquitate mercatores illi, qui uarias negociationes exercent, & ipsi rationibus quasi publicis utuntur [h]. Æquũ enim est, Vt quibus rationibus pro se cùm usus est utũtur [i], eas cõtra se quoq; ualere patiãtur [k].
13 Quod † ad formam attinet, olim qui ab argentario petebat rationes ædi, iusiurandum dare cogebatur, se non calumniæ, & uexandi argentarij causa petere [l]: sed hoc non multum hodie usurpatur. Certè in iudicijs non usquequaq; obtinet: cum aliàs in his de calumnia iuretur [m], & ex dispositione legis, talis æditio facienda sit: non autem præsumi debeat, calumniæ causa petere, qui petit id quod peti lege conceditur [n]. Id tamen quod interest quoties hac in materia probari debet (sicut probandum est [o], ut factum [p]) solet per iuramentum (cum de modico præiudicio agatur) declarari [q]. Æditio autem instrumento-

a l.4.§.fi.de nox.act.l.4. l.si quo.44.de pet.hær.
b Dd.in d.l.3.C.eod.Can. in c.inter.de fid.instru. Ias.in §.omnium.num. 157. Instit.de actio. uide Landr.libro 3. art. 14. Fach.diff.42.
c §.si minus.33. Inst.de actionibus.
d l.si sine. 22. §.si procurator.4.rem rat. hab.l. 1.de off.cons.l.si quis.6. §.si mutuum.de æd.
e l.1.l.6.§.ædi.h.t.
f uide in tit.de alb.scrib.
g d.l.1.in prin.
h d.l.3.C.eo.
i Imol.in c.1.de probat.
k uide gl.Alex.Ias.et Dd. in Rub.C.eod.
l l.1.l.6.§.prætor.h.t.l.3. C.eo.
m l.1. in uerb.ad officium iudicis.ubi gl.& Dd.C. de ædẽ. l.ubi.8.in uerb. decerneretur à prætore.h.t. Ias.in l.quædam. nu.4.h.tit.l.2.in uerb.is apud quem agitur iubebit.C.eo.
n uide gl.in l.1. & 2.l.nõ est nouum.5.C.eo.
o l.1.quem.test. aperian.l. ubi.8.ubi gl.ad uer.iudicis officium.h.t.
p Ias.in l.quædam. nu. 4. h.t.per l.si quis. 6.§.pertinere.h.t.
q Inno.in c.1.nu.3.de probat.fac.l.7.8.h.tt.
r Bart.in l.1.§.officio.nu. 3.de tut.& ra.dist.
s d.l.quædam.9.h.t.
t Bart.præall.loc.
u l.1.uerb. æquissimum.l. 4.in uerb. ratio æquiss. hoc tit.
x l.6.§.ex hoc edicto.h.t.
y l.2.ubi Ias.nu.2,3.C.eo.
z l.pen.ad exhib.
a l.3.C.eo.l.1.h.t.
b l.4.in princ.l.si quis.6. §.ex hoc edicto.h.t.l.6. C.eod.
c l.1.uers.ædenda.
d Paul.lib.5.Senten.16.l. unius.de quæst. Ias.post

d 3 mento-

alios in l.2.nu.3,4.5.6.cum seq.C.eo.Bar.l.ult.nu.8.de quæstio. e Ias.in l.fi.nu.2.dicens hanc esse cõem.C.eo. f l.3.h.t. g l.1.C.eo.t.t.de prob.l.nimis.C.de test. h l.fi.ubi cõiter Dd.C.eo. i l.fin.C.eo. k l.4.& l.6.§.rationem.h.t.l.4.& 5.C.eo. l l.6.§.pertinere.h.t.l.6.C.eo. m arg. d.l.4.& l.6.h.t. n l.1.C.eo.l.nimis.C.de testi.c.1.de prob. o d.l.nimis graue.C.de test.l.1.C.eo.c.1.de probat. p l.quæsitum.§.fi.de peric. q l. qui accusare.C.eo. r l.pen.ad exhib. s d.l.1.h.t. t l.4.l.ult.de excep.do.t.t.C.Vt nemo inuitus. u d.c.1.de prob. x l.3.C.eo.l.2.§.1.de iurisc.cle.1.§.cæterum.de usur.uide Alex.Ias.& alios.in d.l.fin.C.eo. y l.2.ubi Ias.nu.2.C.eo.l.fi.ubi Bar.Bal.C.de re iud.l.2.C.ut lit.pen. z l.quædam. 9.h.t.l.procurator.7.C.eo.Ias.in l.fi.nu.3.C.eo.Ro.cons.348. a l.4.6.h.t. b d.l.6.§.pertinere.d.l.4.in prin.in uerb.meum. c Bar.in l.argentarius.10.h.t. d text.in l.iustum.6.C.eo.Bar.in d.l.argentarius.10.& in l.ubi.8.§.fi.h.t. e l.2.C.eo. f Bal.in Rub.C.de fid.instrum.nu.5. Ias.nu.3. 4.cum seq.Purpura.Dec.& cõiter Dd.in l.2.C.eo. g l.2.C.quib.quar.pars.dic.10.l.pen.ad exhib.l.fi.C.de alim.pup. h Bar.in l.quædam.9.in prin. h.t.per gl.l.fi.C.de pact.conuen.Alex.Ang.in d.l.argentarius.h.t.Card.in Cle.1.§.1.opp.5.de usur.Fel.in c.1.de prob. i uid.Ias.& Dd.in l.admonẽdi.31. de iur.& in l.instrumenta.5.cum ll.seqq.C.de prob. k l.si quis.13.C.de testi.t.t.quod quisq iur.atq; ita & in his terminis uidentur accipiendæ l.iustum.6. & l.ult.C.eo. l l.6.§.exigitur.l.quædam.9.§.fi.h.t. m t.t.C.de iur.prop.calum. n l.nemo.114.l.nullus.56.de reg.iur. o l.ult.de prætor.stip. l.unic.C.de eo q.inter.l.2.in fi.de eo quod cert.loc. p l.asseueratio.10.C.de non nu.pecun. q l.thesaurus.15.ff.ad exhib.l.6.§.2.h.t.uid.Ang.in l.4.h.t.

BIU Cujas

mentorum fit in iudicio ſine die & conſule, quo inſtrumentũ conſcriptum eſt [a]. Nam dies inſtrumenti non ad cauſam æditionis, quę tantum fit ut ſciat aduerſarius, quibus inſtrumentis actor uti uelit, quod æquè ſcire poteſt, ſiue dies ædatur, ſiue ſecus: ſed ad fidem inſtrumenti, & probationem ſpectat. Vt autem probatio ante litem conteſtatam, ob timorem ſubornationis non publicatur, etiam cum producta eſt (ut produci ad æternam rei memoriam poteſt [b]:) ita nec dies inſtrumenti antea eſt proferendus: ne uidelicet quid fraudis, prolato uulgatoq;, ſeu ut alij legunt, Prælato die, contra inſtrumentum excogitetur [c]: quo deinceps in probatione facienda ubi producendum eſt, fide careat. Dies autem ſolutionis ædendus eſt, quia pars eſt inſtrumenti & contractus [d], ſicuti & dies rationum: quod aliter data & accepta intelligi nequeunt, niſi de tempore conſtet [e]. Acta quoq; cum die & anno ædi, receptum eſt [f]. Neq; tamen Originalia ædi neceſſe eſt, ſed ſufficit Exemplum, ſeu (ut nũc loquuntur) Copiã exhiberi [g]: niſi cum aut ad finem probationis æditio fit: tunc enim originalia produci debent, quia hæc ſola probant [h]: aut inſtrumentum falſum eſſe dicitur, aut alia cauſa iuſta ſubeſt [i]. Vtrum autem totum inſtrumentum uel liber ædendus ſit, an ſufficiat particulam & articulum de quo quæritur, ædi, quæſtionis eſt [k]. Equidem ratio tota quatenus ad petentem pertinet, ædenda eſt, & à capite, ut inquit I. C. [l] idemque puto in inſtrumentis ſeruari oportere, cum ſolummodo I. C. diem confecti inſtrumenti excipiat [m]: ut Exceptio regulam in caſibus non exceptis confirmare uideatur [n]. In libris autem & regiſtris, quorum uaria & diſcrepantia ſunt capita, ſuffecerit eum articulum ædi, qui ad cauſam pertinet, & quo quis uſurus eſt [o]: cùm idem ferè in rationibus uelit ſeruari Iuriſconſ. [p] Illud quoq; ſciendum eſt, æditionem fieri ſumptibus petentis [q]: & ſemel tantum faciendam eſſe, niſi iuſta eius iterandæ cauſa ſubſit [r].

Finis † æditionis quæ initio litis fit, eſt: Vt aduerſarius inſtrui poſſit, de futura litis ſpecie [s], ac inſpecto iure actoris, deliberare utrum contendendum putet an non: & ſi putet, ut ueniat inſtructus ad reſpondendum [t]. Rationum autem & inſtrumentorum actorumq; æditio, quæ poſt litem petitur conteſtatam, magis fit ad inſtruendam probationem [u], uel fundandã intentionem aut exceptionem [x], quàm ad ſpeciem litis declarandam. Quòd ſi porrò æditio nõ fiat, poteſt iudex reſistentem eò adigere ex officio, manu militari [y], captis pignoribus [z], &c. aut denegata in poſterum audientia [a]. quanquam & litigatori ad intereſſe detur actio, quanti ſcilicet eius interfuit, æditionem factam eſſe [b]. 14

De Pactis. Tit. XIIII.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Definitio nominis & rei, quatenus pactum à Contractu, Tranſactione & conuentione differat. unde dictum ſit pactum, & quid ſit, & quàm uariè ſumatur.*
3 *Natura pactorum, & proprietates.*
4 *Diuiſio & ſpecies pactorum.*
5 *Cauſa efficiens, qui cum quibus paciſci poſſint uel non poſſint.*
6 *Materia, quibus de rebus paciſci liceat uel non liceat.*
7 *Forma, de uarijs pactorum modis.*
8 *De fine pactorum.*
9 *De effectu: & cur pacta exceptionem tantũ, non etiam actionem producant: & quo iure, quibus caſibus actionem pariant.*
10 *De interpretatione pactorum: cui proſint uel noceant, & ad quas perſonas uel res, & quàm latè extendantur.*
11 *Affinia.*
12 *Contraria, & quomodo pacta tollantur.*

EDITA † actione, omniq; iure atq; inſtrumentis actoris reo communicatis, ſæpenumerò fit, ut priuſquã reſpõdeat reus, aut exceptionẽ Pacti Trãſactionisq; factæ, qua litis ingreſſus impediatur [a], obijciat, aut ſi nulla præſtò ſit, parandã mox illam ſibi exiſtimet: poſtquam ſcilicet cognito actoris iure, de euentu litis dubitare incipit [b], mauultque cum aduerſario quauis ratione paciſci, aut tranſigere, uel etiam in iure cedere [c], quàm litis exitum, qui dubius eſſe dicitur [d], cum ſuo detrimento diutius præſtolari. Quare rectè atq; ordine faciunt iuris compoſitores, ut poſt tractatum de Ædendo, prius de Pactis & Tranſactionib. diſputent, quàm ulterius in iudiciorũ expoſitionem progrediantur. 1

Pactum † differt à Contractu & Tranſactione, ſicut genus à ſpecie: utroq; enim latius patet. Nã Contractus illas tantummodo conuentiones comprehendit, in quibus obligatio ineſt mutua, ſeu ut loquitur I. C. σωάλλαγμα [e]. Tranſactio tantum ad ea conuenta pertinet, quibus res dubiæ terminantur, & finẽ accipiunt [f]. Pactum autem uelut genus, omnes cõtractus, tranſactiones, & ſi qua ſunt ſimilia promiſſa & conuenta, complectitur, ſiue σωάλλαγμα contineãt, ſiue non contineant: ſiue rem tranſigant, ſiue non tranſigant [g]. Ac uidetur idem eſſe Pactum, quod Conuentio [h]: quamuis Duarenus & alij quidam, Conuentionem latius patére quàm Pactum uelint: & hoc à Pactione rurſus ita diſtinguant, quaſi Pactum quiddam ſit ſpecialius, quàm Pactio: quod non ita eſt. Nam pactum à pactione eſt, ut inquit Vlpia. [i] hoc eſt, exiſtit ex pactione, ſicuti effectus ex cauſa, obligatio ex contractu [k]. Quare aliud alio latius patére, non eſt conſentaneum: præſertim cũ definitio quæ hic pactioni tribuitur, alibi pacto ſubijciatur [l]. Sed & conuentionem & pactum idem eſſe, multa oſtendunt. Nam Conuenire, idem dicitur quod Paciſci [m]: & multis paſsim locis [n] promiſcuè I. C. utuntur uocabulo Pactionis & Conuentionis. Ac Cicero [o] nihil diſtinguit conuentionem à pacto, ſed alterũ per alterum definit: Pactum, inquit, eſt quod inter aliquos conuenit. Et Vlpia. [p] Pactum, inquit, eſt duorum conſenſus in idem placitum, quem conſenſum mox [q] 2

appellat

a l.1.§.1.h.t.
b Auth. ſed etſi quis. C. de teſt.
c d.l.1. in prin. exempla ui de apud Conſtant. lib. 1. Epiſt. tit. 4. Cuiac. lib. 7. cap. 7. l. ſi à deb tore. 28. ad l. Cor. de falſ. l. 2. §. diem. quem. teſtamen. aper.
d d.l.1.§.9.
e l.1.§. rationes. l. 6. §. initium. h.tt.
f gl. in l. 1. uerb. die. hoc tt. Bal. & Dd. in l. 2. C. eo. Alex. in l. 1. §. 1. h.t.
g gl. Bartol. & Dd. in l. 2. h.tt. Alex. in l. exempla. 11. hoc tit.
h Auth. ſi quis in aliquo. C. eod.
i Bart. Bal. in l. procurator. 7. C. eo.
k uide Barto. Bal. in l. fin. C. de pre. imp. off. & in l. argentarius. 10. §. 1. h. tit. Iaſ. in Rub. de oper. nou. nunc. num. 8. Spec. de fid. inſt. §. 17. uerſic. ſed ſi omnia.
l l. argentarius. §. 1. hoc tit.
m l. 1. §. pen. h.t.
n uid. Dec. in l. 1. de regul. iur.
o d.l. 1. in uerb. quib. quis uſurus.
p l. argentarius. 10. §. 1. hoc tit.
q l. 4. §. fin. ubi Dd. & in l. argentarius. ubi Bal. hoc tit.
r l. 6. §. fin. num. 11. ſeq. h. tit.
s l. 1. hoc tit. l. 3. C. eod.
t d.l. 1.
u l. quædam. 9. §. nummularios. in uerb. quorum probatio. l. argentarius. 10. uerb. ad inſtruendũ. hoc tit.
x l. 5. 6. l. fin. C. eo.
y Barto. in l. ſtipulationes. 72. num. 37. de uerbor. oblig.
z l. 1. in uerb. ad officium. ubi gl. & Dd. C. eo.
a gloſſ. fin. in l. 1. §. fin. hoc tit. text. in l. ſed etſi. 26. §. ait prætor. 4. Ex quibus cauſ. ma. de alijs remedijs uide Innocent. in cap. perpetuus. 12. de fid. inſtru. Alciat. in l. ult. circa fin. C. eod. Bal. in l. 2. num. 2. C. de teſtamen. b l. 6. §. ex hoc edicto. l. 7. 8. 9. l. argentarius. 10. §. 2. hoc tit. a uide Caſt. Iaſ. & Dd. in l. 4. & 5. C. eod. l. nam poſtea. 9. ubi Bar. de iureiur. b l. ſed etſi. 25. §. ſi ante. 5. de pet. hær. l. nemo. 10. C. de long. temp. præſcr. c l. 1. in princ. hoc tit. quam de ceſſione iuris intelligit Contius diſputa. lib. 1. cap. 12. d l. quod debetur. 52. de peculio. gloſſ. fin. in l. Lucius. 78. ad S. C. Trebell. e l. Labeo. 19. de uerb. ſignific. Theoph. in §. fin. Inſt. de oblig. f l. tranſacta. 229. cum l. ſeq. de uerb. ſignif. g l. 1. §. 1. in uerb. quicquid contrahendi, tranſigendi cauſa, &c. hoc tit. b Cuiac. Obſ. lib. 2. cap. 15. Pau. lib. 1. tit. de pac. i in l. 1. in princ. k l. licet. §. ea. de procur. l l. 3. de pollicitat. m l. 2. hoc tit. n l. iuriſgentium. 7. §. ſed cum nulla. cum ſeqq. hoc tit. & in l. ſolent. 16. de præſcrip. uerb. o lib. 2. de inuentio. pro Cecin. & alibi. p in l. 1. hoc tit. q in d.l. 1. §. 1.

BIU Cujas

appellat conuentionem. Conuentionis, inquit, uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt qui inter se agunt. Ex quibus intelligi utcunq; potest, Conuentionis, Pactionis, Pacti nomina æquè generalia esse, & eandem obtinere significationē. Pactum & Pax, ab antiquo uerbo Pago est: unde etiam nunc, præteritum Pepigi in usu: cuius uerbi meminerunt Quintilianus [a], & author ad Heren. [b] Pactum, inquit [c] Vlp. à Pactione dicitur: unde & Pacis nomen: quasi dicat, à Pago est uerbale Pactio: & hinc substantiua, Pax & Pactum. Ac fortasse pro Dicitur, scripsit Vlp. Ducitur [d]. A pactione enim uerè existit, & ducitur pactum, sicuti effectus à causa, aut obligatio ex contractu [e]. Pactio enim est ipse actus, siue factum cōtrahendi, cuius respectu pacta & contractus dicuntur esse Facti [f]. Pactum autem propriè est ius quod ex pactione existit, siue obligatio quæ ex paciscendi actu nascitur. Sed ut sæpenumero causa & effectus confunduntur: sic his uocabulis Pactionis & pacti, I.C. promiscuè sunt usi [g]. Quam ob rem & nos ijs absq; discrimine utemur. Pactio igitur, siue Pactum in hoc titulo, & passim in toto iure bifariam accipitur. Primùm in genere pro omni contractu, transactione, & qualicunq; conuentione: ut & apud Ciceronem [h]: cum pacti nomine comprehendit omnia quæ inter aliquos conueniunt: qua de significatione plura Iason [i]. Hoc in significatu Vlpianus Pactum ita definit [k], Vt sit duorum uel plurium, in idem placitum consensus. Consensus loco generis ponitur, quia latius patet quàm pactum: ut, uerbi gratia, in consilijs, in doctrinis Philosophicis, in alijs deliberationibus & disputationibus, potest esse plurium in idem placitum consensus, qui tamen pactum non efficit. Additur Duorum uel Plurium: tanquam causa efficiens. Neque enim solus quispiam uel sibijpsi paciscī potest, quia nemo sibi obligatur [l]: & cum absentibus Pollicitatio esse potest: Pactum, nisi præsens quis absentis nomine acceptet, iniri nō potest [m]: ut hanc propriam differentiam inter Pactum & Pollicitationem nostri tradunt [n].

Forma specifica quæ facit differentiam, est in uerbo Placitum: quod uenit à Placo, & propriè significat id quod post multas altercationes tandem à pluribus approbatur, & quo animi, ab omni dissensione placantur & conueniunt in unum: quod proprium est contractuum & pactionum, in quibus paciscentes primùm de re aliqua controuertere disceptareq;, ac tandem post longam altercationem in unā sententiam conuenire solent [o]. Dico, Conuenire. Nam hac in materia significatius est uerbum Conuentionis, quo usum in eiusmodi definitione Ciceronem diximus, quàm Consensus, quo I.C. utuntur: quia consensus latius patet, & etiam extra rationem pacti extenditur: conuentio porrò propriè pertinet ad ea de quibus negocij contrahendi causa partes consentiunt [p]. Quare non incommodè hoc quoq; modo definiri pactum ita generaliter acceptum potest: Vt sit duorum uel plurium, de re sua, seu negocio contrahendo, puta de aliquo dando uel faciendo, honesta & licita conuentio. In hac definitione, præter causam efficientem (quæ est in uerbo Duorum Plurium ue) ostenditur materia in uerbo, de Re sua. (nam de alienis non possumus paciscī, ut postea dicam:) Item causa finalis in uerb. de Negocio contrahendo, seu aliquo Dando uel Faciendo. Quibus uerbis etiam cōtraria negatiua implicata est, uidelicet, Vt aliquid Non detur, Non fiat [q]. Ad materiam spectant & illa uerba: Honesta & Licita cōuentio. Nam pacta quæ aut contra honestatem, hoc est, ius naturæ fiunt, aut illicita sunt, hoc est, contra leges ciuiles seu cōtra iuris regulas, ut loquitur I.C. [r] ea pacta dici non possunt. Deinceps Pactum, propriè & in specialiore significatu, sumitur pro ea conuentione, quæ separata est à contractibus Nominatis & Innominatis: ut ait Iason [s]. Qualia sunt pacta, quæ nullum συναλλαγμα continent, & sola conuentionis æquitate subsistunt [t]: unde & Pacta conuenta dicuntur [u], aut Placita [x], aut Nudum pactum [y]: quæ uox (Nudum) epitheton pacti est, non διαφορὴ (ut in l. 1. de dol. mal. Dolus malus dicitur ad differentiam Boni) quasi aliquod eregionè pactum Vestitum existat. Dicuntur enim pacta Nuda, non quòd Vestitis opponantur, sed quia nuda pactionis æquitate constant: etiam tum, cum ad agendum sunt efficacia, & ut nostri loquuntur, Vestita [z]. Semper enim nudum est, quo pactum est, licet actionem ponat, quatenus in contractum cadit [a]. quo sensu Voluntas, & alia multa in iure nostro Nuda dicuntur [b]. Hoc in significatu pactum ita definiri potest: Vt sit nuda conuentio, quæ nullum συναλλαγμα, seu mutuā obligationis causam contineat, super re certa facta, nullam producens Iure ciuili actionem, sed ex edicto Prætoris ad excipiendū accōmodata. Iason paulò aliter [c]: Pactū, inquit, est promissio quæ fit non precedente interrogatione. Sed hæc definitio ut breuis est, ita & in reprehensionē incurrere potest. Nec enim satis distinguit Pactū à Pollicitatione, quæ & ipsa promissio est sine interrogatione [d], non etiā conuentio, sicuti pactū. Deinde non secernit pactum à cōtractibus Innominatis: ac ne à Nominatis quidem plerisq;, in quibus non tam ordo interrogationis & promissionis, quàm συναλλαγμα rerum, & consensus considerantur.

3 Proprium [†] quo pactum à pollicitatione secernitur, est: Quod pactū tantū fieri possit alteri præsenti & acceptanti, uel suo nomine, uel alieno [e]: pollicitatio aūt tam absenti quàm præsenti, etiā nō acceptanti: ut rectè distinguit Iason [f]. Proprium duplex, quo pactū differt à transactione, paulo pòst ponit I.C. [g]. Pactū, inquit, fit super re certa, & gratuitò, hoc est, animo donādi. Transactio aūt fit ob causam, & de re incerta, hoc est, dubia & litigiosa. nam de re certa nō potest transigi. Etsi aūt pacta etiā fieri possunt ob causam: tamen propria sua natura, omnia pacta sunt gratuita, hoc est (ut loquuntur Dd.) aptitudine & potētia gratuita sunt, quamuis nō actu [h]. Inspicitur aūt magis id quod est in aptitudine, quàm quod est in actu [i]. Proprium etiā pactorum est, nō in Personā, sed in Rem esse & dirigi. unde dicitur: Omnia pacta sua natura esse realia [k]. quod uerum est, respectu transmissionis, nō etiam respectu obligationis. nam hactenus pacta sunt personalia, & personas obligāt, non res, & naturaliter nō transeunt extra personas paciscentiū [l]: sed illo respectu realia dicuntur, quia nō cōmoriuntur cum persona paciscente, sed transeunt in successorem: tam uniuersalem, ut est hæres [m], quàm singularem, ut est emptor [n]. Pactum etiam sua natura Stricti est iuris [o]: sicuti & reliqui contractus Innominati, extra Permutationem & Æstimationis contractum

a lib. 1. cap. 10.
b lib. 2. cap. 4.
c in l. 1. hoc tit.
d ut in l. 1. in prin. ubi dixi sup. de iust. & iur.
e l. licet. 41. §. ea obligatio. de procurato.
f l. consilio. 7. §. final. de curat. furio.
g l. iuris gentium. 17. §. sed cum nulla. cum seq. h. t.
h li. 2. de Inuen. & in Partitio. orator.
i in Rubrica C. de transactio. nu. 1. & 2.
k in l. 1. in prin.
l l. 2. de stipula. seruor. l. pen. de arbitr. Bald. Sa. lic. Ias. & Dd. in l. debitori 7. C. de pact.
m uid. Dd. in l. tale pact. 41. hoc t. & quæ ī. dicemus.
n gl. Bart. & Dd. in l. iuris gentium. 7. §. sed cum nulla, ubi Ias. nu. 32. h. t.
o l. 1. §. ī. h. t. l. si uoluntate. 8. C. de rescind. uend.
p l. 1. §. ī. hoc tit.
q gl. & Dd. in l. 2. in prin. ad uerb. in dando. de uerb. oblig.
r l. contra. 29. hoc t.
s in l. 7. §. sed cum nulla. nu. 27. hoc tit.
t d. §. sed cum nulla.
u d. l. 7. §. prætor. hoc tit.
x l. cum proponas. 27. C. eo l. transactionis. 7. C. de transact.
y d. l. iuris gentiū. 7. §. sed cum nulla. l. in bonæ fidei. 11. C. eo.
z tot. tit. C. de do. per l. iuris gentium 7. §. sed cum nulla. §. quinimo. l. si uacuum. §. pactus. t. t.
a l. diuisionis. de pac. h. ult. C. de rer. permuta. l. 1. C. de pac. conuen.
b §. interdum. Inst. de rer. diuis. §. ult. Inst. de hær. qual. & diff.
c in d. l. 7. §. sed cum nulla. nu. 32. hoc t.
d tot. t. de pollicitat.
e l. 2. l. tale. 41. ubi Dd. h. t.
f in Rub. de uer. oblig. nu. 6. & 7.
g in l. 1. ī. tit. 1.
h d. l. 1. ubi Dd. ī. de transact. Bart. hic. & Cyn. Rub. de pact. & optimè Andreas ab Exea. in repetit. huius Rub. nu. 3.
i l. 1. §. quotidiana. de aqua quotid. & æstiua. gl. in §. his autē. ad uerb. æstiuarentur. Inst. ad legē Aquil.
k l. iuris gentiū. 7. §. pactorū. ubi Bar. l. et hæred. 21. §. pen. h. t. Schurff. cōs. 49. cent. 1.
l l. si unus. 28. § ante. h. t.
m l. epistola. 53. §. ī. h. t. l. si pactum. 4. de prob.
n l. si tibi. 18. §. pactū. ubi Bar. h. t.
o gl. in l. pacta. 6. ad uerb. nullā. C. eo. et in l. 7. §. quinimò. ad uerb. quinimò. h. t.

* §.actionum. ubi Fab. et Iaſ. nu. 12. Inſtit. de acti.
a l. 4. de uſur. Iaſ. in l. 1. in prin. de uerb. oblig.
b d. l. 6. et in d. §. quinimò.
c Bart. & Iaſ. nu. 12. in d. §. quinimò. Angel. & Fab. uerſ. 12. & 32. in d. §. actionum.
d l. 2. C. de pact. in empt. & uend.
e l. mora. 32. §. in bonæ. de uſur.
f l. lite conteſtata. l. uideamus. 2. de uſuris. l. cum fundus. 38. in princ. ſi cert. pet.
g l. 5. hoc tit.
h l. 1. §. huius autem ſtudij. de iuſt. & iur.
i in l. 5. & 7. hoc t. l. pen. de iuſt. & iur.
k l. 5. de iuſt. & iur.
l uide Cic. lib. 2. de Finib.
m l. 5. hoc tit.
n d. l. legitima. 5. hoc t.
o §. de conſtituta. Inſtit. de actio. §. j. Inſtit. de uerb. oblig.
p l. ſi quis. §. j. C. de donat. §. perficiuntur. Inſt. eo.
q Inſt. t. t. de liter. obl.
r §. j. Inſt. quibus mod. tol. oblig. tot. tit. de accept.
s l. tale pactũ. 41. in princ. hoc tit. §. j. Inſtit. eod. de except.
t d. §. j. ubi Ang. & Fab. l. Neſennius. 41. §. ſi. ubi gl. de re iud.
u Caſtr. in l. unic. in princ. C. ut quæ deſ. aduocat.
x l. 4. j. de tranſact.
y l. 3. & 4. C. de tranſact. l. ſi pupli. §. uideamus. de neg. geſt.
z l. non dubium. ubi Dd. C. de leg.
a l. iuris gentium. 7. hoc ti. d. l. 5. de iuſt. & iur.
b d. l. iuris gentium. 7. in prin.
c d. l. 7. in fin. prin. hoc tit. l. 4. & tot. tit. de præſcr. uerb.
d d. l. 7. §. ſed cum nulla. l. ſi tibi. 27. C. de loca.
e l. non ſolum. 33. §. ſi rem. 5. de uſucap.
f l. 1. de rer. permut. l. 4. de ſponſ.
g l. 1. §. hanc autem act. depoſ.
h l. 2. §. ſed utrum. de iud.

contractum *: niſi cum contractibus bonæ fidei apponitur, ut emptioni, locationi, &c. Nam contractus acceſſorij, ſemper induunt naturam principalis cõtractus cui accedunt [a]. Quanquam autẽ Accurſius [b] opinetur, etiam hoc caſu pacta ſtricti iuris permanere: tamen uerior eſt, & receptior contraria opinio [c]: ut uidelicet pactum bonæ tum fidei eſſe iudicetur, cum ex pacto emptioni appoſito, ueniant fructus à moræ tempore [d], ſecundum naturam iudiciorum bonæ fidei [e]: qui ſi ſtrictum eſſet hoc pactum, tantum à tempore litis conteſtatæ deberentur [f].

Diuiſiones † autem pactorum, quæ in hoc titulo paſsim recenſentur, partim referendæ ſunt ad pactum, in generali ſignificatu ſumptum: partim ad pactum utrouis modo, uel generaliter, uel propriè ſic dictum. Ad pactum in genere ſumptum, referri debet diuiſio Vlpiani [g], cum ait: omnia pacta aut Publica eſſe, aut Priuata. Publica conuentio eſt, quæ fit per Principem aut Ducem belli reipublicę cauſa: quę propriè non pacta, ſed Fœdera Latinis dicuntur. Hæc autem eâdem ratione ſecerni poſſunt à pactis priuatorum, qua ius publicum à iure priuato [h]. Nam in publicis inſpicitur non tam quid receptum ſit iure gentium aut legibus, quàm quid neceſsitas & uſus reipublicæ poſtulet. At priuata pacta, quæ de rebus priuatorum fiunt, aut æquitate naturali, aut ciuili innitantur oportet: alioqui pro iniuſtis & inhoneſtis habebuntur. Æquitatem autem naturalem I. C. uocat Ius gentium [i]. Nam æquitas, qua contractus nituntur, non eſt homini cum reliquis animantibus communis, ut nec ipſum contrahere: neque pertinet ad ius naturale commune, ſed in ſola ratione humana exiſtit. Maluit igitur I. C. ne confunderet diſtinctionem triplicis iuris (naturalis, gentium, & ciuilis) appellatione iuris gentium uti, ad quod propriè contractus pertinent [k], quàm iuris naturæ. Priuatam porrò conuentionem Vlpian. duplicem ſtatuit: alteram Iuris gentium, quæ nititur æquitate naturali conuentionis: alteram ciuilem, quæ uires nanciſcitur ex æquitate & diſpoſitione ciuili: hoc eſt, quam non tantum naturalis ratio, ſed etiam lex talem eſſe iudicat, ut meritò debeat obſeruari. Cum autem priuata conuentio omnis tranſeat, aut in eam quę eſt Iuris gentium, aut in Legitimam: ideo effectu conſiderato, gradum priuatæ conuentionis omittit, & ait triplicem eſſe conuentionem, uidelicet Publicam, Iuris gentium, & Legitimam. Atqui ſecundũ Dialecticos [l], primò erant duæ ſpecies ponendæ, pactum Publicum & Priuatum: tum hoc iterum ſubdiuidendum, in pactum Iuris gentium, & Legitimum. Sed hæc minuta conſectari deſinamus. Legitima conuentio eſt, quę aliqua lege confirmatur [m]. Quod cum fit, aut Naſcitur, inquit I. C. actio ex pacto, aut Tollitur [n]. Naſcitur actio in his conuentionibus, in quibus de obligando agitur: ut in ſtipulatione [o], donatione [p], literarum obligatione [q]: quæ omnia cum nullum συνάλλαγμα contineant, non pariunt iure ciuili obligationem æquitate contractus, ſed diſpoſitione legis. Tollitur autem actio legitimis pactis, uidelicet ijs quæ liberatoria ſunt, non obligatoria: ut acceptilatione, nouatione, & ſimilibus [r]. Ideo autem dicit Legitima duntaxat, non etiam Iuris gentium pacta tollere actionem: quia Pacta liberatoria iuris gentium, non tollunt ipſo iure actionem, ſed tantum ope exceptionis [s]. Quare niſi obijciatur exceptio pacti, tenet actio [t]. Iudex enim non ſupplet exceptiones, quia ſunt facti [u]: ſed pacta legitima ipſo iure tollunt actiones [x], ut agi amplius non poſsit [y]. Quia quicquid lex diſponit, hoc ipſo iure operatur, & contraria deſtruit, ſine ullo hominis facto [z]. Iuris gentium porrò conuentiones non ex lege aliqua ciuili, uerùm ex æquitate & uſurpatione gentium, hoc eſt, omnium hominum qui ratione utuntur, ortum, uires & effectum habent [a]. hæ rurſus ſubdiuiduntur in Nominatas, & Innominatas. Nominatæ conuentiones ſunt, quæ cum certam contrahendi ſpeciem habeant, facilè certum quoq; nomen inuenerunt: ſicut à ſpeciebus ſeu formis certis, nomina imponi certa ſolent: unde & illud fit, ut certam obligationem & actionem producant [b]: ut emptio, uenditio, locatio, conductio, &c. Innominatæ conuentiones rurſus duplices ſunt. Quædam enim etſi certam ſpeciem non habent, tamen continent Ciuile negocium & συνάλλαγμα: unde ex æquitate ciuili oritur obligatio & actio Præſcriptis uerbis [c]. Reliquę conuentiones Innominatæ, nullum negocium Ciuile, nec συνάλλαγμα permutationis continent: quæ propriè Pacta nuda dicuntur, quia conſiſtunt in nuda æquitate conuentionis [d]: quomodo conuentio [e], conſenſus [f], res [g], cautio [h], & ſimilia [i], nominari nuda ſolent. Et hęc dicta ſint de prima diuiſione: quam extra hanc ultimã ſpeciem, ad pactum proprio in ſignificatu, hoc eſt pro Nudo pacto ſumptum, per omnia accommodari non poſſe, quando omnia contractuum complectatur genera, palàm eſt. Deducit enim artificioſè I. C. à prima generali definitione diuiſiones, & diſtribuit tantiſper, dum à reliquis ſecernat propriũ huius argumenti pactum. Reliquæ diuiſiones à I. C. traditæ, communes ſunt, & tam ad pactum In genere ſumptum, quàm ad pactum Nudum referri poſſunt: ut cum pacta diuiduntur, primùm à diuerſitate cauſæ efficientis, in Expreſſa & Tacita [k]. Expreſſa, quæ expreſſo uerbis aut literis conſenſu conſtant [l]: Tacita, quæ ex præſumpta cõtrahentiũ elicimus uoluntate: quorũ exempla paſsim extant [m]. Secundò à materia, in Perſonalia & Realia, prout circa rem aut perſonã uerſantur [n]. Realia, prout diximus, in dubio pacta omnia eſſe intelligũtur [o]. Perſonalia rurſus bifariã accipiũtur. Vno enim modo illud dicitur pactum perſonale, quod perſonã nõ egreditur, nec in aliũ tranſit [p]. Altero modo perſonale pactũ eſt: quod quidem nõ tranſit ad hæredes, ſed tamen uiuente eo qui pepigit, in aliũ tranſire poteſt [q]. Tertiò à forma, in pacta Extraiudicialia, & Iudicialia: quæ effectu differũt: nam illa nõ pariunt actionẽ, ut poſtea dicemus. Quæ uerò fiũt in iudicijs, ualẽt & efficacia ſunt etiã ad agendũ, quia in iudicijs quaſi cõtrahitur [r]. Itẽ cũ alia pacta Re cõſtare dicuntur, alia Verbis, alia Literis (ſiue inſtrumẽtis [s]:) aut qñ à fine & effectu, pacta omnia

i d. l. 1. §. hanc autem depoſ. l. 10. de his quibus ut indig. l. 19. §. dictum. de ædil. edict. l. 52. de uerb. oblig. k l. 2. hoc tit. l l. 2. & paſsim. hoc tit. m in l. 2. 3. 4. l. ſi unus. 27. §. pen. l. in perſona. 30. §. j. l. qui in futurum. 57. hoc tit. l. 2. C. eod. l. aduerſus. 5. C. de uſuris. n l. iuris gentium. 7. §. pactorum. l. & hæredi. 22. cum l. ſeq. hoc tit. o Bart. numer. 1. & Dd. in d. l. 7. §. pactorum. Iaſ. in d. l. 7. §. prætor. numer. 20. p l. ſi unus. 82. §. ante. l. idem. 26. §. j. hoc tit. q l. ſi tibi. 18. §. pactum. ubi ita diſtinguit Bart. quem ſequuntur Dd. hoc tit. r l. 3. §. idem ſcribit. de peculio. Ita Iaſ. in Rubr. de uerb. oblig. numer. 23. per Auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. l. eum pro quo. 17. de in ius uoc. Bald. in l. tale pactum. 41. §. qui prouocauit. ubi & Iaſ. hoc tit. s l. 2. hoc tit. §. fin. Inſtit. de oblig.

BIU Cujas

omnia in Obligatoria & Liberatoria [a] distribuuntur. Quæ eò differunt, quòd pacta obligatoria nõ perficiantur, nisi acceptante altera parte: pacta autem liberatoria ualent, facta nedum præsenti, quamuis non acceptet, uerumetiam absenti, dummodo alius eius nomine acceptet, quoniam in commodis etiã tacens absens'ue præsumitur acceptare [b].

5 Causa † efficiens propinqua pactorum, est Consensus cõtrahentium [c]: remota, Lex aut gentium, aut ciuilis, aut prætoria, quæ eiusmodi consensum approbat [d], & ad obligandum uult esse efficacem. Causa προκαταρκτικὴ est Iusta conuentionis causa, puta respectus compensationis, aut donationis, aut similis [e]. Quæ causa si fuerit erronea, hoc est, si non subsit cum subesse putaretur, pactum non ualet [f]. Qua in parte sciendum est, in genere in omnibus pactis obligatorijs nunquam præsumi causam donationis, nisi exprimatur [g]: eoq; nulla expressa causa, pactum nullius rei momentiq; esse. In pactis uerò liberatorijs (cuiusmodi pleraq; sunt, de quibus hîc agimus [h]) si nulla causa extet, non eo minus pactũ ualere: præsumi enim pro subiecta materia & fine conuentionis, causam donationis subesse [i]. Paciscí autem omnes possunt, qui non prohibentur. Nam paciscí & contrahere, est de genere permissorum [k]. Quicunq; igitur non prohibentur paciscí, illis ea facultas debet uideri permissa [l]. Prohibentur autem quidam Natura, quidam Lege. Natura, qui consensum adhibere non possunt: ut amentes, furiosi [m], infantes (qui sunt intra septennium [n]) muti & surdi copulatiuè [o], quia expressè consentire non possunt: qui tamen tacitè uidentur posse paciscí, puta, nutu, subscriptione, &c. [p] Lege contrahere prohibentur impuberes. Nam etsi natura consentire & obligari possunt [q] (intelligunt enim quod geritur [r]) tamen quia eorum consensus infirmus est, & multis captionibus obnoxius [s], ideo lex hanc ætatem alieno arbitrio regi: & pacta eorum imperfecta esse, sicut & ipse consensus est, uoluit [t]. Quare & indebiti ex pacto soluti repetitionem habent: quod non est in aliorum pactis [u]. Idq; uerum est, cum paciscendo sese obligant, aut deteriorem conditionem suam faciunt: nam meliorem etiam sine authoritate tutorum paciscendo facere possunt: puta per stipulationem, pactum liberatorium [x], &c. In eadem causa sunt prodigi [y]: item minores qui curatorem habent [z]. Nam minor qui non habet curatorem, pacta extraiudicialia facere potest: iudicialia non item, quia sine curatore legitimam personam standi in iudicio non habet [a]. Porrò cum authoritate tutoris uel curatoris, minores rectè paciscuntur, & horum etiam nomine tutores [b]: nisi ius minorum liquidum, paciscendo remittant [c]. Hoc enim donare est, & perdere, non administrare [d]. Donare autem, ne authore quidem tutore uel curatore minor potest [e]. Filiusfamiliâs qui est in potestate patris, lege non prohibetur paciscí [f], nisi cum paciscitur in detrimentum patris [g]: ut nec seruus, extrà quàm si domino pactum sit damnosum [h]. Sed hæc obtinent, quando hæ personæ cum extraneo paciscuntur. Nam cum his quorũ sunt in potestate, aut cum fratribus, uel conseruis qui in eiusdem patris domini'ue sunt potestate, nullam iure ciuili obligationem contrahere possunt [i].

6 Materia † de qua paciscí licet, sunt Omnes res, quæ in commercio existunt [k]: siue præsentes sint, siue absentes, siue etiam futuræ [l], dum tamen sint paciscentium propriæ [m]. Nam licet aliena res uendi possit, aut locari [n]: tamen non putauerim, rectè & utiliter rem aut ius alienum, in pactum posse deduci. Etenim neq; agi potest ex pacto nudo, si fortè eiusmodi res pacta aut non præstetur, aut præstita euincatur: quoniam ex nudo pacto nõ oritur actio: neq; etiam excipere licet de iure tertij, quod in pactum est deductum [o]: & frustra de eo quod non possidetur, excipiatur, nisi fortè res aliena ex pacto data sit. quo casu agenti non ius tertij, sed ius pactionis obijcitur: cui stare cogitur, etiamsi res fuerit aliena, cum ipse ex iure tertij fundare actionem nequeat [p]. Itaq; cum nec ad agendum, neq; facilè ad excipiendum tale pactum proficiat: sequens est iure ciuili, illud nullius rei esse, nisi cum res aliena possidetur, ut utilis sit exceptio. Et hac ratione niti puto quod ait I. C. [q] Si paciscar, ne in tuo sepelias, aut tuum ne dedices, uel alienes, tali pacto nihil effici. Nam neque mihi tali pacto quippiam remittitur, quod prosit ad excipiendum: & etiamsi contra pactum alienes uel dedices, tamen non possum agere ad id quod interest (sicuti aliàs agi potest [r]) quia ex nudo pacto non nascitur actio. Loquitur enim I. C. de pacto nudo, iuxta titulum. Nam quin pactis nominatis, unde actio oritur, talia effici possint, dubitari non debet [s]. Hic enim si contra pactum fiat, ex contractu nominato, ad id quod interest agi potest [t]. De rebus autem iuribus publicis, nisi secundum iura publica, paciscí non licet. Nam quæ publica sunt, pactis priuatorum mutari non possunt: siue pertineant ad ius publicum naturæ [u], siue spectent ad ius ciuile [x]. Quare pacto actiones publicæ, puta de sicarijs, aut populares remitti non possunt [y]. Moribus tamen obtinuit, ut qui de cæde, aut alio publico crimine paciscuntur, uel transigunt, actionem remittentes, ij non modò à ciuili actione, sed etiam à criminali & publica actione excludantur: quamuis per eiusmodi pacta magistratus non impediatur, quo minus uindictam criminis expetere possit [z]. De iniurijs tamen & furtis etiam iure ciuili paciscí licet [a]: quia hæc crimina publica non sunt, sed priuata: atq; etiam de his facta pacta ipso iure (quod magis mirandum est) tollunt actionem, cum tamẽ reliqua tantũ ad excipiendũ prosint, & elidant actionem [b]. Sed sciendum est de his pactionibus, l. XII. tabularum comprehensum fuisse:

a Iaſ. in d. Rubr. de uerb. oblig. num. 6. & 7. Dd. in d. l. tale pactum. 41. hoc tit.
b d. l. tale pactũ. in princ. ubi latè Iaſ. & communiter Dd. Iaſ. in d. l. 7. §. quinimò. nu. 32. Decius conſ. 45. in cauſa pac. l. qui patitur. ff. mandat.
c l. 1. §. pen. hoc tit. l. an inutilis. 8. de acceptil. l. in uenditionibus. 8. de contrab. empt.
d l. 5. 6. 7. hoc t.
e l. ſi conuenerit. 56. hoc t.
f l. ſi cum te. 51. hoc t.
g l. 2. §. circa. de dol. mal. except. l. cum de indebito. §. fi. de probatio. uide Iaſ. in l. 3. & l. 4. hoc tit. uide Bal. l. 3. 4. cum ſeq. C. de non num. pecu. & quæ dixi infr. de uerb. oblig. nu. 10.
h l. 1. §. tit. 1.
i l. 1. de tranſact. d. l. tale pactũ. 41. ubi poſt alios Iaſ. nu. 4. & 7. ita diſtinguit. hoc t.
k l. quòd ſi minor. 25. §. nõ ſemper. de minor. Inſtit. de leg. Fuſ. Can. toll. & quib. ex cauſ. manu. non lic. l. ſicut. 5. C. de actio. l. in commodato. 12. §. ſicut. commodati.
l l. mutuos. 43. in prin. de procur.
m l. 1. §. furioſum. de act.
n d. l. 1. §. pen. de actio.
o d. l. 1. §. pen.
p l. 4. hoc tit. l. in quibuſcunq;. 42. de actio. l. ubi. 166. de reg. iur.
q l. 1. in fi. de nouatio.
r l. in negocijs. 5. de regul. iur.
s l. 1. de minor.
t tot. tit. Inſtit. ff. & C. de tutelis.
u l. quod pupillus. 41. de cond. indeb. l. antep. de actio.
x l. contra. 28. in fin. prin. hoc t. uide quæ dixi inf. & Inſt. de author. tut.
y d. l. contra. § 1. l. is cui. 6. ubi Dd. de uerb. oblig.

z l. 3. C. de in integr. reſt. min. a in prin. Inſt. de curato. gl. & Dd. in d. l. 3. b d. l. contra. 28. §. 1. c l. imperatores. 28. hoc t. l. pactum curatorib. 22. C. eo. l. præſes. 12. C. de tranſactio. d l. filiusfamiliâs. 7. de donatio. l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. pro empto. e l. ab agnato. 12. l. fi. de curato. furio. l. 1. ubi Bald. & Dd. C. ſi aduerſus tranſact. l. fi. §. fi. C. ſi maior pac. rat. habuer. f l. ſine. 19. hoc t. cum multis ſeqq. g l. filius. 23. C. eo. h l. ſi tibi. 17. cũ ll. ſeqq. h. t. i l. 2. de contrab. empt. §. item inutilis. Inſt. de inutili Stipul. l. 2. de Stipul. ſeruor. Dd. latè in l. fra. r à fratre. de condict. indeb. k l. ſi in emptione. 34. §. omnium. de contrab. emp. l l. pactum. 47. hoc t. l. 3. C. de donat. l. interdum. 72. de uerb. oblig. m d. l. pactum. 46. in uerb. ſui iuris. n l. rem alienam. 28. de contrab. empt. o l. loci. 4. §. competit. ubi Bar. ſi ſeruit. uend. l. ſi quis emptionis. 8. §. j. C. de præſcrip. 30. annor. Bar. Caſtr. & Dd. communiter in l. 1. & 2. de except. rei iud. p l. rem alienam. 42. in fi. de pig. act. q l. pen. hoc t. r l. ſi ita. 135. §. ea lege. ubi Dd. de uerb. oblig. l. 3. ubi Bal. Salic. C. de cond. ob. cauſ. dat. s l. ſi. C. de pact. inter empt. & uend. d. l. 3. d. §. ea lege. t ut latè tradũt Dd. in d. l. ea lege. 3. C. de cõdic. ob. cauſ. dat. l. ſi ita quis. §. ea lege. de uer. obl. l. filiuſ. §. diui. de leg. 1. u l. iura ſanguinis. de reg. iur. l. eas. 8. de ca. dimin. x l. ius pub. 38. l. cõtra. 28. l. ius agnatiõis. 34. h. t. y l. iuris gẽtiũ. 7. §. ſi paciſcar. cũ ſeq. h. t. l. 3. § fi. ad leg. Iul. de ui pub. l. ſi unus. 27. §. pacta. 4. h. t. z Bar. in l. 1. §. uſq; adeò. n. 1. de iniur. per l. 1. qui cœtu. §. qui uacãt. de ui pub. l. iuris gẽtiũ. §. ſi paciſcar. pen. h. t. Iaſ. et Dd. n. 3. et 4. in l. trãſigere. C. de trãſac. a l. ſi unus. 27. §. illud. 3. h. t. b d. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. §. j. Inſt. de except.

BIU Cujas

fuisse: qua lege furta & iniuriæ certa pecunia mulctabantur, cum expressa hac exceptione, Nisi pactum esset [a]. Est igitur hoc pactum legitimum, quia lege expressim comprehensum. Dictum est autem, pacta legitima, hoc est, quæ aliqua lege introducta sunt, ipso iure operari uel ad Obligandum uel ad Liberandum: ita ut ipso quoq; iure actiones tollant [b]. Et ut in summa concludatur: pacta non ualent, facta de ijs quæ aut Lege prohibita sunt, aut Natura [c]. Lege ciuili, innumera in pactum deduci prohibentur: cuius rei exempla passim extant [d]. Natura ea prohibentur, quæ in se turpitudinem continent: puta ut maleficium aliquod fiat [e], siue ut non fiat: Quia turpis pactio est eius rei, quæ gratis ex officio aut caueri, aut præstari debet [f]. Est etiam illa turpis, qua remittitur actio delicti non facti, sed futuri: puta, ne ob dolum in tutela uel deposito committêdum agatur. Nam ea impunitas, illicitum est ad delinquendum [g]. Eiusdem etiam generis sunt pacta de quota litis [h], & hæreditate uiuentis [i]. Et generaliter inquit I. C. pacta quæ turpem causam continent, non esse obseruanda [k].

7 De [†] forma pacti quod aiunt Dd. Pactum esse promissionem sine interrogatione [l], id non ita strictè accipiendum est, quasi in pactis non ultrò citroq; uerba, interrogationes & promissiones fiant. Nec enim aliter quàm hac mutua collocutionis forma, pacta rectè contrahuntur: unde & Verba cõcepta nominantur [m]. Neq; tamen ideo in stipulationem incidunt. Nam non quælibet, sed tantummodo solennis interrogatio & responsio facit stipulationem [n]. Quamuis autem uerborum solennitas sublata est ex stipulatione [o], tamen solennis forma sublata non est: hoc est, ut inter præsentes præcedente interrogatione, & mox subsequente responsione ad interrogationem formata & apta, sine ulla actus diuisione formetur stipulatio [p]. In pactis talis forma non est. Nam possunt nedum inter præsentes, sed etiam per nuncium uel epistolam, literis ultrò citroq; missis pangi [q]. Deinde inter præsentes non attenditur ordo interrogationis aut responsionis, & utrum responsio congruat ad interrogata, an non: & ex interuallo tractari & concludi, atq; adeò etiam absque promissione datis manibus pacta confici possunt. Sanè si talis appareat uerborum forma quæ stipulationem inducat, potius stipulatio contracta uidebitur, quàm pactum: quia in dubio firmior præsumitur contractus celebratus, & uidetur electa munitior à contrahentibus uia, per quam maximè actus sustineatur [r]. ut cum post uaria tractata & conuenta (quod sæpe fit) inseritur generalis clausula instrumento uel pactioni: Rogauit Titius, spopondit Mæuius. Hac enim in specie pacta non manent in sua forma, sed transeunt in stipulationem [s]: nisi scilicet probetur, eam formam uerborum adiectã esse, non animo stipulandi, sed tantum paciscendi [t]. Hoc igitur in summa tenendum, pacta nullo uerborũ ordine, nulla forma, sed tantum æquitate conuentionis constare. Conuenire, inquit I. C. uel re, uel per epistolam, uel per nuncium possumus [u]. Sed & in præsens, aut ad diem, aut ex die, aut sine cõditione rectè contrahitur pactio [x]. Tale pactum, Profiteor te non teneri, uult I. C. subsistere, etiamsi altera pars non acceptet [y]: scilicet quia pactum liberatorium est, & commodum tacenti. In commodis autẽ, tacens pro consentiente & acceptante habetur [z]. Quod uerum est, parte altera præsente. Nã absenti talis professio nihil prodest, nisi notarius aut procurator, absentis nomine acceptet [a]: aut nisi absens, antequam reuocetur istiusmodi promissio, eam se acceptare profiteatur [b]. Cæterùm eiusmodi uerba enunciatiua etsi ad liberandum ualent, ut iam dictum est: tamen non proficiunt ad obligandum eum qui non expressè consentit, neq; respondet ne in iudicio quidem [c]. Nam ubi de obligatione agitur, quæ potest esse detrimentosa, tacens nunquam habetur pro consentiente [d].

8 Causa [†] finalis pacti, est donatio [e]. Eo enim pactum fieri necesse est, quod quidem alicuius sit efficaciæ, ut aliquid remittatur. Remittere autem, donare est [f]. Nisi enim in pacto aliquid remittatur, nihil est pactum iure ciuili: quia tantum prodest ad excipiendum, nõ etiam ad agendum. Exceptio autem competere non potest, nisi illi cui aliquid remissum est, & cum quo agi potest. Nam exceptio, est actionis exclusio [g]. Vt igitur cõpetat exceptio ex pacto, necessum est aliquid de iure actionis pacto remissum esse. Etenim si nihil remittatur pacto, sed ius aliquod nouum constituatur aut donetur, ea pactio nihil proderit: quia nihil confert ad agendum, petendumque id quod pacto est constitutum, cum sua ui nullam producat actionem. Ita accipiendum arbitror, quod ait I. C. omne pactum donationis gratia fieri [h]. hoc est: in pacto, quod quidem ad exceptionem ualere debeat, semper aliquid remitti & condonari. Etsi porrò talis remissio fieri potest, non modò gratuitò, sed etiam ob causam: tamen non desinit in pacto esse donatio seu remissio: id quod uult Iurisconsultus [i]. Nam donatio etiam ob causam donatio est: nec desinit esse donatio, quamuis à proprietate suæ naturæ recedat [k]: sicuti mandatum, depositum, & similes contractus gratuiti, non desinunt esse ciusmodi contractus, quamuis gratuitò non fiant, & (ut inquit I. C.) notissimi eorum fines excedantur [l]. Possunt enim plures unius rei fines esse, sed subordinati. Itaq; etiam in donatione ob causam semper præcipua & ἀρχιτυπώδους causa, manet liberalitas & munificentia [m]. Causa autem ob quam fit remissio in pactis, aut Præterita est, aut Futura. Si præterita, ut fortasse benemerita eius cui remittitur, gratuita est pactio, & pura donatio, sicuti legatum [n], & stipulatio [o]. Obligatio enim ad antidora, quæ subest hoc casu, cum tantum sit naturalis & incerta [p], ad certam nullam debiti speciem astringens, in considerationem non uenit: neq; donationis naturam alterat: cum sit causa extra contractum præsentem posita. Sin autem præsens, aut futura causa est remissionis, distinguendum hoc modo erit: ut si de ea tantum in genere sit cogitatum: uelut si tibi ius meum remittam, sperans fore ut tu contrà aliquid remittas uel præstes: hoc casu non desinat esse gratuita pactio: Quia propositum compensationis, in mente retentum, nullum parit effectum [q]. Sin autem talis causa expressim in

[a] Gell. li. 20. c. j. noc. Atti.
[b] l. legitima. 6. ẽ. eod.
[c] l. pacta. 6. C. eo. d. l. 7. §. prætor. hoc t.
[d] in d. l. contra. 28. l. ius agnationis. 34. hoc t.
[e] l. quod autem. 54. l. nec prætermittendũ. 58 pro socio. l. generaliter. 26. ubi Dd. de uerb. obl.
[f] l. fin. de condic. ob turp. caus. l. sciendum. 19. de ædilit. edict.
[g] d. l. iuris gentium. §. si paciscar. d. l. si unus. 27. §. illud.
[h] l. 5. C. de postula.
[i] l. pactum. 15. l. licet. 19. l. fi. C. eod.
[k] l. si unus. 27. §. pacta. 4. hoc tit.
[l] Ias. in d. l. 7. §. sed cũ nulla. nu. 32. & in Rub. de uerb. oblig. nu. 5. & 6.
[m] Vlpian. tit. 24. Cic. pro Rosc. Com.
[n] l. Stipulationes. 5. §. j. de uer. oblig.
[o] l. omnes. 10. C. de contra. Stipulat. in prin. Instit. de uer. oblig.
[p] l. 1. §. j. l. continuus. 137. de uerb. oblig.
[q] l. 2. hoc tit.
[r] l. 3. de milit. test. Bald. in rub. C. de fid. instr. nu. 8.
[s] l. iuris gentiũ. 7. §. quod ferè. 5. l. scire debemus. 28. de uer. oblig.
[t] ut tradunt Ang. & Faber in §. si scriptũ. Instit. de inuti. Stip. in l. 1. C. de contrab Stip. & in d. l. 7. §. quòd uerò.
[u] l. 2. hoc tit.
[x] l. si unus. 27. §. j. l. intra. 41. l. epistola. 52. al. 53. §. fi. hoc tit.
[y] l. tale pactum. 41. hoc t. Bart. & Dd. in l. credit. 5. C. eo.
[z] l. qui patitur. 18. mandati.
[a] Ias. in d. l. tale pactum. num. 2. per d. l. 2. in uer. per nuncium. hoc tit.
[b] Ias. in d. l. tale pactum. nu. 2. & 3. cum seq. Bar. in l. nuda ratio. de donatio.
[c] ut rectè inquit Ias. in d. l. tale pactum. nu. 7. & latius traditur à Salicet. to. & Dd. in l. postquam. 5. C. eo.
[d] l. filiusfam. 8. §. inuitum. de procurato.
[e] l. 1. & tot tit. l. cum donationis 24. C. de transact. l. exc̃ducto. 16. §. Papinianus. ut in ex Floren. aliàs incipit. l. si uno. ff. locati.
[f] l. si quis delegauerit. 12. ubi Bar. de nouatio. l. 4. C. eo. l pactum. 22. ubi Dd. C. de pact.
[g] l. 2. de except.
[h] d. l. 1. j. de transact. cum ẽ. alleg.
[i] in d. l. 1.
[k] tot. tit. C. de donatio. quæ sub modo. l. 1. ubi Dd. de donation. ubi dixi.
[l] l. Lucius. 24. l. Publia. 26. § j. in fin. depositi. l. si remunerandi. 7. cum similib. mandati.
[m] l. 1. de dona l. 1. & tot. tit. C. de don. quæ sub mo.
[n] l. nec adiecit. 7. ff. pro socio.
[o] §. ult. Inst. de uer. oblig.
[p] l. sed etsi. §. consuluit. de pet. hær.
[q] Dd. in l. si repetendi. 7. per illum text. C. de condict. ob causam. text. in l. si maiores. 25. l. si donationis. 34. C. de transact.

sim in pactum deducatur: puta cum ideo remitto, eaq; lege expressa, ut contrà aliquid aut des, aut facias: tum aut est impulsiua tantum, aut certè non præcipuè finalis: quæ, ut dictum est, non mutat naturam pacti: aut est præcipua finalis (quod ex commẽsuratione rerum & complexu personarum, alijsq; circumstantijs est sumendum [a]) & hæc sanè pactio non est gratuita, eoq; nec propriè pactum, quia nec propriè donationis causa fit. Quare & hoc casu plerunq; transit res in alium innominatum cõtractum, puta in transactionem, aut aliud negocium ciuile [b]: unde propter συνάλλαγμα Re ob Causam tradita, oritur actio Præscriptis uerbis, quæ ex pacto non datur [c].

9 Porrò [†] de effectu pactorum quòd uaria & difficilia disputantur, quorũ pleraq; hodie in usu esse desierunt: ideo nõ alienum erit, breuiter quidem, sed distinctè, præcipua duntaxat summæ rei capita exponere, in quatuor quasi genera, docendi causa distributa. Primò itaq; inuestigandum, Quid operetur pactum, quas'ue uires habeat iure naturę seu gentium. Secundò, quid Iure ciuili. Tertiò, quid iure Prętorio. Quartò, quid iure Pontificio, & moribus nostris. Quod ad ius naturæ attinet, quod idem in hac materia est cum iure gentium (nam iura contractuum, tantum hominibus inter se, non etiam cæteris animantibus sunt communia [d]:) ea in parte Dd. regulam constituunt: Ex pacto, iure naturali seu gentium, nasci obligationem naturalem, quæ illo iure sit efficax [e]. Quam regulam Connanus [f] & alij, multis licet argumentis impugnent: tamen iudico ueram esse, & rationi consentaneam. Nam primò, cur hæ conuentiones appellantur Iuris gentium, si eo iure non sunt efficaces [g]? Deinde Vlpian. [h] ait, Congruum esse humanæ fidei, hoc est, Iuri gentium seu Iuri naturæ (quod ipsum Humanum Liuio uocatur) pacta seruare. Si igitur humano iure pacta seruanda sunt: certè eodem iure efficacia fuerunt, tam ad agendum quàm ad excipiendum. Hæc enim uis est uerbi Seruare, cum ius seruari quid iubet [i]. Tertiò, I. C [k] disertè ait, ex pacto Naturaliter deberi: hoc est, Iure gentium [l]. Quartò, pacta consensu & conuentione constant, ex qua iure gentium obligatio existit [m]: & per consequens, etiam illo iure actio seu petitio [n]. Quintò, ex pacto quod soluitur, repeti non potest [o]: ideo necessum est, hoc naturaliter deberi. Nam ubi naturalis non subest obligatio, ibi datur eius quod solutum est, repetitio [p]. Sextò, Paulus ait [q] inter ciues Roman. ex Nudo pacto actionem nõ nasci. indicat igitur, Iure gentium & inter eos qui iure Roman. non utantur, nihil causæ esse cur hinc agi nequeat. Vltimò, pacta nuda conuentione tollunt obligationem naturalem, quæ consensu constat [r]: quare ut eandem inducant, necesse est. Nam eodem modo unumquodq; tollitur, quo inducitur, & econtrario [s]. Verius est igitur, Iure naturæ seu Gentium ex pactis oriri obligationem & actionem. Nec obstat, quod Vlpian. [t] ait, pactum non părere obligationem, sed tantum exceptionem. Eum enim loqui non de obligatione naturali, sed quæ iure ciuili sit efficax, uerba ipsa ostendunt [u]: & postea [x] obligationem opponit exceptioni. Loquitur igitur de obligatione efficaci, quæ iure ciuili actionem pariat. Actioni enim opponitur exceptio [y]. Cum autem dico, actionem iure gentium ex pacto nasci: non loquor de actione ciuili formata [z], sed de more agendi, qualis fuit iure gentium usitatus, sine ulla scilicet forma aut solennitate [a], ac tantum hoc uolo: Iure gentium obligationes ex pacto fuisse efficaces, tam ad Exigendum quàm ad Excipiendum. Alia est autem iuris ciuilis Romanorum ratio. Nec enim hoc iure, omnes iuris gentium conuentiones peræquè ualent: sed quædam actiones pariunt, quædam exceptiones [b]. Actiones pariunt, quæ non manent in genere Conuentionis, sed transeunt in Proprium nomen contractus: ut emptio, locatio, &c. Hæ enim conuentiones, certam formam & speciem habent, & ut fieri solet, à certa specie etiam certum nomen facilè inuenerunt, unde iure ciuili certa formataq;, & nominata actio dari posset: quam dari eo magis ex his contractibus placuit, quia propter συνάλλαγμα & commutationem rerum, uel quo ad dominium, uel quo ad usum, absq; his in communi uita uiui non potest: puta absque mutuo, deposito, pignore, commodato, mandato, societate, emptione, locatione, & similibus [c]. Carere autem illis necesse esset, si certa fides, & efficax obligatio ex his contractibus non nasceretur: quando nemo initurus sit ea rerum commercia, quæ uires ad obligandum non habeant idoneas [d]. Quare cum hi contractus ita sint forma & nomine constituti, ut formata & specialis nominataq; actio, iure ciuili inde dari possit: cumq; ob commercio- rum utilitatem, respublica his carere non possit: meritò ex iure ciuili, uel potius (quantum arbitror) Romanorum moribus [e], hæ conuentiones, tanquam utiles reipublicæ, & aptæ ad agendum, approbatæ sunt, & per approbationem factæ Legitimæ, ac Ciuiles, ut Ciuilis inde & Legitima actio oriatur [f]. Dicuntur tamen nihilominus contractus nõ ciuiles, sed iuris gentium. Nam etsi obligationem & actionem iure quoq; ciuili producunt, ut dixi: tamẽ maxima sui parte sunt iuris gentium, siue originem spectes, siue nomen, siue formam, quæ præcipua cuiusq; rei pars est [g]. A' præcipua autem parte seu principaliore, fit denominatio [h]: &, Quoties ad eundem actum perficiendum, ius naturæ seu gentium, & ius ciuile concurrunt, toties reputatur actus esse iuris gentiũ: quia hoc ius potius est, & magis principale [i]: nisi totam formam à iure ciuili actus mutuetur [k]: quod non est in his contractibus nominatis. Reliquæ conuentiones præter nominatas, iure ciuili nullam actionem aut obligationem, ne quidem expressim exceptionem (alioqui edicto prætorio non fuisset opus) producunt [l]. Nec distinguo hic inter contractus innominatos, & reliqua pacta nuda: inter quæ nonnihil esse discriminis, uult post alios Ias. [m] Nam ne contractus quidem innominati, ex sua natura efficaces sunt ad obligationem iure ciuili producendam, sed tantum per accidens: scilicet quatenus res interuenit [n]. Vt enim sine rei interuentu contrahatur obligatio, tantummodo in his receptum est conuentionibus, quæ proprium nomen & propriam speciem habent [o]. Quæ nam autem huius rei sit ratio, uariè disputatur. Doctores hanc ponunt: quia lex ciuilis

a uide utrum præsumatur impulsiua an finalis, in l. Aurelius. §. ult. de lib. lega. Cyn. in l si quis pro redẽptione. 36. in princ. C. de donat. Soci. consil. 165. nu. 6. uol. 2.
b l. 7. in prin. hoc t.
c l. 2. in fi. prin. hoc t. l. 4. de præscr. uerb. l. 1. in fi. de permutat. l. cum mota. C. de transaction. l. in traditionibus. l. iuris gentium. 7. in fi. prin. hoc t.
d l. 5. de iust. & iur. l. ea. 8. de cap. diminuti. uide Cassi. in l. 1. in prin. hoc t.
e in l 1. l. iuris gentium. 7. §. 1. hoc t. l. legẽ. 10. l. in bonæ fidei. 13. C. eo.
f l. b. 5. Comment.
g d. l 7. & pass. in tot. h. t.
h in l. 1. hoc t.
i ut pluribus declarat Panor. nu. 2. 4. & 5. in c. 1. de pactis.
k l. in ijs. 5. §. imperator. de solutio.
l l. cũ amplius. 85. de reg. iur. &c.
m l. 1. in fi. hoc t. l. 1. in fi. de contrah. emp. l. si nõ sortem. 16. §. libertus l. frater à fratre. de condict. indeb.
n Panorm. in c. dilecti. de iudic.
o l. cum proponas. 21. C. de pact. l. debitor. 59. §. fin. ad Trebell. l. inter. 26. §. filia. de pact. dotalib. l. quod pupillus. 41. d. l. si non sortem. §. indebitũ. de condic. indebit. d. l. cũ proponas. in fin. C. eo. hoc tit.
p lib. 2. tit. 14.
q l. Stichum. 95. §. naturalis. de solutio. l. qui excep tionem. 40. §. ultimo. iuncta. l. si non sortem. 26. §. liberius. de cõdict. indeb. gl. mag. & Dd. in l. 1. de cond. ind.
r l. nihil. 36. de reg. iur.
s in d. l. iuris gentium. 7.
t ut in prin. d. l. 7. in uerb. nasci ciuilem obligationem.
u in d. l. 7. §. sed cum nulla.
x l. 2. de exceptio.
y de qua in §. 3. & tot. tit. Instit. de actio. & ff. eo. & l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. & tot. tit. ff. de

ædend. a l. Panor. in c. dilecti. de iudicijs. b l. 2. 7. hoc tit. c d. l. iuris gentium. 7. in prin. d l. quod si. 24. §. 3. ff. de minorib. e l. 1. in fi. in uerb. receptum est. de rer. permuta. Paul. lib. 2. tit. 14. f l. 6. hoc tit. g l. Iulianus. 9. §. si quis rem. ad exhiben. h Felin. in procem. decr. ad uerb. Gregorius. numer. 1. & in Rub. de off. de leg. Ias. & Dd. l. 1. de uerb. oblig. l. 3. de iurisd. Tiraquel. de retract. lig. §. 32. gloss. 2. i l. filio. 33. de liber. & posthum. d. l. iuris gentium. l. 4. & 5. de iust. & iur. k d. l. legitima. 6. hoc tit. l d. l. iuris gentium. §. sed cum nulla. m Ias. in d. §. sed cum nulla. nu. 21. cum seq. n d. l. 7. in fin. princ. o l. 1. in fin. de rer. permu.

BIU Cujas

ciuilis non asſiſtit pactis nudis & conuentionibus innominatis, unde & nuda dicuntur. Vbi autem lex non asſiſtit obligationi, quantumuis naturali, ibi non poteſt nasci obligatio, iure ciuili efficax: hoc eſt, quæ proſit ad agendum. Nam actiones omnes iuris ciuilis ſunt [a]. Ideo in earum definitione, Iuſtinian. [b] ait, Iis quid peti ſecundum ciuitatis Romanæ iura, hoc eſt, ſecundum diſpoſitionem legis, & formam iuris communis. Vbi igitur ius commune in conuentione deficit, ibi ex ea actio ciuilis nasci non poteſt [c]. Cur autem lex non asſiſtat his conuentionibus, eo factum uolunt, ne quis promiſcuè, & quadam incogitantia ac temerè prolatis uerbis obligetur, ut ſæpenumero plura oſtentandæ beneuolentiæ cauſa pollicentur homines, quàm ſeriò præſtare uelint: ſæpe etiam, dum nos alteri dare uolumus, lingua præcurrit mentem: ſæpiusq; ex affectione quadam potius, quàm κατὰ προαιρέσεως ſtudia & officia noſtra deferimus, magis conciliandæ retinendæq; beneuolentiæ, quàm obligationis inducendę cauſa [d]. unde promiſcuè obligationem & actionem oriri, ualde fuerit iniquum & inciuile [e]. Connanus [f] putat totam hanc rem pendere à ratione συναλλάγματος: ut quibus in contractibus inſit συνάλλαγμα & rerum commutatio, in his propter utilitatem commerciorum, ciuilis oriatur obligatio: in reliquis quibus deſit συνάλλαγμα, nequaquam. Pro quo facit & illa communis Dd. theorica: Quòd ubi non eſt mutua commutatio in contractu, aut cauſa obligationis, nunquam ſubeſſe cauſam donationis, ſed potius errore aut fatuitate aliqua promiſsio facta præſumatur [g]: cui uires addi à lege ciuili, fuerit periniquum [h]. Licet autem hæc ratio mihi quoq; aliquando probabilis uiſa eſt: tamen iudico, eam non ſatis firmam eſſe. Nam primò, quàm multi ſunt contractus nominati, in quibus nullum eſt συνάλλαγμα ſeu mutua obligatio: ſed tantummodo altera pars obligatur: ut in commodato, depoſito, pignore, mutuo, ſtipulatione: item hodie in donatione & ſimilibus: quàm in multis non niſi re conſtat obligatio [i]: ut ſi huius reſpectu nominati dicantur, idem de innominatis ubi res interuenit, iudicandum ſit [k]. Deinde quamlibet I. C. [l] uideatur uelle propter συνάλλαγμα ciuile oriri iudicium: tamen nec hoc facit contractum nominatum, aut innominatum, ut iam dictum eſt: & ex eius uerbis facilè poteſt intelligi, συνάλλαγμα ipſi non ſignificare mutuam obligationem, ex qua aliquid ultrò citroq; dandum ſit, ſed potius ipſam dationem, & rei interuentum, ſeu mutuam rerum traditionem ac permutationem [m]. Id quod ex eo ſciri poteſt, quia contractus innominati, qui mutuam obligationem continent, ut ſcilicet aliquid ultrò citroque detur aut fiat, non producant ex ſe, ui iſtiuſmodi conuentionis mutuæ, obligationem aut actionem ciuilem ut contractus nominati [n], ſed eatenus tantum, quatenus res interuenit [o]. Quare ratio Doctorum, mihi accuratius iſta expendenti, magis nunc præ iſta arridet: quam & pleroſq; prudentes legiſlatores ponderaſſe animaduerto: ne ſcilicet nimium conſtringatur libertas oris, & ſæpe imprudentes in laqueos incidant, ſi ex quouis dicto, temerè fortaſsis prolato, homines obligentur [p]. Itaq; & Plato in libris de Republica, eádem ratione non uult obligationes ex promiſsis promiſcuè induci, fortè in familiari ſermone aut conuiuio factis: ſed tum demum, cum in foro, ubi contrahi ſolet, contractus ſeriò celebrantur. Adde his quòd ipſi quoq; I. C. aliam huius diſcriminis rationem, quàm συνάλλαγμα ponant: ueluti cum ait Vlp. [q] ut quis ex conuentione mutua etiam, in qua ineſt συνάλλαγμα ſeu commutatio rerum (ut in permutatione) ſola ui conuentionis obligetur, hoc tantummodo receptum eſſe in his quæ nomẽ à lege ſcilicet & iure ciuili habent. Idemq; alibi [r] oſtendit, eas conuentiones demum actionem producere, quæ in aliud nomen tranſeunt. Neceſſum eſt igitur, cum hac in re uim ponant I. C. utrum ſcilicet contractus certum nomen habeat, an non habeat, aliquam non in ſynallagmate conuentionis, ſed in hoc diſcrimine ſubeſſe rationem, quare ex cõuentionibus nominatis detur actio, ex innominatis nequaquam. Puto uerò duplicem eſſe probabilem: alteram quòd lex nominando contractum, & certum ei nomen tribuendo, faciat eum pactum legitimum, ex quo oriri actionem ſequens ſit [s]: alteram quòd actiones iuris ciuilis omnes certæ ſint, & nominatæ. Nec poterat olim ulla actio inſtitui, niſi certo & ſpeciali nomine expreſſa [t]: ſcilicet ut nomẽ actionis, nomen & ſpeciem futuræ quoque litis unà oſtenderet [u]. Quare & in negocijs ciuilibus quæ nomen non habent, neceſſum erat, prætorem ſuccurrere, & dare præſcriptam in factum actionem [x]: quia ius ciuile nullam agendi facultatem, ubi certa nominataq; deerat actio, faciebat. Hoc igitur poſito, quòd iure ciuili nulla inſtitui actio poſsit, niſi certa, nominata, & ſpecialis: facilè eſt peruidere, quare de contractibus innominatis, & nudis pactis, nulla iure ciuili fluat actio. Non enim habent certam ſpeciem, quia manent in ſuo genere: uidelicet pacti, permutationis, aut donationis (omnis enim contractus aut pactum eſt, aut permutatio aut donatio:) & proinde nec certum nomen habent, nec à lege nominantur: ut neq; in legitimum pactum tranſeant, neque indidem ciuilis, certa ac ſpecialis & nominata actio dari poſsit. Nec uerò in his actionem Præſcriptis uerbis prætor in defectum nominatarum ſuppeditat, quia hæc actio ciuilis eſt [y]. Itaq; dari non poteſt, niſi ex ciuili negocio [z]. Ciuilia autem negocia tantum duorum ſunt genera: uidelicet Contractus nominati, & Conuentiones innominatæ, ex quibus datione rei, alter alterum ciuiliter obligauit [a]. Reliquæ conuentiones, tanquam inutilis turba, apta magis litibus quàm rerum commutationibus, à iure ciuili nominatæ receptæq; non ſunt, nec recipi debuerunt. Quare Prætor etiam, qui iuris ciuilis authoritatem in pactis ſequitur [b], actionem Præſcriptis uerbis adhorum executionem non ſubminiſtrat: quòd nullum ſcilicet ciuile negocium, ex quo actio dari debeat, iſthic ſubſit. Ex his puto iam ſatis conſtare rationem, cur iure ciuili nudis ex pactis non detur actio [c]: niſi cum aut ſtipulatione munita ſunt [d] (nam tunc actio non datur ex pacto, ſed ex ſtipulatu [e]:) aut iureiurando (quo caſu ex ipſo pacto iurato uelut contractu nominato [f] naſcitur actio [g]:) aut rei traditione impleatur pactum: qua ſimiliter pacta ſic muniuntur, ut proſint ad agendum [h]. Cuius rei ratio cum in obſcuro lateat, paucis inueſtigetur. Sciendum autem eſt, non modò natura æquum eſſe, ne quis locupletetur cum alterius iactura [i], ſed etiam iure ciuili. nam furti inſtar eſt, uelle aliquem defraudare ſuo, nec contrà præſtare quod promiſſum eſt. Atque ipſæ quoque leges eum in dolo hærere pronunciant,

a *l.2.§.his legib.de orig. iuris.*
b *§.j.Inſt.de act.*
c *Bal. & Dd. in l.ſi unus. 26.§. pactus ne peteret. hoc tit. per l.licet. 42.§. ea obligatio. de procurat. l. ſi pupilli. 6. §. uideamus. de negoc. geſt.*
d *§. 2. uerſ. cæterùm ſi ut plerunq; ſermonibus fieri ſolet, dixit, &c. Inſt. de milit. teſtam.*
e *Bart. in l.j.§. ſi quis ſimpliciter. de uerb. oblig. per text. in c. conueniſſent. ubi CC. de inſtit. Angel. Caſtrenſ. Socin. & Dd. in rubr. de uerb. obliga. Latiſſimè autem omnium Andreas ab Exea. in tract. pactorũ. nu. 270. cum mult. ſeq.*
f *lib. 5.*
g *dixi ſuprà, & infr. de uer. oblig. nu. 10.*
h *gl. Bal. & Dd. in l. 3. C. de non num. pecu. Iaſ. in d. l. 7. §. ſed cum nulla. nu. 28.*
i *tot. tit. Inſt. quib. mod. re cont. ob.*
k *contra l. 5. & tot. tit. de præſc. uer. l. 7. in princ. hoc tit.*
l *in d. l. 7. in fi. prin.*
m *l.j. in fi. de rer. permu.*
n *l.j. de re. per. in fi.*
o *in l. ab emptione. §. fin. hoc t. & d. l. 1. in fi. prin. de rer. permut. d. l. iuris gentium. 7. in princ. hoc tit. l. 3. 6. 7. de cond. caudat.*
p *Fac. §. 2. & pen. Inſt. de mil. teſta.*
q *in l.j. in fi. de rerũ permuta.*
r *in l. 7. in prin. hoc t.*
s *l. 6. hoc tit.*
t *l. fi. C. de interd.*
u *l. 3. C. de ædend.*
x *tot. tit. de præſc. uerb.*
y *l. 1. de præſcript. uerb.*
z *l. 4. & tot. tit. de præſc. uerb.*
a *d. l. 7. in fi. prin. ubi I. C. hoc appellat negocium ciuile.*
b *l. 7. §. prætor. hoc t.*
c *ut in d. l. 7. §. ſed cum nulla. l. intra. 41. l. diuiſionis. 45. hoc tit. l. in bonæ fidei. 13. l. cum proponas. C. eo.*
d *d. l. 7. §. quod ferè.*
e *l. reſcriptum. 10. §. ſi pacto. in uerb. ex ſtipulatu actio. hoc t. l. petens. ubi Dd. C. eo.*
f *c. 2. ubi gl. & Dd. de pact. in 6.*
g *l. ſi quis maior. 41. ubi Dd. C. de tranſact. d. c. 2. de pact. lib. 6. Iaſ. in d. l. 7. §. ſed cum nulla. nu. 21. Socin. in fal. reg. 9. nu. 19.*
h *l. in traditionib. 48. hoc t.*
i *l. iure naturæ. 207. de reg. iur. l. nam hoc natura. 15. de condic. inde.*

nunciant, qui aliquid ob causam accipit, neque tamen eandem præstat [a]. Iure porrò ciuili (quo Prætorium quoq; complectimur [b]) etiam furta & dolum, atq; omnem fraudationem coerceri, & prouideri, ne quis cum aliena iactura locupletetur, dubium non est [c]. Cùm igitur ex pacto alicui res datur, ut is contra aliquid ex conuentione præstet: hic is qui accipit, non modò naturaliter, sed etiam ciuiliter ad dandum obligatur: ne uidelicet dolo, & quasi per furtum aliena re locupletetur: quam dominus non animo donandi dedit, sed spe aliquid ex conuentione contrà recipiendi. Subest igitur hîc ciuile negocium, ut inquit Vlpianus [d]. Nec enim ullius bene constitutæ ciuitatis iura, tales fraudationes tolerare debent: neq; pati, ut fides contractuum, quibus ultrò citroq; res communicantur, ad hunc modum eludatur. Et quia negocium ciuile subest, eo datur Præscriptis in factum uerbis à Prætore actio [e]: qua consequimur, ut aut reddatur res, quæ data est (reddi enim potest ad actionem hanc eliden dam, cum propter rem solam efficax obligatio constet [f]:) aut præstetur causa propter quam data est [g]. Nec hæc res multum difficultatis habet, cum alteruter pacisc entium rem Verè, & (ut loquuntur) Realiter accepit, atq; ita factus est locupletior: quod fit, quando res ex pacto aliquo ob causam datur & traditur. Sed ubi factum eiusmodi uersatur in obligatione, unde is, cuius gratia factum est, non redditus est locupletior: hoc in articulo fuisse uidentur inter ueteres I. C. controuersiæ non paruæ. Nam Iuliano uisum est, non subesse ciuile negocium, quòd is cuius nomine factum est, nihil reuera accepisset: neq; sequerétur ulla ciuilis rerum permutatio. Marcianus & alij contrà statuerunt: quia factum esset quod erat conuentum: quo facto cum damnum passus sit is qui fecit, meritò illi subuenitur, quantumuis alter effectus non sit locupletior. Iniurium enim fuerit, eum hoc nomine exceptionem habere, postquã factum impletumq; est quod uoluit, sibiq; imputare debet, non alteri, si id uoluit, inq; pactum deduxit, quod minus erat ei profuturum. Exemplum hoc proponunt I. C. [h] Dedi ex conuentione tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas. Manumisisti: euictus est tibi Stichus quem dederam: quæsitum est, an aliqua tibi actione aduersum me succurratur? Iulianus [i] putabat, iure ciuili non succurri, quia tu nihil mihi dedisti, sed tantum fecisti quid, hoc est, manumisisti seruum, ex quo non sum factus locupletior. Itaq; in defectum obligationis ciuilis, & proinde quæ inde oritur ciuilis actionis, putabat Extraordinaria actione agendum esse: uel de Dolo, si dolus interuenisset, puta si sciens alienum dedissem: uel actione Subsidiaria, Prætoria in factum, si ignorans alienum dedissem [k]. Reliquis placuit, etiam hoc casu subesse ciuile negocium, quia impletum est id cuius causa dari debuit: ut cum tu feceris, hoc est, manumiseris, sicut conuentum erat, æquum etiam sit & ciuile, me tibi dare quod ob tale factum promissum erat. nam hoc æqualitas συναλλάγματος exigit. Non autem uidetur dedisse is, qui dedit seruum, qui euictus est. Dare enim est dominium transferre [l], non rem alienam quæ euincitur tradere [m]. Quæ sententia plana & recta est, & à compositoribus in Pandectas duobus locis relata [n]: qui tamen putantur non admodum scienter addidisse uerbis I. C. Pauli [o], particulam Ciuilem. Quod sicut imperitè & oscitanter factum est, ita doctorum hominum ingenia mirificè torsit, dum ratione & rebus ipsis pugnantia, quouis pacto student conciliare: quasi religioni sit habendum, si perhibeamus, in tam difficili & longo Pandectarum opere, iuris compositores aliquando dormitasse. Atqui Paulus [p] ita Iuliani sententiam recitat, facilè ut appareat, eum non de actione ciuili, sed de extraordinaria locutum esse. Nam ait: Si sciens dedi, ex Iuliani sententia dandam de Dolo actionem: sin autem ignorans, in Factum. Constat autem, actionem Doli non esse ciuilem, sed extraordinariam [q], à Prætore inductam [r]. Necesse est igitur dicere, ut constet ἀναλογίαν inter utrunq; casum quem Paulus proponit, etiam actionem in Factum, de qua loquitur, esse Extraordinariam [s] & Prætoriam, non Ciuilem. Nam absurdissimũ esset dicere, ex uno facto, Si sciens dederim, actionem esse Extraordinariam doli: sin autem Ignorans, dari actionem Ordinariam ciuilem. Etenim si ciuile negocium subest, utroq; casu dari ciuilem actionem consentaneum est. Sin autem ciuile negociũ non subest: neutro casu siue sciens dederim, siue ignorans, ciuili actioni locum esse. Et hoc quidem uoluit Paulus [t]. Quod parum considerantes Iuris compositores, addiderunt explicandi gratia particulam Ciuilem. Quæ interpretatio, Iuliani & Pauli sententiæ uidetur contraria [u]. Quanquam nõ desunt etiam num, qui Tribonianũ propugnent, & in uniuersum, cum dolus in eiusmodi facto adest, dari de Dolo [x], quæ etiam interdum in Factum datur [y]: quoties abest, ciuilem Præscriptis uerbis [z], suppetere contendant [a]. Cæterùm ut ad institutum reuertamur: pacta etiam tum pariunt actionem, cum insunt Bonæ fidei iudicijs [b], non etiam Stricti iuris [c]: nisi ex parte (quanquam hoc Contius improbat [d].) excipientis debitoris & rei [e] insint (nam & aliàs ea debenti, cui remissum est, semper & indistinctè prodesse diximus:) aut cum stipulatione comprehensa sunt [f]. Ineſſe autem tum uidentur, cum adduntur in ingressu contractus, ut inquit I. C. hoc est, antequam is perfectus sit, & absolutus [g]. Ideò autem insunt, quia intelliguntur pars esse contractus [h]. Quare ut ex contractu, ita & ex hoc pacto agi potest. Hoc est quod dicitur, hæc pacta actionem bonæ fidei informare [i]. Nam ut legem & formam dant pacta cõtractibus [k] quibus insunt, ita & eorum contractuum actiones informant atq; innouant: ut non iuxta naturam contractus, sed secundum legem formamq; pactionis instituantur. Verbi gratia: si conuentum est in emptione, ut de euictione, fideiussoribus caueatur: iuxta hanc conuentionem informabitur empti actio, quæ alioqui ex sua natura, ad satisdationem non datur [l]. Pacta autem quæ ex interuallo, post absolutum scilicet contractuum interponuntur, nec in bonæ fidei cõtractibus neq; in strictis insunt: nec ad agendum prosunt, nisi res postmodum insequatur. Nam si post pactum à contractu, ex interuallo secutum, sequatur & fiat rei traditio, ab eo cuius in rem cuiusq; bono pactum factum est: intelligitur ea traditio facta non modò contractus, sed etiam pacti intuitu & contemplatione. Itaq; qui tradit, ipsa re sibi accipientem, sicut antea diximus, obligat, ut ex pacto qualecunq; illud sit, teneatur [m]. Quantumuis igitur pacta post contractum consensu perfectum, & postquam ad alia omnia contrahentes discesserunt [n], conuenta, non

[a] l. si quis. 17. §. fi. de instit. actio.
[b] l. ius autem ciuile. de iust. & iur.
[c] l. hominem. 37. ff. mandati. l. 4. 5. si quis cautionib. cum similib.
[d] in d. l. 7. in fi. prin. l. solent. 16. de præscr. uer.
[e] l. solent. 16. de præsc. uer.
[f] l. 3. & 5. de cõd. cau. dat.
[g] l. legem. 11. C. eo. l. diuisionis. 45. hoc tit. l. si fratres. C. cõmunia utriusq; iud. l. licet. 23. l. si familiæ. 14. C. fam. herciscu. cum simil.
[h] in d. l. iuris gentium. 7. in fi. prin. & l. naturalis. 4. de præsc. uerb.
[i] d. l. iuris gentium. 7. in fi. princ. d. l. naturalis. 5. §. at cum. de præsc. uerb.
[k] l. quoties. 24. de præscr. uerb.
[l] l. fi. de cond. causſa data. cum simil. ubi Iaſ. et Dd.
[m] l. Iulianus. 135. §. j. de uerb. oblig.
[n] in d. l. 7. in fi. prin. hoc t. & l. naturalis. 5. de præscript. uerb.
[o] in d. l. naturalis. 5. uersſ. sed si dedi. uide Gouea. lib. 2. lect. cap. 27.
[p] in d. l. 5.
[q] l. eleganter. 7. de dolo malo.
[r] Cic. lib. 3. Offic.
[s] d. l. quoties. 22. de præscript. uerb.
[t] in d. l. 5.
[u] Cont. disput. lib. 1. ca. 13.
[x] d. l. naturalis. §. quòd si. l. solent. 15. eod. tit.
[y] l. nõ debet. 11. de do. mal.
[z] d. l. solent. d. l. iuris gentium.
[a] Donell. copiosè d. l. naturalis. §. sed si dedi. cum §. seq. de præscr. uerb.
[b] l. iuris gentium. 7. §. quinimò. hoc tit. l. in bonæ fidei. 13. C. eo.
[c] l. 3. de reſcind. uend.
[d] lib. 1. diſp. cap. ult.
[e] l. lecta. 14. si cert. petatur.
[f] l. petens. 27. C. eo.
[g] d. l. 7. §. quinimò. & §. adeò. hoc t.
[h] l. si sterilis. 22. §. si tibi. 4. de actio. empt. l. fundi. 79. de contr. empt. d. l. 7. §. quod ferè. hoc t. l. scire debemus. de uerb. oblig. l. 1. §. j. de ædend. l. si in emptione. 34. in prin. de cõtr. empt. i uide Cont. hæc aliter explicantẽ. lib. 1. diſput. cap. ult. k l. iuris gentiũ. 7. §. adeò. in uerb. quæ legẽ cõtractui dant. h. t. l. 1 § si cõueniat. depoſ. l. cõtractus. de reg. iur. l l. si dictũ. 56. de euict. m l. in traditiõib. 41. h. t. n l. hæredes palàm. 21. §. fi. de teſt. uid. Dd. in l. 1. §. j. l. cõtinuus. de uer. obl.

BIU Cujas

ta, non insint contractui, ui conuentionis: quia sunt conuentiones separatæ: Ex separatis aũt nihil rectè infertur [a], tamen alia res est, cùm traditione insecuta muniuntur: tũc enim efficacia sunt etiam ad agendum: non quòd insint contractui, sed quia implemento rei, ueluti synallagmate ciuiliter roborantur [b].

Quæ [†] autem pacta reformant contractum, hoc est, quæ mutant substantiam contractus, puta preciũ aut mercem, eiq; aliam formam inducunt: ea etiam ex interuallo facta insunt ex parte agentis, inquit I. C. hoc est, prosunt nedum uolenti excipere, sed etiam illi qui agere uult ex contractu, & producunt per se actionem. Nam talia pacta sunt nouus contractus: quia prioris cõtractus substantia his immutatur [c]. Quod in ijs contractibus obtinuisse puto, qui cõsensu constant: de quibus I. C. loquuntur [d]. In his enim sicuti mutuo consensu, à toto cõtractu recedi potest [e], ita etiam ab aliqua eius parte: & intelligitur hæc noua pactio, nouus quidã nominatus cõtractus esse [f], ex quo agi potest. Hoc autem in cõtractibus, qui Re aut Verbis cõstant, obtineri nõ potest. Sed in his dicendum est, pacta, quæ ex interuallo sequuntur, tantum prodesse ad excipiendũ [g], nõ etiam ad agendum: cum ex solo cõsensu, in his cõstituatur nouus cõtractus, unde agi possit. Quin etiam cum nõ informatur pacto præcedens cõtractus, sed solummodo accidens aliqua qualitas, aut detrahendo aut adijciendo immutatur: nõ putauerim ea pacta ex interuallo apposita, iure ciuili prodesse ad agendum, nisi quatenus traditione firmantur: ne uidelicet ex pacto detur actio [h]. Pacta etiam tum iure nouissimo prosunt ad agendum, cum muniuntur chirographo, aut scriptura: quia transeunt in cõtractum, qui literis cõstare dicitur [i]. Vnde his temporibus, raro pacta nuda inueniuntur: quoniam pleraq; solent in scriptum redigi, & consignari uel à partibus, uel à iudicibus, uel à notario [k]. Proficit etiam pactum ad agendum, cum fit in iudicio [l]. Quod etsi disputari potest, tamẽ rationem habet: cùm quoniam in iudicijs quasi contrahitur [m] (ex quasi contractibus autem, ut aut nominatis plerunq;, aut ciuile negocium continentibus, oritur obligatio & actio [n]:) tum quòd, quæ in iudicijs fiunt, omnem solennitatem cõtractuũ exuperant [o], & incumbunt officio iudicis, cui credita sunt: ut is suam ad fidem exonerandam, meritò prouidere debeat, quo res ad exitum producatur [p].

His ita expositis, tempestiuum est ultimo loco exquirere, quæ uis atque authoritas iure Prætorio, & nouissimè Pontificijs canonibus, (quos potissimùm hodie sequimur) atque moribus horum temporum, pactis sit attributa.

Cum ergo ad eum quem dixi modum, pacta nuda iure ciuili destituerentur, subuenit Prætor edicto suo: quòd uideret compluries incidere, ut pacta seruari æquum esset. Quare proposuit in eam rem hoc edictum: PACTA CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVI EORVM FIAT, (hoc est, Quæ non in Fraudem legis facta sunt) SERVABO [q]. Verbum, Seruandi, puto hîc generale esse, & quamlibet tuitionem significare: sicet licet quæ præstatur uariè, pro re proposita, proq; uarijs circumstantijs facti, datis aut Actionibus aut Exceptionibus [r]. Qua in re prætor non recedit à Iure ciuili, sicut ipsa notant Edicti uerba, sed solum Ciuile ius interpretatur: uidelicet dando actionem Ex pactis, cùm hoc definitio ratioue iuris ciuilis permittunt: ut cum pactum est contractui appositum, notaturq; uerbis edicti: Pacta cõuenta: id enim propriè Conuentum dicitur [s]: aut rei Traditione Implemento q; causæ, aut alia aliqua Efficacia obligationis ciuili munitum: ut etiam Ex æquitate ciuili actio danda sit. Aliàs porrò ubi hæc desunt, non actionem ex Pacto dat Prætor, sed Præscriptionem: præscribens scilicet iudicium Pedaneo iudici, non Pũrum, sed cum exceptione: Extra quam si quid pactum erit, &c. Neq; uerò hac etiam in re, Prætor recedit à iure ciuili: sed illud magis interpretatur, & data expressim exceptione cõfirmat [t]. Nam dixi, Etiam legibus ciuilibus quod ex pacto solutum est, non posse repeti: quia naturaliter debitum solutum est [u]. Postquam enim traditio ex pacto facta est, pactum ipsum firmatum est traditione [x], & res tota trãsacta ac confecta. Ea autem quæ transacta & confecta sunt, resuscitari non debent, minuendarum litium causa [y]. Ex quibus intelligi iam facilè potest, nihil iure ciuili alienum facere Prętorem, cum Ex pacto Nudo exceptionem pollicetur. Nam exceptio, actionis est exclusio [z]. Quare qui excipit Ex pacto, uel exceptionem à Prætore sibi dari hoc nomine petit: is proculdubio posi det aliquid Ex pacto: hoc est, aut Accepit, aut Retinuit nescio quid, quod alioqui ab eo actione aliqua peti posit. Cur enim exceptione opus sit, nisi quid peti posit, quod per pactum deinceps fuerit remissum, & quasi traditum [a]? Nam qui De pacto excipit, effectu dicit, sibi quasi traditionem & solutionem Ex pacto factam esse, quæ pristina actione condici non debeat: quando eorum, quæ Ex pacto soluuntur, nulla ne quidem iure ciuili sit repetitio. Vt igitur (uerbi gratia) cui decem pacta sunt, & soluta, exceptionem etiam iure ciuile habet, contra repetentem: quia pactum traditione consummatum est, & solutum naturale debitum: ita & cui remissio Pacta Liberatorio facta est, eadem exceptio danda est: quia posi det Ex pacto, tanquam solutum, uel sibi datum. Remittere enim dare est [b].

Quanquam autem hac de re, plura subtiliter disputari possunt, tamen modus aliquis adhibendus est: maximè cum hæ iuris ueteris subtilitates, hodie non sint in usu. Nam primùm iure Pontificio, ex quolibet pacto oritur actio [c]. Deinde hodie idem obtinet in omni foro, ubi ex æquo & bono, & ex suprema potestate iudicatur: ut sunt Curiæ summorum Principum, Arbitratorum, Mercatorum, & similium [d]. Etsi uerò longa est disputatio, an in reliquis Curijs, in quibus secundum ius ciuile pronunciatur, ius Pontificium obtinere debeat: tamen communis opinio est, & ita usus obseruat, ut indistinctè ex pactis Nudis, seriò & deliberatè initis, etiá in foro Ciuili hodie detur actio [e]. Quod uerum puto, & sequendũ. Nam eiusmodi pacta cum obligẽt naturaliter, & ex bono & æquo [f], sequitur eum, qui pacta non seruat, contra naturam, conscientiam, atq; adeò contra officiũ boni uiri facere, ac peccare, ut uolunt Canonistæ, mortaliter [g]. Et certè diuus Paulus ad Rom. 1. ἀσυνθέτους, hoc est, eos qui pacta non seruant, in illis numerat,

a l. Papinianus exuli. de minor.
b d. l. in traditionibus. d. l. 7. in prin. hoc t.
c d. l. 7. §. quinimò. l. ab emptione 59. hoc t.
d d. l. 7. & l. pacta conuenta 71. de contrah. empt.
e l. ab emptione. 59. hoc t. l. 1. 2. 3. de resc. uend.
f l. iuris gentiũ. 7. §. adeò. hoc tit. l. pacta. 72. uers. Paulus notat. de contr. empt.
g d. l. ab emptione. in fin. hoc tit.
h d. l. pacta. 71. de cont. empt.
i Panor. in c. 1. num. 4. & 5. eẍ. eod.
k Socin. reg. 9. num. 14. in fallent. ex doctrina Bar. in l. 1. C. de cõd. ob. caus. & in l. si creditori. C. de pign. Cag. in l. id quod nostrum. nu. 14. de reg. iur. per not. in Rubr. de uerb. obl. pro hoc tex. in l. 7. §. quòd ferè. 5. hoc t. l. non figura. 38. de obl. & act.
l l. 4. §. fin. de fideiussor. tut. l. talè pactum. 41. §. qui prouoc. ubi Bar. Ias. in d. l. 7. §. sed cum nulla. nu. 19. hoc t.
m l. 3. § idẽ scribit. de pec.
n l. 2. & 4. de actio. tot. t. Inst. de oblig. quæ ex q. contr.
o l. publicati. l. omnium. l. sancimus. C. de testa.
p l. ædiles. 30. §. item. de ædilit. edi.
q d. l. 7. § Prætor. 3. hoc t.
r l. inter. § j. famil. herciscun.
s tot. t. C. de pac. conuen.
t ut Inst. de bon. poss. in princ.
u d. l. debitor. 59. §. fin. ad Trebell. l. inter. 26. §. filia. de pactis dotalib. l. cum proponas. 21. C. de pactis.
x d. l. in traditionibus.
y uide j. hoc t. 1.
z l. 2. de exceptionib.
a §. j. Inst. de except.
b l. 4. in prin. ubi Bart. de pecul. l. si mulier. de cond. ob. caus. l. si quis dele. gauerit. 12. ubi Bart. de nouat. Dd. in l. pactum. 17. C. de cura.
c c. 1. & 3. ubi Can. eẍ. eo.
d Bart. & Dd. in l. quinimò. per illum tex. & in l. si fideiussor. 29. §. quædam mandati.
e Bald. & Salic. in l. petens. 21. C. eod. & idem Bald. in l. legitima. 6. in princ. hoc t. & Ias. qui dicit esse communem. in d. l. 7. §. sed cum nulla. nu. 4.
f l. 1. in prin. hoc tit. l. 1. de const. pe.
g gl. in c. 1. de pactis.

BIU Cujas

merat, qui capitaliter delinquunt. Est autē definitū inter Doctores: Vt quotiescunq; agitur de cauendo peccato, deq; causa conscientiæ, toties etiam in foro ciuili ius Pontificium debeat obseruari [a].

Hoc ergo constituto, sequens est exponere, Quæ nam actio ex pacto detur. Iason [b] uult competere actionem præscriptis uerbis, quæ datur ex reliquis contractibus innominatis [c]. Atqui sciendum est, actionem Præscriptis uerbis, non ex sola produci Conuentione, sed tantummodo Ex æquitate rei traditæ, qua paciscens alterum sibi obligauit [d]. Quocirca locum hæc habere potest actio cum res interuenit, cuius traditione qui agere uult, alterum sibi deuinxit [e]. Sed hoc perraro in pactis potest euenire, in quibus plerunque non inest συναλλαγμα, quia donationis causa fiunt [f]. Magis ergo consentaneum uidetur, ex pacto non actionem Præscriptis uerbis (nisi quando res interuenit) sed Condictionem ex lege, uel potius ex Canone nasci: sicut ea dari solet ex omnibus contractibus, qui noua aliqua lege aut canone uim adipiscuntur [g]: cuiusmodi sunt donatio [h], contractus emphyteuticus, feudalis & consimiles [i]. Eandem igitur actionem hodie ex pactis dari, uerius est [k]. Quia uerò diximus, non solum Actiones, sed etiam Exceptiones ex pactis dari [l]: ideo non ab re fuerit, & illud ultimo loco exponere, Vtrum hæc exceptio priuilegiata sit, & impediat litis ingressum: an uerò tantummodo peremptoria sit perhibenda: qua de re uariè disputatur [m]: alijs existimantibus, exceptionem esse priuilegiatam, quoniam Imperator [n] ait: Petitionem per exceptionem repelli: alijs cōtrà statuentibus, & quidem Communiter, ut hæc exceptio tantum sit Peremptoria, non etiam impediat Litis ingressum [o]. Quod & rationem habet. Nam nullæ exceptiones impediunt litis ingressum, nisi quæ tollunt ius actionis, sic ut lis instaurari non possit: uelut est exceptio quæ datur ex Re iudicata, Iureiurando, Transactione, Præscriptione, &c. [p] His enim modis finita lis amplius instaurari nulla ratione potest [q]. Exceptio uerò quæ datur Ex pactis, non est istius generis. Nec enim tollit actionem [r]: quia regulariter non tollit obligationem Ciuilem [s], sed tantummodò Naturalem [t]. Nam cum pacto solum insit naturale uinculum, uidelicet Æquitas conuentionis: non potest aliud tollere, quàm quod eodem uinculo constat [u]. Cum igitur non tollat ciuilem obligationem, sequens est, ut nec actionem ciuilem ipso iure remoretur, nisi cum pactum quoq; legitimum est & ciuile [x]. Interpretes tamen omnes ferè peremptorias ad impediendum litis ingressum admittunt, dum in continenti probari queant [y].

Cæterùm hîc admonendi sumus, ex pacto quandoq; suppeditari non Exceptionem pacti, sed Doli: cum uidelicet exceptio conuentionis dari non potest: quoniam res uel persona, ad quam ex æquitate utilitas pacti porrigitur, illo comprehensa nō est. Hac enim in specie competere nequit exceptio pacti: quia conuentio cum stricti iuris sit [z], ad alias personas uel res, quæ non sunt disertis uerbis comprehensæ, extendi nequit. Vt igitur deficiente Actione cōtractus, datur actio Doli [a]: ita multo magis deficiente Exceptione cōuentionis cōpetit exceptio doli [b]: quotiescunq; scilicet ex æquitate aliqua dāda est [c]. eoq; facilius datur, quòd Exceptio Doli non sit Extraordinaria, sicuti actio Doli, quæ est Famosa: neq; Specialis, sed Vniuersalis, ut inquit I. C. Cui toties locus sit, quoties alia exceptio nominata deficit [d].

Illud quoq; postremò notandum, tantam esse pacti uim, ut si soluatur quod pacto remissum est, competat Indebiti condictio: quasi indebitè solutum id sit, quod ob exceptionem pacti reuera & cum effectu exigi, obstante nimirum pacti exceptione, non poterat [e]. Atque hæc quidem de Effectu pactorum: nunc aliquid de Interpretatione commodùm subijciamus.

Aliquoties [f] iam dictum est: Pacta stricti iuris esse [g]. Ex quo sequitur, ea strictam recipere interpretationem: & in his nihil, nisi quod disertè uerbis comprehensum aut expressum est [h], actum intelligi (id quod commune est omnibus stricti iuris conuentionibus [i]:) nisi cum Pacta opponuntur Bonæ fidei contractibus, secundum quos ex bono & æquo recipiunt interpretationem [k]: sicuti & stipulationes ac iuramenta [l], cum istiusmodi contractibus adijciuntur. Absoluta uerò pacta (quæ non referuntur ad alios contractus bonæ fidei) ita strictè interpretamur, ut nec ad alias personas, nec ad alias res extendantur, nisi quæ expressis uerbis pacto comprehensæ sunt [m]. Nam ijs, qui non pepigerunt, pacta neq; nocent neq; prosunt [n], etiam iureiurando firmata [o]. Quod uerum est, nisi uel ex dispositione iuris, uel ex uerisimili partium conuentione pacta ad alium, quàm qui pepigit, deriuentur. Ex dispositione iuris: ut quod ab Imperatoribus rescriptum est, plurium creditorum conuentionem, cum debitore factam, ad alios quoq; creditores, pauciores numero quamlibet inuitos, pertinere [p]: quòd pactum serui aut filij, propter potestatem ad dominum & patrem extenditur: scilicet ut his prosit, non etiam ut noceat [q]. Quòd fauore dotis, pacta dotalia, quæ parentes aut extranei faciunt, porrigunt ad mulierem nubentem [r], ex uerisimili partium conuentione: uidelicet cum hoc eius interest qui pactum fecit, & uerisimiliter ea de re actum est. Nam etsi stricti iuris sunt pacta: tamen quia & tacitè conueniri potest [s]: ideo ea quoq; conuenta intelliguntur in pactis, ut & in alijs strictis [t], de quibus uerisimiliter est actum. Hoc modo interpretamur, pactum procuratoris pertinere ad dominum [u]: tutoris, ad pupillum [x]: magistratus aut magistri collegij ad uniuersitatem ciuitatis uel collegij [y]. Horum tamen pacta indistinctè extendun-

a c.1. & 2. ubi Dd. de operis no. nun. Castr. in Authent. at qui semel. nu. 3. & 4. C. de probatio. cū simil.

b Iaſ. in l. lecta. num. 10. ſi cert. peta. & in d. l. 7. §. quinimò, in prin. ex doctrina gl. Bar. & alior. in l. pacta. 6. C. eod.

c d. l. 7. in fin. prin. d. l. naturalis. 5. de præſc. uerb. cum ſimil.

d d. l. 7. in fi. prin.

e l. cum mota. 6. l. ſi pro fundo. 33. C. de tranſact.

f l. 1. §. de tranſact.

g l. unic. ubi Bart. de condic. ex lege.

h l. ſi quis argētum. §. pen. ubi Bald. & Salic. C. de donat.

i Bar. Bald. & communiter Dd. in d. l. 1. de cond. ex lege.

k Innoc. Panor. & alij, in d. c. 1. de pact. quam ſententiam latè aſſerit Soc. in fall. 9. nu. 2.

l l. 2. l. ſi creditori. 5. cum ſimil. C. de pact.

m in l. 4. ubi Iaſ. diſtinguit. & l. ſi creditori. 5. C. de pactis. in l. nam poſtea. 9. ubi Bar. Iaſ. & alij. ff. de iureiu. Sem. & Fran. in l. 1. de lit. conteſt. in c. olim inter. de lit. conteſt.

n d. l. ſi creditori. 5. ubi ita Caſtren.

o pro eo tex. in §. j. Inſt. de except. in l. ſi unus. 28. §. pactus ne peteret. & §. ſed ſi ſtipulatus. hoc t.

p Bar. Iaſ. et Dd. in l. nam poſtea. de iureiu. gl. in c. 1. de lit. conteſt. in 6.

q l. cauſas. 16. C. de tranſact. l. nam poſtea. 8. in prin. in uerb. petitionem prætor repellit. de iureiur. l. ſub ſpecie. C. de re iud. l. poſt rem iudicatā. j. eod cum ſimil. b.

r d. §. 1. Inſtit. de except. l. ſi unus. 27. al. 28. §. pactus ne peteret. hoc t.

s l. Stichum. §. naturalis. de ſolutio.

t

u l. ab emptione. 72. hoc t. l. nihil tam naturale. de reg. iur. cum ſimil. x d. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. l. 6. hoc t. y uide Philip. Franc. c. 1. de lit. in 6. Blanc. trac. de cōpromiß. parte 4. de imped. lit. ingreß. gl. in l. 6. C. eo. & l. 7. uerb. quinimò. ubi Dd. hoc t. z l. ſi unus. 27. §. ante omnia. cum §. ſeq. hoc t. Bal. in l. ad probationē. 22. C. de prob. a l. et elegāter. 7. de dolo malo. in prin. et §. 1. b l. 1. 2. cū ll. ſeq. de dol. mal. et met. ex. c d. l. 7. §. pen. et fi. l. et hæred. 27. l. reſc. 10. §. fi. h. t. d l. 1. et 2. et t. t. de dol. mal. et metus excep. ubi uid. e l. creditori. 5. in fi. C. eo. l. ſi nō ſortē. 26. §. indeb. de cōdict. indeb. f d. l. 7. §. quinimò. ubi poſt gl. magn. Iaſ. n. 12. h. t. et idē Iaſ. n. 17. in l. lecta. ſi cert. pet. g l. ſi repetēdi. C. de cōdict. ob cauſ. h ut tradūt Dd in l. quicquid. 99. de uerb. obl. i l. iuris gentiū. 7. §. adeò. l. ab empt. 59. h. t. l. 3. de reſcin. uēd. k l. ult. C. de nō numerat. pec. l. ult. ff. qui ſatiſ. cog. uid. Iaſ. in l. ſi cōuenerit. n. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. l l. 4. de uſur. Iaſ. in l. 1. in prin. de uerb. obl. m l. ſi unus. 27. §. pacta. 4. uerſ. et in ſumma. h. t. n l. ſi actionē. 24. C. eo. o ut ait Schurf. conſ. 66. nu. 19. cent. 1. p d. l. 7. §. fi. cū ll. ſequēt. ib. l. reſcriptū. 11. h t. l. ſi nō expederit. 6. de bo. author. iud. poſſid. q l. et hæred. 21. §. j. h. t. l. filius. C. eo. r l. Caius. 45. in fi. ſolu. ma. tri. l. 4. l. patet. 7. C. de pact. cōuen. l. unic. §. j. C. de rei uxor. act. s l. 2. h. t. cū ſeq. t l. Titia. 134. §. j. et melior tex. in l. ſi ita. 126. §. pen. in uerb. in eſſe tempus uel cōditionem ex eo quod agi apparebit. l. ſi ſtipulatus. 111. de uer. obl. elegāter. Iaſ. in §. actionū. nu. 4. & 37. Inſt. de act. ubi dicit omnes contractus mundi eſſe bonæ fidei, quo ad intentionem. u l. reſcriptum. 10. §. fin. hoc tit. x l. tutoris. 15. hoc tit. y l. item. 14. hoc tit. l. præſes. 12. C. de tranſact.

BIU Cujas

tur, eo modo quo dictum est cum prosunt, non etiam semper quando nocent. Nec enim, uerbi gratia, licet tutoribus aut administratoribus, aliquid pacto donare aut remittere, quod liquidum sit [a]. Procuratoris quoq; pactum domino non nocet, si certum ius remittat: neq; aliàs paciscì in damnum domini potest, etiamsi ius sit incertum: nisi aut speciale ad hoc habeat mandatum, aut constitutus sit cum libera [b]. Eadem ratione pactum uenditoris prodest etiam emptori: quia hoc pacisentis interest [c], ne euictionis nomine in posterum teneatur. Pactum principalis debitoris, proficit fideiussoribus [d], nõ etiam nocet [e]. Nam facto debitoris, conditio fideiussorum deterior reddi non potest [f]. Ediuersò autem, fideiussoris cõuentio nihil reo commodat. Neque enim interest fideiussoris pacisentis, utrum à debitore exigatur an non, cum is aduersus eum nullam habeat actionem. At econtrariò, si fideiussor nomine debitoris exigatur, regressum habet is actione Mandati, aduersus debitorem. Itaq; cum debitoris intersit, non exigi à fideiussore, meritò pactum illius De non petendo, etiam fideiussori prodest. In correis utrum unius pactum ad alterum extendatur, uariè disputatum est [g]. In quo uera uidetur distinctio, ut alterius pactũ alteri prosit: quando scilicet alter regressum habet contra alterum: non autem noceat: quia in re communi, socij conditionem nemo potest facere deteriorem [h]. Eoq; pactum tantum illi nocet, qui pepigit [i]. Vt autem ad alias personas pactum non extenditur, extra casus iam dictos: ita nec ad alias res quæ pacto comprehensæ non sunt: puta quæ à re conuenta sunt separatæ [k]: uel si separatæ non sunt, de quibus tamen non est uerisimiliter cogitatum [l]. Aliud seruatur in his de quibus est tacitè actum. Nam sicut ex uerisimili coniectura mentis contrahentium, pacta ad alias personas extendi diximus: ita & ex ijsdem coniecturis, ad res quamuis non expressim comprehensas, porriguntur: ut si generalis diuisio facta sit hæreditatis, aut inter socios rationibus utrinq; putatis, approbatis & transactis, liberatio subinde mutua de omnibus debitis atq; creditis qualibuscunq; confecta. Talia namq; pacta generalia, etiam ad illa pertinent, quæ specialiter comprehensa non sunt, aut quæ ignorabantur: quandoquidem apparet, de his quoq; uerisimiliter actum esse, & in genere cogitatum [m]: & uerba pacti generalia, ad hæc extendi salua recti sermonis ratione possunt [n]. Aliàs porrò pacta & transactiones præsertim speciales, non extenduntur ultra species de quibus actum est [o]. Illud postremò hoc in capite notetur, pactionem obscurã, hoc est, quæ nullo modo potest intelligi, uel ambiguam, hoc est, quæ duobus uel pluribus modis accipi potest, semper nocere ei, qui dicere potuit apertius, ut uenditori [p]. is enim potuit legem qualemcunque rei suæ in uenditione dicere [q]. Eodemq; modo in stipulationibus interpretatio fit contra stipulantem: quia cum stipulatio ab interrogatione incipiat, illi imputandum est, cur non apertius sit stipulatus [r]. in reliquis etiam pactis, arbitror in dubijs interpretationem fieri pro debitore, cui aliquid remissum est. Nam creditor potuit apertius legem remissioni dicere, cum fuerit res in eius potestate: & deinde in dubijs interpretatio pro liberatione facienda est [s]. Contraria pactis sunt error [t], dolus [u], metus. Sed error, quoniam omnimodo consensum impedit [x], planè annihilat conuentionem: dolus & metus non item, quia non prorsus uacant consensu. Nam qui decipitur, magis errat in causa pacti, quàm in ipso pacto [y]. Qui cogitur metu, & hic quoq; consentit in conuentionem, quamuis inuitus. Nam uoluntas coacta, etiam uoluntas est [z]. Quare pacta, dolo aut metu contracta, non sunt ipso iure nulla, quod ad ius conuentionis attinet: nam aliqua conuentionis ratione sustentantur: sed non habent effectum iure ciuili. Etenim ex pactis datur tantum exceptio, non actio. Exceptionem autem dat Prætor: at illam se daturum negat ex pactis, dolo uel metu initis [a]. Ex quo conficitur, iure ciuili nihil istiusmodi pactiones operari [b]. Nam & in edicto prætor eiusmodi pacta comparat, illis & æqualia facit, quæ legibus aut Senatusconsultis aduersantur. hæc autem esse nulla, certi iuris est [c]. Contraria similiter pacto, sunt uitia quæ in materia hærent: ut cum aut turpis res, aut illicita publicáue in pactum deducitur [d]. Quæ pacta simpliciter nulla sunt [e], sicut reliqua quæ legibus aduersantur naturalibus uel ciuilibus [f]. Contrarijs etiam pactis priora tolluntur [g]: scilicet quatenus conuentione constant [h]. Actiones autem non sola nituntur conuentione: sed oriuntur ex obligatione ciuili: proinde nec simpliciter à pacto perimuntur. Quędam, inquit Paulus, actiones ipso iure tolluntur pacto, quædam non [i]. Ipso iure tollitur actio Iniuriarum & Furti, quia pacta hæc legitima sunt: cùm lege XII. tabularum disertè sit expressum, ut de his paciscì liceat [k]. Reliquæ actiones, quæ iure ciuili uel honorario sunt introductæ, nõ tolluntur per pactum, quòd scilicet non sit legitimum, sed obiecta exceptione eliduntur [l]: facilè ut intelligi possit Exceptionem pacti nõ esse litis finitæ: id quod superius est disputatum. Illud etiam obscurius quia uidetur, nobis est hìc exponendum, quod I. C. [m] ait: Si pactus Ne peteret postea conuenit Vt peteret, prius pactum elidi per posterius: non ipso iure, sicut in stipulationibus, sed per exceptionem. Contrà quippe poterat uideri. Nam pactum de Non petendo, constat sola conuentione. Ergo contraria conuentione de Petendo, uidebatur ipso tolli iure posse [n]. Sed sciendum est, pactum de non petendo referri ad obligationem efficacem, quæ præcedit, & ex qua agi potest. unde non manet in simplicibus terminis cõuentionis: sed quoniam opponitur petitioni efficaci, ideo iure Prætorio producit exceptionem, quæ præscribat actioni. Hoc ius excipiendi, cum sit ex iure Prætorio, quod pars est ciuilis iuris, non potest auferri per nudam conuentionem contrariam de petendo: sed necessum est, exceptioni, quæ ex pacto conuento à prætore impetratur, opponi contrariam exceptionem, à prætore impetratam, aut ex eodem iure Prætorio desumptam, quæ replicatio dicitur. Hoc est quod postea subdit I. C. in stipulationibus Ius uersari, in pactis uerò Factum [o]. Nam stipulatio cum contractus ciuilis sit, & legitimus [p], ipso iure inducit actiones, & tollit acceptilationibus & nouationibus, sicuti reliqua pacta legitima [q]: pacta uerò iuris ciuilis non sunt,

a *l. contra. 20. §. j. h. t. l. pactum curatoris. 22. C. eo.*
b *l. nam & nocere. 12. hoc tit. l. procurator. de procura. uide j. de procurator.*
c *l. si tibi. 17. §. pactum. 4. hoc tit.*
d *l. & hæredi. 24. §. fi. hoc tit. l. 3. de resc. uend.*
e *l. centum Capuæ. de eo quod certo loc. l. fideiussores. de fideiuss.*
f *l. ult. hoc tit. uide j. de fideiuss. l. centum Capuæ. de eo quod cert. lo.*
g *in l. si unus. 27. hoc tit.*
h *l. unus. 34. com. præd. l. 2. de seruitut.*
i *l. si unus. hoc t. l. in re cõmuni. cõmunia prædior. uide j. de duobus reis.*
k *l. qui cũ tutoribus. 9. §. j. j. t. l. 3. C. de transac.*
l *l. tres fratres. 35. hoc t.*
m *d. l. qui cum tutorib. §. fi. j. tit. 1. l. sub prætextu. 29. C. de transact. l. emptor. 48. in fin. hoc tit. l. qui Romæ. §. fi. ubi Dd. de uerb. oblig.*
n *ita est communis conclusio Dd. in l. sub prætextu. 29. l. si de certa. l. age. C. de transact. in d. l. Lucius. §. emptor. hoc tit. Alex. cons. 11. uiso. nu. 9. & 15. uol. 2. uide ĩ Dd. in l. unic. C. de erro. cal.*
o *d. l. si unus. 27. §. ante omnia. hoc tit. l. 3. l. si de certa. cũ simil. C. de trãs. actionib.*
p *l. ueteribus. 39. hoc tit. l. Labeo. l. l. cum in. cum l. seq. de cont. emp. l. cum quæritur. de reb. dub. Schurff. consil. 37. nu. 6. cent. 1.*
q *l. ult. C. de pact. int. emp. & uend. l. non enim. 9. de act. rer. amot. l. legẽ. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. cõuent. l. legem. 9. C. de dona.*
r *Schurff. consil. 58. quæstionis. nu. 2. cent. 1.*
s *l. Arrianus. 46. de actio. cum simil.*
t *l. si cum tc. 51. hoc tit.*
u *d. l. iurisgentium. 7. §. ait prætor. hoc t.*
x *l. si per errorem. 15. de iurisdict.*
y *Bart. in l. & eleganter. in prin. de dol. mal.*
z *l. si mulier. 21. §. pen. j. de eo quod met. caus. C. de legib.*
a *d. l. 7. §. prætor.*
b *l. cũ postquã. 9. C. de pactis.*
c *l. pacta. 6. C. eo. l. nõ dubiũ. d. l. si unus. 27. §. pacta. l. cõtra iuris. 21. h. t. & c.*
d *l. si unus. 27. §. pacta. l. cõtra iuris. 21. h. t. & c.*
e *d. §. pact. l. 6. C. de pact.*
f *l. nõ dubiũ. 8. C. de leg.*
g *l. ab empt. 59. h. t. l. pacta nouissima. C. eod.*
h *d. l. ab emp. in fi. l. Stichũ. 95. §. naturalis. de solut.*
i *l. si tibi. 17. §. 1. h. t.*
k *d. l. iuris gentiũ. §. si paciscar. uersi. nã de furto lex paciscè permittit.*
l *d. l. si tibi. §. de pignore. d. l. si unus. §. pactus. h. t.*
m *d. l. si unus. 27. §. pactus. h. t.*
n *d. l. si Stichũ. §. naturalis. de solutionib. l. ab emp. de pact. l. nihil naturale. de reg. iur.*
o *d. §. pactus ne peteret.*
p *de constituta. Instit. de actio.*
q *l. 6. hoc t. l. 4. infr. tit. l. 3. & 4. C. de transact.*

sunt, eoq; non operantur hoc iure, sed adiuuantur à Prætore, data exceptione uel replicatione, quæ est exceptio actoris [a]. Quæ licet iuris sunt, tamen in facto consistunt: hoc est, ex facto conuentionis oriuntur, & facto hominis sunt opponenda in iudicio: quia nisi ipso facto exceptio aut replicatio opponatur, nunquam eam iudex supplet [b]. Ex quo potest intelligi, quid uelit I. C. cum ait, In pactis factum uersari: scilicet quod ad elidendas actiones, aut exceptiones attinet. Non enim potissimum hîc agit de facto cõ tractus seu cõuẽtionis, sed de facto quo eliditur actio uel exceptio de nõ petẽdo: ut uerba planũ faciũt.

a l.2.de except.
b l.1.ubi Castr.præter alios. C. ut quæ desunt ad uo. in s. 1. cum seqq. Inst. de exceptio.

De Transactionibus. Tit. XV.

1 Continuatio.
2 Vnde dicta sit transactio, quã uariè sumatur, quid sit.
3 Quotuplex sit transactio, eius partes & species.
4 Causa efficiens: & qui transigere possint uel non.
5 Materia: de quibus rebus possit transigi uel non.
6 Forma: & de uarijs transactionum pactis.
7 Finis & effectus: quæ actio uel exceptio quando ex transactione detur: & an in ea pœnitere liceat.
8 Affinia & contraria.

1 2 PACTI † species est & Transactio, quæ potissimùm initio ad litem definiendam interponi solet: de qua consequenter aliquid dicendum. Transactio † compositum uocabulum est, à Trans & Actio. Vt igitur actio aliàs larga significatione omnes actionum humanarũ species comprehẽdit [a], aliàs uerò strictius, magisq; propriè pro petitione accipitur, qua quis in iudicio quid sibi debitum persequitur: ita compositum eius Transactio, bifariam capitur. Vno modo, pro cuiusq; negocij definitione [b], seu compositione [c], seu quolibet actu quo ab obligatione receditur [d], & quasi transitur [e]: ut cum transactionis nomine signatur pactum [f], iusiurandum [g], res iudicata [h]. Altero modo, & quidem propriè, pro ea cõpositione, qua res dubia litigiosa partium consensu componitur [i]: quo in significatu, transactio à pactis, rebus iudicatis, & finitis differt [k]. Transigere enim propriè hoc modo dicitur actor [l], qui ab actione transijt, ad aliud quippiam [m] pro actione oblatum [n], & à lite incepta recedit. nam transactio transitus est seu transitio (ut appellant Dd.) à lite intentata uel intentãda [o]: quanquã καταχρηστικῶς etiam reus transigere dicatur [p]: rectius tamen paciscí [q], aut redimere [r], aut decidere [s] litem dici potest. Hoc in significatu transactio sic definitur: Vt sit rei dubiæ, & litis incertæ neq; finitæ conuenta decisio. Verbum Conuenta, discernit eam à sententia, quæ citra conuentionem in inuitos fertur, & negocium decidit [t]. Adiectio Rei dubiæ, discriminat à pacto, quod super re liquida & indubitata fieri diximus [u]. Transactio porrò & ad hunc modum non incommodè definiri potest: Vt sit contractus [x]. uel potius à principaliore fine distractus iuris gentium [y] innominatus [z], stricti iuris [a]: quo inter litigatores res dubia [b] & litigiosa [c], aliquo contrà dato aut promisso [d], remittitur & finitur. nullam pariens iure ciuili actionem, sed tantum ad exceptionem proficiens. Dico esse Contractum [e]: quia propria cõtractus attributa, transactioni insunt: nempe mutuum συναλλαγμα [f], & quod quisq; contrahentium sui compendij causa paciscatur [g]. Cum igitur transactioni definitio contractus congruat [h]: sequitur, & definitum eidem cõuenire. Quanquam fatendum est etiam diuerso respectu distractũ esse, quòd priorem obligationem seu actionem distrahat: hoc tamen ad finem & effectum tantum transactionis, non ad formam pertinet, quæ dat esse rei [i]. Quare ut emptio secunda, aut pactum nouissimum, quo prius distrahitur ac tollitur [k], nõ distractus, sed alia obligatio, renouatus contractus, alia emptio, nouum pactum, &c. dicitur [l]: ita transactionem pro contractu potius obligatorio, quàm pro distractu liberatorio quis habeat, quod & Bart. & alij nonnulli existimarunt [m]. Iure sanè ueteri non æquè contractus genere comprehendebatur d. l. cõtractus. de fid. instrum. ubi à contractu distinguitur, quia uel acceptilatione constabat, quæ distrahebat non obligabat: uel pacto, quod nec distraheret nec obligaret. At hodie cum obliget, ex cap. 1. de pactis, arbitror, transactionem dici contractum posse, licet non inficiar alio respectu distractum etiam esse: quia litem distrahat qui finis cum sit principalis [n], ab eo distractus censeri potest. Addo esse iuris gentium [o], exemplo scilicet reliquorum qui consensu constant [p], præsertim contractuum innominatorum, do ut des, do ut facias: in quos transactio incidit [q], qui inter iuris gentium conuentiones referuntur [r]. Adijcio, Innominatum, ut habet communis opinio [s] etiamsi Corasius in contrariam partem multa disputet [t]. nam nec in iure ciuili pro contractu eiusmodi nominatur, neq; nomen speciale, sed generis retinet, ut permutatio: nec certam formam habet. Aliquando enim dat actor, quandoq; reus, nonnunquam uterq;: interim aliquid actor remittit, dat reus: interdum uterque remittit: prorsus uariè [u], ut certa nominataq; actio dari hinc non possit: ut nec ex permutatione, cum qua magnam habet transactio affinitatem [x]. Addo Stricti esse iuris [y]: quia & reliqua pacta, ut superiore tit. diximus, eiusdem qualitatis sunt. nam quod Duarenus putat, iudicia tantum, non etiam contractus stricti iuris, uel bonę fidei dici, apertis textibus refutatur [z]. Reliqua quæ in definitione sequuntur, ad formam & differentiam pertinent.

a l.1.ubi Castr. præter alios. C. ut quæ desunt ad uo. in s. 1. cum seqq. Inst. de exceptio.
a §.j. in Inst. de actio. l. actionum 24. cum ll. seq. de acti. l. pecuniæ. 178. §. actionis. de uerb. sig.
b l. transacta. 229. de uer. signif.
c l. transacta. 229. de uerb. signif.
d Bart. in l. 2. de iureiur. Ias. in Rub. hoc tit. nu. 9. & C. eo. in Rubr. & in l. 1. & l. siue. 28. post alios Dd.
e l. 1. in uerb. contrab. transigendi. ubi Ias. de pac. l. 2. ubi Bart. de iureiur. Ias. in Rub ff. eo. nu. 15.
f l. tres fratres. 36. in fi. de pact.
g l. 2. de iureiur.
h l. trãsacta. 229. de uerb. signif.
i l. 1. hoc tit.
k d. l. 1. hoc tit.
l l. ut sunt. 230. de uerb. signif. l. 1. §. fi. ad S. C. Tertull.
m l. transact. 38. C. eo.
n gl. in l. 2. uerb. transegisse. C. eod.
o Ias. in Rub. C. eod. & ff. eod. nu. 9. Bar. & Dd. in l. siue. 28. C. eo.
p Ias. in l. 2. in fi. C. eo.
q l. transigere. 18. l. ut responsum. 15. C. eo.
r l. sub prætextu. 19. l. si pro fundo. 33. C. eo.
s l. 1. hoc t. Conna. lib. 5.
t l. inter. 83. §. j. de uerb. oblig.
u l. 1. hoc tit.
x l. 1. hoc tit. Ias. & Dd. in l. 2. C. eo.
y Bart. in l. si causa. 32. C. eod.
z l. 1. §. j. de pact.
a l. siue. 28. ubi Ias. nu. 8. et 23. l. cum mota. 6. C. eod. idẽ Ias. in Rubr. de pact. nu. 6. & 7.

3 Partes † transactionis sunt duæ: Remissio litis, & pro remissione, alicuius rei Præstatio [a], quanquam Dd. [b] ad essentiã transactionis tria requirũt, ueluti partes præcipuas ex quibus constet: 1 Rem dubiã, 2 Litem, (nec enim sufficerit aliunde quàm ex lite, dubium oriri) 3 alicuius rei pro litis remissione Præstationem. Species trãsactionis usitatè ponuntur duæ: uidelicet Simplex, & illa quæ Aquiliana stipulatione

b l. 1. hoc t.
c gl. si l. sub prætextu. 29. C. eod. Bal. in l. in summa. 65. in prin. de cond. indeb. uid. Alex. in Rub. C. eo.

d l. 1. hoc t. e tex. in l. si donationis. 7. l. ult. C. de his quæ ui met. caus. l. contractus. 16. C. de fid. instru. f l. Labeo. 19. de uerb. sig. g l. actionum. 24. §. j. de actio. l. si uoluntate. 8. C. de rescin. uend. h d. l. Labeo. Theoph. in §. fi. Inst. de oblig. i l. Iulianus. 9. §. si quis rem. ff. ad exhiben. k l. pacta nouissima. 12. C. de pact. l l. iuris gentium. 7. §. adeò. uerb. renouatus contractus. l. ab emp. 59. uerb. noua obligatio. de pact l. pacta. 72. in uerb. nouam obligationẽ. de contrab. empt. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. de pact. m Bar. & Ias. in d. l. si causa. 32. C. eo. n l. 1. hoc t. l. 2. C. eo. o l. 1. §. j. de pact. p d. l. 1. §. fi. de pact. l. 1. in fi. de cont. empt. q l. cum mota. 6. cum ibi no. C. eo. r l. iuris gentium. 7. in fi. prin. s Bar. Ang. Ias. nu. 8. & l. siue. 28. C. eo. & in l. si intra. 42. de pact. Bal. in Rub. C. de rer. permutatio. t Miscell. lib. 1. cap. 23. u l. si super. 9. C. eo. x l. 2. l. si pro fundo. 33. C. eo. y uide gl. & Dd. in d. l. sub prætextu. 29. & in Rub. de pact. ff. & C. eo. z l. eum qui. 22. de dona. l. in bonæ. 13. C. de pact. l. 3. C. com. utriusq; iud. l. si unus. 27. §. pactus. in uer. in bonæ fidei contractib. de pactis. a l. transactio. 38. C. eo. b Ias. post gl. & alios, in l. 1. nu. 15. hoc t.

BIU Cujas

tione munita est [a]. Potest & transactio distribui in Generalem [b] & Specialē [c], item in Iuratā & Iniuratā [d].

Causa [†] efficiens transactionis, est Consensus [e]: προκαταρκτικὴ, Dubius litis euentus [f], qui utranq; partem sollicitā habet. Transigere uerò cuncti possunt, qui paciſci, hoc est, qui consentire possunt, & mente sana sunt, quamuis corpore ægrotent [g]. Procuratori sine speciali mandato transigere non licet [h], etiamsi liberam habeat agendi potestatem [i]: quia agendi, non etiā decidendi potestas illi facta est [k]: nisi datus sit aut cum speciali ad hoc mandato [l], aut in rem suam [m], aut omnium bonorum procurator [n]. Nā hic cum alienare possit, potest & transigere [o]. Tutores, procuratores fisci, uasalli, & similes, quibus magna ex parte commissorum bonorum interdicta est alienatio [p], quamuis transigere possunt [q]: non tamen contra legis prohibitionem, transigendo donare uel alienare possunt [r]: quod & in patre, bona liberorum administrante, uerius esse crediderim [s]: itemq; in administratore ciuitatis: qui perinde atque tutor, res ciuitatis immobiles, sine consensu superioris, aut publico omnium uel maioris partis ciuium alienare prohibetur [t]. Quamobrē eiusmodi administratores transigere super iure dubio possunt: transigendo uerè alienare, uel donare, aut (quod perinde est [u]) ius liquidum remittere uetantur [x]. 4

Materia [†] transactionis, sunt Res dubiæ & litigiosæ [y], hoc est, de quibus lis est, uel esse potest [z]. De re iudicata lis esse nequit [a], quia transacta & finita est: quare amplius ea transigi finiriq; non potest [b]. nam priuatio præsupponit habitum [c]: unde de re iudicata transigi nequit, etiamsi pacto remitti illa possit [d]. Sed de pacto eiusmodi liberatorio, agi in transactione non præsumitur, nisi appareat: nam gratuitū pactum, quia donatio est [e], ideo in contractibus obligatorijs, ut est transactio, non præsumitur interuenire, nisi probetur [f]: etiamsi in actionibus Liberatorijs contrà sit [g]. Existimo autem hac in parte etiam aliquid publicæ iudiciorum authoritati esse datum: ne quæ publico iudicio definita essent, & transacta, ea priuatorum arbitratu pro indefinitis atq; incertis rursum transigerentur: quod admittere, graue, & certè exemplo pernicioſum fuerit [h]. Cum autem res nondum finita est, quamuis certa sit, hoc est, certum ius habeat: tamen ob timorem aut odium litis, dominus super ea rectè transigere potest [i]: procurator, & administrator rei alienæ, non item [k]: quia remisio certi iuris in donationem incidit [l]: quæ administratoribus (ut paulo antè ostendimus) est interdicta [m]. De controuersijs quoq;, quæ ex testamento proficiscuntur, transigi nequit: cùm quia tales transactiones captioſę sunt, eoq; improbę [n] (multi enim modico prę sente contenti, magna relicta, utpote alieno labore parta, & inexpectatò obuenientia, facilè repudiant [o]:) tum quòd ultimis uoluntatibus aduersantur, earumq; exitum, quem non impediri publicè priuatimq; interest [p], callidè uertunt & eludunt. De futuris alimentis, in testamento relictis, eadem ratione transigi, sine authore prætore, & causæ cognitione nequit [q]: quamuis de præteritis possit [r]: nec enim amplius alimenta sunt, posteaquā uita aliunde in præteritū sustentata est: sed purū & simplex debitum, super quo nihil causæ est, cur nō rectè transigatur. Transigere uel paciſci de crimine capitali, prohibitum nō est [s]: quia licet cuiq; sanguinē suū quouis modo redimere [t]: nec pro cōfesso transigens habetur: magis enim declinandi grauissimi periculi causa, quàm conscientia facinoris transegisse uidetur [u]. 5

Cum autem in capitali iudicio, non modò reus, sed etiam actor de capitis periculo certet (nam calumnia detecta, similitudine supplicij punitur [x]:) meritò hoc utiq; indulgetur, ut transigere de sanguine suo possit: quamuis abolitionem accusationis actor impetrare nihilominus debeat [y]: quæ licet impetranda sit, nihil tamen impedit, quin inter priuatos rectè transigatur. Sunt enim res planè separatæ, Transactio scilicet Extraiudicialis & Accusatio, cuius abolitio petenda est, Iudicialis: quare de uno ad aliud non rectè infertur [z]. Ab hac ut publica desisti sine abolitione lex uetat: illam ut priuatam omnia iura permittunt. Excipit ab hac regula Imp. adulterium: quod etsi ex lege Iulia capitale non fuit [a], tamen apparet, tempore Diocletiani [b] (nisi eius constitutio à Trib. est interpolata [c]) pœna sanguinis coercitum fuisse: ut eius rei Constantinus, qui paulo pòst secutus est, primus author uideri non debeat [d]. Ratio autem, cur in eo omnis pactio & transactio prohibeatur, ea est, quòd eiusmodi conuentio, qua aliena matrimonia redimuntur [e], in lenocinium incidat [f], eoque expressè lege Iulia prohibitum fuisse consentaneum est: ut in rationem legis iam latæ anxiè inquirere, superuacuum sit: sufficiatq; regula, Quòd contra leges paciſci uel transigere non liceat [g]. Equidem extra causam pacti, remitti, ac pro derelicto haberi accusatio adulterij necdum instituta, potest [h]: quia nemo inuitus agere, uel accusare tenetur [i]: sicuti & de suspicionibus adulterij pacta facta non improbantur [k]. De reliquis criminibus, quæ sanguinis pœnam non irrogant, transigere contra leges absque infamiæ damno non licet [l]: quia cessat hîc periculum capitis & sanguinis, eoq; excusationem transigentes non merentur: sed reus corrumpere aduersarium precio uidetur [m], & actor uendens ac nundinans iudicium publicum, præuaricari & calumniari [n]: ut interim taceam, pactum eiusmodi à re priuata remotum esse [o]. Ante tamen cœptum iudicium publicum

a gl. pen. & Dd. in l. si causa. 32. C. eo. ubi Bar. nu. 5. Iason. nu. 10.
b l. sub prætextu. 29. ubi gl. C. eo.
c l. 3. l. si de certa. 31. C. eo. l. qui cum. 9. hoc t.
d l. si quis maior. 41. l. pen. C. eo.
e l. interpositus. 13. uer. c in sensu terminata. l. nō minorem. 20. l. cum donationis. 34. al. 33. C. eo.
f l. quod dicitur. 52. de pecul. gl. in l. Lucius. 78. §. fi. ad S. C. Trebell.
g l. sanum. 28. C. eo.
h c. qui ad agendum. de procur. in 6. l. iusiurandum 17. §. fi. cum ll. seq. l. iusiurandum. 34. §. j. de iureiur.
i l. procurator. 63. de procur.
k l. transactionis. 7. C. eo.
l l. iusiurandum. 17. §. fin. cum l. seq. l. iusiurādum. 34. §. j. de iureiurand.
m d. l. iusiurandum. 17 §. fi. cum l. seq. l. procuratore. 35. de procur.
n Hos tres casus excipit gl. in l. transactionis. 7. C. eod.
o l. procurator cui. 58. de procur.
p l. 1. tit. de reb. Eccl. C. de præd. mi. ex. de his quæ fiūt à prælat. & de reb. Eccles. non alien. & de probi. feud. alie. in usib. feud.
q uide gl. Bar. & Dd. in l. præses. 12. C. eo.
r l. 4. C. de præd. min. l. 1. de off. proc. Cæs. l. nulli. 13. hoc tit. uide in c. 1. §. si uasallus. si de feu. defun. Cart. in tract. feud. parte 4. qui tres casus in uasalli transactione distinguit.
s l. pupillorum. §. si pater. de reb. eo. uide Salic. Iaſ. & alios, in d. l. præses. C. eo. l. de re. 10. hoc tit.

t l. fi. C. de uend. reb. ciuit. lib. 11. uide inf. de ad. rer. ad ciui. u l. si quis. 14. ubi Bar. de nouat. x d. l. præses. 12. C. eo. l. pactum. C. de pact. y l. 1. hoc t.
z l. 2. ubi Iaſ. & Dd. C. eo. a l. sub specie. & t. t. C. de re iud. b l. si causa. 32. C. eo. l. postrem. 11. hoc t. l. & elegāter. 23. §. si post. de cōdict. indeb. c l. 3. de iniust. rup. test. l. decem. de uerb. oblig. d Paulus Sentent. lib. 1. tit. 1. Bar. & Dd. in d. l. si causa. e Dd. in l. partim. 22. C. de pac. l. si quis. de nouat.
f uide Bar. in d. l. si causa. uide Iaſ. & Dd. in l. tale. 41. de pact. & in l. 3. eo. tit. Bal. in l. 3. C. de non nu. pecun. g l. an inutilis. 8. de accept. uide in d. l. 3. d. l. tale. 41. §. tit. 1. h l. sub specie. 4. C. de re iud. i l. 2. C. eod. k l. pactum. 22. d. l. præses. 12. C. eo. l l. si quis delegauerit. 14. ubi Bar. de nouat.
m l. ab agnato. 12. de cur. fur. d. l. contra. de pac. n l. 5. hoc tit. o l. cum hi. 8. in prin. hoc tit. p l. 1. C. de sacrosan. Eccles. iunc. l. 3. de testa. & tot. tit. si quis aliq. testa. l. 1. 2. quem ad. test. aper. quas tamen leges Cuiac. aliter interpretatur, & inde caput hoc inscite transumptum arbitratur. l. 1. in fin. hoc tit. de transact. & obs. lib. 3. cap. 37. q d. l. cum hi. 8. hoc tit. r l. de alimentis. 8. C. eod. s l. transigere. 18. C. eod. uide Cuiac. obs. lib. 6. cap. 11. t l. 1. de bon. eor. u l. fi. de præuar. x l. fi. C. de calum. l. fi. C. de accus. Auth. sed nouo. C. de adulter. y l. 3. C. ad S. C. Turp. z l. Papinianus. 21. de minor.
a l. Clodius. 13. de his quibus ut indig. l. qui cum uno. 4. §. qui adulterij. de re mili. l. 2. §. miles. de his qui nota. infam. l. si quis uiduam. 5. de quæstio. Plin. lib. 6. Epistola. Tac. lib. 1. ad finem. b d. l. transigere. c uide infr. de adult. d l. quamuis. 30. in fin. de adult. e l. serui. 23. in fin. C. de adulter. f l. 2. l. qui domum. 8. l. mariti. 29. de adult. l. de crimine. 10. C. eod. g Paul. lib. 1. tit. 1. l. 6. C. de pact. lib. 7. in fin. 5. tit. 1. l. cum ij. 8. cum simil. hoc tit. uide Cuiac. obs. lib. 6. cap. 11. h l. si maritus. 15. §. si negauerint. ff. de adult. l. 4. §. fin. ad l. Iul. de ui pub. i tot. tit. C. ut nem. ager. uel accus. k §. fin. in Auth. ut hic. mat. & auiæ. l d. l. transigere. m l. fin. de præuar. l. 4. de iur. fisc. n d. l. fin. o l. si quidem. 9. C. de cont. Stipul. l. iuris gentium. 7. §. si paciscar. l. si unus. §. pacta. de pactis.

BIU Cujas

publicũ transigi posse arbitror: nõ quidem de publico iudicio [a] (nam hoc ad priuatos nõ pertinet, & cõ cussionis species est, intentato periculo accusationis pecuniá exprimere [b]:) sed de iniuria priuata, factoq; eius, qui uel agere ciuiliter, uel accusare criminaliter potest [c]: quá pactionẽ nihil ad publicũ iudicium pertinere, illud argumẽto est, quòd ea non obstante, possit accusatio criminis nihilominus à quolibet intentari [d]. Nec sanè Imperator [e] id prohibere uidetur: quem de iudicijs & accusationibus iam institutis loqui, exceptio quæ sequitur, CITRA FALSI ACCVSATIONEM, ostendit. Exceptio enim debet esse de regula (ut loquuntur,) & regulam declarat [f]. Nam quòd dicitur eum, qui de famoso iudicio pacisci tur, confessum uideri [g], de actione seu iudicio iam cœpto (antè enim nominari actio seu iudiciũ, propriè nõ solet [h]) interpretor: maximè cum ante litem contestatã, de crimine famoso trãsigi ac pacisci posse, citra iacturã existimationis ullam, multa iura cõuincant [i]: neq; enim pro cõfesso conuictoq; haberi potest, qui ante & extra iudiciũ transigit: cum ne uerba quidem, nedum præsumpta confessio, extra iudicium facta, pro idonea probatione sit, quæ ad condemnationem sufficiat [k]. Quare infamia notari non debet is, qui extra & ante iudicium super famosa actione pacisci tur. nam cum pro conuicto & damnato non habeatur (neq; enim ad damnationem confessio extra iudicialis, præsertim præsumpta, qualis ex transactione eiusmodi sumitur, sufficit) nec pro infami habendus est: quia infamia tantum damnatum sequitur [l]: idq; lex innuere uidetur, quæ litis contestationẽ requirit [m]. Sed cur falsi accusatio ab hac regula excipitur, ut super ea transigi possit [n]? puto id causſæ esse: quia licet falso certa pœna, scilicet deportationis præstituta sit [o]: tamen posterioribus temporibus arbitraria esse cœpit [p]. ita quidem ut ad mortem & pœnam gladij peruenire queat [q]. Quare cum possit hæc esse causa sanguinis, ob incertũ euentũ quem litigatores iure pertimescunt, transactio in falso, ut in reliquis causis capitalibus, permittitur: quasi & hîc dubiũ litis exitũ, pœnamq; capitis litigatores extimescãt: eoq; sanguinem suum redimere uideantur potius, quàm conscientia criminis aliqua pacisci. Alciatus [q] ea uerba, CITRA FALSI ACCVSATIONEM, ita interpretatur, quasi uelit Imperator de criminib. transigi non posse, quin in falsi accusationẽ transigentes incidant: quam interpretationem, etsi refutant quidã [r] quòd nusquam legatur eiusmodi species lege Cornelia uindicata: tamen quia lex Cornel. non modò in Falso, sed etiam Quasi falso locum habet [s], haud scio an defendi rectè hæc sententia non possit. Nam & actor transigens, non multum abest ab eo, qui ob denunciandum uel non denunciandum testimonium aut iudicium, pecuniá accipit [t]: & reus accusatorẽ precio corrumpẽs, parum ab illo, qui iudicem corrumpit, distare uidetur [u]. Hi porrò quin accusatione falsi teneantur, dubium non est [x]. Sed hæc ut & alia multa, in Cõmentarijs, si uita & ocium suppeditarit, accuratiore lima & ratione examinabuntur [y]. De rebus spiritualibus haud facilè transigi potest [z]: cum affine sit Simoniæ precium pro iure spirituali dare uel accipere: cõpositiones tamẽ amicabiles [a], & permutationes earundẽ rerum [b], nõ repudiantur.

6 Quod [†] ad formam attinet, transactio aut Simplici fit pacto, aut per Aquilianá stipulationem [c]: item aut Purè, aut sub Conditione [d], aut sub Modo, qui potius subintelligitur quàm conditio [e]. Sed & Pœna quandoq; transactioni adijcitur [f], aut Iuramentum [g]. Illud nihil interest, utrum in iudicio, an extra iudicium fiat [h]: scriptura an sine scripto [i], nisi aliud actum sit [k]. Præcipua tamen forma in eo est, ut pro remissione litis, aliquid contrà præstetur aut fiat. Transactio enim nullo dato uel retento aut promisso, non procedit [l]: quia in donationem incidit. Nam est pactum merè liberatorium [m], quando pro remissione litis, nihil contrà promittitur aut datur. Atqui in transactione donationem non præsumi, neq; in dubio de pacto gratuito actum uideri, paulo antè dictum est.

7 Finis [†] transactionis est, Vt finis litibus imponatur [n]. Effectus non minor quàm rei iudicatæ [o], aut iurisiurandi [p]: quare nec rescripto Principis [q], nec prætextu specierum [r] instrumentorúmue post repertorum [s] retractari potest. Non tamen tollit transactio primam actionem, Iure conuentionis [t], sed tantum ope Exceptionis [u]: (quæ hodie tamen est litis finitæ [x]) quia cum sit conuentio duntaxat iuris gentium, non potest actionem, quæ iuris ciuilis est, ipso iure tollere [y]: nisi addita sit Aquiliana stipulatio [z], & acceptilatio, quæ est ciuilis solutio: & legis dispositione, instar solutionis omnem obligationem, eóque & unà actionem tollit [a]. Vt autem transactio non extinguit omnino actionem, ita nec iure conuentionis inducit [b], ne ex pacto detur actio. Quare si actori conuenta non præstentur, agere debet prima actione, siquidem supereſt [c]: qua aut cõsequetur quod in primam actionem deductum erat, aut id, quod transactione conuentum est [d]. nam ulterius reus urgeri non potest, cum semper incolumem habeat transactionis exceptionem [e]. Eademque actio competet, siquidem impleta sint promissa, sed dolo aliquo rei ad transigendum actor sit inductus. Nec enim prohibetur primam actionem intentare, quoniam illa (prout dixi) transactione non tollitur. Et si opponatur hoc casu Transactionis exceptio, ea per Doli replicationem elidetur [f]: si uerò prima actio sublata sit, uel per Aquilianam stipulationẽ [g], uel quod eius est generis, ut cum persona extinguatur, nisi sit præparata, cuiusmodi est Inofficiosi querela [h], quam licet pater ad suos hæredes transmittit [i], tamen secus erat olim in matre [k], quæ liberos non habet in potestate [l]: his casibus siquidem non impletum sit quod conuenit, potest agi Præscriptis uerbis [m]: quæ actio non datur ex iure conuentionis: sed quia traditione & præstatione eius quod à sua parte conuenerat, agens sibi alterum obligauit [n]: sicuti usitatum est Traditionibus pacta uestiri [o]. Ete-

a d.l.si quidem.9. Cod.de cont.stipu. b l.1.§.pen.de calum. c d.l.1.§.pen.l.ipse.7. C. de fal.l pen. C.de transactio. d ita eleganter Barto.in l. 1.§.si ea nu.1. de uent.in poss.iff.mitten. e d.l.transigere. f uide Dec. Cag. & alios in l.1.de reg.iur. g l.quoniam.7. cum l.seq. de his qui not.infam. h l.amplius, rem rat.hab. i l.post decisionem. 13.C. de furt.l.interdum. §.si tutor.ff.eo. tit. l.seruus. 14.de his qui not.infam. l.si ubi. §. quædam. l.si unus.§.depositi.de pact. ubi uide. k glo.pen.in l.4.de interact.uide Dd.in l.admonendi.de iureiur. l uide ĩ.de his qui not. infam. m l.seruus.14. de his qui not.infam.ubi uide. n l.1.§.fin.de falsi. o l.qui duobus.21.l.pen.de falsi.l.maiorem.C.eod. p l.ubi.in fi.C.de falsi. q m d.l.transigere. r Conna.lib.5.de transac. Cuiac.lib.6.c.11. s l.1.§.fi.de falsi. t l.1.§ 1.de falsi. u d.l.1.§.1.l.qui duob.21. de falsi. x d.l.1.d.l.qui duobus. y uide de his etiam Cuiac. lib.6.c.11. z c.fin.extrà eo. a cap.7.eo. b cap.ad quæstiones. 6.de rer.permut. c l.3.h.t.l.4 cum simil.C. eod. d l.si super.9.C.eod. e l.cum mota.6.ubi Dd. C.eod. f l.pacto.15.l.pen.h.t.l. ubi.40.l.cum proponas.17.C.eo. g l.si quis maior.41.l.pen. C.eod. h l.siue.28.C.eod.ubi 1as. nu.1. & 2.& idem 1as. in l.tale.40. §.qui prouocauit.nu.9. de pact. i l.5.h.siue.C.eo.l.cũ proponas.21.C.de pact. k l.cõtractus.uerb.transactionis.C.de fi.instr. l l.transactio.38.C.eo. m l.cum donationis.34.C.eo.l.tale.41. ĩ.tit.1. n l. 1.h.t.l.fratris.10.C.eod. o l.non minorem.20.C.e uide Æmil.cons.2.nu.1.2.3. p l.2.ubi Bar.l.admonendi.in fi.de iureiur. q l.causis. 16.C.eod. r l.sub prætextu.19.C.eod. s l.sub prætextu.19.C.eod. t l.si diuersa.14.l.sub prætextu.19.C.eo. u l.cum proponas.17.C.eod. x c.1. de lit.contest.in 6.ubi gl.et Dd.ad uerb.fin.tæ.l.eleganter.31.§.pen.de cond.indeb. y l.nihil tam.de reg.iur. z l.4.l.sub prætextu.19.C.eo. a §.1.Inst.quibus mo.toll.ob.uid.ĩ.de accept.l.l.legitima.ĩ.tit.1. b l.siue.28.C.eo. c l.4.l.si diuersa.14.l.sub prætextu.19.l.siue.28.C.eod. d d.l.siue.cum simil. e d.l.siue.l.si maior.36.ubi uide latè 1as.C.eo. f l.sub prætextu.19.C.eo. g d.l.4.d.l.siue. h l.cum mota.6.C.eo. i l.si quis filium.34.C.de inoff.testam.uide ĩ.tit.de inoff.testam. k d.l.cum mota. l §.fœminæ.Inst.de adop. m d.l.cum mota.6.l.cum proponas.17.l.si pro fundo.33.Cod.eod. n l.iuris gentium.7.in prin.de pac.l.5.de præs.uer. o l.in traditionibus.41.de pac.ubi uide ĩ.tit.1.

nim illud perridiculum eſt dicere, actorem nunquam à ſua parte tranſactionẽ implere, & proinde non habere ciuilem actionem: quia qui hodie non agit, cras agere poteſt. Nam actor qui actionem remittit, uerè à ſua parte implet: nec uidetur poſſe agere, qui perpetua exceptione ſemper poteſt repelli [a], & ea remiſsio, iuris interpretatione pro datione habetur, perinde atque ſi aliquid reo dediſſet [b]: qui uelut ex donatione liberatur. Quare nec obſtat quod alibi dicitur, Ex contractu, Facio ut Des non dari Præſcriptis uerbis actionem [c]: nam de mero facto, unde ad alterum nihil peruenit quo obligetur, I. C. loqui, præcedens manumiſsionis exemplũ oſtendit. Sed, inquies, cur in tranſactione non condicitur liberatio, perinde atq; in reliquis contractibus innominatis [d]? Dd. id tradunt, fauore minuendarum litiũ inductum eſſe [e]. Ego potius arbitrer, liberationem quæ ciuilis eſt, eodem utrobiq; modo condici: uidelicet non condictione Cauſa data, quæ naturalis eſt [f], ſed actione ciuili Præſcriptis uerbis [g], cui cõdictio naturalis ineſt. agi enim poteſt, ut aut promiſſa impleantur, aut reſciſſa liberatione reſtituatur obligatio priſtina [h]. Eodem ſenſu haud abſurdè, meo quidem iudicio, perobſcuram illam Principum conſtitutionem [i] interpretabimur: ſi dicamus, ſubſecuta Aquiliana ſtipulatione, tam ab actore quàm à reo (ut utraq; in perſona, ea conſtitutio locum habere intelligatur) aut ſubſecutis & conuentis accommodandum eſſe conſenſum, & promiſſa implenda: aut pœnam (quæ ſcilicet conuenta ſit) unà cum ijs quæ data ab aduerſario probantur (dat autem non modò reus, ſed etiam quandoq; tranſigendo actor [k]) ante cognitionem cauſæ (quæ propoſita Præſcriptis uerbis actione inducitur) eſſe inferendã: idq; ſi aduerſarius uoluerit. Nec enim ipſo iure cõtentus eſſe cogitur pœna, & ijs quæ à ſe data ſunt, reſtitutis. Nam Præſcriptis uerbis actioni, quanquam condictio (ut diximus) adiungi & ineſſe poteſt alternatiuè [l], & quamuis ab ea liberetur reus refundendo quod accepit [m]: tamẽ quia cõcluſio actionis Præſcriptis uerbis præcipua eſt, ut cõtractus impleatur, & purè ſic intentari poteſt [n] (ſicuti pleræq; actiones ciuiles nõ ad reſcindendũ, ſed ad implendũ contractũ competunt [o]) ideo inuitus actor nõ cogitur ab intentione ſua actionis, nempe Præſcriptis uerbis diſcedere, etiamſi redhibitionẽ & pœnã altera pars offerat. Neq; enim ea oblatio ad implementũ, ſed ad reſciſsionem cõtractus pertinet. Reſciſsio autẽ & pœnitentia in cõtractibus Innominatis tantũ ei qui dedit, cõceditur: nõ illi qui accepit, & accipiendo ſe ad implendũ iam obligauit [p]. Quare non obſtante tali oblatione, ad implendã contractus fidem agi poteſt: donec iudex ſcilicet, per ſententiã aliter ſtatuat: atq; ita nõ Ipſo iure, ſed Officio eueniat & cõſequatur, ut reddatis quæ accepta erant, Præſcriptis uerbis actio tollatur [q]. Cum enim officium iudicis non habeat locũ ante litis conteſtationẽ [r], non poteſt diminuere aut officere iuri uolentis agere: id quod ex officio iudicis poſtea accedere poteſt: nec repellendus eſt actor à limine iudicij, quaſi reo parato ſoluere, qui pœnam, & quæ accepta ſunt, offert [s]. Hæc enim propriè non petuntur actione Præſcriptis uerbis, ſed impleri contractus fides (ut dixi) poſtulatur: quare nec hac oblatione fatetur intentionẽ, & offert ueram actionis ſolutionem reus: & proinde nec inuitus actor cogitur oblata à reo recipere, nec quaſi reo uolente ſatisfacere [t], iure iſto agendi uidetur priuandus. Eamq; puto eſſe cauſam, cur in conſtitutione [u] ea uerba, SI ADVERSARIVS HOC MALVERIT, ſint addita: ſcilicet quòd ante litem, ad id niſi uolens pertrahi poteſt. Sed de eiuſmodi fortaſsis obicibus opportunius aliàs commentabimur. Dixi porrò, actionẽ Præſcriptis uerbis dari, quando quod conuentum eſt, non præſtatur. Itaq; hoc ſiquidem impletum ſit, & tamẽ dolo alterius alter deceptus inueniatur: nõ dabitur Præſcriptis ſanè uerbis actio (nec enim poteſt, impleta promiſſorũ fide) ſed tantùm de Dolo intra præſtituta tempora poterit agi [x]. Sed hæ diſtinctiones hodie minus uidentur obtinere poſſe, cum ex nudo pacto, atq; ita etiam ex tranſactione detur actio [y]. Illud quoq; ad effectum tranſactionis pertinet, quod aiunt: In ea pœnitere nõ licere [z], uelut in reliquis cõtractibus Innominatis [a]: idq; ſpecialiter in trãſactione cõtra horum contractuũ naturam, inductum eſſe uolunt Dd. ut ſit aliquis litium finis [b]. Ego uerò nullum, aut perparuum ſanè diſcrimen hac in parte ſubeſſe reor. Nam quod dicitur [c]: Eum qui litem remiſit, quamuis ſtatim pœniteat, inſtaurare litem non poſſe: id tralatitiũ puto eſſe in omnibus eius generis contractibus innominatis: ut ſcilicet quamdiu aduerſarius aut uult aut poteſt implere quod promiſit, pœnitere nequeat is, qui à ſua parte impleuit: hoc eſt, aut remiſit, aut dedit aliquid [d]. Nam etſi qui dedit, pœnitere & condicere poteſt, quandiu cõtra nihil accepit quo obligetur: tamen aduerſario parato adimplere, obſtabit illi conuentionis exceptio [e]. Quòd ſi uerò reus implere cõuenta nolit, aut nõ poſsit: hic non modò in reliquis contractibus innominatis, ſed etiam in tranſactionibus ita agi poteſt, ut aut impleantur promiſſa, aut quæ data ſunt, reddantur, & res tota perinde atq; ſi tranſactum non eſſet, in integrum reſtituatur [f]. Cæterùm ubi ab utraq; parte cõtractus rebus impletus eſt, non modò in tranſactione, ſed & in reliquis cõtractibus Innominatis excluſa eſt pœnitentia, & uolenti repetere, obſtabit contractus exceptio: quę ſola reo datur hoc caſu, non etiam eorum quæ dedit (niſi aduerſario uolente [g]) repetitio [h]. Et hæc quidẽ uis eſt, & effectus tranſactionum ſimplicium. Nam Aquiliana (ut dixi) actionem ipſo iure tollit, nec ullum pœnitentiæ locum relinquit [i]. In iurata porrò tranſactione, etiam hoc amplius eſt, quòd qui contra eam uenit, amiſsione iuris ſui, atq; adeò exiſtimationis, plectatur [k].

Affinia [†] maximè tranſactioni, ſunt Pactum [l], Compromiſſum [m], Contractus innominati [n], Diuiſio [o], Res iudicata [p]. Contraria: Error [q], Metus [r], Dolus [s], Falſitas [t]. Error impedit tranſactionem, quia conſenſus deeſt [u]: metus retractat per in integrum reſtitutionem, quoniam edictum Reſciſſorium eſt [x], Prætore non habente ratum, quod metu geſtum eſt. Dolus quia quadantenus in contrahendo permittitur [y], neq; conſenſus eſt expers: ideo non reſcindit tranſactionem, ſed purgatur aut exceptione, aut replicatione, quando prima actio ſupereſt [z], aut actione Doli illa extincta [a]: niſi dolus in Falſi [b], aut Calumniæ crimen

a l. Marcellus. 66. l. non uidetur cepiſſe. l. nihil intereſt. de reg. iur. l. debitor. de uerb. ſig.
b gl. in d. l. ſiue. 28. ad uerb. certum. C. eo. per l. ſi mulier. de cond. cauſ. da. l. ſi quis. de nouat.
c l. 5. §. quod ſi faciam. de præſcr. uerb.
d l. ſi quis accepto. 4. l. 3. 5. de cond. cauſ. da.
e l. fratris. 10. l. cauſas. 16. C. eod.
f l. rerum. 25. in fin. ff. rer. amot. l. indebiti. 15. de cond. indeb.
g l. ob eam. 9. ff. de præſc. uerb.
h l. 1. 4. §. fi. C. de rer. permut. d. l. ob eam. 9. de præſc. uerb.
i l. ubi. 40. C. eo.
k l. ſi ſuper. 9. C. eo.
l d. l. ob eam. 9. de præſc. uerb. l. 4. C. de rer. permut.
m d. l. iuris gentium. d. l. 5. & t. t. præſ. uerb. d. l. 4. C. de rer. per.
n l. fi. C. de rer. permut.
o l. uenditi actio. 6. C. de act. empt.
p gloſſ. in l. ſi pecuniam. 5. uerb. ſed cum liceat. de condic. cauſ. da.
q d. l. ob eam. 9. uerb. iudicis off. de præſc. uerb.
r l. ædiles. 25. §. item. de æd. il. edict.
s l. ſi debitori. 21. de iud.
t ut in d. l. ſi debitori.
u d. l. ubi.
x l. 4. l. ſub prætextu. 19. C. eod.
y uide ſ. de pact.
z l. quamuis. 39. C. eo.
a l. 3. l. ſi pecuniam. 5. cum ſimil. de rer. permut.
b l. fi. in fin. C. de fid. inſtr. l. fratris. 10. C. eod.
c d. l. quamuis.
d d. l. ſi pecuniã. uerſ. cum per te nõ ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare. de cond. cauſ. da.
e uid. ſ. de pact.
f d. l. ſiue. 28. cum ſimilib. C. eod.
g l. ubi in fin. C. eo.
h l. cũ proponas. 17. C. eo.
i l. 4. h. t. l. ſiue. cum ſimil. C. eod.
k l. ſi quis maior. 41. C. eo.
l l. 1. h. t. *m* gl. in §. 1. in Auth. ut diff. iud. Iaſ. poſt Bart. in Rub. h. t. nu. 13. & 14. & in l. ſi cauſa. 32. C. eod. *n* l. ſiue. 28. ubi Iaſ. l. 6. C. eod. *o* l. tres fratres. 36. ſ. de pact. l. 2. l. cum propon. 15. 21. C. eod. *p* l. non minorem. 20. C. eo. *q* l. ſub prætextu. 29. C. eo. *r* l. interpoſitas. 13. C. eo. *ſ* l. 4. l. ſub prætextu. 17. l. ſiue. 28. C. eo. *t* l. pen. C. eod. *u* l. ſi per errorem. 15. de iuriſd. dict. *x* uide ſ. tit. de eo quod met. cauſ. *y* l. in cauſa. 17. §. pen. de minor. *z* l. ſiue. 28. hoc tit. *a* l. 4. d. l. ſub prætextu. *b* l. pen. C. eod.

BIU Cujas

crimen [a] incidat. His enim casibus, ob maleficium improbè cõmissum, transactio quasi imperfecta, aut per concussionem extorta, retractari officio iudicis debet [b]. Sed an ob læsionem immodicã illa rescindi possit, non modò à minoribus [c], sed etiã maioribus 25. annis, cum ultra dimidiã scilicet partem iustæ æstimationis, sui iuris læsi probantur [d]? Sanè si non tantũ super dubio litis, sed super casu & dubio mortalitatis euentu transactũ sit, restitutio nõ dabitur: quia nec læsio subest [e]. quantumcunq; enim acceptũ sit, tamen potuisset minus accipi, contrario casu eueniente [f]. Verbi gratia: Si fideicommissarius, cui post mortem hæres rogatus est restituere, in præsens modico accepto transigat. Potuit enim nihil accipere, quia potuit ante hæredẽ mori [g]: eoq; læsus nõ uidetur, nec remediũ l. 2. habet [h]: præsertim si postmodũ cognitis planius hæreditatis uiribus, req; tota diligẽter explorata super ipsa læsione transegerit. Sed cũ de dubio tantum litis euentu transactũ est, an ob læsionem immodicã agi possit, uariè disputatur. Iaſ. [i] qui diligentissimè quæstionẽ hanc excussisse uisus est, cõcludit post alios quos nominat, in transactione id genus remedij cessare: eamq; affirmat sententiam esse communem [k]. Sed in nostris Curijs, usu seruatur contraria Bart. sententia [l], tanquam æquior & humanior: ut si quis in certo iure, puta hæreditate diuidenda, probare possit, se transigendo ultra dimidiam partem eius quod consequi probabiliter potuit, læsum esse, ei remedio d. l. 2. succurratur [m]. Quo rectius damni supra dimidiam æstimatio refertur, quàm si ad incertum dubiumq; litis euentum, quomodo probari nequit, referatur [n].

a l. in summa. 65. de cond. indeb.
b uide in l. pen. C. eod.
c l. si superstite. 5. C. de dolo mal.
d ex l. 2. C. de resc. uend.
e l. de fideicommisso. 11. C. eod.
f Castrens. in d. l. de fideicommisso.
g uide titu. quand. dies legat. l. unic. Codic. de cad. tollen.
h hic est casus l. Lucius. §. fin. ad Senatusconsul. Trebell.
i in l. si quis cum aliter. de uerb. oblig.
k idem decis. Neapo. 220. num. 3.
l in l. si quis cum aliter. 36. num. 5. & in l. 2. Codic. de rescind. uend. numero 7.
m Dec. cons. 64. uisi. nu. 4. & cons. 597. num. 10. Corn. cons. 27. in princ. lib. 4. Schurff. cons. 50. ueritas. num. 16. & 17. cent. 3. & cons. 16. casus. numer. 17. cent. 2. & cons. 97. pro magis clariore. num. 12. cent. 3.
n l. quod debetur. 52. de pecul. glo. d. l. Lucius. §. fi. ad Trebell.

DIGEST▸ LIB▸ III▸ DE POSTVLANDO. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit postulare: quomodo à procuratione differat.*
3 *Causa efficiens: & an sit munus necessarium.*
4 *Qui postulare prohibeantur edicto.*
5 *Qui lege uel sententia iudicis.*
6 *De forma postulationis.*
7 *Finis & effectus.*

1 CVM † res neq; pacto, nec transactione conuenire potest, procedit iudicium, & postulationes fiunt, ac reus contradicit desiderio & intentioni agentis: & quidem si fieri potest, ante omnia proponit exceptionem Dilatoriam: qua ostendat, ius agendi actori non competere, uel quia postulare non potest, uel quòd idoneum non habet mandatum, uel quia calumniator est, &c. Nam hæc dilatoria exceptio, initiò & ante litem contestatam est proponenda: neque enim postea admittitur, aut auditur [a]. Antequam igitur in ipsa iudicia gradus inferatur, rectè instituta est de his omnibus disputatio: nempe de his qui postulare possunt, & de procuratoribus, atq; id genus alijs, qui tam suo quàm alieno nomine agere possunt, uel non possunt. Postulare † porrò aliud est, quàm Procurare [b]. Nam Procurandi uerbum, propriè ad curam alienorum negociorum refertur. Postulare autem quisq; dicitur in iudicio, siue suo nomine quid petat, siue alieno [c]. Et procurare magis priuatum officium [d], postulare publicum denotat. Nam apparet, insequentibus temporibus uerbum Postulandi pro Aduocatione usurpari cœptum [e]. Postulare, inquit l. C. est desideriũ suum uel amici sui, hoc est, alterius cuius negocium geritur, in Iure (hoc est, in iudicio maiore, scilicet coram Prætore) uel tribunali, apud eum qui iurisdictioni præest, hoc est (ut nunc loquimur) apud Ordinarium Magistratum (non delegatum) exponere, uel alterius desiderio contradicere [f]. Nam & qui contradicit, uel excipit, postulat aliquid: quia effectu petit se à postulatione aduersarij absolui. Quod † ad causam efficientem attinet, Prætor seu Ordinarius Magistratus, dat petentibus litigatoribus patronos, qui eorum nomine postulent [g], etiam inuitos [h]. Nam postulare, publicum quodammodo munus est [i]. Ad publica uerò munera, etiam inuiti coguntur [k]. Neq; tamen cogit magistratus gratis quem postulare, sed sumptibus petentis [l]. Quòd si tenuiores sint litigatores, quàm ut salarium præbere postulantibus suo nomine possint: non tamen debent Magistratus pati, causam eorum relinqui desertam: sed potius sumptum de publico [m], aut saltem ex ærario eleemosynarum communi suppeditare [n]. Nam est etiam species eleemosynæ, pauperibus præbere patronos [o]. Sed huic rei in plerisq; hodie curijs aliter prouideri solet: constitutis nimirum aliquot aduocatis publico salario, qui causas egenorum agant, & tueantur, qui Procuratores pauperum, ut sunt, sic appellantur. Et hæc quidem ita in ciuilibus obtinẽt. Nam in criminalibus, si quis aliquo accusante fuerit custodiæ traditus, & sibijpsi suppeditare in parandis aduocatis nequeat, æquius est, eum sumptum ab aduersario, cuius rogatu incarceratus est, præberi: quoniam & ad hunc alimentandi reum, qui sibijpsi sufficere nequit, onus redit [p].

2 3

4 Postulare † omnes possunt, qui non prohibentur [q]. Prohibentur autem postulare quidam Edicto, quidam Lege, quidam Sententia iudicis. Edicto uetantur tres hominũ ordines [r]. Primus ordo tam pro se quàm pro alijs postulare prohibetur, in quo sunt minores 17. annis [s]: item surdi, qui iussum Magistratus exaudire non possunt [t]. Secundo ordini tantũ pro alijs postulare non licet: ex quo sequitur, ut pro se possit: in quo censentur fœminæ, cæci, & insigni quadã turpitudine notati [u]. Nam quod ad fœminas attinet, remotum est à pudore sexus, eas uirilibus officijs fungi [x]. uirile autem est officium, alienæ causæ præesse, intercedere & patrocinari [y]: atq; adeò ciuile, & quodammodo publicum [z]. Officia autẽ publica & ciuilia, uirorum sunt, non mulierum [a]. Vnde & Telemachus apud poetam, arcet matrem concione,

a l. ita demum. 13. ubi glo. & Dd. C. de procur.
b §. pen. & §. fin. Instit. de except.
c l. 1. hoc tit.
d uide ff. de procur.
e l. 2. 3. toto tit. C. de postu. l. 1. §. 1. b. t.
f l. 1. in prin. hoc tit.
g l. 1. §. ait prætor. 3. h. t. l. fin. C. de postu.
h l. prouidendum. 7. C. de postu. gl. in cap. 1. §. item ad uerb. perdit. quæ fuit pr. causa benefic. amitt. & hic in l. 1. ad uerb. nõ habebunt. hoc tit.
i l. 2. in uerb. postulare. de reg. iur.
k l. 1. in princip. de admin. tut. uide de muneribus, tot. tit.
l glo. in d. l. 1. ad uerb. non habebit. per l. 1. §. in honorarijs. de uarijs & extraord. cognit. pro quo

etiam textus in l. 4. §. fin. in uerb. tuis sumptib. ff. de æden. & in §. si unum. in Auth. ut cum de app. cognoſ. Bar. in l. 1. §. diuus. ad S. C. Syllanianum. m glo. & Dd. in d. l. 1. ad uerb. non habebit. h. t. n Paris de puteo in tract. syndicatus. ad uer. carcer & carceratus. cap. 4. nu. 2. & 3. per l. 2. & l. iudices. 10. C. de epiſc. audien. o c. filius. & c. definuit. 17. q. ult. Bald. in l. præſenti. in fi. C. de his qui ad eccl. confug. p ut est gl. communiter approbata in l. fi. ad uerb. agnoſcere. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. per d. §. ſi unũ. in Auth. ut cum de app. cognoſ. Paris de Puteo in d. tract. ſyndicatus præall. loc. c. 4. per tot. q l. mutus. 43. de procuratorib. r l. 1. §. 1. h. t. s d. l. 1. §. initium. h. t. t d. l. 1. §. initium. u d. l. 1. §. ſecundo loco. x l. 1. C. quand. mul. tut. off. l. alienam. 18. C. de procur. l. 2. de reg. iur. y l. alienam. 18. C. de procur. l. 2. de reg. iur. l. non diſtinguemus. 32. §. 1. de arbitris. l. neq;. 54. de procur. Spec. de procur. §. 1. nu. 2. & 3. l. 1. in fi. & l. 2. de iniur. §. patitur. Inſt. eo. tit. z d. l. 2. in uerb. poſtulare. ubi Dec. n. 9. de reg. iur. a d. l. 2. de reg. iur. d. l. 1. C. quan. mul. tut. off.

BIU Cujas

cione, inquiens, orationem uiris curæ esse oportere. Et D. Paulus 1. Cor. 14. ait turpe esse mulieribus, in uirorum cœtu uerba facere. Quare ne pro liberis quidem matres in iudicio postulare possunt [a], etiamsi aliena negocia extra iudicium rectè exequantur [b]. Hodie autem moribus nostris Sax. nedum pro alio, sed etiam pro se postulare mulier prohibetur: nec habet legitimam personá standi in iudicio, siue agat, siue defendat. unde illi curator seu tutor in litem datur [c]. Cæcus quoq; postulare prohibetur pro alijs: quia (ut inquit l. C.) reuereri Magistratus dignitatem nequit [d]: iudex tamen dari potest [e]. Nam iudicia olim etiam priuatis à prætore mandabantur [f]. Itaq; huic nihil obstat quod dicitur [g]: Cæcos magistratũ quidem retinere, sed ad nouum aspirare non posse. Nam aliud erat Magistratuum dignitas, aliud iudicandi potestas [h]. Excipit etiam in hoc ordine prætor personas quasdam, insigni turpitudine deformatas: ut damnatos de calumnia publico iudicio [i]: damnatos capitali crimine [k]: passos muliebria: & eos qui operas ad depugnandum cum bestijs suas elocarunt. Atque hi quidem Senatusconsulto prohibentur, etiam apud Pedaneos iudices postulare [l]. Quod ideo addo: ut intelligatur, hoc edictum tantum ad postulationes, quæ fiunt coram ordinarijs superioribus Magistratibus, qui pro tribunali ius dicunt, & apud quos est legis actio, pertinere [m]. Nam si edictum pertinuisset ad iudices Pedaneos, non opus fuisset S. C. Sed cum hoc S. C. nũc sit in corpus iuris redactum, sequens est, prohibitionem huius edicti peræquè hodie ualere in iudicibus Pedaneis & Delegatis, atq; in Ordinarijs. Est tamen æquissimum, si tutelam uel curá eiusmodi personæ administrent (sicuti administrare possunt, cum munus sit priuatum [n]) postulare eos pro his quorum curam gerunt [o]. Tertius ordo à Prætore comprehensus edicto, non in totum prohibetur pro alijs postulare, sed tam pro se quàm pro personis duntaxat certis postulare potest: puta pro parente, fratre, sorore, uxore, socero, patrono, patrona, eorumq; liberis, alijsq;, de quibus sub titulo, De in ius uocando, dictum est: item pro genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, alijsq; coniunctis fortè ad quartum usque gradum [p]: item pro personis, quarum tutelam curationémue gerunt: utpote pro pupillo, furioso, fatuo, &c. [q] Pro alijs autem personis, quæ edicto comprehensæ non sunt, postulare hic ordo prohibetur. In hoc autem ordine prætor posuit omnes omnino nõ Singulari, sed qualibet infamia Iuris notatos: exceptis illis qui propter insignem infamiam, in secundo ordine suprà sunt locati [r]. Ex quo intelligi potest infames tutelam curationémue alienam gerere posse, cum ex edicto pro pupillis minoribusque suis ad postulandum admittantur. Et hi quidem tres ordines, edicto prætoris à postulationibus remouentur: & ita remouentur, ut ne uolente quidem aduersario, contra prohibitionem edicti rectè postulent [s]. Nam etsi illæ iudiciorum partes, quæ potissimum ad litigatorem spectant, pactis eorundem immutari possunt [t]: tamen quæ præcipuè ob dignitatem publicam Magistratus conseruandá instituta sunt, ut est Postulationis prohibitio [u], ea ueluti ius publicum [x], non possunt conuentione litigatorum conuelli [y].

Lege † quoq; quibusdá postulatio pro alijs interdicta est: ut Iudicibus atq; Arbitris, in ea causa quá 5
iudicaturi sunt [z]: hæreticis [a], nisi pro se aut coniunctis agant [b], potentioribus [c], fisco & ciuitatibus [d], liberto contra patronum [e], uasallo contra dominum [f], & alijs deniq; omnibus, qui legitimam personam standi in iudicio non habent [g]. Sed & Iudicis quandoque sententia prohibitionem postulationis facit: ut cum aduocatis aut procuratoribus, ob contumaciam, uel delictum, uel aliam causam postulatione interdicitur, uel ad tempus (putá quinquennium) uel in perpetuum [h]: si tamen tantum apud se Magistratus postulare prohibuerit, coram successore eius nulla obstabit prohibitio, quod aliter est, si indefinitè postulationibus sit interdictum [i]. Ita tamen prohibiti, nequaquam uetantur cõsilio, scripturis, aut alijs priuatis actionibus, causæ litigatorum extra iudicium inseruire [k]. Sed & qui sententia iudicis relegati sunt, aut alioqui in ciuitate esse prohibentur, aut in curia, quin postulandi ius nullum habeant, dubitari non potest [l]. In admittendis autem postulatoribus, erit iudicis prouidere, ne peritissimi quique aduocati ab una stent parte: sed ut æqualiter utrinq; distribuantur: ne alterutra causa ab inopia boni patrocinij damnũ faciat [m]. Forma † autem proponendæ postulationis, certa dari nequit, cum pro ua 6
rietate causæ sit uaria: quanquá modus exercendæ aduocationis, utcunq; alibi describatur [n]. Finis † hu 7
ius edicti est, ut reuerentia & dignitas Magistratus conseruetur: cui quodammodo ad circumfluentem turbam ignominiosum est, si turpes & improbi sycophantæ atque Phormiones, coram eo impudenter altercentur [o]. Effectus autem prohibitionis est, quòd, qui contra eam postulat, non modò repellatur à postulando, sed etiam pœna mulctetur arbitraria [p]. Nam quotiescunq; lex aliquid prohibet, nec adijcit certam pœnam quæ contrauenienti irrogetur: toties pœna arbitrio iudicis commissa intelligitur [q]. Illud etiam ad effectum pertinet, quòd quandiu quis idoneum aduocatum non habet, aut habere potest, tamdiu propter contumaciam damnari nequeat [r]. Non tamen hæc exceptio eò prodest, ut negocia propter contumaciam antè definita retractentur. Imputet enim sibi, qui à tali definitione non appellauit [s]. Quanquam enim à contumacia non appelletur [t], tamen si quis neget se in ea fuisse causa, ut pro contumaci debuerit condemnari, non uideo cur iustas excusationis suæ causas per appellationem inducere non possit [u].

a l. qui in aliena. 33. §. quãquam. de neg. gest.
b d. l. qui in aliena. §. quanquam.
c Chilia. in pract. c. 2. per art. 44. & 46. cum seq. lib. 1.
d d. l. 1. §. cæcus.
e l. cæcus. 6. de iudicijs.
f l. ult. de off. eius cui mãd.
g in d. l. 1. hoc tit.
h l. cum prætor. 12. de iud.
i d. l. 1. §. 2. cum seq.
k d. l. 1. §. remouet. 5.
l d. l. 1. §. remouet. 5. uersi. item.
m l. 4. §. hoc aũt iudicium. de damn. infect.
n Bar. in l. cui eorum. 3. h. tit. uide ff. de tut.
o d. l. 1. §. fi. in fi. d. l. puto. 6. hoc tit.
p gl. in l. 4. de testibus. gl. & Dd. in l. fi. eẽ. eo. gl. & Bar. in l. sed & hæ. de procur.
q d. l. 1. §. fi. cum ll. seq. h. t.
r d. l. 1. §. fin.
s l. quos prohibet. 7. h. tit.
t uide Dd. in l. 2. §. sed quia ueremur. C. de iur. ob cal. c. tuis. de testib. l. si conuenerint. de re iudic. cum simi. &c.
u l. 1. §. 2. et 3. h. tit. in uerb. insignia magistratus reuocari, &c. l. 7. 8. 9. de iurisd.
x l. 1. §. huius studij. de iust. & iur. l. si quis. 8. cum ll. seqq. de iurisd.
y l. ius publicũ. 39. de pact.
z l. quisquis. 6. C. eod.
a l. fin. C. eod.
b c. 1. & c. fi. de postu.
c l. unic. C. ne potentiores.
d l. 3. & t. t. C. ne fiscus uel respub.
e l. 2. C. eod.
f c. 1. §. item si delator. ubi gl. ad uerb. perdit. quæ fuit pr. cauf. ben. amit.
g uide tit. C. qui leg. persona stan. in iud.
h l. moris. 9. de pœnis. l. 5. & 6. hoc tit.
i l. puto. 6. h. t. l. 1. C. eod.
k Bart. in l. 1. §. 1. nu. 1. & 2. h. tit. Decius in l. 2. nu. 9. cum seqq. de reg. iur.
l l. imperator. 8. h. t.
m l. prouidendum. 7. C. eo.
n in l. quisquis. 6. C. eo. & latè à Speculatore in tit. de aduoc.
o l. 1. §. secundo loco. cum seq. h. t.
p l. 1. §. aduersarius. h. tt.
q gl. & Dd. in l. 3. C. de sacrosanct. ecc.
r c. 1. ut lite non contesta. ubi gloss. ad uerb. aduocati.
s l. 1. l. 4. Cod. eod.
t l. 1. ubi gloss. C. quor. appell.
u l. & post. 73. §. ulti. de iud. gloss. & Dd. d. l. 1. Cod. quor. appell.

De his qui notantur infamia, &c.

TITVLVS II.

1 Quid sit existimatio, fama, infamia.
2 Quotuplex sit de infamia iuris & facti, eiusq; gradibus.
3 De causa efficiente: & à quibus infamia irrogari possit, uel non.
4 De causa πρωταρχικῆ: & utrum quis ex solo dolo infametur, an etiam ex culpa.
5 Quinam edicto, lege, &c. & ex qua causa notentur.
6 Formæ

BIU Cujas

6 *Forma: & quot modis infamia irrogetur.*
7 *Forma probandi infamiam.*
8 *Effectus: & an infamia sit perpetua.*
9 *Contraria: & quot modis euitari infamia possit.*

SED quia diximus, postulare eos non posse qui Infames sunt: cõmodum est, De his qui notãtur infamia, aliquid sigillatim exponere.

1 Existimatio † (ut ait Callistratus [a]) est dignitatis illæsæ status, legibus & moribus comprobatus, qui authoritate legum ex delicto aliquo aut consumitur, aut minuitur. Consumitur per maximam capitis deminutionem, cùm amissa libertate totus status perit: minuitur uerò, quoties durante statu, aliqua labes & macula iuris, existimationi inurit. Ea nostris [b] Fama quoq; appellatur, seu Opinio, quæ de cuiusq; moribus habetur. Porrò fama dupliciter accipitur, teste Baldo [c]: primùm, prout est hominis in seipso: secundò, prout est de homine apud alios & ut in uulgus spargitur. Sed in hoc titulo utrumq; significatum complectimur, & agimus de fama infamiâue, tam prout est in unoquoque, quàm prout secundum ius de unoquoque apud alios esse debet. A` fama autem compositum est contrariæ significationis Infamia: quo uocabulo Iurisconsulti pro Ignominia utuntur [d]. Particula enim In, in compositione solet esse Priuatiua seu Aduersatiua: ut in dictionib. Indoctus, Infirmus, Infectũ, & similibus [e]. Eoque uocabulo etiam Cic. compluries est usus: ut lib. 2. De finibus: An est aliquid per seipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia? Infamia itaq; bonæ famæ opponitur: nec aliud significat, quàm labem, imminutionem, notam, & detrimentũ famæ [f]. Hanc ita definit Bartolus [g], Vt sit læsæ dignitatis status, legibus & moribus improbatus. Breuius Accurs. Vt sit famæ imminutio, nota, siue priuatio [h]. Infa-

2 miam † porrò Doctores duplicem faciunt [i]. Aliam enim ponunt Infamiã Iuris, de qua propriè hîc agitur: quam uidelicet lex ob turpe aliquod commissum, nocẽti irrogat: aliam autem Infamiam Facti, quæ non ipso iure, & ex legibus diminutionem existimationis affert, sed famam solùm cuiusquam apud bonos & honestos uiros grauat [k]. Porrò infamiam facti, rursum triplicem constituit Baldus: aliam quæ ortum à uulgo habet, & incerto autore: aliam quæ à iudice aut patre, aut uiro quopiã honesto, per increpationem aliquam ignominiosam infertur [l]: cuiusmodi uidetur & olim nota fuisse Censoria, quę nõ rei iudicatæ, sed præiudicij tantùm uim obtinebat [m]: tertiam, quæ oritur à sectæ diuersitate, puta propter hæresin [n]: quanquam hæc iuris potius ignominiam uidetur afferre. Sed & gradus huius infamiæ diuersos idem Bald. constituit. Vult enim, & rectè uult, aliã Facti infamiam, alia esse Grauiorem aut Leuiorem, prout est grauis aut leuis causa, ex qua ortum habet [o]. Quin & in Iuris infamia gradus esse, & aliam alia pro diuersitate causæ censeri grauiorem, ex superiore edicto, quod famosos partim in secundo, partim in tertio ordine locat, atq; alijs compluribus locis [p], intelligi potest. [l]

3 Quod † ad causam efficientem attinet, sciendũ est, infamiam irrogari aut Edicto [q], Lege, Senatusconsulto, Plebiscito [r], decreto Principis [s]: aut per Sententiam iudicis [t]: non etiam per sententiam Arbitri [u]: nam famæ causa, capitali æquiparatur [x]. Vt igitur de uita & capite priuatim statui nequit [y]: ita nec compromisso (quod est priuata quædam conuentio) existimatio cuiusquam imminui potest [z].

4 Causa † προηγουμένη, propter quam infamia imponitur, est Dolus, uel simile crimen quod in dolum incidit: ut perfidia, stellionatus, impostura, periuriũ, &c. [a] Dolum autem appellamus malicioſam scientiam, qua uel simulatur falsum, uel dissimulatur uerum, alterius fraudandi causa [b]. Vbi igitur dolus eiusmodi abest, non erit locus infamiæ. unde delictum ex lata culpa commissum, non lædit existimationem [c]: ut nec illud, quod ex supina ignorantia admissum est [d], aut crasso aliquo errore [e]. Quælibet enim, etiam iniusta causa excusat à dolo [f] & pœnis doli, & consequenter etiam, ab infamia: iuxta regulam, Remota causa, remouetur effectus [g]. Distinguunt tamen quidam aliter: scilicet ut in his, quæ lex ipso iure notat, etiam latam culpam sequatur infamia, in alijs nequaquã [h]. Quod mihi absq; uera ratione dici uidetur: nisi scilicet lex aut statutum disertis uerbis culpam quoq; notet. Porrò quod ob dolum indistinctè damnato maculã inuri diximus, id ita uerum est, quãdo quis ob propriam fraudem damnatur, non etiam cum ob alienam: puta si tutorio aut procuratorio nomine cõuentus, de alieno dolo condemnetur [i]. Nam delicta suos tenere debent autores [k]: quanquam hoc casu neq; reum principalem, nec procuratorem notari uolunt: non procuratorem, quia alieno nomine damnatus est: non reum principalem, quia per sententiam damnatus non ipse, sed procurator est [l]. Causa instrumentalis, qua iudex infamiam irrogare solet, uaria est. Nec enim modò Disertis uerbis infamiam irrogat, sed quandoq; etiã Facto: puta motione ab ordine, fustigatione, turpi aliqua præclusione (ut cum stelliones in publico deridendi, infamiæ causa uulgo proponuntur) & modis similibus: quæ tamen genera pœnarum non infamant per se, sed ex causa propter quam talibus iudex utendum putauit [m].

5 His † ita expeditis, tempus est recensere eos, qui aut Edicto, aut Lege, aut Sententia iudicis notãtur. Edicto autem notatur miles, ab exercitu ignominiæ causa missus [n]. Rectè autem additur, Ignominiæ causa. Nam est missio quædam Honesta, siue Plena, quæ ueteranis cõceditur [o]: quædã item Causaria [p], quæ fit ob causam iustam, puta ualetudinem, &c. [q] Secundo loco notat prætor eos, qui in scenam aut arenam prodeunt, quæstus faciendi causa: quod uitæ ludicræ genus & artificium Græcis & Romanis, semper pro turpi est habitũ [r]. Tertiò, qui lenociniũ faciunt [s]. Quid autẽ sit lenocinium facere, alibi exponitur [t]. Itemq; ex lege siue S.C. hodie dicendũ est, in omnibus qui corpore suo quæstũ faciunt, aut turpem

a l.pen.§.1.de uar.& extraor.cog.
b gl.Bal. & Dd.in l.1.C. eod.
c in d.l.1.& in l.1.num.5. C.de sum. Trinit. & in c.1.nu.2.an testes remoueri, &c.in usib.feu.
d l.1.in prin.h.tit.l.pen.§. pen.de uar.& extraor. cognitio.
e Dd.in l.fi.§.ille casus. ubi Bar.nu.2. Ias.nu.12. cum seqq.de lib.et posth.
f gl.in d.l.C.eo.
g in l.1.nu.1.h.tit. per d.l. pen.§.pen. de uar.& extraor.cogn.
h in l.1.C.eo.
i gl.& Bart.& Dd.in l. 1.h.t.& in Rub. C.eod. gl. Land.lib.1.art.51.
k l.ob hæc uerba.20.h.tt. l.ea quæ.13. l.uerbũ. 17. l.interlocutio.19.C.eo.l. 2.de obseq.à liber.& libert.præstan.
l d.l.interlocutio.19. l.uerbum.17.C.eo.
m Bon.de censib.lib.1.art. 1.nu.5.ex Cice.in Pisone. Bald.in l.1.nu.5.per illã text. C.de summa Trin. & in d.c.1.an testes remoueri.in usib.feudo.
n Bal.in d.c.1.
o l.ob carmẽ.21.de testib. l.is cui.18.§.1.de testam.
p l.1.& 2.hoc tit.
q l.1.§.ait prætor.7.h.t.l. si quis maior.42.C.de transact.
r l.2.h.t.d.l.si quis maior. l.furti.6.l.quid ergo.13. hoc tit.
s l.quid ergo.13.§.ex conpromisso.h.t.
t l.iusta.de manu.uind. Ias.in l.in actionibus.6. nu.24.de in lit.iuran. l. si in duab.num.105. ubi Dec.& Cag.de reg.iur.
u l.liber homo.14.ad l.Aquil.cum simil.Dd.contra gl.in l.interdũ.5.de fur.in l.pen. C.de cond. ob turp.caus.Hypp.in l. 1.nu.2.& 3.de ficar.& in prac.crimin. §.expedita,nu.55.& singu.164.nemo debet.

x l.iusta.de manu.uind. Ias.in l.in actionibus.6. nu.24.de in lit.iuran.l. si in duab.num.105. ubi Dec.& Cag.de reg.iur.
y l.liber homo.14.ad l.Aquil.cum simil.Dd.contra gl.in l.interdũ.5.de fur.in l.pen. C.de cond. ob turp.caus.Hypp.in l. 1.nu.2.& 3.de ficar.& in prac.crimin. §.expedita,nu.55.& singu.164.nemo debet.

z l.non distinguemus.37.§.Iulianus.ubi Bald.de recep.arbit.
a l.furti.§.fi.l.quid ergo.13.§.fi.h.t.
b l.genero.8.h.t.uide l.1.de dol.mal.& j.eo.tt.
c §.fi.Inst.de suspec.tutorib.gl.in l.fi. C.eo.tt.
d d.l.genero.8.h.tit.
e d.l.furti. 6.§.fi.h.t.
f gl.circa fi.in l.unic.ubi Dd.si quis ius dicen.per l.itaq;.de liberal.causa.cum simil.
g c.cum cessante.de appell.uide latè Tiraq.in trac.reg. cessante causa, &c.
h Ias.in l.in actionib.nu.24.de in lit.iuran.dicens hanc esse communem gl.Ang.& Fab.in §.suspectus.Inst.de susp.tut.per l.11.§.notatur.h.t.
i l.furti.6.§.1.cum seqq.h.t.
k l.sancimus.C.de pœnis.l.20.& 26.de pœn.
l uide j.circa fin.Dd.in d.l.furti.6.§.1.
m l.ictus.22.h.tt. l.ad tempus.6.C.eo.l.capitalem.28.§.1.ubi gl.ad uerb.ad tempus.ff.de pœnis.
n l.1.& 2.h.t.
o l.fi.C.de his qui non impl.stipend.lib.10.l.si solennib. C.de fid.inst.
p l.2.& l.3.C.de his qui non impl.stipend.lib.10.
q d.l.2.§.ignominiæ.h.t.l.semel.6.C.de re militari.lib.12.
r l.2.l.4.h.tit.tot.tit.in Auth.ut scenicæ mulieres.
s d.l.1.& 4.
t in l.palàm.43.de rit.nupt.uid.Ang.in tract.mal.uerb.che hai adulterato.

BIU Cujas

pem notoriè publiceq; degunt uitam [a]. Distinguunt tamen quidam hac in parte inter mares & fœminas: ut fœminæ quidem ipso Iure turpes sint, prostrata pudicitia [b]: mares nō item, nisi sint damnati per sententiam de adulterio, stupro, aut similibus probris [c]. Quartò, calumniæ aut præuaricationis nomine in publico iudicio commissæ damnatus, edicto notatur [d]: idq; ex iusta talionis lege. nam omnia iudicia publica infamant [e]. Par igitur est, ut qui alteri publico iudicio infamiam inurere per calumniam uoluit, eandem ipse maculam sustineat [f]. Quintò, notantur furti [g], iniuriarum, ui bonorum raptorum, de dolo malo damnati [h]. Nam in omnibus his iudicijs, de dolo quæritur: Doli autem actio seu condemnatio infamat [i]. Furti aūt damnatus notatur, si ex actione Furti damnetur, non etiam si ex Condictione furtiua. Nam in hac non de dolo quæritur, sed de restitutione rei [k]. Ideo condictiones non infamant ipso Iure, sed tantum de Facto [l]. Eâdem in causa est damnatus iniuriarum [m]: idq; ex simili talionis lege. Nam iniuria, est ignominia, animo contumeliæ alicui apposita [n]. Æquum igitur est, ut qui alteri ignominiam intulit, eandem ipse incurrat. De Vi quoq; bonorum raptorum damnatus, meritò infamis est: quia in illo iudicio de dolo quæritur, & est actio similis furti [o]. Secus tamen est in actione Quod metus causa, quæ non infamat [p]: cum sit Rei persecutoria sua natura: quamuis in quadruplum ex contumacia rei crescere possit. Doli quoq; iudicium famosum esse, dubium non est [q], id quod paulo pòst plenius edocebitur. Rectè autem additur in edicto, Damnatum, infamem esse. Nam pendente iudicio, aut suspenso per appellationem [r], infamia necdum locum habet: quia de delicto adhuc certò non constat [s]. Rectè autem additur, Suo nomine. Nam si quis Alieno nomine damnatus fuerit, ut tutor, curator, hæres, &c. huic iniquum esset (prout antè dictum fuit) alieni doli dedecus inuri [t]. Notatur etiam edicto, qui in delictorum priuatorum actionibus, puta Furti, Vi bonorum raptorum, Iniuriarum, de Dolo malo, suo nomine, non procuratorio pactus est [u]: Quia fateri crimen uidetur, qui paciscitur [x]. Confessus autem pro iudicato est [y]. Pactum porrò accipimus, si precio pactus sit: non etiam si precibus aut interuentu amicorum reus impetrauerit, ut actione desistatur [z]. Cæterò qui nullus erit ueniæ precibusq; locus, si hos infamia notari dicamus [a]. Etenim qui dato precio paciscitur, aliquid facit, & quodammodo emit redemptionem iudicij: idque cum suo incommodo, quia dat precium. Cum autem nemo præsumatur iactare suum [b], non præsumitur sine causa, sed ex conscientia delicti, precium dedisse. Athæc ratio cessat, ubi precium non interuenit: quia reus neq; dat quidpiam, neque facit, unde præsumptio confessionis eliciatur: sed tantum acceptat remissionem litis. Acceptatio autem nulli fraudi esse debet: quia beneficijs adiuuari nos, non etiam decipi oportet [c]. Et, ut est apud Plautum in Pseudolo: Nullum est periculum stipulari sibi, & oblatum ab altero acceptare. Qui iussu Prætoris paciscitur (sicuti quandoque ob quietem publicam, aut ad euitandum maius malum, transigere litigatores coguntur [d]) extra probrum est [e]. Nam iussum iudicis, quod semper iustum esse præsumitur [f], reum in pœnis excusat [g]: nec confiteri uidetur, qui parêre habet necesse: & proinde nec in dolo esse, neq; in opprobrio hærere meritò iudicatur [h]. Sed & hæres paciscens extra notam est: cùm qui alieno nomine, seu super alieno crimine paciscitur, tum quoniam lis cum eo non fuit contestata [i]. Requirit igitur litis contestationem I. C. ad hoc, ut quis ex pacto notetur: idq; notandum est, & ad conciliationem multarum legū ualet. Nam ante litem contestatam, de furto & similibus posse transigi, multa iura ostendunt [k]. Nec ratio aliter dici patitur: quia litem ante contestatam res non pertinet ad officium iudicis [l], sed est planè extraiudicialis. Quare si hoc nomine transigatur, non debet reus haberi pro confesso: quia ne uera quidem confessio extraiudicialis, nedum præsumpta ad probationem aut damnationem sufficit [m]. Et malè profectò ex hoc titulo [n] aliud colligitur. Nec enim dicit I. C. Super crimine Furti aut Iniuriarū transigi non posse: nam id alibi, & quidem ex lege xij. Tab. permittitur [o]: sed ait: Super actione Doli, aut simili, Depectum infamia notari. Atqui actio non est nec intelligitur instituta, ante litem contestatā [p]. Non etiam procedit quod dictum est, Depectum notari: si exprimatur in pactione causa aliqua, quæ præsumptionem confessionis excludat: ut quotidie fit, cum in transigendo declarat reus, Se non conscientia alicuius delicti, sed ad Redimendam (sic enim loquuntur) Vexam, transigere & pacisci [q]. Ex quo & illud in foro receptum, ut reus pœnam aut iure debitam, aut actione expressam, ante sententiam offerens, infamiam effugiat: siquidem protestetur offerre se, non conscientia intentati criminis, sed ad molestias litis euitandas: ut uerbi gratia, cum in actione iniuriarum 30. solidos statuto Saxonico debitos reus offert: liberatur enim ab infamia, quamuis sumptus litis actori refundere cogatur [r]. Illud autē superuacuum est admonere, eum qui ab his actionibus absoluitur, siue sententia, siue iureiurando, non notari [s]. His porrò iudicijs pœnalibus consimilia quædam sunt, ex contractu quidem orta, sed quæ tamen labem damnato inferunt, propterea quòd in his de fide rupta agatur: ut sunt Actio mandati, Pro Socio, Tutelæ [t], & Depositi [u]. Quod de Directis actionibus accipiendū est, non de Contrarijs: nā in his non de Fide rupta, sed de Impēsis agitur [x]. Cæterùm si & in his de perfidia quæratur, damnatum sequetur infamia [y], eadem ratione: quia scilicet de fide rupta actum est [z]. Est enim grauius crimen, fidem fallere illi, qui fidem amici in contrahendo secutus est, quàm in simplici hærere dolo: ut & Cicero in Oratione pro Roscio Amerino disputat. Non igitur quælibet actio, præsertim ex contractu orta, famosa est, quamuis in ea de dolo quæratur: sed tantum illæ minuunt opinionē, in quibus de fide alteri rupta agitur.

a arg.l.pen.à contra.sensu. h.tit. l. quæ ad. 29. in uerb. utilitate. Cod. ad l. Iul. de adult. ubi Bart. l. 3. §. lege. de testi. l. testiū. 14. C. de testib. Cano. in c. antepen. de testib. Bal. in Authen. si testib. C. de testib. & in c. 1. an rem. deb. test. in usib. feud.

b per l. palàm. §. fi. cum ll. seqq. de rit. nupt.

c gl. sing. in l. etsi crimine. C. de adult. & latè Romanus in singu. singula. antepen. cū ibi allegatis.

d l. 1. l. 4. §. calumniator. h.t.

e l. infamē. 7. de pub. iud.

f l. fin. C. de calum.

g uide omnino l. probrū. 42. de uerb. sig.

h d.l. 4. §. fi. l. furti. 6. h.tt.

i d.l. 1. in fi. cum ll. seqq. ī. de dolo malo.

k uide ī. de condic. fur. l. cessatum. de actio.

l l. cessat. 24. de actio. l. 1. §. item aduersus patronum. ff. unde ui. l. furti. 8. in fin. C. eo.

m l. decuriones. 5. C. eo. l. si non conuicij. C. de iniur.

n l. 1. §. iniuriam. de iniur.

o in prin. Instit. de act. ui bonor. rap.

p gl. & Dd. in l. si cum excepit. 14. §. eum qui. ad uerb. tenetur. quod metus causa, & c. ubi uide

q uid. ī. ad t. de dolo malo.

r l. qui cū. 14. §. fi. de bon. liber.

s d.l. furti. 6. h.t.

t d.l. furti. 6. §. 1. l. quid ergo. 13. h.t. exrō e l. sanci. mus. 22. C. de pœn. cum simil.

u d.l. 1. in uerb. pactus. l. 4. 5. h.t.

x l. quoniā. 5. h. tit. l. fin. de præuaric. l. 4. de iur. fisc.

y l. 1. de confess.

z l. nō damnatos. 18. C. eo.

a d.l. furti. §. pactus. 2. l. 1. §. 1. de calumn.

b l. cum de indebito. 25. §. qui enim. circa fi. de probat.

c l. si ut certo. 5. §. fin. commoda.

d Bart. in d.l. furti. §. qui iussu. nu. 2. & 3. h.t.

e d.l. furti. §. pactum uers. qui iussu.

f Dyn. in c. quod quis. 23 nu. 7. de reg. iur. per l. seruo. §. cum prætor. ad Treb. l. fi. Ne quid in loc. pub.

g c. quod quis. 23. de reg. iur. l. non uidentur. 127. §. qui iussu. de reg. iur.

h l. non uidetur. 127. §. qui iussu. de reg. iur.

i l. seruus. 14. h.t.

k l. post decisionem. 13. C. de furt. l. interdicto. 28. §. pen. eo. tt. l. quodam. §. 1. de pact.

l l. ædiles. 25. §. item. de æd. l. edict.

m l. electio. 26. §. pen. de nox. act. gl. pen. in l. 4. de interrog. act. Ias. & Dd. in l. admonendi. de iureiur. & in l. certum. §. antepen. de confess.

n l. 1. l. 4. §. fi. cum ll. seqq. h.t.

o l. si unus. 28. §. si depositi. cum seq. l. si tibi. §. quædam. de pact. ubi dixi.

p l. amplius. 15. rem rat. haberi.

q Bal. in l. non damnatos. 18. C. ex quib. causis infa. per l. serui. 23. C de adult. Ias. post alios, in l. transigere. C. de transact.

r Panor. in c. cum te, circa fi. de sent. et re. iud. Bar. in l. infamem. in fi. de pub. iud. Chilian. in pract. c. 58. circa fi. nu. 5.

s l. non damnatos. 18. C. eo.

t uide l. probrum. 42. de uerb. sig. art. 42. Land. lib. 1.

u d.l. furti. §. fin. l. f. C. eo. §. pen. Instit. de pœna temerè litigantium.

x d.l. furti, 6. §. fin.

y d.l. furti. 6. §. mandati. 3. h.t.

z d.l. furti. 6. §. fin.

BIU Cujas

tur. Nam, exempli gratia, actio Quod metus causa legis Aquiliæ [a], Rerum amotarum, Condictio furtiua, & similes non infamãt, quãuis in his saltem tacitè & dissimulãter de dolo quæratur [b]. Sic in Empti, Locati, alijsq; iudicijs similibus, etsi de dolo sæpe tractetur, non tamen damnatum infamia consequitur. Quanquã autem sententia in his iudicijs fidei ruptæ ciuilibus, de quibus dictum est, existimationem lædit, tamen nõ etiam transactio, sicuti in superioribus [c]: Quoniam, ut inquit I. C. [d] ex his nõ tam est turpis pactio, quàm ex superioribus. Verior porrò ratio est, quàm ostendit Iustinianus [e], quia in his transactio super contractu fit principaliter. Atqui de contractibus pacisci licet, & transigere impunè: quamuis per consequentiam delictum remittatur [f]. Sed de his satis: iam ad alias causas unde labes sequitur, progrediamur. Mortuo marito, aut etiam, quantum arbitror, dissolutis per facinus, puta adulterium mariti, nuptijs [g]: uidua intra annum luctus nubens, si quidem sui iuris sit, & is qui scienter cum ea contrahit, quamuis miles sit, dedecus incurrũt [h]. Sin autem alieni iuris mulier existat, notatur pater uel auus, cuius iussu matrimonium contractum est. Nam licet decreto amplis. ordinis, hoc est Senatus, luctus diminutus est, & tristior habitus, cæteraque hoc genus insignia (etenim olim qui lugebat, abstinere à conuiuijs, ornamentis, puta auro, annulis, monilibus, & alba ueste purpuráue, ac aliam uestem induere debebat [i]) mulieribus remittuntur: tamẽ intra tempus, quo elugere maritum moris est. matrimonium contrahere non permittitur [k]: & contra edictum ac S. C. contrahens, notatur ipso Iure citra Sententiam [l], quasi flagitium turpe perpetrarit. quod propter turbationem sanguinis, inductum esse constat [m], ne stirpes & familiæ confundantur, si statim à morte primi mariti, ad secundas nuptias mulier properet: nato enim intra annum filio, incertum fieret, utrius esset mariti partus, an demortui, an uerò secundò superinducti. Idq; intelligi potest ex eo, quòd neq; maribus hoc tempus præstitutum est [n], & mulier quam aut certò constat esse grauidã ex priore marito, aut quæ peperit intra annum, impunè nubit: quodq; mariti hac lege non teneantur: neq; sponsi, nec sponsæ [o]. Et hæc quidem Iure ciuili obtinent, nisi mulier potestatem nubendi à Principe [p] impetrarit. Iure uerò Canonico, quod hodie sequimur, hac in parte mulier impunè nubit [q], etiam intra annum luctus. Notatur etiã Edicto, qui binas nuptias eodem tempore habet cõstitutas [r]: quanquã & adulterij teneatur [s]. Eademq; est sponsalio rum, quod ad hoc Edictum attinet, non etiam quo ad pœnam adulterij [t], causa: ut scilicet bina spõsalia eodem tempore celebrans, plectatur. Nam sunt quoddam uelut matrimoniũ sponsalia [u]: & fidem frangit priori, qui cum altera sponsalia cõtrahit. Vbi autem de fide rupta agitur, ibi sequitur infamia [x]. Quain re, eadem est causa maris & fœminæ [y]: item patris, cuius iussu bina sponsalia contrahuntur [z]. Incurrit & in Edictum mulier, quæ uentris nomine per calumniam in possessionem bonorum defuncti mariti missa est [a]. Et hi quidem Edicto, existimationis iacturã patiuntur. Lege porrò & S. C. notantur expilatores hæreditatum [b], & sepulchrorum uiolatores [c]: item exercentes improbum fœnus, uidelicet usuras centesimas, aut usuras usurarũ [d]: periuri [e], & in publico lenocinio, aut stupro turpem uitam uiuentes [f]: aut mulier in adulterio deprehensa [g]: quanquã & simpliciter amissa pudicitia, fœminã amittere existimationẽ ac dignitatẽ omnem, puta nobilitatẽ, quidã uelint: quod dicere durũ est [h], licet & Saxo dicat, luxuriosa uita fœminã non quidẽ bona sua, sed honorẽ imminuere [i]: item qui appellando conuicium iudici facit [k], temereúe appellat [l]: & iudex, qui pœnã aut grauiorẽ aut mitiorem ordinaria, citrà causam imponit [m], aut munera ob iudicandũ accipit [n]: qui pupillã aut adultã cuius curam gerit, uxorẽ sibi uel filio ducit [o]: qui incestas prohibitasq; nuptias cõtrahit [p]: qui contra iuratã transactionẽ uenit [q]: qui se in curationẽ uxoris bonorumq; eius ingerit, neq; excusatione utitur [r]: qui detrectatores publicorũ munerũ functionem subterfugientes occultant [s]: item notarius, qui prohibitã alienationem, cõtractumq; legibus uetitum, conscripsit [t]: quæ omnia [u] persequi, huius nunc nõ est instituti. Ob id tamen solum, quod quis uincula aut carcerem passus est, infamiæ detrimentũ non patitur [x]. Idemq; est, si quis aut torturã, aut fustigationẽ sit perpessus: nõ enim cruciatus, sed causa facit infamem [y]. Debitores quoq;, qui bonis cedunt, aut qui creditores effugiũt, probrosi nõ sunt ipso Iure [z]. Nam bonis cedere, etiã boni, calamitate aliqua circumuenti quandoq; coguntur. Quare hæc causa non simplicitar turpis est [a]. Increpiti à patre, uel à iudice, uel ab alio, qui ius admonẽdi habet, nõ notantur infamia, quamuis cõtumelioſis sint uerbis onerati: quia ea res nõ damnationis, sed castigationis & admonitionis priuatę speciem habet [b]. Testes quoq;, quorũ fides & testimonia in iudicio reprobãtur, infames nõ sunt [c]: quia sententia nõ in testes fertur, sed super causa principali. Neq; uerò etiam continuò falsi reus est, cuius testimonium reprobatur: potest enim ob aliam causam reijci: puta quia non iuratus dixit, quod nõ idoneam causam dicti reddidit, &c. [d] Et hæc quidem de his qui notantur infamia aut Edicto: aut S. C. aut Lege: iam de Forma & Modo irrogandæ probandæq; infamiæ, nonnulla subijciamus.

6 Infamia † porrò, ut ex superioribus intelligi potest, tribus modis irrogatur [e]: uidelicet aut Ipso iure, aut per Sententiam, aut Genere pœnę. Ipso Iure, ut cum lex commissum aliquod, statim infamia dignũ censet, sententia non expectata [f]: ut usu uenit in his qui intra tempus luctus, aut alioqui bina sponsalia,

a uide tamen de actionib. quæ ex inficiatione duplantur, an recipiant pactum. Paulum lib. 1. tit. 19. & ibi Cuiac.
b gl. in l. j. ad uerb. qui eam. hoc tit. cum ibi allegatis.
c l. fin. C. eod.
d in l. actionib. 7. hoc tit.
e in §. pen. Inst. de pœn. temere litig.
f l. si unus. 28. §. illud. de pact.
g l. consensu 9. uerb. nubendi post annum. C. de repud. l. 2. C. de secund. nupt.
h l. decreto. 15. C. eod.
i Paulus Senten. lib. 1. cap 21. de sepul.
k l. decreto. 25. C. eod.
l l. j. l. liberorum. 11. h. t. d. l. decreto. 15. C. eod.
m d. l. liberorum. 11. h. t.
n l. uxores. 9. h. t. l. consensu. 9. in uerb. uxorem q; si uelit statim ducere. C. de repud.
o d. l. liberorum. cum multis seqq. l. uxores. 9. h. t.
p l. solet. 10. h. t.
q Innocentius & Dd. in c. pen. & c. fi. de secũd. nupt. quos sequitur gl. in d. l. liberorũ. aduerb. collocare. ubi etiam Bartolus, nu. 2. h. t. g. Bald. & alij, in l. j. C. de secund. nupt.
r l. j. in fi. h. t.
s l. eum qui duas. 18. C. de adul.
t uid. gloss. in d. l. eum qui duas. ord. Imp. cap. 121. Angel. in tract. mal. chehai adulterato. num. 15. Alex. cons. 165. uisis. uol. 7. l. si uxor. 9. de adult.
u l. si uxor. 13. §. 1. de adulter. l. si spõsa. de iur. dot. l. lex. Iulia. de fund. dot.
x l. furti. 6. §. fi. h. t.
y l. quid ergo. 13. §. 2. in fi. h. t.
z d. l. quid ergo. 13. §. 1.
a l. notatur. 15. cũ ll. seqq. h. t.
b l. si te. 13. C. eod.

c l. j. de sep. uiol. d l. improbum. 20. C. eo. e l. si quis maior. 42. ubi Dd. C. de transact. qua de re plura Bald. in l. j. nu. 5. C. de summ. Trini. d. l. palàm. 43. de rit. nup. f d. l. palàm. §. fi. g Bal. in l. cum in antiquioribus. 8. quæst. C. de iur. de lib. per l. si qua illustris. C. ad S. C. Orficia. Dyn. in c. infamibus. de reg. iur. per l. Cassius. de senat. l. imperialis. 23. C. de nupt. h lib. 1. art. 5. i l. iudici. 42. de iniur. k l. 6. §. ne temere. l. à procoss. 19. C. de appel. l. 5. quor. appell. l l. seruos. in fin. C. de ui pub. Tiraq. in tract. de pœna. in prin. nu. 12. m l. iudices. C. de dig. lib. 12. Bal. in l. solent. §. cum uerò. de off. proconsul. & legat. n l. amplissimi. 4. l. licet. 17. C. de excusat. tut. o l. qui contra. C. de incest. nupt. Angel. in §. si aduersus. Instit. de nup. p l. si quis maior. 42. C. de transact. q l. licet. 17. C. de excusat tutor. r l. ex omnibus. 31. C. de decur. lib. 10. s c. 1. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Frid. in usib. Feud. t uide alios casus in l. unic. C. ne poten. l. unic. C. de senatusc. l. 1. C. de stat. l. 1. in fi. C. de sum. Trinit. l. si quenquam. 29. C. de episc. l. 8. C. de hær. l. 2. C. de legib. l. 7. & 8. C. de off. rec. pro. &c. u l. j. C. eo. uide Alc. in l. morbus. 109. de uerb. sig. x d. l. ictus. 22. h. t. l. nullam. 14. C. eod. y l. debitores. 11. C. eod. z uide tamen in d. l. debitores. l. decurionum. C. eo. tit. Land. art. 22. lib. 1. a l. ea quæ. 13. l. uerbum. 17. l. interlocutio. 19. C. eo. b l. Lucius 20. h. tit. c l. iurisiurandi. 8. l. solam. 3. ubi Dd. de testib. d ut rectè tradit gl. communiter approbata in l. si. ad uerb. conuentus. C. eod. Lanfr. in c. quoniam. ad uerb. testium. nu. 47. & 77. de probat. e gl. in l. j. ad uerb. qui eum. h. t.

lia, binâsue nuptias contrahunt [a]. Non tamen quodlibet commissum statim famæ nocet: imò ne publica quidem crimina infamem Iuris ignominia [b] faciunt reum: nisi sententia sit damnatus [c]. Ipso igitur Facto tunc infamia incurritur, aut cum tale quid notoriè commissum est, quod lex nõ alia pœna quàm probro dignũ iudicat: ut sunt prostrata pudicitia, exercitiũ improbi fœnoris: item habere uno tempore bina sponsalia, contrahere nuptias intra annum luctus, &c. aut quando statim lex turpi facto dedecus adhærescere sancit: ut in deprehẽsa in adulterio muliere [d], &c. In reliquis criminibus contrà est: in quibus uidelicet lex aut crimen non statim notat: aut aliam grauiorem pœnam imponit delicto, quam damnum existimationis uelut accessorium comitetur: ut in Furto, Iniuria, & Publicis iudicijs omnibus. in his enim, ut locus sit infamię, interpretamur Sententia Iudicis opus esse [e], nõ Interlocutoria, sed uerè Definitiua [f]. Tertius modus irrogandæ infamiæ, est Genus pœnæ: quæ etiam absq; sententia quandoq; imponitur extra ordinem, officio iudicis nobili, aut decreto: quod genus nonnunquam infamat: præsertim cum ex turpi causa pœna imponitur: ut cum quis ignominiæ causa exautoratur militia [g], mouetur ordine [h], relegatur [i], in metallum damnatur [k], fustibus cæditur [l].

Infamia † uerò quemadmodum probetur, copiosè alibi à Dd. exponitur [m]: quorũ dicta omnia perse- 7
qui, huius non est instituti. In eo tame[illegible]à consonant, infamiam Dilucidè & Plenè ueluti delictum capitale [n], probandam esse: nec probationibus priuilegiatis, puta iureiurando satis edoceri [o]. Deinde testem non probare infamiam, nisi simul ostẽdat Factum & Causam, unde ea orta sit [p], & sufficientem dicti sui rationem reddat [q]: nec satis esse, testem ab uno aut altero audiuisse, aliquem probris oneratũ: sed oportere ut dicat: Se à pluribus, ac maiore parte uiciniæ, & non uno tempore neq; loco, sed sæpius audiuisse, eiusmodi hominem pro improbo & ignominioso reputari. Addunt tamen, non esse necessum, ut testes in causa scientiæ concordent, hoc est, ab ijsdem audiuerint: dummodo concordent in principali, dicantq; uno ore, A pluribus inculpatum esse. Sed hæc omnia propius inspicienti, tantum infamiã Facti, non etiam Iuris cõuincere & probare, uideri possunt. Nam etiamsi probetur, plerosq; malè de aliquo sentire: non tamen inde Iuris infamiam demonstratam esse, dicendũ est: cum ea irrogetur non iudicio priuatorum hominum, (ut suprà dictum est) sed tantummodo ex iure publico: puta Lege, S. C. Sententia, &c. Quare uerius est, testes non aliter notam Iuris probare, quàm si eiusmodi causam scientiæ afferant, quæ ostendat aut lege, aut genere pœnæ, aut sententia labem cuiquam irrogatam esse.

Quod † ad effectum attinet, infamia Facti duo potissimùm efficit [r]. nam & hoc modo infamis, à di 8
gnitatibus publicis excluditur [s]: & hæres institutus, à fratribus præteritis, per querelã Inofficiosi, quasi turpi persona instituta, potest repelli [t]. Addit Baldus [u] tertium effectũ, uidelicet quòd hæc infamia repellat à testimonio: de quo tamen alij meritò dubitant [x]. Et certè hodie deturpati infamia Facti, testes esse possunt: quamuis eorum testimonium non sit omni exceptione maius [y]. Cęterùm infamia iuris iniusti communi usu Intestabiles sunt, nec eorum testimonium fidem ullam facit [z]. Quare receptum uidemus, in Interrogatorijs examinatorem rogari, uti ex teste examinando scisciteur, num aliqua Iuris infamia sit maculatus. Nam hæc eneruat omnem fidem [a], atq; adeò omnem dignitatẽ & honorem adimit: ita ut cum integris personis, taliter infames, alicuius muneris publici nõ possint esse participes [b]: puta in postulando [c], assidendo [d], iudicando [e], militando [f]. Quamobrem & pro capitali periculo, infamiæ causa reputatur [g]. Munera tamen non publica, neq; iudicialia, sed priuata & extraiudiciaria notati sustinere possunt: ne uidelicet pœna liberet eos ab oneribus, quę etiam honesti sufferre coguntur [h]: cuiusmodi sunt, tutelam gerere [i], arbitrum esse [k], aut procuratorem [l]. Sed & à notariatu non excludi turpes, plerisq; placuit, dummodo nomine malè gesti officij non sint notati [m]. Illud quoq; ad effectum infamiæ pertinet, quòd ea semel Iure imposita, perpetuò durat [n]. Nam (ut ait Plautus) Hominũ immortalis est infamia: etiam tum uiuit, cum eam esse credis mortuam. Et Vlpian. Non aboletur, inquit, turpitudo, quæ postea intermissa est [o], quod tamen aliqua distinctione opus habet. Nam etsi cum pœna perpetua est, aut macula sine præfinitione temporis aspersa, non dubium est, quin ea ad omnem uitam duret, nisi sit à Principe remissa [p], aut populo qui non recognoscat superiorem [q]: tamen cum quis tantum ad certum tempus punitur, puta relegatur, uel ordine mouetur ad quinquennium, an post id temporis infamia duret, meritò addubites. Nam hac in parte leges contrariæ esse uidentur: alijs statuentibus, labem non durare ultra tempus sententia expressum [r]: alijs uerò contrà [s]. Doctores [t] hæc uariè conciliant. Ipse arbitror distinguendum, utrum imponatur infamia ex causa, seu crimine quod ipso Iure famosum est, an uerò ex causa arbitraria. Vbi crimen ipso Iure turpitudinem habet annexam, ibi omnino dicendum est, perpetuò dedecus adhærere, etiamsi pœna tantùm temporalis sit imposita. Nam legis effectus perpetuus est, quæ tantum considerat delictum: de quo ubi per sententiam constat, sequitur ex legis ordinatione infamia: quæ non reuocatur amplius, ut nec ipsum delictum cui accedit: cum factum non possit reddi infectum [u]. Nec in considerationem uenire hoc casu oportere, utrum iudex temporalem pœnam adiecerit, an non, uel illud argumento est: quia si eius rei haberetur ratio, iam nunquam

[illegible]

[a] gl. in d.l.j. §. qui causam. h.t. per d.l. palàm. de rit.nupt.l.quin ergo. 13.§.cum autem.h.t.
[b] Bald.in l.si oleum.§.merito.nu.1.de dol.mal.
[c] l.j.in uerb.publico iudicio damnatus.h.t.l.infamem.7. de publ.iud.in uerb.infamem sententia efficit.
[d] d.l.palàm.§.fin.
[e] d.l.infamem.d.l.j.§. qui in iud.l.furti.6.h.t.l. iniuriarum.10.l. si furti.l. non damnatos.18. C.eo. l.uerbum.l.interlocutio. 28. C.eod.uide Hypp.in Rub. de falsi.nu.30. glo. Sax.lib.1.art.41.
[f] l.j.§.ignominia.h.t.
[g] l.3.C.eod.
[h] l.capitalium.28.§.1. de pœnis.
[i] l.ad tempus.6. C.eo.
[k] l.fustium.16.C.eo.
[l] Speculator tit. de inquisit.§. uiso. nu.8. cum sequent. Innoc.in c.oportet.de accusat. Bart.in l. de minore.10.§.tormenta.nu.19.cum additionib.de quæstio.
[m] l.fi.C.de probat.
[n] Iaſ.in l.admonendi. de iureiuran.
[o] uide Bal.in l. Cassius.de Senatorib. & in l.j. in fi.C.de testib.
[p] Bal.in l.quid ergo.6.§. quæsitum.in prin.h.t.
[q] gl.& Bart.in l.j.uerb. notatur.hoc tit.& Bar. in l.3.C.eo.
[r] l.2.cum ibi not. C.de dignitat.lib.12.
[s] l.fratres.27. in uerb.leuis notæ macula. C. de inoff.testam.
[t] in l.j.hoc tit.
[u] Bar.in d.l.3.gl.in l.Cassius.de senato. & in l.j. C.de sum. Trini.ubi & ipse Bal.nu.5.distinguit.
[x] Duaren. disputa.lib.2. cap.22.
[y] ut communiter tradunt gl.& Dd. in d.l.j. C.de sum.Trinit.per l.ob carmen.de testib.
[z] a Bald.d.l.j.num.5.C.de sum.Trinit. b l.2.ubi gl.C.de dignitat.lib.12.l.j. C.de infamibus.lib.10.l.ne quis.C.de decurio.lib.10.l.cum prætor.12.§. cum autem. de iud.l.j. ad l.Iul.de ui priuat. c gl.in d.l.2. d l.2. de off.assessо. e d.l. cum prætor. f l.3.C.de re milit.lib.12.l.2.§. ignominia.de his qui notantur infamia. g l.iusta.9.de manu uind.l.cognitionum.5.de uar.& ext.cog.l.Iulianus 26. Si quis omissa caus.test.l.reprehendenda.5. C.de instit.& substit. Iaſ.in rep.l.admonendi.31.num.278.de iureiur. impropriè tamen ut per Alciat. de præsumpt.in fi.nu.14. per l.si adulterium cum incestu.38.in fi.uerb. cuius famæ, illius uitæ magis parcendum est. de adulter. h l.3.§.1.de muner. i l.j.§.ait prætor.3.l. qui eorum.ubi hoc not. Bar.5.tit.1.de postu. k gl.in d.l.2.C.de dign.lib.12.per l.Pedius.7.de recep.arbitr. l §.fin.Instit.de satisda.gl.in l.2.C.de digni.lib.12. m l.si quis aliquem.C.de suscept.& arch.lib.10.Bar.in l.eadem.§.1.ad l.Iul.repetunda.Ferr.in forma oppositi.instrum.ad uerb.non fuit Authenticus.nu.5. n gl.& Dd.in l.3.& 4.C.eod.per l.palàm.42.de rit.nupt. o l.palàm.42. in prin.de rit.nupt. p ut notatur in l.solet.12.hoc tit.in l.fin. C.de general.abolitio.in l.j.3.& 4.& l.fi.C.de sentent.pass.& restit. q Bart.in l.j.§.de qua re.nu.1.& 3.de postulan. r l.3.& 4. C.eod.l.Imperator.8.de postulan. l.ad tempus.5.l. generaliter.14, de decur.l. falsi.13.§.1.ad l. Corn.de falsi. s l.ad tempus.6. C. eod.l. ordine.15. ad municipal. t in d.l.3.& 6. C.eo. u l.in bello.§.factæ.de cap.& postlim.reuers.

BIU Cujas

nunquam iudicium Furti aut Iniuriarũ esset famosum, neq; ex hoc perpetua sequeretur infamia: quod contrà est. In his enim iudicijs, pecuniariter solet damnari reus, puta ad duplum, quadruplum, aut certam æstimationem: quæ soluenda est intra 4. mẽsium spacium [a]. aut ubi grauis pœna est, solet relegatio temporalis, præsertim in actione Iniuriarum, arbitraria decerni. Hoc igitur tempore elapso, & solutione facta, extinguitur rei iudicatæ obligatio ac condemnatio [b]. Et tamen in his durare infamiam, manifestum est [c]. Ex quo liquidò sequitur, ubi lex alicui delicto maculam annectit, ibi pœnam à iudice etiam cum temporis determinatione expressam nihil immutare, quo minus infamia sit perpetua. Nam iuris authoritas, ut inquit I. C. non est in potestate iudicãtium, sicut Facti potestas [d]. Et alibi ait non posse iudicem efficere, quin furti damnatũ sequatur infamia [e]. Atqui hoc efficere posset, si pœna temporali adiecta, post lapsum tempus illa non remaneret. Et his in terminis puto accipiendas eas leges [f], quæ Perpetuam esse infamiam decernunt. At ubi delictum est punitionis arbitrariæ, cui nõ lex pœnam turpitudinis præstituit, sed iudex: tunc arbitror notam unà cum animaduersione durare & extingui: ut si coercitio sit temporalis, puta quinquennale exilium, infamia quoq; eodem tempore duret, ac pòst cum pœna extinguatur, ne accessorium diutius duret, quàm principale [g]. Idemq; statuendum uidetur, quando certam legis uindictam iudex ex probabili causa, & in casu quo potest, facit arbitrariam. Nã etsi hoc regulariter non conceditur [h], tamen ex causa, in casu de quo lex principaliter non loquitur, permissum est [i]. Qua in specie si Durius plectat, censetur dispensasse cum Infamia: quæ aut Nulla erit, aut saltem Temporalis, si pœna temporalis fuerit adiecta [k]: si Leuius [l], cum pœnę tempore dedecus terminabitur: utrobiq; enim est pœna arbitraria. Cuiac. [m] doctiss. & de studijs nostris optimè meritus Iurisc. hæc ita conciliat, ut putet ex Veteri iure & Legibus notã durare Perpetuò: Constitutionibus uerò Principum post expletionem coercitionis Tempore remitti.

9 Contrariæ † porrò infamiæ, sunt eæ quæ uocantur Cautelæ, quibus infamia uitari potest: quarũ hæ sunt præcipuæ. Primò, si reus per procuratorem in iudicio famoso se defendat [n], id quod licet in iudicijs Ciuilibus, puta Mandati, Depositi, Tutelę, Doli, Metus, &c. & in quibusdam criminalibus priuatis: ut in actione Iniuriarum, moribus nostris: quanquã aliàs in criminalibus procurator non admittatur [o]. Hoc igitur casu, quo procurator locum habet, Dd. uolunt, nec reum principalem, neq; procuratorem fieri probrosum. Quæ opinio ut communis, usu est recepta [p]. Secundus modus est: Si pœnam pecuniariam, quæ per sententiam imponi potest, reus antè offerat, quàm sentẽtia condemnatoria feratur [q]. ut, uerbi gratia, si cõuentus actione Furti, offerat duplum aut quadruplum, in quod per sententiã iure Ciuili erat damnandus: aut conuentus actione Iniuriarũ, ante sententiam paratus sit præstare æstimationem iniuriæ, ab actore petitam, aut pœnam statuto uel cõsuetudine iniurijs præstitutam, quæ moribus Saxonum est 36. solidorum [r]. Eiusmodi igitur pœnam Realiter offerẽs, aut nolente aduersario recipere, apud Acta deponens [s], maculam euitat. Nam hæc, ut antè dixi, per sententiam irrogatur: sed sententia ferri non potest, ubi reus paratus est soluere [t]. Ergo nec infamia hoc casu locum habere potest. Verùm illud hîc quæstionis est, Quando oblatio facienda sit: utrum ante litem cõtestatam, an uerò etiam pòst offerre liceat, usq; ad sententiam? Bart. [u] ait, offerri oportere ante litem contestatam. Nam (inquit) si pòst offerret reus, uideretur soluendo confiteri crimen [x]. Cum autem paria sint, Aut cõfessum esse de crimin, aut damnatum e [y]: perinde confessum sequeretur labes, atq; damnatum. Panormitanus [z] autem arbitratur, posse offerri quouis tempore, dummodo ante sentẽtiam: sufficit enim, de crimine reum non esse damnatum: nec ex solutione uera confessio sumi potest, sed tantum qualis qualis suspicio uel præsumptio, quæ ratio parum firma est. Nam hanc præsumptam confessionem, quæ ex pactione aut solutione sumitur, lex ad hoc sufficere statuit, ut inter ignominiosos habeatur, qui hoc modo cõfessus est [a]. Quare Socin. [b] aliam distinctionem facit: ut siquidem causa talis sit. quæ ipso Iure citra Sententiã confessi existimationem minuat, tum necesse sit, ante litis contestationem offerri. Nam modò dictum est, qui paciscitur aut soluit ante litem contestatam, eum non haberi Pro confesso, quia confessio extraiudicialis est. Quicquid enim fit ante litem contestatam, hoc uidetur extra iudicium fieri [c]. Confessio autem extraiudicialis, plenè non probat [d]. Quare nec solutio, quæ fit ante litis contestationem, ad deturpandum nomen efficax esse potest, cum pro Confesso non habeatur Qui soluit: post litem autem contestatam uult solutionem in istiusmodi casibus, non excusare ab infamia, quia tum soluens pro Iudicialiter confesso habetur [e]. In quibus uerò iudicatos demum nota sequitur, ut fit in plerisq;, ait licitam esse oblationem usq; ad sententiam. Quæ distinctio Socini, etsi uero maximè uidetur consentanea: tamen hodie pleræq; Curiæ sequuntur sententiam Panormitani, tanquam æquiorem: nec idem in solutione, quod in transactione, depectioneúe statuendũ iudicant: eoq; arbitrantur, indistinctè offerentem, ante sententiam periculo nominis liberari. Quin amplius puto: solutionem à condemnatione factam, interdum prodesse: ut quando sentẽtia per Leuterationem aut appellationem suspensa est [f]. Nam ea pro sententia non habetur [g]: idq; moribus etiam nostris obtinet. Aliud etiam consilium dat alibi Angelus [h]: ut quando dubitatur, utrum reus offerendo infamiam euitare possit, annon, curet offerri pœnam per tertiam personam, sine suo mandato. Nam tunc pro confesso haberi non poterit, ex alieno facto: & tamen solutio recipienda erit: quia à tertio etiam extraneo cuiusq; debitum dissolui potest: & id recipere creditor cogitur [i]. Et hanc tutissimã esse uiam, nonnulli arbitrantur [k]. Cæterùm ex const. pro 42. parte 4. reus offerendo mulctam à pœna infamiæ iniuriarum non liberatur. Tertius modus est, Si ante sententiã reus paciscatur aut trãsigat, authoritate iudicis impetrata [l]: aut citra iussum iudicis, adhibita protestatione, Se transigere, non quòd delictum confiteri intendat, sed quò à uexatione litis sese redimat. Ea enim protestatio excusat, ut uolũt Dd. [m] Quartus modus est, si iudex recedat ab ordinaria pœna: quod

a l.fi.C.de usur.rei iudica. b l.diuus.7. de iure patr. c l.decuriones.5.l.iniuriarum.10.C.eod. d l. ordine.16. ad municipal. e l. non potuit.65. de furt. f l. ad tempus.6. C.eod.l. fi. C.de aboliti.l.palàm. 41.de rit.nupt. g l.3.& 4.C.eod. h d.l.ordine.16. ad municip.l. non potuit.65. de furtis. i uide j. de pœn. Tiraq.laudatissimè in tract. de pœn. k d.l.generaliter.d e decurio.l.furti.6.§. pen. hoc tit. l ut est tex.in l.3. C.eod.l. falsi.13.§.1. de falsi.l.Imperator. 8.j. de postul. l.3.de decur. m lib.obser.7.cap.19. n Harmenop.lib.1.tit.2.de abiurat. Bald.in l.nihil. 20.num.6.C.de procur. o l.fin. cum ibi nota. C.de iniur.l.ult.C.de procur. Harmenop.lib.1.tit.2. cap. de criminib.l.j. ubi gl. an per procur.caus. appellat. p ut testatur Socin. reg. 179.fallen.1. & Cepoll. in tracta. cancell.caute. 12. Panorm.in c.cum te. de sentent. & re iudic. text.in l.furti.6.§.1. h.t. q l.si reus paratus.73.de procurato. r uid.j.de iniur. s iux.l.acceptam. C. de usur.l.obsignatione.C.de solutio. t d.l. si reus paratus.73. de procur.§.fin. Inst. de perp.& tempo.act. u Bart.in l.ictus.22.h.t. x l.quoniam.5.h.t. y l.post rem iud. de re iud. l.j.de confess. z in c. cum te.ext. de sent. & re iud. a l.5.h.t. b in reg.179. fallent.2. c l. ædiles.§. item sciendũ. de ædilit.edict. d ut tradunt Dd. in l. certum.4.§.pen.de confessis.uide infrà illo tit. e d.l.quoniam.5. hoc tit.l. ad solutionem.5.C.de re iud. f bonus text.in l. qui cum natu maior.14.§.pen. de bon. libert. Bald. in l.3.nu.4.C.eod. g iuxta l.furti.in prin.h.t. h in d.l.non potuit.65. de furtis. i l.soluendo.41.de negoc.gest.l.solutionem. de solution. k Bart.Cepolla.in caut.12.per ea quæ traduntur à Dd. in c.testimonium.ex.de testib. l l.furti.6.§.qui iussu.h.t. m Ias.in l.transigere.18.nu.3. C.de transact.

fieri ex causa posse, diximus: & aliquam seueriorem reo imponat, quàm quæ ex lege debeatur [a]. Censetur enim cum Existimatione dispẽsasse, qui duriorem pœnam imposuit [b]. Quintus est, si iudex expressim in sententia Existimationem reo cõseruet, addita clausula: Se illud Ex Iusta causa facere. Nam cum tacitè imposita duriore pœna, famæ consulere posit, ut suprà dictum est: cur expressè idem non posit Ex iusta causa, nulla ratio est [c]. Sed hoc casu causam in sententia exprimere aut speciatim, aut in genere debet, etiamsi aliàs ad id non cogatur [d]. Quia citra iustã causam, iudex damnatũ reum ab infamia, contra legis dispositionem, liberare regulariter non potest [e]. Sextus modus est, Si condemnatus, à sententia prõuocet: & pendente appellatione, leuteratione, aut alio remedio sentẽtiam suspendente, det operam interea ne subsequatur altera sentẽtia, sed lis pereat per pactum, solutionẽ, aut alio quouis modo [f]. Septimus & ultimus modus est, Si probris affectus, per principem existimationi pristinæ restituatur [g].

a l. in seruorum. 10. uers. in personas, pen. D. de pœnis.
b d. l. furti. l. quid ergo. §. pen. hoc tit. l. 3. & 4. C. eod. l. ordine. 15. ad municipal.
c Bart. in d. l. quid ergo. §. pœna. 5. hoc tit. Bald. & communiter Dd. in l. 3. C. eod.
d c. sicuti. ubi Dd. de re iu.
e d. l. non potuit. de furt. d. l. ordine. 15. ad munic.
f Bal. in l. 3. nu. 3. & 4. C. eo. l. qui cum maior. 14. de bon. quæ lib.
g l. solet. 10. hoc tit. Bal. in d. l. 3. nu. 3. & 4. C. eod. & in l. j. ac ll. seqq. C. de sent. pass. & restit. Bar. in l. j. §. fi. ff. de postul.

De Procuratoribus & Defensoribus.

TITVLVS III.

1 Continuatio.
2 Vnde dictus procurator: quid sit, quomodo ab alijs administratoribus differat.
3 Diuisio & genera procuratorum.
4 Causa efficiens: qui procuratores dare: qui esse possint, uel non possint.
5 Materia: ad quas res gerendas procuratores constitui possint, uel non.
6 Forma: quomodo, & quàm uariè constituatur procurator: deq; eius satisdatione, & instrumento procuratorio.
7 Forma probandi mandatum procuratorium.
8 Finis & effectus: & de officio ac potestate procuratorum, item excusatione, & actionibus quæ utrinque dantur.
9 De interpretatione procuratorij.
10 Affinia.
11 Contraria: & quomodo reuocetur procurator, quid ei obijci possit.
12 De defensoribus, tractatio methodica.

POstquam † dictum est de his qui postulare nõ possunt, uel propter Edictum prætoris, uel propter Infamiam, aut aliam causam: sequens est uidere de ijs, qui pro Alijs rectè postulant. Nam in iudicijs prima quæstio est de procuratoribus: utrum uidelicet is, qui alicuius nomine agit uel defendit, idoneus sit procurator, an non sit [a]. Sequitur igitur consequenter titulus de Procuratoribus & Defensoribus, qui cum defensores à procuratoribus ipsa inscriptione secernat, par est nos idem discrimen retinere: & distinctè primùm de procuratoribus, tùm de defensoribus dicere. 1

Procurare, † est pro alio aliquid curare: & Procurator eodem modo dicitur, quo Proconsul, Prætor, Protutor, & si qua sunt similia, in quibus præpositio significat aliquid pro alio seu alieno nomine administrari. Procurator igitur est, authore I. C. [b] qui aliena negocia, mãdatu domini administrat. Qua in definitione omisit genus, breuitatis causa, ut solent I. C. Subintellige autem genus, uidelicet est Gestor, seu Administrator, seu Curator, &c. Materia ostenditur in uerbo, Aliena negocia. nam in proprijs negocijs nemo sibijpsi est procurator [c]. Vt enim res sua nemini seruire dicitur [d], ita cõtrà nec quenquã rerum suarum procuratorem aut seruum perhibemus. Hæc enim nomina & officia sunt relatiua, quæ ad alium dominum respectum habent: ut una persona, in eodem negocio: simul procurator, seu seruus & dominus esse nõ posit. Differentia autem est in uerbis, Mandatu Domini. Nam specifica forma, qua procurator à defensore, negociorum gestore, tutore, curatore, administratore ciuitatis, & similibus secernitur, est Mandatum domini. Negociorum enim gestor & defensor, sine mandato negociantur: tutor uerò & curator, ac similes, non domini mandatu, sed publica authoritate uel testatoris, uel legis, uel magistratus. At procurator is est, qui mandatu priuati domini administrat. Verbum autẽ Administrandi, cùm denotat officium procuratoris, tum illud ab officio patronorum distinguit: quorum nõ est priuatim negocia gerere aliena loco domini, sed pro alterius causa publicè dicere, & aduocare, seu (ut loquuntur) ius partis pandere, meritaq; causarum allegare [e]. Distinguit idem uerbum, procuratorem à nuncio. Nam administrare, propriè significat loco seu iure domini negocium gerere [f]. Hoc autem modo procurator administrat [g], nuncius non item. Quia nuncius non loco domini aliquid accurat, sed ut nudus minister, penes quem non est ius administrandi, sed solummodo nudum factũ exequendi: quiq; ueluti instrumentum seu organum aliquod interuenit [h], & (ut inquit Spec. [i]) uice epistolæ fungitur. 2

Procurator † autem constituitur aut Vniuersorum bonorum [k], aut Certæ alicuius rei uel litis, negocijue [l]. Hic Specialis [m], ille Vniuersalis procurator dici solet, nonnunquam etiam generalis [n], aut procurator cũ Libera administrandi potestate [o]: quem Legitimum Cic. pro Cecinna uocat: qui maiorẽ ac liberiorem tractandæ rei potestatẽ habet, quàm procurator generalis [p]. Rursum procurator alius constituitur in rem Alienam, alius uerò in rem utilitatem q; Suam: qui quidẽ alienum negocium (nam proprij, ut dictum fuit, nemo procurator est) mandatu domini gerit, sed ad suum tamen emolumentum [q]: ut est is cui dominus aut uẽdidit, aut quoquo modo actiones cesit [r]. Tertiò, perhibetur alius esse procurator Iudicialis, qui lites alienas in iudicio persequitur: alius uerò Extraiudicialis, qui extraiudicialia negocia curat [s]. Vltimò, quidam dicuntur Veri procuratores, quidam Falsi [t]. Falsus rursum procurator multis modis: ut qui nullum habet mandatum: aut qui mandatum quidem habet, sed reuocatum, aut alio quouis modo extinctum, puta morte, &c. aut qui mandatum quidem exhibet, sed ad propositum impertinens: uerbi gratia, si producat generale mandatum, in causa, cui opus sit speciali [u]: item cuius mandatum est insufficiens, puta ab eo, qui mandare non potest, datum: uel qui quidem procurator constitutus est, sed nondum mandatum exercendi officij accepit [x]. 3

Efficiunt † autem & constituunt procuratorem aut Iussum iudicis, qui (ut uolunt Dd.) petentibus procuratores ipse constituit [y] (quanquam edictum illud non de procuratoribus, sed aduocatis & postula- 4

a l. licet. 24. C. eod.
b l. j. h. t. Spec. in Rub. eo. num. 1.
c l. licet. 42. §. is cui. h. t.
d l. in re. 26. de ser. urb. prædio. l. uti frui. 5. si ususfr. pet.
e uide in tit. C. de postulando. & de aduoc. diuers. iud. & in l. rem nõ nouã. §. patroni causarum. C. de iudic.
f tit. de administr. tut. de admin. rer. ciuit.
g l. nulla. 23. C. eod.
h l. si pupilli. 6. §. item. ubi gl. de neg. gest. Dd. in l. j. C. per quas person. nob. acquir. & in l. j. de acqui. possess.
i Spec. de procurat. §. ult. num. 5.
k l. mandato. 60. h. t.
l l. j. h. t.
m l. procurator. 58. uerbo. generaliter. h. t. c. 5. de procur. in 6.
n d. l. procurator. 58.
o d. l. procurator. 58. h. t.
p l. mandato. 60. l. procurator. 63. h. t. c. 4. §. fin. eo. lib. 6.
q l. seruum. 33. §. fi. h. t.
r l. procuratore. 55. l. si quis. 3. h. t.
s l. seruum. 33. h. t.
t l. licet. 24. C. eo. l. falsus. 19. C. de furt. l. licet. 56. de iudic.
u c. 5. de procur. in 6.
x uide post gl. Bar. Bald. & Salic. in l. falsus. 19. C. de fur. & Ias. in l. licet. nu. 4. & 5. C. eo.
y l. j. §. 1. ubi gl. & Dd. ff. de postul.

BIU Cujas

ſtulatoribus loquatur:) aut Conſenſus priuatorum & ratificatio, quæ pro mandato eſt [a]. Nam conſtituuntur procuratores, uoluntate mutua & conſtituentis, & conſtituti, quaſi per mandatum [b]. Ac ſi rem uerè putare uolumus, hic contractus in mandatū incidit, ex eoq; Mandati producitur actio [c]. Quibúsnam uerò procuratores conſtituere permiſſum ſit, facilè ſciri poterit, ijs cognitis, qui procuratores dare prohibentur. nam hoc edictum Prohibitorium eſt. Quocirca qui non prohibetur dare, huic conſtituendi procuratoris intelligitur facta poteſtas [d]. Procuratorem conſtituere non poteſt Excommunicatus [e], Pupillus, item Minor qui curatorem habet, niſi tutore uel curatore authore [f]. Quòd ſi porrò minor curatorem non habeat, ſicut habere non cogitur extra iudicium [g], tum procuratorem ad extraiudicialia negocia conſtituere poteſt [h]: ad iudicia uerò, litesq; perſequendas, non item: quia legitimam ipſe perſonam in iudicio ſtandi ſine curatore nō habet [i]: tantum abeſt ut alium ad id legitimare poſsit: quod & in mulieribus iure Sax. receptum eſt [k]. Syndicus quoq; Vniuerſitatis, item tutor uel curator procuratorem dare non poſſunt in litem, antequam ea ſit conteſtata, ſed tantum actorem [l]: quia ſyndicus uel tutor non eſt dominus litis, ante conteſtationem [m]. Nullus procuratorem dare poteſt, niſi qui ſit litis ſeu rei dominus [n]. Ab ea uerò conteſtata & hi & ipſi procuratores quamuis ſubſtituti tantum, alium dare ac ſubſtituere poſſunt [o]. Filiusfamiliás extra iudicium procuratorem ad negocia rectè ſumit, quoniam & rectè contrahit, quemadmodū & ſeruus: in iudicio uerò procuratorē inſtar ſerui conſtituere nequit ſuo nomine, quia nec agere poteſt: quibuſdam caſibus exceptis, ut actione Iniuriarū, & ſimilibus [p]. Statu liber qui de ſtatu ſuo litigat, rectè procuratorem dat: neq; enim pro ſeruo habendus eſt, quandiu de ſtatu ſuo litigat [q]. Ab hoſtibus captus procuratorem facere nequit, ſed tantum actorem aut curatorem: quia quamdiu in hoſtium eſt poteſtate, ſui iuris non eſt, nec rerum ſuarum dominus [r]. Mutus & ſurdus eo modo procuratores dant, quo dare poſſunt, uidelicet nutu, uel ſcriptura [s]. Plures quoq; ſimul agentes aut defendentes, unum procuratorem conſtituere poſſunt: non tamen plures cohæredes, inter ſe Familiæ herciſcundæ iudicio contendentes. Hic enim propter adiudicationes & condemnationes quæ inuicem fiunt, unus procurator omnium nomine recipi non poteſt, ne idem eidem ac ſibijpſi condemnetur [t]. Sunt etiam qui inuiti dare procuratores in iudicio cogantur, ut qui per ſe litigare non poſſunt: cuiuſmodi ſunt perſonæ Illuſtres [u], & iure noſtro Saxonum, mulieres: quæ in iudicio neq; agendo, nec defendēdo, abſq; tutore liti, petentibus authoritate iudicis præfecto, idoneè conſiſtunt [x]. Quanquam pro coniugatis plerunq; maritus (uelut legitimus iure Sax. curator) præſtita tamen de Rato cautione admittatur [y]. Nam etſi legitimus ſit rerū uxoriarum adminiſtrator, ac moribus quoq; patrijs curator [z]: tamen, quia rem uxoris inuitæ minuere nequit [a], idcirco non eſt ſatis conſultum aduerſæ parti, niſi eiuſmodi de Rato cautionem præſtet. Qui nam autem dari procuratores poſſint uel non, eâdem regula quam antè poſuimus, dijudicatur. Nam quicunq; non prohibetur dari, is id officij rectè ſuſcipit [b]. Dari autem in iudicio procuratores non poſſunt Minores: quia propter beneficium reſtitutionis quod habent, idonei non uidentur eſſe [c], nec habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio [d]: unde & in proprijs, per curatorem litigare coguntur [e]: tantùm abeſt, ut alienas lites perſequi rectè queant [f]. Fœminæ quoq; indiſtinctè in iudicijs procurare uetantur: cùm quia uirile officium eſt pudore ſexus alienum [g]: tùm quoniam interceſsio quædam eſt in procuratione iudiciali, quæ alienam rem ſua fide, ſuoq; periculo tractandam ſuſcipit [h]. Interceſsionibus autem, mulieres nō cenſentur idoneæ, quoniam obligationi per S.C. Velleianum eximuntur [i]. Nonnunquam tamē ex decreto cauſa cognita Iure ciuili quidem admittuntur: ut ſi litem agant ſuam [k]: aut pro parētibus liberisúe uel etiam captiuo deſertoq; marito [l] intercedant: nec quenquam prętò habeant qui ſe horū nomine alioquin offerat [m]. Sed iure Saxonum ne his quidem caſibus admittuntur. Nam non habentibus tutorem aut interceſſorem, iudex ipſe conſtituit [n]. Milites in aliena quoq; cauſa, procuratoris officium ſuſcipere, etiā uolente aduerſario uetantur [o]: ne uidelicet à publico iure militiæ, per negocia priuatorum auocentur, niſi rem in ſuam, aut ſuæ nomine cohortis agant [p]. Item & Decuriones, alijs q; digniores (quia uile procuratoris officium eſt [q]) Medici & Profeſſores [r]: ſeruus, alia ratione, quia perſonam ſtandi in iudicio legitimam non habet [s]: quanquam extraiudicialibus rectè pręficiatur: ut & Minor, Mulier, & ſimiles [t]: item furioſus, quia conſenſu caret [v]. Filius porrò familiás, dummodo maior 25. annis, indiſtinctè tam in iudicio, quàm extra iudicium, ſiue ad agendum, ſiue ad defendendum, rectè procurator conſtituitur [x]. Mutus & ſurdus, ad negocia procuratores dari poſſunt: ad litē perſequendam, nequaquam [y]: quia nec poſtulare poſſunt [z]. Infames autem an idoneè procurent, uariè diſputatur. Verius uidetur olim nec dare neq; dari procuratores potuiſſe [a], quod poſtea Iuſtin. [b] ſuſtulit. Communis itaq; cōcluſio eſt, Iure ciuili infamem procurare poſſe [c]: quia pro ſe, & alijs quibuſdā rectè poſtulat [d]. Nec obſtat, quòd Infames ab omnibus honoribus & dignitatibus arceantur [e]. Nam procuratoris officiū non eſt dignitas, ſed onus [f]: & à pleriſq; pro uili, contemptibiliq; functione habetur [g]. Iure ſanè Pontificio diſtinguitur: ut pro Eccleſiaſticis nempe perſonis procurator ignominioſus nō admittatur, ſed tantum pro laicis & ſecularibus [h]. Rei quoq; cauſæ capitalis [i], & redemptores alienarum litium [k], item excommunicati [l], procuratoris

a Mynſing. obſer. 44. cent. 1. uide gl. & Dd. in l. ſi pecuniam. 9. C. de negoc. geſt.
b gl. in l. mutus. 43. in prin. ad uerb. procedere. h.t. alleg. ad hoc l. j. ff. mād. l. filiusfa. 8. §. inuitus. §. fi. l. 2. in uerb. quia conſenſus abeſt. h.t.
c l. ſi procurator. 8. ff. mand. l. licet. 43. §. ea. hoc tit.
d l. mutus. 43. §. 1. h.t.
e c. fin. eẋ. eod.
f l. neq;. 11. C. eod.
g uide Inſtit. de curat.
h l. mutus. 43. §. 16. qui. 3. hoc tit.
i in princ. Inſt. de curat.
k Land. lib. 1. art. 45.
l l. nec ciuitatis. 64. h.t. l. neq;. 11. l. nulla. 23. C. eo.
m d. l. neq;.
n gl. in d. l. neq;.
o d. l. neq;. Mynſing. obſeruat. 43. Centur. 1.
p l. filiusfamiliás. 8. h.t. l. non eo. 14. C. eo.
q d. l. ſeruum. 33. h.t.
r l. ab hoſtibus. 15. ex quibus cauſis maio.
s l. mutus. 48. h.t.
t l. licet. 42. §. pen. h.t.t.
u l. pen. cum Auth. ſeq. C. eod.
x Chil. in prac. c. 22. per tex. lib. 1. art. 42.
y l. maritus. 20. C. eod.
z lib. 1. art. 31. 45.
a uid. inf. de fund. dota.
b d. l. mutus. 43.
c l. exigendi. 12. C. eo. ubi Iaſ. nu. 19. & 20. dicit hanc eſſe communem. & in l. neq; num. 3. C. eod. tit. 1. Panor. in c. iniuſtè. 14. eẋ. eod.
d l. 1. & 2. C. qui legit. perſon.
e in princ. Inſtit. de curat. l. 2. C. de accuſat. l. 4. de his qui accuſ. poſſ.
f l. fin. C. de legit. tutor. §. item maior. 4. Inſtit. de excuſat. tutor.
g l. alienam. 19. C. eod.
h l. non diſtinguemus. 22. §. 1. de recept. arbit.

f 3 toris

i d. l. non diſtinguemus. §. 1. & tot. tit. ff. & C. ad S.C. Velleianum. k l. 4. C. eod. uide Cuiac. ad Paul. lib. 1. tit. 2. l dec. ſ. Neapo. 143. Spec. hoc tit. §. ratione. num. 1. per l. 3. de lib. cauſ. deciſ. Rot. 16. tit. de procura. m l. fœminas. 41. h.t l. libertus. §. 1. de neg. geſt. n gl. Land. 45. lib. 1. o l. militem. 7. l. qui ſtipendia. 9. C. eo. l. filiusfam. §. ueterani. h.t. p d. l. filiusfam. §. ueterani. q l. ſi quis. 16. l. ſi quis. 34. C. de decu. lib. 10. r Spec. de procu. §. 1. num. 35. s d. l. ſeruum. l. 1. & tot. tit. C. qui legit. perſon. ſtan. in iud. non hab. t uid. ſ. de inſtit. act. u d. l. 2. hoc tit. x l. filiusfam. 8. in prin. hoc tit. y l. mutus. 43. h.t. z l. 1. §. 2. ſ. de poſt. a Paul. lib. 1. tit. 2. b §. ult. Inſt. de except. c §. fi. Inſtit. de except. d d. l. 1. §. fi. cum ſeqq. ſ. de poſtul. e l. 2. C. de dig. lib. 12. l. 1. C. de infam. lib. 11. f ut ait gl. in l. 2. in fi. C. de dig. lib. 12. & Panorm. in c. Imperatorum. nu. 9. in fi. de iuram. calum. g l. ſi quis procurationem. ubi gl. Bart. Ang. & alij hoc notant. C. de dig. lib. 12. Dyn. in c. infamibus. in fi. de reg. iur. in 6. Panor. in c. poſt ceßionem. num. 2. de probat. h ut poſt multam diſput. concludit Panor. in d. c. Imperatorum, num. 9. de iuram. calum. quod latißimè pro ſuo more exequitur. Tiraquellus in tract. de nobilitate. c. 30. num. 2. cum mult. ſeqq.
i l. reum. 6. C. eo. k l. litem. 15. C. eo. l. ſi contra. eo. C. mand. l c. intelleximus, de iud. c. prudentiam. §. ſexta, de off. delegat.

BIU Cujas

toris officium ſubire nequeunt: ut nec fiſcus, aut uniuerſitas, aut ciuitas [a], alia tamen ex cauſa: ne uidelicet potentia uel gratia in re priuata cauſam alterutrius partis reddant deteriorem. Vnde quæri ſolet, an Syndicus Vniuerſitatis, priuatorum etiam lites procurare ualeat: præſertim cum totam repræſentet Vniuerſitatem [b]? Et puto poſſe: quando nõ ut ſyndicus agit aut defendit, nec totã uniuerſitatem repræſentat, ſed interuenit ut procurator priuati. Extra ſui nãq; fines officij nihil aliud eſt, quàm perſona priuata [c]: niſi aliunde, gratia eius aut potentia oſtendatur nimis eſſe formidoloſa [d]. Nec id nouum eſt, propter diuerſos rerũ ac perſonarum reſpectus [e]. Abſens dari procurator poteſt [f], quia conſenſu conſtituitur. Quæ autẽ ſunt illius generis, illa etiã inter abſentes per nuncium aut epiſtolam rectè peraguntur [g]: dum tamen abſens aut ſciat ſe dari procuratorem, aut conſtitutionẽ habeat ratam, poſtquã ſcire cœpit: ut ſi mandato, literisq; procurationis acceptis acquieſcat [h], neq; de diſſenſu ſuo proteſtetur [i]. nam inuitus, & qui diſſentit, procurator dari nequit [k]. Inuitus autem is eſt, qui neq; dicto nec facto aliquo præ ſe fert aſſenſum [l]. Dominus in re ſua procurator dari nequit, quia tollitur relatio inter procuratorẽ & herum neceſſaria: niſi detur reſpectu iuris, quod tertius in re ſua habet: ut ſi debitor dominus rei oppigneratæ, à creditore detur procurator in cauſa hypothecaria: aut maritus ab uxore in cauſa dotalitij, quod uxori in bonis mariti proprijs conſtituitur [m]. Vnius etiã litis plures eſſe procuratores poſſunt [n]: ita tamen ut in ſolidũ, (quod non præſumitur [o]) aut ſaltem coniunctim omnes dentur. Nã per partes conſtituere procuratores non licet: ne in plures aduerſarios, altera pars cũ incommodo diſtrahatur [p]. Verbi gratia, ſi ab aliquo petantur centum, non poteſt reus procuratores plures dare, quorũ alius 20. alius 30. alius 50. defendat non deberi [q]. Is etiã qui reipub. cauſa abfuturus eſt, aut initurus Magiſtratum, aut qui perpetuo morbo tenetur, & deniq; omnis is, qui inuitus iudicium pati non cogitur, idoneus procurator non eſt, & repudiari poteſt [r]. Poſtremò ſciendum eſt, coniunctas perſonas pro conſanguineis, item maritum pro uxore, etiam ſine mandato procuratores eſſe poſſe, dum tamen de Rato caueant [s].

Quod † ad materiam attinet, eadem regula teneatur quæ ſuprà tradita eſt: uidelicet omnibus ualidè cauſis & negocijs adhiberi procuratorem, niſi quid diſertè exceptum ſit: eſt enim hoc edictum Prohibitorium [t]. Quodcunq; igitur nõ inuenitur prohibitum, id intelligi debet conceſſum [u]. Procurator ergo qui uelut curator non perſonæ, ſed rebus datur [x], aut omnium bonorum conſtitui poteſt, aut alicuius partis extra iudicium [y], ueluti curator [z]. In iudicio uerò aut omnium litium, aut unius rectè procurator datur: totius tamen, non partis alicuius [a]. Ab hac regula excipiuntur eæ cauſæ, quæ per procuratorem agitari non poſſunt: ut ſunt Iudicia Publica, in quibus procurator alieno nomine non admittitur, neq; ad agendum, neq; ad defendendum [b]: item non Publica, quæ tamen Criminalia ſunt, & eiuſmodi, ut pœna ſupra relegationem damnato queat imponi [c]. Quod tamen limitant Dd. niſi pro abſente reo non principalis, ſed abſentię cauſa defendatur [d]: aut niſi quis ſuam ſuorumq; iniuriam perſequatur [e]: aut actio criminalis ciuiliter ſit inſtituta, puta ad pœnam pecuniariam: ſicut de criminibus omnibus aut criminaliter aut ciuiliter agi poteſt [f]. Et hęc quidem iure ciuili tralatitia ſunt. Moribus autẽ noſtris, à parte accuſatoris indiſtinctè procurator admittitur, ſiue agat criminaliter, ſiue ciuiliter: quia lege patria accuſator non item tenetur ad pœnam talionis, uelut iuribus noſtris: ſed tantũ ſumptus præſtat & mulctam pecuniariã, ſi in accuſando defecerit [g]: ut nulla cauſa ſit, quamobrem procurator nõ ſit admittendus. Sed an in iudicijs famoſis procurator iure ciuili recipietur? non enim uidetur, quia capitalibus hæc comparantur [h], eoq; I. C. in accuſatione Suſpecti tutoris, quæ famoſa, nimirum ob dolum, eſſe poteſt [i], procuratorem nõ facilè putat admittendum [k]: & in cauſa Iniuriarum, lex prohibet admitti, niſi perſonæ Illuſtres litigent [l]. At contrà Paulus [m], Iniuriarum actione, quę ex lege Cornelia deſcendit, procuratorem admittit: & ſuprà [n] dictum eſt, aliquem alieno nomine de cauſa famoſa poſſe damnari: puta procuratorio, tutorio, &c. [o] Ex quo intelligi licet, in his iudicijs alieno nomine iudicium haud perperam ſuſcipi. Sed hæc, diſtinctione ſuperiore adhibita, ritè cõciliantur. Nam ubi certa pœna famoſis actionibus præſtituta eſt, aut certa pœna petitur, quæ minor ſit relegatione, hic procurator recipitur [p]. Quando autẽ pœna arbitraria eſt, ſicut cum de ſuſpecto tutore quæritur: aut cum agitur actione Iniuriarum Prætoria, & incerta pœna poſtulatur: procurator repudiari debet [q]. Nã arbitraria coerctio, pro ratione circumſtãtiarum augeri poteſt & minui, & etiã uſq; ad pœnam mortis extendi: ut eſt communis concluſio [r]. Quare non mirandũ eſt, ſi in his procuratori non ſit locus. Nec uerò huic diſtinctioni aduerſatur quod ſuprà dictũ eſt, cauſam famoſam capitali cõparari. Etenim hoc non ſimpliciter uerum eſt: ſed ſecundũ quid, puta in delatione iuramenti, & cõſimilibus. In hac certè quæſtione nõ obtinet: an enim procurator admittendus ſit, nõ grauitate & qualitate cauſæ æſtimamus, ſed qualitate pœnæ quæ ex condemnatione ſequitur, & eſt eiuſmodi, ut procuratori imponi aut poſsit, aut nõ poſsit. Iure tamẽ Saxonum, iniuriarũ cauſa procuratorem ab utraq; parte indiſtinctè recipit: quia lege patria iniuriarum pœna nõ eſt arbitraria, ſed pecuniaria: & quidẽ certa, uidelicet 30. ſolidorum [s]. In popularibus cauſis an procurator recipiatur, diſtingui ſolet: ut actor quidẽ eum dare non poſsit, quoniã publica, nõ ſua cauſa eſt, niſi ſuam principaliter iniuriam perſequatur: pro reo autẽ alius rectè interueniat: quia priuatam cauſam, hoc eſt, pecuniariam, quæ iſtis actionibus peti ſolet, tuetur [t]. In interdicto de Liberis exhibendis, procurator nõ admittitur ex parte agentis: non, quòd actio criminalis ſit, ſed quia perſonalis.

Datur

a l.3.& tot.tit. C.ne fiſc. uel priuat.
b l.1.quod cuiuſq; uniuer.
c Dec.in l.factum.131. de reg.iur. Pano. Dec.in c. ſi quando. de off. del. tex.in l.fi. cum ibi not. de iuriſd. Card.in cle.1. §.fin. de cel.miſſ.
d tot.tit. C. Ne liceat potent.cum ſequent.
e l. tutor. de his quibus ut indignis. Euerhard.in locis legalibus. in loco, de Tanquam, ſeu de Reſpectiuis.
f l.1.in fin.hoc tit.
g l.2.de pact.l.1. in fin. de contrab.empt.
h fac.l. ſi procuratorem. 65.hoc tit.
i Clement.1.ubi Zab.de procur. Bart. in l.quo enim.§. fin. ff.rem rat. hab. Ias.in l.quæ dotis. nu.90.ff.ſolut.mat. Felin. poſt Pan. in c. nõne. nu.10.de præſumpt.
k l.filiusfam.8.§.1.h.t.
l l.filiusfam. 8.§.2. ubi gl. h.t.l.inuitum.17. C.eod. uide Felin.in d.c.nõne. Bart. & Ias.in d.l. quæ dotis.
m l.licet.42.§. is cui.3.h.t.
n l.ſi quis.31.§.1.h.t.
o Mynſing.obſer.47. cent.1.
p l.3.famil.herciſc.
q l.non tamen.38.h.t.
r l.neq;.54.h.t.
s l. Pomponius.40.§. fin. h.t.l. maritus.21. C.eod.
t l.mutus.43.h.t.
u l.cum prætor.12. de iud.
x l.in copulandis.8. c.de nupt.
y l.1.h.t.
z in prin.Inſt.de curat.
a iuxta d.l. non tamen.38. h.t. Mynſing. obſeruat. 46.cent.1.
b l.pen.§. ſi.de pub.iudic. l.2.3.& 5. C.de ijs qui accuſ. poſs.
c l.1.An per al.cauſæ app. Dd.in d.l.pen.§. ad crimen.late Marant. poſt Specul. part.4. diſtin.1. num.35.in pract.
d l. abſens.71. h.t. Bart. poſt gl. & Dd. in l.1.ſ.

An per al.cauſæ app.late Marant. in Spec.aur.part.4. diſt.1.nu.42. e Bar.in d.l.licet.42.in prin.h.t.Mar.præal.loco.nu.41. de quo tamen uide l.non cogendum.42.§.2.h.t.c.tuæ.de procur. f l.unic.C.quando ciuil.act.præiud.crim.Bar.in l.1.& 2.de priua.delict. g ut tradit Chilian.cap.47.Fach. diff.41.Reinhar.diff.38. pœnal.per art.68.lib.1. & art.5.lib.2. h l.iuſta.ubi glo. de manumiſ.uindict. glo. in §.ſuſpectus. ad uerb.ob culpam. Inſtit.de ſuſp.tutorib.latiſs. Iaſon in repe.l.admonendi.nu.278. de iureiur. i §.ſuſpectus. ubi dixi Inſt. de ſuſpect.tut. k l.non ſolum.29.§.fin.h.t. l l.fin. C.de iniur. m in l.licet.42. hoc tit. n ad tit. de his qui notantur infamia. o l.furti. 6.§. ſi quis alieno. 3. de his qui not. infam. p in d.l.licet. q Maran.de iud.parte 4.diſt.1.nu.25.& 37. r in l.ſacrilegij.ad l.Iul.pecul.per glo.et Dd.in § in ſumma.uerb.extraordinaria, Inſt.de iniur. s l.1.de ext. crim.uide hac de re latiſſimè Maran. in diſput.3. & in Specul.aur.parte 4. diſt.1.num.53. Bald.in c.1.§.iniuria. de pact.iur.fir. Bar.in l.fin. ubi pup.educ. uide tit.de iniur. t l.licet.42.in prin.l.non cogendum.45.§.qui ita.2.h.t.l.5.de popularibus act.

BIU Cujas

Datur enim soli patri, quando in id agitur, ut abducere liberos liceat: quod ius solius est patriæ potestatis. His igitur causis exceptis, in omnibus reliquis procurator admittitur ab utraq; parte [a], tam pecuniarijs [b] quàm liberalibus [c]: nec interest, utrum ad litem Futuram, an præsentem & inchoatam [d]: utrum in Prima instantia, an in Secunda detur [e].

6 Quod † ad formam constitutionis attinet, procuratorem consensu præfici, suprà dictum est. Constituitur autem consensu uel Expresso, uel Tacito. Expresso, uelut per pactum [f], nuncium, literas [g], ratihabitionem [h]. Tacito, ut cum dominus præsens alterum patitur suam agere causam [i]: aut quando mulier permittit marito, suorum negociorum curam [k]: aut quoties procurator datus, mandati iussum uel literas recipit, neq; contradicit [l]: uel cum instrumẽta causæ principalis, hoc est, quibus causa instrui ac probari potest, traduntur [m]. Constituitur autem procurator tam Præsens & coràm, quàm Absens (ut dictũ est) per epistolam uel nuncium [n]: item uel In præsens (hoc est, ut statim gerat officium:) uel In diem, ut post calendas Iunij: uel Ad diem [o], ut usq; ad annum: uel sub Conditione [p], ut si Titius litem mouerit. Potest etiam præfici uel Generaliter ad omnia negocia, uel Specialiter ad certã causam [q]: item cum clausula Cum libera, hoc est, adiecta potestate plena & libera pro domino agẽdi, faciendi, administrandi ea omnia, quæcunq; in causa dominus ipse agere facere coràm posset [r]. Procurator item uel In iudicio, uel Extra iudicium constituitur. In iudicio quidem ex parte agẽtis, si dominus mandatum actis insinuet, hoc est, literas mandati offerat iudici, aut mittat, & adacta redigi curet: aut si ipse coram iudice procuratorem eligat, eiusq; personam cõfirmet, & se ratum habiturum quicquid ille gesserit, polliceatur & caueat [s]. Nam hæc promissio de ratihabitione, in omni mandato & constitutione procuratoris est necessaria [t]. Extra iudicium uerò constituere procuratorem actor potest, aut coram notario & testibus: aut si is haberi nequit, literis, priuato uel (quod firmius est) publico sigillo cõsignatis [u]. Et hoc casu, quando sic de mandato constat, nõ cogitur procurator cauere rem ratam dominum habiturum. Vbi nanq; mandatum certum est, ratihabitio nunquã est necessaria [x], nisi defensionis fortè nomine [y]. Quòd si porrò nullum omnino exhibere mandatum potest, tunc ne offerens quidem cautionem, inuito aduersario, nisi pro coniuncta persona recipitur [z]. Sin autem probabiliter dubitetur, utrum quis mandatum habeat an nõ, hoc casu cum cautione de Rato admittitur [a]: ut si proferat in iudicio mandatum aliqua ex parte mutilum, aut insufficiens [b]. Moribus tamen patrijs, uno casu indistinctè procurator satisdare cogitur, non quidem de Rato, sed de expensis & Reconuentione: uidelicet si principalis actor, bona immobilia in loco iudicij non possideat [c]. Procurator autem rei eodem modo aut in iudicio aut extra iudicium constituitur, sed adhibita satisdatione Iudicatum solui [d]: eoq; nomine hypothecam suorum bonorum supponere pignõri reus debet [e]. Quòd si ipse principalis hanc satisdationem non præstiterit, ad eam indistinctè compellitur procurator: nec antè recipitur, quàm caueat de Iudicato soluendo [f], etiamsi apud acta fuerit constitutus [g]. Nec enim rectè cautum esset aduersario de executione, si neq; à domino, nec à procuratore eiusmodi satisdatio præstaretur. Vnde nata regula, Neminem in re aliena defensorem fore iustum, qui non satisdet de Iudicato soluendo [h]. Sed hęc cautio, moribus Saxonum neq; à domino, hoc est, reo principali, nec ab eius procuratore peti præstariq; solet [i]. itaq; sufficit etiam à parte rei, uel mandatum idoneum exhiberi, uel iuxta distinctionem in actoris procuratore suprà positam, caueri de rato.

7 Porrò † quod ad formam instrumenti procuratorij attinet, continere illud debet nomẽ constituentis, & procuratoris constituti: item contra quem, in qua causa, coram quo iudice, & ad quos actus procurator eligatur [k]. Solent item præcipui actus exprimi: puta ad agendum, offerendũ, aut recipiendum libellum, excipiendum, litem contestandum, producendũ testes, audiendum sententiam [l], &c. Et quoniam nonnulla sunt, quæ speciale mandatum requirunt, nec in generali comprehenduntur [m]: ut iuramentum deferre, referre, præstare [n], transigere, pacisci, petere in integrum restitutionem, & similia [o]: ideo qui plenum liberumq; dare uult mandatum, aliqua horum in instrumẽto ut exprimat, necesse est: puta, Concedo potestatẽ iurisiurandi deferendi, &c. ac postea subijcienda generalis clausula: Et omnia reliqua agendi, quæ ipse dominus præsens agere facere posset [p]. Illud etiam sciendum est, in omni instrumento procuratorio inserendam esse clausulam, Ratum haberi quicquid procurator gesserit [q]: nec sufficere ita poni, Quicquid legitimè gestum fuerit. nam dominus semper cauillari posset, non legitimè gestum esse [r]. Item, annum & diem constitutionis instrumento inserendum [s]: & aliquo sigillo, publico uel priuato, illud signandum [t]: & in summa, stylum illius curiæ, ubi procurator cõstituitur, seruandum esse [u]. Nihil uerò interesse, utrum instrumentũ procuratoris constituatur in prima persona: ut, Ego talẽ constituo. an in tertia: ut, Titius constituit [x], &c. Item, utrum uerbis præteritis, an præsentibus [y]. Quod ad probationem uerò procuratorij mandati attinet, probatur illud aut Instrumentis, aut Testibus, aut

f 4 Præ-

a d.l.mutus.42.h.t.
b l.fin.C.eo.
c l.seruum.33.§. cum.l.sed & hæ.35.§.1.h.t.
d l.3.l.qui proprio.46. h.t.l.nihil.20.C.eo.
e l.2.l.inuitus.17. C.eod.
f in l.1.l.sed hæ.35.h.t.
g l.1.in fin.cum l.seq.h.t. iunc.l.2. de pact. & l.1. ff.mandati.
h l.in causæ.27.l.licet.58. h.t. Mynsing. obserua. 44. Cent.1.
i l.qui patitur.18.ff. mandat.
k l.maritus.21. C.de procurat.
l Clem.1. de procurat.l.si procuratorem.65.h.t.
m l.si mulier.11. ubi Bald. num.2.C.de pact.conuent.Rom.sing.637. incip. per productionem. & cõs.446.in fin. Andreas Sicul. late in cap. coràm.in prin.de off.de leg. & Alc. in tractatu præsumpt.reg.1. præsumpt.33.num.4.
n l.1. & 2.l.5. & 6.l.seruum.33.h.t.l.1.ff.mandat.
o l.3.h.t.Specul.de procurat.§.renun.nu.13.
p l.3.h.t.
q l.mandato.60.h.t. c.qui generaliter.5. in prin.eo.lib.6.
r d.l.mandato.60.l. procurator.63.h.t.c.4.§. fi.eod.lib.6. Bart.in l. credit.60.in l.Lucius. ff.mand. & §.l. procurator.58.h.t.in l.3.§. si ego.de oper. nunc.in l. 2.ad Trebell.gl.in c.per tuas.& c.ex parte.de arbit.per tex. in c.cum contingit. de transact. in c. cum dilectus. de relig. dona. & l. 1. de off. procurat. Cæsar. Bald. in l. si procurator. C. de procurato. & in c.1.§. nomina.in fin.de pace constant. ubi tradunt,

quomodo procurat.cum libera constituatur. s §.sin autem.Instit.de satisdat. t l.si procuratorem.65. (ubi Bart.& Dd.) hoc tit.Specul.in tit.de procuratore.§.ratione formæ.num.13.& 19. u d.l.si procurator.65.ubi Bart.num.3. Specul.præalleg.loc.num.8.9.per l.pen.§.fin.de pignor. x l.unic.C.de satisd.l.1.ubi Dd.C.eo. y l.seruum.33.§.ait prætor.h.t. uide in fi. huius tit.de defens. z l.sed & hæ.35.hoc tit.l.exigendi.11.l.maritus.21. C.eo. a §.si uerò in personam.Instit.de satisd.Cuiac.obser.lib.7.cap.26. b ita communiter distinguunt gl.& Dd.in d.l.1.C.eo.& in c.1.ubi gl.ad uerb.portitorib.ext. eo.gl.in l.non solum.39.§.qui alieno.ad uerb.debet.hoc tit. Specul.de procur.§.1.num.31.per l.si ante.8.de neg.gest.Chil.in pract.c.12.numer.2. c ut tradit Chil.in d.pra.cap.47. d l.iudicatum.6.ff.iud.solui. e l.qui proprio.46.hoc tit.§.sin autem.Instit.de satisd. f l.unic.C.de satisd. g ut rectè Spec. de procur.§. ratione.num.4. h l.qui proprio.46.§.2. hoc tit. Bart.in d.l.si procuratorem.65.numer.1. ubi addit, etiamsi mandatum habeat idoneum procurator, tamen ad hanc cautionem teneri, nisi dominus ipse satisdedit, per l.unic. C.de satisd. i ut Chil.præal.loc.docet. k Spec.in d.§.ratione.num.20. per c.accedens.c.constitutus.ex.eo.d.l.si procuratorem.61.hoc tit. l Spe.in d.§.ratione.num.7. m c.4.in prin.& c.5.de procur.lib.6. n l.iusiurandum.18.§.fi.de iureiur. o d.c.4.§.fin. p ut traditur in d.c.4.eo.lib.6. uide de hac forma Spec.in d.l.de procur.§. ut autem.per tot. q d.l.procuratorem.65.ubi Bart.hoc tit. r ut rectè Spec.in d.§.ratione.num.4. s Spec.in d.§.ratione.numer.15. per c.fin. de proc.c.post cessionem. de probat.tot.tit. in Auth.ut nomen Impera. t d.l.si procuratorem. u l.semper.25.l. contractus.24. de reg.iur.l.si fundus.60. de euictio. Spec.præall.loc. x Spec. in d.§.ratione.num.15.& in §.ut autem.num.7.per c.dudum.de conuers.coniug. y Spec.præall.loc.num.7.

BIU Cujas

Præsumptione. Instrumentis, uel Publicis uel Priuatis [a]: ut cum per acta publica, aut instrumentum à notario uel domino cõfectum, de mandato doceatur [b]. Testibus, ut quando nuncupatur procurator coram duobus aut pluribus, qui postea testimonium de mãdato perhibent [c]. Cum enim mandatum, quo procurator constituitur, solo contrahatur consensu [d]: & nudis uerbis, hoc est, absq; stipulatione [e]: sequens est, sicut geri coram testibus hic contractus potest, ita & posse per testes probari [f]. Præsumptione probatur mandatum, ex coniunctione sanguinis [g]: item si constet dominum esse præsentem, neq; contradicere procuratori agenti [h]: si proferantur instrumenta principalis negocij, quæ nemo sine mandato alicui cessurus præsumitur [i].

Finis † procuratorij mandati est, ut quia rebus ipsi suis interdũ domini superesse uel nolunt uel ne queunt, eorum negocia per alios ad id idoneos, expediantur [k]. Procurator datur aut ad Agendum, aut ad Administrandum: & uel ad lites Omnes, uel ad Speciem unam [l]. Cuius rei utilitas, & publicè & priuatim latissimè patet. Vnde I. C. inquit, Etiam publicè interesse, ut absentes defendãtur [m]. Effectus autem suscepti mandati procuratorij hic est, ut qui suscepit, etiã inuitus absoluere, & exequi mandatum authoritate magistratus cogatur. Prætor enim se coacturum edicit [n]: nisi uidelicet iustissima causa excusare se procurator possit: puta ob ualetudinẽ, aut necessariam peregrinationem, aut inimicitias quæ postea inter dominũ & ipsum sunt exortæ, aut munus publicè impositum, aut alias occupationes quæ derepentè inciderint, & à quibus procurator non nisi cum suo damno queat abesse. Nec enim æquum est, procuratorem ad id compelli, ut suis neglectis aliena prouidere atq; persequi cogatur [o]: ne suum ei officium sit damnosum [p]. Procurator autem, qui uel sponte uel coactus suscipit negocium demandatum, & tractare incipit, ipsa tractatione, postquam res desijt esse integra, fit dominus negocij, tam extra iudicium [q] quàm in iudicio. Vnde receptum est, procuratorem post litis cõtestationem, litis dominum appellari [r]. Quare litem antè contestatam quamuis procuratorem constituere nequit, quia dominus necdum est [s], quia nec lis est [t]: tamen post eam contestatam suo arbitrio substituere potest [u], & omnia gerere, facere, ex bona tamen fide [x], quæ dominus facere posset [y]. Nam nec melior nec deterior est procuratoris conditio, quàm domini [z], in causa uidelicet sibi mandata, in qua eius factum domino nocet & prodest [a], non etiam si quid extra fines mandati gerat uel committat [b]: nisi idem dominus quoq; facere teneretur, puta se defendere. Nam & hoc procurator actoris facere debet, etiamsi eius rei mandatum non habeat [c]. Amplius procuratoris persona eadẽ esse cum domini persona fingitur [d]: quanquam alienare, uel innouare, uel transigere nequeat, nisi sit procurator cum libera [e]: multo uerò minus (etiam cum libera constitutus) donare [f]. Aliquando procuratoris etiam potior habetur ratio quàm domini, scilicet quoad lis durat. Nam citationes omnes dirigendæ sunt ad procuratorem, non ad dominum [g]: & omnes actus iudiciarij, ab illo, non à domino sunt exigendi [h]: atq; ipsa adeò sententia est in procuratorem, (quanquam iudicati actio in quasi defensorem nunquam detur [i]) non in dominum proferenda [k]. Quod tamen intelligendum est de his, in quibus executio sententiæ perinde fieri potest in procuratorem, ac in dominũ: ut in ciuilibus & pecuniarijs causis: secus est in ijs, in quibus executio fieri nequit in procuratorem: ut in criminalibus, matrimonialibus, & id genus alijs [l]. Ad effectum obligationis procuratoriæ, pertinent etiam actiones, quæ ultrò citroq; domino & procuratori dantur. Nam actio, proprius est obligationis effectus [m]. Hæc igitur obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistit, Mandati actionem parit [n]: quam dominus in procuratorem ex uarijs causis intentare potest: ut si procurator susceptum negocium exequi nolit [o]: si in officio aliquid detrimenti, per dolum aut negligentiam intulit [p]: si per iniuriam aut collusionem, aduersarium absolui passus sit [q]: item ut rationem omnium, quæ ex mandato & gestu consecutus est, siue iustè consecutus sit, siue iniustè [r], reddat, quæsitasq; cedat actiones [s]. Sed an sine cessione de gestu procuratoris actiones aduersus tertium domino dabuntur? I. C. quidem ait, per procuratorem retineri potius actiones quàm acquiri [t]: sed æquius est & uerius, Vtiles saltem actiones domino contra tertium suppeditari: quando in rem eius contractum sit, & ipse quodammodo contraxisse uideatur qui per alium contraxit [u]. Quare quod I. C. dicit, retineri, non acquiri actiones per procuratorem: de directis, non etiam de utilibus uidetur intelligendum. Econtrariò procuratori datur in dominum ex Mandato actio, non quidem Directa, quia non est par eius causa cum domino, sed Contraria [x]: ut si quid præstitit ex mandato, nomine domini id consequatur [y]. Aequum est enim impendia restitui [z], siquidem bona fide expendit. Nam si quid profusè & nõ necessariò consumpsit, uel à iudice propter delictum mulctatus est, eius sumptus in hoc Contrario iudicio non habetur ratio [a]. Si quid tamen extra mandatum impendat in utilitatem domini, quod etiam ipse dominus uerisimiliter impensurus fuisset, potest id repetere: non quidem Mandati actione (quoniam eius rei mandatum non habuit) sed Negociorum gestorum [b]. Aequum est enim, nusquam illi officium esse damnosum [c]. Quin & retentione quæsitarum rerum, procurator uti potest: nec antè

ratio-

a c.petitio.9. ex. eo. l.si procur.65.h.t.
b §.sin autem. Inst. de fatis. d.l.si proc.
c Bart. in d.l. si proc.65. num.3. Spec. de proc. §. ratione. nu.13.
d Inst. de oblig. ex cons. in prin. ad uerb. mand.
e Paul. lib.1. tit.3. §. proc. Instit. de his per quos ager. poss.
f l. cum instrumentis.10. l. non idcirco.12. C. de fid. instr. l. pacta.17. C. de pact. l.4. de pig. cum simil.
g l. sed & hæ.33.h.t. l. maritus.21. C. eo.
h l. qui patitur.18. mand.
i Bal. in l. si mulier.11. nu. 2. C. de pact. conn. Canon. in c. coram. de off. del. Roma. sing.637. & cons.446. Alc. in trac. præsump. reg.1. præs.33. num.4.
k l.1. in fin. h.t.
l l.1. §.1. h.t.
m l. seruum.33. §. publicè. hoc tit. l.4. §.1. de act. & §.1. Inst. de oblig. quæ ex q. contract.
n l. filiusfamiliâs. 8. §. fin. l. sed & hæ.35. §. fi. h.t.
o d.l. filiusfamiliâs.8. §. fi. cum trib. ll. seqq. h.t.
p l. sed si quis.7. in princ. ff. quemadmodum testa. aperian.
q l. eum. §. fin. de constit. pec. Bart. in l.1. nu.5. C. de senten. & interlo. per l. stipulatio ista. §. si quis insulam. de uerbor. obligat. l.1. de stipul. seruo.
r l. procuratoribus.22. l. nulla.23. C. eo. l.4. §. fi. de appel. c.1. §.1. eo. in 6.
s ut traditur in l. licet.11. C. eo.
t l. amplius rem rat. hab.
u d.l. nulla. d.l.4. §. fin. l. neq;.11. C. eo. Mynsing. obser.43. centur.1.
x l. sed & hæ.35. §.2. l. qui proprio.46. §. procurator. hoc tit. l. si fideiussor.19. mandat.
y c.1. ut lite non contestata.
z l. sed & hæ.23. §. defendere. l. non solum.39. h.t.
a c.1. & 2. de confess. in 6. l.2. §. fin. quand. appell. l.3. ubi Sal. C. eod.
b l. in causæ.22. hoc tit. l. si procur.10. C. eo. c. cum olim.32. de off. deleg. Ias. post Bart. in l. unic. §. si procur. nu.7. & 8. si quis ius dicen. Panor. Felin. Soc. in c.1. ut lit. non contest.
c l. seruum.33. §. fi. l. mutus.43. §. penul. l. pen. h.t. l.3. C. eo.
d l. si procurator.11. ubi gl. fi. ad uerb. admisit. de doli mali except.
e l. procuratorem.16. C. eo. l. procur.63. l. procur.58. l. sed & id.59. l. mand.60. hoc tit.
f l. pactum.22. C. de pact. ubi dixi.
g l.1. C. de sent. & interl.
h d.c.1. ut lit. non contest. c.1. & 2. de confess. in 6.
i l. si procurator.28. in fin. hoc tit. Cuiac. ad Paul. lib.1. tit.2.
k d.l.1. C. de sent. ubi hoc gl. Bart. & alij disputant. l. si quis.31. hoc tit. l. liberto. §. fin. de nego. gest. Canon. in c. querelam. de electio.
l l. fin. in fin. ubi gl. C. de iniur. gl. Bal. & Dd. in l. nihil.20. C. eo. & in l.1. C. de sent.
m l. licet.43. §. ea.2. ubi Dd. hoc notant. h.t.
n d.l. licet. §. ea.
o l. filiusfam.8. §. sed etsi. hoc tit. l. si procurat.8. §. sed etsi. manda.
p l. si quis.38. §. si quis.9. de pœnis.
q d.l. si procura.8. §. sed etsi.
r l. qui proprio.46. §. procurator.4. h.t.
s d.l. si procura.8. §. fin. cum ll. seqq. ff. mandat.
t l. per procuratorem.73. hoc tit.
u l. ix causæ.27. §. fin. l. si procuratorem.28. l. quod procur.68. h.t. l. Iulianus.14. §. si procurat. de act. empt.
x d.l. licet. §. ea. l. qui proprio.46. §. item. h.t.
y l. si quis.31. d.l. qui proprio. §. procurat. & §. pen. h.t.
z l. actor.30. d.l. qui proprio. §. pen. l. si quis.31. hoc t. l. qui mutuam.56. §. fin. ff. mand.
a d.l. qui proprio.46. §. proc.4.
b l. si quis.41. d.l. qui proprio. §. proc.4. in fin. hoc tit.
c l. sed si quis.7. quemadmodum test. aperia.

BIU Cujas

rationes reddere tenetur, quàm illi planè sit à domino satisfactum [a]. Quòd si dominus soluendo nō sit, licitè petit & illud actoris procurator, ut ex re iudicata sibi satisfiat [b]. Atq; etiam nō modò aduersus dominum, sed etiam contra substitutum, item eos quibus cum contraxit, rectè quiuis procurator agit [c]. Quod autem de impendijs dictum est, idem & in salario obtinet, ijs uidelicet casibus ubi debetur [d].

9 Iam † de interpretatione huius constitutionis, contractusq; procuratorij, regulas quasdam percenseamus. Procurator constitutus ad prosequendum iudicium Petitorium, uidetur etiam constitutus ad exercenda iudicia Præparatoria & Possessoria, etiamsi aliud mandatū non habeat [e]. Nam cum aliquid mandatur, omnia intelligūtur iniungi, sine quibus commodè ad exitum res mandata perduci nequit [f]. Sic in Duplicibus iudicijs datus procurator ad agendum, uidetur etiam datus ad defendendum, ex horum iudiciorum natura [g]: in alijs etsi ad defendendum mandatū habere non intelligatur, tamen defendere debet [h]. Procurator autem ad agendum datus, intelligitur dari sine præfinitione temporis: scilicet ut pro suo arbitratu aut statim agat, aut ex interuallo, cum erit opportunum [i]. Quare & ad duas res petendas suffectus, potest unam statim petere, alteram ex interuallo [k]. Procurator omnibus causis prepositus, intelligitur etiam datus futuris [l], non tamen criminalibus [m]. In nullum namq; mandatum, quamlibet generale, criminalia ueniunt, multo uerò minus ipsum crimen mandatum intelligitur [n], aut facta donandi potestas [o]. Cum procuratores plures simul dantur, in solidum dari non intelliguntur: sed pro parte tantum, hoc est, ut alter sine altero agere non possit, nisi fuerit aliter cautum [p]. Si procurator & mandatum generale & speciale habeat, aut duo diuersa mandata: siquidē diuersis temporibus sint data, posterius derogabit priori [q]: sin idem sit tempus in utroq;, id quod specialius est, anteferetur generali [r]. Illud etiam dubitari potest, si quid obscuritatis sit in mandato, pro utro faciēda sit interpretatio. Nā quidam existimant, dominum qui mandatum dedit, posse pro suo cōmodo atq; arbitrio interpretari [s]. Alij contrà statuunt, interpretationem à procuratore contra dominum esse faciendam: quia imputandum huic est, quòd legem instrumenti non dixerit apertius [t]. id quod uerius esse uidetur.

10 Affinitatem † porrò quandam cum procuratoribus, Aduocati & Patroni causarum habere uidētur: quod tamen secus est. sunt enim horum officia multis modis distincta [u]. Id quod uel inde perspici potest, quòd traditū est, filiumfamiliàs, quicquid ex patrocinio quærit, sibi quærere, non patri, tanquā peculium quasi castrense [x]. Quod autē quærit ex procuratione, id non esse quasi peculium castrense: quia non est autoramentum alicuius doctrinæ uel ingenij, sed solummodo quæstus communis negociationis, & (ut loquitur Baldus [y]) mercantiæ. Quare quo ad usumfructum, uult hęc patri acquiri. Et sanè ita se res habet, ut procurator tantum communes operas, in tractanda seu (ut nunc loquuntur) in sollicitanda causa præstet: patronus autem nauet operam singularis doctrinæ, atq; honestissimæ artis in causa aliena ex iure defendenda. Procurator uelut administer administrat domino, patronus meritis causæ. Ille agit nomine litigatoris, quicquid hūc in causa facere oportet. Aduocatus ex suo officio agit causam, & ius eius ostendit ac defendit, uelut antistes iusticiæ, iurisq; tutor ac uindex. Ideo procuratoris officium ut priuatum uilius habetur, ita ut à decurionibus, nobilibus, militibus exerceri non possit [z]. At aduocatorum officium publicum est, plerunq; dignitatis ac militiæ priuilegijs honestatum [a]. Maiorem autem affinitatem cum procuratoribus habent Notarij: quorum officium eadē ratione uilius censetur, ut à decurionibus exerceri non possit [b]. quanquam notariorum officium magis est publicum [c], procuratorum, ut antè dictum est, priuatum. Est etiam consimilis procuratori nuncius: unde & sæpenumerò promiscuè nuncij & procuratores appellantur [d]: maiorem tamen potestatem habet procurator, quia causæ dominus est: nuncius autem non est causæ dominus, sed nudus executor, uicem gerens epistolæ, seu uocis siue organi & instrumenti, per quod dominus agit [e]. Maximè autem, & ferè per ōmnia procuratoribus similes sunt, imò inter genera procuratorum rectè numerātur Defensores [f], Cognitores [g], item qui sine mandato ad alterius negocium gerendum accedit: qui extra iudicium Negociorum gestor, in lite Volūtarius procurator appellatur [h]. Item Vindices [i], Syndici, & Actores: de quibus paulo pòst opportunius dicetur.

11 Et † hæc hactenus de constitutione procuratoris dicta sufficiant: nunc contrà quibus modis ea constitutio dissoluatur aut reuocetur, & quid cōtra eam obijci excipiq; possit, postremò est recensendum. Qua in parte reuocāda in memoriam est regula sæpe tradita: Vnumquodq; eodem modo dissolui, quo colligatum est [k]. Vt igitur procurator mutuo consensu constituitur, ita & eodem consensu reuocatur [l]. Vnius autem uoluntate non semper, nec eodem modo solui hæc obligatio potest. Quare distinctione res est explicanda. Dominus igitur ante litem contestatam reuocare, aut mutare procuratorem potest [m]: quia res adhuc uidetur integra [n]. Est autem in omnibus hoc mandatis translatitium, ut ante Rei exceptionem dominus, cuius causa contractum est, reuocare mandatum possit [o]. Quare quamdiu res est integra, tam extra iudicium quàm in iudicio, procuratori inchoandi negocij potestas rectè præuertitur ac adimitur. Postquam uerò res cœpta est, non tam facilè reuocatio conceditur: ne uidelicet damno mandatarius afficiatur [p]. Itaq; post litem contestatam, qua res integra desijt esse [q], dominus non nisi ex iustis causis reuocare mandatum potest [r]. Iustæ autem causæ sunt, ætas procuratoris, minus apta negocijs: item ualetudo, occupationes, & reliqua impedimēta, quibus dominus ita distringi procuratorem animaduertat, ut suis negocijs commodè præesse nequeat [s]: item & suspiciones, propter quas

a l. quæ omnia. 25. in fin. cum l. seq. h. t.
b l. actoris. 29. h. t.
c d. l. si procurat. 8. §. si quis 2. mandat.
d l. salarium. 7. cum ll. seqq. l. mutuam. 56. §. fin. ff. mand. l. salarium. 17. C. mand. uid. l. sumptus. 53. de pac. §. fi. Inst. de mand.
e tex. in l. ad rem. 56. l. ad legatum. 61. h. t.
f l. 2. de iurisd. om. iud. l. 2. & l. fin. de off. eius cui manda. est iurisd.
g l. si defunctus. 15. in fin. hoc tit.
h l. seruum. 33. §. fi. l. pen. hoc tit.
i l. qui procuratorem. 57. hoc tit.
k l. fin. hoc tit.
l ut uult Spec. tot. t. de procur. §. ratione formæ. num. 8. & 9. per l. fi. de pign. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poss.
m ut rectè ibidem Speculator. nu. 8.
n l. creditor. 60. §. pen. mand.
o l. 4. C. de nouat. Dd. in l. pactum. 22. C. de pact. l. præses. 12. C. de transac.
p c. si duo. 6. ex. de procuratorib. lib. 6. Mynsing. d. obs. 47. cent. 1.
q iuxta reg. l. pacta nouissima. C. de pact.
r d. c. non iniustè. de procurat. Spec. d. t. de procur. §. ratione formæ. num. 13.
s Spec. in d. §. ratione formæ. nu. 11. per l. fi. C. de ll. l. in prætorijs. 9. de præto. stipul. cū similib.
t iuxta reg. l. ueteribus. de pactis. l. Labeo. 21. de contrah. empt.
u ut rectè Bald. in l. cum oportet. 6. in prin. num. 16. C. de bo. quæ libe.
x l. fin. C. de inoff. testa.
y Bald. in d. l. cum oportet.
z l. si quis decurio. 16. l. si quis procuratorem. 34. C. de decurio. lib. 10.
a l. laudabile. cum seqq. C. de aduoc. diuers. iudic. l. prouidendum. ubi Bal. & alij notant ad uerb.

nobilissimos. C. de postulan. c. quia episcopos. in fin. in uerbo, laudabilis artis. 5. q. 3. Qua de re plura Dd. in l. quisquis. ubi gl. ad uerb. honori suo. & in l. aduocati. C. de postul. & in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. ubi aduocati inter clarissimos recensentur. b l. 1. & 2. C. de tabell. & scrib. lib. 12. c c. quoniam. ex. de prob. Dec. in l. 2. de reg. iur. d c. causam. 19. in fi. de testib. e Speculator in d. tit. de proc. §. ubi. num. 5. f l. Pompo. 40. §. 2. l. Plautius. 61. l. si proc. 28. in fin. h. t. Cuiac. ad Paul. lib. 1. tit. 2. g Paul. lib. 1. tit. 2. ubi Cuiac. h Paul. lib. 3. Cic. in Brut. uide Cuiac. lib. obs. 10. cap. 25. i Boet. in Top. Cuiac. lib. 5. cap. 29. k l. ab emptione. de pac. l. nihil tam naturale. de reg. iur. c. 1. ex. eo. l l. mutari. 24. h. t. m l. ante litem. 16. h. t. n l. 5. de iurisd. o §. rectè. Inst. de mand. l. si uerò. 12. §. pen. l. si quid. 37. §. 1. ff. mand. p d. §. rectè. Inst. de mand. q uide in l. ubi cœptum. de iud. in l. 5. l. si conuenerit. 18. cum l. seq. de iurisd. l. si cum. §. eo autem tempore. ff. solut. matr. r l. post litem. 17. h. t. s l. post litem. 17. cum multis ll. seqq. h. t.

BIU Cujas

quas probabiliter opinatur procuratorem ſuis rebus minus utilem affectumq; eſſe: ut ſunt inimicitiæ, item affinitates, aut amicitiæ cum aduerſario contractæ [a]. His autem ex cauſis mutatio facilè domino permittitur, quia procurator uix honeſtè ſe illi opponere poteſt: fit enim eo ipſo ſuſpectus, quòd in rē alienam inuito domino ſe ingerere uelit [b]: niſi fortè iuſtam habeat eius rei cauſam: ut quia ſumptus fecit, quia in rem ſuam datus eſt [c], quia dominus partem ſolummodo negocij [d] reuocat, &c. Econtrariò quoq; ex ijſdem cauſis petere poteſt procurator, ut inuito etiam domino hoc onere liberetur: puta ſi inimicitiæ ortæ ſint, ſi ualetudo, aut occupationes eiuſmodi, profectionéſue obuenerint, ut procuratori non ſit integrum ſuſceptum onus exequi [e]. Finitur etiam mandatum, finita inſtantia: uidelicet lata ſententia definitiua. Nec enim cogitur procurator in ſecūda inſtantia, hoc eſt, in iudicio appellationis, operam ſuam præbere [f]: cum in paucis ſufficiat, rebus amici conſuluiſſe [g]: nec ulterius grauandus procurator ſit, quàm quatenus negocium in ſe ſuſcepit. Suſcepit autem iudicium, id quod per ſententiam ſoluitur [h]. Solui igitur & eius obligationem, ut & fideiuſſoris [i], eodem tempore, par eſt. Sed & ſi dominus ſoluendo eſſe deſierit, aut bona eius à creditoribus poſsideantur, iuſtè illi nuncium mittit procurator: ne fortè in damnum incidat, cum domino non ſit ſuperfuturum, unde depenſi ſumptus reſarciri poſsint [k]. Quæ ratio in contrarium ita ualet, ut ex ſola fortunæ procuratoris mutatione ac calamitate, reuocari uel tacitè mandatum intelligatur [l]. Et his quidem modis inter uiuos obligatio procuratoria diſſoluitur: in quo tamen illud tenendum eſt, mutationem procuratoris in idem recidere cum reuocatione: eademq; in mutatione obtinere, quæ de reuocatione diximus [m]: & cum diſceptatio hac de re inter dominum & procuratorem incidit, eſſe iudicis, Summariè & de Plano hoc incidens negocium definire [n]. Sed & morte alterutrius quandoq; mandatum ſoluitur. Nam quodcunq; uoluntate, id etiam plerunq; morte reuocatur: quoniam hac uolūtas finitur [o]. Quocirca re integra, mortuo domino, mandatum reuocatum intelligitur: nec obligatus eſt hæredibus procurator [p]. Econtrariò quoque mortuo procuratore obligatio hæc commoritur, etiamſi res deſierit eſſe integra [q]. Nec enim ad hæredes tranſit, quòd electa uidetur perſonæ induſtria [r]. Aduerſantur etiam huic conſtitutioni Exceptiones: quæ procuratoribus quoniam obijciuntur, à re uocantur Procuratoriæ [s], uel Dilatoriæ: quia opponuntur ſicuti Peremptoriæ, poſt litem conteſtatam, ſed Dilatoriè litis ante conteſtationem [t]. Sumuntur autē iſtiuſmodi exceptiones partim à defectu Cauſæ efficiētis, partim â Vitio materiæ, partim à defectu Formæ. Ratione cauſæ perfectricis quæ deficiat, excipitur: ſi allegetur aut falſum eſſe mandatum, aut dolo, uel errore, uel metu expreſſum: item ſi opponatur aliquid aut perſonæ mandantis, aut mandatarij: ut ſi negetur conſtituens ius habuiſſe: puta quia non dominus, aut quia cauſa ad eum non pertinet [u], aut quia excommunicatus [x], filiusfamiliâs, & deniq; eiuſmodi qui ius dandi nullū habeat. Item ſi obijciatur procuratori cauſam eum non intelligere, nec commodè tractare poſſe [y]. Item quòd procurator eſſe nequeat, quia excōmunicatus [z], reus criminis [a], redemptor litis [b], clericus [c], medicus, aut alterius profeſsionis artifex, qui ab hac functione meritò ſit arcendus [d]: deniq; ex eorum numero, quos ſuprà diximus procuratoris officio fungi non poſſe. Qua tamen in parte diſtinguendū eſt, inter eos qui procuratores eſſe nequeunt, ex ea cauſa quòd legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habeant: ut eſt minor [e], ſeruus, fœmina [f]: & inter illos, quibus quidem ſtandi in iudicio ius eſt, ſed aliqua præſcriptione, puta militiæ, dignitatis, &c. ab officio procuratorio reijci poſſunt. Nam contra hos, ſi nihil fuerit inī tio exceptum, ualet iudicium, nec poſt litem conteſtatam aliquid ijs poteſt obijci [g]. Illis uerò qui legitimam perſonam non habent, etſi nihil opponatur, tamē iudicium nullum redditur, eoq; in quacunq; eius parte (etiam poſt ſententiam) uitium oſtendi poteſt: illegitima enim perſona, pro nulla eſt. Paria namq; ſunt, non eſſe, uel non legitimo modo eſſe [h]. Quoties autem una ex tribus iudicij perſonis deficit, puta actor, iudex, uel reus: toties nullum reddi iudicium neceſſe eſt [i]. Ex defectu materiæ ſumuntur exceptiones, ſi uel talis cauſa agatur quæ procuratorem non admittit, ut Criminalis, Popularis: uel ſi cauſa aliud mandatum quàm quod exhibetur, requirat: ut ſi generale mandatum exhibeatur in his, in quibus opus eſt ſpeciali [k]: puta in cauſa Reſtitutionis [l], Matrimonij & Sponſaliorū [m], Suſpecti tutoris [n], Iuriſiurandi [o], Tranſactionis [p], & alijs ſimilibus [q]. Ex defectu formæ: ſi mandatum perhibeatur inſufficiens, quòd clauſulas nō habeat uſitatas: aut quòd habeat inuſitatas, aut quòd fines mandati procurator excedat [r]: item ſi excipiatur mandatum non ritè, aut plenè, aut nō ſatis clarè conſcriptum, aut non authenticè ſigillatum [s], aut nō debita forma tranſmiſſum ad iudicem uel aduerſarium [t]: aut reuocatum, uel aliqua in parte mutatum eſſe mutilatumq; [u]. Et deniq; ex conſideratione formæ & clauſularum obligationis procuratoriæ, de quibus ſuprà dictum eſt, uariæ exceptiones pro re nata ſumi poſſunt: quæ omnia hîc iterum repetere, non eſt neceſſe. Nunc ergo ad alteram huius tituli partem, quæ de Defenſoribus inſcribitur, tranſgrediamur.

Defendere, † eſt iudicium Rei nomine ſuſcipere, & eandē uicem obire, quam reus ſubiturus eſſet [x]. 12 Latius igitur patet appellatio Procuratoris, quàm Defenſoris. Nam procurator tam eſt actoris, quàm rei, & tam in iudicio, quâm extra iudiciū interuenire dicitur: defenſor autem tantummodo in iudicio appellatur

a *l. uel exilio. 21. cum multis ll. ſeqq. h.t.*
b *l. quæ omnia. 25. §. 1. h.t.*
c *d. l. quæ omnia. §. fin. cū l. ſeq. l. procuratore. 55. h.t.*
d *l. in cauſæ. 27. h.t.*
e *l. filiusfamiliâs. 8. §. fin. cum multis ll. ſeqq. h.t.*
f *l. maritus. 17. ubi Dd. C. eod.*
g *l. tutori. 21. C. de negg. geſt.*
h *l. iudex poſteaquam. de re iudica.*
i *l. Græcè. 9. §. 1. ubi not. Bart. de fideiuſs.*
k *l. ſed et hæ. 35. §. fin. h.t.*
l *l. cum quib. 38. in princ. ubi Bart. l. ſi cum Cornelius. 82. ubi Bart. nu. 1. de ſolutio. Bal. in l. mandatum. nu. 19. C. manda. Felin. in c. ex parte. nu. 21. de reſcript. Cyn. & Fab. in l. Falſus. C. de furt.*
m *l. ſi quis. 31. §. fin. h.t.*
n *l. quæ omnia. 25. l. in cauſæ. 27. h.t.*
o *l. 4. in fi. locat.*
p *l. ſi defunctus. 15. h. t. l. inter. 26. in princ. l. qui negocia. 34. §. fin. ff. mandati. §. rectè. Inſtit. de mand. l. 5. ubi Dd. ſuprà de iuriſdictione. & in l. diem functo. de offi. aſſeſſ.*
q *l. tam ex contractib. 52. de iudic. l. ſi quis. 27. §. qui ſuſcepit. ī. mand.*
r *l. unic. §. ubi autem. C. de caduc. tol.*
s *l. itaq. 48. l. ſi quis. 57. hoc tit.*
t *l. ita demum. 13. ubi Dd. C. de proc.*
u *l. neq. C. eo. cum ſimil.*
x *c. fin. ex. eo.*
y *c. in pertractandis. de iuram. calum. l. ſi. actore. 29. h.t. Spec. de proc. §. ratione igitur ſui. nu. 35.*
z *c. poſt ceſſionem. 7. de probatio. c. intelleximus de iud. c. prudentiam. §. ſexta. de off. deleg.*
a *l. reum. 6. C. eod.*
b *l. litem. 15. C. eod. l. ſi contra. 20. C. mandati. l. ſi remunerandi. 6. §. maritus. ī. mandati.* c *l. placet. 17. de epiſc. & cler.* d *ut uult Spec. in d. §. ſui. nu. 35.* e *l. 1. & 2. C. qui legit. perſon. l. clarum. 4. C. de author. præſtan.* f *in d. tit. C. qui leg. perſon. ſtandi. l. alienam. C. de procurat. & ſup. dictum eſt, nu. 4.* g *l. ita demū. 13. C. eo. l. ſi quis. 57. hoc tit.* h *§. ſciendum. 3. Inſtit. de ſatiſd. tut. l. quoties. 5. qui ſatiſd. cogan.* i *c. ſonus. de uerb. ſignif. l. iudiciū ſoluitur. de iudicijs. ita rectè & eleganter diſtinguunt Bart. Bald. & cōmuniter Dd. in l. filiusfamiliâs. 8. §. ueterani. hoc tit. Panor. & Canon. in c. non iniuſtè. 14. ex eod.* k *de quib. in c. qui ad agendū. 6. eod. lib. 6.* l *l. Pomponius. §. fin. l. illud. §. ſi talis. de minor. c. per tuas. c. coràm. de reſtit. in integ. Dd. cōmuniter in l. unic. C. reſtit. per procurat. pet. poſſe.* m *c. 1. & 2. de deſponſ. impub. c. ueniens. qui cler. uel uouer.* n *l. non ſolum. §. fin. hoc tit.* o *l. iuſtiurādum. 17. §. fin. hoc tit.* p *c. contingit. de arbit. l. mandato. 60. hoc tit.* q *uide Speculator. tit. de procurat. §. ratione igitur ſui. nu. 4. cum mult. ſeqq.* r *l. ſi procurator. 10. C. eo. l. itaq. 48. h.t. c. cum olim. 32. de off. deleg.* s *l. ſi qua 22. ubi Bald. C. de epiſc. & cler. c. 1. de pecul. cler. c. 1. ex eod. c. poſt ceſſionem. de procur. cum ſimil.* t *iuxta l. ſi procuratorem. 65. hoc tit. & Spec. in d. §. ratione autem formæ. in prin.* u *l. ante. 16. cum ſeqq. hoc tit. c. noſtra. ex eod.* x *l. ſed & hæ. 35. §. defendere. l. filiusfamiliâs. 8. in princ. l. minor. 51. hoc tit. l. rectè. 63. de iudic.*

BIU Cujas

appellatur is, qui est rei procurator, aut actoris quatenus reus est, in reconuentionem: & plerunq; defensor dici solet, qui citra expressum mandatum ad defendendũ uenit. Defensores autem quidam Necessarij sunt, quidam Spontanei. Nam alij necessariò cogũtur defendere: alij sponte & ultrò, ad propugnandam amici causam accedunt [a]. Necessariò defendere cogũtur, qui alieno nomine agunt [b]. Vt enim principalis dominus agens, non haberet excusationem reconuentus, quin se defendere cogeretur [c]: ita nec procurator habet, qui loco domini est [d]. Quare non solùm is qui ex mandato agit, sed & coniuncta persona si agere uelit, etiam defendere debebit [e]. Quod tamen non obtinet in eo, qui Populari actione agit etiam alieno nomine: hoc est, eius cuius potissimùm interest. hic enim non tam alienum, quàm ius suum uidetur persequi [f]. Quare & idem dicendum est, si pater agat nomine filij, aut maritus pro uxore, Iniuriarum actione: uidẽtur enim suam potius iniuriam, quàm alienam prosequi [g]. Sed & qui ab actione desistit, defendere non cogitur [h]. pœna enim non defendentis, hæc sola est, ut denegetur illi actio [i]. Sunt & aliæ causæ propter quas defensio detrectari potest [k]: uidelicet illæ quæ à procuratione excusant, de quibus suprà est expositum. Sponte uerò quilibet ad defendẽdum admittitur, dummodo personam standi in iudicio legitimam habeat. Quanquam enim sine mandato, nemo procurator esse potest agentis, nisi coniuncta persona (ut suprà dictum est:) tamen in defensoribus aliud placuit, ut etiam extranei citra mandatũ admittantur, quia causa defensionis Priuilegiata est: cum publicè interfit, cunctos etiam ignorantes defendi [l]: ne uidelicet ignari damnum faciant, nemine eos defendente [m]. Nam iudicium in inuitum & absentem, ignorantemq; redditur [n], & bona nõ defensa possideri possunt [o]. Diximus autem, admitti qui legitimam personam standi in iudicio habent. Nam reliqui, qui ad agendum non sunt idonei, hi ne quidem ad defendendum seu excipiendum recipi debẽt [p]. Cæterùm inuitus qui defendere cogitur, is omnium actionum quæ intentantur nomine, se ad defensionem offerre debet [q]: non tamen alio loco quàm ubi agit. Iniquum enim esset, procuratorem ad aliam iurisdictionem trahi, quam ipse agendo non agnouisset [r]. Alia porrò est causa illius, qui ultrò ad defendendum accesit: nec enim aliam subire cogitur disputationem, quàm quæ ab illo uoluntariè fuit suscepta [s]. Defendere porrò defensor boni uiri arbitratu debet [t]. nec uidetur officio satisfacere, qui actorem fruſtrando, efficit ne lis ad exitum perducatur [u]. Debet autem defensor & satisdare [x], uidelicet Iudicatum solui [y]: non enim idoneè rem tuetur alienam, nisi qui eiusmodi satisdationem præstare paratus est [z]. Interdum etiam & Rem ratam habiturum dominum cauere debet: ut est is, qui sine mandato agit, nempe coniuncta persona: item & is, qui non agens, tamen citra mandatum se ad defensionem offert [a]. Nam qui cum mandato agit, eum uix crediderim compelli posse, ut cautionem de Rato præstet: cum mandatum habens ad agendum, tacitè præpositus intelligatur & ad defendendum [b]. Deniq; defensor & iudiciũ ex bona fide suscipere, & omnia quæ dominus in iudicio facturus erat, quæq; diligentem procuratorem facere par est, obire debet [c]. de quibus, quia suprà satis est dictum, nihil attinet, eadem hîc iterum commemorare.

[a] l. liberto. 31. §. litem. 20. de neg. gest. l. tutori. C. eo. tit.
[b] l. seruum. 33. §. pen. & fin. h. t.
[c] l. 2. §. sed etsi agant. ff. de iudic. l. cum Papinianus. 14. C. de senten. tot. tit. ext. de mut. peti.
[d] l. non solum. 29. §. 1. h. t.
[e] l. sed & hæ. 35. in prin. h. t. l. non solum. 29. §. si de dote. 3. h. t.
[f] l. mutus. 43. §. in popularib. hoc tit.
[g] d. l. non solum. §. si pater. 4. h. t.
[h] l. sed & hæ. 35. §. fi. h. t.
[i] l. mutus. 43. §. pœna. h. t.
[k] in d. l. mutus. 43. §. fi. cũ ll. seqq. & in l. seruum. 33. in fin. cum ll. seqq.
[l] d. l. seruum. 33. §. publicè. h. t. l. 1. in fin. ff. t. t.
[m] l. 1. §. fin. quod cuiusq. uniuers.
[n] l. inter. 83. §. 1. de uerb. oblig.
[o] d. l. 1. §. fin. quod cuiusq. uniuers. tot. tit. de bon. auth. iud. poss.
[p] l. 4. quam ad hoc notãt. Bart. Bald. & Salic. C. eod.
[q] l. omnium. 37. l. sed & hæ. 35. l. non solum. 39. hoc tit.
[r] d. l. sed & hæ. 35. §. 1. l. neq;. 54. h. t.
[s] l. qui proprio. 46. §. 1. hoc tit.
[t] l. pen. hoc tit.
[u] l. fin. h. t.
[x] d. l. sed & hæ. 35. §. defendere. h. t.
[y] ut rectè ibi. gl. & Dd.
[z] l. non uidetur. 53. l. qui proprio. 46. §. qui aliũ. 2. h. t.
[a] l. Pomponius. 40. §. 1. hoc tit.
[b] l. ad rem mobilem. l. seruum. 33. §. ait prætor. ubi Dd. h. t.
[c] d. l. sed & hæ. 35. §. defendere. & §. præterea. cum ll. seqq. h. t. l. liberto. 31. §. litem. de nego. gest.
[a] Ang. Faber. & alij in §. uniuersitatis. Inst. de rer. diuis.
[b] cons. 189. incip. primò quæritur. in prin.
[c] l. sicut. 7. §. fin. h. t.
[d] l. Neratius. 85. de uerb. sig.

Quod cuiusque Vniuersitatis nomine, uel contra eam agatur. Tit. IIII.

1 Continuatio.
2 Quid, & quotuplex sit uniuersitas: & de collegijs prohibitis.
3 Quinam sint syndici, ecdici, actores, &c.
4 Causa efficiens: qui syndicum constituere possint, & qui constitui possint.
5 Materia: quibus in causis syndicus constitui possit.
6 Forma: quomodo syndicus constituatur.
7 Finis & effectus: de officio & potestate syndici.
8 Contraria: & quibus modis finiatur syndicatus.

1 QVANDOQVIDEM † de Procuratoribus hactenus priuatorum exposuimus, tempestiuũ est nonnihil subijcere de Procuratoribus Vniuersitatum & Collegiorũ, quasi publicis: qui Syndici, Actores, & Ἔνδικοι nostris uocantur.

2 Vniuersitas † dicitur hominum, in ciuili societate uiuentium communitas, qualis est in oppidis & pagis [a]: cuius tria genera facit Bartolus [b]. Collegia autem dicta esse Varro scribit à simul Legendo, quia plures in unum corpus colleguntur. Nec enim unus constituit Collegium, quamuis retineat [c]: sed plures, & nõ pauciores quàm tres [d]. Collegium autẽ eodem modo distat ab Vniuersitate, quo pars à toto: nam non totius uniuersitatis, sed partis est, & aliquorũ qui instituendo collegiũ singulare, quia uidentur se à iure & corpore totius uniuersitatis segregare, ac quandam secessionem à communitate facere, quod multis suspicionibus & odijs, etiam sumptibus est obnoxium, & laxationem disciplinæ plerunq; propter frequentes, ut fit, collegarum comessationes, affert: ideo in iure collegia regulariter sunt prohibita [e], ut & priuata conuenticula [f]. exceptis ijs, quæ lex aut Princeps bono publico uel constituit, uel patitur & permittit: ut sunt collegia mercatorum, pistorum, & aliorũ opificum in singulis ciuitatibus: quorum opera communitas ciuium carere non potest. Hæc autẽ collegia probata, formam quandã habent paruæ uniuersitatis. Nam sicut uniuersitas, ita & collegiũ perpetuò durat, quo ad una persona supereſt, etiamsi aliæ subinde personæ aut intercidãt, aut recipiantur [g]: & habent cõmunia iura: ut priuilegia, statuta, itẽ pecuniam, arcas cõmunes, & syndicos atq; actores, perinde ac quælibet uniuersitas [h].

3 Porrò † syndici, ἔνδικοι & Actores, inter se aliquo modo differunt. Syndicus à lite seu causa appellatur: *Δίκη* enim Græcis id significat. Et syndici dicuntur plurali numero: quia nõ unus, sed plures, & cum minimùm duo ad id munus in magnis præsertim communitatibus assumi solent. Est igitur Syndicus propriè procurator uniuersitatis, qui communi mandato causas & lites uniuersitatis in iudicio persequitur & administrat [i]: ἔνδικος autem etsi pro syndico passim ponitur, tamen propriè ἔνδικοι illi dicuntur,

[a] tot. t. ff. de colleg. illicit. ubi uide.
[b] l. conuenticula. 15. C. de epis. & cler.
[c] l. proponebatur. 76. de iudic. l. sicut. 7. §. 2. h. t.
[d] ut in l. 1. h. t. in l. 2. de colleg. licit.
[e] ut liquet ex l. 1. & tot. hoc tit.

tur, qui causas reipublicæ tractant criminales, & exigunt mulctas ac pœnas uniuersitati debitas: quales nũc sunt, qui Procuratores Fisci uulgò nominantur. ἐκδικεῖν enim Græcis propriè uindictam & mulctam iudicio persequi significat [a]. Actor etsi distat à procuratore, ut suprà dictum est, quia est is qui uice procuratoris, ab eo qui procuratorem dare non potest (ut à tutore) substituitur [b]: tamen in hac materia procuratorum publicorum, sæpe actor pro syndico, & ediuersò ponitur [c]. Distinguit tamen Accursius Actorẽ à Syndico: quòd syndicus sit generalis procurator, datus ad omnes causas tractandas, tam præsentes quàm futuras: actor autem procurator specialis, qui ad unam tantum causam, impedito fortè syndico constituitur [d]. Itaq; ut in procuratoribus priuatorum, ita & in his communibus actorẽ propriè eum dici apparet, qui syndico substituitur ad unam uel plures causas: ut sicuti actor est uice procuratoris in priuatis, ita & sit uice syndici in communibus [e]. Distant autem ab his administratores, & curatores ac serui ciuitatum [f]. Administrator uniuersitatis propriè dicitur, qui præest eius pecuniæ, aliaq; negocia eò pertinentia, tractat [g]: Curator uerò, qui alia negocia ciuitatis extraiudicialia persequitur: Subcurator, qui curatori substituitur [h]. Seruus autem publicus dicitur, qui iudicijs inseruit: ut sunt scribæ publici: qui actuarij (ab actis) hodie dicuntur [i]. Cæteri hi liberi sunt: at seruus olim publicus, uerè seruus erat, nisi quòd factionem testamenti haberet [k].

Cõstituuntur † syndici aut à Lege siue Consuetudine: aut ab Vniuersitate, uel maiore eius parte: aut 4
ab Ordine, uel ab ijs quibus ordo commisit. A lege uel consuetudine: ut cum lex, consuetudo, statutum uniuersitatis, hanc potestatem concedit [l]: uelut si iubeat constitui maiorem natu, aut peritia potiorem, aut alium ex certo ordine certáue familia hominem, &c. [m]. Vniuersitas constituit syndicum, ubi lex uel consuetudo deficit: & quidẽ aut tota, aut maior eius pars, computatis etiam ijs qui ex uniuersitate domo absunt. Nec enim satis est, duas partes consentire præsentium: sed ut consentiant duæ partes, seu maior pars uniuersitatis est necesse [n]. Quanquam autem maiorem partem consentire sufficit, tamen omnes citandi sunt [o]. Nam quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet [p], aut certè omnes ad hoc citari oportet: cuius citationis effectus ille peculiaris est, ut si aliqui emaneant, nihilominus præsentes possint actum perficere [q]. Nec interest, qualisnam sit uniuersitas, siue nobilium, siue ciuium, siue etiam rusticorum, seu (ut inquit Bartol.) studiosorum, qui in uno collegio commorantur [r]. Illud tantum interest, ut in numerosa uniuersitate, qualis est ciuium, non opus sit nomina constituentium exprimi (id enim facilè fieri non potest:) nisi uno casu, cum uidelicet syndicus ad alienandum cõstituitur [s]. In paruis uerò uniuersitatibus, ut pagis atq; uillis rusticorum omnium nomina sint instrumento syndicatus consignanda [t]. Quod autem diximus omnes ex uniuersitate conuocari: de his accipiendum est, qui ius suffragiorum habent, non etiã de mulieribus: quæ cùm ab omnibus publicis muneribus remotæ sint [u], nec ius comitiorum conuentuumq; publicorum & suffragandi habeant [x], meritò uocari non debent [y]. Sed an minores uocandi sint? Et uidetur uocari nõ oportere, cum nec hi ipsi muneribus publicis rectè adhibeantur [z]: placet tamen Specul. tantum pupillos & impuberes prætermittendos esse, non etiam puberes: quia & hi sacramentum præstare uniuersitati, aut superiori possunt & debent [a]. Quod uerum est, nisi alia specialis consuetudo aliud introduxerit, quæ præcipuè attendenda est [b]. Quamobrem & fœminæ, ubi collegium moribus habere possunt, ut in monasterijs, & multis xenodochijs ac orphanotrophijs, & similibus pijs locis, hoc casu syndicum constituere nõ prohibentur [c]. Potest etiam ordo decurionum, syndicum constituere [d], hoc est, ordo Magistratuum in singulis oppidis [e]. Nam in his, quia haud facilè tota uniuersitas conuenire & consentire potest, ideo receptum est in plerisq;, ut communitatis nomine, Magistratus ius populi exerceat [f]. Nec modò decuriones eligere syndicum possunt, sed etiam hi, quibus ea res ab ordine est commissa [g]: ut plerunq; tribus aut quinq; committi solet [g]. Id enim ab ordine fieri dicitur, quod fit ab his, qui authoritatem ab ordine habent [h]. Illud tamẽ in genere sciendum est, syndicum, à quibuscunq; constituatur, publica authoritate, & nomine totius communitatis præficiendum esse [i]. Causa porrò constituendi προστασίας, est necessitas. Nam absq; cõstitutione syndici, communitas nec agere quicquam, nec cum ea agi quippiam rectè potest [k]. Syndicus autem eligi debet ex corpore & ordine decurionum, si quidem idoneus inde desumi potest [l]: cæteroqui ex ipsa uniuersitate allegendus est: quoniam is maiore studio & fide præsumitur, communitatis suæ causas acturus, quàm quiuis extraneus [m]. Quòd si ne in ipsa quidem uniuersitate, quisquam idoneus reperiatur: quod in oppidis rarius, in pagis nõ frequenter usuuenire solet: hîc necessitas rem eò perducit, ut etiam extraneus in syndicum eligatur [n]. Idonei autem esse putantur literati, & causarum rerumq; intelligentes ac periti [o]. nam imperiti, uelut inhabiles, quantumlibet electi, repelli possunt [p]. Potest etiam superior in uniuersitate deligi in syndicum: ut Consul, Duumuiri, Defensores, &c. [q] Potest & aliquis ex illorum sumi numero, quibus potestas eligendi data est [r]. Si tamen ũni hæc electio commissa esset, ipse se constituere & nominare non posset [s]: quia de eo non intelligitur esse actum [t]: nec quisquam sibi ius dicere potest [u]: & eo ipso suspectus est, quòd sese sponte ingerit [x]. Neq; solùm unus adoptari potest, sed etiam plures, ac plerunq; duo aut tres constitui solent: quia rectius plurium fidei quàm unius, Respub. com-

a Alciatus ad l. præses. 12. C. de transactio.
b l. neq;. 10. ubi Dd. C. de procur. l. 1. C. de acto. à tuto. dan. l. tutor. 6. C. quando ex facto tutoris. l. si actor. 10. C. de accusat.
c l. 1. in uerb. syndicum seu actorem. h. t. l. nec ciuitatis. 74. §. de proc.
d gl. in d. l. 1. ad uerb. syndicum. h. t. per l. 1. item. §. 1. et §. quid si actor. h. t.
e d. l. item. 6. §. fin. h. t.
f l. fin. h. t.
g tot. t. de adm. rer. ad ciuit. pert.
h l. ex facto. 30. de neg. gest.
i l. fin. ubi Dd. h. t. §. cum autem. 3. Inst. de adopt. iunct. l. non aliter. cum ll. seqq. ff. eo. de adopt. l. orphanotrophos. C. de episc. & cler. & C. de tabula. lib. 10.
k Vlpian. de testamen.
l l. 1. h. t.
m l. 3. h. t.
n l. 3. h. t. l. quòd si maior ad munic. l. 2. de decret. ab ordin. facien. l. nominationum. C. de decurio. lib. 10. Spec. de syndico. in prin. nu. 1. & 3.
o ut rectè uoluit Bar. in l. nulli. 3. nu. 8. h. t. per l. 2. C. de decur. lib. 10.
p l. fin. C. de author. præstan.
q Bart. in l. 1. nu. 3. de albo scriben. per Authent. si omnes. C. si se minor hæred. absti.
r in l. 1. in prin. nu. 3. h. tit. per l. fin. de colleg. illic.
s l. fin. C. de uendit. reb. ciuit. lib. 11. c. fi. de proc.
t ut est cõmunis distinctio Bart. in l. 1. in princ. de albo scriben. Spec. de syndico. circ. princ. per text. l. fin. C. de legat. lib. 10. idq; seruari testatur Chilan. in pract. c. 19. nu. 3.
u l. 2. de reg. iur.
x Gell. lib. 5. c. 16.
y Spec. d. t. de synd. nu. 3. & 4.
z l. exigendi. 12. ubi Dd. C. de procu. l. ad rempub. 8. de muner. & latius tradit Decius in d. l. 2. §. 1. de reg. iur.
a c. 1. §. præterea, de prohib. feud. alien. per Freder. ita Spec. d. t. de syndico. nu. 3. ubi id usu etiam seruari testatur.
b l. item. 6. in prin. h. t.
c l. placet. 17. C. de episc. & cler. Spec. præall. loco.
d l. 3. h. t. in prin. & §. si decuriones. Bal. in l. si ita. C. de seruo reip.
e Chil. d. c. 19. nu. 3.
f l. non ambigitur. 9. de ll. l. 2. §. cumq; difficulter. de orig. iur.
g Bar. & Alex. in d. l. 3. h. t.
h c. is cui, ubi gl. de præben. lib. 6. Bar. in l. 3. §. si decurion. in princ. h. t.
i gl. in l. item. 6. §. fi. ad uerb. de rato. h. t.
k l. sicut. 7. §. 1. h. t. Bart. in l. solent. nu. 18. de alim. & cibar. lega. per l. 4. §. creditorib. de fideicom. libert.
l l. planè. 4. h. t. ub gl. & Bar. per l. in Eccle. C. de epis. & cler. l. decernimus. 14. de epis. aud. l. ut gradatim. §. sed etsi. de munerib.
m c. 1. ext. de syndic. d. l. planè. 4. h. t.
n Spec. in d. t. de syndic. num. 20. per c. in pertractandis. 3. de iura. cal. d. l. in Eccles. C. de episc. & cler. l. 2. §. 2. de cura. furio.
o ut rectè Bald. & Imol. in d. c. in pertractandis. in princ. Chil. in prac. d. c. 19. num. 5.
p l. 1. §. fin. ubi gl. uerb. inhabilis. h. t.
q Bart. in l. nulli. 3. h. t.
r l. planè. 4. h. t.
s l. præses. 5. de off. præs. ut rectè uult Accurs. & Bart. in d. l. 4.
t l. qui cum tutorib. 9. de transact. l. inquisitio. C. de solut.
u l. qui iurisdictioni. ubi Dd. de iurisdictione.
x l. quæ omnia. 25. in prin. suprà de procurat.

BIU·Cujas

committuntur. Illud tamen uerum est, singulos in solidum creatos uideri, etiamsi id instrumento non exprimatur [a]. quod contrà in procuratoribus priuatis esse diximus. In summa, qui procuratores esse possunt, hi & syndici. Vnde & filiusfamiliâs sicuti procurator esse, sic etiam dari actor & syndicus potest [b]: tanto maiore ratione, quanto in his uelut publicis, minus attenditur patria potestas [c]. Econtrario, qui procuratores esse prohibentur, multo minus syndicatum exercere possunt. Nam absurdum fuerit, illis negocia publica credi, qui ne priuatis quidem commodè præesse queant: cum publica priuatis sint potiora [d]. Quare nec minor 25. annis [e], neque fœmina, nec milites, & similes quos suprà diximus, procuratoris officio arceri, syndicos creari par est: ut nec illi qui ualetudine aut alijs impedimentis distringuntur, quo minus negocijs rectè superfint. Interest enim Reipub. aut tales non creari, aut si creati sint, apparente impedimento mandatum statim reuocari [f]. Hoc tamen differunt, quòd procuratores inuiti non dentur [g]: syndicatus uerò, uelut publicum munus, etiam nolentibus imponatur [h]. Illud postremò sciendum est, etsi nemo causam uniuersitatis agere queat præter syndicum: tamen defendi uniuersitatem, à quolibet cautionem de Rato offerente posse: quia interest uniuersitatis, res eius non relinqui desertas, sed à quouis quolibet modo defendi. Nam defensionis ratio nunquam detrimento est, sæpius autem commodo [i]. Nec huic obstat quod dicitur [k]: Neminem uniuersitatis nomine experiri posse, nisi cui id lex aut uniuersitas permittat. nam hoc de agente intelligendum est, sicut uerbum Experiri in iure plerunque significat Agere, non defendere [l].

5 Etsi † uerò procurator à priuato dari non potest in causis criminalibus, ut suprà dictum est: tamen ab uniuersitate etiam in his (nam uniuersitas etiam criminaliter teneri & conueniri potest [m]) syndicus rectè constituitur, cum mandato tamen speciali [n]: quia sicut in ciuilibus causis, ita & in criminalibus uniuersitas, nisi per syndicum haudquaquam commodè conuenitur uel agit [o]. Ac potest syndicus in genere ad omnia negocia, omnesq; causas Reipub. [p] etiam futuras rectè dari [q], quamuis actor non nisi ad præsentes causas constituatur: quia (ut suprà dictum est) tantum ad iudicialia adhibetur. ubi igitur non est præsens iudicium, ibi nec actor esse potest [r]. Illis quoque causis rectè syndicus præficitur, quas uniuersitas cũ superiore, puta Principe, rectore, aut alio habet: nec hic propterea culpandus est, quòd uniuersitati operam præstat contra superiorem [s].

6 In † constituendo autem syndico potissimùm antiqua forma & usitata consuetudo attendenda est [t]. Vbi consuetudo deest, forma iuris seruanda est: nempe ut omnes qui constituere debent, conuocentur in locum aliquem publicum [u], uno eodemq; tempore [x], per sonitum campanæ, aut tubæ, aut aliud signum usitatum [y]. Nam omnes uno tempore præsentes esse, & in suffragium ire debent [z]. Nec potest hæc suffragatio diuidi, aut per ratihabitionem absentium suppleri [a]: ut nec reliqua solennia [b]: quamuis confirmatio superioris, ex interuallo subsequi possit [c]. Electo autem & constituto syndico, instrumentum ea super re conficiendũ est: ut tanto facilius syndicatus probari possit. Quo instrumento quatuor præcipuè comprehendenda esse, Speculator monet: uidelicet, Quis syndicum constituat, Ad quas causas & lites, Contra quos, item Quomodo & quare constitutus sit [d]. Est tamen & hoc instrumento consignandum, non modò legitimè lectum esse syndicum, sed maiorem quoq; partem uniuersitatis in electione adfuisse [e]. Qua in re credetur instrumento, donec contrarium fuerit probatum [f]. Atque ita obseruari, Speculator testatur. Neq; tamen nomina omnium constituentium exprimenda sunt, prout suprà ostensum est: nisi cùm ad alienationem faciendam syndicus cõstituitur: scilicet ut sciri hoc casu possit, quorum mandatu res uniuersitatis sit alienata [g]. Aliàs hanc inscriptionem Dd. non requirunt, uelut omnino necessariam, ut nec authoritatem superioris, quamuis Speculator & Bartol. dicant, tutius esse utrumq; adhiberi, si commodè fieri possit [h]. Illud etiá ultimò notandũ est, syndicum ad certum tẽpus, puta annum, constitui posse: & quamuis per litis contestationẽ factus fuerit causæ dominus, tamen eadem ipso tempore, hoc dominium unà cum ipso syndicatu extingui [i]: & ita datum, ultra tempus cogi diutius non posse [k]. Est & illud non prætermittendũ, syndicum regulariter ad satisdandum, cautionemq; præstandam nõ urgeri, siue agat siue defendat: nisi cum de syndicatu & mandato probabiliter dubitari potest [l]. Nam cum à tutore priuato nõ exigatur cautio, quod administrator uniuersalis sit publica authoritate datus [m]: certè non conuenit, neq; æquum est, syndicum uelut personam publicam aliqua satisdatione onerari: præsertim cum uniuersitas cuius causas agit, semper præsumatur esse soluendo [n].

7 Finis † autem quare constituatur, est necessitas & utilitas, cùm uniuersitatis, tum etiam eorum quibus lis & negocium cum uniuersitate intercedit. Nam suprà dictum est, uniuersitatem neq; conueniri, nec agere rectè posse, nisi per syndicum qui uniuersitatem repræsentet [o]. Deinde & illud uerum est, res communes plerunq; esse neglectui, quasi alienas, nisi certus his rebus administrator præficiatur [p]: qui & agat uniuersitatis nomine, & eandem aduersus cunctos etiam ciues defendat [q], ne bona communia ob rem non defensam possideantur [r]. Quod autẽ ad effectum attinet, syndicus parem potestatem consequitur quam procurator [s]. Quocirca dominus fit litis, ita ut ei rectè promittatur [t]: & omnia agit quæ uniuersitas agere potest: adeò ut etiam iuramentum deferre ac præstare nomine uniuersitatis nõ prohibeatur [u]. Nam syndicus intelligitur semper cum libera constitui potestate, etiamsi hoc non sit expressum.

a Castren. & Alex. in l. 1. §. 1. b. t. Bald. in cap. 1. §. primilegia. ad uerb. finito. de pace constantiæ.
b l. item. 6. in fin. b. tit.
c l. solent. ubi Bar. num. 1. b. t. l. quippe. 72. de iud. l. filiusfa. 9. ſ. de his qui sunt sui uel alie.
d Auth. res quæ. C. communia. de legat. & fideicommiss.
e l. exigendi. 12. C. de procur. Ias. in l. neq;. num. 2. C. eod.
f l. 1. §. fin. b. t.
g l. filiusfam. 8. §. inuitus. ſ. de procur.
h Spec. de synd. in prin.
i l. 1. in fin. b. t.
k in l. 2. b. t.
l l. 1. de in ius uoc. cum similibus.
m uide distinctionem Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. de pœn.
n uide Bart. in l. 2. §. fina. de accus. Salic. in l. 3. qui accus. non pos. Bald. in l. Polla. C. de his quibus ut indign. & in §. damna. tit. de pac. const.
o Spec. tit. de synd. num. 5. & tit. de accus. uers. fin.
p l. fin. b. t. Barto. in l. 1. de albo scrib. per c. fin. de procur.
q l. item. 6. §. sed si ita. b. t.
r d. l. item. 6. §. si ita. ubi præter alios Castr.
s Spec. in d. t. de synd. nu. 19. per c. cum eccl. de elect. c. cum olim. de causa possess. & propriet.
t l. item. 6. in prin. ubi gl. & Bal. b. t. Spec. de synd. num. 3.
u l. 2. C. de decur. lib. 10. l. pen. C. de legat. eo. lib. l. 2. C. de præd. decur. lib. 10. Spec. de synd. nu. 2.
x l. 2. C. de decur. lib. 10. Bar. in l. nulli. 3. nu. 8. b. tit. Spec. d. tit. de syndic. num. 9.
y Specu. d. t. de syndic. nu. 16.
z l. pen. C. de legat. lib. 10.
a l. fi. C. de prædijs decur. lib. 10. Specu. in d. tit. de synd. num. 2.

b l. obligari. 8. §. fin. de author. §. fin. Instit. eo. l. continuus. in princ. de uerb. oblig. c Specu. de syndic. num. 17. & 18. d Spec. in d. t. nu. 21. per l. si procurator. 61. suprà de procur. e Spec. d. l. num. 10. Bart. in l. 1. ubi & Andr. Siculus ad Bart. annotat. de albo scrib. f Specu. de synd. num. 16. ut & semper aliàs, l. optimam. C. de contrab. stipu. l. cum precib. C. de probatio. cum similib. g l. fin. C. de prædijs decur. lib. 10. Panorm. in cap. 1. de his qui à maior. parte cap. h Spec. in d. t. num. 9. & 11. per l. 1. de albo scriben. Auth. præsidis. C. de episc. aud. & l. hac consultissim. in prin. C. qui testam. facere poss. Bart. in d. l. 1. num. 2. & 3. de alb. scriben. & nouissimè Chilian. in pract. c. 19. num. 2. & 3. i Spec. in d. tit. num. 8. per l. 2. & 3. suprà de procurat. k Ias. in l. neque. C. de procurat. & Dd. in d. l. 3. suprà de procurat. l gloss. in l. item. 6. §. fin. ad uerb. de rato. per illum text. hoc tit. in l. actor. num. 1. & 11. rem ratam haberi. m l. tutores. C. de admin. tutor. n fac. l. 1. ut legat. nom. o Specu. dict. tit. de syndic. numero 5. p l. secunda. Cod. quando & quib. quarta pars. lib. 10. q l. sicut. 7. §. fina. l. pen. hoc titu. r l. 1. in fin. hoc titu. s d. l. item. 6. §. fina. t d. §. fina. u gloss. in dict. l. item. 6. §. fina. ad uerb. de rato.

BIU Cujas

sum [a]. Tutius tamen uidetur, speciale mandatum dari [b], in his quæ illud requirunt, iuxta formam alibi traditam [c]. Etsi uerò syndicus, ut dixi, loco domini est: tamen sicut utilitas causæ, sic eádem ratione damnum omne in uniuersitatem deriuatur [d]. Illud ultimò addendũ est, syndicum eadem officia sustinere & exequi, quæ suprà procuratori priuatorũ incumbere diximus: & illud præterea operam dare oportere, ut non rem priuatam aut singulorum, sed tantummodo communem sibi commissam accuret [e].

Postremò † quod ad contraria & exceptiones attinet, sciendum est easdem syndico opponi, quæ suprà procuratoribus obstare diximus. Vt si objiciatur uitium effectricis causæ: puta duas partes in constituendo non adfuisse [f]: si ineptus & inhabilis dicatur qui constitutus est [g]: aut si ostẽdatur uitium esse in forma syndicatus: puta quòd non debito loco, aut tempore aut solenni ordine syndicus sit constitutus. qua tamen in parte illud notandum est, non uitiari syndicatum, si error tantum sit in uerbis, non in re ipsa: puta si pro syndico nominatus sit actor, uel procurator, aut econtrariò. Vt enim libellum suprà sustineri diximus translatis uerbis, ita & instrumentum syndicatus, eâdem interpretatione adiuuandum est [h]. Nam uerba instrumentorum potius improprianda sunt, quàm ut actus rectè gestus annihiletur [i]. Illud etiam animaduertendum, exceptionem syndico eodem modo opponendam esse, quo procuratori priuato: uidelicet in modum dilatoriæ, ante contestationem litis. Nam post eam contestatam, non potest dilatoria illi opponi, quia dominus litis factus est [k]. Finitur autem syndicatus ijsdem propè modis, quibus mandatum procuratorium. nam uniuersitas iure priuatorum utitur [l]: puta morte syndici, non etiam constituentium: quia communitas, cuius nomine fit constitutio, semper uiuere & perdurare intelligitur [m]. item reuocatione [n]. An autem solus præfectus uniuersitatis, syndicum sine consensu totius uniuersitatis reuocare possit, distinctione solet explicari [o]: ut si potestas exercendæ actionis ad solum præfectum pertineat, non ad totam uniuersitatem (id quod est perrarum:) eo duntaxat casu, & non alio, ius reuocandi syndicum præfecto concedatur: aliàs uerò sicut in constitutione, ita & in reuocatione syndici, totius uniuersitatis uel maioris partis suffragatione sit opus [p]. Et hæc quidem de syndicis dicta sufficiant. nam cum eorum officium & potestas ferè cum procuratorum munere in omnibus conueniat: reliqua quæ huc pertinent, ex superiore titulo desumi possunt.

[a] Ias. in l. præses. 12. nu. 7. C. de transact. qui licet distinguat, tamen Alex. dicit id esse uerius, cons. 22. nu. 11. uol. 1.
[b] uide Bal. in l. Polla. C. de his quib. ut indig. & in §. damna. de pace constan.
[c] c. qui ad agendum. 4. in princ. de procur. in 6. ut uoluit Alex. in l. 1. in fin. b. t. 10. And. in c. præsentium. 4. de testib. lib. 6.
[d] l. fin. ubi Dd. hoc tit.
[e] l. 2 hoc tit.
[f] Spec. d. t. de synd. nu. 11. per c. inter monasteriũ. de sent. & re iud.
[g] l. 1. § fin. hoc tit.
[h] ut rectè Spec. in d. t. nu. 11. & Bart. in l. 1. §. quibus. nu. 3. h. t. et in Auth. sed hodie. nu. 3. C. de epi scop. & cler. per c. petit. de procur.
[i] l. si oleum. ubi Barto. & Dd. C. de loca. l. si uno. in prin. ff. eo.
[k] ita Spec. d. t. nu. 11. et 12. per l. ita demum. 13. C. de procur. & d. c. inter monaste. de sent. & re iud.
[l] l. eum qui. 16. de uerbor. sign. Spec. de synd. nu. 2. per l. fin. hoc tit.
[m] l. sicut. 7. §. fin. hoc tit. l. an ususfructus. 63. de usufruc. l. proponebatur. 78. de iud.
[n] l. item. 6. in fin. h. tit.
[o] Bart. in l. item. §. quòd si actor. h. t. & plenius in l. actor. nu. 9. ff. rem ratam haberi.
[p] Bart. præall. loc. per l. si per epistolam. 50. de acquir. hære. c. præsentiũ. 2. de testib. lib. 6. l. si quis mancipijs. 16. §. si pupillus. de instit. actio.

De negotijs gestis. Tit. V.

1 Ex qua æquitate detur negotiorum gestorum actio.
2 Edictum de negotijs gestis.
3 Quis cuius negocia gerere possit.
4 Quot modis ad aliquem dicatur negocium pertinere.
5 Quibus competat hæc actio.
6 Hæreditatis res etiam rectè geri.
7 Has actiones esse transitorias.
8 Aduersus necessarium gestorem non dari directam.
9 De directa & utili neg. gest. actione.
10 Quid ueniat in directam actionem.
11 Quid in contrariam.

ET hæc † quidem ita se habent in ijs qui mandato domini res procurant alienas: sed quia sæpenumerò fit, ut eorum qui propter subitam festinationem nulli demandata rerum suarum cura peregrè profecti sunt, negocia præsentes amici ultrò suscipiant: ne aut neglecta pereant, aut absentis non defensi bona possideantur: placuit utilitatis gratia, mutuam ex eo gestu quasi ex contractu obligationem nasci: eoque nomine actiones constituere quæ appellantur Negociorum gestorum: quibus ultrò citroq; agi possit, de eo quod alterum alteri præstare oporteret. Idq; receptum est, quia plerunq; homines eo animo peregrè proficiscũtur, quasi statim redituri, nec ob id ulli curam suarum rationum mandant: deinde nouis causis interuenientibus, dum ex necessitate diutius absunt, huiusmodi eorum negocia deperire iniquum esset: quæ sanè deperirent, si uel is qui obtulisset se negocijs gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo quod utiliter de suo impendisset: uel is cuius negocia gesta essent aduersus eũ qui gessisset, nullo iure agere posset [a]. De † his ergo ita cauit edixitq; prætor: SI QVIS NEGOCIA ALTERIVS, SIVE QVIS NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM IS MORERETVR FVERINT, GESSERIT: IVDICIVM EO NOMINE DABO [b]. Hæc † uerba, SI QVIS, accipienda sic sunt, SIVE QVAE, ut plerunq; [c]. nam & mulieres actione Negociorũ gestorum agere, & conueniri non dubitatur [d]: quamuis à procuratione iudiciali arceantur [e]. Pupillus si negocia gesit, post rescriptum D. Pij conueniri potest in id, quo factus est locupletior: agendo autem, compensationem eius quod gessit, patitur [f]: ex re enim actio est, unde & pupillus prodigusq; obligantur [g]. NEGOCIA.) Negocium ab Ocio, addita negatiua, & contraria particula Ne, ductum ac compositum uidetur: & propriè significat in iure, id quod inter duos actum est [h]. ALTERIVS.) Et hoc ad utrumq; sexum refer. ABSENTIS.) uidelicet & ignorantis. Nam si sciat, aut præsens sit, patiaturq; suum negocium geri, mandasse uidetur [i]: eoque tum Mandati nascitur utrinq; actio, quæ huic antecedit. Alterius † autem negocia multis modis dicuntur [k]: uel quia uerè res cuiusquam est [l], ut cùm à debitoribus meis exigis, aut creditoribus soluis [m]: uel quia contemplatione mei gestum est [n]: uel quod ratum habui [o]. quæ duo postrema obtinent, cùm uerè aut in consequentiam negocium pertinet ad eum, cuius respectu gestum est, aut qui ratum habuit [p]. Nam si, cùm me hæredem putares, insulam fulcieris, Titius uerè sit hæres, cui ipso gestu negocium quæritur: nullo modo ad me res pertinebit, etiamsi habuerim ratam [q]. Vnde † satis apparet, hanc actionem ijs competere, quorum negocium esse gestum interfuit [r], siue principaliter, siue in consequentiam: ut cùm nomine tutoris, curatoris, procuratoris, res pupillares minorisue administrantur, ne illi negligentiæ nomine iudicijs Tutelæ & Mandati conuenire possint [s]. His † uerbis, SIVE QVIS NEGOCIA, QVAE CVIVS CVM

[a] l. ex maleficio. 4. §. si quis absentis. 1. de actio. Instit. de oblig. quæ ex qua. cont. in prin. l. 1. & 2. b. tit. uide Paul. lib. 1. tit. 4.
[b] l. 3. in prin.
[c] l. 1. de uerb. sig.
[d] l. 3.
[e] l. alienam. 18. C. de procur. l. 1. §. secundo. suprà de postul.
[f] l. 3. in prin.
[g] l. furiosus. 45. de actio.
[h] l. si in area. 33. de cond. indeb. [i] l. si remunerandi. 6. §. qui passus. l. qui patitur. 18. §. mand. [k] uide glo. in l. si pupilli. §. item quæritur. ad uerb. ipso gestu. ubi Bart. num. 4. h. t. & in l. si pecuniã. 9. C. eo. tit. Cyn. in l. si mandatum. 14. in prin. C. eo. [l] l. item si. 5. [m] l. quæ utiliter. 45. §. Titius. 2. l. cũ pecuniam. 43. [n] l. si pupilli. 6. §. sed si ego. 5. [o] d. l. 6. §. itẽ quæritur. 8. [p] d. l. 6. §. 5. cũ seq. [q] d. l. 5. et 6. [r] l. mãdasti. 46. [s] d. l. 6, d. l. mãdasti.

CVM IS MORERETVR, FVERINT: significatur tempus illud, quo quis post mortem alicuius negocia gesit. De quo fuit necessarium edicere: quia neque testatoris iam defuncti, neque hæredis qui nondum adijt hæreditatem, res gesta uidetur [a]. Sed quia detrimentosum erat, inchoata negocia morientium deseri, quod ne facere quidem debet gestor [b]: ideo qui hæreditaria curat, uidetur sibi quodammodo hæreditatem quæ defunctum repræsentat [c], seque ei obligare. Nec refert, an etiam pupillus
7 hæres existat: nam id æs alienum cum cæteris hæreditarijs oneribus ad eum transit [d]. Neq; † id mirum uideri debet, cùm & in hæredes, & contra hæredes transeat hæc actio [e]. GESSERIT.) Gerere significat omnem rem sine uerbis, hoc est, absque promissione atq; conuentione factam [f]: etiamsi nonnunquam gerere & facere æquiuocè sumantur [g]. Quare, qui citra conuentionem mandati, alterius negocia
8 sponte administrat, gerere propriè dicitur [h]. Dico † autem, Sponte & nulla necessitate cogente. Nam qui coactus gerit, ut tutor posthumi [i]: hæredes tutoris curatorisue, qui inchoata perficere coguntur [k]: uel necessitatis suspicione: ut qui falsò existimat se mandatum curámue suscepisse [l], uel iustam seruitutem mandanti seruire [m]: cùm alienum negocium gerere non uideatur, qui suum gerit, sibique consule-
9 re uult, ex uerbis huius edicti, directò non tenetur. Sed † quia hoc casu aliæ possunt deficere actiones, Vtile, ex interpretatione prudentum, Negociorum gestorum iudicium etiam tunc datur [n]: quod quidem effectu idem hîc est cum actione directa [o]. nam & hæc extraordinaria erat, & sine solenni actionũ
10 ciuilium forma Prætoris ex edicto concipiebatur [p]. Vnde † intelligi potest, hanc actionem Prætoriam esse [q]. IVDICIVM DABO.) Ita quidem, ut Directam actionem ei tribuat, cuius negocium gestum est, & ad quem præcipuè tota gestio pertinet: qua actione postulatur, ut actus sui rationem gestor reddat [r], & eo nomine condemnetur, in id quod uel non gesit, uel non ut oportuit gesit: puta dolo [s], aut culpa quamuis leui [t]. nam de casu & inopinato euentu non tenetur, sed sufficit utiliter inchoasse [u], nisi in culpa hæreat [x]. Sed & id in actionem hanc uenit, ut gestor restituat, quicquid ex gestu quocunq; mo
11 do est acquisitum [y], unà cum usuris [z], & fructibus [a]. Contrariam † uerò actionem dat Prætor gestori: quamuis compensationis etiam beneficio conuentus uti possit [b]: qua quidem actione consequetur, quicquid impendit uel amisit, ratione gestionis: item ut liberetur ab obligatione: ut indemnitas rerum administratarum, & quicquid abest, uel eo nomine abfuturũ est, præstetur [c]. Iniquum enim esset, suum ipsi officium damnosum existere [d]. quod de ijs accipiendum est, quæ sine culpa [e] utiliter accurantur, quamuis euentus non respondeat: quam utilitatem non ex opinione gerentis, sed communi quodam hominum iudicio, iuxta rerum, temporum & personarum qualitatem expendere, & ex bona fide metiri conuenit [f]. Est etenim hæc bonæ fidei actio [g].

a l.3.§.hæc uerb.
b l.nam & Seruius.21.
c l.si is qui.15.de usucap.l. mortuo.23.de fideiuss.
d d.l.nam & Seruius §.1.
e l.3.§.hæc autem acti. .l. successori.12. cum seq.l. sit autem.20.
f l.Labeo.19.in fi.de uer. sign.l.pro hærede gerit. de acq.hær.
g l.licet.58.de uerb.sig.
h l.1.2.l.si ego.24. h.tit.l. ita.5.§.gessisse. de admin ist.tut.
i l.cum pater.29.
k l.1.C.de hær.tut.l.fur. 6.§.1.de his qui not.infam.
l l.curatoris.17.C.eod.
m l.at qui natura.19.§.si lib.2.
n d.l.curatoris.l.quicquid.C.arb.tut.d.l.3.l. 5.l.si liber.38. d.l.cum pater.
o l.antepen.
p Theoph.Instit.de succ. sub.
q d.l.3.in prin.ubi glo. ad uerb.ait prætor. h.tit.l. aduersus.8. ubi gloss.ad uerb.ciuiliter,C.eo.
r l.2.
s l.6.§.sed si quis.
t d.l.6.§.uideamus.cũ ll. seqq.l.tutor.20,C.eod.
u l.sed an ultrò.10.§.1.
x l.si absentis.11.
y l.si autem.8.§.2.
z d.l.at qui natura.§.fin. l.liberto.31.§.qui alienas.l.l.tis.37.§.1.
a d.l.8.§.1.
b l.3.§.pupillus.l si autẽ. 8.§.si quocunq;.12.
c d.l.2.in fin.l. & qui.19. §.penult.cum ll.seq. l.si quis.23.d.l.liberto,32.§. liberto.4.l.quæ utiliter. 45.
d d.l.quæ utiliter.§.fi.l.7. quomodo testam.aper.
e l.siue.22.
f l.sed an ultrò.11.§.1.h.t.
g l.7.

De calumniatoribus. Tit. VI.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Edictum de calumniatoribus, & eius interpretatio, cum sequent.*
3 *Quis dicatur calumniari, & quis hoc edicto teneatur.*
4 *Cui aduersus quem, & ad quid detur hæc actio.*
5 *Aliæ pœnæ & actiones, quæ in calumniatores competunt.*

1 POSTEAQVAM † expositũ est, qui suo uel alieno nomine postulare atq; agere possint: sequitur, ut quæ pœnæ calumniatores maneãt, ostẽdamus: uti harũ metu, malitiosi homines à falsis postu-
2 lationibus fabricádisq; iniurijs deterreantur. De † his ita Prætor est elocutus: IN EVM QVI VT CALVMNIAE CAVSA NEGOCIVM FACERET, VEL NON FACERET, PECVNIAM ACCEPISSE DICETVR, INTRA ANNVM, IN QVADRVPLVM EIVS PECVNIAE, QVAM ACCEPISSE DICETVR, POST ANNVM SIMPLI
3 IN FACTVM ACTIONEM DABO [a]. Calumniari, † in Criminalibus, est falsa crimina intentare [b]: in Ciuilibus, per mendacium & calumniam agere uel excipere, ad negocium alicui malitiosè faciendum [c]. Sed hac in materia propriè Calumniator perhibetur, qui pecuniam, ut alicui negocium faceret uel non faceret, accepit [d]. Ergo, QVI CALVMNIAE CAVSA NEGOCIVM FACERET.) agendo uidelicet. AVT NON FACERET.) puta, quia maluit reus aliquo dato se à calumnijs redimere, potius quàm malitiosa lite diuexari [e]: uel quoniam ab alio, eius rei gratia pecunia data est [f]: nam quocunq; modo quis depectus est, hoc est, non transigendo, sed sordidis concussionibus pecuniam accepit, ut calumniosa lite abstineret, hoc edicto comprehenditur [g]. PECVNIAM.) aut aliud pro pecunia qualecunq; compendium [h]. ACCEPISSE DICETVR.) siue ante, siue post cœptum
4 iudicium [i]: nec † interest, utrum post pactionem faciat alicui negocium, an desistat [k]. INTRA ANNVM.) sicuti Prætoriæ & Pœnales dari solent [l]. IN QVADRVPLVM.) exemplo actionis Vi bonorum raptorum [m], cui rei persecutio inest [n]: nam species quædá manifesti furti & rapinæ est, per fraudem & calumniam innocentes expilare. POST ANNVM IN SIMPLVM.) quia rei persecutoria. ACTIONEM DABO.) non modò ei qui dedit, sed etiam illi, cuius nomine datum est [o]: aduersus eum, qui calumniæ faciendæ aut non faciendæ causa accepit. Hæredi hæc actio non datur, quoniam Pœnalis est: eiq; sufficere debet, quòd eam pecuniam, quã defunctus dedit, per Condictionẽ ob turpẽ causam repetere possit [p]: neq; In hæredẽ competit: quia Pœnalis, nisi in id quod ad eũ peruenit. Constitutũ enim est: Turpia lucra etiã ab hæredib. extorqueri posse, licet crimina morte extinguãtur [q].
5 Præter † hanc actionẽ etiam aliæ ex legibus aduersus calumniatorem competunt. Nã cum ista concurrit Condictio ob turpem causam: si modò sola accipientis, non etiam dantis turpitudo uersetur. Nã si & dantis, melior erit conditio possidentis, neq; agi condictione poterit [r]: si tamen condictum fuerit, tollitur hæc actio, & cõtrà. nam cum utriq; insit rei persecutio, bona fides non patitur bis idem exigi [s].

h l.3.§.2.
i l.1.§.1.
k d.l.3.§.1.
l §.1.Instit.de perpet.& temp.act.l.in honorarijs.33. de actio.l. iusiurandũ. 34.§.qui iusiurandum.cum seq.in uerb.de calumnia.de iureiur.
m l.5.h.t.§.quadruplo.Instit.de actio.
n in prin.Instit.de ui bo.rapt.
o d.l.si quis.
p l.4.
q l.5.
r uide ĩ.ob turp.caus.
s l.5.§.1.hot tit.l.bona fides.57.de reg.iur.

a l.1.in princ.
b l.1.in prin.ad S.C.Turpill.
c t.tit.C.de iura.prop.calumn.dan. Paul.lib.1. Sent.cap.5.
d Paul.d.c.5.
e l.pen.
f l.si quis.7.
g l.1.§.pen.l.2.l.3.

BIU Cujas

Deinde & condictio competit ex constitutione Constantini, quæ iudici, uel aduersario pecuniam extra causam transactionis dari prohibet, & ex eo litem perire iusit [a]. Super hæc ciuilia iudicia, etiam criminaliter ad uindictam publicam calumniatores rectè postulantur. Nam tenentur pœna Talionis, etiamsi inscriptiones hodie non usurpentur [b]: item lege Iulia repetundarum [c], & iudicio Concussionis [d]: nonnunquam etiam lege Iulia de Vi priuata, ex S.C. Volusiano [e], & l. Cornelia, de Falsis [f]: ac si capitalem fraudem cuiquam machinati sint, de Sicarijs [g]: postremò, S.C. Turpilliano [h], atq; ita uariè pro modo & uarietate delicti plectuntur [i]. In quo illud ferè seruari uidere licet: ut quod periculum calumniator dolosè reo creabat, id quasi per talionem in ipsius caput reuertatur [k]. Olim calumniatus publico in iudicio, l. Remmia tenebatur: ex qua frons damnato inuri litera consueuit: cui integræ frontis testis opponitur [l]: sed ea pœna constitutionibus sublata est [m]. Calumniæ uerò in priuatis aut extraordinarijs iudicijs damnatum, extra ordinem fuisse coercitum, Paulus ostendit [n]. quod nunc tralatitium est: postquam ueteribus accusationum solennibus antiquatis, extra ordinem de criminibus cognosci per constitutiones cœpit [o].

a l.1.§.2.h.tt.l.1.C.de pœ. iud.qui malè iud.
b l.fin.ubi gl.& t.t. C.de calum.
c l.1.§.1.h.tt.l.lex Iulia. §. ult.ad l.Iul.repet.
d l.1.& 2.de concuß.
e l.ex S.C.ad l.Iul.de ui priu.
f l.1.§.1.ad l.Cor.de fal.l. 2.de concuß.
g l.1.in prin.ad l.Corn. de sicar.
h l.1.& t.t.ad S.C.Turp.
i l.ult.C.de calum.l.1.§. calumniatoribus.ad S. C.Turp.
k l.fi.& t.t.C. de calum. De pœna calumniatorũ, uide etiam Deut. 19.& 22.
l l.quæsitum.de testib.
m l.si quis.17.C.de pœn.
n lib.1.tit.5.fac.l.1. §.1.ad S.C.Turp. l.l.quæsitũ.
o l.ordo.de pub.iud.l.lex. §.ult.ad l.Iul.repet.

DIGEST. LIB. IIII. DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS. TIT. I.

1 Ex quibus causis quis restituatur.
2 Restitui etiam hæredes.
3 Quomodo quis in integrum restituatur.
4 Continuatio sequentium titulorum.
5 Methodica explicatio tituli.

SOLET † etiam interdum, qui in iudicium uocatur, petere olim quidem à Prætore [a], Iure autem nouissimo, à quolibet magistratu ordinario [b], In integrum restitutionem: quòd uel metu compulsum, uel dolo aduersarij, aut ætatis lapsu circumscriptum, uel absentia, uel status mutatione, uel iusto errore, aut alia de causa, quæ excusationẽ mereatur, in captionem incidisse se dicat. Quæ quidem causa, si adhibita cognitione iusta esse uidebitur [c], & res maioris sit momenti (nam propter minimam summam audiendus non est, qui contra ius ciuile petat In integrum restitui, ut maiori rei uel summæ præiudicetur [d]) æquum est Prætorem ita læsis subuenire [e], quamuis ex conuentione, aut alio iuris uinculo teneantur: nec modò ipsis, uerume tiam eorum hæredibus [f], qui † personam defuncti repræsentant [g]. 1

Restitui † autem In integrum dicũtur, quoniam Prætor eos in integrum pristinum q; statum & conditionem, qua fuerant ante captionem, reponit [h], perinde atq; si nullum negocium gestum esset: ut meritò dixerit Paulus [i], neminem uideri re excluſum, quem Prætor in integrũ restituturum se pollicetur. Etsi † autem generale est, nec ad unam alligatum causam restitutionis In integrum beneficium: & quoties æquitas poscit, toties impetrari solet [k]: tamen certæ quædam, eæque frequentiores restitutionum causæ, edicto sunt comprehensæ: in quibus, quia non uno ubiq; modo Prætor restituit, sed pro uarietate subiectæ rei uariè: ideo de singulis sigillatim & distinctè in proximè sequentibus titulis agitur. 2 3 4

Sed † antequam eò descendamus, pauca in genere ad hunc generalem titulum de restitutionibus sunt annotanda. Restituere est aliquid reddere [l], seu in pristinum statum reponere [m]. Paulus lib. 1. Sentent. cap. 7. In integrum restitutio, est redintegrandæ rei uel causæ actio. Res redintegratur, hoc est, reponitur in integrum, quæ data aut facta est: causa, quando res integra est, puta quando nihil datum aut factum: sed causa, hoc est, obligatio subest, quæ per In integrum restitutionem uenit annihilanda [n]. nec enim modò res perfecta, sed imperfecta & inchoata redintegratur [o]. Sed hæc definitio tam Ordinarijs (quarum hîc nulla tractatio instituta est) restitutionibus [p], quàm Extraordinarijs, de quibus hac in parte duntaxat agitur, potest accommodari. Quare ut definitio subiectæ materiæ congruens, per quam res intelligi possit, habeatur: nos hac qualicunq; descriptione utamur licet. Restitutio, est remedium extraordinarium, quo Prætor deceptos aut læsos, in eam causam, in qua ante deceptionem aut læsionem erant, ex iusta causa reponit ac reducit. Species læsionum plures sunt [q]. Causa efficiens Prætor [r]: προκαταρκτικὴ, petitio & imploratio officij iudicis [s]. Impulsiua, æquitas causæ: unde apparet per iniuriam alterius alteri damnum esse datum [t]. Materia, sunt res maioris momenti, non friuolæ & leuidenses [u]. Nam Rescissorię actiones (ut sunt restitutionum) quia contra ius ciuile dantur [x], non temerè, nec ob res leuiculas dandæ sunt [y]. Forma, ut ea petitio intra legitima tempora proponatur [z], implorato officio iudicis, uel intentata etiam actione [a]: atque ita causa legitimè, hoc est, plenè cognita & probata [b], citatisque partibus [c], restitutio fiat. Finis & effectus, ut lapsis ætate, uel errore, uel alia iusta causa, subueniatur, perinde atq; si lapsi non essent: ut ex sequentibus titulis intelligi potest: in quibus sex restitutionum species, prout initiò dictum est, ordine subiunguntur. 5

a t.h.t.l.1.& 2. C.ubi & apud quem.
b l.fi.C.ubi & apud quẽ. ubi glo.& Dd.Card.in cle. §.de in integ. restit. Barto.in l. in causæ.2.§. nunc uidendum. de minor. Salic.in l.placet. C. de pedа.iud.
c l.3.
d l.4.
e l.1.& 2.
f l.6.
g Nou.de iureiur.à mor. præst.
h gl.in c.3.circa fi.ex.eo.
i l.5.
k l.diuus.7.
l l.restituere.85.de uerb. sig. l. præterea.20. l.qui restituere.68.de rei uen.
m l.restituere. 75.de uerb. sign.l.2.§.27. ne quid in loc.pub.gl.in d.c.3.
n Isid.lib.5.Etym.
o l.metum.9.§.sed quod. ſ.tit.1.
p de quib.in l.3.C.ex quibus cau.ma.l.2.C de rescind. uend.l.1. uerb.restitutoria.de interd. t.t. exẽ.de restit.spol.
q l.2.& 3.h.t.uide tit.seq.
r l.1.& tot.tit.
s l.quòd si minor.25. §.fi. de minor.
t l.1.& 2.hoc tit.
u l.4.& l.pen.h.t.
x l.in honorarijs.33.de act.
y l.10.& 11. de dol.mal. cent.1.

Quod metus causa gestum erit. Tit. II.

1 Edictum de metu & ui.
2 Differentia inter uim & metum.
3 Propter quem metum uel uiolentiam restitutio fiat.
4 Edictum in rem scriptum, cui & aduersus quos detur.
5 Quomodo prætor restituat, & quid in hanc actionem ueniat.
6 Actionem esse arbitrariam.
7 Cui & aduersus quem non detur.
8 De annali & perpetua actione.
9 Affinia remedia, quæ uim passis dantur.

HOc in titulo de ea specie tractatur, cum quis restitui in integrum petit, quia Vi Metúue coactus sit aliquid facere. Cùm enim etiam qui ui metúue cogitur, consentiat [a], quia eligit ex duobus malis

z l.non solùm.6.h.t.l.fin.C.de temp.in integ.restit.
a Iaſ.in l.1.nu.8.de iurisd.
b uide Mynsing. Obſ.48.& 49.& 52.
c l.3.& fi.h.t.uide copiosè Spec.tit.de rest.in integ.
a l.si mulier.20.§.pen.h.t.uide Paul.lib.1.tit.7.

BIU Cujas

malis quod minimum est, & mauult contrahere quàm interfici [a], uel aliud grauius malum pati: ideo contractus metu factus, iure ciuili quasi consensu initus ualet: nec de eo quicquam antiquis legibus cautum erat: ut extraordinario Prætoris auxilio fuerit opus: quod in rebus ciuilibus & politicis usum etiamnum suum habet. In spiritualibus porrò ea subtilitas hodie non attenditur, sed simpliciter ui me-
1 túue gesta pro nullis habentur [b]. Edicti uerba sunt: QVOD † METVS CAVSA GESTVM
2 ERIT, RATVM NON HABEBO. Olim ita dicebatur: QVOD VI † METVS VE CAVSA. Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest [c]. ut cùm ineuitabili uiolentia chirographum, pecunia, &c. alicui eripitur. Huius autem fiebat in Edicto mentio, propter necessitatem impositam, uoluntati contrariam: quæ multum differt ab his, quæ metu coacta uoluntate geruntur. Cùm enim uiolentia quid extorquetur, principium actionis aliunde & extrinsecus uenit: nec magis dici id potest uoluntate patientis fieri, quàm uolente fit nauta, quoties tempestate ad scopulum nauis alliditur. At ubi impendentis uiolentiæ periculiue metu quid fit, puta datur, traditur, conceditur: tum intus in patiente existit actionis origo: quæ à iudicio nequaquá impedito, & uoluntate minus malum eligente proficiscitur [d]. Quo casu uerum est quod dicitur: Voluntatem coactam esse uoluntatem [e], & rigore iuris obligare [f]. Quanquam autem hæc subtiliter distinguunt philosophi, & re ipsa differunt, tamen Prætor uerbo quidem hæc in Edicto seiungebat, re simul cóplectebatur. Putauit enim, quodcunq; ui atroci committeretur, id metu quoq; fieri, uoluntate utiq; præsenti uiolentiæ cedente: & eodem modo subuenit, siue quis uim passus sit necessariam & ineuitabilem, quæ corpori & locomotiuæ uim affert: siue uim coactionis, quæ animum duntaxat inuadit, mentemque superat: maximè cum utrobique metus sit, & populariter cum populo, cui ius redditur, sit agendum: cuius maxima pars inter uim & coactionem uoluntatis seu metum, non satis peritè distinguere nouit. Et sanè qui uim infert, metum etiam facit. Duplex enim metus est: alter quem Fecimus, alter quem Patimur, authore Quintil. lib. 6. cap. 3. Itaq; Iurisconsult. qui studeant breuitati [g], & (quantum arbitror) Iulianus, Edicti compositor, detraxit Vis mentionem, ut non necessariam, quasi & VIM clausula METVS contineat [h].

3 Vim † autem accipimus, quæ aduersus bonos mores fit, non eam, quam magistratus iure licito infert [i]. Metum uerò præsentem [k], & qui in hominem constantissimum à formidine obiectorum cadat [l]: ut mortis, uinculorum [m], stupri [n], carcerum [o]: uidelicet illicitorum & priuatorum, quos habere non licet [p]. nam in publicis & licitis magistratuum carceribus distinguitur: ut si quis dignè incarceratus sit, non restituatur si quid promittat: quia hunc ipse sibi metum fecit [q]. sin uerò indignè, restitutioni locus sit, etiamsi cum iureiurando promiserit, aut quid fecerit uel dederit [r]. Nam uis à magistratu iustè facta, non habet restitutionem, ut suprà dictum est: sed tantum iniusta, quia in hac magistratus pro priuato habetur [s]. Metus Reuerentialis in hoc Edictum non uenit [t]: etiamsi officio iudicis, rescisionem quandoque actus importet [u]: nisi accedat alia impressio, & uiolentia [x]. Neque tamen solius potentiæ dignitatisue timor sufficerit [y]: aut accusationis [z] & infamiæ [a]: aut minarum [b]: nisi capitales sint, & ab eo, qui exequi solet, effusæ [c]. Metum, inquit Imperator, non actionibus uel cótestationibus, sed atrocitate facti probare cõuenit [d]. Quamobrẽ ubi facto opus est, uerba nõ sufficiunt [e]: multo uerò minus preces etiam potentioris suffecerint [f]: quamuis uulgò dicatur: Preces domini esse præceptum [g], & blanditias Principis, uim continere minarum [h], iuxta dictum: Rogando cogit, qui rogat potentior. Sed hæc in hoc Edicto rescissorio, & quod atrocitatem facti requirit, non considerantur [i]: præsertim quando contra minas alio remedio uti liceat, scilicet Cautionis: quam implorato iudicis officio, datis fideiussoribus uel pignoribus [k], præstare de non offendendo coguntur, qui minitando terrorẽ incutiunt [l]. In hoc ergo Edicto tantum iustum esse metum intelligimus præsentem, uitæ [m], cruciatus corporis [n], & status [o], seruitutis [p], fortunarum [q], pudoris & infamiæ realis [r], non etiam uerbalis [s]: quia cum uerborum atrocitate factum concurrat oportet [t]: uinculorum & carceris [u], & si qua sunt similia [x]: nec interest, in se quis hæc uereatur, an in coniuge & liberis [y], qui pars corporis, affectusq; sunt, & de quibus non minus quàm nobismetipsis, sæpe etiam amplius laboramus. Si tamen constaret, quid metu etiam leui & uano factum esse (quod quidem non præsumitur:) crediderim restitutioni, saltem ex officio iudicis, locum fore [z]: licet non ex edicto, attamen ex edicti ratione, benignaq; interpretatione. Quid enim interest, quo metu quis compulsus sit, dum constet compulsum esse [a]? Et notum est, alios alijs esse timidiores, & natura mulieres commoueri facilius quàm uiros: eoq; & ex leuiore metu restitui [b]: planè ut necesse sit, metum ex personæ cuiusq; qualitate, rerumq; circumstantijs æstimari [c]: etiamsi in abstracto uerum sit, non nisi iustissimum, quiq; in constantem uirum cadat, metum, huic edicto locum facere: nec alium, quo ad intentionem fundandam, & probationem faciendam, rectè allegari posse [d].

4 GESTVM † ERIT, ait Prætor, nec adijcit A` quo gestum sit: unde apparet, in Rem loqui edictũ, & indifferenter, non modò contra eos qui metum intulerunt [e], siue unum siue plures (licet una solutio-

[a] Arist. lib. 3. Ethic.
[b] Auth. sacramenta pube rum, ubi Ias. nu. 5. et 43. C. si aduer. uen. & in l. interpositas. nu. 2. C. de transact. Panor. in c. de muliere. & c. cum locũ. num. 2. & 6. c. ueniens. nu. 5. de sponsal. Hypp. sing. 347. Guid. Pap. sing. 969.
[c] l. 2.
[d] l. si patre. 22. de rit. nup. c. sacris. 5. cẽ. de rest. in integ.
[e] Arist. lib. 3. Ethic.
[f] l. si mulier. 21. §. si metu. 5. b. t. glo. Dec. Cag. in l. 4. de reg. iur.
[g] l. ampliorem. 37. §. pen. C. de app.
[h] l. 3.
[i] l. 3. b. t. l. quemadmodũ. 29. §. pen. ad l. Aquil.
[k] l. metum. 9. b. t.
[l] l. 5. 6. b. t. l. interpositas. 13. C. de transact.
[m] l. 7. 8.
[n] l. 8. in fin.
[o] l. pen.
[p] tot. tit. C. de carc. priu. Landt. lib. 2. artic. 13.
[q] l. 3. l. si mulier. 21. b. t. in prin. tex. in l. accusationis. 10. C. eo.
[r] Bart. in l. qui neq;. §. solutum. de uerb. sig. gl. 2. in c. ex tenore. de cõcess. præb. & c. ueniens. qui cler. uel uou. Hypp. sing. 177. text. in l. sed etsi quis. §. 1. si quis caut. c. sicut. §. 1. de iureiur. decis. Thol. 422. Landt. lib. 3. artic. 41.
[s] l. nec mag. 32. de iniur. Cle. 1. §. si. ubi Car. de cel. miss. Dec. in l. factũ. 131. de reg. iur. text. in l. pen. & l. fin. C. eod.
[t] l. cum te. 8. l. fi. l. ad inuidiam. 6. C. eo.
[u] Bar. in l. 1. §. quæ onerãdæ. nu. 4. qua. rer. acq. per l. pen. de fur.
[x] l. fin. l. pen. C. eo.
[y] d. l. ad inuid.
[z] l. accusationis. 10. C. eo.
[a] d. l. metũ. 9. e l. 4. in prin. de pecul. f Fab. in l. accusationis. C. eo. & §. quadrupli. nu. 4. Inst. de act. g gl. in l. 1. uerb. quemadmodum. quod iuss. h gl. uerb. pignora. in l. 1. C. si rec. pro. Fel. in c. 1. nu. 2. & 3. de off. iud. del. i gl. Bart. & Dd. in d. l. metum. 9. C. eo. Bart. in l. de pupillo. §. si quis. de op. nou. nun. Dd. in c. ex literis. de despons. impu. Ias. in l. Titia. nu. 8. de uerb. oblig. Dec. in l. in omnib. 39. de reg. iur. k c. 1. ubi Fran. nu. 3. de homic. in 6. Salic. in l. denunciamus. nu. 2. C. de his qui ad Eccl. confu. l Bar. & Imol. in l. hæc autem satisdatio. Si cui plus quàm per l. Falc. Dd. in l. illicitas. §. ne potentiores. de off. præs. in l. qui bona. §. si quis. de damno infect. in l. interpositas. de transac. Ang. in tract. malef. ad uerb. uerba iniuriosa. nu. 8. m l. 7. 8. 9. b. t. l. 9. C. eo. n l. 4. C. eo. cap. pen. eẽ. eo. o l. 4. l. isti. 8. b. t. p d. l. isti. q Bart. in l. pen. nu. 5. de cond. ob causam. r l. isti. 8. §. quòd si dederit. b. t. gl. in l. 4. uerb. infamiæ. hoc tt. s l. 4. ubi gl. 1. b. t. t l. 3. in fi. in uerb. terrore uerborum extorsit. b. t. d. l. metum. 9. in uerb. non iactationib. sed atrocitate facti. C. eo. u l. 7. & 8. b. tit. x Paul. lib. 1. tit. 7. y l. isti. 8. in fi. b. t. z Bart. & Bal. in fi. Cast. ac Dd. in l. interpositas. 14. C. de transac. per gl. in l. 1. uer. metũ. quar. rer. act. Aretin. cons. 14. in 4. dubio. Æmil. cons. 2. nu. 7. 9. cum seq. a Dec. in l. in omnibus. 39. nu. 3. de reg. iur. & in c. fi. eẽ. eo. b c. cum loc. ubi glo. de sponsal. Ias. & Dd. in l. interpositas. 13. C. de transact. Dec. in d. l. in omnib. nu. 2. & 3. Roma. sing. 226. c Dec. in d. l. in omnibus. nu. 3. per not. Imol. in c. cum dilectus. quod met. caus. d Dec. in d. l. in omnib. nu. 3. e d. l. metum. 9. §. animaduertendum. 1.

[z] l. accusationis. 10. C. eo.

ne, quia rei persecutio actioni ineſt, omnes liberentur [a],) ſed aduersus omnes omnino, qui lucrum hinc perceperint, restitutionem dari [b]: adeò ut non quæratur, utrum is qui conuenitur, an alius metum fecerit. Sufficit enim docere, metum sibi esse illatũ: & ex hac re eum, qui cum agitur, etsi crimine caret, lucrum percepisse [c]. Neq; tamẽ hæc actio sic rem sequitur, sicuti Rei uendicatio. nam is qui uim intulit, iubetur restituere, etiamsi ad aliũ res peruenerit: quia actio Personalis est ex delicto nata: is uerò ad quem peruenit, quamuis alius metũ fecerit, nõ tam ratione possessionis, quàm qd [d] lucrũ ex delicto facit, conuenitur ex æquitate naturali, quæ ex qualicunq; crimine emolumentũ sperare non patitur [d]. Qua ratione hæc actio in Rem scripta dicitur [e]: quia nullam personæ mentionem facit, sed in ipsam rem metu gestam, commodumq; inde perceptum, digitum intendit: quemadmodũ & pacta [f], & interdicta [g], in Rem concepta dicuntur, quæ rem ipsam, non personam respiciunt. Quod cùm ita sit, minus mirandũ est, hãc actionem hæredibus, cæterisq; successoribus dari etiam in Quadruplum: præsertim cùm contineat rei persecutionẽ [h]: cuiusmodi actiones solent transire [i]. In hæredes autem, & successores cęteros, in id competit, quod ad eos peruenit. Licet enim pœna ad hæredes non transit [k], attamen quod turpiter uel scelere quæsitum est, id (sicut & suprà diximus) ad compendium nullius, nedum hæredis debet pertinere [l]: quin & de cõsumptis tenetur: sufficit enim semel peruenisse [m], quamuis interitũ & casum nõ præstet [n].

Sed † quod Prætor ait: RATVM NON HABEBO, quatenus accipiendũ sit, uideamus. Et scien- 5
dum est, ex hoc Edicto metum passo & Actionem & Exceptionẽ dari [o]: ut hac aduersus petentes, is qui metu gessit promisitq; quid, defendatur: illa, quod ita gestũ est, in integrũ restitui officio iudicis petat: ut, si per uim tradita res sit, retradatur, & de dolo promittatur, ne fortè deterior res facta sit: sin acceptilatione liberatio interuenerit, in pristinum statum obligatio restituatur [p], &c. Sed & partus ancillarũ, & fœtus pecorum & fructus non modò perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt, & omnẽ deniq; causam restitui oportet [q]: quæ quidem omnia (etiam loco consumptorũ æstimatione subrogata [r]) simul peti possunt, hac conditione: ut nisi arbitrio iudicis restituantur, in Quadruplũ reus condemnetur [s]. Cùm enim, qui ui rapuit, improbior fur esse uideatur [t]: cur non ad pœnam furti, aut consimilẽ alligetur? Imò pro delicto cleméter cum illo agit Prætor: primò, quòd nõ statim, ut furẽ in quadruplũ condemnat: sed restituendi cõcedit facultatem, si pœnam euitare uelit: deinde, quòd in quadruplo simplũ, & ipsam rei persecutionem (prout in edicto bonorum raptorum [u]) complexus est, secus quàm in actione furti [x].

Hæc † igitur actio Arbitraria est: petitur enim, ex bono & ęquo arbitretur iudex, quod metu gestum 6
est, ut restituatur in integrum: quod ni fiat, in Quadruplum concipiatur condemnatio. Iussus igitur arbitrio iudicis, & interlocutoria sententia seu decreto rem restituere, licentiam habebit reus usque ad sententiam definitiuam à iudice dandam restitutionem facere. quod si non fecerit, iure meritoque quadrupli condemnationem patietur [y]. Vtrum autem hoc iussum iudicis sententia sit Interlocutoria tantum, an uerò Definitiua, nostri uariè disputant [z]. Ego putauerim interlocutoriã fuisse: qua iudex damnum metu factum arbitrio suo, hoc est, ex bono & æquo, uelut taxaret, & hoc eum qui dedisset illud, resarcire actori uim passo iuberet. Ac fortasse ne tale quidem iussum sententiámue interponi opus est: nec eam Edictum, eiúsue interpretes Iurisconsulti magnoperè exigunt: sed id tantummodò uelle uidentur, (exempla enim textus mirificè uariant) ut habeat reus facultatem offerendi restitutionem usque ad sententiam [a]. Atque ita paratus soluere euitet condemnationem [b]: quod ni faciat, & sententiæ euentum expectet, in Quadruplum deinceps ueluti fur manifestus (nam qui uim fecit, fur est improbior [c]) una sententia, iuxta libelli petitionem, cui sententia congruere debet, condemnetur. Id quod & tum obtinet, cum tertius possessor ex aliena ui conuenitur [d]. Imputet enim sibi, qui delictum alienũ mordicùs defendit: ex eoq; possessionem rei per metum ablatæ retinet, ac eiusmodi ratificatione uim facit suam, peræquè atque si ipsus illam commisisset [e]: neq; beneficio Prætoris uti in tempore festinat: quò restitutionis pro arbitrio iudicis faciendæ oblatione, sententiam condemnatoriam (qualis ex hac actione indistinctè sequitur, cùm libello sententia conformis esse debeat [f]) euitare posset, & mereri absolutionem [g]: quam indulget Prætor ijs, qui non expectantes dubium litis euentum [h], & quasi pœnitentia ducti, præproperè offerunt satisfacere ex arbitrio iudicis, ne condemnentur. In quo satis clementer cum reo conuento Prætor agit [i]: cùm aliàs legibus ciuilibus & iure stricto, pœnam delictorum non molliat pœnitentia: neq; auertatur aut minuatur actio hoc nomine intentata, etiamsi reus satisfacere de re, puta rem furtiuam restituere, sit paratus [k]. At in his arbitrarijs iudicijs, ita benignè Prætor cum reo agit, ut det illi facultatem (peræquè ut in ciuilibus causis, ubi de pecunia, nõ de delicto quæritur [l]) pro arbitrio iudicis, hoc est, ex bono & æquo, prout bonũ uirum arbitrari conuenit [m], restituendi rem solam, priusquam in pœnam delicti condemnetur: quo quidem beneficio, si non utatur, est quod sibi imputet insequentem quadrupli condemnationem: etiam cum ex alterius flagitio conuenitur: quippe qui maluerit pertinaciter alienum delictum ad extremum usque defendere, quàm tempori suas rationes ab illo crimine, eiusdemq; pœna seiungere. Vlpianus [n]: Ne cui, inquit, iniquum uideatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur: hoc est, non simpliciter in quadruplum concepta est actio, sed conditionaliter, hoc modo: Ni reus ante sententiam, quod metu gestum est, tuo arbitratu restituat, in Quadruplũ iudex cõdemnato. Quadruplabitur autem id, Quanti ea res erit, hoc est, cum fructibus & omni causa [o]: id tamen quod uerè interest, & in quo quis certò damnum patitur, est quadruplandum. Vnde Iulianus ait, eum qui ex causa fideicommissi quadraginta debebat, si trecenta promiserit per uim, & soluerit tantũ 260. quadruplum consecuturum. In his † enim tantummodo uim passus est, cùm quadraginta reliqua deberet [p]. Nam hęc 7
natura est huius actionis, ut rem damnumq; persequatur, neque ei detur, cui nihil abest [q]: quamobrem aduersus creditorem, qui debitori suo ut solueret uim adhibuit, non competit [r]: licet negari non possit, in legem Iuliam de ui eum incidisse, & ex constitutione Marci, ius crediti amisisse [s]. Sed quadrupli condemna-

a *l.item.14.§.fin.cũll.seq.*
b *d.l.9.§.fin.cum l.seq.*
c *d.l.14.§.in hac actiõe.3.*
d *l.2.ſ. de eo per quem, l. non fraudantur. 177. de reg.iur. l.ſiue. ſ. de negeſt.*
e *d.l.14. §. Prædius. 5. uide Cuiac. lib. Obſer. 5. c. 17.*
f *l.iuriſg.7.§.pact.3.ſ. de pact.*
g *l.1.§.fi. de interd.*
h *d.l.item.14. §.2. l.quod diximus.16.§.1.in fi.*
i *Inſt. de perp. et tẽp. act.*
k *l.unic. ubi Dd. C. ex del. def.*
l *l.quod diximus. 16. l.19. l.20.*
m *l.uideamus.17.*
n *l.ſi ipſa.18.*
o *d.l.9.§.ſed quod prætor ait.3.*
p *d.l.9.§.ex hoc edicto.7.*
q *l.ſed & partus.12.*
r *l.1. C. de his quæ ui metus. cau. l. in re furtiua. 8. de cond. furt.*
s *d.l.item.14. §.1.*
t *d.l.14.§. qui uim intulit. 11.*
u *uid. ſ. & Inſt. de ui bon. rapt.*
x *l.14.§.ſed & ſi quis.8. cum ſeq.*
y *l.14.§.hæc aũt actio. 4.*
z *gl. & Dd. in l.4. C. eod. & in l. item. 14. §. hæc autem. C. eo.*
a *d. l. item. §. ſi quis. & §. hæc autem.*
b *l.ſi debitori. 21. de iud. l. ſi reus paratus. 73. de procu. §. fi. Inſt. de perp. & temp. act.*
c *in prin. Inſt. de ui bo. ra.*
d *d.l. item. §. in hac. 3.*
e *l.1.§. deieciſſe. uerſ. cum autẽ. de ui & ui armat.*
f *l.ſi. C. de fideicõ. lib. l. ut pomum. ſ. com. diuid.*
g *§. fin. Inſtit. de perp. & tempo. actionib. Bar. in l. ictus. de his qui no. infam. Panor. in c. cum te. de ſent. & re iud. Soc. in fallen. reg. 179.*
h *l. quod debetur. de pecu. gl. in l. Lucius. 78. §. fin. ad uerb. poſſe. ad S. C. Trebell.*
i *d.l.item.14.§.1. (fur.*
k *l.qui ea mente. 67. ff. de*
l *d.§.fi. Inſt. de perp. & temp. d.l. ſi debitori. d. l. ſi reus.*
m *l.1. de lega. 2. l. in perſonam. 23. §.1. de reg. iur.*
n *d.l.item.§. in hac act. 3.*
o *d.l.14.§. Labeo. 6. & §. quadruplabitur. 7. l. ſi mulier. 21. §. 2.*
p *d.l.14.§.pen.*
q *d.l.14. in pr.*
r *l. ſed & partus. 12. §. fi.*
s *d.§. fin. l. extat. 13.*

BIU Cujas

condemnatio tum demum locum habet, cùm intra annum agitur [a]. nam omnes pœnales Prætoriæ an-
8 no utili finiri solent [b]: licet ciuilis iniuriarum anno continuo expiret [c]. Quamobrem † si à tempore illa-
tæ uiolentiæ annus utilis effluxerit, amplius ad uindictam iniuriæ in Quadruplum agi nequit, propter
præscriptionem: supereſt tamen in Simplum actio Rei persecutoria, in qua æstimatur omne quod agen
ti abest [d]: quæ licet non sit Arbitraria, neq; crescat propter contumaciam non restituentis: tamen quia
de ui quæritur, & Extraordinaria ac Rescissoria est, grauatque existimationem rei [e], quamuis ipso iure
non infamet [f]: ideo non datur nisi cum causæ cognitione, uidelicet ut si alia non sit, hæc detur [g]. Ac da-
tur quidem exemplo reliquarum perpetuo [h]. Et sic accipiendum est, quod ait Paulus [i]: Quod metus cau
sa gestum erit, nullo tempore Prætor ratũ habebit [k]. Nam etsi nullo tempore Prætor ratum habet quod
metu gestum est, eoq; eiusmodi actiones olim, ut exceptiones, absq; ulla temporum præscriptione per-
petuò durabant: tamen sciendum est, actiones omnes tam Iuris ciuilis quàm Prętorij, antea perpetuas,
nunc spacio 30. annorum (ut aliquis sit litium finis, neq; timeantur semper controuersiæ) Principum
constitutionibus esse inclusas [l].

9 Sunt autem † & alia remedia, quę uim passo dantur. Nam uolenti parcere famę rei, & Vendicatio da
tur in rem per uim ablatam [m]: quia res in bonis eius esse uidetur, qui uim passus [n] est: & personalis actio
quæ antea competebat, rescissa acceptilatione, aut liberatione per uim extorta [o]: quemadmodum & co
acto hæreditatem repudiare utiles actiones dantur, redacta ad nihilum repudiatione [p]: altera tamen
actio alteram tollit [q]. Est & locus interdicto VNDE VI in possessionibus, item QVOD VI AVT
CLAM [r]: & legi Iuliæ de ui [s]: & edicto diui Marci, quo ius crediti, qui sibi ius priuata authoritate dixit
per uim, amittit [t]. Nonnunquam etiam solo iudicis officio, sine ulla pœna quod metu gestum est, resti-
tuitur: ut si metus non extet, cui uis atrox causam dedit [u]: aut si uis sit à magistratu illata, cognitione nõ
habita [x]. Deinde eum qui metum fecit, de Dolo teneri certum est, quia uis sine dolo malo non adhibe-
tur: altera tamen actio alteram consumit exceptione in Factum opposita [y]. At qui dolo deceptus est, de
ui agere non potest, nisi ea sit illata: nam in hoc Edicto uim probari omnino necesse est [z]: dolus autem
sine ui, tecta fraudulentia & machinatione animi committitur *. Itaq; Doli tantum mali actio propter
dolum competit: in qua cuiusmodi fiat restitutio, deinceps uideamus.

De dolo malo. Tit. III.

1 *Dolum olim tribus tantum casibus fuisse uindicatum.*
2 *Edictum de dolo.*
3 *Ratio edicti.*
4 *Quis sit dolus malus.*
5 *Edicto non esse locum, si alia actio sit.*
6 *Sine iusta causa nõ dari hanc actionem, & quando cesset, ac de actione in factum.*
7 *Qualem actionẽ, cui, aduersus quos prætor det, & ad quid.*
8 *Quo tempore finiatur.*
9 *Quatenus transeat ad hæredes.*

1 HOc in titulo † de secũda restitutionis specie agitur, cùm quis Dolo malo aduersarij circumuen-
tus, in fraudem & damnum incidit. Nam olim iure ciuili tribus tantùm casibus dolus coercebatur: primò ex lege duodecim Tab. quando in tutela commissus erat: secundò ex lege Lectoria, circumscriptis adolescentibus: tertiò sine lege, in Iudicijs, quibus ex bona fide addebatur [a]. Vnde ap-
paret contractus bonæ fidei per dolum contractos, non fuisse ipso iure nullos, alioqui nec obligatio, nec actio, neq; iudicium constitui potuisset [b]: sed obligationem Iure ciuili constitisse: quia licebat se in-
uicem contrahentibus decipere [c]: uerùm in iudicio bonæ fidei, quod dolo malo factum esset, solere pur
gari aut retractari [d]: excepto cum minor contra legem Lectoriam deceptus esset [e]: talis enim contra-
ctus ne inter maiores quidem ualebat [f], utpote contra legem factus [g], & ideo totus irritus: aut cum do-
lus ab utraq; parte interueniebat [h]: qui contractum bonæ fidei stare non patitur, quando nulla utrinq;
bona fides interceſerit [i]. In reliquis porrò, quæ non sunt bonæ fidei, conuentionibus, qui circumscripti
erant, efficaciter obligabantur. Sed quod iniquum uidebatur, non modò dolum esse impunitum [k], ue-
rùm etiam cum detrimento alterius quæstuosum [l], C. Aquilius prætor ætate Ciceronis æquiss. de Do-
lo Malo coercendo formulas, uerissimum euerriculum omnium malitiarum, primus proposuit [m]: qua-
rum deinceps summa in Edictum Perpetuum ad hunc fermè modum est relata.

2 QVÆ † DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA
ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO [n].

3 Hoc Edicto † Prætor aduersus uarios & dolosos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam, subuenit:
4 ne uel illis malitia sua sit lucrosa [o], uel istis simplicitas damnosa [p]. Dolum † autem Malum (reiecta Ser-
uij definitione, quam tamen Cic. lib. 3. Offic. probat, & alibi Vlp. [q]) Labeo ait [r], esse omnem calliditatẽ, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Cùm machinationem adhibitam definiat, facilè intelligi potest, dolum in committendo uersari: qua potissi-
mùm nota à culpa etiam lata discriminatur: nam hæc magis in negligentia uel ignorantia consistit [s]. Non fuit autem contentus Prætor Dolum dicere, sed adiecit MALVM distinctionis causa & per dia-
stolen: quoniam ueteres etiam Bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: maxi-
mè si aduersus hostes aut latrones quis machinaretur. Dolus enim an uirtus, quis in hoste requirat [t]? ut nomen homonymum hac adiectione fuerit distinguendũ, quò sciretur quem dolum Prętor notaret.

5 Ait prætor: SI † DE HIS ALIA ACTIO NON ERIT. Meritò Prætor ita demum hanc actio-
nem pollicetur, si alia actio non sit. nam eiusmodi agendi genus, quo perpetua ignominiæ nota con-

a d.l.14.§.post annum.
b l.in honor.34.de acti.
c l.5.C.de iniur. uide Gõ uea. lib.1. Lec. & infr. de iniur.
d l.si mulier.21.§. qui pos sessionem.2.
e l.1.§.antepen. j. unde ui. Bal.in c.j.§.fi. nu.15.de prohib.feu.ali.per Fed. fev. in c.j, §.si uerò. de mil.ua.qui cont.est.
f gl. in l. si cum exceptione. §. eum qui.uerb.tenentur.hoc t.
g d.l.14.§.post annum.
h l.uideamus.17.l.quod autem.19.
i l.si mulier.21.§.j.hoc tit. uide quæ dixi Instit. de perpet.& tempo.actionibus.in prin.
k L interpositas. 13. C. de transact.
l in prin. Inst. de perpet. et temp. act. l. 3. & 4. cum seq. C. de præscr. 30 uel 40. ann. d. l. in bonor. 33. de act.
m d.l.9.§.uolenti.4.
n d.l.9.§.licet.6.l.si quis. 17.de acq.possess.
o d.l.9.§.uolenti.
p d.l.21.§.fi.
q d.l.9.§.licet.
r d.l.9.§.j.
s d.l.12.in fi.
t d.l.13.
u l.fi.§.j.& 2.
x d.l.fi.§.fi.
y d.l.14.§.eum qui.13.
z d.l.14.§.in hac.3.
* l.5.ex quib. caus. maior. l.2.§. doli.4. de ui bon. rapt.l.ult.C.de litigio.

a Cic.lib.3.Offic.
b l.licet.§.ea. de procur.l. si pupilli.6.§.uideamus. fin.de neg.gest.
c l.in causæ.16.§.pen.de minor.
d l.si dolo.5.C.de rescind. uend.
e l.& eleganter.7.hoc t.
f d.l.in causæ.16.de min.
g l.non dubium. C.de leg. §.si aduersus. Instit. de nupt.
h l.3.pro soc.l.si in emptione.34.de contr.empt. l.domũ.61.de cõt.empt.
i l.4.§.cùm dominus.2.de nox.act.
k l.ne ex dolo.12.hoc t.gl. in l.2. per illum text. de eo per quem fac.
l l.ne ex dolo.12.hoc t.gl. in l.2. per illum text. de eo per quem fac.
m Cic.lib.1 & 3.Off.
n l.j.in prin.
o d.l.2.de eo per quem fac.l.5.si quis caut.l.non fraudantur.in fi.de reg.iur.
p §.sed quia. Instit.de fideicom.hæred.l.4.§.ult.l.11.& passim, de excep.dol.ma.
q l.iuris gentium.7.§.dolo.4.supra de pact. Paul.lib.1.tit.8.
r l.1.§.j uid.l.ult.C.de litigios.
s l.si mora.ubi gl.sol.mat.l.mag.ne.226.l.lata.de uerb.sig.l.3.de iur.ign.
t l.1.§.2.hoc t.l.5.in fi.de re milit.c.dominus.23.q.2. Menoch.consil. 100.nu.222. Panor.c.in nostræ.nu.7.de sepult.ubi duplicem statuit dolum: alium bonum, alium malum.

BIU Cujas

demnato inuritur [a], non temerè debuit à Prætore decerni, si sit alia actio, qua quis possit experiri [b]. Itaque non est huic Edicto locus, cùm tutore colludere pupillus à Titio circumscriptus est [c]: quia ex lege 12. Tab. iudicio Tutelæ, quod sua interest, à tutore consequitur, nisi is soluendo esse desierit [d]: item si minor circumscribatur, quoniam in integrum restitui potest [e]: aut si quis in contractu bonæ fidei sit circumuentus. omnibus enim bonæ fidei iudicijs exceptio Doli inest [f]: ut in his qui uel agendo uel excipiendo, machinatione se aduersarij deceptum probat, in integrum ex bono & æquo restituatur, arbitrio iudicis: qui uel contractum nullum declarabit, si dolo quis ad contrahendum inductus fuerit [g]: uel, si eum ratum habendum putet, ne quid decepto dolus aduersarij noceat, pro singulorum factorũ qualitate & circumstantijs prouidebit [h]. Deniq; quocunque tandem modo quis tutus sit: siue exceptione siue actione, ciuili aut honoraria, siue pœnali, uel etiam populari [i]: denegabitur ex hoc Edicto in integrum restitutio [k]: nisi probabiliter, an alia actio competere possit, dubitetur [l]: aut nisi alia actio quæ cõcurrit, æquè famosa sit: ut Stellionatus [m]. Eadem ratione prætor causæ cognitionem inseruit: BT † IVSTA, inquit, CAVSA ESSE VIDEBITVR. nec enim tam grauis actio passim fuit indulgenda [n]. Quare si modica sit summa, hoc est, ad duos usq; aureos, non debet dari hæc actio [o], sed in Factum potius [p]: perinde ut moribus nostris actio Furti criminalis nequaquam locum habet, nisi tres aureos furtum superet [q]. Sed & quibusdam personis non dabitur: utputa liberis uel libertis, aduersus parentes patronosue: item humili, ut plebeio, aduersus Consularem: prodigo, aut alias uili, aduersus hominem uitæ emendatioris: cum parcendum sit talium personarum existimationi. Quid ergo erit in horum personis? Dicendum est, in Factum uerbis temperandam de dolo actionem, ut bonæ fidei mentio fiat: hoc est, ut addatur clausula Bonæ fidei, concepto in ipsum factum cui dolus inest, iudicio: atq; ita ex bono & æquo iudex arbitretur, ne contrà quàm bona fides exigit, fraus alterius alteri noceat, dissimulata interim doli mentione, quamuis ex narratione facti possit utcunq; colligi & apparere. Ait prætor: IVDICIVM † DABO. at cuiusmodi? non modò tribuendo Exceptionem [r], sed etiam Actionem, ut in superiore Edicto: à quo tamen eo distat, quòd in hoc designari oportet, cuius dolo factum sit, quamuis in Metu non sit necesse [s]: quia hæc tristis & famosa actio ne nimium euagetur, non in rem, sed in personam quę dolum fecit, scripta est. unde & certò comprehendi debet, quid dolo malo factum sit: ut sciatur qua in re, à quo actor sit circumscriptus [t]. Porrò cùm ab ijs, qui dolum commiserunt, recesseris, in alios non competit, nisi quatenus ad eos peruenit [u]. Sanè si plurium dolo quid factum dicatur, omnes quidem ex suo crimine in solidum obligabuntur: sed quòd actio est Rei persecutoria, & bona fides non patitur cõpluries idem exigi, uno rem, uel quanti ea res fuit restituente, omnes liberabuntur [x]. Sed & hæc actio est, Arbitraria, in qua restitutio fieri arbitrio iudicis iubetur: quæ ni fiat, sequitur condemnatio Quanti ea res est: cuius æstimatio iurijurando in litem actoris committitur [y]. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrium iudicis dandum est. Quid enim si manifestum sit, rem restitui non posse? ueluti si seruus dolo malo traditus, sit defunctus: ideoq; protinus condemnari debeat reus in id quod interfit actoris [z]. Neq; uerò hîc ad quadruplum crescit in contumacem cõdemnatio: quia dolus non eam quamuis, cum furto habet affinitatem: decepto enim uolenti, non inuito, aufertur: ideoq; furti pœna locum hîc non habet. Ac uisum fuit sufficere, si refusis actori damnis, reus in uindictam doli existimationis iactura plecteretur [a]: quæ certè homini ingenuo pudentiq;, omni pecuniæ iactura grauior esse [b] debet [c]. Sed cur hæc actio peræquè non est Rescissoria, & contractũ retractat, atq; superior quæ ob Vim datur? Respondeo: Edictum de Vi, ita Prætor concepit, ut polliceatur se Ratum non habiturum, atq; ita Irritum facturum quod gestum est. De dolo, nõ eodem modo edicit. Nam dolus quadantenus permissus est contrahentibus, ex natura & usu commerciorum ac solertię humanę [d]: nec perinde magnum scelus est ut metus aut uis, quia hæc in publicum crimen incidit [e], dolus non item [f]. Quare uisum fuit, hunc leuius coercere, satisq; esse damnum refundi, ne contractus hoc prætextu temerè rescindantur. 6 7

Hæc † autem actio Vtili olim anno, hodie Continuo biennio, quia grauis & odiosa est, terminatur [g]: adeò ut ne litis quidem contestatione perpetuetur [h]. Cæterùm in Factum actio, quæ datur in quantum factus est reus locupletior, Perpetua est [i]: cùm quia cessat acerbitas ignominiæ [k], tum quòd nullo tempore lucrum ex delicto cum alterius damno sit sperandum: & hęc actio merè sit Rei persecutoria, quod genus 30. annis durat [l]: qua ratione etiam Doli exceptio perpetua [m] est. Nec enim infamat, quoniam opposita exceptione doli, non damnatur actor, sed absoluitur reus: Nemo autem ex dolo infamis est, nisi de dolo damnatus [n]. Deinde exceptio rem tuetur: eoq; ut rei persecutoria, durare in perpetuum debet [o]. Perpetuitas autem hæc non item ut in actionibus [p], sic hîc 30. annis concluditur [q]. Illis enim ob negligentiam cessantium iura sua persequi, tanto tempore præscribitur, si quidem agi possit [r]: at exceptione non perinde ut actor actione [s], reus arbitratu suo potest uti, cũ illi semper expectandus sit actor, cuius actionem exceptione præcludat. Nulla igitur cum possit ei imputari negligentia, quippe qui excipere non ualeat, nisi agatur: meritò nulla quoque currit ei præscriptio [t], nisi ijs in exceptionibus, quæ per modum etiam actionis proponi possint [u]. Hæredibus porrò hæc actio datur, quia rei persecutoria. In hæredes autem cæterosq; successores perpetuò eatenus, quatenus ad eos peruenit [x]. nam iniquum esset, ulterius quenquam ex alieno delicto obligari. Quod enim ultrà est, pœna est in persona hæredum, cum ad eos res non peruenerit, nec sint facti locupletiores: quo pœnali genere actionis, hæredes conueniri non solent [y]. 8

DE

[a] l.1. uerb. doli. de his qui not. infam.
[b] d.§.2.
[c] l.5.
[d] l.6.
[e] l.1.§.idem Pompon.6.
[f] l. huiusmodi. 86. §. qui seruum. 4. de leg.1. l. sed etsi. 21. sol. mat.
[g] l.& elegãter.7.in prin.
[h] l.7.in fi.l.9.hoc t.l.si dolo.5.l.dolus.10. C.de rescind.uend.
[i] d.l.& eleganter.7.in prin.
[k] d.l.1.§.ait prætor.3.cum multis seqq. l.2.3.7.§.1. & 2.§. pen. l. arbitrio. 18.§.1.& 2.
[l] d.l.7.§.j.
[m] l.3. de crimin. Stell. uide gl.& Dd.in l.sub præ. textu.17.C. de transact.
[n] l.si quis.9.§.fi.
[o] d.§.fi.cum l.seq.
[p] gl.& Dd.in d.§.fi.
[q] uide gl.& Dd.in §.gallinarum. Inst. de rer. diuis.& j. tit. de furt. ubi dixi.
[r] l.fi.
[s] l.sed &. §.fi.
[t] l.item.16.
[u] l.sed et.15.§. pen.l.si plures.17.§.fi.
[x] d.l.si plures.ex l.bona fides.de rẽg.iur.
[y] uide tit. ff.& C. de in lit.iur.
[z] d.l.arbitrio.18.
[a] l.1.§.non fuit.hoc tit.l.1. uerb.doli. de his qui no. infam.
[b] l.iusta.ubi gl.de manu. uind.
[c] fac.l.licet.103.de uerb. signif.
[d] l.in causæ.16.§.pen.de minor.
[e] ad l.Iul.de ui publ.& de ui priua.l.195. de uerb. signif.
[f] l.3.de crim.Stell.
[g] l.fin.C.eod.
[h] gl.& Dd. in d.l.fin.C. eod.Salic. in l. fin.C. de præscr.30.annor.
[i] l.itaq.28.in fi.
[k] l.Sabinus.29.
[l] l.34.de act.Inst.de perp. et temp.act.l.1. unde ui. cum similib.
[m] l.purè.5.§. ult. de dol. ma.excep.
[n] l.1.de his qui not.infa.
[o] l.si pactum.6.C.de excep.l.purè.in fi.de dol.except. gloss.in l.3.uerb.persecutione.C.de præscr.30.annor. [p] Instit.de perp.& tempo.act. [q] gl.l.3. uerb.persecutione.C.de præscr.30.ann.& l.si pactum.6.C.de except; Panor.Felin.c.si autẽ.de rescript.Franc.Balb.de præscr.4.part.4.partis.quæst.37. [r] l.unic.§.j.C.de anna.except. [s] tot.tit.C.ut nemo inui.l.5.§.ult.de do.except. [t] l.5.l.6.C.de except. [u] Bald.Sal.& communiter Dd.d.l.5.et 6.per l.quæsitum.§.ult.de pecul.Bald.l.sicut.nu.12.& 13.C.de præscr.30.anno.& l.si ex cautio.C.de non nu.pecu.Fel.in cap.si cautio.nu.60.de fi.instr. [x] l. si plures.17.in fi.l.in hæred.26.cum ll.seqq. [y] l.1.de priuat.delic.l.unic.C.ex del.def.

BIU Cujas

De minoribus uigintiquinque annis.

TITVLVS IIII.

1 Edictum.
2 Eius ratio.
3 Quibus minorib. ad quod usq; tẽpus hoc beneficiũ detur.
4 Qui ex persona minoris restituantur, aut non.
5 Ex quo gestu minor restituatur.
6 Non sine causæ cognitione restitutionem fieri, & quid in causæ cognitionem ueniat.
7 Quid in hoc iudicio sit probandum.
8 Nullam ex hoc edicto proficisci actionem.
9 Effectus restitutionis, & uis, & quomodo fiat.

1 DE ijs † qui incõsulta quadam iuuenilis ætatis leuitate damnũ fecerũt, in integrũ restituendis, ita Prætor edicit: QVOD CVM MINORE QVAM XXV. ANNIS NATV, GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM [a].

Hoc † Edictum Prætor, naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorũ susscepit. Nam
2 cùm inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis cõsilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; expositum insidijs, ac (ut ait Cicero [b]) tempus illud ætatis sua sponte infirmũ, aliorum libidine etiam esse infestum: Prætor eis auxilium hoc edicto est pollicitus, & aduersus captiones opem: quam omni minoris ætatis tempore petere possent [c].

Apparet † autem minoribus 25. annis id auxilij polliceri, non maioribus: nam post hoc tempus com-
3 pleri uirilem uigorem constat: & ideo hodie in hanc usq; ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur: nec antè rei suæ administratio eis cõmitti temerè debet, quamuis rem suam bene gerentibus [d]. Ergo si cum minore contractum sit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur, restitutio cessat: nisi totum hoc dolo aduersarij structum, & eò protractum probetur, ut maiore illo facto, quod gestum esset, subsisteret [e]. Cæterùm de eo quod in minore ætate gestum est, maior iam factus restitutionẽ petere non prohibetur (nisi ratam alienationem habuerit [f]) olim quidem intra annum utilem, hodie intra quadriennium [g], ab ingressu iustæ ætatis computandum. Minorem autem natu accipimus, qui nondum 25. annum perfectè & omnimodò adimpleuit. nam à momento in momentum tempus spectamus: adeò ut si postremo die, aut ultima hora, quæ ad complementum 25. anni deest, captus sit, restitutioni locus relinquatur [h]. Iure porrò Sax. minorum ætas, 21. ætatis anno terminatur: & exinde tempora quadriennij currere incipiunt [i]. Nihil autem refert, minores sint patres an filijfam. mares an fœminæ, dummodo ipsorum interfit restitui [k]. Serui tamen minores non restituuntur: quoniam domini tantum, cui acquiritur, persona spectanda est [l], qui sibi imputare debebit, quòd minori rem commiserit [m]. Eadem ratione minoribus alieno nomine, ut procuratorio, institorio, &c. negociantibus, non succurretur: cùm eo modo potius maiori consuleretur, cuius damno res sit cessura [n].

Ex ipsius † autem minoris persona restitutionem petunt, procurator eius, cui nominatim id manda-
4 tum est, aut qui rem ratam dominum habiturum satisdedit [o]: item pater, quia eius periculũ agitur, cùm de peculio teneatur [p]: & hæres, quando non respectu solius personę hoc beneficium detur, sed propter damnum & læsionem, quæ in hæreditate manẽt, & à minore in hæredem transfunduntur [q]. Fideiussori non succurritur, quòd iniurium sit huic in necem creditoris subueniri, qui in securitatẽ obligationis eũ accepit: sed ipsi potius qui ultrò spopondit, deneganda erit mandati actio [r].

Ait prætor, † GESTVM ESSE DICETVR. Gestum sic accipitur, qualiter qualiter, siue con-
5 tractus sit, siue quid aliud, unde damnum minor fecit [s]. Sanè in delictis nulla deprecatio aut restitutio est [t]: indigni enim sunt legis beneficio, qui in legem committunt [u]: quanquam pœna miseratione ætatis in his mitigari solet [x]. Qua ratione & illud rectè placuit, si post repudiatam hæreditatem, negocijs ab alio successore confectis atq; finitis, ad partam laboribus substituti pecuniam uelit minor admitti [y]: aut si
6 ipse se maiorem simulãdo fallaciam alij struxerit [z], nequaquam audiendum. Illa uerba, † VTI QVAEQVE RES ERIT, causæ cognitionem significant. Nec enim semper ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda: ne magno incommodo afficiantur huius ætatis homines, & nemine cum his propter metum restitutionis contrahere uolente, quodam modo commercium eis interdicatur [a]. Itaq; ea tantùm, in quibus manifesta est circumscriptio, irrita fient: utpote si circumuenti, suaq; decepti facilitate, aut quod habuêre amiserint: aut emolumentum quod erat in manibus, fluerint elabi [b]: aut se inutilibus negocijs damnosis'ue litibus implicuerint [c]: nam hæc omnia uerbo Circumscriptionis comprehenduntur [d]: adeò ut etiam affectionis habeatur ratio [e]. Non † aliter
7 tamen in his subuenitur minoribus, quàm si causa cognita, & rem alicuius esse momenti [f], & in ea se ætatis lubrico captos probarint [g]. Neq; enim qui sobriè sua administrans, occasione damni non inconsultò accidentis, sed fato uelit restitui, erit audiendus: cùm non mali euentus, sed inconsulta facilitas pariat restitutionem [h]. Sufficere tamen arbitror, & minorem ætatem ostendi, & læsionem [i]: quæ non in casu & euentu, qui prudentissimos fallit, sed ipso hæreat contractus principio [k]. In causæ cognitione etiam hoc uersabitur, num fortè aliqua actio contractum annihilans possit competere, citra In integrũ restitutionem. Nam si communi iure tutus est, puta si conuentio ipso iure nulla sit, ut conueniri ab alio nequeat, nec quicquam præstiterit, ut conuenire alterum necesse non habeat, non debet ei extraordinarium auxilium tribui [l]: quod secus fuerit, si alia ei actio competat [m]: potest enim utilius esse minoribus restitui, quàm sumptuosis actionibus atque litibus distringi [n]. Deinde utrum soli ei succurrendum sit, an etiam ijs qui pro eo sunt obligati, an uerò potius creditoribus [o]: Deniq; quis contra quem (nam neq; aduersus parem, hoc est ætate minorem [p], item libertatem [q], nec semper contra bonæ fidei possessorem restitutio dari solet [r]) ex qua gestione, propter quam causam, & quatenus [s] restituendus sit, diligenter ex circumstantijs rerum est perpendendum [t]: quæ quidem causæ cognitio præsentibus aduersarijs,

a l.1.
b pro M. Cælio.
c l.2. & 3. C. de temp. in integr. rest.
d d.l.1. in fi. l. fi. C. de leg. tut. in prin. Instit. de curator. ubi dixi.
e l.3. §. si quis, j. t. t. C. si ma. fact.
f l. fi. C. de temp. in integ. rest.
g l.3. §. minorem. 3. Fach. diff. 9. per text. Landtr. lib. 1 artic. 42. & Lehen. artic. 26. Reinh. de tute. diffe. 5.
h l.3. §. sed utrum. 4. & §. si quid. 7.
i l. nõ minus. 31. de hæred. instit. l. debitor. 81. §. j. de leg. 2.
k l.3. §. final. l. 4.
l l. cum mandato. 23.
m l. illud. 25. §. j. cum l. seq.
n l. patri. 27.
o l.3. §. pen. l. minor. 18. §. fi. cum l. seq.
p l. in causæ. 13. h. t. in prin. l. 1. & 2. C. de fid. min.
q l. ait prætor. 7.
r l. auxilium. 37. l. 9. hoc t. t. C. si ad. delic.
s d. l. auxilium.
t l. fere. 109. de reg. iur. d. l. 37.
u l. quod si. 24. §. Scæuola. 2.
x l. 2. C. si min. se maior. dix.
y d. l. quod si. 24. §. j.
z d. l. 7. cir. fi.
a l. minorib. 6. l. si minor. 34. §. j. l. non omnia. 44. hoc t.
b d. l. non omnia.
c l. si in emptionem. 35.
d l. sciendum. 7. de rest. in integ. Fer. in for. lib. sua per pet. restit. in uerbo, & minorib.
e l. uerum. 12. §. sciendum. 3. hoc t.
f d. §. sciendum.
g d. §. sciendum. in uerbo, capti esse probentur. l. nam postea. 9. §. si minor. de iureiur. Ferrar. præall. loco l. 1. C. qui & aduer. quos. Schurff. late consil. 28. centur. 1.
h d. l. uerum. §. si locupleti. 4. hoc t. l. fi. C. eod.
i l. in causæ. 16. hoc t. uide l. ult. & tot. tit. C. si tut. uel cur. ubi dixi an actiones aliæ cum hac concurrant.
k t. t. C. Si tut. uel cur.
l l. 16. §. ult. j. ex quibus caus. maior.
m d. l. in causæ. 13. hoc t.
n l. uerum. 12. §. pen.
o l. si ex causa. 9. circa fi.
p l. planè. 14.
q d. l. 9. l. cũ mandatum. 23.
r d. l. in causæ. 13. §. j.
s t. t.

BIU Cujas

sarijs, quos contra restitutio impetratur, aut saltem legitimè euocatis, & per contumaciam absentibus, est facienda [a]. Addit prætor, ANIMADVERTAM: uidelicet ut causa cognita, prout æquum uidebitur, aut largiar beneficium restitutionis, aut denegem. Cum † autem nullum iudicium aut actionem, sed 8
tantummodò se animaduersurum polliceatur: intelligi licet, nullam propriam actionem uel cautionem ex hoc Edicto proficisci [b]: sed totum id pendêre ex cognitione Prætoris [c]: eius ue magistratus qui prætoria potestate fungitur: ut Præfecti urbi, Prætorio [d], aut minoris etiam magistratus [e]: item in prouincia Præsidis [f]. Restitutione † aũt in integrũ decreta unusquisq; ius suum integrũ recipit, sumptusq; in rem 9
facti restituuntur [g]: unà cum fructibus, usuris, omniq; causa tam minori [h], quàm ei qui cum hoc contraxit [i], reddenda. Nec enim ita subueniendũ est minoribus, ut ex alienis incõmodis sua comparent commoda. Quare & ipsi, qui cum eis contraxerunt, in eam conditionem, qua ante contractum fuerant, sunt reponendi [k]: quod in omnibus in integrum restitutionibus, exigente ita æquitate obseruatur [l].

a ḍ.l.13.§.causa.2.
b Ias.post alios, in l.ea demum.6.nu.4. C.de coll.
c l.quod si.24.§.fi.hoc t.
d d.l.in causæ.16.§.fi.cũ l. seq.
e l.minor.18.
f l.præses.42.
g d.l.quod si.24.§.pen.d. l.patri.27.circa fi.
h l. quòd si minor. 24.§. pen.l.patri.27.§.j.h.t.
i l.minor.40.§.fi.hoc t.
k l.intra.39.§.fi.
l l.ergo.22.j̃.ex quib.caus. maior.l.unic.C. de reputa.quæ fiunt.

De capite minutis. Tit. V.

1 *Ratio huius restitutionis.*
2 *Edictum.*
3 *Edicti explicatio, & ad quos contractus pertineat.*
4 *Quid sit capitis minutio.*
5 *Tria genera minutionis.*
6 *In minima duntaxat edicto locum esse.*
7 *Effectus huius restitutionis.*

QVod † ad restitutionem, quæ propter status mutationem datur, attinet, sciendum est, cùm quis 1
per adoptionem aut emancipationem statum mutat, obligationes priores stricto iure perire: quoniam qui emancipabatur olim, aut per adoptionem in alienam transibat familiam, is solenni quadam imaginariaq; uenditione dabatur in seruitutem: cui nulla obligatio ciuilis adhærescere potest [a]. Sed & arrogatus unà cum omnibus bonis & iuribus in potestatem arrogatoris transit: ut uel hoc nomine inanis reddatur aduersus adoptatum, qui nihil in bonis retinet, actio [b]. Cæterùm quod iniquũ erat, hunc ad modum ludificari, & agendi facultate priuari eos, qui cum talibus bona fide cõtraxissent, Prætor interceſsit, itaq; cauit:

a l.3.§.fin.
b l.6.5̃.de dol.mal.

QVI, † QVAE'VE, POSTEAQVAM QVID CVM HIS ACTVM CONTRACTVM 2
'VE SIT, CAPITE DEMINVTI, DEMINVTAE'VE ESSE DICENTVR, IN EOS EAS'VE, PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO [c]. Rectè † inquit, POSTEAQVAM CONTRACTVM, &c. nam si quis post minutionem capitis cum 3
his contrahat, imputare sibi debet, cur contraxerit, quantum ad uerba huius Edicti attinet [d]. ACTVM CONTRACTVM'VE.) Hoc de ciuilibus contractibus atq; actionibus accipimus: nec enim necesse fuit quippiam edicere de criminalibus: cùm nemo delictorum pœnis per capitis diminutionem exuatur [e]: sed eiusmodi obligationes semper cum capite ambulent [f]. Tutelas etiam hîc obligationum nomine comprehendimus: quanquam nõ amittantur capitis minutione Minima [g] (de qua hoc Edictum loquitur) nisi illæ quæ ex leg. XII. Tab. in iure alieno, hoc est, potestate patria [h], constitutis personis (nam & filijfam. tutores esse possunt, ut suo loco dicemus) deferuntur: uidelicet agnatis [i]. Agnatio namq; tollitur, mutata per capitis minutionem familia, non ius sanguinis, naturæ, uel ciuitatis. Quare quæ tutelæ ex testamento aut à Magistratu nouisq; legibus deferuntur, minimè pereunt capitis minutione: quoniam ad ius ciuitatis pertinent, quòd hac familiari ratione non perimitur: sicut nec illæ, quæ ex lege non agnato, sed naturà proximo deferuntur: quandoquidem adoptio uel emancipatio, ius naturalis proximitatis auferre non potest [k]. Deferre autem (ut hoc addam) propriè lex tutelam dicitur, testator uerò uel magistratus Dare.

c l.2.§.j.
d d.l.2.§.hi qui.2.
e d.l.2.in fi.
f l.tutelas.7.uers.iniuriarum.
g l.tutelas.7.hoc t.
h tot. tit.5̃. de his qui sunt sui uel alie.iur.
i d.l.tutelas. uide j̃.de tut. uideVlp.tit.11.Gouc.lib. lect.2.cap.12.
k d.l.tutelas.l.1.ad Tertull.cum simil.

Ait prætor: CAPITE † MINVTI.) Capitis minutio, est status permutatio [l]. Caput enim hîc pro 4
statu accipimus [m]: ut cùm dicimus ciuem esse Integri capitis [n], Nullũ caput habere seruum [o], &c. quod quidem caput, cum immutatur, diminui dicitur: quemadmodum res quæ mutantur [p], & in alienam potestatem transeunt [q]. Minutionis † autem capitis tria sunt genera: Maxima, Media, Minima. Tria enim 5
existunt, uelut status capita: quorum quoad potimur, & in quibus donec quasi stamus, ciuilem Rom. ciuitatis statum retinere dicimur: uidelicet Libertas, quæ manat à natura: Ciuitas, quæ ex iure ciuili: & Familia, ex iure gentilitio [r]. Ea Terent. uno uersiculo complexus est: Principiò dico esse liberam, ciuem Atticam, meam sororem. Igitur hæc omnia cum amittimus, libertatem, ciuitatem & familiam, Maximã esse capitis minutionem constat [s]: quod accidit his, qui atrocitate sententiæ serui pœnæ efficiuntur: quod hodie fieri non solet [t]: & libertis ingratitudinis nomine in seruitutem reuocatis: item his qui ad participandum precium uenundari sese passi sunt [u]. Cùm uerò amittitur retenta libertate ciuitas, Minor siue Media est capitis diminutio [x]: quam patiuntur aqua & igni interdicti, siue, quod in eius pœnæ locum successit [y], deportati [z]. Cùm autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantum per adoptionem emancipationem'ue mutata, liquet Minimam esse capitis diminutionẽ [a]: ad quam solam hoc Edictum pertinet. Nam † siue amissione ciuitatis, siue libertatis contingat capitis diminutio, locus Edicto 6
esse nequit: quia sic minuti penitùs non possunt conueniri [b], quando & actionum iudiciorumq; commercium inter solos duntaxat ciues constet: & nulla sit restitutionis æquitas aduersus eum, qui aut duram, omniumq; rerum indigã seruitutem seruit: aut amissis bonis, ciuitate relicta, nudus exulat, ut deportatus [c]. Dabitur planè actio Vtilis in eos, ad quos bona eius peruenerunt, siue fiscum, siue dominum [d]. Tum igitur demum huic Edicto locus est, cùm salua ciuitate, capitis minutio cõtingit: quo casu iudicium se Prætor daturũ pollicetur: cuius tamen hodie minor est usus: postquam sublatis mancipationum solennibus, ex hac causa minui capita desierunt [e].

l l.1.hoc t.
m l.2.de interd.& re.l.capitalium.28.de pœ.
n Cic.in Piso.
o l.3.in fi.hoc t.§.seruus. Inst.eod.
p l.1.uerb.diminutum.j̃. tit.1.l.deperditum. 21.de petit.hæred. l.ult.de legib.
q l.diuus.5.de pet.hære.
r l.1.de interd.& relega.
s l.fi.hoc t.§.j. Inst.eo.
t Nouell.const.22.de nuptijs.§.deportatio. Authen.sed hodie. C.de donat.int.uir.& uxo.
u §.1.Inst.eo.
x d.l.fin.
y l.3.j̃.ad l.Iul.pecul.l.2. §.j.de pœn.
z §.1.Inst.eo.l.1. C.de hæred.inst.
a §.minima.Inst.eo.d.l.fi.
b l.2.
c d.l.7.in fi.
d d.l.2.d.l.7.§.fi.
e uide quæ dixi Inst.de cap.diminut.

PERINDE † QVASI ID FACTVM NON SIT.) Quod ita accipiendum est, non ut to- 7
tam capitis diminutionem rescindere, & ad nihilum redigere uelit: quemadmodũ in superioribus restitutionum

BIU Cujas

stitutionum speciebus fieri uidemus: sed ut actiones pristinas iuris subtilitate extinctas restituat [a]: is q; qui capitis minutionem passus est, & eius bona, perinde teneantur [b], atq; si nulla omnino emancipatio, nulla adoptio, nulla deniq; minutio capitis interuenisset. Hoc iudicium Perpetuum est, & In hęredes & Hæredibus datur [c]: quia Rei persecutorium est [d].

a l.2.in fi.uerb.restituitur in eum actio.l.7.in fi.in uerb. nulli restitutioni, &c.
b d.l.7.in fi.in uerb.in bona,quæ habuit,mitti.
c l.2.§.fi.
d ex regula.§.j. Instit.de perp. act.l.in honorarijs.34.de act.

Ex quibus causis maiores uigintiquinque annis in integrum restituantur. Tit. VI.

1 Ratio huius restitutionis.
2 Edictum.
3 Eius explicatio.
4 Quomodo prætor absentibus consulat, & ex qua absentia.
5 An absentes procuratorem relinquere debeant.
6 Quomodo prætor præsentibus cõtra absentes succurrat.
7 Quis dicatur defendi, aut non.
8 Quamdiu duret hoc beneficium.
9 De actione rescindente & rescissoria.
10 De generali clausula, Si qua mihi iusta, &c.
11 Prætorem non restituere contra leges.

1 NVnc † de restitutione In integrum, quæ propter absentiam datur, est uidendum: cuius quidem Edicti nemo non iustissimam causam esse confitebitur. Quid enim æquius, quàm absentiam cuiusquam, quæ uel negocijs Reipub. datur, uel quam expressit necessitas, aut uis maior, nullius in fraudem atq; iniuriam redundare: sed ita quod ea re euenit restitui, ut nec obsit cuipiam, neque pro-
2 sit [a]? Verba Edicti talia sunt: SI † CVIVS QVID DE BONIS, CVM IS METV, AVT » SINE DOLO MALO REIPVBLICAE CAVSA ABESSET: IN'VE VINCVLIS, » SERVITVTE, HOSTIVM'VE POTESTATE ESSET, SIVE CVIVS ACTIONIS » BORVM, CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM » FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT CONSECVTVS, ACTIO» NE'VE QVA SOLVTVS OB ID, QVOD DIES EIVS EXIERIT CVM AB» SENS NON DEFENDERETVR, IN'VE VINCVLIS ESSET, SECVM'VE AGEN » DI POTESTATEM NON FACERET: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VO » CARE NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR: CVM'VE MAGISTRATVS » DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE CVI PER MAGISTRATVM SINE » DOLO IPSIVS ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIO» NEM INTRA ANNVM, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS » ERIT: ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IN » INTEGRVM RESTITVAM: QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENA-
3 TVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT [b]. Hoc † Edicto Prætorem & consulere absentibus ne capiantur, & aduersus eos ne capiant, minimè obscurũ est [c]. SI CVIVS.) uidelicet Absentis, ut subijcit: primò enim consulit Absentibus, pòst aduersus eos Præsentibus.
4 DE † BONIS FVERIT QVID DIMINVTVM.) hoc est, usucaptum, præscriptum, amissum [d]. CVM IS METV.) puta mortis, cruciatus, aut alio iusto timore correptus abesset, cuius rei disquisitio est penes iudicem [e]. AVT SINE DOLO MALO REIPVB. CAVSA ABESSET.) Dolum malum eò pertinere accipimus, ut qui commodi captandi, faciendæ uel alteri iniuriæ gratia id data opera egerit, ut Reipub. causa abesset: uel qui maturius profectus est: uel cùm posset reuerti, non redijt, ab isto priuilegio arceatur [f]. Nec enim Reipubl. causa eos abesse intelligimus, qui non coacti, sed cõmodi sui [g] aut priuati negocij [h] gratia, aut finito officio [i] absunt. Sed si quis sine dolo malo Reipubl. causa ab urbe profectus sit (ut Proconsul, Legatus [k], procurator Principis, Tribuni, milites: aut qui ad aliud Reip. expediendum negocium amandantur [l]) & interea, quòd non defenderetur, damnum passus fuerit: cùm ei officium publicum damno esse nõ debeat [m], in ea causa est, ut In integrum restituatur.
5 SIVE IN VINCVLIS.) aut publicis, aut latronum, militum, &c. Quinetiam Vinculorum appellatio latius accipitur. Nam & inclusos lãtumijs, unde lapides cæsi sunt, aut alijs parietibus custodiáue coercitos, itáue alligatos, ut uel nullo modo, uel sine dedecore non possint in publico apparere, Vinctorum numero haberi placet [n]. SERVITVTE'VE.) quam uel bona fide libenter, uel detentus liber homo ingratis seruit [o]. Loquitur enim Prętor de liberis hominibus [p]. Porrò qui de statu litigat, hoc Edicto non continetur [q]. HOSTIVM'VE POTESTATE ESSET.) hoc est, ab hostibus captus, uel ibi natus [r]: nam transfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus denegatum est Postliminium [s]. Qui igitur ex tam iusta causa absunt, si quid interea de bonis amittant, puta usucapione, aut quia alicuius actionis alicui eorum competentis dies expiret, uel interea dum absunt, aut intra modicũ tempus quàm redierunt, ita ut nulla imputari eis possit negligentia [t]: cum tam necessitate, quàm iusta absentia, à culpa desidiæ (in cuius pœnam usucapionum præscriptionumq; iura sunt inuenta [u]) excusentur: meritò rescissa usucapione, In integrum, hoc est, eum statum reponi debent, in quo ante absentiam
5 constiterunt. Neque † uerò imputari eis debet, quòd per procuratorem non sibi curarint subuenire [x]: nam neq; omnes procuratorem habere possunt, ut liberi homines status sui ignari, bona fide seruitutẽ seruientes [y]: nec commodè sæpenumerò fieri etiã potest, ut à captiuis fortè uel metu detentis, idoneus procurator deligatur: & ea sæpe est proficiscẽtium ratio, atq; etiam festinatio, aut alia necessitas: ut administrationem negociorum suorum alicui demandare non ueniat in mentem.

Addo amplius: etiamsi procuratorem reliquerit, cuius negligentia res perierit, adiuuari eum debere, si malit restitui, quàm Interesse Mandati actione consequi [z]. cur enim minus succurratur diligentibus, quàm his qui rerũ suarũ curã cuipiã cõmittere neglexerũt [a]? aut quamobrẽ melioris cõditionis sint
6 stulti, ut ait Seruius, quàm periti [b]? Et hactenus † quidem Prætor absentibus succurrit, Ne capiantur: nũc uideamus quomodo contrà, uideat aduersus eos, Ne capiãt. Qua in parte plus Prætor expressit, quàm

a l.uidelicet.29.l.ergò. 22.hoc tit.
b l.1.hoc tit.
c d.l.1.in prin.l.item.21.in prin.
d l.deperditum.24.de petit.hæred.
e l.2.in fi.l.3.
f l.4.& 5.
g l.Reipublicæ.36.hoc t.
h l.non uere.42.hoc t.
i l.bi qui.37.l.si cui.38. §.j.
k exemplum elegans in l. senatusconsulto.16.de off. præsid. quæ accipienda est super iure dicundo in urbe, de rebus magistratuum absentium.
l l.32.33.34.35.36.38.
m l. sed etsi.7. quemad.testam.aper.
n l.9.10.uide glo. & Dd. præsertim Imol. in l. is qui reus.de publ.iud. & 5.uide quæ dixi ad tit.Si quis caut.
o l.ei quoq;.11.hoc t.
p l.rectè.13.hoc t.
q l.is autem,21.hoc t.
r l.item.14.l.ab hostib.15.
s d.l.14.
t d.l.15.§.fi.l.16.
u l.alienationis.28. in uer. qui patitur. de uerb.sig. l.2.C.de annal.except.
x l.sed etsi.26.§.fi.in uerb. siue habet procuratorẽ, siue non.
y d.l.15.
z d.l.16.§.fi.
a l.pupillus.24.quæ in fraud.cred.
b l.Seruius.4.§.quod ui aut clàm.

BIU Cujas

quàm cùm ipſis ſubuenit. Neq; enim hîc certas perſonas enumerat, quas aduerſum opituletur: ſed adiecit clauſulam, qua omnes abſentes, Siue ex iuſta, Siue iniuſta cauſa, cõplexus eſt [a]. Nec enim ad ius præſentis intereſt, per qualem abſentiam aduerſarij, quem nemo defendit, Iuſtam an Iniuſtam, facultate cõueniendi caruerit. SI QVIS.) Abſens uidelicet. VSV FECISSET SVVM.) ſiue per ſe, ſiue per ſubiectas perſonas [b]. ACTIONE VE QVA SOLVTVS LIBERATVS VE SIT, OB ID QVOD DIES EIVS EXIERIT, CVM ABSENS NON DEFENDERETVR.) Meritò † hoc additum eſt. nam ſi Præſtò fuit procurator, qui defenderet, in integrum uolens reſtitui, non audietur: quia facultatem agendi habuit [c]. Defendi autem non tantùm is uidetur, cuius ſe defenſor ingerit: ſed & qui requiſitus ab actore, non eſt defenſioni defuturus: plenaq; defenſio accipitur, ſi & iudiciũ non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur [d]. Ergo ſciendum eſt, non aliter hoc Edictum locum habere, quàm ſi amici abſentis interrogati fuerint, an defendant, aut ſi nemo ſit qui interrogari poteſt. Ita enim abſens defendi non uidetur, ſi actor ultrò interpellet, nec quiſquã defenſioni ſe offerat: quæ poſtquam fuerint teſtatione conſignata, æquiſsimum erit non negligenti ſubueniri [e]. Ait prętor: SIVE IN VINCVLIS ESSET, SECVM VE AGENDI POTESTATEM NON FACERET.) Hęc perſona meritò adiecta eſt: fieri enim poteſt ut quis non Abſens, de quo ſuperiora loquuntur, ſed etiam Præſens in uinculis ſit, uel in publica uel priuata uincula ductus, quem poſſe uſucapere conſtat [f]. Eorũ qui ſeruitutem uel bona fide, uel apud hoſtes capti ſeruiunt, hîc non meminit: quia nihil ſibi per uſum acquirere, nec etiam cœptam uſucapionem implere poſſunt [g]. Planè ex re peculiari, qui ſunt in horum poteſtate, uſucapiunt, eoq; caſu ſubuenietur [h]. Deinde adijcit prętor: SECVM VE AGENDI POTESTATEM NON FACERET.) quod ad eos pertinet, qui conuenti fruſtrantur, & qualibet tergiuerſatione efficiunt, ne cum ipſis agi poſsit [i]: quod quidem ſimili modo ad eum quoq; pertinere dicimus, qui non fruſtrandi gratia id faciat, ſed quòd multitudine negociorum diſtringatur [k]: nec enim ius alterius per id auferri debet. Itaq; hunc admodũ aliquem impedita agendi facultate, ſi interea per uſum acquiſitio impleatur, uel quid ex ſupradictis contingat, ut quia actionis dies expiret, reſtitutio concedetur [l]. Ait prætor: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARI NON LICERET.) Hæc clauſula ad eos pertinet, quos More maiorum ſine fraude in ius uocare non licet, ut COSS. Prætorem, cæteroſq; Magiſtratus, qui Imperium poteſtatemq; habent [m]: non autem ad eos, quos Prætor prohibet, ſine ſuo permiſſu in ius uocari. nam is aditus potuit permittere ac cõſtituere iudicium [n]. Deinde adijcit: NEQVE DEFENDERETVR.) quod ad omnes ſupraſcriptos, etiam captiuos, pertinet: nam contra eum qui defenditur, non eſt locus reſtitutioni [o]. Neq; enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſsitate rerũ impeditis [p]. Ait prætor: SIVE CVI PER MAGISTRATVM, SINE DOLO MALO IPSIVS, ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR.) uel quia per dilationes iudicis (nam ſolennes & ordinariæ, quæ prouideri poſſunt, non excuſant [q]) effectum ſit ut actio eximatur: hoc eſt, præſcribatur, ne amplius agi poſsit [r]: uel quia magiſtratus copiam ſui non fecit, neq; ius dicere maturauit [s]: & adijcitur, SINE DOLO MALO IPSIVS.) Delinquentibus enim Prætor non ſuccurrit: ut ſi, dum uult apud ſequentem Prætorem agere, tempore fruſtratus eſt: aut quia ob contumaciam uel aliam iuſtam cauſam à iudice non auditur [t]. EARVM † RERVM ACTIONEM, inquit, INTRA ANNVM DABO.) uidelicet Vtilem: ut uerba ipſa indicant. Huic enim temporis ſpacio omnes ferè ſuas actiones Prætor includere conſueuit [u]. Hodie tamen exemplo cæterarum, quæ ad reſtitutionem In integrum proditæ ſunt, Quadriennio hęc durat [x]. Atq; † huius quidem actionis uis & effectus eſt, ut uſucapionem præſcriptionemq; reſcindat, remq; In integrum reſtitui petat, ut non iniuria Reſcindens à Dd. appelletur. Itaq; reſciſſa per hanc uſucapione, uetus actio quæ ante completam præſcriptionem competebat, reſtituitur [y], ſiue ea in Rem, ſiue in Perſonam ſit: in quam etiam id quod intereſt, & fructus ueniunt [z]: quæ, quia reſciſſa uſucapione datur, Reſciſſoria dicta eſt [a]. & anno tantum cùm longiſsimè durat [b], poteſt enim fieri ut minus duret, cùm illud tantum tempus agendi reſtituatur, quo per abſentiã, aut aliam iuſtam cauſam fuit impeditus actor, quo minus ageret [c]. Verbi gratia: Rem tuam poſſedi uno die minus ſtatuto in uſucapionibus tempore, deinde Reipub. cauſa abeſſe cœpi: reſtitutio unius diei aduerſus me facienda eſt [d]: nec enim aliquid reſtitutione adijci actori debet: ſed in eam conditionem, ut dixi, res reponi, in qua ante abſentiam uel aliud agendi impedimentum erat. Porrò exemplo Reſciſſorię actionis etiam exceptio ei, qui Reipub. cauſa abfuit, competit: fortè ſi res ab eo poſſeſsionem nacto uendicetur [e]. Nam cui damus Actionem, multo magis Exceptionem competere certũ eſt [f]. Quin ita eius poſſeſsionem tuetur Prætor, ut ſi eam amittat, non Temporalem, ſed Perpetuam ad recuperandam habeat actionem [g]. Item inquit prætor: SI QVA ALIA IVSTA MIHI CAVSA VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM.) Hæc † generalis clauſula Edicto inſerta, ualde neceſſaria eſt. Multi enim caſus abſentiæ interuenire poſſunt, propter quos æquum ſit deferri reſtitutionis auxilium, nec ſingulatim omnes enumerari potuerunt [h]: unde quoties æquitas ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum [i]. Quid enim, ſi alia probabilis abſentiæ probetur cauſa, cuiuſmodi eſt ſtudiorum? Quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt? & quæ ſequuntur [k]. Cæterùm hanc clauſulã argumento huius Edicti aptã, Accurſ. & Dd. generatim, haud ſcio an rectè, de qualibet reſtitutionis æquitate accipiunt & interpretantur: ut ſi quis non negligentia, ſed quadam Facti ignorantia, ius ſuum perſcribi ſiuerit, quod ſibi competere ignorauit. Hîc, ut opinantur, æquitas ſuadet, intra quadriennium à tempore ſcientię, per beneficiũ In integrum reſtitutionis ſuccurri: non modò aduerſus uſucapionem ſeu præſcriptionem longi temporis [l], ſed etiam longiſsimi [m]: quod quidem minus mihi probatur, & omnia præſcriptionum iura, quæ cõtra ignorantem currunt [n], prorſus euertit, ut lex uerbis, non rebus impoſita uideri poſsit [o]. Et ſi ex qualibet iuſta cauſa maiores reſtituuntur, quid inter hos & minorem ætatem intererit, cum ne huic quidẽ niſi iuſta ex cauſa dari reſtitutionem paulo antè demonſtratum ſit? Officio tamen iudicis abſq; reſtitutione

a l.item.21.§.j.
b l.3.§.ſaltus.7.§.in amittenda.4.l.peregrè.44. de acq.poſſ.l.item.21.§. hæc autem.2.hoc tit.
c l.is qui.39.hoc ti.
d d.l.item.21.§.fi.hoc t.
e l.ergo.22.hoc t.
f l.ait prætor.23.hoc t.
g d.l.23.§.j.hoc t.
h d.l.23.§.hi planè.3.h.t.
i l.ſed & 24.hoc t.
k l.quod quidem.25.hoc t.
l d.l.23.§.fi.hoc t.
m l.2.de in ius uocand.
n d.l.26.§.ait prætor.h.t.
o d.l.26.§.deinde.3.hoc t.
p l.non enim.16.hoc t.
q d.l.26.§.ſi feriæ.5.
r l.26.uerſ.actio exempta hoc t.
s d.l.26.§.ait prætor.4. hoc t.
t d.§.ait prætor.4. in fi.
u l.1.de diuerſ.& temp. præſcript.
x l.ult.C.de temp.in integ.reſt.
y d.l.ſed etſi.§.ſi feriæ.
z l.ait prætor.23.§.j l.& ſine.27. l.nec non.28.§. ſi.hoc t.
a d.l.28.§.pen.
b d.l.28.§.ſi quis ſæpius.3. d.l.in honorarijs.uerſ. ſed cùm reſciſſa.de act.
c d.l.26.§.ſi feriæ.& §. quoties.6.
d d.§.quoties.6.
e l.non modò.28.§.pen.
f l.1.uerſ.nam cui.de ſuperfi.
g l.ſi is cuius.31.
h tot.t.ſ.de reſt.in integr.
i l.26.§.fi.hoc t.
k Auth.habita.C.ne fil. pro pat.
l gl.in l.ſi partem.§.ſi per fundum.& in l.ſi ſic.in uerb. una ſeruitus. ubi Caſtr.quem.ſeru.amit. gloſſ.ult.in l.2.ubi Cyn. Bar.Bal.Salic.C.de iur. emph.l.ſicut.uerb.militia.C.de præſcr.30. annor.uid.Tiraq.in retra. prox.§.35.gl.4.nu.36.
m gl.in l.ſicut. in uerb.militia. C.de præſcrip.30. annor.Panor.& Felin. in c.uigilanti. de præſc. Rom.conſ.123. primum. & conſil. 149. concluſionem. & conſil.166. uiſo.latè Alex. conſil.7. uideretur.lib.1.& conſil.116. perſpectis. lib.5. Schurff.conſil.33. quod in terminis.nu. 14.cẽt.3.
n l.ult.C.de long.temp.præſcr.
o l.2.C.commun.de legat.

tione fateor illis, sed aliter ad 30. scilicet annos non intra quadriennium restitutionis tantum, de qua l. ult. C. de temp. rest. subueniri [a]. Sed de his aliàs differendi, fortasse dabitur aliquando. Deo faciente, locus. Nunc, ut concludamus, totum istud restitutionis beneficium hoc epilogo determinat & modera-
„ tur Prætor: QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, DE-
11 CRETA PRINCIPVM LICEBIT.) Quæ † clausula non illud pollicetur, Restituturum eum, si leges permittant: omnes enim restitutiones, non permittente lege, fiunt contra Iuris ciuilis asperitatem: quam Prætor in casibus, de quibus lex principaliter non loquitur, mitigat, cõcessa restitutione propter probabilem causam. Nam si lex ipsa permitteret, quorsum opus esset Extraordinario Prætoris beneficio [b]? Itaq; hæc clausula sic accipienda est: Si leges expressim non prohibeant [c]. Prætor enim, qui custos est Iuris ciuilis, id quod lex apertè diserteq; inhibet, concedere non debet. Quamobrem si quo casu lex nominatim restitutionem In integrum uetet fieri, ut aliquando uetare certum est [d], puta in delictis [e], non poterit authoritatem suam prætor interponere: sed hoc potestati & indulgentiæ summi Principis, qui & ipse non nisi magna ex causa & rarò contra leges quid concedere solet, est reseruatum [f].

a l.3.ubi gl.pen.C.ex quibus caus.maior.
b l.in causa.16.§.de min.
c d.l.28.§.quod eius.3.
d l.10.§.fi.§.de minor.l.si mater.C. ne de stat.def. gl.in d.§.quod eius.
e l. auxilium hoc titu. tot. C.si aduers.delic. tot.tit. C.de sent.pass.& restit.
f l.nisi.11.§.de minor.uide C. Si contra ius uel util. publ.l.penul.C.de prec. imper.offic.

De alienatione iudicij mutandi causa facta.

TITVLVS VII.

1 Ratio huius restitutionis.
2 Ex quibus causis detur hæc restitutio.
3 Ad quid detur.
4 Cessante interesse, cessat ista restitutio.
5 Hanc restitutionem ad futura tantummodo iudicia pertinere, & quare.
6 Dolum malum & causam mutandi iudicij subesse oportere, ut fiat restitutio: alioqui eam cessare, & cõcurrere hoc remedium cum rei uendicatione.
7 Quamdiu, & an hæredibus hæc actio detur.
8 Edicti uerba.
9 Cur hoc edictum Caius prouinciale appellet.

1 VLtima † restitutionum species ad Alienationem iudicij mutandi causa factam pertinet: qua ijs subuenitur, qui iusto errore, hoc est, nullo suo facto, sed dolo aduersarij in molestias & detrimenta litium præcipitant. Cum enim intelligeret Prætor iudiciorum exitum interdum duriorem cõstitui, oppositio alio aduersario: iniquum autem esse, ex alieno facto causam nostram fieri deteriorem [a]: in eam quoq; rem prospexit: ut si quis alienando rem cuius uendicatio timeretur, alium nobis aduersarium suo loco substituerit, idq; data opera in fraudem nostram fecerit: tanti nobis in Factum actione
2 teneatur, quanti nostra interfit, alium nos aduersarium non habuisse [b]. Itaq; † si alterius prouinciæ & iurisdictionis hominem, cuius forum sequendum sit [c], aut potentiorem nobis aduersarium, cui pares esse non possumus, (priuatum tamen: nam si quis alicui Magistratu aliáue potestate ciuili publicaq; prædito mancipet, ipso iure nulla est alienatio [d]) aut alium improbum Phormionem, qui uexaturus sit aduersarium opposuerit, aut quocunq; modo duriorem nobis agendi conditionem fecerit: tenebitur hac actione [e] ad id quod Interest nostra [f], alium aduersarium non habuisse: fortè si quas impensas fecerim, aut si quam aliam incommoditatem passus sim alio aduersario substituto [g].

3 Quid † ergo si reus ostendat, actoris nihil interesse: puta quòd nullum ius in re habeat: uel quia usucapta res sit: uel neutiquam actoris dominio subiecta: aut sine culpa eius, qui alienauit, dicatur extin-
4 cta? Et rectè † dicitur, denegandam ex hoc Edicto actionem, cùm causa actionis, uidelicet damnum a-
5 ctoris, non existat [h]. Eadem † ratione non ad præsentia, sed futura iudicia, hæc alienatio pertinere creditur. Nam inchoato semel iudicio, & re facta litigiosa, (quod fit per citationem, libelli oblationem, aut alio modo causa mota, in Realibus: quemadmodum litis contestatione in Personalibus [i]) alienatio interdicta est: & si fiat, nullius erit momenti [k], saltem Exceptionis ope [l]: quia pendente iudicio, nihil est innouandum [m]: unde cùm alienando nihil efficiatur, & idem maneat possessor, non tenetur hoc quidẽ Edicto, cùm actoris nihil interfit: perinde atq; is, qui cùm alienasset, statim rem recepit [n].

6 Pertinet † igitur hoc Edictũ ad futura iudicia, cùm quis metu impendentis litis alienat rem, uel alienatione duriorem aduersarij conditionem reddit [o]. Perinde autem est, quoquo modo fiat alienatio etiam donationis causa [p]: dummodo uel ex persona eius in quem translata est, uel alijs ex circumstantijs constet: & Dolo malo, & Causa mutandi iudicij, alienationem factam esse: utrumq; enim concurrat necesse est [q], cùm utriusq; in Edicto fiat mentio [r], ut locũ hæc actio habeat [s]. Quamobrem si quis sine Dolo malo possidere desijt, quantumuis Iudicij mutandi causa id faciat, huic Edicto non erit obnoxius [t]. Quid enim, si quis ob ualetudinẽ, aut ætatẽ, aut occupationes, litem in alium transferat [u]? Nisi enim hoc admittas, interdictum erit per procuratores litigare, dominio plerunq; in eos iusta ex causa translato: quod dicere fuerit perabsurdum [x]. Quid si obligatus soluero Titio eam ipsam rem, quam petere intendis [y]? quid si uenditori redhibeam [z]? certè in necessaria alienatione dolum inesse dici nequit [a]: nec fraudem committit, qui suo iure utitur [b]. Quid si sine dolo malo, eo animo, ut litis molestia liberer, rem alienem [c]? equidem uerecunda cogitatio lites execrantis, non erit uituperanda, qui tanti habui re carere, ne propter eam sæpius litigarem [d]. Iam uerò si quis hæredem instituendo, uel legando alienet, num iudex arbitrabitur Mutandi iudicij causa, ac non potius benigna uoluntate [e] id esse factum [f]? Contrà potest aliquis Dolo malo desinere possidere, nec tamen Iudicij mutandi causa id fecisse, neq; hoc iudicio teneri. Nec enim alienat, quod ad hoc Edictum attinet, qui duntaxat possessionem omittit, sed oportet iudicij mutandi causa id fieri [g]. Mutandi autem iudicij causa fieri dicitur, cùm molestior aduersarius subijcitur, aut alia ratione agendi conditio durior fit, & deterior [h]. Ergo si ex alienatione nullum detrimentum sentiat actor, puta quòd in perinde commodum atq; expositum hominem alienatio sit facta, cessabit ex hoc edicto actio: ut etiam tum, quando is qui alienauit, paratus est utile & ex æquitate admissum atq; efficax uendicationis iudicium pati, perinde ac si possideret [i]. Neque enim his casibus interest agentis, alienationem esse factam: & proinde nihil exigere poterit. Ex quo facilè intelligi potest,

a l.2. quod ui aut clàm.l. nõ debet.75.de reg.iur.
b l.1.hoc tit.
c l.3.hoc t.l.fi. C.de iurisd. om.iud.
d l.2.C.ne lic.po.
e l.1.in fi.l.2.3.hoc t.
f l.item.4.§.hæc actio.4.
g l.3.§.fin.
h d.l.3.§.fin.d.l.4.§.hæc actio.4.l.ex hoc.8.
i gl.& Dd.in l.2.& Auth̃.litigiosa. C. de litig. Fab.in §.j. Inst.de act.
k l.2.& fi.C.de litig.
l uide Cuiac.hîc.& tit. inf.litigios.
m tot.tit.C.ut lit.pend.& eẽ.eo.tit.
n l.8.in fi.
o l.communis.24.j̃.com. diui.
p l.pen.hoc t.
q Bar.in l.item.4.§.fi.ubi ponit modum utriusque probandi.hoc t.
r d.l.4.§.si quis autem.3.
s l.4.§.j.
t l.4.§.j.
u d.l.4.§.si quis.3.
x l.antepen.
y l.8.in fi.l.9.hoc t.
z l.j.de fun.do.
a l nullus.55. de reg.iur.l. si donaturus.9.in fin.de cond.cau. da.l.1.§.idem aiunt.10.uers.deniq;.de aq.pluu.arc.
b l.4.§.j.hoc t.
c l.nec adiecit.8.pro soc.
d l.ex hoc.8.in fi.
e l.4.§.j.
f l.1.2.3.4.§.j.hoc t.
g l.3.§.fi.l.is qui se obtulit.de rei uendic.

BIU Cujas

hanc actionē pertinere ad Vindicationes, uel actiones his similes, ut Mistas & in Rem scriptas [a]: & eum Rei uendicatione concurrere [b]: quanquam alij non firmis sat argumentis contradicant [c].

Porrò † cùm hæc actio Restitutoria rei persecutionem contineat arbitrio iudicis [d], hæredi dabitur [e]. 7
In hæredem autem, uel similem, quatenus ad eum peruenit [f], nec post annum, dabitur [g]: quia licet pertineat ad rei persecutionem, tamen ex parte debitoris ex delicto dari uidetur [h]: nascitur enim ex dolo, quod delictum est [i]: daturq; siue factus sit locupletior reus, siue non sit, in id quod Interest actoris: ut pœnalis sit actio quod ad reum attinet: quod genus actionum, nequaquam in hæredes debitoris rei, ex regula iuris transit [k]. Huius † edicti uerba ita restituit Baro [l]. 8

NE QVA ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FIAT. SI QVAE DOLO MALO CESSIO, QVAEVE ALIENATIO IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA FVERIT, NEQVE ARBITRIO IVDICIS PRISTINA IVDICII CAVSA RESTITVATVR: EI AD QVEM EA RES PERTINEBIT, IN EVM QVI ID FECISSE DICETVR, QVANTI EA RES ERIT, INTRA ANNVM QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDICIVM DABO. Cæterùm † non modò Personalem actionem ad id quod Interest, sed etiam restitutionem, In integrum ex hoc Edicto datam fuisse, l. unic. C. eod. ostendit: ut nō sit nihil, quod in hoc Baronis albo desiderare possis. Hoc edictum Paulus [m] & Vlp. [n] ad prætorem referunt, Caius ad proconsulem [o]. Neq; id nouum est: scripserunt enim Paulus & Vlp. ad Edictum Vrbicum, Caius ad Edictum Prouinciale: quod prætores alijq;, qui Proconsulari potestate in prouincias mittebantur, perinde ac Romæ magistratus, quorum uices sustinebant [p], in prouincijs Edicta proponebant, ex quibus ius dicerent [q]: quæ cùm essent urbicis cōsimilia, ea interpretanda Caius suscepit: ita fit interdum, ut quod Paulus & Vlp. Prætorem edixisse scribūt, id Caius ferè Proconsuli ascribat [r]. Sed & ueram restitutionem, alienatione nimirum rescissa, ex hoc Edicto datam esse, argumento est, quòd non tantùm in alienantem, sed contra possessorem quoq; ex edicto in Rem actio detur: nisi dicamus id constit. Principum [s] tandem inductum, & ea in parte edictum interpolatum esse: quod nunc quidem in medium relinquo. Est autem edictum in possessorem & reum directum, qui quo ad realia iudicia, possessionem alienandi causam agentis facere potest deteriorem. In personalibus nō æquè, quòd inuito creditore alium uice sua delegare, & in alium ius suum transferre non possit [t]. Quo ad agentem tamen huic Edicto, quod generale est, & quamuis alienationem, iudicij mutandi causa factam arguit, locus erit [u]: quia cedere debitore inuito [x], nomen potest alteri, & quidē potentiori, aut magis priuilegiato, unde iudicium reo futurum sit difficilius: poterit igitur ex hoc Edicto petere: ut denegentur cessionario actiones: ni paratus sit eo iure agere, quo cedens uti debuisset [y].

a Cuiac. obs. lib. 10. cap. 3. per l. 24. §. ult. com. diuidun.
b gl. Bar. & Dd. in l. 3. §. final. hoc t.
c Ias. Zas. & alij in §. j. Instit. de actio.
d d. l. 8.
e d. l. 4. §. fi.
f l. quia pertinet. 6. hoc t. Cuiac. ob. 13. cap. 37.
g l. 5. 6. 7.
h l. 7. hoc t.
i l. item exigit. 16. ff. de dol. malo.
k l. j. de pri. del. §. j. Inst. de perp. & temp. act. l. in honorarijs. 34. de act. l. 5. §. fi. ne quis eum.
l Manu. lib. 1.
m d. l. 8. §. ait prætor. hoc t.
n l. 2. 4. hoc t. l. communis. §. j. ff. com. diui.
o l. 1. l. 3. §. fi. hoc t.
p uide ff. ad tit. de off. proconſ. & de off. præſc.
q Cic. in Verr. & lib. Epist. ad Att. 5. epist. 1.
r l. 1. de postul. l. patri. 27. §. j. de mino. l. in hæredem. 26. de dol. mal.
s l. unic. C. de alie. iudic. mutan. cauſ. ubi Dd.
t l. 1. C. de nouat.
u gl. l. non solùm. §. 1. per l. ult. hoc t.
x d. l. 1.
y uide Cuiac. obs. lib. 10. cap. 3.

De receptis, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. TITVLVS VIII.

1 Continuatio tituli, & causa compromissorum.
2 Edictum de arbitris: & quid sit arbitrium, & quotuplex.
3 Prima pars edicti, in qua prætor non cogit arbitrium suscipere, sed susceptum exequi.
4 Arbitrium olim nullius efficaciæ, nisi adiecta pœna.
5 Hodie ex sententia arbitri oriri actionem.
6 Prætorem se non interponere arbitrio nullo, aut inefficaci, aut finito: & quomodo finiatur.
7 Secunda pars edicti, qua prætor iubet sententiæ arbitri stari.
8 Quæ actio ad pœnam exigendam detur.
9 De reductione ad arbitrium boni uiri.

INter † ea quæ sunt iudiciorum præparatoria, ultimo loco Compromissa recensentur. Nam omnibus 1
alijs subterfugijs deficientibus, solent litigatores ad iudiciorum moras & sumptus, cæteraq; incommoda declinanda, priuato alicui uiro bono [a], uni aut pluribus controuersiam dijudicandam credere [b]: in eumq; ita compromittere, ut quicquid statuerit, ratum atq; firmum & pro iudicato habeatur [c]: ut nō immeritò dixerit Iurisc. [d] Compromissa ad similitudinem iudiciorum redigi, & ad finiendas lites pertinere. Quod cùm esset à Prætore animaduersum, quem minimè fugiebat, quoquo modo inter ciues iurgia consopiri, magni ad publicam tranquillitatem conseruandam interesse: hanc quoq; litium ueluti securim minimè neglectam iacēre passus est: sed Edicto atq; authoritate sua in hunc ferè modum ad usum aptauit: QVI † ARBITRIVM PECVNIA COMPROMISSA RECEPERIT [e], SEN- 2
TENTIAM EVM DICERE COGAM: ET NISI ARBITRIO PAREATVR, QVA
DE RE RECTE' COMPROMISSVM ERIT, PECVNIAM COMPROMISSAM
SOLVI IVBEBO. Arbitrium significat opinationem & iudicium Boni uiri [f]. Compromissum ab eo dictum, quòd litigatores Compromittere, hoc est, Simul & Inuicē pœnā Promittere soleant, ni sententiæ arbitri stetur. Promittere autem de stipulatione accipitur [g]. Nam ex nuda quando conuentione pœna exigi nequeat [h]: ideo Prætor authoritatem non interponit suam, quando citra stipulationem, in pactum duntaxat, pœna est deducta [i]. Arbitrorum, authore Paulo [k], duo sunt genera: unum huiusmodi, ut siue æquum, siue iniquum dixerint, parére debeamus: quod obseruatur, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est: quo de genere hîc agitur. Alterum eiusmodi, ut ad boni uiri arbitratum redigi pronunciatum debeat. ad quod hoc Edictum non pertinet. Huius porrò Edicti duæ sunt partes, quarum altera eum qui recepit arbitrium, sententiam dicere: altera litigatores dictæ sententiæ stare, ac morem gerere metu pœnæ Prætor compellit. Tametsi † enim neminem cogit initio arbitrium recipere: quoniam sicuti 3
cæteri contractus actionesq; priuatæ liberæ sunt [l], ita & arbitrij, quod neq; publicum neque ciuile munus est, suscipiendi aut deprecandi libera facultas esse debet: tamen ubi semel quis in se recepit arbitrium, id est, iudicis partes suscepit, finemq; se sua sententia controuersijs impositurum est pollicitus [m], ad curam & sollicitudinem suam hanc rem pertinere Prætor putauit: non tantùm quòd studeat hac ratione intra priuatos parietes sine occupatione publica Magistratus, lites finiri: uerumetiam quia non debent

a l. 3. §. pen. hoc t.
b l. non distinguemus. 32. §. quæsitum. 15. l. quamuis. 37. l. inter. 44. hoc t.
c l. diem. 27. §. stari. & §. fi. hoc t.
d l. 1. l. quamuis. 37. hoc t.
e l. 3. §. ait prætor. 2. hoc t.
f l. in personam. 23. §. j. de reg. iur. l. 1. de legat. 2. l. hæc uenditio. §. de cōtr. empt.
g §. si scriptum. Inst. de inut. stip.
h uide ff. de pact.
i l. litigatores. 11. cum ll. seqq. hoc t.
k l. societatem. 77. §. j. cum ll. seqq. ff. pro soc. ubi uide Bart.
l l. nec emere. C. de iur. delib. l. sicut. C. de act.
m d. l. Pomponius. 13. §. recepisse. 2.

BIU Cujas

debent decipi, qui quasi uirum bonum disceptatorem inter se elegerunt. Finge namq; post causam iam semel atq; iterum tractatam, post nudata utriusq; intima, & secreta negocij aperta, arbitrum, uel id gratiæ dantem, uel sordibus corruptum, uel alia ex causa, nolle sententiam dicere: quisquam ne potest negare æquissimum fore, Prætorem interponere se, ut officium quod in se recepit, impleat [a]? Itaq; si sub terfugere & celare se in animum inducat, Prætor eum inuestigare debet: & si diu non apparuerit, mulcta aduersus eum dicenda est [b]: uerùm id ita demum facturum se Prætor pollicetur, si pecunia fuerit lo-
4 co pœnæ compromissa. Iure † quippe ueteri nullum erat arbitrij munimentum, nulla uis, nisi pecunia esset compromissa [c]: quam se daturos pollicebantur, qui compromittebant, si quid contra sententiam arbitri fecissent. Quanquam enim ex sententia iudicis oriebatur in Factum actio, qua condemnatus iudicatum facere iudicis officio compellebatur [d]: tamen decreto arbitri non tantam placuit uim attribui, ut inter publica & priuata iudicia ratum maneret discrimen: ne ue exæquatis iudiciarię authoritati priuatorum hominum placitis, splendor & maiestas illa iudiciorum obsoleſceret: quemadmodum eadem
5 ratione inter testamenta & codicillos uidere licet, differentiam esse retentam [e]. Post † uerò etiam ex sententia arbitri, quæ aut Expressim, aut Tacito quodam decem dierum consensu à litigatoribus approbata esset, tam Actionem, quàm Exceptionem dari, Imperatores uoluerunt [f]. Sed iure hoc, ut dixi, ueteri nemo ex ui solius conuentionis, arbitro parere cogebatur: neq; Actio aut Exceptio ex Compromisso dabatur [g]: eoq; addebatur pœna nummaria, aut alia res uice pœnæ [h]: ut qui cõtra eius sententiam quid molitus esset, eam pœnam aduersario penderet. Itaq; pœna nulla ab utroq; promissa, uel ita promissa ut exigi non posset, ut cum Nudo pacto erat promissa: cùm nullius efficacię futurum esset arbitrium, Prætor non cogebat arbitrum [i]. Nam superuacuum atq; deridiculum fuisset, ad id quem cogi, cuius non ul-
6 lus esset effectus [k]. Eademq; † ratione Prætor se non interponit, siue initio nullum sit compromissum: uel ratione personæ in quam compromittitur [l]: uel propter eos qui compromittunt [m]: uel rem de qua compromissum est [n]: siue ualeat quidem initiò, sed sit incertum, an ex eo pœna propter adiectam conditionem exigi possit [o]: siue postea deficiat pœna soluto compromisso, uel die [p] (nam die, intra quem arbiter definire ex compromisso debuit, exeunte, omne arbitrium expirat, nisi omnium uoluntate dies prorogetur [q]) uel morte arbitri, aut utriusúe qui compromisit [r], uel acceptilatione [s], iudicio [t], pacto [u], &c. His enim modis atq; alijs finito arbitrio, Prætor sententiam dicere non cogit [x]. Item si iusta excusa-
7 tio sit, quamobrem arbiter deprecari rectè necessitatem iudicandi possit [y]. Atq; † hæc quidem in prima parte. In secunda Prætor inquit: NISI ARBITRIO PAREATVR.) id est, sententiæ arbitri siue æquæ siue iniquæ [z] (nec enim appellatio [a] reductióue [b] ad arbitrium boni uiri, locũ in ea habet) dummodo non extra metas compromissi uagetur, aut incerta sit, aut alio modo inualida [c]. QVA DE RE-
8 RECTE COMPROMISSVM ERIT.) Nam ubi compromissum non ualet, ne sententia quidẽ ualere & obligare ad pœnam debet [d]. POENAM † COMPROMISSAM SOLVI IVBEBO.) dando actionem Ex stipulatu, aduersus eum qui dolo malo [e] contrauenit: unde & doli clausula ad plenum compromissum faciendum addi solet [f]: & certam quidem, ubi pœna certa adiecta est: incerti uerò actionem ad id quod Interest, quoties non expressim pœna est addita, sed simpliciter sententiæ stari
9 quis stipulatione promisit [g]. At hodie, † ut dixi, ex constitutionibus actio & exceptio ex sententia arbitri semel approbata datur [h]: scilicet quando decem silentio dierum est homologata: post quod tempus non potest peti [i] reductio ad Arbitrium boni uiri: etiamsi hęc aliàs 30. annis, in arbitratorum scilicet definitionibus duret [k]. Si tamen enormis & euidens extaret in arbitrio læsio, etiam post decem dies Exceptio doli, contra illius iniquitatem [l] opponi posset, executionem impeditura [m]: cui exceptioni non faciłè, ne cum Iuramento quidẽ [n], intelligitur renunciari: ut nec remedio l. 2. C. de rescind. uend. ob læsionẽ ultra dimidium iustæ debitionis [o], inducto: quod ipsum quoq; arbitramenta rescindere receptum est [p].

a l. 3. §. pen.
b l. non distinguemus. 32. §. si arbiter. 11.
c uide l. diem. 27. § fi.
d l. item ueniunt, 20. §. idẽ rectè. 5. de pet. hæred. l. actori. 8. C. de reb. cred.
e uide ĩ. de cod. & Instit. eod. tit.
f l. 4. l. pen. C. eo. tit.
g l. 2.
h l. litigatores. 11. §. quod ait, 2.
i d. l. litigatores, cũ ll. seq.
k d. l. nõ distinguemus. 32. §. summa. 2.
l l. 1. l. cum lege. 41.
m d. l. 32. §. si seruus. 7. l. si pupillus. 35.
n d. l. nõ distinguemus. 32. §. Iulianus. 5.
o l. 11. §. fi.
p d. l. non distinguemus. 32. §. summa. 2.
q l. labor. 25. l. diem. 27.
r d. l. diem. §. j.
s l. 13. in prin.
t l. si quis rem. 30.
u d. l. 32. §. item. 4.
x d. l. 32. hoc t.
y l. 4. in fi. ff. 11. l. 32. §. sacerdotio. 3. hoc t.
z l. diẽ. §. Stari. 2. l. societatem. 77. §. fi. ff. pro soc.
a l. 1. ubi Bald. C. eo. Dd. in l. arbitro, qui sati. d. cogant. Maran. de appell. nu. 259.
b Pano. & Dd. in c. quinta uallis. 23. de ureitur. et in c. 2. de arb. uide Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Maran. in spec. aur. parte 6. 7. art. 2. nu. 255. 256.
c l. si unus. 17. cum ll. seqq.
d d. l. 32. §. Iulianus. 5. cum seq.
e l. ita demum. 31.
f d. l. 31.
g l. 32. §. fi. hoc t.
h l. pen. C. eo.
i l. pen. C. eod. ubi Bal. Maran. prælleg. loc. num. 113. Panor. in d. c. quinta uallis.
k ita est communis conclusio Bart. in d. §. arbitrorũ. & in d. c. quinta uallis. Alex. consil. 95. uol. 2. Soc. consil. 220. uol. 2. Dec. consil. 39. in fi. Maran. prælleg. loco. nu. 112. decis. Neap. 135. Angel. consil. 314.
l l. si quis cum aliter. ubi not. dolũ re ipsa in omni

Nautæ, caupones, stabularij, ut recepta restituant. TITVLVS IX.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Duo esse huius edicti capita.*
3 *Primum caput: & eius ratio atq; expositio.*
4 *Qui ex hoc capite teneantur.*
5 *Quando dicatur receptum, ut locus sit edicto.*
6 *Ex hoc edicto qualis cõ. nã actio detur, et cũ qb. cõcurrat.*
7 *Actionem hanc esse in simplum.*
8 *Secundum huius edicti caput.*
9 *Actionem in duplum ex hoc edicto dari, & contra quos, & ex qua causa.*
10 *Pœnalem hanc esse actionem, nec transire ad hæredes, quamuis sit perpetua.*

1 GEneralis † est tituli superioris inscriptio, DE RECEPTIS [a]: unde cum non modò arbitri sententiam se dicturos, sed etiam nautæ, caupones, stabularij, res sibi creditas custodiendas recipiant: rectè atq; ordine fit, ut postquam ostensum est, quemadmodum arbitri suscepto satisfacere arbitrio ex Edicto cogantur, obiter etiam declaremus, quomodo hi ex Recepto obligentur. Scien-
2 dum † autem est, huius Edicti duo fuisse capita, quorum ex utroq; diuersas seperatim actiones Prætor
3 pollicebatur. Horum † primum extat, ex Vlp. [b] repetitũ: NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII, QVOD CVIVSQVE SALVVM FORE RECEPERINT, NISI RESTITVENT, IN EOS IVDICIVM DABO.) Maxima utilitas est huius Edicti, quo simul succurritur uiatoribus, quos necesse est plerunque horum hospitum fidem sequi, & quamlibet ignotorum custodiæ res committere. Simul occurritur fraudibus ex ea fæce hominũ, quas cum furibus, aduersus eos quos reci

piunt,

læsione subesse. de uerb. obligat. m d. l. non distinguemus. 32. §. cum quidam. hoc tit. Panor. in c. 2. exẽ. eod. per c. per tuas. exẽ. eo. Maran. prælleg. loc. nu. 255. n uide Can. in d. c. quinta uallis. Maran. prælleg. loc. 115. & 332. Rom. consil. 27. o uide Castr. in l. 2. nu. 7. cum multis seq. C. de resc. uend. p uide Mynsing. obser. 33. cent. 1. a in Flor. exemplari. b l. 1. in prin.

BIU Cujas

piunt, struere solent [a]. Nautas, † caupones, stabularios eos accipimus, qui nauim, cauponam, stabulum 4
exercent [b]: id est, ad quos quæstus & reditus præcipui perueniunt [c]. Exercere enim, est quæstum ex rei
alicuius exercitio facere [d]. Quamuis autem hi non mercedem accipiunt custodiæ gratia: sed nauta, ut
traijciat uectores cum mercibus: caupo, ut uiatores manere in caupona patiatur: stabularius, ut permit
tat iumenta apud se stabulari: tamen & custodię nomine de omnibus rebus quas receperunt, tenentur:
quod iniquum uideri nõ debet, cùm & fullo ac sarcinator custodię nomine ex locato teneantur: quam-
uis non pro custodia, sed pro artificio & opera mercedem accipiant [e]. Ait prætor: † QVOD CVIVS 5
SALVVM FORE RECEPERINT.) uidelicet tanquam nautæ, caupones, stabularij. nam si extra
negocium suum, ut depositum ab amico, rem pignori datam aut commodatam recipiant, hoc quidem
iudicio (quando ciuile cuiusq; pactionis sufficiat) non tenebuntur [f]. Receptæ autem res esse uiden-
tur, etsi non expressim custodiæ ipsorum assignatæ sint, sed solum immissæ [g]. Ipso enim facto, qui immit
tit, testatur se sua fidei custodiæq; exercitoris committere: & is silentio suo atq; exercitio quasi profite-
tur, se suamq; nauim aut diuersorium idoneum esse, cui res tutò credatur. Itaq; ex hoc Edicto tenebun-
tur, nisi prædixerint exercitores, ut unusquisque uectorum aut hospitum res suas seruet: neque enim se
damnum uelle præstare, & uectores prędictioni consenserint [h], resq; perierint, aut amissæ sint, non qui-
dem fatali damno aut ui maiore [i], sed negligẽtia, aut culpa, aut casu qui præcaueri potuit, ut incendio [k],
furto [l], &c. neq; solùm ex suo tenentur facto, sed omnium omnino qui in naui, caupona, stabulo sunt, ha
bitant, uel diuersantur [m]. At quomodo teneãtur, uideamus. ait enim Prætor: NISI RESTITVENT,
IN EOS IVDICIVM DABO. Ex hoc † igitur Edicto, nisi restitutio fiat, in Factum actio datur Ho 6
noraria de recepto [n]. Nam etsi ciuiles actiones non desint, ut locati, si merces interuenit: si gratis res su-
sceptæ sunt, depositi: tamen hæ actiones non nisi ex conuentione dantur, quæ sæpe non intercedit, aut
etiam difficulter probari potest, ut debet [o]. Deinde ut in hoc argumento maximè aliquando ciuilis ali-
qua actio concurrere posset: nihilo tamen minus, ut innotesceret, Prætorem curam agere reprimendæ
improbitatis hoc genus hominũ, etiam ex suo Edicto iudiciũ pollicetur: in quo hoc amplius est, quòd
non solum ex dolo suo, ut in depositi: aut culpa, ut in locati iudicio, sed omnimodo qui recepit conue-
niatur: etiamsi sine sua culpa, puta negligẽtia familiæ, res perierit, uel damnũ datum sit [p]. Probabile † au 7
tem est, hanc actionem tantum in Simplum fuisse conceptam: cùm quia tanquam ex contractu, quasi
conducto uel depositò competebat: tum quòd I. C. ait, Rei tantum persecutionem ea contineri, eoq; In
hæredem & Perpetuò dari [q]. Secundum huius Edicti caput, consultò dicam, an per negligentiam com-
pilatorum [r] est omissum. quod sic restituit Baro: SI † FVRTVM FACTVM, DAMNVM VE IN- 8
IVRIA DATVM, AB IIS QVORVM OPERA ET MINISTERIO NAVTAE, CAV "
PONES ET STABVLARII, IN NAVE, CAVPONA ET STABVLO VTVNTVR, "
ESSE DICETVR: IN FACTVM IN EXERCITORES, CAVPONES ET STABV "
LARIOS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. Ex † hoc Edicto actio in Duplum aduersus 9
exercitorem competit, ex Quasi delicto: si uel ipse, uel aliquis eorum, quibus in exercendo utitur, furtũ
fecerit, aut damnum dederit ei qui res suas credidit [s]. sicut & habitator nomine suæ familiæ, si quid deie
ctum fuerit uel effusum, tenetur [t]. Ex Quasi autem maleficio hæc actio datur: est enim in suorum etiam
delictis aliquatenus reus, qui malorum hominum opera usus est [u]. Sanè factum uiatorum & hospitum,
quorum conditionem probabiliter ignorare potuit, neutiquã hîc præstat exercitor [x]. Porrò † cùm Pœ- 10
nalis sit hæc actio, non transit in hæredem [y]: perpetuam tamen (quod mirum) exemplo actionis Fur-
ti & legis Aquiliæ, cum quibus quandam habet cognationem [z], Prætor esse uoluit: quò uiatoribus &
securitati hospitum, quorum respectu quadantenus Rei est persecutoria, & qui ex mercibus aliquid
amissum esse, sæpenumerò serius deprehendunt, prolixius consuleretur.

[a] l.1.in prin.
[b] l.1.§.j & 2.
[c] l.j.§.exercitorem. 7.de exer.act.§.j. Inst. quod cum eo qui in alien.po.
[d] d.l.1.& tot.tit.de exerc. actio.
[e] l.j.
[f] l.3.§.2.uers.cæterum.
[g] l.j.§.fi.hoc t.
[h] l.fi.uers.item si prædixerint.
[i] l.3.§.j.
[k] l.si uendita.11. de peric. rei uend.
[l] l.cum duob.52.§.dam.ff. pro soc.uid.Bal.in l.1.in 1.quæst. C. depos.Salic. in l. quæ fortuitis. C.de pig.act.Panor.in c.1.de commo.
[m] l.1.§.fin.l.2.,l.3.in princ. & §.j.
[n] l.3 §.fin.
[o] l.consilio.de cura fur.
[p] d.l.3.§.j.
[q] l.3.§.pen.hoc t.
[r] l.6.& 7.hoc t.l.unic.§. furt.ad naut.caup.stab.
[s] infr.de his qui deiecer.
[t] §.pen.Instit.de obl.quæ ex quasi delic.d.l.fi.§.si seruus.2.d.l.unic.
[u] l.6.§.in factum.2.
[x] l.fi.§.hæc iudicia.4.
[y] d.l.unica.
[z] d.§.hæc iudicia.

DIGESTORVM SEV PANDECTA-
RVM PARS II. LIBER V.

DE IVDICIIS, ET VBI QVISQVE AGERE uel conueniri debeat. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Diuisio ciuilium iudiciorum.
3 Quare primo loco de uendicationibus agatur.
4 Dispositio huius partis.
5 Quid sit iudicium.
6 Partes iudicij.
7 Litis contestatio quomodo fiat.
8 Species iudiciorum.
9 Quæ personæ constituant iudicium.
10 De iudice, quis, à quo dari possit.
11 De actore.
12 De reo.
13 Materia iudiciorum.
14 Forma uetus, & noua.
15 Finis & effectus.
16 Vbi qs agere uel cõueniri debeat: et quot modis forũ sortiatur.

IVRIS † prudentiæ iudiciorumq; principijs, in quibus exponendis hactenus commorati 1
sumus, gradũ porrò in ipsa deinceps Iudicia faciamus: quæ aut Ciuilia sunt, aut Crimina-
lia, aut Fiscalia siue Extraordinaria [a]: ciuiliũ porrò alia Propriè ciuilia, alia uerò Prætoria.
In † ciuilibus, aut ex obligatione in persona agitur, quæ Personalia iudicia dicuntur: aut 2
propter rem mouemus alicui controuersiam, qui nullo ex contractu nobis est obligatus [b]:
quæ Realia, aut simpliciter Iudicia appellantur. Sunt enim multifariam uaria, neq; ex ulla certa obliga-
tione aut cõtractu dantur, ut certo specialiq; nomine designari nequeant. De † his igitur priore loco in 3
hac secunda Digestorũ parte tractatio est instituta: cum quia potiora sunt Personalibus [c], potiora autẽ
præmittenda

[a] l.1. §.pen.de calum.
[b] §.j.Inst.de act.l.actionum.24.j.eo.tit.
[c] l.plus cautionis. 25.de reg.iur.Iaf.in Rub.C. de inoff.testam.nu.2.

BIU Cujas

præmittenda sunt [a]: tum quòd propriè iudicia nominentur: nec enim ab obligationibus, ut cætera, sed à mero Iudicis officio dependent [b]. Quia uerò cũ realibus iudicijs magnã similitudinẽ cognationemq; habent actiones illæ personales, quæ occasione rerũ, citra ullam conuentionem, ex aliquo facto seu delicto leuiore, quod criminale iudicium nequaquam constituat, sine tractatu partium enascuntur: sic ut quædam ex his partim in Rem directæ existimentur: ideo harum quoq; explicatio passim, prout connexio rerum postulabat, est inserta. Itaq; † iudicia, de quibus in hac parte sumus acturi, triuin sunt omnino
4 generum: quædam Realia, quas Vendicationes uocant, quibus rem nostram petimus: quædam Personalia, quæ non ex contractu aut scelere, sed facto culpáue aliqua gignuntur: quædam ex his Mixta: de quibus sigillatim disseremus, si prius generalia quædam præcepta de Iudicijs, & Vbi quis agere uel con-
5 ueniri debet, exposuerimus. Iudicium, † inquit Asconius, dicitur res, quæ causam litemq; determinat. Itaq; sic illud definire possumus, ut sit Legitima controuersiæ apud iudicem tractatio & dijudicatio [c].
6 Partes † iudicij præcipuæ sunt, Litis contestatio, & Sententia [d]. Nam reliqua, quæ in iudicijs uersantur, aut Præparatoria sunt, ut citatio [e]: aut Media, ut probationes: aut Posteriora siue consequentia, ut executio. Alij tres partes constituunt: uidelicet Litis contestationem, uelut principium: deinde inter-
7 medium, uidelicet Probationes: postremò finem, nempe Sententiam [f]. Litis † contestatio fiebat olim nonnunquam sponsione [g], interdum sacramento [h]: plerunq; nuda testatione corã testibus, unde & nomen habet. Hodie lis contestari dicitur, quando res agi disceptariq; cœpta est per actionem propositã, & responsionem Rei subsecutã [i]. De sententia porrò & Re iudicata opportunius suo loco disseremus [k].
8 Iudicia † ordinaria (ut dictum est) sunt aut Ciuilia, aut Prætoria, aut Criminalia. Ciuilia ciuili iure & legibus, ac officio mercenario [l]: Prætoria uiua magistratus uoce & authoritate, ac nobili plurimum officio: Criminalia pœnis & imperio expediuntur. Criminalia rursus aut sunt Priuata, quæ priuatam: aut Publica, quæ publicam uindictã expetunt & persequũtur. De his ordine in Pandectis tractatur, ac primo loco de Ciuilibus: quæ sunt aut Realia, aut Personalia, aut ex his Mixta [m]. Realia rursum aut Petitoria, aut Possessoria [n]. Petitoria, aut Vniuersalia, quib. uniuersum corpus multorũ diuersorũ iurium petitur [o]: aut Generalia, in quibus de uno quidẽ iure, sed quod multas habeat species [p], agitur: aut Particularia, quibus una tantum species uindicatur. De his ordine tractari, subsequentes tituli ostendunt.
9 Constituunt † iudiciũ, iudex, Actor & Reus [q], & personæ his adminiculãtes: litigatoribus quidẽ Pá-
10 troni causarũ & Procuratores: iudici, Assessores, Tabelliones, Scribæ, Actuarij, Apparitores. Iudex † dictus est à iure dicendo. Iudicẽ aũt dare possunt, quibus lege, uel cõstitutione, uel senatusconsulto cõceditur [r]. Iudices dari omnes possunt, siue patres, siue filijfam. [s] qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam Natura: ut surdus, mutus, furiosus, impubes: quia hi animi, illi corporis uitio impediti, munus iudicandi obire nequeunt. quod aliter in cæco est [t]. quidã Lege, ut qui senatu motus est: quidam Mori-
11 bus, ut fœminæ & serui [u]. Actor † ab agendo dicitur: estq; is qui actionẽ proponit, & prior ad iudicem prouocat [x]: omnes autẽ agere possunt, quibusdã exceptis [y]: præsertim his, qui aut legitimam personam
12 stãdi in iudicio nõ habẽt [z]: aut edicto de postulãdo excludũtur [a]. Reus † à re cuius causa cõuenitur [b], & de qua est disceptatio, appellatur: quem etiã fugientem uocãt [c]. Possunt autẽ omnes rei fieri, tam ciuilibus quàm criminalibus actionibus, si paucas excipias [d]. Illud iure Sax. hac in parte singulare, quòd etsi fœminæ agere & cõueniri possint, tamen absq; tutore litis, comparere & postulare prohibeantur [e].
13 Materia † iudiciorum, sunt Causæ & Lites, quarũ nullus neq; finis neq; modus est his teterrimis temporibus: quibus refrigerata charitate abundat iniquitas multorũ: longeq; uerissimum in nostra iurisdictione & foro experimur esse uetus illud: Αἶνα Αἶνλω ἑτιπτε, πρὸς βλάβλω βλάβη. Callistratus [f] ait: Cognitionum numerum ex uarijs causis descendere, nec in genera proinde facilè diuidi posse: ad quatuor tamen genera ferè redire: quòd aut de Minoribus & honoribus agatur, aut de re Pecuniaria, aut de Existimatione (quæ qualibet causa pecuniaria grauior est [g]) aut de Capitali crimine quæratur. Etsi uerò Callistratus de Extraordinarijs cognitionibus, quæ speciali lege constituuntur, agat: tamẽ etiam Ordinaria iudicia subiectum habere pecuniam, uel crimina, uel his affinia, palàm est [h]. Illud etiã teneatur, neminem in sua causa ius dicere uel iudicare [i]. In suorũ causa ius dicere non posse [k]: eoq; nec iudicem in Publica ac capitali uel Status causa esse posse. hæc enim iurisdictionis sunt [l]. In priuatis causis iudicem esse suis posse [m] (quanquam non sibi:) quia cogitur [n], cum publicum sit officium [o]: coacto autem non æquè adhæret suspicio [p], ut se ingerenti [q]. deniq; quoniam etiam consentientibus uel petentibus datur [r].
14 De † impetratione, forma & ordine ueterum iudiciorũ, nihil attinet dicere, formulis & impetrationibus iam sublatis. Nam olim quidem, ut omnia ordine & rectè procederent, & ne temerè sineq; causa quis ad iurgia & lites conuolaret, impetrandum erat à Prætore iudicium: qui actori postulatam à se actionem impartiebatur, & formulam agendi disceptandiq; pedaneo iudici & litigatoribus præscribebat. Quæ postea Constan. antiquauit [s]. Hodie hîc ferè ordo seruatur. Appellato iuridicè reo, offertur libellus, qui acceptis ad deliberandum inducijs uelit contendere nec ne: postquam contendendum putauit, negando affirmandóue intentionem, exceptionibusq; propositis, litem contestatur: exceptiones actor replicatione diluit, hanc reus duplicando, atq; ita deinceps [t], donec omnibus allegationibus propositis, & ijs quæ in facto consistunt, probatis cognitisq;, causa concluſa, iudicibusq; commissa, tandem sententia definiatur: quam iudex exequendam curat legitimo tempore, nisi fuerit appellatum [u]. Quòd si reus ad iudicium peremptorijs edictis uocatus, copiam sui non faciat, iudex in bonorum eius, aut rei litigiosæ possessionem mittere actorem consueuit [x]: ut aut respondere, aut rerum suarum possessione

a §. singulorum. in fi. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. de alb. ſcriben.
b Alc. in Rub. ſi cert. pet. arg. c. forus. de uerb. ſig. l. 1. C. de lit. con. l. iudex. 55. de re iudic. iunc. l. amplius. l. 5. §. rem. rat. hab. d. l. amplius.
c Auth. ad hæc. ubi Iaſ. nu. 2. C. de iudic.
d Cic. pro Pub. Quin. Quintil. lib. 7.
e Cic. lib. 1. de Orat.
f d. l. 1. C. de lit. conteſt. c. 1. ubi Socin. poſt alios. exẽ. eo. tit.
g ad tit. de re iud.
h l. iudex poſteaquam. de re iudic.
i §. 3. cum ſeq. §. quædam. Inſt. de act.
k uide Dd. l. naturaliter. §. nihil. de acquir. poſ. & exẽ. tit. de cauſ. poſſ. & propr.
l Bart. & Dd. in Rubr. ſolut. mat. Iaſ. in l. 3. nu. 10. C. de ædend. & in Rub. ff. et C. de inoff. teſta. gl. in l. 1. de æden. Canon. in c. 12. de lib. obla. & c. conquerente. de off. ord.
m Spec. de act. ſeu pet. §. ſequitur. Iaſ. in d. l. 3. Maran. in tract. iud. parte 4. diſt. 4. nu. 2.
n d. c. forus. uer. in omni.
o l. cum prætor. 12.
p d. l. cum prætor. in fin. l. in priuatis. hoc tit. l. quidam. de re iudic.
q l. cæcus. 6. hoc tit. Duar. diſp. lib. 2. cap. 23.
r d. l. cum prætor.
s l. in tribus. 13. l. qui prin. 29.
t l. qui accuſare. 8. cum ll. ſeqq. de accuſ. tot. t. C. de his qui accuſ.
u C. qui legit. perſon. ſ. de poſtul.
x Cic. lib. 2. de Orat.
y l. properandum. 11. §. 3. C. eod.
z l. hos accuſare. 12. de accuſ.
a art. 44. 46. 47. lib. 1. ubi Zobel. Chil. in prac. ca. 22. D. Reinhar. diff. iud. 40.
b l. 5. de uar. & extr. cogn.
c l. ſi in duab. 104. de reg. iur. l. Iulianus. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. l. infa
g l. ſi in duab. 104. de reg. iur. l. Iulianus. ſi quis

mia. 8. C. de decur. lib. 10. ubi notant, grauiorem eſſe famæ quàm oculi amiſſionem. h Cic. pro Cecinna. i t. t. C. ne quis in ſua cauſ. l. qui iuriſdictioni. 10. de iuriſd. k d. l. qui iuriſdictioni. l l. 1 de off. eius. l. 4. 6. de off. proco. l. non diſtinguemus. 32. §. de liberali. 6. de recep. arb. m l. in priuatis. 77. de iud. n l. penul. de uacat. mun. o l. quippe. 78. de iudic. p l. tutori. 20. C. de nega. geſt. q l. quæ omnia. 25. de procur. r uide Duar. diſp. lib. 1. cap. 51. s l. 1. 2. C. de formul. t l. 2. §. fi. de excep. uide Inſt. de replicat. u Auth. offeratur. C. de lit. cont. d. l. procurandum. C. de iud. c. quoniam contra. de probat. l. à diuo Pio. 15. de re iud. l. 2. & 3. C. de uſur. rei iud. x l. hæres abſens. 19. §. 1. l. de eo. 26. hoc t. c. Rom. §. contrahentes. de for. comp. in 6. l. 2. C. ubi in rem act.

BIU Cujas

carere reus cogatur [a], quanquam alijs etiam modis coerceri potest [b]. Nam interdum nulla habita litigatoris per contumaciam absentis ratione, de causa cognoscit iudex, & pronunciat [c]: quod maximè post litem iam contestatam fieri solenne est [d]. nam sine litis contestatione non facilè ad sententiam est perueniendum [e]. At iure Sax. contumax reus citra discrimen pro confesso est, & actori cõdemnatur: id quod olim quoq; obtinuisse, suprà diximus [f]: contraq; actore cõtumace, reus ab instantia iudicij absoluitur [g]. Finis † iudiciorum, ut quisq; præsidium iuris sui habeat publicum [h], atq; ius suum iudicio consequatur publico [i], non suo priuato [k]: litesq; terminentur authoritate magistratus [l], quæ priuatim componi non possunt. Cicero pro Cecinna, ait omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorũ maleficiorum causa reperta esse. Effectus, quòd iudicium redditur in inuitum [m], perpetuat actiones [n], interrumpit præscriptionem [o], constituit in mala fide possessorem [p], quasi ex contractu obligat [q], nullius ius deterius, sed firmius efficit [r], quatenus scilicet ius est: nam hoc solum in iudicijs redditur, & contra iniuriam omnem propugnatur [s]. Affinia sunt arbitria [t]. Contraria mutatio iudicis [u], renouatio expressa [x], tacita [y], sordes munera [z], inæqualitas & similes iudiciorum pestes. Remittit etiam iudicandi necessitatem morbus sonticus [a], finit iudicium sententia [b], præscriptio [c].

Quod † ad secundam huius tituli partem attinet, ubi quisq; agere aut conueniri debeat: sciendum est, actorem sequi forum rei [d]: hunc autem iurisdictioni obnoxium fieri quatuor præcipuè ex causis [e], domicilio [f], contractu [g], delicto [h] (ob quod tamen hodie, remissionibus quippe non admodum frequentatis, plerunq; ibi nocentes puniuntur, & sortiuntur forum, ubi reperiuntur maximè uagabundi [i],) & re qua de agitur (eo enim in territorio defendi debet, in quo res sita est [k].) nonnunquã etiam ex alijs [l]: ut si sponte se alienę iurisdictioni litigatores submittant [m]. Quòd si quis pluribus locis forum sortiatur, in electione est actoris, ubi uelit agere [n]: neq; reus declinare poterit, nisi sit legatus, aut aliam iustam habeat recusandi iudicis causam [o]. Exire tamen domo citatus, & in loco contractus, alióue competente, causam dicere non cogitur, nisi citatio eum ibi apprehenderit [p]. Cæteroqui cum remissioni maximè in contractibus non sit locus, declinare forum, quamuis competens, potest [q]: utiq; domicilij priuilegio [r], ne inuitus inde ad aliud forum, maximè extra prouinciam, extrahatur [s]: maximè cum ante iudicium & tempore citationis, necdum constet plerunq;, an alibi forum ex contractu, qui tum nondum apparet, nec probatus est, sortiatur, ut comparere cogatur.

De inofficioso testamento. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Querelam inoff. & petitionem hæreditatis, uniuersalia esse iudicia.*
3 *Qua ratione, & ex qua causa introducta sit querela.*
4 *Definitio huius actionis.*
5 *Petitionem hæreditatis cum hac cumulari.*
6 *Quibus detur, aut non: & quando cesset, aut præscribatur.*
7 *An & quando hodie locus sit querelæ.*
8 *Querela an & quando in hæredes transeat.*
9 *Aduersus quos detur.*
10 *Forma agendi.*
11 *Effectus querelæ, & quatenus testamenta rescindat.*
12 *Casus in quo pro parte tantum testamentum rescinditur.*

His † ergo summatim præmissis, ad uendicationes deueniamus: quæ, prout res ipsæ, multiplices sunt: ut enim aliæ res corporales, aliæ incorporeæ, quædam singulares, nonnullæ uniuersitatis censentur: ita uaria constituuntur, multisq; modis diuersa de his iudicia. Sed quia uniuersitas potior est rebus singulis, sicuti totum suis partibus: primò de Iudicijs uniuersalibus uideamus. Ea uerò sunt illa, quæ ad petendam hæreditatem proponuntur. Nam † hæreditas, cùm plurimas res, partim in corpore, partim in iure positas complectatur [a], & augmentum diminutionemq; recipiat [b], meritò nomen uniuersitatis obtinet [c]. De hac, aut per Querelam inofficiosi testamenti, aut Petitionem hæreditatis, disputari ferè consueuit. Querela inofficiosi, commiseratione exhæredatæ iniustè familiæ est indulta, & lege Glicia, ut putatur inducta, [d]. Nam † quia parentes interdum sine iusta causa, nouercalibus forte delinimentis, alijsq; odijs instim ulati, liberos suos exhæredant, sanguini suo contra legem naturæ, quæ ad successionem liberos uocat [e], iniuriã inferentes: placuit ut de inofficioso testamento liberi agere possint: qui queruntur iniquè, &: contra officium pietatis se esse exhæredatos. Dico Exhæredatos, eoq; uerbo etiam Præteritionem maternam, cæterorumq; cognatorum complector: quia pro exhæredatione habetur [f]. Porrò præteritio paterna non eget huius querelæ, cùm ipso iure testamentum annihilet: quasi liberis contra legis dispositionem, & obliuione potius quàm consultò prętermissis [g]. Quod autem nullum est, frustra rescindi petitur [h].

Est itaq; † Querela, ut ad rem rede amus, imploratio officij iudicis, qua quis accusat scriptũ testamentum: quia se in illo contra officium pietatis, & sine iusta causa exhæredatum dicit, petitq; illud, ut iniustum, rescindi [i]. Propriè enim neq; Actio est, quia nõ persequitur ius agẽtis: nec Accusatio, quia nõ persequitur pœnam: sed est querela quædã iudicis officio petens testamentum rescindi, ut additioni hæreditatis ab Intestato, rescisso testamento aditus patefiat [k]. Huic † enim actioni adijci solet, & adiungi petitio

a *l. consentaneũ. 8. ubi Dd. C. quomodo & quan. iudic. d. l. 2. l. si quis emptionis. 8. C. de præscr. 30. ann. tot. t. extr. de eo qui mitt. in poss. & tit. de dol. & cont.*
b *Dd. in l. 1. §. si quis iudic. non ob. in l. 5. hoc t. in l. 2. si quis in ius uoc. non ier.*
c *l. in peremptorio. 71. hoc t. d. l. properandum. §. j.*
d *not. in l. fin. §. illud. C. de temp. app.*
e *tot. t. extr. ut lit. non con. uid. Chil. in prac. c. 36.*
f *ad tit. de in ius uoc. per l. diuus. de rest. in integr. cum similibus.*
g *Chil. præall. loc. cap. 36. & 37.*
h *l. 4. C. de his qui ad Eccles. confug.*
i *§. j. Instit. de act.*
k *l. nullus. 13. C. de Iudæ.*
l *l. j. de re iudic. c. j. eod. lib. 6. l. properandum. C. de iudic. l. 4. C. de his qui ad Eccles. confug. l. unic. C. quand. lic. unic. l. nullus. 13. C. de Iudæ.*
m *l. inter. 83. §. j. de uerb. oblig.*
n *l. unic. C. ex del. def.*
o *l. fin. C. de præscrip. 30. annor. uide j. de usucap.*
p *l. nemo. C. de acq. poss. l. 2. l. antepen. C. de præsc. long. temp. de quo uide j. ad tit. de usucap.*
q *l. 3. § idem scribit, de pecul.*
r *l. nemo. 88. l. non solet. 87. de reg. iur. l. aliam. de nou.*
s *l nullus. 13. C. de Iudæ.*
t *l. 1 sup. de recep. arb.*
u *l. iudex. 46. hoc t.*
x *l. cũ prætor. 12. in prin. hoc tit.*
y *l. 4. 5. de iurisd. ubi Dd.*
z *l. 1. 2. & t. tit. C. de pœn. iud. qui male iud. l. pen. C. si cert. peta. §. pen. in Auth. ut iud. sine suff.*
a *l. iudex 46. de iud.*
b *l. iudex posteaquam. de re iudica.*
c *l. properandum, 11. C. de iud. l. ult C. de præscr. 30. annor.*
d *l. 2. C. de iur. om. iud. l. fi. C. ubi in rem act.*
e *c. fin. de for. comp.*
f *l. 2. §. legatis. 3. §. sed etsi. 6.*
g *l. hæres. 19. §. j. & 2.*
h *l. omnem. 20. l. argentarium. 45.*
i *uide gl. & Dd. in l. j. C. ubi de crim. Bar. in l. ult. de furt. & in l. si abducta. 10. C. eo tit. Lanfr. in c. quoniam. uerb. confessiones. nu. 11. Gand. in tract. de fur. pun. nu. 5. & tit. ubi del. pun. Ferrar. in for. inquis.*
k *l. quod legatur. 38. l. fin. C. ubi in rem act.*
l *l. si uxor. 42. l. exigere. 65.*
m *l. 1. 2. 51. 74.*
n *d. l. hæres. §. fin. l. 3. de eo quod cert. loc.*
o *l. 2. §. legatis. cum seq. l. 5. 7. 8. 22. 24. 26. 27. 36. 39. 49.*
p *uide Dd. d. l. hæres absens. hoc tit. per illum text.*
q *c. Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6.*
r *l. plerique. 18. de in ius uocan.*
s *Nou. 53. de exh. & intro. reis. uide Dd. l. 3. de off. præsc. Clem. 1. de iudic.*
a *l. 1. §. j. 5. de rer. diuis.*
b *l. pecuniæ. 178. §. hæreditas. 1. de uerb. sign.*
c *§. fin. Instit. per quas pẽrson. nob. acq. uide Ias. in l. 3. C. de æden. l. 1. ff. eod.*
d *l. 4. hoc tit. Cuiac. obs. lib. 2. cap. 21.*
e *l. scripto. 7. §. fin. ff. unde lib. l. cum ratio. 7. de bon.*
f *§. fin. Instit. de exh. liber.*
g *eodem tit. Instit. de exh. lib. ubi uide alias rationes in nostris scholijs. & j. de lib. & posth.*
h *l. 5. de iniust. rupt. test. l. decem. 116. de uerb. ob.*
i *l. Papinianus. 8. §. si quis irritum. 12. & §. fin.*
k *Bart. post gloss. in l. posthumus. §. j. nu. 3. hoc tit. & in l. 3. §. si minor. nu. 2. & 3. de iureiur. gl. Ias. & alij, in Rubr. C. eod.*

BIU Cujas

titio hæreditatis, hoc modo: ut quis rescisso testamento, petat se heredem declarari, sibiq̃ adiudicari, hæreditatem [a]. ac puto olim id quoq; usitatum fuisse [b]: cùm dicat I. C. [c] Hæredem fore eum, secundum quem pronunciatum est. Neq; sanè hoc nouum est, nec ad minuendas lites inutile: ut unà cum actione seu imploratione officij Rescissoria simul detur, eiq; adiungatur actio, quæ post rescisionem erat competitura. frustra enim in plura iudicia diuiditur, quod uno potest expediri [d]. Obseruatum id tamen est, hanc hæreditatis petitionem de inofficioso, quæ datur contra titulo possidentem, differre à simplice, cui aduersus iusti tituli possessorem non est locus [e]. Omnibus autem utriusque sexus liberis [f], & parentibus [g], licet de inofficioso disputare: fratribus porrò & sororibus germanis non aliter, quàm si propudiosæ turpesque personæ sint institutæ [h]. Porrò fratres uterini, cæteriq; ulterius cognati, melius facerent, si se sumptibus inanibus non uexarent [i], cùm obtinendi spem non habeant [k]. Nec enim uult [l] ex infinitum instituendi necessitatem propagari, testandique libertatem restringi [l]: præsertim cùm his personis collateralibus non perinde debeatur successio, atque descendentibus & ascendentibus [m]. Ac ne his ipsis quidem aliter datur querela, quàm si ab intestato sint successuri: nam alioqui frustra agent, atq; adeò etiam obtinebunt: si causa intestati ad alios sit peruentura [n], & alio modo ius succedendi consequi nequeant [o]. Quamobrem etiam si quis legitimam portionem sit consecutus, non admittetur [p]: tutoque testari quis poterit, quarta legitimis hæredibus relicta [q], quæ hodie tertia est [r]. Quin etiam tantus est sustinendorum testamentorum fauor, ut si minus relicto quoquo titulo [s] sit, saluo testamento, ad supplementum tantum agi possit [t]: nisi quòd nouissima constitutione Iust. Institutionis titulo filijs relinqui uoluerit [u]. Præterea nec ei accusandi potestas est, qui quoquo modo agnouit sibi à testatore relictum [x], aut aliter uoluntatem eius approbauit [y], aut querelæ renunciauit [z], aut per quinquennium à tempore aditæ hæreditatis conticuit [a]. quanquam Condictio, qua ad supplementũ legitimæ agitur, quinquennio nõ præscribatur, sed Perpetuò, hoc est, 30. annis, ut reliquæ actiones personales, duret [b]: neq; etiam extinguatur, quamuis quis sibi relictum acceptarit [c]. hac enim non impugnatur testamentum. Ac † nouissimo quidem iure uix est, ut in recta linea locus sit accusationi: nam cùm non modò liberi, sed etiam (ut uolunt [d]) parentes sint hæredes instituendi: nisi iustis expressisq; de causis exhæredentur [e], quas hæres probare cogitur [f], in omnem euentum, citra querelam uidetur ijs satis esse prospectum. Nam si in legitima sint instituti, nihil est quòd defuncti officium accusent: sin in minore parte, agent ad supplementum: sin exhæredentur, aut id fit iniuria, & testamento quod ad institutionem attinet euacuato, ab intestato succedunt, ut querela non sit opus: aut iure factum est, & meritò omni aditu consequendæ hæreditatis, qua se indignos reddiderunt, atque ita etiam querela inofficiosi excluduntur [g]: prorsus ut fratribus potissimùm opitulari deinceps hæc accusatio uideatur, etiamsi quidam contradicant [h]. Vno tamen casu uolunt nostri usurpari etiam in ascendentibus & descendentibus querelam inofficiosi, scilicet cum Iusta ex causa exhæredatio facta est: quæ tamen necdum probata sit. Hoc enim casu quia ualet testamentum, & exhæredatio legitimè, hoc est, ex iusta causa expressim addita, facta est, ideo intra quinquennium putant inofficiosi querela illud rescindendum esse [i]: etiamsi exhæredatione sine causa, aut ex nulla causa facta, sit testamentum nullum, & duret quæstio Nullitatis, seu Ius dicendi nullum [k], annis 30. [l] illud † ultimo loco addimus, querelam in hæredes transire, ijsq; competere: liberis quidẽ indistinctè [m], extraneis uerò non aliter quàm præparata à defuncto querela [n]. est enim quædam iniuriæ species, quod genus ad hæredes transire non solet [o]. Suis tamen hæredibus arbitror competijsse olim querelam nõ iure Hæreditario, sed Suo: quòd propter ius Repræsentationis, ipsis iniuria facta uidetur: emancipatis autem, & extra potestatem constitutis non item, quia iure ciuili pro extraneis habebantur [p]: ut eis actio ciuilis dari non debuerit, cum hoc iure ueteri demortuum parentem neutiquam repræsentarent. Vnde nec mater querelam ad liberos transmittebat [q], quoniam non habet eos in potestate, eoq; nec suos relinquit hæredes [r]. Sed Iustin. qui hoc discrimen suitatis sustulit, uidetur indistinctè descendentibus querelam concessisse [s].

Datur † autem hæc actio aduersus hæredem, atq; ita post aditionem hæreditatis, ex qua fit hæres [t], cuiuscunq; tandem sit ille dignitatis & conditionis [u]: siue ex liberis, siue extraneus aut municeps [x]: quantum quidem ad querelam liberorum aut parentum exhæredatorum attinet: nam in fratribus distingui diximus, turpis an honesta persona sit instituta. Sed & aduersus hos competit, qui locum hæredis obtinent: ut est successor hæredis [y], fiscus qui bona occupat [z], fideicommissarius uniuersalis [a]: nonnunquam etiam in particularem legatarium, qui suspecta collusione ad defendendum testamẽtum uenit [b]. Ita tamen hi conueniri poterunt, nisi priuilegio aliquo quod relictum est, defendatur. Nam cõstat aduersus testamentum militare [c], quodq; de peculio castrensi fit, uel quasi, querelam non dari [d].

Ipse † porrò querelæ modus est, ut dicat actor, doceatque immerentem, atq; indignè præteritum se, uel exhæredatum [e]. Inofficiosum enim testamentum dicere, est allegare quare exhæredari uel præteriri non debuerit [f]: quasiq; non sanæ mentis fuerit is, qui testamentum ordinauit: non quo uerè furiosus fuerit, sic enim testamentum ipso iure corrueret probato furore [g]: sed rectè quidem composq; mentis fecerit testamentum, non tamen ex officio pietatis [h]. Quod cùm ita sit, petit actor declarari testamentum inofficiosum, ac rescindi: eoq; rescisso, sibi ut hæredi proximo hæreditatem adiudicari [i]. Quia uerò

a l.qui de.20.ubi gl.& Bart.
b d.l.8.§.quoniã.in uerb. non totam debeo hæreditatem petere.l.mater. §.1.l.qui repudiantis. l. tum qui.§.idem. h.t. l.si quis filium.C.eo.
c d.l.Papinian.§.fina.
d Ias.in §.rursus.num.85. 86.Inst.de actio. dicens hanc esse communem.ui de gl.in l.1. ad uerb.necessaria.ff.ad exhib. ubi quoq; diximus.
e Cuiac.ad Paul.lib.4.tit. 5.Gouea.Lec.lib.tit.5.
f l.1.5.6.8.cum simil.28.§. 1.30.
g l.pater.14.l.nam etsi.15.
h §.soror.Inst.eo.
i l.fratres.27.C.eo.tit.
k l.1.h.t.l.fratris.21.C.eo. contrà l.1.C.de sacrof. eccl.
l l.nam etsi.h.tit.l.fin.C. de Cadicill.in Auth. de hæred.ab intest.uenient.
m l.6.§.pen.
n l.8.§.si quis impubes. h.t.§.tam.15.Inst.eo.
o d.l.8.§.si quis morib.& §.si quis impubes.15.
p l.6.C.eo.
q Auth.nouissima. C.eod.
r d.l.8.§.si quis mortis.l. 30.36.§.1.l quoniã.29.
s l.omni modo.30.C.eod.
t d.Auth.nouissima.
u d.l.omni modo.
x §.aliud quoq;.Nou.cõst. 115.ut cùm de app.cogn.
y l.10.in fin.l.12.22.
z l.8.§.si conditioni.10.l. 23.§.pen.
a l.qui repudiantis.17.l. nam etsi.15.§.1.
b l.scimus.36.§.fi.l.si quis filium.34.in fi.C.eod.l. 2.C.in quib.caus.in integr.rest.l.Papinia.8.§. ult.h.t.ubi gl.fin.
c ita est communis opinio Bald.Ias.& aliorũ contra Barto. in l.si quis filium.34.C.de inoff.test. Guid.Pap.decis.82.
d §.sancimus.Nou.const. 115.ut cùm de app.cogn.
e l.si quando.35.§.fi.Cod. eod.uide Mynsi.Obs.36. cent.1.

h 4 rò

e Dd.in d.§.sancimus. f §.siue eadem.d.Nouell. g l.quidam.232.uersic.quid ergo.de uerb.oblig. h Vigl.in Rub.Instit.eod. i Bal.num.2.& 22.Ias.num.18.dicens hanc esse communem.in Auth.ex causa.C.de lib.præter.Bal.cons.89.proponitur.& cons.112.Paulus.uol.5. k Ias.in l.si filius.num. 14.de lib.& posth.Cast.& Dd.in d.Auth.ex causa. l Guid.Pap.dec.597. m l.si quis.34.C.eod. n l.6.§.fin.hoc tit. o uide §.de iniur.in prin. Inst.de perp.& temp.act. p uide Inst.de hær.qual.& de hær.quæ ab intest.§.emancipati. q l.cum mota.6.C.de transactio. r l.nulla.13.de suis & legit.Vlpian.Instit.cap.26.uide quæ dixi Instit.ad 8.C.Tertull.in prin. s d.l.si quis.34.C.eod. t l.Papinianus.8.§.si conditioni.hoc tit. u l.8. §.si imperator.3.l.pen.§.1.hoc tit. x d.l.pen. y l.10.hoc tit. z l.si hæredum.10.C.eod. a l.1.C.eod. b l.si suspecta.29. c d.l.8.§.Papinianus.3. d l.fin.C.eod. e l.3.l.5.hoc tit. f d.l.3.5.hoc tit. g l.2.hoc tit. h l.2.5.uide Val.Max. lib.7.cap.8. l.pen.de condi.instit. i l.8. §.quoniam.in uerb.non tamen debeo hæreditatem petere.hoc tit.

BIU Cujas

rò cui datur actio, ei multo magis competere exceptionem dicendũ est [a]: potest etiam qui exhæredatum iniustè se queritur, si est in possessione bonorum, in modum Contradictionis & excipiendo querelam introducere [b]. Illud præterea admonendi sumus, hanc querelam non esse perpetuam, ne perpetuò suspensæ incertæq; pendeant defunctorum uoluntates [c], sed intra quinquennium à tempore aditæ hæreditatis esse proponendam [d]: præsertim cum sit Rescissoria, & cõtra leges ciuiles impugnans testamentum & ultimas uoluntates, quarum magnus fauor est [e]: eoq; uelut extraordinaria & odiosa, reliquarum rescissoriarum exemplo certis spacijs debeat includi [f]. quod etiam moribus Sax. obtinet. nec enim præscriptiones rerum communes illis inductæ, temerè producendę sunt ad singulares actionum præscriptiones: quæ quando non inueniantur sublatæ, iure putantur etiamnum durare [g].

Effectus † autem huius iudicij est, ut probata causa, declaretur testamentum inofficiosum: eoque rescisso, legata quoq; & libertates inscriptæ pereant [h], (quod tamen hodie correctum uideri potest, cum Iust. uoluerit, institutionem tantum uitiari saluis reliquis testamenti articulis [i]) & in ea causa res constituatur, perinde atq; si nullum testamentum scriptum, nulla hæreditas adita esset [k]: utq; actori uictori hæreditas ab intestato restituatur, si modò docuerit se ab intestato hæredem [l]. Quamuis autem hac actione nemo amplius petere possit, quàm eam partem quam ab intestato habiturus esset [m]: tamen sententia secundum querelam lata, totum testamentũ corruit, quasi uitiosum, & à demente factum [n]: adeò ut uictor solus obtineat hæreditatem, neque illi concurrant, qui alioqui ab intestato partem facerent, si agentem deseruerint [o]. uidentur enim animo repudiantis accusationem neglexisse [p]: nisi culpa silentij nulla, impeditis fortè imputari queat [q]. Sed si is, qui institutus est, etiam ab intestato hæres existit, cum minimè repudiare ius suum uoluisse ipsa aditione & propugnatione testamenti contra querelam cui se opposuit, abundè sit testatus: ideo rescisso per querelam testamento, ab intestato cum uictore concurret: ut cùm contra filium institutũ alter exhæredatus obtinuit [r]. Vno † sanè casu pro parte tantum rescinditur testamnetum: propterq; rei iudicatæ authoritatem, partim testatus, partim intestatus decedit testator, contra regulas iuris ciuilis [s]: uidelicet cùm pluribus querela conuentis diuersæ sententiæ latæ sunt, quarum in altera laudetur, in altera declaretur testamentum inofficiosum. Id quod euenire non difficulter potest, quoties aduersus extraneum & fratrem, hæredes institutos, agitur. contra hunc enim, perinde atque contra extraneum, querelam obtinere fuerit periniquum [t].

II

12

De hæreditatis petitione. Tit. III.

1 *Continuatio: & affinitas huius actionis cum præcedẽte.*
2 *Quid sit petitio, quid hæreditas.*
3 *Diuisio petitionum.*
4 *Definitio petitionis hæreditatis.*
5 *Quæ eius propria: & explicatio definitionis.*
6 *Cur petitio sit uniuersalis, ciuilis, realis, bonæ fidei, &c.*
7 *Species petitionis.*
8 *Causa efficiens: & quibus, contra quos, coram quo iudice hæc actio detur: & quomodo, quoq; ordine sit proponenda.*
9 *Quando sit proponenda: & cui quare detur, contra quem.*
10 *Quis pro possessore uel hærede possideat, & cur non detur contra singulari titulo possidentem.*
11 *Materia, quid in petitionem ueniat: & explicatio S. C.*
12 *Forma: & ratio petendi ac libellandi.*
13 *Finis & effectus.*
14 *Affinia.*
15 *Contraria: & quomodo præscribi huic actioni possit.*

QVerelæ † inofficiosi testamenti affinis est Petitio hæreditatis. nam & uniuersalis est [a], & hæreditatem petit, quomodo illa, ac (sicuti antè diximus) illius ueluti pars est, aut certè sequela, aut (ut uolunt Dd.) illa huius præparatoria [b], ita ut cumulari uno libello possint [c]. Quare post expositionem querelæ de inofficioso testamento, ordine sequitur, ut de petitione hæreditatis agamus. 1

Petitionis † uerbo, plerunque actiones reales significantur [d]. Cum itaq; hæc actio realis sit [e], rectius Petitio quàm Actio nominatur. Hæreditas nomen iuris est [f], & etiam sine corpore intellectum iuris habet [g]: hoc est, intelligitur ex iuris disciplina hæreditas existere, quantumuis nullum corpus, seu nulla res corporalis, quæ sub sensum aspectumq; cadat, in ea reperiatur: ut cum aliquis mercator tantum nomina & actiones, uel etiam duntaxat æs alienum, in hæreditate relinquit. Hæreditas Ciceroni [h], est pecunia (nomine scilicet generatim usurpato [i]) quæ morte alicuius ad quempiam peruenit: nec ea legata testamento est, aut possessione retenta: Theophilo [k], Ius quoddam certis modis constitutum, & intellectu comprehensum, quod alieni patrimonij uniuersalem dominum iure efficit: Iuliano [l], successio in uniuersum ius quod defunctus habuit. qua de re alibi [m] diximus. Hæreditas † autem petitur aut ex iure Ciuili, aut ex iure Prętorio, aut ex S. C. & petitur uel Tota, uel pro Parte: ex quo fit, ut plures numerentur petitionis species, de quibus singulis est dicendum: ac primùm de Ciuili & Vniuersali hæreditatis petitione. Ea † sic definiri potest, Vt sit actio ciuilis, uniuersalis, in rem, petitorij iudicij, bonæ fidei: qua quis petit hæredem se declarari, hæreditatemque iure ad se pertinentem, ab eo qui pro hærede uel pro possessore possidet, sibi restitui. Dico † esse Ciuilem. nam etsi prętor eam proponit in Edicto [n], tamẽ ex iure ciuili, quo hæreditates petuntur [o], eam proponit, ut reliquas iuris ciuilis uendicationes [p], atq; etiã personales actiones [q]. Dico esse Vniuersalẽ [r]. Vt enim uniuersale est iudiciũ dotis [s], peculij [t], iurisdictionis [u], &c. ita & est petitio hæreditatis. petitur enim ea corpus bonorũ, hoc est, uniuersitas [x], in qua sunt uaria iura, & diuersæ species, res corporales, incorporales, mouentes, mobiles, immobiles, &c. Quare † cum actiones assimilentur rebus quæ his petuntur [y], cumq; iudicetur de actione, ut de re ad quam petendam 2 3 4 5 6

a gl. & Dd. in Rub. C. de inoff. testam. per l. item. 22. §. item. hoc tit.
b gl. hic in Rub. et in Rub. C. de inoff. testa. & de pet. hær.
c uide ſ. tit. 1. ubi dixi.
d l. pecuniæ. 178. uerſ. petitionis. de uerb. ſig.
e l. ſed etſi lege. 25. §. petitio. 13. hoc tit.
f d. l. pecuniæ. uerſ. hæreditas.
g l. hæreditas. 50. h. tt.
h in Topic.
i l. pecuniæ. 1. 2. 3. de uerb. ſign.
k Inſt. de reb. corp. & incorp.
l l. hæreditas. 62. de regu. iur. l. nihil. 24. de uerb. ſign.
m ad tit. ſ. de hær. inſt.
n l. 1. in prin. ſi pars hæreditat.
o l. 1. & 2. h. t. l. lege. 130. de uerb. ſig.
p l. prætor. 75. ſ. tit. 1. ubi uide.
q l. 1. in prin. commod.
r l. 1. in prin. in uerb. poſt actiones quas de uniuerſitate, &c. de rei uend. glo. in l. 1. de ædend. Iaſ. poſt alios in Rub. C. ſed inoff. teſta.
s Dd. in Rub. ſol. matr. gl. in l. quod dicitur. 2. uerb. ſed dotis. de impen. in res dot. fac.
t l. item. 22. §. in priuatorum. h. t. gl. in d. l. quod dicitur. Iaſ. in l. 3. num. 10. C. de æden.
u Iaſ. in d. l. 3.
x l. 1. de rei uend. gl. in l. 2. uerb. ſed dotis. uerſ. patrimonij. de impenſ. in res dot. fac.
y gl. & Dd. in l. 1. C. ſi ad uerb. tranſ. & in §. hæc ergo. uerb. numeranda. in Auth. de non alienan. Bal. in l. iubemus. 14. C. de ſacr. eccl.

petendam destinata est [a]: sequens est, petitionem etiam hæreditatis, quæ ad uniuersitatem bonorum persequendam proposita est, uniuersalem esse [b]. Nec obstat, quòd etiá res minima [c] & singularis, & non modò tota hæreditas, sed etiam pars eius peti possit [d]. nam & qui rem singularē petit ut hæreditariam, uniuersaliter agit. petit enim se declarari hæredem, hoc est, uniuersitatis dominum: & ius suum petitur, non ex eo quod aduersarius possidet, sed quod ipse habet [e]: & qui partem petit hæreditatis, uniuersitatem petit. quod enim iuris obtinet in toto, idem & in qualibet eius parte [f]: & ut hæreditas tota est uniuersale corpus bonorum, ita & quota hæreditatis portio s. Addo, esse Realē [h]: ea de causa, quòd detur contra possidentem [i], qui nullo ex contractu ad dandum uel faciendum obligatus est: sed ratione eius quod possidet, ut id scilicet restituat, conuenitur. id quod proprium est actionum realium, quæ peculiari uelut nota, à personalibus discriminantur [k]. Habet tamē hæc actio præstationes aliquot personales [l], quarum respectu, mistam causam obtinere dicitur [m]. Quandoquidem enim uniuersalis est, in eamque ueniunt omnia quæ ex bona fide (unde bonæ quoq; fidei existimatur [n]) præstari æquum est: fit, ut interdum dari etiam quippiam à possessore petatur: puta precia rerum distractarum, aut æs alienum à debitoribus exactum [o]. Petere autem uel Dari, proprium est personalium actionum: in quibus ad dandum uel faciendum agitur, sicuti in realibus ad restituendum [p]. Hoc igitur respectu, petitio hæc mistam obtinere causam intelligitur: alioqui sua natura est realis [q], eoq; & petitio dicitur [r], & Vendicatio [s], & actor in Rem agere [t] ac uendicare [u] perhibetur. Dico esse petitorij iudicij [x]: quia actor non modò petit sibi res hæreditarias restitui, quod est commune cum possessorijs [y]: sed etiam ius suum declarari, & se pronunciari hæredem, hoc est, dominum, peræquè atq; in rei uendicatione. Hæredem enim dominum ueteres appellarunt, tanquam herum [z]. Dico esse Bonæ fidei [a]. Nam cum sit uniuersale iudicium, & augmentum ac decrementum [b] natura sua, pro ratione uariantium circumstantiarū & uarijs rerum euentis recipiat: ideo certa formula concludi, & strictis iudiciorum regulis includi nequit: sed quo suum cuiq; rectè tribuatur, ex bono & æquo ut interpretationem recipiat, necesse est: idque & publicè interest, ut uoluntatibus defunctorum, ad quas pertinet hæc petitio, prolixius consulatur [c]. Neq; enim solum ab intestato, sed etiá ex testamento hæc actio proponitur, & utrocunq; modo agatur, semper ex uoluntate defuncti agi intelligitur: qui non facto testamento, præsumitur sponte sua hæredes ab intestato sibi succedere uoluisse [d]. Addo, Qua quis petit se hæredem declarari, & sibi hæreditatem restitui, &c. Sunt enim duæ hæ actionis partes [e]: quarum altera Petit se actor hæredem sententia iudicis declarari, altera Res hæreditarias sibi restitui.

7 Species † huius actionis duæ sunt præcipuæ. alia enim Directa est, quæ datur contra eum, qui pro hærede aut pro possessore possidet: alia Vtilis, quæ cōpetit aduersus eum, qui à possessore rem habet [f]. Deinde alia est Ciuilis, & hæc aut in Totam hæreditatē [g], aut in Partem intenditur [h]: alia Prætoria, quæ ex iurisdictione magistratus, bonorum possessoribus datur [i]: alia Fideicommissaria, quæ ex S. C. fideicommissarijs uniuersalibus [k], bonorum possessoribus [l], & alijs qui pro hæredibus ex Senatusconsl. habentur, competit: ut nec merè ciuilis sit, nec prætoria, cum ab his distinguatur [m]: sed commune quoddam remedium utile his, qui quidem directò non sunt hæredes, sed quasi, & pro hæredibus siue iure ciuili siue prætorio habentur [n].

8 Causa † igitur efficiens remota huius actionis, est Lex, Prætor, S. C. Causa propinqua, Ius hæreditarium, quod agens habere intendit: siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex ueteri iure xij. Tab. siue ex nouo [o]: siue per se illud habeat, siue per alios [p]. Nam & hæres hæredis, pro hærede est [q]: & indifferenter quicunque hæredes se esse intendunt, hac actione agere possunt: etiam filius contra patrem, de successione materna [r], &c. Datur autem eo ordine, ut primùm scriptis detur hæredibus [s]: post, causa testamenti euacuata, illis qui ab intestato ueniunt [t]. quanquá potest quis etiam omnē hæreditarij iuris causam in iudiciū deducere, non expresso eo, utrum ex testamento agat, an ab intestato [u]. Nam libelli generales & incerti, in his uniuersalibus iudicijs facilius admittuntur: cùm horum iudiciorū natura talis sit initio, ut propter uarietatem rerum certò definiri designariq; nequeant, sed post per probationes, & officio iudicis dilucidentur [x]. Quare crediderim, & alternatiuè ab his, qui ab intestato succedunt, agi rectè hoc modo posse: Peto ex testamento, si quod factum est: & ut de hoc constet, peto illud exhiberi, & possessorem ad iusiurandum cogi, utrum aliquod in bonis hæreditarijs repererit, an non: sin autem

9 nullum omnino factū est, peto eandem hæreditatem ab intestato [y]. maximè † si aut ex facto aduersarij, callidè celantis testamentū, aut aliunde probabilem habeat actor dubitandi causam [z]. nec enim altera petitio alteram impedit: neq; sententia in una lata parit exceptionem in altera: ut hìc nulla regula, prohibens cumulationem, obstare possit [a]. Aliàs fateor uerum esse, ab intestato nō antè commodum peti, quàm cognitum exploratumq; sit ex testamento hæreditatem peti non posse [b]: quemadmodum nec idoneè petitur, priusquam constet hæreditatem esse: hoc est, eum esse defunctum, de consequenda cuius hæreditate lis est [c]. Viuentis enim nulla est hæreditas [d]. Necessaria autem hæredibus istiusmodi est actio:

a Bart. Iac. de Aret. Alc. in l. mouentium. de uerb. sig. Cast. in l. quam Tuberonis. §. fin. de pecul. Alex. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. in 1. not. de re iud. late Tiraq. in retrac. prox. §. 1. gl. 7. num. 17.
b d. l. 1. de rei uend.
c l. licet. 10. hoc tit.
d l. 1. & t. t. si pars hær. peta.
e l. 1. si pars hær.
f l. quæ de tota. 75. de rei uend.
g §. restituta. cum seq. Instit. de fideicom. hære. l. non amplius. 26. §. fi. de leg. 1. l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. de leg. 2.
h l. sed etsi. 25. §. petitio. 13. hoc tit.
i l. nec ullam. 13. §. fi. cum ll. seq. h. t.
k §. 1. Inst. de actio. Ias. in Rub. C. de inoff. testam. Bald. in l. si certis annis. antep. C. de pact.
l d. l. sed etsi. §. petitio.
m l. hæreditatis. 6. C. eo. §. quædam. Inst. de act.
n l. fi. C. eod. §. actionum. in fin. Inst. eod.
o l. item ueniunt. 22. cum ll. seq. h. t.
p §. 1. Inst. de act. l. actio. nu. 29. de act. & obli.
q d. l. sed etsi. 25. §. petitio. Marant. parte iud. 4. distinc. 3. n. 8. ubi dicit hāc esse cōem. uide Ias. in §. sed istæ. nu. 42. & §. itē ser. nu. 121. Inst. de act.
r l. pecuniæ. 178. uers. petitio. de uerb. sig.
s l. legitimam. 8. h. t.
t l. si bonæ. 49. h. tt. l. 3. C. eod.
u d. l. legitimam.
x Ias. in §. actionum. nu. 214. Inst. de actio.
y l. 1. uerb. restitutoria. de interdict.
z §. fi. Inst. de hære. qual. & differ.
a d. l. fi. C. eo. §. actionum. uerb. petitio, &c. Inst. de actio.

b d. l. item. 22. §. 1. h. t. c l. 1. C. de sacrōs. eccl. l. 3. de testam. d l. 3. l. conficiuntur. 8. de iure codicillo. e Bart. in l. 1. C. quor. bon. f l. nec ullam. 13. §. quòd si. 4. §. si quis sciens. 6. & §. item si quis. 7. §. apud Marcellum. 8. h. t. g ut h. t. h ut in tit. seq. i ff. de possess. hær. petit. k ff. de fideicom. hære. pet. l l. 2. & 3. de fideicom. hæred. pet. m d. l. 2. & 3. n l. 2. & 3. de fid. hæred. petit. o l. 1. 2. 3. h. t. p d. l. 1. 2. 3. q l. si hæredem. 10. C. eod. l. fin. C. de hæred. instit. de quo tamen uide Paul. lib. 1. tit. 13. iunct. l. 6. §. ult. de inoff. test. r l. fin. h. t. s l. legitimam. 8. h. t. l. scripti. 9. C. eo. Barto. in l. si quis. 13. h. t. t d. l. legitimam. u gl. & Dd. in l. ult. ad uerb. præclusisse. C. de codic. & in l. ex sextante. uerb. de iure. de excep. rei iud. x gl. & Dd. in l. 1. in prin. de æden. l. 2. C. quæ sentent. sine cert. quant. §. curare. Instit. de act. uide omnino Schurff. consil. 63. cent. 1. y Pet. Iacob. in for. petit. ab intest. num. 3. Ias. num. 6. post glo. & Bart. in l. controuersia. de transact. uide tamen l. ult. C. de codicill. z per doctrinam Bart. in l. 1 §. qui autem quor. bon. Ias. in §. curare. nu. 7. Instit. de actio. Dec. in l. nemo. 43. §. quoties. de reg. iur. a l. legitimam. 8. h. t. gl. in l. ex sextante. uerb. de iure. de except. rei iud. & in l. fin. uerb. præclusisse. ubi Salic. num. 7. C. de codicill. b §. proximus. Instit. de leg. ag. suc. §. cum autem. in uerb. eo tempore quo certum est aliquem sine testamento decessisse. Instit. de hær. quæ ab intesta. l. scripti. 9. C. eod. l. is qui putat. 15. cum ll. seqq. l. si quis. 21. cum l. seq. l. pater. 92. de acq. hære. c Roffred. in summa. de petit. hære. d l. 1. de hær. uel ac. uend.

BIU Cujas

actio: quia licet ex l. ipso iure hæredes fiant, & adita animo hæreditate [a], statim dominium & omne ius defuncti, ab eius morte consequantur [b], occupare etiam uacantem, neq; ab alio hæreditatem possessam possint [c]: tamen ubi alius pro hærede uel possessore eam possidet, priuata eum authoritate expellere prohibentur: eoq; legitima hac actione restitui ut sibi petant, necesse est: cum tantum dominium, quod est iuris, non etiam possessio, quæ plurimũ facti habet, adita hæreditate ipso iure transeat [d]. Datur ergo hæc actio hæredi isto casu, quando scilicet hæres factus est adeundo [e], & tamen possessionem necdum est adeptus, nec sua priuatim authoritate adipisci potest. Nã ea semel quæsita & adepta, amplius ad res amissas repetendas nõ datur Hæreditatis petitio [f] (desijt enim esse hæreditas) sed supersest tantum Rei uendicatio g. Proponi autem hæc actio utrouis loco potest, uel ubi domicilium possessor reus habet [h], uel ubi maior hæreditatis pars est sita [i]: & si pluribus locis disipata sit, pluribus etiam locis poterit intentari [k]: sicut pluribus locis in possessionem bonorũ missio peti potest [l]: electione scilicet actori concessa, quo potissimùm in foro agere uelit [m]. Nam etsi actor sequitur forum rei [n], tamen cùm pluribus hic locis iurisdictioni obnoxius est, tum in arbitrio & potestate agentis est eligere ex omnibus forum maximè idoneum, præsertim in realibus [o]: alioquin reus uariando iudificari, & subterfugere iudicium posset [p]. Quamuis † autem olim hæc actio apud Centumuirale iudicium solita est exerceri [q], tamen de eo hodie, utpote Centumuiralibus illis iudicijs sublatis, subtilius quæri non est necesse, proq; explorato illud habendum est, coram quouis ordinario fori competentis iudice, hanc institui actionem posse. Quæ quidem competit aduersus eum, qui Pro hærede uel Pro possessore, ius aut rem hæreditariam, licet minimam [r], possidet [s]. Pro hærede autem possidet, qui putat se hæredem esse eius, de cuius hæreditate agitur [t]. Nam si uelut alterius hæreditatem possideat, hac actione conueniri nequit, quia titulo singulari & extraneo possidet [u]: ut paulo pòst dicemus. Nec interest, utrum se putet ex iusta causa hæredem, an ex iniusta [x]: quin etsi uerè sit hæres, dabitur tamen contra eum, ut cohæredem, Hæreditatis petitio, si actorem pro cohærede agnoscere nolit [y]. Sed & is qui scit se hæredem non esse, tamen si contendat, potest pro hærede cõueniri [z]: nec enim interest, utrum quis bona an mala fide possideat. Quod ita accipiendum est, num scilicet is, qui ita scienter possidet, aliquam causam Pro hærede possidendi habet & obtendit: ut, num emit ab eo hæreditatem, quem sciuit ius uendendi non habere. Etsi enim malæ fidei est, tamen nõ continuò prædo est, & Pro possessore tantum possidet, qui precium numerauit [a]: aliàs uerò si per mendacium, & sine ullo probabili prætextu aut causa contendat se hæredem, qui scit hæreditatem ad se non pertinere: is nõ Pro hærede, sed Pro possessore possidere intelligetur [b]. Pro possessore enim possidet prædo, qui interrogatus cur possideat, petiturus sit principiũ: nec aliud respondurus quàm, Quia possideo: nec contendit se hæredem, aut per mendacium contendit [c]. Hi autem tituli, Pro hærede & Pro possessore, omnibus titulis qui ex eodẽ iure hæreditario consequũtur & fluunt, cohærent [d]. Pro hærede quidem titulus, omnibus his qui ueri & iusti sunt. Nam Bonorum possessores, & reliqui, qui pro hæredibus habentur [e], item singulares successores hæredum, puta qui à putatiuo hærede emerunt, aut ex alia causa titulõue quæsiuerunt, pro hæredibus conueniuntur [f], saltem utiliter g. Pro possessore autem titulus cohæret reliquis omnibus titulis iniustis & nullis: ut si quis emit nulliter à furioso, aut donatũ accepit ab eo, qui donare prohibetur, puta à coniuge se pro hærede gerente [h], &c. Paria enim sunt: Nullo titulo possidere, uel non iusto neque ualido possidere [i]. Oportet autem possessorem esse qui conueniatur, ut in Rei uendicatione: nec enim implere intentionem huius actionis potest, hoc est, restituere nequit qui non possideat. quare qui restituit hæreditatem, aut res alienauit, hac actione teneri nequit, nisi dolo & sciens fecit, atque ita propter dolum pro possessore teneatur [k]. Debitor quoq; hæreditatis, pro possessore habetur, quia possessor iuris est. Iura porrò hac etiam actione petuntur, ut paulo pòst dicam: quare & hunc teneri petitione hæreditatis, certum est [l]. Nam quod ait Vlpianus [m], non teneri debitorem Petitione hæreditatis, qui non ideo nolit soluere, quòd se dicat hæredem, sed quòd neget aut dubitet, an hæreditas pertineat ad eum qui petit hæreditatem: accipiendum est de eo qui soluere paratus est, dummodo actor sit is cui solui debeat. In quem meritò nõ datur actio: sed potius, ostenso summatim actoris iure, indulgebitur ei spacium ad soluendum, cum competenti cautela, ut alibi dicitur [n]. Porrò qui alio titulo quàm qui ex hereditate fluat, possidet, siue singulari, siue uniuersali: is Petitione hæreditatis non tenetur, sed Rei uendicatione conueniri debet [o]. Nam petens hæreditatem, nullum ius dominj in iudicium deducit, sed iure defuncti utitur, petitq; res ab eo possessas, non modò iure dominij, sed quouis etiam alio [p]. Itaque quando par & æquale ius possessionis habeat ille, qui alio titulo quàm Pro hærede uel possessore possidet, non potest ei ab actore res auferri hac actione: cum ne à defuncto quidem, quo potius ius habere hæres nequit, ut in cuius locum se successisse prætendat, sic agendo auferri potuisset. In pari quippe causa, melior est possidentis conditio [q]: cui (nisi exaduersò intentata uendicatione probetur dominium) possessio sua auferri nequit [r]. In hac autem actione non probatur dominium, sed tantum res fuisse hæreditaria proponitur, quæ etiam aliena in hæreditate esse potuit. consentaneum igitur est, non satis eam habere uirium, ad possessionem tertio possessori, qui ab hæreditate causam non habeat, auferendam [s].

Porrò † in hæreditatis petitionem ueniunt uniuersæ res hereditariæ (non etiam feudales [t], nisi cum tota

a uid. ĩ. de acq. hær.
b §. fi. Inst. de hær. qual. l. omnia. 154. l. omnis. 181. de reg. iur. l. si ex te. 34. §. fi. de stipu. ser.
c Bal. in l. fi. nu. 3. ubi etiã Bart. Cyn. Fab. Dec, Ias. C. de edict. diui Adrian. tollen. Ferra. in for. lib. quo peta. hær. ex testa. ad uerb. iniustè. nu. 1. & 4. Innoc. Imo. & alij, in c. cum in officijs. de testamen. uid. ĩ. quor. bon.
d l. cũ hæredes. 13. de acq. poss. uide ĩ. ad tit. quor. bon.
e uide Roff. in summa.
f uide latè Ias. in §. actionum. nu. 215. Inst. de act.
g Dec. in l. hæreditas. 67. nu. 3. & 4. de reg. iur.
h Bart. & Bald. in l. 1. C. ubi de hær. agi.
i gl. Bart. et Dd. in l. unic. C. ubi de hær. ag. Bal. in l. 2. C. quem. testam. apr.
k Bal. et Cast. in d. l. unic.
l Bal. Cast. Salic. in d. l. unic.
m l. fin. C. de iurisdict. l. fi. C. de long. temp. præsc.
n d. l. ult. C. de iurisd.
o gl. Cast. & Dd. in l. ult. C. ubi in rem act.
p l. 3. in prin. de eo quod cert. loc.
q l. fin. C. eod.
r l. regulariter. 9. cum ll. seqq. l. 4. h. tit.
s d. l. regulariter. l. hæreditatis. 7. C. eo.
t l. pro hærede. 11. cum ll. seqq. hoc tit.
u Bart. & Dd. in d. l. pro hærede. uide Appell. in dialect. cap. 1.
x l. item. 20. §. prætor. 6. l. sed etsi. 25. §. scire 4.
y l. 1. §. item. 4. si pars hæred. peta. l. permittendũ. 8. eo. tit.
z l. pro hærede. 11. h. t.
a l. nec ullam. 13. §. si quis sciens. h. t.
b l. qui interrogatus. 12. hoc tit.
c l. pro hærede. 11. §. fin. cũ l. seq. h. t. l. sed etsi. 25. §. 1. l. prædonis. 41. h. t.
d l. nec ullam. 13. §. 1. h. t.
e l. item. 20. §. licet. 11. h. t.
f l. sed etsi. 25. §. item. 12. h. t.
g l. nec ullam. 13. §. quid si. 4. h. tit.
h d. l. nec ullam. 13. §. 1. hoc tit.
i d. l. nec ullam. 13. §. 1. §. sciendum. Inst. de satisd.
k d. l. nec ullam. 13. §. fina. l. quòd si. 16. cum multis ll. seqq. hoc tit.
l d. l. nec ullam. 13. §. fina. l. sed utrum. 19. cum ll. seqq. hoc titu. l. fina. si pars hær. peta. l. fundi. 52. §. fina. ff. fami. herciscund.
m l. si debitor. 42. hoc tit.
n l. si debitori. 21. de iudic.
o l. hæreditatis. 7. Cod. eod. l. quarta. C. in quibus causis cess. long. tempor. præscr.
p l. & non tantum. 21. hoc tit. Barto. & Doctores in l. hæreditas. 9. Codic. eodem. Ias. in l. quarta. Cod. unde leg. Barto. in l. ut iurisiurandi. 7. §. si liberi. de oper. lib. Iacob. in tract. feud. uerb. & cum pacto quod ipsi. numero 7.
q capit. in pari. de regulis iuris, in 6. §. retinendæ. uersicu. commodum. Institutio. de interdict. l. fina. Cod. de rei uendicatione.
r l. ultima. Codic. de rei uendicatione.
s uide latè Ias. in §. actionum. numero 195. Institut. de actio. Castr. in l. secunda. Cod. eodem.
t Ias. in §. actionum. numero 210. Institut. de actio. Socin. consi. 19. adsit. numero 7. uolum. 1.

Pro hærede possidet.

BIU Cujas

tota ſucceſsio feudalis petitur [a], aut feudum eſt hæreditarium [b]) ſiue iura, ſiue corpora [c], ſiue etiam ſingulares [d]. Non enim metitur actor intentionem ſuam ex eo quod poſsidetur, ſed ex iure quod ipſe habet [e]. Nec tantum petuntur hæreditaria corpora, ſed quorum etiam periculum ad hæreditatem pertinet: ut res depoſitæ, commodatæ defuncto [f], &c. (ex quo perſpicuum fit quod antè dictum eſt, nullum dominij ius in hoc iudicium deduci) unà cum fructibus, precio rerum diſtractarum, & quæ quacunq; ex cauſa ad hæreditatem acceſſerunt [g], aut accedere potuerunt [h]. Nam fructus & reliquæ acceſsiones augent hæreditatem, utpote ius uniuerſitatis: eoq; actionis iure, non officio iudicis hîc debentur [i]. qua de re tota, extat S. C. tempore Adriani imperatoris factum: cuius partes & uerba conſiderare fuerit, ut opinor, operæprecium. Partes autem præcipuè ſunt duæ: quarum in prima agitur de reſtitutione hæreditatis, quam bonæ fidei poſſeſſor facere debet: in altera, de reſtitutione quæ à malæ fidei poſſeſſore flagitatur. Bonæ autem fidei poſſeſſor eſt, qui iuſtis ex cauſis exiſtimat ad ſe hæreditatem pertinere [k]. Cauſa autem iuſta, etiam error iuris eſt [l]: quia quælibet cauſa, etiam friuola, à dolo & mala fide excuſat [m]. Malæ uerò fidei poſſeſſor eſt, qui ſciens hæreditatem ad ſe non pertinere, eam inuaſit, cum nullam haberet iuſtam poſſidendi cauſam [n]. Poſt petitam autem hæreditatem, quilibet poſſeſſor incipit malæ eſſe fidei [o], quia de ſuo iure dubitare incipit: nec opus eſt litis conteſtatione, ſed ſufficit moueri controuerſiam [p], & à quocunq; denunciari [q]. Sed etſi nõ denuncietur, ſciat autem poſſeſſor ad alium rem pertinere & peti poſſe, malæ fidei poſſeſſor efficitur [r]. Verba porrò S. C. hæc recitantur [s].

PRIDIE IDVS MARTIAS, QVINTVS IVLIVS BALBVS ET PVBLIVS IVVENTIVS CELSVS, TITVS AVFIDIVS ET DENVS SEVERIANVS COSS. (ſcilicet duo magiſtratum gerentes, duo uerò deſignati in futurum annum) VERBA FECERVNT DE HIS QVAE IMPERATOR CAESAR, TRAIANI PARTHICI FILIVS (adoptiuus ſcilicet) DIVI NERVAE NEPOS, HADRIANVS AVGVSTVS IMPERATOR MAXIMVS QVE PRINCEPS PROPOSVIT, QVINTO NONAS MARTIAS QVAE PROXIMAE FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS ESSET QVAE FIERI PLACEAT (ſolent enim boni Principes in nouo iure conſtituendo, rem proponere oratione Senatui deliberandam, unde orationes Principum dictæ [t],) DE QVA RE ITA CENSVERVNT: CVM ANTEQVAM PARTES CADVCAE (quæ uidelicet deficientibus ſcriptis hæredibus aut legatarijs, iure ueteri, ex conſtitutione Auguſti (ut eſt apud Dionem) ad fiſcum deuoluebantur: ut is, bellis ciuilibus iam planè exhauſtus, ſine cuiuſq; iniuria, & expilatione ſubditorum, hac ratione locupletaretur [u]) EX BONIS RVSTICI FISCO PETERENTVR, HI QVI SE HAEREDES ESSE EXISTIMANT, (atque ita bonæ fidei exiſtunt poſſeſſores [x]. de his enim hac in parte agitur) HAEREDITATEM DISTRAXERINT: PLACERE, REDACTAE EX PRECIO RERVM VENDITARVM PECVNIAE VSVRAS NON ESSE EXIGENDAS. (Etſi enim precium & pecunia meritò petitur, uelut res hæreditaria quippe redacta ex hæreditate [y]: in qua utpote iure uniuerſali, precium ſuccedit loco rei [z]: tamen uſuras in hoc bonæ fidei iudicio exigi ab eo qui neq; in mala fide eſſet, neq; morâ ullam in reſtituendo faceret [a], eſſet periniquum) IDEM QVE IN SIMILIBVS CAVSIS OBSERVANDVM. (ut in bonis uacantibus, uel aliunde fiſco acquiſitis [b]: item in priuatorum, quibus hæreditates obuenerunt, petitionibus: ut quamuis S. C. duntaxat de bonis fiſco acquiſitis loquatur, tamen eodem quoq; iure, priuati hæreditatem petentes uti debeant [c]) ITEM PLACERE, A QVIBVS HAEREDITAS PETITA FVISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM ESSET, PRECIA QVAE AD EOS RERVM EX HAEREDITATE VENDITARVM (ante petitionem ſcilicet inſtitutam: nam ea facta, amplius quicquam alienari non poteſt [d]) PERVENISSENT, ETSI EAE ANTE PETITAM HAEREDITATEM DEPERISSENT, DIMINVTAE VE FVISSENT, (hoc eſt, in rerum natura eſſe deſijſſent, aut corruptæ uel uſucaptæ eſſent [e]) RESTITVERE DEBERE. quatenus ſcilicet locupletiores facti ſunt [f]. nam omne lucrum, & quicquid quacunq; occaſione ex hæreditate obuenit, auferendum eſt, non etiam aliquid amplius [g]. Iniquum enim eſſet, bonæ fidei poſſeſſores damno affici, & ſuprà quàm accepiſſent exigi: de quibus hac in parte S. C. agit. Ad malæ uerò fidei poſſeſſores ſublequentia pertinent. ITEM EOS QVI BONA INVASISSENT, CVM SCIRENT AD SE NON PERTINERE, (hoc eſt, nullam iuſtam poſſidendi cauſam haberent [h]) ETIAMSI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT QVO MINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS QVASI POSSIDERENT. In toto enim iure, qui dolo deſijt poſsidere, pro poſſeſſore habetur [i], & condemnatur [k]. Dolo ſe enim deſijt poſsidere, qui ſciens ſibi ius in rebus nullum eſſe, eas tamen alienat atq; diſtrahit. Quare iſtiuſmodi ita tenentur, ut ſi res extent, quãuis ſint diſtractæ, redimere eas ac præſtare debeant: ſin recuperari nequeant, tanti damnentur, quantum erit in litem ab actore iuratum: ſin autem deperditæ uel diminutæ ſint, uerum earum precium debeant [l], unà cum acceſsionibus, incrementis, fructibus, non modò perceptis, uerumetiam qui percipi potuerunt [m]. Nam ad horum quoq; præſtationem malæ fidei poſſeſſores urgeri tralatitiũ eſt. EOS AVTEM QVI IVSTAS PETENDI CAVSAS HABVISSENT [n], QVARE BONA AD SE PERTINERE EXISTIMASSENT, VSQVE EO DVNTAXAT, QVO LOCVPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT. PETITAM AVTEM FISCO HAEREDITATEM EX EO TEMPORE EXISTIMANDVM ESSE, QVO PRIMVM SCIERIT QVISQVE EAM A SE PETI: (nota, ex quo tempore in hoc iudicio quis intelligatur fieri malæ fidei poſſeſſor) ID EST

a Imo. in l. ſi patroni. uerſ. extra. ad S. C. Trebell. Roff. de pet. hær. nu. 11. 12. per doctrinam gl. & Bart. in d. l. item. 18. §. ſi. ad uerb. ſiue iura. h. t. ui de late 1aſ. in l. Gallus. §. quidam. nu. 41. de lib. et poſth. melius Barto. in l. ut iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi. de oper. lib. Iaco. in tract. feud. ad uerb. & cum pacto q. ipſi. nu. 7. b Mynſing. obſer. cent. 3. obſer. 67. per Dd. in c. 1. an agnat. uel fil. c l. item. 18. §. fin. cum ll. ſeqq. h. t. d l. licet. 10. h. t. e l. 1. §. ſi pars hæred. f l. & non tantum. 19. hoc tit. g l. item ueniunt. 20. cum multis ſeqq. h. t. h l. item. 20. §. redactæ. 13. hoc tit. i d. l. item. 20. §. 1. l. ſed etſi. 25. §. fi. l. ancilla. 27. h. t. l. 2. l. ſi poſt. C. eod. k l. item. 20. §. prætor. 6. hoc tit. l l. ſed etſi. 25. §. ſcire. 4. hoc tit. m l. igitur. 12. de lib. cau. gl. fi. in fin. & Dd. in l. unic. ſi quis ius dicent. nõ obtemp. n l. ſed etſi. 25. §. 1. hoc tit. o l. item. 20. §. petitam. l. ſi quid. 30. §. 1. hoc tit. p l. ſed etſi. 25. §. ſi ante. 5. hoc tit. q l. item. 10. §. prætor. 6. & §. petitam. 9. hoc tit. r d. l. item 20. §. petitam. 9. hoc tit. s d. l. item. 20. §. præter. 6. hoc tit. t l. oratione. de ſponſa. l. 1. de reb. eor. cum ſimi. u l. unic. in princ. C. de cad. tollend. x l. item 20. §. præter. 6. l. ſed etſi. 25. §. ſcire. 4. h. t. y l. item. 20. §. redactæ. 13. cum ſeqq. hoc tit. z l. 21. §. 1. ubi gl. & Dd. de hæred. uel act. uend. d. l. item. 20. hoc tit. a l. mora. 32. §. in bonæ. pen. ff. de uſur. b d. l. item ueniunt. §. ait Senatus. 7. l. 1. de iur. fiſc. c d. l. itẽ. §. ait Senatus. 7. d l. 5. hoc tit. e l. deperditum. 21. hoc tit. f l. utrum. 23. h. t.

g l. ſed etſi. 25. §. fin. l. ancilla. 27. l. poſt. 28. hoc tit. h l. ſed etſi. 25. §. quid autem. 2. i l. qui dolo. de reg. iur. k d. l. ſed etſi. §. perinde. 6. hoc tit. l. ſin autem. 27. §. ſed & ſi. de rei uend. l d. l. item ueniunt. §. reſtituere. §. ult. m d. l. ſed etſi. §. quod autẽ. 2. cum §. ſeq. l. cum hæreditas. 56. hoc titu. uide Caſt. & Dd. in l. 1. & 2. C. eod. n d. l. item. §. prætor. uerſ. eos autem.

BIU Cujas

EST CVM PRIMVM AVT DENVNCIATVM ESSET EI, AVT LITERIS VEL EDICTO EVOCATVS (hoc est citatus ad experiendum super hæreditate) ESSET, CENSVERVNT. Et hæc quidem de materia hactenus [a].

Forma † porrò Petendi, ex definitione paulo antè tradita colligi potest. Diximus enim, duas esse huius actionis partes: quarum altera, Se hæredem declarari, aut quod perinde est, hæreditatē esse suam [b]: altera, Sibi hæreditatem restitui petitor intendit [c]. Vsitatè tamen ita libellus concipi solet, ut primò po natur, defunctum esse eum, cuius hæreditas petitur [d] (uiuentis enim nulla est [e], nullaq; adiri petiue potest hæreditas [f],) & huius hæredem esse actorem uel ex testamento, uel ab intestato [g]: aut hæreditatem saltem hanc ad actorē pertinere [h], eóq; ab illo esse animo aditam: nisi enim adierit, petere nequit. Quod licet ita sit, tamen reum sine iusto aliquo titulo atq; causa, res hæreditarias possidere, nec petenti actori restituere uelle. Quare petere agentem, ut primò declaretur esse hæres [i], aut declaretur hæreditas ad eum pertinere [k]: deinde officio iudicis, ad restituendas res hæreditarias, unà cum fructibus & accessionibus possessor cōpellatur [l]. Ex quo percipitur quàm ob rem hæc actio dicatur & sit Vendicatio [m]. Est enim hic eadem quæ uendicationis alius formula: quoniam actor intendit suam esse rem quam petit, hoc est, hæreditatem, proindeq; sibi tanquam Domino à possessore restituendam esse [n]: quæ duo sunt omnium uendicationum capita [o]. Quanquam autem speciali uindicatione corporales tantum res non etiam incorporales, cuiusmodi est hæreditas [p], repetantur [q]: constat tamen alias reales actiones ac uindicationes hoc nomine præsto esse [r]: ut in hoc iudicio: ubi potest etiā peti de non Alienando, Minuendo, &c. cautio [s]: & descriptio bonorum atq; fructuum [t], non etiam facilè sequestratio [u]. Item ad probationem subleuandam, petitur à possessore, ut aut inuentarium bonorum in hæreditate repertorum, iustum atq; idoneum exhibeat, aut mediante suo corporali iuramento, quantitatem eorundem declaret [x]. Et procedit ac sustinetur in hoc iudicio uniuersali, incertus etiam ac generalis libellus [y], quem admodum & sententia [z]: ac sufficit, in ipsa executione fieri declarationem [a]. Quocirca neq; necesse est exprimi, utrum ex Testamēto an ab Intestato [b], & quota ex parte [c] petatur: multo uerò minus certa rerum delignatio ac specificatio est necessaria [d]. Conclusione tamen opus est, ut in reliquis libellis, qua petat actor, Se heredem declarari [e]. Nam cùm sit iudicium Reale & Petitorium, opus est cōcludi ad declarationem dominij, uel alterius iuris, quod actor se habere intendit [f]. Si tamen non sit petitum, actorem declarari hæredem, uel ius hæreditarium ad eum pertinere, sed duntaxat res hæreditarias tanquā hæredi, officio iudicis (nam per hoc fit restitutio [g]) restitui: eo ipso tacitè petitum intelligitur, ut actor declaretur per sententiam hæres [h]. Ac potest etiam iudex, si id partis aduerlæ interesse animaduerterit, mandare actori, libellum ut suum amplius declaret [i]. Erant & olim interrogationes in hoc iudicio usitatæ [k], ad quas cogebatur reus respondere, utrum Pro hærede an Pro possessore possideret, non etiam reliquos suæ possessionis titulos declarare [l]. Quæ etsi hodie quoq; ad instantiā actoris fieri possunt [m], tamen minus frequentantur: propterea quòd rei sit excipere, si alio titulo possideat: quantū uero possideat, id eiusdem iurijurando committi solet: quo declarare cogitur, quid quantumque ex hæreditate perceperit. Itaq; nihil ferè hoc in iudicio actor probare cogitur, quàm Se hæredem (hoc enim est fundamentum intentionis [n]) & Res esse hereditarias [o]. nam utrum reus possideat, an non (id quod in casu inficiationis probandum alioqui esset) per eius sacramentum, ut dixi, solet manifestari. Et si neque Inuentarium exhibeat, neque iusiurandum de bonis possessis præstet, potest aduersus eum In litem iurari, perinde atq; contra malæ fidei possessorem, uel eum qui mala fide possidere desijt [p]. Sed de tota iudicij huius confirmatione, plura ex interpretum scriptis peti possunt [q]. 12

Finis † & effectus huius actionis, ex libello iam descripto intelligi possunt. Probata enim intentione, sententia & executio libello respondeat [r], & actor hæres declaretur, ac officio iudicis restitutio decernatur & fiat [s] oportet. Non tamen necesse est, ferri sententiam certam respectu rerum singularium, quæ in executione possunt specificari: sed sufficit certam esse respectu iuris uniuersi [t]. 13

Affinia † huic actioni remedia sunt, ex petitorijs quidē familiæ herciscundæ iudicium [u], & Rei uendicatio [x], quæ etiam cum petitione in eodem libello cumulari possunt [y]: item actio Ad exhibendum præparatoria [z]: porrò ex possessorijs interdictum Quorum bonorum [a], & remedium l. ult. C. de edict. diui Adrian. tollend. [b] 14

Contraria † sunt, Non possidere [c], Rem extinctam esse [d], Consumptā aut deperditam [e], Non esse hæreditatem, neque esse potuisse [f]. item Reputatio impensarum & sumptuum, hæreditatis nomine factorum [g]: Allegatio iuris proprij, in hæreditate quæ petitur [h], & præcipuè tituli externi ac singularis [i]: in quo etiam est usucapio: cum scilicet res hæreditariæ singularibus titulis, puta Pro emptore, Donato, & simili- 15

a uide de ea plura apud Paul. lib. 1. tit. 13. d. l. & non tantum. cum seq.
b l. licet. 10. b. t.
c Bart. in l. 1. C. quo. bon.
d uide Roff. in summa. de pet. hær. Bald. in l. 3. nu. 72. C. de æden. Alexan. cons. 70. nu. 10. & consil. 152. nu. 3. uol. 6.
e l. 1. de hær. uend.
f l. qui superstit. cum sim. de acquir. hær.
g l. 1. & 2. b. t.
h Bart. in l. 2. b. t.
i l. licet. 10. b. t. l. 1. §. 1. ĵ. tit. 1. Bart. in l. 1. C. quo. bon.
k Bart. in l. 2. b. t.
l Bart. in d. l. 2. & d. l. licet. b. t.
m l. 3. C. eod. tit. l. si pars hæred. pet. l. 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præsc.
n d. l. licet. 10. b. t.
o §. 1. ubi Dd. Ias. & alij Instit. de act. l. ex diuerso. ubi Bart. inf. de rei uend. ut l. Pompon. §. 1. de procur.
p Inst. de reb. corp. in fin.
q l. uindicatio. 56. inf. de rei uendic.
r t. t. inf. si usufr. peta. & si ser. uindic.
s l. 5. l. quòd si. 16. b. t.
t Bald. Bart. & Dd. in l. si creditores. de priuil. cred. l. qui fundum. §. qui sciens. pro empt. l. de bonis. §. ult. l. quæritur. de Carbo. ed. l. ex libero. §. ultim. de quæst. Paul. lib. 1. titu. 11. l. unic. C. de prob. seq. per l. 1. §. pen. de uent. in poss. mitten. Bart. in l. defensionis. C. de iur. fisc. lib. 10. Ias. in l. si fideiussor. §. fin. nu. 28. qui satisd. cogan.
u Ferra. de for. saximen. in prin. uide gl. in l. in omnibus. 41. de iud. Ias. in l. unum. si cert. petat. per l. 1. §. si debitorem. quæ in fraud. cred. & eundem in §. 1. Instit. de actio. Canon. in titu. de prob. sequest. uide l. 1. & 2. de coll. bonor. x l. fin. §. licentia. ubi gloss. ad uerb. sacramento illius. C. de iur. delib. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars. lib. 10. y l. 1. §. fin. ĵ. tit. 1. z Bar. in Rub. solut. matr. num. 22. a Schurff. cons. 63. cent. 1. per gloss. & Dd. in l. 1. de æden. in princ. & in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. b glo. & Dd. in l. fin. C. de codicill. Ias. in §. actionum. num. 191. Instit. de act. c l. 1. §. fin. ĵ. tit. 1. d Ias. in d. §. actionum. num. 191. e Ias. ibid. nu. 214. f Ias. ibid. per §. omnium. eod. tit. g l. licet. 10. ubi Bart. hoc tit. Ias. in §. actionum. num. 214. in fin. h Bart. in l. ex diuerso. de rei uend. uide Ias. in d. §. actionum. num. 214. & in §. omnium. Instit. de actio. i Bart. in l. 2. hoc tit. k tot. tit. de inter. act. l l. cogi. 11. C. eod. Ias. in §. actionum. num. 189. 203. m Ias. præall. loc. n l. licet. 10. hoc tit. o Bart. & Dd. in l. hæreditas. C. eo. Maran. parte. iud. 4. distin. 3. nu. 5. p l. item. 20. §. restituere. 16. l. sed etsi. 25. §. hæc uerba. 7. hoc tit. q uide glo. Bar. & Dd. in l. 1. de æd. Bar. in l. 2. & l. licet. 10. hoc tit. Ias. latè, sed remissiuè, in §. actionum. nu. 214. Instit. de act. r l. ut pomum. com. diuid. c. licet. de simo. s uide Ias. præall. loc. t Bart. in Rubr. solut. matrim. num. 22. & 23. uide Dd. in l. 2. C. de senten. quæ sine cert. quant. u l. sed etsi. 25. §. hoc 8. C. 14. hoc tit. x l. 1. §. 1. & 2. si pars hær. pet. y uide Ias. in d. §. actionum. num. 221. Instit. de act. Bald. in l. secunda. C. eod. z l. si à domino. 38. hoc tit. uide gloss. in l. prima. ad exhibend. a tot. tit. ff. & C. quor. bon. b uide de his Ferra. in for. lib. quo. peta. hær. ex testa. in princ. c l. nec ullam. 13. §. fin. cum ll. seqq. hoc tit. d l. si à domino. 36. §. si prædo. 3. hoc tit. e l. sed etsi 25. §. consuluit. 8. cum seqq. hoc tit. f l. liber. 8. C. eod. l. si testamentum. 6. hoc tit. g l. in restituenda. 4. cum l. seq. C. eod. l. sed etsi. 25. l. si quid. 31. hoc tit. h l. permittendum. 8. si pars hær. pet. i l. cogi. 11. C. eod.

BIU Cujas

similibus, per triennium aut longum tempus præscribuntur [a]. Dico, Singularibus: nam pro herede, aut ex causa hæreditaria qui possidet, is petenti hæreditatem præscribere, nisi ex possessione 30. annorum, non potest [b]: quia nullam iustam possidendi causam habet, respectu eius qui hæreditatem petit: unde citra titulum, longo tempore res hæreditarias, quæ petitione concluduntur, non usucapit [c]: sed tantum 30. annis (quibus omnes actiones, tam personales quàm reales terminantur [d]) huic actioni præscribitur [e]: exceptis iure Sax. rebus utensilibus & expeditorijs: quæ cum propriè non sint res hæreditariæ, neq; petitioni hæreditatis includantur, sed iure statuti singulari obueniant: ideo instar aliarum rerum mobilium, hoc iure per annum usucapiuntur [f]. Idemq; usus plerorumq; locorum extendit ad res hæreditarias mobiles, seu hæreditatem, cui mobilia tantum insunt: quòd text. diserte de hæreditate (Erbe) loquatur, nec in alia uerificari, aut locum habere possit. Quod mihi durum, & preter rationem uidetur: iustaq; emendatione, ut alia multa huius iuris planè barbara, prorsus habet opus.

a uide ff. de rei uend. Cast. in l. 2. C. eod. l. 4. C. in quib. caus. long. temp.
b l. hæreditatis. 7. C. eo. l. 4. C. in quib. caus. ceß. long. temp. præsc.
c l. 4. C. de long. temp. præsc. l. cum notißimi. C. de præsc. 30. an. uid. ff. de usuc.
d l. 3. cum seq. l. 8. C. de præsc. 30. ann. in princ. Instit. de perp. & temp. actio.
e d. l. hæreditatis, l. licet. ubi Bal. & Sal. C. de iur. del. b. uide gl. Land. art. 28. lib. 1.
f Fachs. diff. 11. per art. 28. & 29. lib. 1.

Si pars hæreditatis petatur. Tit. IIII.

1 Continuatio.
2 Idem iuris in parte, quod in toto.
3 Actorem suo iure metiri actionem.
4 Principaliter petitione in id agi, ut actor hæres declaretur.

1 EST † cùm non tota hæreditas, sed aliqua eius pars petitur: nec enim omnes ex asse, sed alij ex alijs partibus instituuntur, aut existunt ab intestato hæredes.

2 Qua † quidem in petitione idē iuris obseruatur in Parte quo ad partem, quod est in toto quo ad totum [a].

3 Sciendum † autem est, eum qui totam hæreditatem uel partem eius petit, ius non ex eo metiri quod possessor occupauit, sed ex suo iure: & ideo, siue ex asse hæres sit, totam hæreditatem uendicaturum, licet reus unam tantùm rem possideat: siue ex parte, partem, etsi possessor totam hæreditatē obtineat [b].

4 Ex † quo intelligi licet, non principaliter hac actione in hoc agi Vt bona restituantur: alioqui non liceret amplius à quoquam petere, quàm possideret, & restituere posset: uerùm ad illud, Vt actor hæres declaretur, eiq; ut hæredi & domino bona per consequentiam & accessionis uice restituantur.

a l. quæ de tota. 76. de rei uend.
b l. 1. §. 1.

De possessoria hæreditatis petitione.

TITVLVS V.

1 Continuatio.
2 Qualis sit hæc actio.
3 Cui, aduersus quem, ad quid detur.

1 ORdinarium † fuit post ciuiles actiones hæredibus propositas, rationē habere Prætorem etiam eorum, quos ipse uelut hæredes facit: hoc est, quibus Bonorum possessio data est [a]. Bono-
2 rum † possessio nihil aliud est, quàm ius (hoc est facultas) persequendi retinendiq; patrimo-
3 nij, siue rei, quæ cuiusq; cùm moreretur fuit, à Prætore inductum & cōcessum [b]. Bonorum † igitur possessoribus, quos Prætor non minus tuetur quàm ius ciuile hæredes [c], datur Possessoria hæreditatis petitio: per quam tantundem consequuntur, quantum superioribus ciuilibus actionibus hæres cōsequi potest [d]. Itaq; quæ in ijs ualere & usurpari diximus, in hac quoq; locum habebunt: ut eadem rursus repetere, uihil sit necesse.

a l. 1.
b l. 3. §. bonorum. 2. de bon. poß.
c uid. Inst. de bon. poss.
d l. 2. h. t.

De fideicommissaria hæreditatis pe-

TITIONE. TIT. VI.

1 Continuatio.
2 Cui, aduersus quem, ad quid hæc actio detur.

1 EX ordine † occurrit actio, quæ proponitur his, quibus restituta est hæreditas. Nam quisquis suscepit restitutam hæreditatem, quoniā ex S. C. hæredis loco est [a], & in eum actiones transeunt [b], quæ hæredi & in hæredem competūt, ideo Fideicommissaria hæreditatis petitione uti poterit [c]: quam eadem recipere quæ sunt in hæreditatis petitione ciuili, dubium nō est [d]. Nec interest, uerbi causa, Mihi quis rogatus fuerit restituere, an Cui hæres extiti [e]. Sed etsi bonorum possessor sim eius, cui fideicommissaria hæreditas relicta est, uel alius successor, hac actione experiri potero. Ex quo patet, eam Prætoriam esse, non Ciuilem, alioqui possessori non daretur: id quod & Paulus [f] innuere uidetur, cum eam à ciuili actione distinguat: quod olim obtinuit, quo tempore tam fideicommissario, quàm in
2 eum, à Prætore utiles actiones dabantur [g]. Hodie † porrò quando Iustiniani lege dentur [h], ciuiles potius sunt appellandæ. Sciendum tamen est, hanc actionem aduersus eum qui restituit, hæreditatē non competere [i], frustra namq; petitur ab eo hæreditas, qui restituit, confessusq; ipsa restitutione est, fideicommissarium esse hæredem: nihil ut opus sit hac actione id iterum declarari. Sed si quid non integrè restitutum sit, potest ex testamento actione personali aut reali idem peti.

a §. restituta. Inst. de fideicom. hær.
b l. 1. h. t. l. 1. §. 1. ad S. C. Treb.
c d. l. 1.
d l. 2.
e uid. supra de hær. pet. num. 4.
f l. 2. h. t.
g §. restituta. Instit. de fideicom.
h §. sed quia. Instit. eod. tit.
i l. 2.

BIU Cujas

DIGEST▸ LIB▸ VI▸ DE REI VENDICATIONE. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Vnde dicta sit uendicatio, & quid sit.
3 Causa efficiens, & cui detur.
4 Aduersus quos.
5 Materia, & quæ res uendicari possint.
6 Forma instituendæ uendicationis.
7 Quid in eam ueniat.
8 Finis huius actionis.
9 Effectus.
10 Contraria.

RECTE † atq; ordine, post actiones quę de uniuersitate propositę sunt, subijcitur actio singularum rerum petitionis: quę aut pertinet ad res corporales, tam mobiles quàm soli, tam animatas quàm inanimes [a], & tum appellatur Rei uendicatio: aut ad res incorporales, puta seruitutes: qua in parte Confessoriæ Negatoriæq; actionis nomen sortitur. 1

Rei † uendicatio à uendicando, hoc est, liberando & asserendo de manu ac iure possessoris [b], dicitur. nam id in hac actione agi palàm est. Rei enim uendicatio, est actio realis, specialis [c], qua quis petit se dominum rei controuersæ declarari [d], & eam officio iudicis à possessore sibi restitui [e]. 2

Causa † efficiens huius actionis, est Ius ciuile, & Lex 12. Tab. à qua est introducta [f]: licet eam Prætor, penes quem dandæ actionis erat potestas, se daturum polliceatur [g]. Qui porrò eam in iudicio proponit atq; agitat, est is qui uel iure gentium uel ciuili dominium acquisiuit [h], etiam reuocabiliter [i]: nulli enim alij quàm domino competere, aut utilis esse potest [k]. Aduersus † eum autè proponitur, qui nullo quidem iure nobis obligatus est, sed rem quam nostram intendimus, possidet [l]: aut dolò possidere desijt [m]: siue ante siue post litem cõtestatam possidere aut detinere desierit: ut uerior est Bartoli opinio [n]. 3 4

Materia † de qua hæc actio proponitur, sunt Omnes res corporales [o], quæ dominio alicuius contineri possideriq; possunt [p], tam mobiles quàm soli [q]: nec modò singulæ res per hanc actionẽ uendicantur, sed etiam quandoq; uniuersitas: ut grex, armentũ, equitium [r], &c. quæ tamen uniuersitas iuris non sit, ut hæreditas, sed specierum corporalium. Nam iura incorporalia peti nõ possunt, rei uendicatione: primùm, quoniam olim necesse erat exhiberi in iudicio, ac quasi manu teneri atq; asseri, quod uendicaretur [s]: ut Cic. pro Murena, Liuius, & alij multis locis ostendunt. id quod in rebus incorporalibus obtineri nequit, quæ sub aspectum sensumq; non cadunt. Secundò, quia uendicatio tantùm cõtra eum datur, qui possidet aut detinet [t], ut suprà dictum est: atqui incorporalia propriè neq; tenentur neq; possidentur [u]. eoq; nec uendicationi reuerà patére possunt [x]. Actionibus tamen realibus effectu uendicantur [y]: unde triplex uendicatio perhibetur, Proprietatis, Seruitutis, & Pignoris [z]. 5

Forma † uendicandi olim multiplex fuit, & solennis [a]: quæ cum reliquis formulis & impetrationibus antiquata est [b]. hodie ita agitur, ut actor in libello proponat se esse dominum, uel quasi (nam Publicianam adijci rei uendicationi propter difficultatem probandi dominij [c], usitatum est [d]) & aut causam sui iuris exprimat, aut omne ius suum, nulla causæ specialis dominij mẽtione facta in iudicium deducat, prout illi commodum erit: (utrumlibet enim licet [e], etsi aliter in personalibus obseruetur [f]) & quia dominus sit, sicuti & declarari cupit, ab aduersario qui possidet, rem suam petat sibi restitui [g]. Potest etiam postulari cautio, de re quæ uendicatur conseruanda: quam si præstare possessor tergiuersetur, in agentem transfertur possessio [h]. 6

Restituendi † uerbo totam rem cum sua causa, id est utilitate, quæ à re causatur & prouenit [i], complectimur [k]. Ideoq; si dolo culpáue possessoris res perierit, uel deterior post litem contestatam facta sit, uel si fructus percepti, aut aliud emolumentum è re natum sit, ratio horum omnium officio iudicis in restituendo habebitur [l]. Dico, Officio iudicis horum rationem haberi: quia iudici, statim atq; de causa cognoscere incipit, omnium rerum officium incumbit, quæcunq; in iudicio uersantur [m]: ea uerò quæ ante iudicium contingunt, non ualde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta [n]. quamobrem fructus, non quidem pendentes (nam hi pars fundi sunt [o], eoq; petitioni fundi insunt) sed percepti ante litem contestatam, nominatim erunt petendi [p]: qui quidem à bonæ fidei possessore præstantur quatenus extant [q]. nam cõsumptos propter bonam fidem lucrari eum æquius est [r]: à malæ autem fidei possessore omnes indistinctè, non modò qui percepti consumptiq; sunt, sed etiam qui percipi potuerunt [s]. Qua de re uariè ex complexu personarum & rerum, bonus iudex constituet [t]: atq; adeò impensas à bonæ fidei emptore factas, deducet [u] iure nostro, quamuis moribus Saxonum aliud uideatur inductum [x]. Illud etiam ad formandam rectè hanc actionem omnino opus est, ut res quę uendicatur, finibus, nomine, qualitate, forma, alijsq; accidentibus ita exprimatur & designetur, ut qua de re sit lis & quæstio, certò constare possit [y]. 7

Finis † huius actionis est, ut uero domino res sua restituatur, & quisque suum teneat: qui neruus est publicæ tranquillitatis. 8

Effectus † est, ut impleta approbataq; actoris intentione [z], reus condemnetur ad faciendam restitutionem: 9

a l.1.
b Cic. pro Mur. & lib.1. de Ora. Liuius dec.1. lib.3.
c l.hæreditatis.7. C. de pet.hær.l.3. C. de præscript.30.annor.
d l. & ex diuerso.35. §.1. hoc tit. l.sicut.8. §. sed si quæritur. ff. si ser.uend.
e §.1. Instit. de actio. l.qui restituere.68.
f Gell.lib.20.cap.19.
g l.prætor.75.h.t.
h l. in rem actio.23. in prin. uide Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune.nu.25. de acq.poss.
i l.non ideo.66.h.t.
k l.fin. C.eod.
l l.officium.9. l. is qui destinauit.24.h.t.l.uni. ff. de alien.iud.mut.caus. fact.
m l.sin autem.27.§.2.
n Bart. & Dd. in l.2.3.l. quia.§.fin. de alie.iudic. mut. per l. sin autem.§. sed & is.7.h.t. contra Pano. in c.1. in 2. opp. de alie.iud.mut.caus. Ias. et Zas. in §.1. Instit. de act.
o §.1. in uerb. corporalem. quod ad hoc not. gl. tab. nu.26. Ias. nu.109. Inst. de act.
p l.1.§.1.
q d.l.1.
r d.l.1.§. fin. cum ll. seqq.
s tot. tit. ad exhibend.
t l.unic. C. de alien. iudic. mut.
u l. sequitur. 4. §. si uiam. de usucap. l.3. in princ. ubi gl. de acqui. poss. l. seruus. 43. §. incorporales. de acquir. rer. dom.
x Fab. in §.1. nu.26. Instit. de actio.
y inf. si ser. uend. & si ususfruc. peta. §. æquè. Inst. de actio.
z l.3. §. est autem. §. Pomp. on. ad exh. Cuiac. obser. lib.5. cap.29.
a Cic. pro Muren. Gell. li. 20. cap. 19. Hopp. lib. 3. ad Pand.
b tot. tit. C. de for. sub.
c uide Dd. in l.4. & l. cum res.12. C. de prob.
d c. abbas sanè. circa fin. de re iud. in 6. e d.c. abbas. l. & an eadem. 14. l. si mater. 11. §. eandem 3. de excep. rei iud. f Dd. in l.1. ff. de æden. & in l.2. C. ut ne prin. g d.l. qui restituere. d.l. uni. uide Ferr. in prac. in for. lib. ac. rea. decla. h l.1. C. uti possid. Paul. lib.1. tit.11. ubi Cuiac. i l. Iulianus. 17. l. præterea. 20. l. si nauis. 62. hoc tit. l.5. §.5. si ususfr. peta. k d.l. præterea. l. in condemnatione. 134. §. cum uerbum. 1. de reg. iur. l d.l. fructus. 33. d.l. præterea. d.l. non solùm. m l. ædiles. 25. §. item sciendum. 4. de ædil. edict. n d. §. item. o l. fructus. 44. p l. partum. 10. de usur. Felin. in c. inter. num. 2. de fid. instr. Bald. in l. ampliorem. in princ. C. de appell, uide quæ dixi in §. Si quis à non domino. Inst. de rer. diuis. q l. certum. 22. C. de rei uend. l. fructus. 45. de usur. l. bonæ fidei. 47. §. in contrarium. 1. de acq. rer. dom. d.l. fructus. 23. l. si nauis. l. bona. 179. de reg. iur. uide Instit. de rer. diuis. d. §. si quis à non domino. r §. etsi hæreditas. Instit. de off. iud. d.l. certum. s l. mala fid. 3. C. de cond. ex leg. l. si fundum. 17. C. de rei uend. d.l. fructus. §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis. t l. in fundo. 39. h.t. u d.l. in fundo. x Reinhar. diff. 32. part. ult. per art. 46. Land. lib. 2. y l. si in rem. 6. hoc t. uid. Spec. late declarantem, tit. de lib. concep. §. iuxta. nu. 17. cum seq. Ias. in §.1. Instit. de act. Ferr. in for. lib. act. real. z l. fin. C. eod.

tionem: quæ quidem eo qui suprà propositus est modo, & quidem statim erit facienda (nam uero domino res sua quàm ocyssimè est restituenda) nisi ex probabili causa dilationem iudex indulgeat [a]: quâ uis in personalibus quatuor mensium spacium indistinctè condemnato detur [b]. Quòd si quis non pareat, restituere iussus manu militari ex officio res erit ei auferenda [c]. Est enim iudicis, sententiam suam imperio exequi [d].

10 Contraria, † & exceptiones rei uendicationi uariæ obijci possunt [e]: sed præcipuæ sunt, Exceptio dominij, si reus contrà se dominũ esse intendat [f]: item Præscriptionis, quæ bifariam proponitur. Vno modo, cum reus se rem ac ita simul actionem [g], sicut in confessoria [h], præscripsisse dicit: quo casu sufficit decennij uel uicennij præscriptio [i]: altero, cũ non allegat usucapionem rei, fortè quia non potest: ut si mala fide, aut sine titulo possedit: attamen dicit, actioni præscriptum esse. quo casu nõ sufficit longum tempus, sed 30. annorum possessio erit obijcienda [k]. Est & illa utilis exceptio, Si reus se possidere neget [l].

De Publiciana in rem actione. Tit. II.

1 *Continuatio, & unde dicta Publiciana.*
2 *Quare prætor Publicianam introduxerit.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio, & cui detur hæc actio.*
5 *Ad quid detur.*
6 *Contra dominum non dari.*

1 2 SEd † rei quidem uendicatio ex legitimis causis descendit. Aliam autem Prætor ex sua iurisdictione in rem comparauit, quæ ab authore Publicio, Publiciana est appellata. Nam † cùm is cui ex iusta causa res aliqua à nõ domino tradita fuerat, eius q; rei ante completam usucapionem casu possessionem amisisset, nullam haberet in rem directam actionem, ad eam persequendam: quippe ita proditæ erant iure ciuili actiones, ut quis dominium suum uendicaret, durum q; uideretur eo casu deficere actionem: inuẽta est à Publicio Prætore actio, in qua dicit is qui possessionem amisit, eam rem se usu cæpisse, quam usu non cæpit, & ita uendicat suam esse [a]. Visum enim est æquius fore, hunc colorem obtendi potius actioni, quàm pati ut eius defectu possessor bonæ fidei, amissa fortè possessione, ius omne facultatem q; rei recuperándæ amittat, & iniustus possessor id omne lucretur: cùm bona fides possidendi tantum præstare soleat, quantũ ueritas [b]. Verba † porrò edicti hæc sunt: SI QVIS ID QVOD TRADITVR EX IVSTA CAVSA NON A' DOMINO, ET NONDVM VSVCAPTVM, PETET, IVDICIVM DABO. Ex † iusta causa traditũ hîc accipimus, scilicet Ex iusto contractu uel titulo, puta emptionis, donationis, dotis, aut alia causa: ex qua si dominus tradidisset, dominium transferretur [c]. Nam ex alijs etiam iustissimis, non datur hoc iudicium, si ea possessionis causa sit, ut ex illa neq; dominium à uero domino, neq; usucapiendi conditio à non domino transeat: ut est in pignoratitia, precario, locatione [d], &c. Eo enim animo eiusmodi acquiritur possessio, ut is qui eam accipit, credat se dominum non esse: cui hæc actio utilis esse nequit, ut nec malę fidei possessori: eo q; opus est, hac agere uolenti traditionem bona fide factam esse [e]. Nam qui sciens alienam rem occupat, Publiciana experiri nequit: quia nec usucapere potest [f]. Oportet igitur eum qui hac actione agere uelit, bona fide ex iusto & translatiuo dominij titulo possessionẽ esse nactum [g]. Ait prætor, A' non domino. Nam si dominus tradidisset, ipsa traditione dominium transtulisset [h]. Et addit, Nondum usucaptum. Nam si usucaptum esset, haberet ciuilem actionem Rei uendicationis [i], & frustra desideraret Publicianam. Postremò ait, Iudicium dabo: scilicet ei qui ita petere rem nondũ usucaptam, & aliquo casu amissam instituit. Iudicium † porrò Prætor hic ferè dat eodẽ modo, quo in rei uendicatione. Nã ut in ea approbato actoris dominio iudex rem illi officio suo restitui iubet: ita hîc probato iusto agẽtis titulo, & bona fide ac traditione subsecuta, res ei tanquã domino restituitur, omnia q; ferè eadem sunt in Publiciana, quæ in Rei uendicatione [k]. Huic autem actioni una tantum exceptio obijci potest, nẽpe Dominij. Aequum enim est, actori bonam tantum fidem cum titulo alleganti, præferri uerum dominum, præsertim possidentem [l]: qui etiamsi non possideret, à quolibet tamen possessore rem suam uendicare posset [m].

Si ager uectigalis, id est emphyteuticarius petatvr. Tit. III.

1 *Ex qua causa detur hæc actio.*
2 *Cui aduersus quos detur: & methodica tractatio de emphyteusi.*

1 AD † exemplũ huius Prætoriæ actionis, alia quoq; inuenta est: qua illis qui non quidẽ directum, sed utile (ut nunc loquuntur) dominium habẽt, consulitur [a], cuiusmodi olim in fundis prouincialibus non Italici soli nempe stipendiarijs populo Rom. tributarijs Principi, possessores habebant [b], quanquam autem hoc dominiorum discrimen Iustin. sustulit [c], manet tamẽ adhuc fundorum in longum tempus elocandorum usus [d], uel meliorationis causa [e]. Solent enim ciuitates etiã nunc aut alij rerum domini, uel propter sterilitatẽ, uel aliam ob causam, agros suos in perpetuum, aut ad longũ tempus colendos meliorandos q; locare: hac lege, ut quandiu pro his uectigal pẽdatur, tamdiu neq; ab ipsis qui conduxerunt, neq; ijs qui in locum eorum successerunt, eos auferre liceat. Quia namq; publica neglectui haberi à colonis solent, quorum res non uertitur: ideo quo in agris publicis colendis essent diligentiores, usitatum fuit, ut sub certa pensione agri publici ita locarentur, ut ius utile in colonum tran-
2 siret: is q; suo bono & malo, suaq; fortuna agrum colere haberet necesse. Qui † ergo in perpetuum, aut longum tempus, fundum fruendum conduxerunt à municipibus: quamuis non efficiantur ueri domini: tamen, quia utile dominium in fundo emphyteuticario habent, placuit competere ijs in Rem actio-

a §.1. Inst. de off. iud.
b l.2. & 3. C. de usur. rei iud.
c l. qui restituere. 68.
d l. à diuo Pio. 15. de re iud.
tot. t. Ne uis fiat ei, &c.
e uide Fer. in for. opp. rei.
f §.1. Inst. de act. l. circa. de probat. ubi gl.
g l. hæreditatis. 7. in fin. C. de pet. hæred. l. 4. in fin. C. In quib. caus. cess. long. temp. præscrip. §. ultra. ubi Cuiac. Nou. 119.
h l. pen. C. de seruit. l. corruptionem. 16. C. de usufruc.
i l. hæreditatis. 7. C. de pet. hær. tot. tit. C. de long. temp. præscr. ita accipe l. 3. C. de præscrip. 30. anno. quæ dum non uult actiones reales diutius durare 30. annis, non negat præscripta re celerius præscribi. l. 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscrip. d. l. hæreditatis. 7. C. de hær. pet. quam distinctionem probat §. ultra. No. 119. l. corruptionem, ubi Bal. eius rei rationes affert. C. de usufruc.
k l. sicut. 3. C. de præsc. 30. annor.
l l. qui petitorio. 37. h. t. l. fi à te. 9. de excep. rei iudica.
a §. sed istæ. uers. namq; si cui. Inst. de actio. ubi dixi.
b l. bona fides. 179. de reg. iur.
c l. 1. in fi. cum mult. seq.
d l. 2. C. de præsc. 30. ann.
e l. quæcunq;. 13.
f l. sed etsi. 7. §. fi.
g d. l. 7. §. prætor. 7.
h l. traditio. 20. de acq. do mi. l. clauib. 7. de contra. emptio.
i l. 1.
k d. l. 7. §. si petenti. 3. §. sed istæ. ubi uide Ias. & alios. Inst. de actionib.
l l. 1. 2. & passim, de cond. ob tur. caus. c. in pari. de reg. iur. in 6. l. ult. C. de rei uendica.
m l. pen. & l. ult. h. t.
a l. si cum. 66. in princ. de euict.
b §. per traditionem. ubi Theoph. Inst. de rer. diuis. in princ. Inst. de usucap. l. si finita. 15. §. si de uectigalibus. 13. de dam. infect. l. cum sponsas. 12. §. 1. de Publicia.
c l. unic. C. de usucap. transfor. in princ. Inst. de usucap.
d l. j. de superficieb.
e l. 1. 2. h. t.

BIU Cujas

nem aduersus quemuis possessorem: sed & aduersus ipsos municipes, ita tamen si uectigal soluant [a].

Sed quia contractus emphyteuticus, moribus non est infrequens: erit, ut arbitror, operæprecium, de hac re methodicam aliquam subijcere tractationem [b]. A Græco uerbo φύω uel φυτεύω quod serere aut plantare significat, fit ἐμφυτεύω, implanto, insero: & ἐμφύτευσις implantatio: ἐμφυτεύματα, implantationes, & per metaphoram, mel orationes: quia per cultū & sationem implantationem q; agri meliores reddun-tur. Hinc contractus emphyteuticus dictus: quem hoc modo definire possumus: Vt sit iuris ciuilis, nominatus, stricti iuris: in quo dominus utile dominium ac possessionem sui prædij in emphyteutam perpetuò transfert ea lege, ut is prædium colēdo reddat melius, & in recognitionem dominij directi quod dominus retinet, Canonem, hoc est, certam pensionem quotannis præstet [c]. Dico, esse Contractum: quod hīc ultrò citroq; oritur obligatio [d]. Addo, Ciuilem [e]: quia formam à iure ciuili habet [e], etiamsi Co-rasius non rectè contrà sentiat [f]. Addo, Nominatum: quoniam actionem producit, & nomē certum habet: idq; communiter est traditum [g]. Addo, Stricti iuris: ex doctrina Doctorum [h]: quamuis non desint qui probabiliter contradicant [i]. Aio, Perpetuum esse: uidelicet in rebus prophanis [k], quoad emphyteu-tæ posteritas durat [l]. Secus in Ecclesiasticis, in quibus temporalis est emphyteusis [m]: propter quod di-scrimen constitui duæ solent emphyteuseos species: altera Ecclesiastica, quæ ad res Ecclesiæ: altera Ci-uilis, quæ pertinet ad res priuatorum, hoc modo concessas. Causa efficiens est lex [n], & consensus con-trahentiū: quo solo hic contractus ex dispositione legis perficitur [o]. Ex contractu hoc fluit, seu per con-tractum constituitur ius & dominium utile in re, quod emphyteuticum dicitur: accedente scilicet do-mini traditione, uel patientia, qua secundum fidem contractus patitur emphyteutam uti frui re conces-sa. Præscriptione etiam quæritur emphyteusis, quasi ex tacito domini & possidentis consensu [p]. Mate-riam in qua existit emphyteusis, cōmuniter Dd. res Soli statuunt [q], sicut & in feudalibus [r]. Nam in mo-bilibus, quæ usu non meliorantur, sed aut pereunt utendo, aut fiunt deteriores [s], emphyteusis consti-tui, & utile dominium alteri concedi facilè non potest [t]. Formam huic contractui præcipuè dat pactio contrahentium. Specifica uerò si nihil aliud conuenit, forma in eo est, ut dominium directum retineat dominus, emphyteuta utile consequatur: sic tamen, ut in recognitionem directi dominij, certam pen-sionem quotannis soluat. Contrahitur autem plerunq; in scriptis hic contractus [u], etiamsi ad solennita-tem scriptura non requiratur: ut communior est opinio [x], nisi in Ecclesiastica emphyteusi [y]. Nam alie-nationes Ecclesiasticæ omnes, in scriptis fieri debent [z]. Finis est, ut agri inculti & steriles, per culturam meliorentur: quod & nomen ipsum indicat [a]. Effectus idem qui nominatorum contractuum. nam nec pœnitere licet [b], & actio utrinq; oritur, quæ Condictio ex lege est [c]: sæpe etiam actio Realis [d]. Sed & o-mne commodum atq; incommodum rei emphyteuticæ, contractu perfecto in emphyteutam transit [e]. Finitur porrò emphyteusis, finita generatione seu sobole eius qui accepit [f]: item præscriptione [g]. Sed & Canone per bienniū in Ecclesiasticis, trienniúmue in temporalibus non soluto [h], aut alienatione, igno rante domino facta, iure suo cadit emphyteuta [i]: quemadmodum & quando pactis conuentis stare de-trectat [k]: aut dolo malo interuertere ius suum domino conatur [l]: quanquā ob solam inficiationem eum non priuari, uerius uidetur [m]. Sed quod de præscriptione diximus, explicatione quadam opus habet. Sciendum enim est, libertatem ab emphyteuta non aliter præscribi, quàm si causam possessionis domi-no mutet: ut, uerbi gratia, quia dominus uoluit recognosci dominium, uel solui pensionem in eius re-cognitionem & emphyteuta ius ei directum inficiatus est, atq; exinde per 30. annos pro suo possedit: cæteroqui non præscribit causa possessionis nō mutata, quia alieno nomine possidet: etiamsi canonem non soluat [n]. nam libertatem à canone poterit hoc modo præscribere 30 annis [o]: directum porrò domi-nium nequaquam, donec mutata sit possessionis causa, quam ipsus sibi sine nouo aliquo facto mutare nequit [p]. Potest enim recognosci dominium, etiam sine pensione: quia eam remittere dominus tacitè uel expressè emphyteutæ potest, iure dominij manente, & durante nihilominus emphyteusi: quamuis ea initiò, sine canonis constitutione induci non potuisset [q]. Et hæc quidē iure ciuili obtinent. Iure Sax. quædam in emphyteuticis paulo aliter habentur. Nec enim emphyteuta cadit iure suo, etiamsi non so-luat, aut si alienet: sed dominus habet tantum ius Retractus, aut in casu non factę solutionis, ius Pigno-ris. Est & alia pœna non soluentis usitata, uidelicet ut canon duplicatus soluatur: quod locum tamē ali-ter non habet, quàm cum initiò ita est cōuentum [r]. Deinde quamuis iure ciuili cogitur emphyteuta, ca-nonem suis sumptibus ad domū domini portare, si sint eiusdē fori [s]: tamen iure Sax. contrà seruatur [t].

a l.1.& 2.si ager uectig. uel emphyt.petat.
b uide de eadem materia Ias.& Dd.in l.1.2.3.C. eod.c.potuit.de loca. Land.lib.1.art.54.
c uid. Panor. ita ferè definientem, in c.potuit. de locat.
d l.Labeo.19.de uerb.sig.
e §.adeò. Instit.de loc.l.j. ubi Dd. C.de emphyt. Bart.& Dd. in l.5.de iust.& iur.
f l.b.j. Miscel.cap.21.
g in d.l.j. ubi Ias.nu.69. C.eo. Bart.in l.unic.de condict.ex leg.
h Ias.in d.l.j.nu.67. Sal. in l.fi.C.eo.
i Connan.lib.7.cap.12.
k Ias.in l.j.nu.6.et in l.2. nu.160.C.eo.tit.
l Ias.in l.2.nu.203. Spec. de emphyt.nu.88.
m Ias.in d.l.j. nu.26. et in d.l.2.nu.202.per §.si uerò.in Auth. de nō alien.
n d.§.adeò.d.l.j.C.eo.tit. Molin. in consuet. Par. tit.de censibus.in princ. nu.30.
o Spec.de emphyt.nu.5. fac.l.j.de iur.emphyt. §.adeò. Inst.de loca.
p l.litib. C.de ag.& cens. sit.lib.10.l.fi.C.de fund. pat.lib.11.l.si finita.§.si de uectigalib. de damn. infect.Spec.de emphyt. nu.69.in fi.
q Ias.in l.j.num.100.cum seqq. C.eod. gl.in c. potuit. ubi Imol.nu.5.ext. de loca.
r c.1.§. sciendum.de feud. cognit.
s l.lex quæ.22. C.de admi. tuto.l.j.& 2.ī.de usufr. ea.re. quæ usu cons.
t l.j. ubi Ias.nu.11. C.eo.
u l.1.& 2. C.eo.
x in d.l.j.ubi Ang.Ias.nu. 12.& 61. Specul.de emphyt.nu.5.
y l.iubemus.Auth.hoc ius. C.de sacrosan. Eccles.et in Auth.de alie. & emphyt.
z c.siue.12. q.12.q.2.ubi uide Reb. c. hoc ius.10. q.2.uid. Dd. in c.2. de reb.Eccles.non alien.

DIGEST▸ LIB▸ VII▸ DE VSV= FRVCTV. TITVLVS I.

1 Continuatio.
2 Cui dicantur fundi seruire.
3 Diuisio seruitutum.
4 Species seruitutum personalium.
5 Quid sit ususfructus.
6 Quarum rerum ususfructus habeatur.
7 Quid insit in usufructu.
8 Quid fructus ab usu differat, & an alterum alteri insit.
9 Quomodo usufructuarius uti debeat.
10 Dispositio titulorum sequentium.

HACTENVS † de rerū corporalium Vendicatione tractatum est, nūc de rebus Incorporalibus, quæ quidem uendicari possunt, agamus. Res autem incorporales quę in rei uendicationem ca-dunt,

a l.3.& 7.C.de fund.patri.lib.11. b d.§.adeò.d.l.j.ubi Ias.nu.9. c Salic.post Bar.in d.l.j.in fi.C.eo.Bar.in l.unic.de condict.ex lege. d Spec.de emphyt.nu.68.& 153.Imol.in d.c.potuit.nu.22.l.j.in fi.h.t. e l.j.ubi Ias.nu.29.& 77.C.eo. Spec.de emph.nu.157.158.161. f Spec.de emphyt.nu.130.cū seq. g Salic.in d.l.2.nu.23.Ias.nu.72.156.C.eo.tit.per l.cōperit. C.de præsc.30.ann.c.1.§.si quis per 30.annos,si de feud.defunct.in usib.feud. h l.2.C. eo.c.potuit.de locat. i l.fi.C.eo.tit. k §.cæterum.§.si uerò.in Auth.de alien.& emphyt.Ias.in l.j.nu.11.C.eo. l Ias.in d.l.2.nu.86. C.eo.per c.uasallus.si de feud.contro.§.fi. de l.Cor. m Ias.præall.loc.in fi.quem uide. n l.2.l.cū notißimi.7.§.fi. C.de præsc.30.ann. o d.l.cū notißimi.l.plures.C.de fid.instr. p l.3.§.pen.l.qui bona.19.§.1.de acq.poss. q Salicetus in d.l.cū notißimi.§.fi.fac.l.cū satis.72. C.de agr.et cēs.lib.11. r Land.lib.j.art.54. cū gl.itē gl.206.Land.lib.2.art.58.D.Reinh.diff.11. s Bart.in l.itē illa.de const.pecun.Panor.in c.significante.de pign. t Land.lib.1.art.54.ubi Zob.

BIU Cujas

dunt, sunt Seruitutes: non quidem hominis, sed fundi. Vt enim † homo, amissa libertate, seruitutem seruire dicitur: ita res quælibet, quæ alteri quàm suo domino subest, seruitutem atq; obedientiã quodammodo debet [a]. Harum † autem seruitutum aliæ Personales sunt, aliæ Reales. Personarum sunt, quæ personis debentur, & sine persona utentis esse nequeunt. Rerum siue prædiales seruitutes, uocant onera & iura, quæ inhærent prædio seruienti, debẽtur autem alteri dominanti: sine quibus duobus correlatiuis stare non possunt. In † personalibus seruitutibus numerantur Vsusfructus, Vsus [b], Habitatio. Sed de usufructu prius uideamus. Constituunt autem Dd. usumfructum alterum Causalem, alterum Formalem [c]. Causalem uocant, qui coniunctus est cum causa rei, hoc est, quem dominus habet ex causa rei, seu iure dominij [d]: dominij enim prẽcipuus usus est in rei fruitione: unde ususfructus, dominij pars esse dicitur [e]. De hoc usufructu hîc priorè non agimus [f]. Loquimur enim de usufructu hîc, prout est seruitus, & uendicari potest separatim [g]: non prout pars dominij. nam dominus re sua utitur, non seruitutis, sed dominij [h] iure. Neq; talis ususfructus separatim à re uendicatur, sed rei uendicationi inest: res enim sua, separatim nemini seruit [i]. Altera itaq; species ususfructus, de qua hic titulus agit, appellatur à Dd. Formalis: quoniam est forma quædam utendi fruendi, à proprietate separata [k], quæ ad hũc modum definitur: Vsusfructus, † est ius alienis rebus utendi fruendi, salua rerum substantia [l]. Vsumfructum ergo hîc accipimus, non pro dominio, aut eius parte, ut aliquando capi uidemus [m]: sed pro seruitute, quę in iure consistit. Est igitur ususfructus separatum ius à proprietate siue dominio rei: & quidem ius, hoc est, iure cõstituta facultas utendi fruendi. Additur in definitione, † ALIENIS REBVS: oportet enim res alienas esse, quarum usumfructum habemus [n]. Nam quæ nostræ sunt, hæ nobis seruire non possunt: sed iure dominij, nõ seruitutis (ut paulo antè dictũ est) his utimur fruimur [o]. Porrò uerbo † Vtendi fruendi, omnes fructus, omniaq; omnino ueniunt emolumẽta, quæcunq; ex fundo aut eius occasione percipiuntur, non modò naturalia [p], sed etiam ciuilia: ut pensiones, usuræ, aliæq; obuentiones ciuiles [q]: quæ uidelicet non ex ipsa præcipuè re nascuntur, & proinde nec sunt in fructu [r], sed industria hominis, qui rem utendo utilem facit, comparantur: item utilitas fodiendi, cædendi, pascendi [s], &c.

Apud I. C. † autem Vsus & Fructus hoc differunt, quòd usus non plus habet quàm quantum satis est quotidianis necessitatibus utentis [t]: unde Vsus esse, pro Opus esse, Latinis dicitur: at fructus comprehendit omne omnino commodum, nõ modò ad necessitatem, sed etiam ad lucrum & uoluptatem pertinens. Vnde non immeritò dixit Vlpianus [u], Fructui usum inesse, usui fructum deesse posse. Frui enim nemo ad lucrum aut uoluptatẽ re potest, nisi prius utatur: id est, inde sumat ea, quibus opus habet. Verùm uti potest ad uitæ necessitates sine fructu: id est, citra maius aliquod lucrum, aut perceptionem ad uoluptatem quæstumq; comparatam, ultra usum. Vtcunq; sit, liquet ex his uerbis, ius utendi fruendi, omnem omnino utilitatem, quam quocunq; modo res afferre potest, ad usufructuarium pertinere. Addit postremò, SALVA RERVM SVBSTANTIA. Non † enim oportet usufructuariũ deteriorem facere rei substantiam: sed uti frui debet arbitratu boni uiri, & patrisfam. [x] ita ut securus sit dominus de proprietate [y]: alioqui ab eo conueniri potest ad Interesse, ex stipulatione, quam præstare usufructuarius cogitur [z]. Causa remota Lex est, Consuetudo, ut nunc in dotalitijs, itẽ Senatusconsultum [a]: propinquior, Pactio constituentium [b], Præscriptio, item Vltima uolũtas, qua ususfructus relinquitur [c]. Proxima, Quasi traditio per inductionem & patientiam [d], Adiudicatio in duplicibus iudicijs [e], &c. Materia in qua constituitur, corpus aliquod [f], mobile [g] mouens [h], immobile [i]: cuius tamẽ usus absq; abusu esse possit [k]. Forma, ut patientia constituentis, & usurpatione eius cui cõstitutus est, introducatur [l]: quę in incorporalibus, cuiusmodi est ususfructus [m], pro traditione habetur [n]. Pactio igitur uel testamentum inducit ius Ad rem personale, ad petendum usumfructum: patientia & usus, ius In re, ut loquuntur, reale Finis & effectus, uti frui re aliena, ad uitam tantum, non ulterius [o]. Adiacens, uti boni uiri arbitratu [p]. Affinis Vsus: de quo paulo pòst. Contraria, illa quę uel impediunt usumfructum constitui, uel constitutum extinguunt [q]. Et hæc † quidem generatim dicta sufficiant, ad intelligendum quid sit ususfructus: nunc amplius quomodo acquiratur, amittatur, quibus in rebus cõstituatur, quæ actiones de usufructu proditæ sint, perscrutemur.

[a] l. traditio. 20. de acquir. rerum domin. l. non tantum. 169. de uerb. sig.
[b] l. ususfructus. de stipul. seruorum.
[c] gloss. uerb. ius. ubi etiam Angel. Fab. & Dd. in prin. Inst. eod.
[d] l. si cum testamẽto. 21. §. pen. de except. rei iud.
[e] l. 4. h.t.
[f] l. quod nostrum. 63. hoc tit.
[g] tot. tit. si usufr. peta.
[h] l. in re mandata. C. mandat. uid. Dd. in Rubr. de acquir. rer. dom.
[i] l. uti frui. ĵ si usufruct. petat.
[k] gloss. in d. l. si cum testamento. §. pen. ad uerb. suum. de except. rei iud. & in prin. Instit. eod. Bald. & Dd. in l. usumfructum. ff. solut. matr.
[l] l. ĵ. h.t. in prin.
[m] l. qui usumfructum. 58. de uerb. oblig. l. 4. h.t.
[n] Inst. eod. uers. ususfruct.
[o] l. uti frui. 5. ĵ. si ususfructus petatur. l. in re. 26. de seruit. urb. prædio. l. si cum testamento. 20. §. si fundũ pen. de except. rei iudicatæ.
[p] l. item si fundi. 9.
[q] l. usufructu. 7.
[r] d. l. item.
[s] l. utẽ. 10. §. sed si. h.t. Iaſ. & Dd. in §. si uir. l. diuortio. ĵ. solu. matr. uide Sax. lib. 1. art. 35. Reinhart. in ult. part. diff. 7.
[t] in prin. Instit. de usu & habitat.
[u] l. per seruum. 14. §. 1. ĵ. de usu & habitat. uide quæ dixi Inst. de usufru. & de usu & hab.
[x] l. sed cum. 65. h.t.
[y] l. si cuius. 15. in prin. h.t. l. ĵ. ĵ. usufruct. quem. ca.
[z] l. damni infecti stipulatio. 18. §. si cuius. 2. de damno infecto. l. inter fructuarium. 20. eod. tit. l. ĵ. inf. usufructuarius quem. cau. uid. g'. et Dd. in l. 4. C. eod.
[a] infr. de usufruct. ear. rer. §. 1. Instit. eod.
[b] d. §. 1. & tot. tit. de usufruct. lega.
[c] d. l. 3. h.t. e l. 6. in fin. iuncto. §. ult. Inst. de off. iudic. f l. 2. h.t. l. 5. §. 2. quibus mod. uſ. amit. g l. 7. l. sed si. 1. §. 3. l. numismatum. 35. l. statuæ. 48. h.t. §. 2. Instit. eod. h l. serui. 25. l. fœtus. 75. h.t. d. §. 2. Instit. eod. i §. 2. Instit. eod. l. 1. uti possid. k uide infr. de usufruct. ear. rer. §. 2. Instit. eod. l l. 3. hoc tit. m §. 1. Instit. de reb. incorp. n l. 2. de act. emp. o §. 3. Inst. eod. & infr. quibus mod. usufruct. p uide infr. usufruct. quemadm. caue. q uide infr. quib. mod. usufruct. amitt. §. 3. Instit. eod. a §. 1. Inst. de usufru. §. fin. Inst. de seruit. rust. prædio. b Sax. lib. 1. art. 44. Rein. diff. 13. de tute. c l. fi. uerb. ususfructus. C. de præscr. long. temp. d l. seruit. 14. inf. de ser. e l. iusto. 44. §. antep. de usucap. f Dd. in l. foramen. 27. de ser. urb. præd. g uide contrà disputata inf. de seruitut.

De usufructu accrescendo. Tit. II.

1 Quibus modis ususfructus constituatur.
2 In coniunctis accrescendi ius tantum obtinere.
3 Quid sit ius accrescendi.
4 De triplici coniunctione.

1 CONstitui † atq; acquiri usumfructum conuentione, stipulationibus, testamento, dubium non est [a]: nec id maiori declaratione opus habet. Moribus tamen nostris, non nisi cum tutoris ad id dati authoritate, constitui mulieri ususfructus aut dotalitium in bonis mariti potest [b]. Constituitur etiam & acquiritur ususfructus præscriptione longi temporis, iure Nouo [c]: quamuis iure Veteri, quo seruitutes non præscribebantur [d], contrà fuerit [e]: nec obstat quòd ususfructus causam habeat discontinuam, unde uideri poterat, non nisi tempore immemoriali posse præscribi [f]. Nam discrimen illud Continui & Discontinui actus, tantum obtinet in seruitutibus prædialibus: in quibus ideo cõsideratur Continuitas actuum, quia prædijs debentur, quæ sunt inanima, nec aliter quàm per continuationem actus continuò possideri possunt [g]. In personalibus secus est, quia à persona hæ seruitutes animo sem-

per continuò possidentur, etiamsi actus non sint continui [a]. Vnde pro cõtinuis indistinctè omnes personales seruitutes habentur: debentur enim personæ, seu homini. At homo continua uoluntate semper possidet, & possessionem animo retinet, etiamsi non sit in continuo actu possidendi [b]. Illud etiam enodemus, si ususfructus pluribus coniunctim relictus sit, quomodo per Ius accrescendi interdum ususfructus acquiratur: quæ propria est huius tituli materia [c].

Sciendum † igitur est, Ius accrescendi locum non habere, nisi Coniunctim ususfructus legatus sit. 2
Nã si Separatim unicuiq; partis rei ususfructus relinquatur, uerbi gratia: Męuio fundi Tusculani usumfructum pro dimidia parte do lego: alteram partem ususfructus Titio lego: sine dubio ius accrescendi cessabit [d]. Ergo in coniunctis tantùm ius accrescendi locum habet.

Est † autem Ius accrescendi, cùm duobus aut pluribus coniunctis, altero deficiente, alteri pars deficientis adijcitur & accrescit. Cuiacio hîc est Ius retinendæ uel nanciscendæ partis eius qui non concurrit, uel concurrere desijt. Porrò Coniuncti uocantur, qui à lege uel homine ita connectuntur, ut pro uno habeantur [e]. 3

Triplici † autem modo fit hæc coniunctio: Re, Verbis, ac Re & Verbis simul [f]. Re quidem: ut, Titio 4
usumfructum fundi lego, Seio eiusdem fundi usumfructum lego. Hic enim cum unicuiq; in solidũ ususfructus legetur, non tam ius accrescendi, quàm ius non decrescendi locũ habet. Fiunt enim partes concursu utriusq; legatarij, ex forma legati. Vtriq; enim in solidum ususfructus est legatus. Quamobrem altero legatariorum mortuo, aut repudiante legatũ quia concursus cessat, alteri in solidum ususfructus iure non decrescendi cedet. Verbis tantùm cõiunguntur, quibus æquis pro indiuiso portionibus ususfructus relinquitur, hoc modo: Titio & Mæuio usumfructum æquis partibus do lego [g]. Hi enim Re separati sunt, quia æquales partes sunt relictæ: non quidem corpore diuisæ, sed intellectu. Nam si corpore diuisæ essent, utiq; dimidia parte separatim relicta, nulla esset coniunctio [h]. In his igitur propriè locum habet ius accrescendi, ut si alteruter moriatur, aut repudiet legatum, alteri pars eius accrescat. Re & uerbis iunguntur, quibus idem, partibus nullis expressis, in eadem oratione coniunctim relinquitur: ut, Titio & Mæuio usumfructum Tusculanum do lego. Hîc enim Verbalis coniunctio sola non est, cùm partes nullæ sint expressæ: nec Realis sola, cùm uerbis iungantur legatarij: itaq; Verbis & Re coniuncti sunt: ac tam iure non decrescendi, quod est re cõiunctorum, quàm accrescendi, quod coniunctis uerbo proprium esse diximus, utuntur, cæteris q; sunt potiores [i]. Sed de hac materia difficili & inexplicata, satis hoc in instituto dici non potest [k].

[a] l.3.§.saltus.§.in amittenda.l.si id quod.25.§. fin.l.clam.6.§.1. de acquir.poss.
[b] uide Bart.in l.iusto.44. §.non mutat. de usucap.
[c] uide Paul.lib.3.tit.6. Cuiac.ad Vlp.tit.24. Gouea.de iur.accresc. & quæ dixi in §. si eadem.Inst.de legat.
[d] l.j.in prin.b.t.
[e] l.planè.34. in prin.de legat.1.
[f] l.triplici.142. de uer.sig. l.re coniuncti.87. de legat.3.
[g] d.l.re coniuncti.
[h] d.l.planè.
[i] d.l.j.§.idem est.1.hoc tit. d.l.re cõiuncti.ubi Dd. præcipuè Ias.de legat.3. d.§.si eadem. Inst.de legata.ubi dixi.
[k] uide Cuiac. hîc, & passim in tit.de legat.

Quando dies ususfructus legati cedat.

TITVLVS III.

1 *Vsusfructus diem ab adita hæreditate cedere.*
2 *Ratio eius.*
3 *Quare reliqua legata à morte testatoris cedant.*

ILlud † autem notandum est, usufructu legato, diem eius Cedere, id est, usumfructum deberi [a], non à 1
morte testatoris, ut cętera legata, sed ab adita hæreditate [b]: cùm † quia ususfructus intelligi non po- 2
test, nisi sit qui eum constituat, quiq; frui patiatur [c]: nempe hæres, qui nullus existit ante aditam hæreditatem: tum quòd ratio, quamobrem cæterorum legatorum dies cedat à morte testatoris, hîc cessat.

In his † enim ideo statim cedit, ut legata, moriente ante aditam hæreditatem legatario, ad hæredem 3
eius transmitti possint, neq; fiant Caduca [d]: quod in usufructu locum habere non potest, cum is semper moriente usufructuario unà extinguatur, utpote qui personæ cohæreat [e]: ut frustra omnino eius dies ante ipsam constitutionem, quæ demum post aditam fit hæreditatem, sit cessura.

[a] l. cedere diem.213. de uerb.significat.
[b] l.unica.b.t.
[c] l.3. ſ. de usufr.
[d] §.si coniunctim.Inst.de legat.l.unica.§. cùm igitur. in fine. & §. in nouissimo. C.de cadu.tollendis.
[e] l.2. & 3.quando dies legat.cedat. l.unica.§.libertatibus. C.de cad.tollend.

Quibus modis ususfructus, uel usus amittatur. TITVLVS IIII.

1 *Quare placuerit usumfructum aliquando extingui.*
2 *Vsusfructus finitur morte.*
3 *Capitis diminutione.*
4 *Interitu uel mutatione rei, non dominij.*
5 *Cessione.*
6 *Consolidatione.*
7 *Non utendo.*

QVia † diximus morte finiri usumfructum [a], uideamus & de reliquis modis, quibus ususfructus 1
uel usus amittatur. Placuit enim has seruitutes certis modis extingui, ne inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu [b]. Præter † mortem igitur usufructuarij, etiam Capitis 2
ipsius diminutione extinguitur ususfructus [c]: quia, quod ad priorem statum attinet, pro mortuo minutus habetur: atq; olim quidẽ quacunq; diminutione [d]: nouissimo † autẽ iure (quo sublatis mancipatio- 3
nũ solennibus minima capitis minutio penè obliterata est) maxima & media tantũ, non etiã minima [e].

Cùm autem hoc modo morte aut capitis minutione ususfructus extinguitur, fructus ultimi anni nõ pertinent ad usufructuarium aut eius hæredem, nisi quatenus sunt percepti [f]: quod tamen iure Sax. in industrialibus non obtinet. nam quicquid usufructuarius consecuit, id quamuis necdum maturum neq; perceptum, ad suum hęredem transmittit [g]. Amittitur † etiam ususfructus, Interitu seu mutatione rei. 4
Cùm enim ius sit in re, hac sublata, ipsum extingui necesse est, modò tota res pereat: nam in parte totus etiam ususfructus retinetur [h]. Oportet igitur totam rem interire, ut soluatur ususfructus, aut certè in aliam formam mutari: ueluti usufructu ædium legato, si ædes corruerint, uel exustæ sint, corrumpitur ususfructus, ita ut ne areæ quidem ususfructus debeatur: non enim areæ, sed ædium ususfructus legatus est [i]: aut si ager flumine uel mari inundatus sit [k], uel ab hostibus captus fuerit [l]. His tamen posterioribus casibus, restituta proprietate ususfructus restituitur, nisi forma rei planè sit immutata [m]. Dixi uerò, Rei

[a] l.3.§.fi.b.t.
[b] l.3.l. an usufructus.5.6. ſ. de usufr. §.usufruct. in fin.Inst.eo.
[c] l.j.hoc tit.
[d] l.3.b.t.§.fi.Inst.eo.
[e] l.corruptionem.16. in fi. C.de usufr.
[f] §.is uerò. Inst.de rer.div. ubi uid.quæ dixi.
[g] Reinh.diff.ult.part. diff.11.
[h] l.si cui.53. ſ. de usufr.
[i] l.repeti.5.§. rei mutatione.2.b.t.
[k] l.si ager.23.cum l.seq.
[l] l.si ager.23.eod.
[m] d.l.si ager.23. & 26.

BIU Cujas

rò, Rei ipsius mutatione dissolui usumfructum: nam dominij mutatione, ut quando proprietarius fundum alienat, nec ususfructus, neq; iter actusúe deperit [a]. Item † finitur ususfructus, si is Cedatur (id est alienetur: nam cessio species est alienationis legitimæ, ut tradit Boetius ad Topica Cicero.) domino proprietatis: quia res sua domino amplius seruire nequit, & ususfructus cum proprietate consolidatur. Cedendo autē extraneo nihil agitur, ut inquit Iustinianus [b], cùm personę ususfructus cohæreat [c]: à qua diuelli non potest, nisi legitimis modis iam traditis: quibus aliquando diuulsus, ad proprietatem redit: non autē per solam cessionem, quæ nullius est momenti [d]. Atq; ita intelligendus est Pomponius [e], cùm ait: Cessione extraneo facta, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuerti usumfructum: scilicet, legitimo tandem modo extinctum. Iniquum enim esset, cùm nullum delictum, nulla etiam uis insit in cessione, eo facto quempiam ius suum amittere [f]. Iure tamē Sax. mulier dotalitium suum, cuius quasi usumfructum quendam habere uidetur, è manu sua transferens atq; cedens, iure suo priuatur [g]: ac fortasse idē olim fuit in cessione iuris solenni, de qua Pomponius loqui uidetur [h]. Contraria † quoq; Consolidatione ususfructus perit [i]: scilicet quando proprietas aliquo casu, usufructuario obuenit. Postremò, † Non utendo per modum & tempus [k]. Nam etiā uel certæ partes, uel pro indiuiso ususfructus nō utendo amittitur. Atq; hoc quidē tempus olim exemplo cæterarum usucapionum erat biennium [l], ut ostendit Iulius Paulus lib. 3. Sententiarū. Hodie decennium inter præsentes est, uicennium inter absentes [m]. Malè uerò utendo usufructuarius an amittat? Et cū teneatur ex cautione ad id quod Interest [n], non uidetur ex hac causa perdere, nisi res in non usum incidat: ut quando hyeme utitur, cū tantum æstate concessus ususfructus esset [o]. Pleriq; tamē etiam malè utendo corrumpendo q; substantiam rei, usufructuarium iure suo cadere uolūt [p], uelut colonum [q], emphyteutam [r], uasallum [s], mariti uiduam [t]: nec actionem eius quod Interest, eum à pœna liberare, id quod iudicis arbitrio puto committendū. In municipijs & uniuersitatibus finitur ususfructus ijs euersis [u] uel dissolutis quasi morte [x]: aut quia id rarius fit [y], post centum annorum uelut longissimi uitæ humanæ termini [z] decursum *.

a l. neq; ususfr. 18. h.t.
b §. fi. Inst. de usufr.
c l. si usufru. 4. de nouat.
d arg. c. non præstat. de reg. iur. l. 2. 3. 4. de opt. leg. l. quod pupillæ. 30. quan. di. leg. ceda. l. hæc conditio. de cond. & demonst.
e l. si ususfructus. 67. de iur. dot.
f c. non præstat. de reg. iur. in 6. l. ea quidem. C. si mancip. ita fuer. alie. Bald. in l. 2. C. de epis. aud. Aluar. in c. j. Quid iuris, &c.
g Reinhar. part. ult. diff. 22. per art. 21. & 32. lib. 1. & Lehen. cap. 58. 59. 69. Zob. d. articul. 21. Vueych. articul. 39. & art. 57.
h d. l. si ususfructus. 67. uia de quæ dixi in §. ult. Instit. de usufr.
i l. si tibi fundus. 17. h.t. §. item finitur. Inst. eod. l. idem. 6. de usufr. accres. l. cùm in fundo. 81. §. si uxor. de iur. dot.
k l. placet. 25. h.t.
l l. corruptionem. 16. uers. non utendo autem per annum uel biennium. C. de usufr.
m l. fi. C. de seruit. l. corruptionem. 16. C. de usufr.
n l. j. & tot. t. j. usufruct. quemadm. caueat.
o l. si cōmunem. 10. quemadm. ser. amitt.
p Bal. Castr. in Auth. qui rem. num. 3. C. de sacr. Eccles. per l. hoc amplius. 9. §. fin. de damn. infec. l. cognouimus. C. de emanc. & col. lib. 11. & l. eos. C. de aquæd. lib. 11. Ias. in l. diuortio. 8. §. si fundum. solut. matrim.
q l. 3. C. de locat. d. l. cognouimus.
r Auth. qui rem. C. de sacr. Eccle. Ias. in l. 2. nu. 98. de iur. emph.
s c. 1. §. pen. ubi Bal. nu. 2. de pac. tenend.
t Ant. Nat. consil. ult. numer. 11. Aimo. Cra. consil. 300. num. 4. lib. 2. Land. art. 22. lib. 1. & ibi gl. lat. in fi. & d. artic. 21. ubi Zob. eo. lib.

De usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur, vel minuuntur. Tit. V.

1 *Quibus in rebus constitui ususfructus possit.*
2 *Quare in rebus, quæ usu consumuntur, constitui ususfructus nequeat.*
3 *Quomodo ijs in rebus quasi ususfructus constituatur.*
4 *Hunc quasi usumfructum tantum morte & capitis diminutione finiri.*

1 NVnc † enodemus, Quibus in rebus constitui ususfructus possit. Et quidem Senatus censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusq; patrimonio esse constaret, ususfructus legari possit: quo Senatusconsulto inductum uidetur, ut & earum rerū ususfructus legari queat, quæ usu pereunt, uel minuuntur [a]: quo in numero sunt, pecunia, uinum, frumentum, & consimilia.

2 Harum † enim rerum nullus est usus, nisi in abusu. nam utendo his rebus, aut alienatur proprietas, ut pecuniæ assidua permutatione: aut consumitur, ut fit in uino, frumento, oleo, & id genus alijs: quorum nullus usus est nisi in abusu, hoc est, substantiæ absumptione. Quare olim usumfructum hæ res nō recipiebant, qui nullus est nisi salua rei substantia, ut ostendit Cicero [b]. Sed Senatusconsulto effectum est, ut quidem nō proprius esset pecuniæ ususfructus, (nec enim id ratio naturalis aut ciuilis patitur [c]) sed ut Quasi ususfructus haberetur [d].

3 Itaq; † si pecuniæ ususfructus uel usus (quia in hac specie usus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est [e]: tota enim res, id est, proprietas cum possessione, transfertur, in qua semper ususfructus inest [f]) sit legatus, uel aliarum rerū quæ in abusu, id est, consumptione consistunt: præstanda quidem res erit legatario, sed ab eo cautio exigenda: ut quando is mortuus aut capite minutus fuerit, eiusdem res qualitatis restituatur [g].

4 Nam † in hac stipulatione de reddendo usufructu, duo tantùm casus, quibus finitur ususfructus, ponuntur: uidelicet mors usufructuarij, & capitis diminutio: quoniam harum rerum usus aliter amitti nō potest, quàm his modis [h]. Nec enim mutationem aut interitum patiuntur, cùm in genere consistant [i]: neq; non utendo amittuntur: uel quia ipso usu pereunt, ut hîc temporis diuturnitas momentum afferre nequeat: uel quia proprietas cum possessione rei ad usufructuarium deuoluitur: ut ille cōtinuè possidendo uti semper intelligatur. Inter uiuos uix est, ut eiusmodi constitutio admittatur, cum nihil aliud sit quàm mutuum: ideo S.C. de usu pecuniæ legato, diserte loquitur [k].

a l. si tibi fundus. 17. h.t. §. item finitur. Inst. eod. l. idem. 6. de usufr. accres. l. cùm in fundo. 81. §. si uxor. de iur. dot.
b in Topicis.
c §. constituitur. Inst. de usufr. ubi dixi.
d l. 2. §. fi. h.t.
e l. quoniam. 16. §. 1. l. 5. §. fi. hoc tit.
f l. 4. de usufruct.
g l. si tibi. 6. hoc tit.
h l. in stipulatione. 9. cum l. seq. hoc tit.
i l. incendium. 11. C. si cer. petat.
k uide quæ dixi in d. §. constituitur. Inst. de usufru.

Si ususfructus petatur, uel ad alium pertinere negetur. Titulus VI.

1 *De actionibus seruitutis personalis.*
2 *De confessoria & negatoria.*
3 *Quis, aduersus quem, ad quid, agat confessoria.*
4 *Differentia inter confessoriam & personalem, ad seruitutem consequendam.*
5 *Confessoriam non dari domino fundi.*
6 *Negatoria cui, ad quid detur.*
7 *Quare in incorporalibus negatoria detur, non in corporalibus.*

i 4 Restat

per l. si ususfructus. 16. de usufruct. l. 1. usufr. quem. caue. l. diuortio. 8. §. si fundum. ubi Ias. sol. mat. arg. in l. item si fundi. 10. §. fi. de usufruct. u Cic. in orat. pro Cecin. inducto, ut loquitur, aratro. x l. si ususfru. 21. h.t. y l. proponebatur. 76. de iud. l. sicut. 7. §. 2. sup. quod cuiusq; uniuers. z l. ult. C. de sacrosanct. Eccles. * l. an ususfr. 62. de usufr. supr. a l. j. h.t. b in Topicis. c §. constituitur. Inst. de usufr. ubi dixi. d l. 2. §. fi. h.t. e l. quoniam. 16. §. 1. l. 5. §. fi. hoc tit. f l. 4. de usufruct. g l. si tibi. 6. hoc tit. h l. in stipulatione. 9. cum l. seq. hoc tit. i l. incendium. 11. C. si cer. petat. k uide quæ dixi in d. §. constituitur. Inst. de usufru.

BIU Cujas

REstat † ut exequamur, quę actiones, quibus, contra quos, & ad quid, harum personalium seruitutum nomine concedantur. Et cùm ususfructus uel petatur tanquam debitus, uel ad aliquem pertinere negetur quasi non debitus: proditæ sunt in hanc rem duæ actiones [a], quemadmodũ & pro cæteris seruitutibus [b]: quarum † altera quis confitetur & asserit sibi usumfructum deberi, unde & actio Confessoria uocatur [c]. Quoniam illa qui agit, ius quod sibi adest cõfitetur, ad hunc modum: SI PARET VSVMFRVCTVM MEVM ESSE [d], &c. Altera asseritur libertas prędij, negaturq; ususfructus, quem quis indebitè sibi usurpat: ut, SI PARET ADVERSARIVM IVS VTENDI FRVENDI FVNDO MEO NON HABERE, &c. Hinc Negatoria dicta est hęc actio [e]. Vtraq; uerò Realis est, quia ratione rei competit [f]. Confessoria uindicatio est seruitutis [g], seu actio in rem specialis qua ius in re postulatur [h]. 1

Confessoria † autẽ agit, qui usumfructum sibi uelut suum, uel aliam seruitutem asserit [i], nec tantũ aduersus dominũ qui seruitutẽ debet, sed omnes omnino qui impediũt usumfructum, quocunq; tandem modo id fiat [k]: & ad hoc agit, ut iudex declaret usumfructum sibi cõpetere, condemnetq; aduersariũ ut patiatur actorẽ uti frui, nec in posterũ impediat: eoq; nomine caueat [l], præstetq; fructus (si fortè aliquo tempore possedit) perceptos, & id quod interesse potest actoris, creatũ sibi impedimentũ non fuisse [m]. 3

Ex † quibus apparet, aliam esse hanc actionem, quàm illam Personalem, qua ad constituendũ usumfructum, ex testamento fortè, uel contractu contra hæredẽ, aut eum qui promisit, agitur. Hæc enim non est Confessoria: nam non confitetur actor in ea ius quod habet, sed quod non habet petit, tanquam sibi debitum, constitui. Vnde Personalis est actio, non Realis: quia non competit ratione iuris, quod rei insit. Nullum enim ius in re esse potest, priusquam sit illud constitutum. At hæc de qua agimus, realis est: petit enim actor declarari, sibi ius esse eiusmodi iam antè constitutum & quæsitum, & in iure antea sibi constituto perfruendo, impediri se à reo non oportere contendit. 4

Hæc † autem actio domino seruitutis, non autem fundi domino datur: quia qui habet fundum, intergrumq; dominium, ius utendi fruendi separatum, & seruitutem non habet: nec enim potest alicui suus fundus seruire [n]. Sed si impediatur in possessione suæ rei, agere licet illi interdictis, quæ in hoc prodita sunt, ut suæ unicuiq; possessiones sine impedimento liberæ sint, atq; saluæ [o]. 5

Porrò † actio Negatoria, uelut superiori cõtraria, domino fundi datur: aduersus eum qui usu aliquo seruitutis libertatem rei impedit, & sibi usurpat [p]: contra quem dominus per hanc actionem libertatem sui prædij astruit, negatq; aduersario usumfructum deberi: unde & Negatoria appellatur. Petit enim ut iudex declaret suum prædium esse liberum: iubeatq; cauere aduersarium, ne in posterum ius seruitutis ullum usurpet, & quanti interest præterito tempore non usurpatum fuisse, ut id sibi rependat [q]. Ex qua ipsa actionis formula paret, cur in incorporalibus negatoriè agi permittatur, cum ad petendas res corporales id genus actionis proditum non sit [r]. 6

Nam † in his qui possidet, ei actio nulla datur, per quam neget actoris rem esse [s]: cùm quia ei suffice- re debet quòd habeat possessionẽ: ut non opus sit superuacaneis actionibus iudicia onerari: tum quòd non acturus sit de iure suo, sed alieno: quod per absurdum est [t]: quicunq; enim cũ aliquo agit, ex eo iure quod ipse habet [u], causam suam iudici probare necesse habet, ut rectè annotauit Theoph. [x] Nã alioqui possessori, si agat de iure alieno, nihil profuturum est, declarari aduersarium non esse dominum. neque enim, etiamsi is dominus non sit, ideo sequitur, possessori dominium competere [y]. Multo autem minus illi proderit, si asserat tertium, puta Titium, esse dominum. Nam de iure & re aliena nemo sine idoneo mandato agere potest: & ut maximè agat atq; obtineat: non tamẽ aut sibi proderit, quia de iure suo nihil probauit, nihilq; iudicatum est: aut uero domino, quia sententia & res inter alios dicta, alijs neq; prodest neq; nocet [z]. At in incorporalibus, qui Negatoriam proponit, etsi uerbo negat, tamen reuera Confessoria agit. Qui enim inficiatur alteri seruitutem deberi in suo fundo, affirmat & confitetur rebus ipsis prædium suum esse liberum [a], iusq; eius libertatis ostendere intendit. Et hæc quidem de tractatu ususfructus dicta sufficiant: si illud prius monuerimus, has actiones eodem tempore durare, quo rei uendicationes. Quod igitur dicitur, his actionibus decem & uiginti annorũ spacio præscribi, id sic intelligo: quando tanto tempore ius seruitutis aut extinctum, aut quæsitum est [b]. nam si præscriptio ob iniustitiã tituli, aut interruptionem, aut malam fidem, aliudúe impedimentum completa non sit: haudquaquam putauerim, aliter quàm 30. annorum spacio his actionibus præscribi: sicut & de rei uendicatione suprà est expositum [c]. Omitto nunc quæstionem, an mala fides non hanc etiam præscriptionem inhibeat: de qua alibi fortasis erit dicendi locus. Certũ tamen est, iure ciuili non inhiberi [d], cum absq; respectu possidentium, neq; considerato, utrum bonæ malæúe fidei sint, tantùm in odium agere negligentium sit inducta [e], ut aliquis esset controuersiarum finis [f]: nec in incerto manerent dominia, si post tantũ interuallum repetitionibus cuiusuis relinquerentur. Cæterùm Iure Pont. aliud inductum uolunt [g]. 7

De operis seruorum. Tit. VII.

EST autem consimile ususfructus, operarum legatum: quando uidelicet non ipse ususfructus: sed seruorum hominis (cæterarum enim animantium usus non in operis, sed in usufructu est [a]) operæ legantur, uel inter uiuos constituuntur. Cùm enim fructus hominis in operis consistat, & retrò in fructu hominis operæ sint [b]: consequens est, operis seruorum legatis uel concessis, & fructum [c], & usum

a l.1.hoc tit. b §.æquè. Inst.de act. c l.2.l.9.§.1.h.t. d Theophilus in d.§. æquè. e d.l.2. f §.æquè.ubi Dd. Inst.de act.l.2.com. præ.l.4.l. 6.si ser.uend. g l.creditori.9. de oper. no.nuncia.l.4.de seruit. h l.3.in prin.C.de præscr. 30.anno. i l.ei.16. de seruit.l. creditori.9.de oper.nou.nũc. l.5.& passim.h.t. k l. si quis diuturno. 10.§. agi.j. si seruitus uend.l. uti frui.5.§.utrum.1.h.t. l l.unic. ubi Bart. C. uti possid. c.fi.de rest.spo.l. harum.7. l.egi.12. j. si ser.uend. m d.l.uti frui.5.§.fi.l.pen. §.fi.h.t. n l.uti frui.5. in prin.h.t. o uide j.uti poss.& unde ui. p Bal.in l.quemadmodũ. 29.§.1.ad l.Aquil. q d.l.uti frui. h.t.l.egi.12. j.si seruitus uend. r §.æquè. Inst.de action. ubi dixi. s l.j.§.interdictum j.uti possidetis. t d.l.uti frui.l.4.§.compe- tit.si seruit.uend. u l.j.si pars hæred.peta. x ad d.§.æquè. uide Bart. & Castr. in l.l.2. de excep.rei uend. y l.sed si possessori.11.de iureiur. z l.sæpe.63.de re iud. a l.loci.4.§. pen.& fi.l.cũ ll.seqq.l.sicuti.8.j.si seruitus uendicetur. b l.2. de ser.uide hac de re Ias.in §. æquè.num.37. Inst.de act. per l.corruptionem.16.C.de usufr. l.pen.C.de seruit. c ad tit.de rei uend. uide Ias. quamuis dubitantẽ in d.§. æquè. nu.39.l.3. C.de præsc.30.ann. d uide l.3.4. 6.7.8. C.de præscript.30.anno.l.2. l.ult. C.de annal.excep. l.moræ.ubi Salic.nu.5. C.de rei uend.& in l. ult.nu.25. C.de edic.diui Adria.tollen. Bart.nu. 3.Castr.nu.6.& Dd.l. sequitur.§.uiam.de usucap.

a Castr.l.hoc autem.num.4.de seruit.urb.prædio. Ripa.l.nemo potest.num.113.de legat.1. Felin.Rubr.de præscr.num.18.& in c. fin.num.6.eo.tit. Paris.consil.101.num.18,uol.1. Socin.iun.consil.145.num.65.uol.1. Bouius de præscrip.sta.§.1.num.12.& 18. b l.3.l.4.cum seq.tot.tit. C.de præscr.30.anno. c Canon.c.ult.de præscript. Bouius.de præscr.statu.§.1.num.33.34. Tiraq.de retrac.conuen.§.1.gl.2.nu.20.& de præscr.§.1.gl.2.& hãc magis communem testatur Anton.Gab.lib.5. concluſ.3.de quo scripsi.consil.5. a Gouea.lib.1.Lec.cap.7. b l.fructus.4.h.t. c l.4.h.t. d l.l.ut perfectius.l. ult. e d.l. ut perfectius.l. ult. f l.3.l.4.cum seq.tot.tit. C.de præscr.30.anno. g Canon.c.ult.de præscript.

BIU Cujas

usum [a], atq; ita etiam usumfructum effectu concessum, intelligi [b]. Verùm hoc differunt, quòd nec capitis diminutione, imò ne morte quidem ipsius cui debentur [c], neq; non utendo operæ amittantur [d]: cuius ratio est, quòd operæ in actione hominis consistant, neq; sint in rerum natura, priusquam præstantur [e]. Quod autem non est, id neq; capitis diminutione, nec morte, aut non utendo, perire potest [f]. Priuatio enim præsupponit habitum, ut uulgò loquuntur [g]. Adde, quòd operę quandam habeant cum domínio cognationem [h]: cui argumento est quòd cùm usus fructus usucapione, proprietatis non amittatur [i]: operarum tamen legatum, seruo usucapto, pereat [k]. Vt igitur dominium non extinguitur primo domino moriente, sed transit ad eius hæredes: ita & legatarius ad successores suos operarum legatum transmittit: quæ operæ præstandæ erunt, donec is à quo sunt edendæ, fuerit superstes. nam eius morte finiuntur [l]. Goueanus [m] illam affert rationem, quòd usus fructus sit ius personale, operæ non sint: sed magis ex re quæ eas debet, spectentur.

a l.5.h.t.ubi tamen Gou. d.cap.6. pro usum, legit, usumfructum.
b l.5.
c l.2. de usufruc.lega. cum ll.seq. Bal. & Dd. Rub. C.de usufruct.
d l.2. h.t.
e l.operæ.7. de operis libertor.
f l.2. & l.Pomponius.26. de usu & usufr.legatis.
g l.decẽ.116. de uerb.obl. l.nã etsi.5.de iniust.rup. & irr.test.
h d.l.operæ.de oper.liber.
i l.locum.17.§. proprietarius.2.ſ.de usufr.l.iusto. 44.§. non mutat. de usucap.
k l.2.de usu & usufr.legatis.
l arg.l.interdum.34. de oper.lib.l.unic.§.ne autem.C.de cad.tollend.
m lib.1.cap.7.

De usu & habitatione. Tit. VIII.

1 *Vsum similem esse usus fructus.*
2 *Quid contineat usus.*
3 *Quando usus fructus contineatur.*
4 *Quare frui pro parte, non uti possumus.*
5 *De habitatione.*
6 *Habitationem non utendo, aut capitis diminutione non extingui, sed morte.*
7 *Quid insit habitationi.*

1 NVnc † uidendũ est de Vsu & Habitatione, quæ seruitutes quoq; personales sunt, sicuti usus fructus, cuius quædam quasi pars sunt [a]: ut meritò idem ius in parte, quod in toto, seruetur [b]. Constituitur autem usus sine Fructu, ut quis utatur re ad suas necessitates, non uerò fruatur ad utili-
2 tatem [c]: & ijsdem omnino modis, quibus usus fructus, cõstitui ac desinere solet [d]. Itaq; † cum Vsus non omne omnino emolumentum, quod quoquo modo ex quaq; re percipi potest, sed tantum quantum opus est ad uictum utenti, comprehendat, ut antè diximus [e]: consequens est, cui usus relictus sit, eum Vti posse ad subsidia uitę, Frui uerò non posse [f]. Vnde usu ædium legato, habitare cum coniuge & familia parentibus q́;, & inquilinum quoq; recipere, dum ipse inhabitat, usuarius potest [g]. Locare uerò seorsum aut concedere habitationem sine se, aut usum uendere, permissum nõ est [h]: cum hæc omnia, quantum ad fructus ipsos attinet, usufructuarius facere queat [i]: cuius ea est ratio, quòd ad usufructuarium omnis rei utilitas pertineat: usuario autem id tantum sit concessum, ut pro conditione suæ personæ re utatur. Quòd si locare alij seorsum uel uendere ius suum habitandi posset, iam uti domo ad necessitates suas, contra naturam usus, desineret [k]. Paria in constituto cæterarum rerum usu dicenda sunt: uerbi gratia, si usus fundi relictus sit, potestas habitandi, deambulandi, utendi etiam fructibus naturalibus, ut pomis, floribus, lignis, fœno, &c. quatenus ad quotidianum uictum opus est, facta uidetur. Domino autem fundi in serendo, colendóue impedimẽto esse: aut fructus industriales, ut uinũ, frumentum, &c. eius sumptu atq; facto prouenientes, decerpere, & alienam in messem falcem immittere, usuarius non
3 debet [l]. Vsus † tamen nomine, aliquando & Fructus continetur: quoties ex uerbis testatoris, uel rei natura, uel conditione legatarij, id fieri oportere ratio suadet. Vnde usu syluæ legato, fructum quoq; legatum uideri, Adrianus rescripsit [m]: quia nisi liceret legatarijs cædere syluam & uendere, quemadmodum fructuarijs licet, nihil habituri essent ex eo legato. Cædere igitur, & uendere, non quidem sicuti plenus usufructuarius, sed pro ratione & modo Sui usus, poterunt. Nã & aliàs quamuis usuarius alij usum concedere prohibeatur: tamẽ minimè illi inuidendum est, si eos fructus, quos ad usum & necessitates suas
4 percepit, uendere uelit [n]. Porrò † illud notatu dignum est, quòd usus pars legari nequit: Frui enim, ut I.C. inquit, pro parte possumus, Vti pro parte non possumus [o]. Differentiæ ratio est, quòd ut ipsi fructus diuisionem admittunt (licet enim fructuum partem tantum recipere) ita & effectu usus fructus: at usus cùm ad uictum quotidianum, necessitates q́; uitæ tolerandas referatur, sub partitionem non cadit: quia
5 partim uiui nequit. Quod † ad habitationem attinet, hæc, & usus ædium, idem effectu ferè sunt. nullus enim est alius propemodum ædium usus, quàm habitatio, cuius gratia extruuntur [p]. Si cui tamen habitatio legata, uel alio modo constituta fuerit: neq; usus, nec usus fructus, sed quasi proprium aliquod ius constitutum uidebitur [q]. Differt enim in hoc ab usu, quòd hic in Iure, habitatio uerò in Facto consistat: cui usus constituitur. illi ius seruitutis competat: in habitatione uerò solum habitandi factum insit. Vnde nec capitis diminutione, neq; non utendo, quemadmodum usus fructus & usus amittitur [r]. Habita-
6 tio † enim nulla intelligitur, nisi uerè habitetur. Vnde quod non est non utendo, id est non habitando, nullo modo potest amitti [s]. Pari ratione Capitis diminutio habitationem non extinguit: neq; Præteritam: quia cùm habitatio ipsa perceptione & singulis momentis, quibus habitamus, consumatur, desijt esse in rerum natura: neq; Futuram, quoniam nondum exitit: quòd autem nõ est, perire nequit, ut paulo antè diximus. Morte tamen corrumpitur: quoniam personalis est habitatio: & factum eius cui com-
7 petit, uidelicet Inhabitationem, omnino requirit. Eaq; † de causa olim nonnullis I.C. uisum fuit, habitationem alteri non posse locari, aut quoquo modo cedi [t]: quòd nimirum ius nullum existat habitationis, nisi in ipso eius facto cui constituta est. Sed postea Iustin. aliorum sententiam secutus [u], quo plenius esset habitationis ius, locandi facultatem concessit [x]. Vltimò sumus admonendi, dominum proprietatis debere causam habitantis, aut usuarij, nullo modo facere deteriorem: facit autem deteriorem, etiam in meliorem statum re commutata [y]. Et rursum, si plus utatur usuarius quàm oportet, officio iudicis contineri, ne aliter quàm debet utatur [z].

a l.per seruum.14.§.j. hoc tit.
b l.quæ de tota. de rei uend. dic.
c l.j.l. per seruum. 14.§.1. l.plenum.12.h.t.
d d.l.j.in prin.Inst.eod.
e ad tit. de usufr.
f l.1.h.t.
g d.l.2.3.4.5.6.7. h.t.
h l.sed neq;.8.l.si habitatio.10.in fi.h.t.
i Inst.eo.uerſ.nec enim.
k d.l.plenum.§.equitiſ.3. & §.ſi usus.4. in uerb. quemadmodũ enim concedere alij operas poterit, cùm ipse uti debeat.
l d.l.ſi habitatio.§. ſi.cum l.ſeq.h.t.
m l. diuus Adrianus.22. hoc tit.
n argumento d.l.plenum. §.ſi cum l.ſeq.h.t.
o l.usus.19.
p d.l ſi habitatio. Cic.lib. 1.Off.uide quæ dixi Inst. eod.
q §.ſed ſi cui.Inst.eod.
r d.l.ſi habitatio.
s d.l.Sempronius.de usu & usufr.lega.
t l.ſi habitatio.
u l.j.ſ.commod.
x l.cùm antiquitas.13. C. de usufr.& habita.
y l.fi.h.t.
z l.pen.in fi.h.t.

Vsu-

BIU Cujas

Vsufructuarius quemadmodum caueat.

TITVLVS IX.

1 *Quare introducta sit hæc cautio.*
2 *Quid insit in cautione.*
3 *Quando caueri oporteat: & quomodo.*

HAc † de causa rectè à Prætore prouisum est, ut legatarius, uel is cui alio modo constitutus esset ususfructus aut usus, de utroq; caueret: & Vsurum se boni uiri arbitratu: & cùm ususfructus ad eum pertinere desijsset, Restituturum quod inde extabit [a]. 1

Hæc † stipulatio duas habet causas: unam, si aliter quis utatur, quàm Vir bonus arbitrabitur: id est, si non percipiat boni uiri arbitratu, & deteriorem causam ususfructus faciat, cæteraq; non faciat quæ in re sua faceret [b]: aliam, De usufructu restituendo: quarum prior statim committitur, cùm aliter fuerit usus. Vtilius enim uisum est, non expectari dum ususfructus finiatur: & sæpius committitur, toties uidelicet, quoties utens re abutitur. Sequens uerò committitur finito demum usufructu [c]. Rectè autem facient hæres & legatarius, si Qualis res sit, cùm frui incipit usufructuarius, in testatum redegerint: ut inde apparere possit, an & quatenus peior facta sit [d]. Hac stipulatione etiam continetur, Dolum malum abesse, abfuturumque esse [e]. 2

Nec † solùm satisdare iubet Prætor, cum ususfructus legatus, aut aliter cõstitutus est: sed etiam cùm uel usus sine fructu legatur [f]: ut tum de solo usu cautio fiat: uel contrà fructus sine usu: puta uel quia testator simpliciter fructum legauit, nulla usus mentione facta: quod perinde est atq; si usumfructum legasset [g]: uel quòd uerè fructus non iure seruitutis (nam fructus sine usu esse non potest, ut sit uidelicet seruitus) sed legati obtigerint: ut in reditu prædij uidere licet, cum uindemia legatur aut messis. Sed etsi habitatio, uel operæ hominis, uel cuius alterius animalis relictæ fuerint, licet per omnia hæc usumfructum non imitentur: nihilominus tamen cogendus erit legatarius cauere [h], aut actiones quibus ad id compellatur, suscipere [i]. Cautio autem nõ de Nuda promissione intelligatur [k], sed datis Fideiussoribus [l], siquidem haberi possunt. Si uerò nec fideiussoribus neque pignoribus ob inopiam cauere usufructuarius queat, æquius est eum ad Iuratoriam cautionem admitti [m]: etiamsi hoc in disceptationem à nonnullis, atque dubium uocetur [n]. 3

[a] *l.1.in prin.b.t.Paul.lib.3.tit.6.& lib.1.tit.11.*
[b] *d.l.1.§.cauere.2.*
[c] *d.l.1.§.ult.*
[d] *d.l.1.§.rectè.3.*
[e] *l.5.*
[f] *l.usu.11.b.tt.*
[g] *l.per seruum.14.§.1. ff.tit.1.*
[h] *d.l.5.cum l.seq.*
[i] *l.si usufr.9.§.1.*
[k] *ut in l.2. C. de uerb.sig. & ff.qui satisd.cog.*
[l] *l.4.ubi gl. C.de usufr.l.1.uerb. datis fideiussoribus, qui satisd.cog.*
[m] *Auth.generaliter. C.de episc.& cler. Cyn. Bal. Castr.in l.4.C.de usufr. Ang.in princ.Inst.de usufr.gl. & Dd.in c.quà fronte.de appell. Bal et Ias. in Auth.cui relictũ. C.de ind.uid.tollen.*
[n] *gl.& Bart.in d.l.4.*

DIGEST▸ LIB▸ VIII▸ DE SER=VITVTIBVS. TITVLVS I.

1 *Continuatio & dispositio huius materiæ.*
2 *Quid sit seruitus realis.*
3 *Seruitutem ad aliquam utilitatem referendam.*
4 *Definitio Dd.improbata: & diuisio seruitutum.*
5 *Quomodo constituantur seruitutes. Causa efficiens.*
6 *Quibus in rebus. Materia.*
7 *Quæ sit forma constituendæ seruitutis.*
8 *Quare ea constitutio nec diem nec conditionem recipiat.*
9 *Regulæ de fine, natura & proprietate seruitutum.*

SEruitutes † aut Personarum sunt, ut Vsus, Vsusfructus, Habitatio: aut Rerũ, ut seruitutes Rusticorum prædiorum & Vrbanorũ, quæ propriè seruitutes dicuntur, ut ex inscriptione huius tituli patet. Ac de illis quidem hactenus. nunc & has exponamus, primò quidẽ generatim [a], post per species [b]: tum quomodo petantur [c]: postremò, quibus modis amittantur [d]. Porrò, † ut à definitione ordiamur, SERVITVS EST IVS AGENDI, HABENDIVE ALIQVID IN FVNDO ALIENO AD SVI PRAEDII VTILITATEM, QVOD IVRE COMMVNI AGERE, HABERE NON LICET. Dico, IVS AGENDI HABENDIVE: nam si neq; agatur, nec habeatur quippiam in fundo alieno, iam inutilis futura est seruitus, ut post uidebimus. Additur, IN FVNDO: quia sine prædijs hæc seruitus constitui aut esse nequit [e]: & quidem alieno: nam res sua nemini seruit [f], sed prædiorum oportet alterum esse quod debeat seruitutem: cuiusq; dominus patiatur aliquid fieri in suo fundo, aut non fieri: alterum cui debeatur: quod Dominans prædium uulgò dicitur [h]. Atque hinc est quòd, cùm prædijs inhæreant hæ seruitutes, nominentur Prædiales [i]. Meritò † autem subijciatur, AD SVI PRAEDII, uidelicet dominantis, VTILITATEM. nam de eo quod nihil interest, neque utilitatem prædio præstat, seruitus prædialis non constituitur: ueluti si stipuler: ne per fundum tuum eas, aut ibi consistas, aut mihi concedas ius tibi non esse illo fundo uti frui, nihil agitur [k]: nec enim meo prædio commodat utare an non: nec tuo in prædio ius ullum constituitur, ut prædialis hæc dici seruitus non possit: quanquam nec personalis sit, cum nihil personæ, cui constitutio fit, præstetur. Oportet igitur, ut mihi ius agendi uel habendi aliquid in tuo fundo ad mei prædij utilitatem constituã: non uero, ut te citra ullum meum commodum agere, facere quid, uetem. Id enim esset inuidentis rebus alienis, non sibi commodantis: nec in hoc iura prodita sunt, ut quis, cùm sua nihil interfit, alij quippiam auferat, uel contra humanitatem sit detrimento [l]. Adde, quòd ipsum nomen seruitutis indicat, eam ad commoditatem eius, cui debetur, pertinere. Seruire enim id dicitur, quod alij cui seruit, commodat: ut ex uerbis illis Ciceronis apparet: Seruirem mihi, & consulerem meis. Pertinere ergo ad utilitatem prædij dominantis seruitus debet [m]: alioqui nihil agitur, id est, constitui seruitus non potest, ut inquit I. C. Hinc fit, ut necesse sit uicina esse prædia, in quibus seruitus constituitur: cæteroquin nihil interierit seruitutem imponi [n]. Et fortasis hinc etiam est, quòd ut pomum decerpere liceat, ut spaciari, ut cœnare in alieno posimus, seruitus scilicet prædialis imponi nequeat [o]: quoniam hæc magis ad uoluptatem hominis, quàm ad ueram utilitatem prædij comparantur. Quanquam & illud dici rectè potest, non prædio, sed homini seruitutem hoc

[a] *ad hunc tit.*
[b] *ad tit.de ser.urb.præ.et de ser.rust.præd.& cõ.de seruit.*
[c] *ad tit.si ser.uend.*
[d] *ad tit.quem.ser.amit.*
[e] *l.ut pomum.8.l.quoties. 15.b.t. l.1.ff.com.præd.*
[f] *l.in re.26.ff.tit.l.uti.5. si ususfr.peta.l.cũ essent. 33.§.fi.de ser.rust.præd.*
[g] *d.l.quoties.b.t.*
[h] *Dd.hîc.*
[i] *l.1.ff.communia præd.*
[k] *d.l quoties.in princ.*
[l] *§.alteri.§.si quis.Inst.de inutil.stipu.l.fi.suprà de pact.ubi Dd.l.quæcunque.10.de actio.l.in fundo.39.de rei uend.*
[m] *l.ergo.5.l.ex meo.24.l. qui duo prædia.30.ff.de seru.rust.præd.*
[n] *l.si ædes.32.cum ll.seqq. ff.tit.1.l.Mela.14.§.quidã.2.de alimentis legat. l.qui sella.7.§.fi.de ser. rust.præd.*
[o] *l.ut pomum.8.b.t.*

BIU Cujas

hoc modo constitutum iri: quod omnino in istis prædialibus fieri nequit, ut uel ipsum nomen est argumento [a]. Sanè quamuis reuerà nullam utilitatem seruitus apportet, tamen si existiment constituentes fore illam utilem, ueluti, si aquam alicui ducere non expediat, seruitus ea utilis erit [b]. Contractus enim initium, & mens contrahentium est attendenda. Postremò additur, QVOD IVRE COMMVNI AGERE NON LICEAT. Nam si quid communiter permissum sit, de eo seruitutem uelle constituere, perquàm fuerit absurdum. Doctores † ita SERVITVTEM definiunt, ut sit IVS QVODDAM PRAEDIO INHABRENS, QVOD DOMINANTIS VTILITATEM AVGET, SERVIENTIS LIBERTATEM MINVIT. Sed præterquam quòd ea definitione nõ declaretur, quale sit ius seruitus: uerum quoq; non est, diminui semper libertatem siue ius prædij seruientis: potest enim utriq; fundo seruitus esse commoda. Deinde sunt iura quædam eiusmodi prædiorum, quæ tamen seruitutes nõ sint [c]: ut definitio laxior hîc sit definito. Prior igitur illa quam retulimus, potior uidetur, & probabilior.

Seruitutum alij tres, alij quatuor species constituunt [d]: I. C. [e] tantum duas, aliæ enim (inquit) sunt seruitutes Prædiorum, aliæ Personarum. Personales esse iudicantur, quæ ad usum personæ [f]: Reales seu prædiales, quæ ad utilitatem prædiorũ constituuntur [g]. De personalibus suprà dictum est, quas omnes esse continuas exposui [h]. In prædialibus contrà est: quarum nõnullæ sunt Continuæ, uidelicet aut actu, aut potentia: quædam Discontinuæ, quarum scilicet usus per solam operam humanam habetur: quæ quando nequeat in continuo & perpetuo esse exercitio atq;, actu discontinuam efficit seruitutis causam [i]. Est & illa diuisio à Dd. tradita, alias esse seruitutes Nominatas, quæ scilicet nominatam & certam iuris speciem habent: alias uerò Innominatas, quæ singularem formam, certumúe nomen nõ habent [k]: item, alias Diuiduas haberi, alias Indiuiduas [l].

5 Constitui † seruitutes Pactionibus inter uiuos, & Vltimis uoluntatibus, ab his qui ius constituendi habent [m], dubium non est. Constituitur etiã & acquiritur hodie (nam olim contrà fuit [n]) seruitus Præscriptione longi temporis, exemplo rerũ immobilium [o]: quando scilicet cum titulo possidetur: ut quia iure constituta sit à non domino [p]: quando uerò sine titulo, scientia & patientia domini opus est [q], quæ sit loco tituli [r], ad usucapionem longi temporis complendam: nam ad præscriptionem longissimi temporis, seu 30. annorum complendam, neutro est opus [s]. Et hæc in continuis seruitutibus obtinent. Nam discontinuæ non præscribuntur, quia præscriptio continuam possessionem, quę hîc nulla habetur, exigit: tanto tamen tempore, cuius initij memoria nõ superstit [t]: uelut priuilegio quodam has etiam acquiri uolunt. Sed & iure Sax. indistinctè omnes 31. annis acquiruntur. Et hæc quidem ita recepta sunt: & communibus calculis approbata, in foro quoq; frequentantur [u]: quæ si quis ad ueritatem iuris limare ac exigere uelit, profectò reperiet, hanc distinctionem neq; iure nec firmâ ratione ulla probari. Omnes enim seruitutes, natura sua continuam causam habere debent [x]: quæ quidem seruitutis natura seu potentia quandocunq; libet utendi, uel ipsis testibus Doctoribus [y], magis consideratur, quàm continuitas actus: sufficere enim debet Posse quem uti, & actũ seruitutis Semper posse existere [z]. Præterea cum lapides cædere in alieno fundo, sit actus discontinuus & seruitus discontinua: tamen eam consuetudine acquiri definitum est [a]: atqui cõsuetudinem longo tempore etiam in seruitutibus induci, ab omnibus est traditum [b]. Quod si fateantur consuetudinem, quæ & ipsa actus habet discontinuos, nec cohæret personis, longo tempore maximè in seruitute cædendorum lapidum discontinua præscribi: cur idem in cæteris id genus seruitutibus prædialibus negatur? Nam quòd aiunt consuetudinem in tacito Populi consensu fundari, eoq; esse continuam: annon idem obtinet in seruitutibus [c], quarum usus patientia & taciturnitate domini firmatur [d]? Quid uerò ad iurisdictionis præscriptionem dicent, quam constat & fatentur ipsi longo tempore compleri [e]: & tamen certum est, cohærere iurisdictionem territorio [f], & absque hoc per se non præscribi [g]? ut illud effugium distinctionis inter seruitutes personales & Reales, hîc sufficere non possit: quanquam operæprecium est uidere, quale illud tandem sit distinctionis genus. Aiunt [h], seruitutes personales, quamuis actus habeant discontinuos, tamen continuas esse, quia ab animo hominis continuo possidentur: id quod concedatur sanè [i]: sed idem in realibus seruitutibus uerum esse, quî negari potest? Cum enim etiam in his actus præscribentis, & animus sit continuus, singularium actuum discontinuitas attendi non debet [k]. Nam si illa differentiæ ratio, quòd personales personæ debeantur, eoq; possideantur animo: reales prædio, eoq; animo cuius prædium particeps non sit, possideri nequeant: si inquam ea ualeret ratio, iam sequeretur, nullam seruitutem prædialem, ne quidem continuam, præscribi unquam posse: quia prædium nec bonam fidem, utpote quæ ab animo dependeat, habere potest: quam tamen in omni præscriptione, saltem longi temporis, qua seruitutes continuas acquiri uolunt [l], requiri apertissimum est [m]: nec possidere etiam uerè potest: non animo, quia nullum habet: non corpore, quoniam alterius fundum occupare nequit: cum corpus eius immobile ne loco quidem moueatur. Quid? quòd cum ab altero, uidelicet domino suo, prædium possideatur, certè illud prædium possidere aliquod ius non potest [n]: aut si possidere dicendum

a l.j.ff.comm.prædiorum. b l.ei fundo.h.t. c l.j.§. fin.de aqua pluu. arcen. d glo.Bart.& Dd.in l.j. hoc tit. Cæpoll.de seru. cap.1. e l.j.h.t. f l.usus.22.l.plenum.12.l. diuus.23.de usu.& hab. l.Lucius.37.de ser.rust. prædio.Cyn.in l.ult.nu. 3.C.de præscript.long. temp.Bald.in l.1.num.2. & l.ut pomum.h.t. g l.2.3.4.5.de seru.rustic. præd.gloss.in l.j.§.ult. uerb.computanda.Cast. in l.pecoris.eod.tit.Ange.in §.ult. Instit.eod. dicens, hãc esse communem. Cæpol.de ser.real. cap.2.num.6. & de ser. rustic.præd.cap.4. & cap.de aqu.ductu.num. 5.& 6. h Bar.in l.iusta.§.non mutat.de usucap. Cæpol.de seruit.cap.19. i Dd.in l.seruitutes.14.h.t. & in l.foramen.27.j. tit.1. k gl.in l.j. uerb. computanda. de seruit. rust. præd.Bald. Dd.in Rub. C.de usufruct. Cæpoll. tract.seruit.cap.19. l l.j.§.si ususfructus.ad l. Fal. l.stipulationes.77. ubi Dd.de uerb.oblig. Cæpoll.de ser.cap.10. Duar.dis.lib.1. cap.59. uid.Iaf.in l.2.§. & harũ.nu.2. de uerb.oblig. m l.qui per.16.l.potest.17. com.prædio.§.fi. Inst. eo. & de usufruct. in prin. Cæp.tract.ser. cap.19. n l.si alienam.10.§. hoc iure.de usucap. uide j. tit.de usucap. o l.fi.C.de præscr.long. temp.l.2. C. de seruit. Dd.in l. seruitutes.14. hoc tit. p Cyn.& Castr. in d.l. per l.fin. C.de long.tẽp. præscr. Cæpoll. de seru. urb.cap.20.

q d.l.2. r l.si quis.10. si ser.uend. s Cæpoll.de ser. urb.prædior.cap.20. per doctrinam Castr.in d.l.2.uide Franc.Balb.tract.præscrip. & l.Celsus. de usucap. t l.seruitutes.14.ubi Dd.h.t. Cæpoll.de seru.urb.cap.19. t Guid.Pap.decis.573. u l.foramen.27. de seruit.urb.præd. x Alex.cons.16. in causa.nu.13.uol.5. y d.l.foramen. z l.uenditor.14.§.si constat.com.præd. a l.j.C.de seruit. b Bar.nu.14.Ias.nu.43.85. & alij in l.de quib.ẽ.de legib.per l.1.& 2. C.quæ sit long.consuet.l.sed ea.34.de legib. c d.l.uenditor.§.si constat. d l.2.C.de seruit. e l.uiros.C.de diuers.off.lib.12.l.2. C.de fund.limit.lib.11.l.j. C.de emancip.lib.c.cum contingat.de for.com.c.1.§.irrefragabili.de off.ord.Dd.in l.3.de iurisd. f l.3.ubi Bald.num.2. C.ubi & apud quem. g Bal.in d.l.3.nu.13.per l.longè. de diuers.& temp.præscrip.iunct.l.j.& l.quemadmodum. C.de agric.& cens.lib.11. h Bart.in d.l.iusto.§.non mutat.de usucapio.Cæpoll.de ser.cap.19.Cyn.in l.2.quæst.6.C.eod. i l.3.§.saltus.& §.in amittenda.l.si id quod.§.fi.l.clàm possidere.§.1.de acquir.possess. k Alex.consi.16.in causa.nu.23.uol.5.per d.l.foramen. l l.2.C.eod. m l.si fraude.6.l.nec bona.10.C.de long.temp.præscript.l.ult. C.de usucap.transform.l.4.§. de illo.de usucap.l.2.§.si seruus. pro empto.l.2.l. bonæ fidei.§. in contractibus. de acquir.rer.dom. n l.possessio.49. de acqui.poss.l.stipulatio. 38.§.hi qui.cum §.seqq.ubi gl.& Dd.de uer.oblig.

BIU Cujas

dum est, domino profectò possidet [a], & is per id quod suum est, possessionem acquirit, & possidere intelligitur [b]: atq; ita animo continuo eandem possessionem retinere [c]: etiamsi nec corpore nec actu continuo possideat: quemadmodum & ipsa prædiorum possessio animo cõtinuo retinetur, licet dominus corpore absit, & interdum ipso facto possessionem non usurpet [d]. Quid? quòd in præscriptione seruitutis, non considerantur seruitutes per se, ut ius incorporale continuum uel discontinuum, alioqui 30. demum annis omnis seruitus præscriberetur, uelut reliqua iura incorporalia [e]: sed ut pars seu accessio rei immobilis: quæ accessio uelut ipsa res soli animo continuo possidetur, & proinde longo tempore usucapitur [f]. Illud uerò permirum est, cur unico Pauli responso [g] tantopere nostri moueantur, ut in hac sententia tam pertinaciter persistant: cum in eodem responso paulo pòst [h], in seruitutibus prædiorum urbanorum, quæ tamen ipso etiam actu continuæ sint, idem obseruari, scilicet Vt non præscribantur, traditum inuenire liceat: & alibi expressè definitum sit, Seruitutes indistinctè longo tempore non capi [i]: nisi cum per usum temporis immemorialis seruitus pro constituta, & à domino concessa (ut præscriptionis quæstione opus non sit) habetur [k]. Vt igitur rem in pauca pro instituto nostro conferam, sic statuo: ante Iustinianum non potuisse seruitutes usucapi & præscribi, nedum discontinuas [l], sed ne quidem continuas [m]: non modò reales, sed nec etiam personales, ut usumfructum, & similes [n]: idq; propter legem Scriboniam, quæ eiusmodi usucapionem certis ex causis inhibuit [o]: primò fauore libertatis, & odio seruitutis. Vt enim cõtra libertatem personarum, seruitus nullo tempore præscribitur [p], sed bene contra seruitutem libertas [q]: sic argumento à personis ad res ducto [r], uisum fuit æquum, ut prædiorum libertas præscribi posset, seruitus non posset [s]: quanquã hac in parte subtilis fuisse uidetur apud ueteres distinctio: hæc uidelicet: ut seruitutes rusticæ, uelut discontinuæ, & quæ propterea non possidentur [t], non utendo amitterentur [u], eoq; illarum libertas præscribi non posset: nec enim eorum iurium libertas apud ueteres usucapiebatur, quæ non utendo amittebantur [x]. In præscribenda enim libertate, facto opus est eius, qui seruit: ubi uerò ius non utendo perditur, nullo eiusmodi facto opus est, sed sola cessatio sufficit eius, cui seruitus debita est [y]. Ex quo fiebat, cum nõ utendo seruitutes discontinuę perirent, puta ususfructus [z], & seruitutes rusticorum prædiorum: ut in his præscriptio libertatis, uelut superuacua nõ fuerit admissa: usucapio enim suo genere odiosa est: quare cum alia ratione prouideri posset, ne incertæ manerent possessiones, puta cum per cessationem non utentis seruitus amitteretur, usucapio non uidebatur admittenda. Vrbanæ uerò seruitutes, utpote perpetuo actu continuæ, sua natura non utendo euanescere non poterant, cum in perpetuo usu atq; actu esse intelligantur: eoq; harum libertas, quandoquidem aliud remedium non superesset facto eius, qui eam ex suo prædio deberet, præscribebatur [a]. Verbi gratia, si tignum semel alienis ædibus iure seruitutis iniunctum fuerit, (nec enim pactionibus, sed re ipsa constituitur seruitutis ius reale) continua est seruitus: eoq; quamuis tignũ eximatur, tamen illa durat, durante scilicet foramine in pariete alieno (nam in suo habere foramen, nihil ad seruitutis ius proficit [b]) & non utendo non extinguitur: ea de causa maximè, quòd semel acquisita, & continuò possessa sit: ut tempus cessationis, ius illud quæsitum auferre nequeat, cum Tempus non sit modus tollendæ istiusmodi continuæ seruitutis [c]. Quare hoc casu opus est præscriptione libertatis, ex aliquo facto eius qui seruitutem debet: puta si foramen in suo factum obstruat, aut dominum cui seruitur, deinceps ea seruitute uti uetet: isq; in eiusmodi prohibitione facta per legitimũ usucapionis tempus acquiescat [d]. Ad quod olim sufficiebat biennium, quo res immobiles usucapiebantur [e] hodie uerò opus est decennio: quod à Iustiniano, in rebus soli, & quæ his cohærent iuribus, uelut seruitutibus, est introductum [f]. Iustinianus enim, longo demum tempore usucapi res soli uoluit: quarũ exemplo & seruitutes, uelut iura his rebus inhærentia, semper eodemq; tempore præscribuntur [g]. Altera ratio legis esse potuit, quòd seruitutes non Per se, sed tantum cum ipso prędio possideantur [h]: eoq; per se nec possideri, neq; in bonis esse intelliguntur [i]: cum autem sine possessione nõ procedat usucapio [k], non uidebatur esse cõsentaneum, ut per se seruitus usucapi posset. Tertia, quòd iura incorporalia olim neq; traditionem reciperent, nec usucapionem [l]: unde & actiones, quæ legibus certis non erant conclusæ, perpetuò dabantur [m], donec sacris cõstitutionibus ad 30. annos sunt redactæ [n]. Cùm itaq; seruitutes quoq; iura sint incorporalia [o], meritò iuxta horum naturam atq; regulam [p], usucapioni & illæ eximebantur. Quarta ratio maximè in seruitutibus rusticorum prædiorum ualebat: quòd scilicet usus earum nõ esset continuus [q], ut continuò possideri quadam iuris subtilitate non uiderentur: & proinde nec rectè usucapi possent, cum absq; continua possessione nulla usucapio compleatur [r]. Sed hanc solam rationẽ non satis fuisse idoneam, nec per se ualere oportere, ex eo intelligi potest, quòd (ut antè dictum est) nõ modò discontinuæ, sed etiam continuæ, maximè urbanæ seruitutes lege Scribonia, deinde omnia & qualiacunq; iura incorporalia, prohiberentur usucapi. Quanquam autem hæc legis Scriboniæ prohibitio, ætate ueterum I. C. hoc est, Seueri & Alexandri Seueri temporibus, quibus præcipui I. C. de quorũ responsis Pandectæ confectæ sunt, floruerunt, fuit usurpata [s]: nihilominus tamen sciendum est, tempore immemoriali potuisse etiam tum iura incorporalia, & in his seruitutes acquiri [t]: non iurè præscriptionis, sed iure constituti [u]: quòd ex usu tanti temporis præsumatur, initiò seruitutem pactione, & domini fundi seruientis uoluntate fuisse constitutam. Vetustas enim uicem legis cõstitutæ conuentæq;, quam quisq; rei suæ dicere potest [x], obtinet [y]: & cum ignoretur principium eius usus, qui tã longissimo tempore

a l. peregrè. 44. de acqui. poss.
b d.l. possessio. l. j. §. item acquirimus. de acq. poss.
c l. 3. §. quòd si seruus. de acquir. poss. l. placet. 78. de acquir. hæred.
d l. licet. 4. C. de long. tẽp. præscript.
e l. hæreditatis. C. de pet. hæred. l. 3. cum ll. seqq. C. de præscrip. 30. ann. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct.
f l. 2. C. de seruit. in uer. exemplo rerum immobilium. l. ult. C. de præscr. long. temp.
g l. seruitutes. 14. de seruit.
h d.l. seruitutes. in fi. prin.
i l. 4. §. si uiam. l. si aliena. §. 1. de usucap.
k l. 2. §. ductus aquæ. de aqua quotid. & æstiu.
l d.l. seruitutes. 14.
m d.l. seruitutes. 14. uers. idem & in seruitutib. prædiorum urbanorum obseruatur. l. si aliena. 10. §. hoc iure. de usucap. l. seruus. 43. §. incorporales. de acq. rer. dom.
n l. iusto. 44. §. nõ mutat. ubi omnino de hac materia, uide Cuiac. item Reuard. ad l. Scribon. de usucap.
o l. 4. §. ult. de usucapio.
p l. ultim. C. de lõg. temp. præscr. quæ pro liber.
q l. 1. & 2. C. eod. t.
r l. qui furere. de stat. homin. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. de legat. j. l. si quis filio. de iniust. rupt. testam.
s d.l. 4. §. final. ubi Cuiac. ad uerb. libertatem.
t d.l. seruitutes. 14. in prin. de seruitut.
u d.l. 4. §. si uiam.
x Paul. lib. Sentẽt. 1. ca. 17. de seruitut.
y uide Cuiac. in l. 4. §. ult. ad uerb. libertatem. de usucap.
z uid. 5. quib. mod. usus fructus amitta.
a l. 5. & 6. de seruitut. urban. præd. l. si quis alia. §. ult. de seruitut. urban.

præd. l. 4. §. ult. de usucapio. b l. foramen. de seruit. urban. præd. c l. 4. h. t. d Iaſ. in l. quo minus. de fluminib. l. 2. ubi Dd. C. de seruitut. e in prin. Inſt. de usucap. f l. pen. C. de seruit. g l. 2. in uerb. exemplo rerum immobilium. C. eo. h d.l. seruitutes. 14. d. l. 4. §. si uiam. de quo Gouea. Lect. lib. 1. cap. 14. ex l. 1. de usufruct. lega. i l. 1. de usufr. lega. k l. fine. 25. de usucap. l l. seruus. 43. §. incorporales. de acqui. rer. dom. m in prin. Inſt. de perp. & tẽp. actio. ubi dixi. l. si mulier. 21. §. 1. quod me. cauſ. n l. 3. cũ ſeq. C. de præſc. 30. ann. in prin. Inſt. de perp. et tẽp. actio. o in prin. Inſt. de reb. corpor. & incorp. p d.l. seruus. §. incorp. q d.l. seruitutes. l. cũ usufr. 13. de uſu & uſufr. lega. r l. 2. l. nemo. 10. C. de præſc. long. tẽp. c. illud. 8. de præſcrip. l. 1. in uerb. per cõtinuationem poſſeſſionis. de uſuc. s l. si aliena. 10. §. 1. in uerb. hoc iure utimur. de uſuc. d. l. ſeruitutes. 14. in uerb. idẽq; obſeruatur. t l. 3. §. ductus. 4. de aqu. quot. l. 3. de loc. & uin. pub. u l. 2. §. ductus aquæ. de aq. quot. & æſti. x l. ob res. 20. de pact. dot. y l. j. §. final. de aq. pluu. arcen.

BIU Cujas

pore durauerit [a], meritò præsumitur is bono principio atq; titulo, hoc est, concessu & uoluntate domini, constituta pactionib. seruitute, inductus esse: cui præsumptioni iure statur, cum probari contrarium in re immemoriali non possit. Deinde & illud tenendum est, quibus in rebus iure ueteri non currebat usucapio, ut stipendiarijs, tributarijs, &c. in ijs possessoris nihilominus possessionē longo tempore continuatam, solere præscriptionibus siue exceptionibus [b], ac etiam utilibus actionib. datis defendi [c], atq; ita longo tempore seruitutes utiliter quæri [d]: ex quo factum est, ut etiam apud uetereres possessio, uel potius usus & consuetudo [e], uel quasi possessio [f] seruitutis, longo tempore, hoc est, decem annis inter præsentes, 20. inter absentes [g], usurpata, quamuis non usucaperetur, tamen propter diuturnam possessionē defenderetur [h]: ita ut uicem seruitutis effectu, ea possessionis uel quasi consuetudo obtineret [i]: adeò ut & Vtiles actiones hoc nomine, & Publiciana [k] possidenti darentur [l]: dum tamen nō Vi, nec clàm, neq; Precariò ab alio usus esset [m] (quibus tribus modis mala fide possidetur [n]) & continuata esset per longū tempus possessio. Quod adeò uerū erat, ut licet uectigalia prædia & tributaria non usucapiantur, quòd pleno Quiritum iure non possiderentur, præscriptione tamen ista defendatur eorum possessio [o]. Ac quamuis aliàs præscriptio longæ possessionis, ad obtinenda loca publica (quia hæc non modò usucapi, sed non possideri quidem priuatim possunt) concedi non soleat [p]: tamen in his aliquod ius (quod in dominio priuato possessioneq; esse potest) occupanti, detur Exceptio ista, Quandiu scilicet occupatum id tenet [q]. ut si quis in littore habeat quid ædificatum, aut pluribus annis in diuerticulo fluminis publici quod priuato acquiri potest [r], sit piscatus: utitur enim exceptione Quandiu occupat: sed ædificio diruto, aut postquam piscari desijt, alterum eodem iure uti prohibere nequit [s]: non enim ex sola facultate & usu piscationis, inducitur possessio alios excludens: cum res sit meræ facultatis, ut uno desinente piscari (qui in sua occupatione, quandiu piscatio scilicet durat, non est impediendus: cum hîc locum habeat regula, Qui prior est tempore, potior sit iure [t]) alter quo minus ibidem piscetur, prohiberi non possit: nisi prohibendi ius, & possessionem pluribus annis, hoc est, longo tempore prior possessor & piscator continuarit. Atque ita Martiani responsum [u] accipiendum uidetur: quod etsi non faciat mentionem eiusmodi factæ prohibitionis, tamen eam præsupponi non est perabsurdum: cùm quia prohibendi ius concedit, quod in actu meræ facultatis, & in loco publico admitti nequit, nisi eiusmodi prohibitionis ius per longum tempus sit continuatum, ac (ut ita dicam) iustificatum: tùm etiam, quia positum est illud responsum in tit. de diuers. & tempor. præscript. ubi de præscriptione quæ datur Ex possessione uel Quasi longi temporis, quæ absq; eiusmodi prohibitione non acquiritur [x], agi certum est [y]: ut iuxta Rubricam, & subiectam materiam accipi id responsum, seu (ut nostri loquuntur) intelligi Nigrum iuxta Rubrum, non sit à recta interpretandi ratione alienum: quanquam fortasse negatiua lectio uerior est: ALTERVM EODEM IVRE VTI NON PROHIBET [z]: quæ quidem omnem difficultatem tollit: si tamen affirmatiuè legas, eo quo diximus modo, cum Papiniani responso [a] conciliari rectè potest: scilicet ut quamuis inhibeatur publicorum locorum usucapio, eoq; nec longæ possessionis præscriptio ad obtinenda loca iuris gentium publica concedi non soleat [b]: qui tamen pluribus annis possederit certum aliquod fluminis diuerticulum, prohibere queat, quandiu piscatur, & occupatum diuerticulum tenet [c]: non uerò prohibere postquam occupare desijt, & retia reduxit, exercitiumq; piscationis intermisit: nisi & in huius iuris Quasi possessione per prohibitionē longo tempore factam [d], sit constitutus. Sed ut ad seruitutum possessionem reuertamur, de hac agi quoq; uidetur in responso Antonini [e] (nisi tamen à Iustiniano interpolatum est) cum in eo rescribitur, Tempore quæri seruitutem, exemplo rerum immobilium: scilicet earum, in quibus idem olim quod in seruitutibus obtinebat: cuiusmodi erant olim omnes fundi prouinciales, qui Italico iure non censerentur: in his enim non obtinebant iura usucapionum [f]: eoq; fiebat, ut longa harum rerum possessio, exceptionibus & utilibus actionibus defenderetur [g]: cuius rei exemplo quæri seruitutum quoq; Ius possessorium longa possessione, uidetur innuere Antoninus. Non enim de iure proprietatis & dominij ea Constitutio accipi potest, siue de possessionibus Italici soli, siue de Prouincialibus interpretari uelis: cum constet, ante Iustinianum in usucapienda rerum immobilium proprietate, non longo tempore, de quo ibi agitur, sed tantum biennio opus fuisse in agris Italicis [h]: in reliquis uerò, nullo tempore [i] dominium usucapiendo, sed tuitione Prætoris [k] tantum Quasi dominium ope Exceptionis quæri potuisse [l]. Nec uerò obstat declarationi iam factæ, quòd alibi usu 30. dierum, seruitutis possessio etiā in discontinuis quęri uideatur [m]. Nam in eo interdicto non agitur de iure possessionis, ad quod acquirēdum longo tempore opus est [n], ut ibidem Vlpianus ostendit [o]: sed de simplici usu itineris & uiæ rusticę, quam ob commoditatem transuehendarum frugum atq; fructuum non impediri ei qui 30. diebus usus esset, uisum fuit utilius, donec scilicet de iure possessionis plenius foret cognitum. nam de proprietate (id quod falsò à nostris traditur) quæri illo iure, hac in specie non potuit: cum seruitutes, præsertim discontinuę, puta Iter, Via, &c. etiam iuxta Dd. sententiam, nullo tempore (prout iam dictum est) olim præscriberentur. Itaq; quia illud ius propter commoditatem uiarum, singulari ratione fuit inductum: ideo nec ad aquæ ductus pertinet [p], neque ad seruitutes urbanas [q]: & consequenter nec ad iura possessionum est extendendum [r]. Hæc igitur ita iure ueteri obtinuerunt: nec putandum est parum inter usucapionem & hanc longi temporis præscriptionē interfuisse. Illa enim iuris est, hæc facti [s]. Illa ex lege 12. hæc contra subtilitatem iuris ex æquitate iurisdictionis Prætoriæ [t]: ideoque illa dominium adijcit [u], quod lex dare potest [x]: hæc non dominium, sed exceptionem suppeditat [y]: quia Prætor dominos non facit [z], nec domi-

k nia

a l. si arbiter. de probat. d. l. 3. de itiner. pub.
b l. fi. in prin. in uerb. præscriptio longæ possessionis. item, occupanti datā exceptionem. de usucap. l. emptor. 9. C. de long. temp. præscr. uide quæ dixi Inst. de usucap.
c l. 1. & t. tit. de diuers. & tēp. act. l. 2. C. de præsc. long temp.
d l. 2. 3. C. eod. l. si quis. 10. si ser. uend.
e l. seruitutes. 19. in uer. habendi consuetudine. de ser. urb. præ. l. 1. in uerb. longi temporis consuetudinem. C. de seruit.
f l. si quis. 10. in prin. si ser uit. uend.
g Paul. lib. 5. sent. tit. 2. l. 2. C. de seruit. Cuiac. ad l. 4. §. ult. de usucap.
h d. l. seruitutes. 19. d. l. si quis. 10. l. 1. §. ult. de aqu. plu. arcen. d. l. uenditor. §. si constat.
i l. 1. C. de seruit.
k l. cum sponsus. 14. §. in uectigalib. de publ. in rem action.
l d. l. si quis. 10.
m d. l. si quis. 10.
n l. Pōp. 13. §. 1. de acq. pos. l. si finita. 15. §. si de uectigalibus. de damn. infect. l. cùm sponsus. 13. §. in uectigalibus. de publ. in rem action. Cuiac. in d. l. 4. §. ult. dixi Inst. de usucap.
o l. si. in prin. de usucap.
p d. l. si. in uerb. occupanti datam exceptionem.
q l. 1. & t. t. de fluminib.
r d. l. ult.
s l. 2. C. qui pot. in pign.
t l. si quisquam. 7. de diuers. & temp. præsc.
u Ias. in l. quo minus. de flumini. Bal. & Dd. in l. 2. C. de seruit.
x l. 3. & t. t. de diuers. & temp. præsc.
y ita legit Gribal. Moph.
z l. præscriptio. 45. de usucap. uide quæ dixi in §. flumina. Inst. de rer. diui.
a d. l. præscriptio.
b d. l. si quisquam. d. l. fi. in uerb. occupanti datam exceptionem.
c uid. Bald. & Dd. in l. 2. C. de seru. Ias. in l. quo mi

nus. de fluminib. e l. 2. C. de seru. f in pr. Inst. de usuc. g d. l. 3. de diuer. et tēp. præsc. l. 2. C. de long. tēp. præscr. h in prin. Inst. de usuc. i Vlp. tit. 1. uide quæ dixi Inst. de usuc. in prin. k l. 1. quib. mod. usus. l in prin. Inst. de usuc. Theoph. §. per traditionē. Inst. de rer. diuis. m l. 1. & t. t. de diuers. et tēp. præscr. n l. 2. C. de præsc. long. temp. l. 2. C. de seru. o l. apparet. 5. uers. pen. de itin. actuq; priuat. p l. 1. §. q. aūt. de aq. quot. gl. in l. 1. in pr. uerb. rusticis. de itin. actuq; priu. q d. l. 1. §. 1. de itin. actuq; priu. r d. l. apparet. §. §. pe. s Cuia. in l. 2. §. ult. pro emp. t l. 1. quib. mo. usus. f. u l. 3. de usuc. l. 1 traditionib. C. de pact. x dixi §. 2. Inst. de bo. poss. y t. t. C. de lōg. temp. præsc. et Dd. de diuer. et temp. præscr. Cont. lib. disput. 1. c. 12. z §. 2. Inst. de bo. poss.

BIU Cujas

nia adijcit [a], sed possessiones solùm tuetur [b]. Illam nec mala fides [c], & ideo neque litis cõtestatio interpellat [d]: hanc & mala fides [e] & litis contestatio [f] interrumpit. Vsucapio tantum secuta cõdemnatione rumpitur, & ideo lite omissa procedit [g]. Præscriptio longi temporis semel per litem interrupta, etiam hac omissa non procedit [h]. Sed Iustinianus ut omnes istas controuersias & subtilitatum nodos, Gordio nodo longè intricatiores, uno gladio atq; ictu discinderet & auferret è medio: totum hoc ius usucapionũ mutauit, siue (ut ipse loquitur) transformauit: constituitq;, ut & res soli Prouincialis, decem uel uiginti annis, ad instar rerum Italici soli [i]: & eádem ratione seruitutes indifferenter omnes longo tempore, hoc est, decem annis inter præsentes, 20. inter absentes usucaperentur: peræquè atq; res ipsæ immobiles [k]: eodemq; tempore uoluit, nõ utendo omnes indifferenter amitti [l]. Nam ualde falluntur, qui Iustinianeam constitutionem [m] tantum de seruitutibus personalibus & realibus quæ cõtinuæ sint, intelligunt, cum expressè in ea mentio fiat ususfructus: quæ seruitus causam habet discontinuam, & quamuis personalis sit, tamen non aliter animo possidetur, quàm quælibet seruitus realis, uel iurisdictio, consuetudo, ius uenandi, & similia iura territorijs cohærentia: quæ tamen præscribuntur longo tempore, ut antè est expositum. Iam uerò non habet rationem ullam, cùm Iustinianus omnia iura incorporalia [n], etiam fiscalia [o], certis temporum metis, nempe 30. & 40. annis indistinctè, siue continui essent actus, siue discontinui [p], incluserit: dicere solas seruitutes discontinuas exemptas à regula esse, nec ullo præscriptionis tempore, nisi immemoriali (quod genus præscriptio non est, sed potius priuilegium, & præsumpta concessio [q]) acquiri: maximè cum nulla dari possit differentiæ ratio, quare propter dominiorum ac possessionum incertitudinem non peræquè in his atq; alijs iuribus, usucapionum iura debeant obtinere. Concludo igitur, totum hoc ius & discrimen præscribendarum seruitutum uetus (ut & alia usucapionum iura [r]) à Iustiniano transformatum, correctumque ad eum quem dixi modum esse: reliquias tamen illius ueteris iuris atque discriminis, in Pandectas fuisse relatas: seu quòd ea iuris mutatio, compositis iam Digestis, hac parte saltem primatenus [s], facta sit: seu errore aliquo atque incuria, ut alia multa: seu, quòd absq; huius aliqua cognitione, reliqua iura seruitutum & usucapionũ, de libris I. C. conquisita & collecta, satis commodè intelligi non posse uiderentur. Et hæc quidem de constitutione præscriptioneq; seruitutis, quasi de causa Effectrice dicta sufficiant: nunc ad reliquas seruitutum causas progrediamur.

Materia, † siue subiectum in quo existunt seruitutes, sunt Prædia: & ea quidem (ut diximus) Aliena: quorum uel in Solo consistunt, ut seruitutes rusticorum prædiorum: uel in Superficie, id est, in eo quod solo sustinetur, puta ædibus, &c. ut pleraq; sunt urbanorum prædiorum [t]: item aut in Toto fundo, aut Qualibet eius parte [u]. 6

Quod † ad Formam constituendæ seruitutis attinet, sciendum est differre Promissionem seruitutis à Constitutione. Promissio personam tantum obligat. Constituitur uerò seruitus non aliter quàm patientia domini, qui fundum seruientem possidet, & usu eius cui seruitus est constituta [x]: puta si stipulatorem in suum prædium seruitutis promissor inducat, & patiatur eum seruitute uti [y]. Patientia enim pro traditione habetur in rebus incorporalibus [z], quæ aliam ueram traditionem non recipiunt [a]. 7

Hinc † existimari potest, quamobrẽ Papinianus [b] dixerit, Seruitutes, ipso iure neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; sub conditione, neq; ad certam conditionem, uerbi gratia, Quandiu uolam, posse constitui. Loquitur enim disertè de constitutione seruitutis, non uerò de promissione: quæ cùr diem aut conditionem non possit recipere, nihil uideo [c]. Nec enim ius In re, sed Ad rem tantum inducit, & obligationem merè Personalem, quæ est illius naturæ, ut conditionẽ & diem recipiat [d]. Vbi uerò quis constituit seruitutem, factum ipsum patientiæ præsentaneum ut sit, opus est, quo prædio seruitus imponatur: quæ ita imposita, non potest amplius ipso iure pactionibus hominum alterari, neque diem aut conditionem recipit. Habet enim natura sua causam continuam & perpetuam. Deinde hæc iura nihil aliud sunt quàm prædiorum qualitates [e] seu conditiones [f]. Quanquam autem personis seruitus, ut ususfructus, ad diem uel ex die deberi possit [g]: tamen rebus & prædijs qualitas sub conditione uel ex die non imponitur: quia non afficitur, nisi ex usu & conditione ac possessione præsenti: quæ ubi semel competere cœpit, postea ipso iure per pactum diei uel temporis, quod extra rem est, tolli nequit. Sed tamen quòd æquum est cõditiones seruari [h], idcirco si hæ adijciantur per pacti uel doli exceptionem, ex æquitate iuris Prætorij, aduersus iuris ciuilis subtilitatem occurretur, contra placitum seruitutem uendicanti. Modum quoq; adijci posse seruitutibus constat: ueluti quo genere uehiculi agatur: uel ut equo duntaxat: uel ut certum pondus uehatur: aut statis anni temporibus, certisue diebus utatur [i]. Nec enim modus facit, quo minus seruitus sit simplex, continua & perpetua: sed usum tantum seruitutis definit, ac certis legibus moderatur: quod minimè contra naturam est seruitutis. 8

Ad finem, † Effectum, Vim & Naturã seruitutũ pernoscendam, utile fuerit has regulas tenere. I. Seruitutum non ea natura est, ut faciat aliquid quis: uelut ut uiridaria tollat, aut amœniorem prospectum præstet, aut ut in suo pingat, uel (ut alij legunt) pangat [k]: hoc enim fieri ab altero, nostri prædij nihil interest: sed ut patiatur, aut non faciat aliquid, idque principaliter. Nam in consequentiam aliquando quid facere cogitur: uel natura seruitutis, uel pacto contrahentium id postulante [l]: cum id prædio utile esse potest. Seruitutes enim aut prædiorum sunt, aut hominum [m]: hoc est, pertinent ad usum aut hominis, aut prædij. Quæ homini seruiunt, Personales [n]: quæ rei, Reales iudicantur [o]: nec ultrà constitui possunt quàm prædio opus sit [p]: quæ neutri seruiunt, seruitutes non sunt, quia non seruiunt, & usum commoditatemq; alteri præstant [q]: uerbi gratia, ne eas per fundum tuum, néue ibi cõsistas [r]. II. Seruitutes natura sua perpetuæ sunt, & continuam habent causam [s], quamuis continuam possessionem non semper 9

[a] l. qui usumfructum. Si ususfruct. peta.
[b] d. §. 2. Inst. de bon. poss. & pass. m ff. eo.
[c] l. bonæ fidei. 48. de acq. rer. do. uide ī. de usucap.
[d] l. si post. de rei uend. l. 2. pro donat. l. Iulianus. §. quantum. ad exhib.
[e] l. pen. C. de præsc. long. temp. l. pen. C. de præsc. 30. annor.
[f] Cuiac. in d. l. 2.
[g] d. l. si post. l. sunt. §. si quæratur. si ser. uend. Theoph. Inst. de diuis. stipul.
[h] Cuiac. in d. l. 2.
[i] t. t. C. de usucapio. transformand.
[k] l. ult. C. de long. temp. præscript.
[l] l. pen. C. de seruit. l. coruptionem. 16. C. de usufruct.
[m] d. l. ult.
[n] l. 3. & 11. C. de præscr. 30. annor.
[o] d. l. omnes. 3. C. eo. tit.
[p] uide l. cum notissimi. 7. d. l. omnem. C. eo. t. l. plures. 18. C. de fid. instrum. l. fin. C. de fund. patrim.
[q] d. c. super. §. præterea. de uerb. sig. l. 3. §. ductus aquæ. de aq. quot. et æst.
[r] t. t. C. de usuca. transfor.
[s] d. l. unic. C. de usuc. transform. quæ data est post consulatum Lampadij, quo tẽpore Digesta tam componebantur, & tantum non erant absoluta.
[t] l. 3. hoc tit.
[u] l. ad certam. 6. h. t. Cæpoll. de ser. urb. c. 16. gl. & Dd. in l. pro parte. 11. hoc tit.
[x] l. fin.
[y] l. 1. in fi. ī. de seru. rust. præd. l. pen. h. t.
[z] l. 3. §. dare. ī. de usufr.
[a] l. seruus. 43. §. incorporales. 1. de acq. rer. dom.
[b] l. 4. h. t.
[c] l. existimo. de uerb. sign. uide Conan. lib. 4. Comment. c. 8. Gouea. Lect. lib. 1. c. 9.
[d] Cæp. de seru. urb. ca. 22. per l. 4. §. 1. h. t. l. si quis. 29. de ser. urb. præd.
[e] l. quid aliud. de uerb. sig.
[f] l. uta. 23. §. si fundus ser. uiens. de ser. rust. præd.
[g] l. 4. supr. de usufr.
[h] l. 1. ī. de pactis.
[i] d. l. 4. §. fi. cum l. seq. h. t. plenum. de usu & hab. t. 1. Gouean. Lect. lib. 1. c. 15.
[k] d. l. quoties. 15. §. fi. h. t.
[l] l. etsi forte. 6. §. etiam. 2. l. sicuti. 8. §. distant. 2. ī. si seru. uendicetur.
[m] l. quoties. 15. h. t.
[n] l. 2. 3. 4. cum sequen. infr. de seru. rust. præd.
[o] l. ergo. 5. in fin. de seru. rust. præd. Cuiac. lib. 3. c. 28.
[p] l. quoties. 15. h. t. & dixi sup. in definit.
[q] d. l. quoties. 11. h.
[r] l. foramen. 28. ī. de seru. urb. præd.
[s]

semper habeant [a]. III. Hoc quoq; seruitutis propriũ est, quòd diuisionem non recipiat. Vnde pro parte neque legari, nec adimi uia potest, nec pro parte dominij acquiritur [b]. Vt si fundum cum aliquo communem habeam, non possum illi solus quærere uel imponere seruitutem. Nam neq; mihi soli pro parte, nec toti fundo quicquam adipiscor: quia socio quærerem contra regulam qua traditur, Neminem alterius fundo seruitutem acquirere posse [c]: neq; imponendi seruitutem communi fundo, ius est inuito socio, quia conditionem eius facerem deteriorem [d]: id quod non licet [e]: &, In re communi melior est conditio prohibentis [f]. IIII. Seruitus in toto fundo tota est [g], & tota in qualibet eius parte [h]. Hinc quod dicitur, Pro parte seruitutem retineri [i], non eam habet significationem, quasi pars seruitutis, quæ est indiuisibilis, retineri possit: sed quòd in parte fundi tota seruitus retineatur. V. Natura seruitutum est, ut per se possideri non possint: sed intelligatur possessionem earum habere is, qui prædium possidet [k]. Et hæc quidem in genere de seruitutibus dicta sufficiant. Nam quæ ad species earum pertinent, hæc sequentibus tit. explicabuntur.

a l.14.h.tt.in prin.
b l.pro parte.11.
c d.l.pro parte.l.si unus ex socijs.19.ff.de seruit. rust.præd.
d l.2.h.t.l.per fundum.11. l.unus.34.ff.de ser.rust. prædio.
e l.non debet.75.de reg. iur.§.religiosum. Instit. de rer.diuis.
f l.an unus.11.si ser.uend. l.si quis.6.comm.diuid.
g l.si cui.9.hoc tit.
h l.ad certam.6.
i d.l.ut pomum.§.fin.h.t.
k l.si ædes meæ.32.§.fin. ff.tit.1.

De seruitutibus urbanorum prædiorum.

TITVLVS II.

1 Prædia unde dicta, & de urbanis ac rusticis.
2 De seruitutibus urbanis ac rusticis.
3 De seruitute altius tollendi, uel non tollendi.
4 De seruitutibus luminum.
5 De seruitute ne prospectui officiatur.
6 Stillicidij uel fluminis seruitus.
7 Tigna immittendi.
8 Proiectum habendi.
9 Oneris ferendi.
10 Cloacæ.
11 Foraminis.
12 Positum non habendi.

1 PRædia † dicta sunt à præstãdo, authore Varrone: quòd his pignori datis, publicè mancipes fidem præstent: eoq; nomine uenit rerum immobilium & Solũ & Superficies: puta fundus, & quicquid in superficie fundi est ædificatum: domus, uilla rustica, horreum, &c. Itaque prædiorum significatio latius patet quàm fundorũ [a]. Prædia † porrò alia Vrbana sunt, alia Rustica. Vrbana nominãtur, quæ ad habitandum præcipuè sunt ædificata, non solùm in oppidis, sed etiam in uillis & uicis [b]. Vnde & stabula meritoria, recipiendis mercede tam equis quàm hospitibus idonea [c]: & prætoria [d], quæ ad habitationem uoluptatemq; domini uillæ, quem Prætorem uocabant, tanquam supremũ prætorem principemq; suæ ruri familiæ, constructa, hoc nomine censentur. Quia, ut inquit Paulus [e], prædium urbanum non locus facit, sed materia: hoc est, subiectum, commoditas & usus rei: ut id urbanum sit, quocunque tandem loco situm, in quo habitãdi est opportunitas: rusticum uerò, quod fructuum gratia quocunq; loco constituitur [f]: sicuti in consimili exẽplo, urbana familia & rustica, non loco, sed genere distinguuntur [g]. Et hæc quidem obtinent quo ad præsentem seruitutum materiam: nam aliàs prætoria & consimilia ædificia in uillis constructa, cum sint pars & accessio fundi [h], iure principalis censeri solent [i]: eoque propriè ædificata in urbibus urbana sunt, & Ædes appellantur: ruri uerò constructa Villæ & Rustica prædia uocari solent [k]. Quia uerò seruitutes hæ in prædijs tantummodo constituuntur (nec enim aut personæ aut rei mobili imponi possunt [l]) eo factũ est, ut quemadmodũ ipsa prædia, sic & seruitutes ijs inhærentes, ita distinguantur: ut aliæ sint Vrbanorum prædiorum, quæ debentur prædio tanquam urbano, respiciuntq; commoditatem ædificij siue habitationis, etsi prædium ipsum rusticum sit: aliæ uerò Rusticorum, quæ ad prædium tantum rusticum, hoc est, ad utilitatem percipiendorum fructuum & agri pertinent. Fit tamen interdum ut sicut uocabula prædiorum, sic & seruitutum cõfundantur. Nam ut ædificia habitationum quæ ruri sunt, rustica nonnunquam à situ, & quia pars ruris sunt, perhibẽtur: ita seruitutes etiam urbanæ, quæ his prædijs inhærent, à subiecta quandoq; materia rusticorum dicuntur

3 prædiorum [m]. Vrbanorum † autem prædiorum iura, ut uult I. C. [n] talia sunt: In primis Altius tollendi [o]. Quanquam enim naturaliter in solo cuique suo ius imponendi est in infinitum [p], & ædificandi uel ad cœlum usque, ut aiunt, etiamsi inde uicini ædes obscurentur [q]: tamen quia legatis, pacto [r], consuetudine [s], statuto, constituto alia forma induci potest: ideo est etiam huius constitutionis usus. Cui namq; uicinus permittit præter usitatum ædificandi morem, prioremq; ædium formam altius tollere [t]: is ius Altius tollẽdi, hoc est ædificandi, habere dicitur [u]. Altius Nõ extollendi seruitus est, cùm uicino nostro contra naturalem libertatem imponimus necessitatem, ne ædes suas ultra præscriptam aliquam, certamq; & nobis utilem altitudinem extollat: qui tamen Viridaria, quæ nomine ædificij minimè ueniũt,

4 super eam altitudinẽ habere poterit [x]. Quod † ad Lumẽ attinet, seruitus aut Immittendorũ luminum, aut Ne officiatur luminibus, constituitur. Luminũ seruitute constituta, id acquisitũ uidetur, ut uicinus lumina nostra, hoc est feneſtras quibus lumẽ cœli hauritur (lumen enim id est, ut cœlũ uideatur [y]) excipiat [z]. Quanquã enim unusquisq; lumina in suo facere potest: tamen immittere in uicini parietem, aut communem nõ licet [a]: nec etiam prohibere uicinũ, quo minus aduersus illa ædificet, atq; ita obstruat, nisi quæsita eiuscemodi seruitute. Cum autem seruitus imponitur, Ne luminibus officiatur, hoc adepti maximè uidemur, ne ius sit uicino altius ædificare, & luminibus nostris officere. Differt tamen hæc à iure Altius non tollendi: in quo nihil aliud inest quàm ne uicinus altius ædificet. Itaq; si non ædificando, sed alio modo, puta uiridarijs lumina obstruat, contra seruitutẽ facere non uidebitur [b]. At hac seruitute constituta, non modò ædificando luminibus officere uicinus qui seruitutẽ debet, non poterit, sed ne ullum quidẽ aliud omnino impedimentũ inferre [c]: adeò ut uel arborem ponere quæ luminibus obsit, uel umbram ei loco cui sol est necessarius, facere prohibeatur [d]. Illud quoq; hac seruitute cõtinetur, nõ modò uti ne luminibus quæ Nunc sunt, obstruatur, sed etiã ne Futuris: nisi diserte ita cautũ de præ-

5 sentibus fuerit, Lumina quæ nũc sunt, ut ita sint [e]. Huic † affinis est seruitus Ne prospectui officiatur [f]: in qua id amplius est, ne quid obijciatur ad minuendũ prospectũ gratiorem, & quaqua uersus liberum:

a Iaſ.in l.si pro fundo.33. C.de transact.l.quæst.l. fundi.l.locus.de uer.sig.
b §.1.Instit.de seruit.
c l.urbana.198. de uerb. sign.l.eodem iure.4.§. stabula.in quibus cauſ. pig.
d l.2.ff.tit.1.
e l.urbana prædia.198.de uerb.sig.l.1.ff.com.præ.
f l.si prædium.16.C.de præd.mino.
g l.urbana familia.166. de uerb.sig.
h l.fundi.8.quib.mod. uſufr. l.hæres in fundo. 12.de uſufr.lega.
i l.hi qui acceßionis.34. de fideiuſſ.l.cum principalis.139.de reg.iur.
k l.fundi.211.de uerb.sig.
l l.1.comm.præd.l.ut prædium.7.ff.de seruit.
m d.l.fundi.211.de uerb. sig.l.2.inf.de ſeru.ruſt. præd.uide Gouea. hæc aliter interpretantem Lect.lib.1.c.16.
n l.2.hoc tit.
o §.æquè.Inſt.de act.
p l.cuius.24.h.t.
q d.l.cuius.24.l.cum eo. h.t.Dd.l.altius.C.eod.
r l.egi.26.de except. rei iud.
s l.1.2.cum ibi not.C.eod. ut in d.l.egi.
t
u l.1.h.t.§.æquè.2.Inſt.de actio.ubi dixi.
x l.ædificia.12.
y l.lumen.16.
z l.3.hoc tit.
a l.eos.40.
b d.l.ædificia.12.
c l.inter ſeruitutes.15.
d l.si arborem.17.
e l.si ſeruitus.23.
f l.3.hoc tit.

BIU Cujas

cum superiore tantũ illud cõtineatur, ne quid ad impediendũ cœli aspectũ fiat. Itaq; prospectus etiam ex inferioribus locis est, lumẽ ex inferiore loco esse nõ potest [a]. Est † & Stillicidij uel Fluminis, in tectũ 6
areámue uicini Auertendi uel Non auertendi (ut quia mihi utile sit, aquá pluuiam ex tuo tecto in meũ hortum cadere) seruitus [b]. Stillicidium aũt, est casus stillæ: quod diminutiuũ, authore Festo, est à stiria, id est gutta frigore concreta. Stillicidiũ igitur est, quod stillatim ab alto casitat. Flumẽ uerò, omnis aqua quæ continuè fluit: ut cùm pluuia perpetuo rigore, continuoq; ductu per canales decurrit [c]: pro qua pluuia aqua hîc flumen accipitur. Nam aquæ uel fluminis per agrũ ductus, rustica, non urbana seruitus est, ut infrà dicemus. Ergo qui ius auertendi in uicini aream aut tectũ stillicidij acquisiuit, siue ut in eo cadat, siue ut per illud tubis ducatur (neq; enim id sine seruitute licet [d]) is altius tollere stillicidium poterit: leuior enim fit eo pacto seruitus. Nã quod ex alto cadit, leuius cadit, & interdũ nec directè peruenit ad locũ seruientem. Inferius demittere non potest, quia fit grauior seruitus: futurũ est enim pro stillicidio flumẽ. Ea de causa retrò quoq; duci potest stillicidiũ, quia in nostro magis incipiet cadere. Produci non potest, ne alio loco cadat stillicidiũ quàm in quo imposita est seruitus. Et omnino sciendũ est, meliorẽ uicini conditionẽ fieri posse, deteriorem nõ posse [e]. Ex quo liquet discrimẽ inter seruitutẽ Stillicidij & Fluminis, atq; hãc illa grauiorem esse. Seruitus † Tigna (quæ à tegendo dicta sunt [f]) immittẽdi 7
in parietem uicini, cuiusmodi sit, per se patet. Nemini enim licet in alienum parietem, sine eius cõsensu immittere [g]. Nam lex 12. Tabularũ, in eum qui conuictus est furtim tignũ alienis ædibus iniunxisse, in duplum dat actionẽ [h]. Tigni aũt appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificiũ constat: quanquam propriè pro trabibus quibus domus tegitur, accipiatur [i]. Hoc autẽ quod dictum est de immissis tignis, locum habet ubi ex ædificio alio in aliud tigna trabesq; mittuntur, ut requiescant [k]. Nam † si sti- 8
puler, ut liceat mihi supra aream tuam habere Proiectum, id est longè extensum protectúmue aliquid, ut Meniana & Podia pensilia, partes uidelicet domus prominentes, unde aspectus est in uicos, (quas uernacula lingua arcas, uel potius arceras uocamus:) hæc non seruitus Immittendi, sed Proijciendi est [l]. Proiectũ enim id dicitur, quod ita protenditur, ut nusquam quiescat [m]: quemadmodum Protegendi seruitus est, licere tectum suũ supra alterius aream extendere ad protegẽdas ab iniuria pluuię ædes. Protegere enim est, tectum huius rei gratia proijcere: & eiuscemodi protecta, id est partes tecti prominentes, quibus stillicidia à parietibus arcẽtur, Suggrundæ & suggrundia uocãtur [n]. Huic † uicina est ser 9
uitus Oneris ferendi, ut paries aut columna aliena onus nostrarũ ædium ferat [o]. Ius etiam Immittendę cloacæ, seruitus est [p]. Est † autem Cloaca, authore Festo, à colluendo dicta, quòd in eam colluuies im- 10
mundiciarum & sordium recipiatur, ac per eam defluat [q]. Hoc cùm ad commodum habitationis fiat, nihil dubito, quin hæc seruitus sit urbani prædij: quamuis alij rusticam esse uolũt, propterea quòd Neratius [r] dicat, seruitutes rusticorum prædiorũ etiam esse has, licere Altius tollere, & Officere prætorio uicini, & Cloacam uel Protectum habere. Sed ex ipsis speciebus, quas I. C. ibi refert, euidenter apparet, ipsum loqui de seruitutibus urbanorum prædiorum, quibus ius cloacæ annumerat: nec aliud uoluisse dicere, quàm has etiam esse rusticorum prædiorum, id est, rusticis prædijs imponi posse: ut non modò Neratius nihil contra nos faciat, sed etiã opinionem hanc adiuuare uideatur. Huic † etsi consimile esse 11
uidetur Foramen proluendi, hoc est, aqua adhibita abluendi pauimenti causa in pariete conclauis, tamen aliud longè est. Nam cùm Cloaca, quæ construitur proijcitúrue in parietem communem aut uicini aream, habeat perpetuam causam, meritò seruitus est: at Foramen in suo habere, perpetuam causam non habet. Nam neq; immittitur aliquid quod perpetuum sit, sed aliquando solùm per foramẽ eluuies abluti detersíq; pauimenti emittitur: idque olim fiebat non scopis, ut nunc, sed spongijs madefactis [s]. quod quia in facto hominis cõsistit, perpetuò fieri nequit. Ex eiuscemodi igitur foramine seruitus, quæ perpetuam sua natura causam habere debet, non consistit Iure ciuili: quia eiusmodi aqua non de cœlo uenit, sed manu, quoties pauimentum detergitur, operaque hominis immittitur. quare nec causam habet perpetuam: nec seruitus est, quæ naturalem, & potentia, quamuis non actu [t], perpetuam causam habere debet [u]. eoq; si ex eo foramine, quamuis perdiu possesso damnum aliquod sentiat uicinus, in factum ex l. Aquilia agere [x], Damni infecti cautionem potest exigere [y]: quia seruitus non consistit. quod aliter est in seruitute naturali, quæ lædere seruientem fundum potest, sic ut hoc nomine cautio nulla debeatur, nisi quatenus seruitutis modus excedit [z]. Eádem ratione nõ est seruitus Stillicidij, uel Fluminis, quando tecta canalesq; non aqua naturali pluuiæ, sed manu hominis affusa purgantur, eademq; aqua in uicini aream eijcitur. Constat tamen hîc seruitus, quia in tecta canalesq; aqua quoq; pluuia descendit. Quamobrem & foramen erit seruitus, si in eum locum aqua ex cœlo ueniat: quæ cùm naturaliter cadat, perpetuò cadere posse existimatur [a]. Seruitus † Positum non habendi est, cùm uicino non 12
licet in aliquo loco aliquid ponere, quod quoquo modo nocere meo prædio possit. Sed cuiusmodi hæc fuerit seruitus, rustici an urbani prædij, & quis eius usus, difficile est suspicari, cùm uno tantùm loco in toto iure fiat eius mentio [b]. Probabile tamen est, fuisse urbani prædij seruitutem: cùm Alfenus ibi dicat, locũ in domo Gaij, ædib. Annij ita seruijsse, ut in eo loco positũ habere ius ei non esset: & positũ habere aliquid, ex sua natura magis prædio atq; habitationi, quàm agris aut fructuũ perceptioni detrimentũ afferat. Ac sicut sanè edicto prohibemur in publico positum habere, cuius casus nocere possit [c]: ita ob hanc aliámue causam, nihil obest, cur inter uicinos non idẽ priuatim possit cõuenire, ne quid aliquo scilicet ædium loco ponatur, quod ex casu alióue quouis pacto damnũ dare uicini ædibus possit.

[a] l. lumen.
[b] d. l. 2. h. t. §. prædiorum urbanorum. Inst. de ser.
[c] Varro lib. de ling. Lat.
[d] l. si. §. si. quod ui aut clã.
[e] l. seruitutes quæ. 20. §. pen. hoc tit.
[f] l. 1. de tig. iniuncto.
[g] l. hoc quòd dictum. 25. h. t. de tig. iniunct.
[i] l. tigni. 62. de uerb. sig. l. tigni. 7. ad exhib.
[k] d. l. hoc quod dictum.
[l] l. 2. hoc tit.
[m] l. malum. 241. §. inter. 1. de uerb. sig.
[n] l. 5. §. prætor ait. ubi Budæus, de his qui deiece. uel effu. l. pen. C. de æd. dif. priuatis. t. tit. de dam. infecto & suggrun. & protectis. Alc. in d. l. malum. §. inter. &c.
[o] l. eum debere. 33.
[p] l. ius cloacæ. 7. ff. tit. 1.
[q] l. 1. §. 1. de cloac.
[r] l. 2. ff. tit. 1.
[s] l. quæsitum. §. item. de fund. instruc. & instru. lega. Martial. lib. 14. Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis.
[t] l. cum ususfructus. de usufruc. lega.
[u] l. 1. §. stagnũ. ut in flum. publ. l. 7. §. caput. de aq. quot. l. 1. §. hoc interdictum. de fonte. l. 8. h. t.
[x] l. si fistulæ. 18. h. t.
[y] l. si quid. 29. h. t.
[z] d. l. si fistulæ. 18. h. t. l. si mihi. §. seruitus. ff. tit. 1.
[a] l. foramen. 28. cũ l. seq. hoc tit.
[b] l. si quando. 17. §. 1. si seruit. uendicetur.
[c] l. 5. ff. de his qui deiec.

De seruitutibus rusticorum prædiorum.

TITVLVS III.

1 Seruitutes rusticæ, iter, actus, uia, quomodo differant.
2 Seruitus aquæductus.
3 Aquæ haustus.
4 Ius pecoris appellendi, pascendi, &c.

PRAE-

BIU Cujas

1 PRAEDIA † rustica sunt, quæ non in continentib. ædificijs, sed ruri fructuũ potissimùm colligendorum gratia construuntur [a]. Seruitutes igitur quæ præcipuè ad utilitatem fundi fructusq; colligendos sunt comparatæ, Rusticorum prædiorum seruitutes appellantur: cuiusmodi præcipuæ, magisq; necessariæ sunt, Iter, Actus, Via, &c. [b] quæ uocabula in hac materia, ubi pro seruitutibus accipiuntur, diuersa significant: cùm aliàs promiscuè pro omni itinere usurpentur [c]. ITER, quod ab eundo dicitur, authore Vlpiano [d], EST IVS EVNDI (transitionis gratia, idq; non modò pedibus, sed etiam sella, aut lectica, aut equo [e]) AMBVLANDI (quod etiam sanitatis uoluptatisq; ergò fieri potest) HOMINIS: eius uidelicet ad quem fundus, cui seruitus constituitur, pertinet. ad hunc enim solum jus seruitutis adhæresçit, & ita quidem, ut nec locare alteri seruitutem possit [f]: quanquam per seruos, colonos, fructuarios, aliosq; qui eius nomine possident, seruitute uti possit [g]. Meritò aũt adiectum est, Hominis: ut sciamus, seruitute itineris ius agendi iumentũ uel uehiculum non contineri. ACTVS EST IVS AGENDI VEL IVMENTVM VEL VEHICVLVM. Agere enim propriè ad animalia pertinet [h]. Inter Actum igitur & Iter nonnulla est differentia. Iter est, quo quis pedes, uel eques commeare potest: actus uerò, ubi & armenta trahere, & uehiculum ducere liquet [i]. Itaq; qui iter habet, actum non habet: qui actum obtinet, iter habere uidetur [k], id est itineris commoditatem. nam in maiori includitur id quod minus est, non econtrariò. Ergo reuera distinctæ sunt hæ seruitutes [l]: quamuis in actu non potest itineris usus non inesse [m], quo itinere uti poterit etiam sine iumento. Minor est differentia inter Actum & Viam, QVAE EST IVS EVNDI ET AGENDI ET AMBVLANDI. Nam iter & actum uia in se continet [n]: cùm actus idem omnino, nempe eundi agendiq; ius complectatur: etsi igitur affectu non admodum differant, re tamen ipsa separatæ sunt & diuersæ seruitutes [o]. Actus enim, ut dixi, per se non ipsum ius siue seruitutem eundi comprehendit, sed tantum per quandam consequentiam & ex interpretatione, itineris utilitatem: quemadmodum & ius uehendi non propriè, sed in consequentiam tantum iumentorum trahendorum ius complectitur. Præcisè itaq; & propriè facultatem solùm agendi iumentum, actus continet. At in uia simpliciter & ex proprietate uerbi utraq; seruitus, & Iter, & Actus, & ius Vehendi, unde Via quasi ueha dicitur, inest. ut fortasse scripserit Vlpianus [p], VIA EST IVS VEHVNDI: ubi nostra exemplaria habent Eundi. Itaq; qui actum habet, tantummodo agere potest. trahere uerò lapidem aut lignum, hastamq; rectam ferre non potest: quæ omnia faciendi ius illi est, cui uiæ seruitus debetur [q]. Quin etiam secernuntur hæ seruitutes latitudinis modo, qui in itinere actuque aut conuentione constituentium, aut si nihil conuenit per arbitrum determinatur [r]: & cum plurimum, authore Varrone [s], Iter ad duos pedes, Actus ad quatuor in porrectum, ad octo uerò in anfractum. At si de uia nihil conuenit, legitima latitudo debetur [t]: quæ ex lege 12. Tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim [u]. De his Varro ad hunc modum, lib. 4. de ling. Lat. Quà agebant Actus: quà uehebãt, Viæ dictę: quò fructus conuehebant, uillæ: quà ibant, ab itu Iter appellarunt: quà id angustè, ut semiter dictum. Et lib. 1. de Re rust. cap. 2. Villicus agri colendi causa constitutus, atq; appellatus à uilla, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur: à quo rustici etiam nunc uiam Veham appellant, propter uecturas: & uellam, non uillam, quò uehunt. Et hoc quidem modo hę seruitutes à se inuicem differunt: quorum aliqua constitutio ita per omnem agrum diffunditur, ut omnes glebæ seruiant [x], & per quamlibet fundi partem ire liceat [y]. Quod tamen ciuili modo accipiendum est. Non enim per uillam ipsam, nec per medias uineas ire sinendus est, qui id æquè commodè per alteram partẽ facere possit, & minore seruientis fundi detrimento [z]. Itaque aut conuenire inter constituentes de modo itineris solet, aut dato arbitro iter determinari: & quamprimùm determinatum est, seruitus inibi consistit, cæteræ partes agri liberæ sunt [a]. Ac liberæ quidem usu itineris, & effectu, quia per illas amplius ire agere non licet: non tamen ipso iure obligationis, & debitione liberatæ. Nam totus nihilominus fundus seruitutem debet, quæ pro parte esse non potest.

2 Quarta † seruitus rusticorum prædiorum, est AQVAEDVCTVS: quam ita definit Vlpianus [b], ut sit IVS AQVAE DVCENDAE PER FVNDVM ALIENVM, quod uel canalibus ac digitis, uel etiam ducta fossa fieri assolet. Ducitur autem aqua aut publica, aut priuata. E' publica aqua, ut flumine publico, nihil impedit quo minus quisq; ad suum agrum irrigandum ducere possit: nisi Imperator aut Senatus uetet: si modò ea aqua in usu publico non sit [c]. Sed si aut nauigabile flumen est, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere [d]: ne iter statioq; nauigij, id est, usus nauigandi corrumpatur, uel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut in totũ auferatur [e]. idemq; seruabitur, si ad alium Reipub. usum conducat: cuiusmodi erat aqua, quæ magnis sumptibus riuis fossisque ducebatur in urbem Romam, castellisq; recipiebatur: ex quibus ducere fas non est, sine permissu Principis, ne priuata utilitas publicis commoditatibus præuertatur [f]. In priuatæ uerò aquæ, siue fontis, siue fluminis, siue cuiuslibet (quæ tamen perpetuam habet causam [g]) ducendæ uel etiam quærendæ [h] concedendo iure, non tantum eorum quorum in loco aqua oritur, uerumetiam illorũ ad quos eius aquæ usus pertinet: id est, quibus seruitus aquæ debetur, uoluntas exquirenda est: nec immeritò [i], cùm eorum ius imminuatur [k]. In uniuersum autem illud obseruandũ est, neq; publicam neq; priuatam aquam per alienum agrum, nisi impetrata à domino fundi hac aquæductus seruitute, duci posse [l]: & ipsum ductum oportere ad certi usum fundi pertinere, ut eatenus ducatur, quatenus illi opus est: non autem ut quocunque ducere [m], (nam tunc non prædij, sed hominis ius est [n],) aut alteri ex nostro aquæductu, aquam concedere liceat, nisi id etiam nominatim conuenerit [o].

3 Præter † has, inter rusticorum prædiorum seruitutes computantur AQVAE HAVSTVS [p], id est ius hauriendi aquam ex flumine, fonte, puteóue priuato (nam ex flumine publico etiam sine seruitute haurire licet [q]) quatenus ad fundũ nostrum opus sit [r]. Est enim non hominis, sed prædij ius [s]. Itaque prædio constitui in dubio intelligitur [t]. Quòd si expressim ad usum personæ concedatur, personalis

a l.eo iure.4. ff. in quibus caus. pignus uel hyp. etc.
b l.1. b.t. in prin. Inst. eod.
c l.quantum.157. de uerb. sign.
d d.l.1. b.t.
e l.qui sella.7. l.inter.12. hoc tit.
f l.locare.44. ff. locati.
g l.usu.20. quemad. seruit. amit. l.si mulieri.22. quibus mod. usus fr. amit. l.1. §. is cuius. & §. pen. de itin. act. priu.
h l.ferri.235. de uerb. sig. Cuia, ad Pau. lib. 1. tit. 17.
i l.inter.12.
k l.1. hoc tit.
l l.loci.4. §.1. ff. si seruitus uend.
m l.qui usumfr.58. de uerb. oblig.
n d.l.1 uers. uia. uide omnino quæ dixi Inst. de seru.
o uide quæ dixi Inst. de seruit.
p in d.l.1.
q d.l.qui sella.
r l.certo.13. §.1.
s lib.4. & 6. de ling Lat.
t d. §.1.
u l.uiæ. ff. eod.
x d.l.certo. §.1.
y l.si mihi.20.
z l.si cui.9. ff. de seruit.
a d.l.certo. §.1.
b in d.l.1. b.t.
c l.2. de flum. l.Imperatores.17. b.t. l.si aũt.10. §. fi. de aqua plu. arc.
d d.l.2.
e l.1. in prin. & §. nauigij. de flum.
f l.1. §. permittitur. de aq. quot. & æsti.
g d.l. foramen. 5. tit. 1.
h l.Labeo. b.t. uide Gouean. lib. 1. c. 19.
i l.in concedendo.8. de aqua plu. arc.
k ex ratione. l.ult. C. de author. præstan. quod oẽs tangit, ab omnib. debet approbari.
l l.2. C. de seru. l. quemad. 28. ad l. Aquil.
m l.1. §. præterea.17. de aqua quot. & æstiu. l. ergo. 5. in fin. l. pen. b.t.
n d.l. pen. b.t. d.l.1.
o l. ex meo.24. l. cùm esset. 33. §.1. b.t.
p l.1. in fi. b.tt.
q l.3. §. fi. b.tt.
r l.5. in fin. b.t.
s l. si mihi.20. §. fin. b.t.
t l.2.3.5.6. l. Lucius.39. b.t. l. pater. de seru. leg. ubi Castr. & Dd.

BIU Cujas

etiam erit seruitus [a]. Item † IVS PECORIS AD AQVAM APPELLENDI AVT PA- 4
SCENDI [b]: ius calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, cretæ lapidisq; eximendi [c]: scilicet ædificandi eius gratia quod in fundo est [d]. nam alioqui ususfructus potius esset, si pro arbitrio lapides cretamue, &c. fodere, eaque re quæstum facere ex uicino agro liceret [e]. Adde his ius nauigandi per perpetuum uicini lacum [f], aliaq; id genus [g]. quæ si personæ constituantur ad eius usum, personalia sunt [h], neq; personam excedunt, nec in hæreditatem transmittuntur [i]. quoties uerò ad utilitatem prædij, non personæ referuntur, seruitutes sunt reales [k]: de quibus hîc agitur. eoq; utile est, in scripturis & instrumentis constitutionum semper exprimi hanc causam utilitatis prædialis [l].

a l.usus.22.l.plenum.12.l. diuus.23.de usu & hab. l.Lucius.37.de seruit. rust.præd.gl.in l.1.§.fi. uerb.computanda.h.tt. Cyn in l.ult.nu.3.C.de præsc.lon.temp.Bart.in l.1.nu.2. et l.ut pomum. de ser. & in l.pecoris.5. ubi Castr.h.t.Ang.in §. fi.Inst.eo.Cæpol.de ser. rea.cap.2.nu.6.& de ser.rust.præd.cap.4.& de aquæduc.nu.5.& 6.
b d.l.1.in fi. l.3.in princ.l. 4.hoc tit.
c d.l.1.l.uĕditor.13.ff. tit.1.
d l.ueluti.6.h.t.
e l.item si fundi.9.§.2.ff. de usufr.
f l.uia.23.§.1.h.t.
g l.3.l.qui duo.23.h.t.d.l. uenditor.
h l.plenum.12.l.diuus.23. l.usus.de usu & hab.l. pen.h.t. l.1.de usufr.leg. l.Mela.l.quidam.ubi Bar.& Dd.de alim.leg. l.Lucius.37.h.t.
i d.l.usus.de usu & hab. d.l.pecoris.5.l.Lucius. 37.h.t. l.cum seruus.39. §.si quis.3.de lega.1.l. pater.de seru.lega.l.Mela.de alimen.legat.
k gl.l.1.§.ult.uerb.computanda.h.tit.cum alijs supra allega.c.cum uenissent.extr.de institit.
l Cæpoll.de seru.c.2.de seru.rea.nu.6.

Communia prædiorum, tam urbanorum quam rvsticorvm. TIT. IIII.

1 Continuatio tituli.
2 Quæ habeant inter se seruitutes communia.
3 Quare socius imponere seruitutem nequeat.
4 Seruitute concessa, uidentur omnia concessa ad usum eius necessaria.

MINIME † nouum est, postquam de diuersis speciebus separatim tractatum est, expositumq; in quibus differant, ostendere quibus conueniant, quæq; inter se habeant communia [a]. Itaq; cum hactenus de seruitutibus urbanorum & rusticorum prædiorum separatim dictum sit, iam hoc in titulo communia quædam de utrisque præcepta, loco non inconueniente proponuntur: de quibus, quoniam & suprà, cùm de natura seruitutum loqueremur, aliquid actum est, hîc dicendũ erit parcius. Primò † igitur in hoc conueniunt, quòd utraq; seruitus prædiorum appellatur, quia sine prædijs neutra constituitur. Nõ enim potest nec acquirere seruitutem uel urbani uel rustici prædij, nec debere, nisi qui habet prædium [b]. II. Quòd fundum sequantur, unaq; per alienationem transeant [c]. III. Quòd tã stipulationibus aliisq; conuentionibus, quàm testamentis possunt constitui [d]. IIII. Quòd unusquisq; eas suo tantum fundo, non alieno acquirere uel imponere potest. Vnde † & unus ex socijs communi fundo seruitutem aut acquirendi aut imponendi facultatem non habet [e]. Si tamen omnes socij diuersis temporibus id faciant, ex nouissimo actu etiam superiores confirmantur, perinde atque si illo ipso huius nouissimi actus tempore omnes simul cessissent [f]. Duorum autem prædiorum dominus, alteri quod tradit, seruitutem aut imponere aut acquirere potest [g]. V. Nec rebus sacris aut religiosis, alijsq; iuri humano exemptis, neq; publicis, ullæ seruitutes priuata lege imponuntur [h]. VI. Si per hæreditatis aditionem seruitutes confusæ fuerint, ea hæreditate uendita restituuntur: quia id agitur, ut emptor hæres extitisse uideatur [i]. VII. Concessa † qualicunq; seruitute, intelliguntur & ea concessa, sine quibus seruitute uti integrum non est. Verbi gratia: Si per tuum fundum ius mihi sit aquam aut cloacam ducere, tignum parieti imponere, &c. tacitè hæc iura sequuntur, ut reficere mihi liceat (nam in omnibus seruitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi seruitutem deberi asserit [k]) & adire cum fabris per tuum fundum quà proximè possum, ad reficiendum [l]. Vltimò, uni loco plures seruitutes possunt imponi, si prior à posteriore non impediatur [m].

1 2 3 4

Si seruitus uendicetur, uel ad alium pertinere negetvr. TIT. V.

1 Actiones confessoria & negatoria.
2 Quibus dentur.
3 Aduersus quos.
4 Ad quid dentur.

DE seruitutibus † in rem actiones competunt nobis, ad exemplum earum, quæ ad usumfructum pertinent, tam confessoria quàm negatoria. Confessoria ius est uindicandarum seruitutum [a], uindicatio seruitutis [b], petitio [c]. Negatoria est illi contraria [d], quæ libertatem prædij à seruitute uindicat, hancq; deberi negat [e], utraque ciuilis [f], specialis & perpetua [g], in rem [h], petitorij iudicij [i], arbitraria [k], alia directa [l], alia utilis [m]. Confessoria competit domino prædij dominãtis, qui seruitutem esse suam intendit [n], aut alijs qui ius in re habẽt cuius nomine uindicare possint [o]: negatoria domino prædij seruientis qui deberi seruitutem negat, datur [p].

Confessoria † quamuis ad usumfructum uendicandum domino fundi non detur [q]: tamen ad confitendum petendumque seruitutis ius, domino prædij cui seruitus asseritur, competit: & huic quidem soli. Nemo enim uendicare seruitutem potest, quàm qui dominium in fundo uicino habet, cui intendit eam deberi [r]. Sed & negatoria soli domino fundi competit: quia omnes, ut inquit l. C. actiones de seruitutibus, siue rusticis siue urbanis, eorum sunt, quorum prædia sunt [s]. Perinde autem est, siue quis in solidum, siue pro parte dominus sit. Vnde & seruitutem communis prædij unus ex socijs aut confiteri aut negare potest [t]. Vnicuilibet enim sociorum actio in solidum competit, cum solida & tota seruitus debeatur, & toti fundo, & omnibus eius partibus [u]. Agitur † autem confessoria non tantùm cum domino prædij qui seruitutem deberi negat, sed aduersus omnem omnino qui eam impedit [x]. Item negatoria aduersus quemlibet in debitum sibi seruitutis ius usurpantem. Vt autem unicuilibet ex socijs, in solidum hanc actionem competere diximus: ita aduersus unumquemlibet quoq; datur [y]. Præ-

1 2 3

a t.t.commu.utri.iudi.& tit.communia.de legat. & fideicom.
b l.1.h.t.uide quæ dixi Instit.eo.in princ.
c l.cùm fundus.32.h.tt.
d d.l.uenditor. l.propriũ. 5 l.potest.16.h t.l.3.ff. de usufr.iun.l.5.ff.de ser.
e l.unus.24.ff.tit.2.
f l.fin.hoc tit.
g l.3 5.6.7.8.9.11.h.t.
h l.4.d.l.uenditor.h.t.
i l.si ei.9.h.t.
k l.etsi forte.6.§.etiam.ff. tit.1.
l l.refectionis.11.h.t.
m l.qui per certum.15.h.t. l.1.§.fi.l.per quem.14. ff.tit.1.l.Lucio.4.de aq. quot.& æst.

a l.1.§.1.de remissio. b l.creditori.9.de oper.no.nunc. c l.ei.16.l.4.de seruit.iuncta l.actio.28.de oblig. d l.sicut.8.in prin.h.t. e gl.uerb.ius. & uerbi altius.in §.æquè.Inst.de actio. f §.a.f.Inst.de act. g l.3.in prin.C.de præscr.30.ann. h l.2.Comm.præd.d.l.3.l.4.§.3.competit.uers. in rem actione.l.6.§.2 uers.hæc actio.Si ser.uend. i l.etsi.7.§.1.si ser.uend. k l.harum.7.si ser.uend. l l.1.2.4.h.t. m l.ei.16.supr.de ser.l. seruitutes.20.§.2.de ser.urb.præd. n l.eorum.8.de oper.no.nunc.l.ei.16.sup.de ser. o d.l.ei.16.l.ser.l.creditori.9.de op.nou.nunc.l.1.§.1.de remiss. p l.2.h.t.Iaf.& Dd.in §.æquè Inst.de act.quo loco aliquid annotaui. q l.uti frui.5.in prin.ff.si usufr.pet. r d.l.2. s l.1.l.6.§.2.h.t. t l.an unus. 11.l.si cum.14.§.1.l.si de communi.19.h.t. u l.4.§.si fundus.2.l.1.l.nam satis.6.§.1.ff.tit.1. x l.si quis diuturno.10.§.1.h.t. y d.l.4.§.si fundus.2.

4 ter † principalem utriusque actionis intentionem, quarum altera petitur seruitus, altera negatur. Illud quoq; officio iudicis perinde atque in uendicationibus continetur, ut in posterum caueat reus de iure agentis non imminuendo, aut impediendo [a]. Veniunt quoq; fructus in has actiones [b], & si quid interest actoris seruitutem aut non fuisse impeditam [c], aut non usurpatam [d]. Sed de his plura paulo [e] antè diximus, ut nihil necesse sit eadem hîc iterum inculcare.

a l.harũ.7.lege ei.12.h.t. l.unic.C. uti poss. Paul. lib.1.tit.11.ubi Cuiac.
b l.etsi.6.§.ult.hoc t.
c l.4.§.2.hoc t.
d l.4.§.1.l.6.§.fi.hoc t.l. pen.ſ.ſi uſusfr.petatur.
e ad tit.ſ.ſi uſusfr.petat. uide Iaſ.& Dd.in d.§. æquè.Inſt.de act.

Quemadmodum seruitutes amittuntur.

TITVLVS VI.

1 *Seruitus amittitur, sicut ususfructus.*
2 *Consolidatione.*
3 *Actu contrario.*
4 *Interitu rei.*
5 *Resoluto iure imponentis.*
6 *Non utentis negligentia.*

1 QVibus † ususfructus, ijsdem ferè modis seruitutes amittuntur: præterquam quòd sicuti ususfructus morte, aut capitis diminutione ipsius domini, non pereant [a]. Nec enim sunt personales, sed
2 prædij seruitutes: quo saluo, integræ saluæq; perdurant. Vt † autem ususfructus consolidatione, ita seruitutes confusione extinguuntur: si idem utriusq; prædij dominus in solidum esse cœperit [b]. nec enim cuiquam res sua seruire potest [c]. Dico, in solidum: nam si pro parte tantum fiat dominus, pro parte seruitutem etiam totam retinebit [d]: perinde atq; cùm pluribus fundis iter mihi debentibus mediũ fundum acquiro. manet enim seruitus, quia uti illa in re aliena non desino, utpote quæ adhuc per primũ
3 & ultimum prædium, quæ aliena sunt, debeatur [e]. Deinde † & actu aliquo concesso, qui seruituti ita cõtrarius sit, ut durare simul nequeant, extingui eam necesse est. Vt si stillicidij immittendi ius habeam in aream tuam, & permisero potestatem tibi in ea ædificandi: aut per fundum uia mihi debeatur, & concedam in eo loco, per quem uia debetur, aliquid fieri atq; extrui, quo uiæ planè usus auferatur [f]. Tertiò,
4 † rei interitus seruitutem quoq; extinguit. ut si locus uiæ impetu fluminis, aut ruina, uel chasmate amittatur: in quo tamen id notandum est, uia publica hoc modo amissa, uicinum proximum uiam præstare
5 debere [g]. Quartò, † si hæres fundo, qui sub conditione legatus est, imponat seruitutem, conditione existente, illa extinguitur: quamuis acquisita fundo ad legatarium transeat [h]: cuius conditio melior facto
6 hæredis fieri potest, deterior nequaquam. Postremò, † non utentis negligentia amittitur: olim quidem biennio, exemplo cæterarum præscriptionum: hodie 10. annis inter præsentes, uiginti inter absentes [i]: idq;, si continua sit seruitus, ita ut singulis diebus uti liceat. Nam si ita constituta sit aqua, ut uel æstate tantum ducatur, uel alternis annis aut mensibus duplicato constituto tempore nempe uiginti annis inter præsentes, 40. inter absentes, amittetur [k]. Iure nostro Sax. sicuti cæteræ res soli, ita & seruitutes his adhærentes, uno & triginta annis, atq; aliquot diebus, hoc est, septimanis, & acquirũtur, & amittuntur, non utendo [l]. Dixi autem, negligentia amitti. Nam necessitas, qua quis seruitute uti prohibetur, ut semper alias [m], ita & hîc excusationem habet [n]. Is autem dicitur non uti, qui nullo modo & omnino non utitur. Etenim si partim ea utatur, tota retinetur seruitus [o]: ut & si socius, aut alius quilibet nostro nomine, quasi debita seruitute usus fuerit [p]. Vsus autem dici nõ potest, nisi qui tanquam suo iure suaq; seruitute uti se credit [q]: nõ qui pro uia publica, aut alieno iure, aut alia quàm de qua agitur, seruitute utitur [r]. Et hæc in seruitutibus obtinent. nam libertas non amittitur non utendo, nisi fuerit interpellata [s].

a l.3.hoc t.
b l.1.hoc t.
c l.in re communi.26.ſ.de ſerui.urba.præd.
d l.ut pomum.8.§.1.ſ.de ſeruit.
e l.ſi cũ ſeruitus.15.hoc t.
f l.ſi ſtillicidij.8.hoc t.
g l.ſi locus.14.in fi.hoc t.
h l.is cui uice.11.§.fi.hoc t.
i l.pen.C.de ſeruit.
k l.7.hoc t.l.fi.C.de ſeru. Sax.lib.1.art.29.
l l.unic.§.j.ubi gl.de off. conſ.& de off.eius cui mand.eſt iuriſ.
m l.ſi locus.14.l unus.34. in fi.cũ l.ſeq.ſup.de ſer. præd.ruſt.
n l.2.l.6.d.l.ſi ſtillicidij.§. fi.cum l.ſeq. hoc t.l.una eſt uia.18.ſupr.de ſeruit. ruſt.prædio.
o l.5.6.ſi commune.10.l. uſu.20.cum 4.ll.ſeq.hoc t.l.1.§.is cuius.5.l.3.§.uti uidem9.4.de itin.actuq; priuato.
p l.ſi.hoc t.
q d.l.ſi communem.§.j.l.ſi quis alia.18.in prin.h.t.
r l.ſi quis 18.in fi. hoc t.l.ſi præſes.ubi Dd.C.de ſer. Ang.in §. prædiorum. nu.3.Inſt.de ſer.urb.

DIGEST. LIBER IX. SI QVA= DRVPES PAVPERIEM FECISSE DICA= tur. Titulus I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De quadrupede actio ex lege 12. Tab.*
3 *Edictum.*
4 *Eius explicatio.*
5 *Cui, aduersus quem detur hæc actio.*
6 *Ad quid detur.*

1 PROXIMA † & planè consimilia actionibus realibus, quas hactenus exposuimus, ea sunt
2 iudicia personalia, quæ quando nec ex contractu, neq; maleficio dentur, naturam realium induunt. Ex † his penè uetustissima est, de quadrupede actio [a]. est enim prodita lege 12. Tabularum, qua aut animal quod noxiam commisit, dedi: aut æstimatio noxię, id est, ipsius delicti siue damni, præstari postulatur [b]. Cuius quidem ueteris iuris confirmandi gratia prætorem in eam rem edictum protulisse apparet [c]. Neq; id mirum, cùm & ædiles in hanc curam incu-
3 buisse uideamus [d]. Verba † autem siue legis 12. siue edicti, aut hæc aut similia fuerunt. SI QVADRV-
» PES PAVPERIEM FECISSE DICETVR, EI CVIVS INTERERIT, IN EVM
» QVI DOMINVS ERIT QVO TEMPORE DE NOXIA QVAERETVR, ACTIO
» ESTO, VT VEL NOXAE QVADRVPEDEM DEDAT, VEL NOXIAE AESTI-
» MATIONEM PRAESTET. Etsi de quadrupede tantum lex loquatur, tamen bipes animal si da-
4 mnum dederit, ex mente legis utilis actio dabitur [e]. Pauperies † autem, est damnum sine iniuria facientis datum. nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod sensu caret [f]. Itaq; ex sententia Seruij, tum hæc actio locum habet, cùm commota feritate, contra naturam eius generis communem nocuit quadrupes. Vt si equus calcitrosus calce percusserit [g], aut bos cornu petierit, canis momorderit, &c. Nam si genitalis sit feritas, ut est in ursis, leonibus, &c. cessat actio: quia eiusce modi feræ simulatq; custodiam euaserunt, desinunt in nostro esse dominio [h]. Quòd si uerò in custodia negligentius asseruatę, damnum dederint, non hac actione, sed ex ædilitio edicto dominus conuenitur [i]. Hæc autem intelligenda sunt, cùm citra cuiusquam culpam, sua lasciuia, aut feruore, aut feritate animal nocuit. Nam si uel culpa alicuius, uel instigatu, pauperiem fecit, hac actione cessante, damni iniuriæ ex lege Aquilia, cum eo qui in

a uide Exod.cap.21.
b l.1.in prin.hoc t.
c d.l.1.§.ait prætor.1.
d l.hi enim.49. cum l.ſeq. de ædil.edict.§.fi.Inſtit. eod.tit.
e l.pen.hoc t.
f l.3.§.j.de iniur.
g uide Panor.in c.ſignificaſti.de homicid.
h d.l.1.§.j.cum §.ſeq. hoc t.Inſt.eo.in prin.
i l.ſi enim.40.cum ll.ſeq. ſ.de æd.l.edict.

BIU Cujas

culpa est, agetur [a]. Quòd si quis ipsus in se feram proritauit, nulla est actio [b]. Subiungitur, † EI CVIVS INTERERIT. non enim solùm domino rei, cui damnum illatum est, datur hæc actio: sed omni cuius interest, ut commodatario [c], &c. Additur, IN EVM QVI DOMINVS ERIT, &c. nam in quadrupedibus noxa caput sequitur, quemadmodum in hominibus: ut aduersus dominum hæc actio detur, non cuius fuerit quadrupes cùm noceret, sed cuius nunc est cùm agitur [d]. Sanè si plurium sit animal, aduersus singulos erit in solidum noxalis actio, sicut in homine [e]. Noxales enim actiones diuisionē non recipiunt [f]. Addit † prætor, VT VEL NOXAE DEDAT, &c. In quo notandum est, etsi iuxta 6
præscriptam hîc formam alternatiuè agi debeat, tamen aliquando conueniri dominum in solidum, non ut noxæ dedat, sed ut æstimationem damni solidam præstet: idq; propter inficiationem, si in iure interrogatus, an sua sit quadrupes, falsò & per mendacium respondeat, suam nō esse [g]. Et hæc iure ciuili constituta sunt, Ordinatione autem imperij [h], arbitrio iudicis pauperies æstimatur. Iure Sax. dominus qui recipit noxiam quadrupedem, indistinctè tenetur: qui non recipit eam postquam nocuit, sed pro derelicto habet, immunis est [i]. Quod in mansuetis obtinere duntaxat quidam uolunt. nam de maleficio ferarum, indistinctè dominum teneri censent [k]. Porrò licet iure Sax. etiam includere animal alienum quod damnum dedit, donec satisfiat [l] (quamuis id iure ciuili non liceat [m]) pro quo ita incluso, quotidie tres solidi debentur, & à domino præstandi sunt, donec redimatur [n]. Itaq; ad sumptus illos quotidianos eui tandos, statim pignus eiusmodi captum redimi refuso sumptu solet, præstita satisdatione sistendi iudicio, & de eo iudicialiter experiundi. Porrò nō tantum de pauperie, sed de pastu & de damno dato actio est [o], & de homine perempto extraordinaria [p]. Pastus propriè nec damnum, nec pauperies est: ideo nominatim de eo cauetur [q].

a d.l.1.§.quod si propter.
b l.1.§.1.uerb.infligatu. hoc t. Paul.lib.1.tit.15.l. item Mela.§.item cum eo, ad l. Aquil.
c l.2.hoc t.
d d.l.1.§.& cum etiam.6.
e d.§.& cum etiam.uersic.si commune.
f l.si seruus seruum.27.§.1.ff.tit.1.
g d.l.1.§.interdum.7.h.t.
h cap.130.
i Land.li.2.art.40.Facb. diff.68.Reinb. diff.pœnal.16.
k Reinb.diff pœna.11.per art.62.Land.lib.2.
l Land.lib.2.art.47.& 48.Facb.diff.69. Reinbar.diff.pœn.17.
m l.quamuis.4.ff.tit.1.Bar. in hoc amplius.§.de his nu.1.de dam.infect.uid. Mynsing.obs.11.Cent.1.
n Landt.lib.2.art.27.ubi gl.latin.in fin.
o l.qui seruādarum.§.ult. de præscr.uerb.
p Paul.lib.1.tit.15.
q Paul.præall.loc.& ibi Cuiac.

Ad legem Aquiliam. Tit. II.

1 Continuatio tituli, & author L. Aquiliæ.
2 Tria capita legis.
3 Primum caput, & ad quas res pertineat.
4 Quid in eo significet iniuria.
5 Quid ueniat in hanc actionem, & ad quid agatur.
6 Pœnalem esse actionem, & an in hæredes transeat.
7 Cui detur ex hoc capite actio, aduersus quos.
8 De secundo & tertio capite.
9 De quibus rebus, cui, aduersus quem, ad quid detur ex hoc capite actio.
10 Actio in factum subsidiaria.

PORRO † quando non quadrupes, sed homo damnum iniuria dedit, ad id petendum consequendumq; lex Aquilia, quæ omnibus superioribus legibus de damno iniuria dato loquentibus derogauit, actionem præbet [a]. Eam legem Tribunus plebis Aquilius à plebe rogauit, ut lex Aquilia plebiscitum sit [b]: quod tamen perinde ac iussum populi, uel S. C. omnes Quirites obligat, ut diximus [c]. Legis † Aquiliæ tria sunt capita, quorum primo de occiso alieno homine quadrupedéue, tertio de uulnerato cauetur. Secundum huius legis etiam antiquis in usu non fuit [d]. Ac † primo quidem capite ita cautum est: QVI SERVVM SERVAM'VE, ALIENVM ALIENAM'VE, QVADRVPEDEM VEL PECVDEM INIVRIA OCCIDERIT, QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMI FVIT, TANTVM AES DARE DOMINO DAMNAS ESTO. ADVERSVS INFICIANTEM IN DVPLVM ACTIO EST [e]. Vt igitur apparet, seruis exæquat quadrupedes, quæ scilicet pecudum numero sunt, & gregatim habentur, ueluti oues, boues, equi, &c. Nam canis inter pecudes non est, quamuis domesticum sit animal, & multo minus feræ bestiæ [f]. quia hæc animantia per greges non habentur, neq; pascuntur [g]. Meritò † autem adijcitur, INIVRIA: non enim sufficit occisum esse, sed oportet iniuria id esse factum. Iniuriam autem hîc accipe, non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam, sed generaliter quod non iure factum est [h]: hoc est, si contra ius & per culpam quis occiderit. Igitur iniuriam hîc accipiemus, damnum culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit [i]. ut si quis canem aut aduersarium saxo petens, alium prætereuntem læserit [k]: cùm imperitia medicus, aut obstetrix, uel ignorantia quis hominem interficit [l]. Nam si dolo malo occidat, non modò ciuiliter lege Aquilia, sed etiam criminali legis Corneliæ de sicarijs iudicio tenetur [m]. Quare ubi iniuria deest, Aquiliæ locus non erit: ut si quis prouocantem ad sui defensionem, uel rerum suarum tutelam, læserit [n]. neq; tamen sufficit, alterum causam rixæ dedisse. nam quomodocunq; defensionis modus excedatur, semper iniuria damnum fit [o]: & proinde ciuili huic actioni locus est, etiamsi in criminalibus iudicijs prouocato, & modum excedenti parci, pœnaq; mitigari soleat [p]. Quare magistratus qui non ex lege, neq; iure, aliquem damno afficiunt, hac lege tenentur [q], & uniuersitates [r], & qui horum illicitis iussis parentes, damnum iniuria inferunt [s]. Occisum autem accipere debemus, siue gladio, siue fuste, uel alio telo, uel manibus, uel qualiter qualiter [t]. Ait lex: 1 2 3 4

QVANTI † IN EO ANNO PLVRIMI FVIT.) quæ clausula æstimationem habet damni, quod datum est [u]. nec solùm ueri damni dati, sed etiam aliquando longè maioris. Vt si quis hominem, qui hodie mancus, aut claudus, debilitatus'ue sit, occiderit, qui in eo anno integer aut precioſus fuerat, non tanti tenetur, quanti hodie est, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Item si precioso pictori aut scribæ pollex fuerit præcisus, & intra annum quo præcideretur fuerit occisus, in actione Aquiliæ eo precio æstimabitur, quanti fuit priusquam artem cum pollice amisisset [x]. Qua ratione creditum est, pœnalem esse huius legis actionem: quia non solùm tanti quisq; obligatur, quantum damni dedit, sed aliquando longè pluris [y]. Ideoq; † constat, quamuis hæredi cæterisq; successoribus hæc actio detur, 6
quia ex parte agentis est rei persecutoria, & damnū resarciri postulat: tamen in hæredem non transire, nisi fortè ex damno locupletior sit factus: quæ proculdubiò transitura fuisset, si ultra damnum lis nunquam 5

a l.1.hoc tit. de cuius materia uide etiā legem Mosaicam, Exod.21. & 22. Leuit.24.
b d.l.1.hoc tit.
c ad l.2. §. deinde cū esset. de orig.iur. §. plebiscitū. Inst. de iur.nat. gent. & ciui. & Inst. de l. Aquil.
d d.l.si seruus seruum.27. §.huius.4. hoc t. §.illud. in fin. Inst.eo.
e l.2.in prin.hoc t.
f l.2.in fin.
g l.3.hoc t.
h l.1.de iniur.
i l.5.§.iniuriam.1.hoc t.
k l.scientiam.46.§.j.h.t.
l l.8.l.9.l.si curator.31.h.t. §.præterea. Inst.eo.
m l.inde Neratius.23.§.si dolo.7.hoc t.§.liberum. Inst.eo.
n l.3.4.5.l.scientiam.41. §.1.hoc t.
o l.scientiam.46.§.j.l.si ex plagis.53 §.tabernarius.hoc t.
p uide Ias.in l.1. ff. de leg. & quæ dixi ad l.Cor.ff. de sicar.
q l.quemadmodum.29.§. penult.hoc t.
r uide Bart.in l.aut facta. §.nonnunquā.de pœn.
s uide Bald.in d.l.quemadmodum.§.pen. Dyn.in c.quod quis.34.in fi.de reg.iur. Dec.in l.non uidentur.127.§ qui iussu.de reg.iur.
t l.qua actione.7.§.1.
u l.ait lex.21.hoc t.
x d.l.2.l.inde Neratius.§.idem Iulianus.3.
y §.his autem. Inst.eo.

BIU Cujas

quam æstimaretur [a]. Annus autem retrorsum computatur, ex quo quis occisus est. Anno autem terminatur æstimatio pluris: nam actio ipsa damni, uelut rei persecutoria perpetuò durat, ut Cod. eod. tit. diximus. licet damnũ quod petit, ad æstimationẽ anni temporisq;, quo factũ illud est, redigatur. Quòd si mortiferè fuerit uulneratus, & postea post longum interuallum mortuus sit, inde annũ numerabimus, secundũ Iulianũ, ex quo uulneratus est: licet Celsus contrà scribat [b]. Sed utrum corpus eius solùm æstimamus quanti fuerit, an potius quanti interfuit nostra nõ esse occisum? Et quamuis uerba legis de æstimatione corporis occisi tantũ loquãtur, tamẽ ex interpretatione placuit, eoq; iure utimur, ut quicquid præterea perempto corpore damni illatum fuerit, resarciatur: puta si seruus hæres ab aliquo institutus, antequá adire iussus sit, occidatur, nõ solùm occisi fiet æstimatio, sed etiã hæreditatis. Item si ex pari mularum una, aut ex quadrigis equorũ unus interficiatur, supra preciũ interfecti corporis, id quoq; cõputabitur, quanti deprecati sint qui supersunt. In summa, omne quod ullo modo interest æstimatur [c]. Quo uerbo nõ modò cõprehenditur damnũ datum, sed & quod cõsequi potuimus, aut erogare cogimur [d]:
7 quod ex cõmuni æstimatione, nõ pro singulorũ affectione taxatur [e]. Dat † autẽ lex hanc actionẽ domino [f], qui solus ex uerbis legis directã habet: utilem uerò ex interpretatione alijs quoq; præstari, certum est. Quoties enim deficit actio ex uerbis legis directa, toties ex benigna interpretatione utilis à prętore datur [g]. Exempli gratia: Liber homo dominus membrorũ suorũ nõ uidetur. si igitur illi sit nocitũ, directam actionẽ nõ habet, quia nõ est dominus rei læsæ: sed tantùm ex sentẽtia legis utilem [h]. Quamobrẽ si occidatur, hæredes eius aut legatarij agere utiliter poterũt [i], cædis nomine, perinde atq; defunctus ob uulnus agere potuisset. Quam in actionẽ impendia in medicos facta, & quicquid lucri interuersum, aut damnũ per uulnus ac cædem datum est, uenit [k]. ipsius aũt corporis liberi hominis, aut membrorũ æstimatio nõ item [l]: quia hæc æstimationẽ non recipiunt. In Aquiliam aũt actionem quę damnũ æstimat, ac resarciri petit, nihil deducitur nisi Interesse, quod æstimari potest [m]. Quare aliæ actiões hoc nomine intentandæ sunt: uidelicet quibus non æstimatio aut id quod interest, sed pœna uel criminalis uel ciuilis, ob interfectũ liberũ corpus exigitur [n]. Fructuario quoq; uel usuario corporis perempti utile iudicium datur [o]. Datur aũt aduersus omnes, qui suo corpore damnũ dederunt. Nam si alio modo necauerint, ut seruũ inclusum, uel pecus famẽ, aut nimia actione, aut alio modo, Vtilis siue in Factum actio ex interpretatione legis cõpetit [p]. Eádem ratione nec aduersus mandantẽ datur: quia corpore suo damnũ non dedit, nisi ius imperandi habuerit [q]. Porrò aduersus cõfitentem dirigitur in Simplum: cõtra negantem, ad uindictã mendacij, in Duplum [r]. Et hæc quidem de primo huius legis capite, in quo de corpore occiso agitur, ita cauetur. Secundum nusquam extat, neq; extare opus est, cùm in desuetudinem sua iam ætate
8 abijsse, I. C. fateantur [s]. Tertiò † porrò capite eadem lex Aquilia ait: CAETERARVM RERVM
» PRAETER HOMINEM ET PECVDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAM-
» NVM FAXIT, QVID VE VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT INIVRIA, QVANTI
» EA RES FVIT IN DIEBVS TRIGINTA PROXIMIS, TANTVM AES DOMINO
9 DARE DAMNAS ESTO [t]. Si † quis igitur non occiderit hominem uel pecudem, sed Vsserit, Fregerit, Ruperit, id est, quoquo modo deteriorẽ fecerit, sine dubio ex his uerbis legis agendũ erit [u]: teneturq; uulneris seu læsionis nomine qui damnũ intulit, siue unus, siue plures [x]. Quòd si uerò plures uulnerauerint, nec ictus discerni potest, omnes tenebuntur, etiam tota quandoq; uniuersitas [y]: nisi ipsi inter se certò designare eum qui fecit, possint [z]. Tenentur aũt plures ad damni quidẽ æstimationẽ pro uirili, quia bona fides non patitur idem pecuniariũ debitũ in solidũ à pluribus exigi: sed ad pœnã statutariam, & mulctã, quæ (uerbi gratia) Iure Sax. pro uulneribus iudici, item parti læsæ, absq; respectu eius quod interest debetur, omnes uelut ex delicto obligati sunt in solidũ: ita tamẽ, ut in pluribus uulnerib. unius membri maius uulnus trahat ad se minus, sic ut nõ singula separatim puniãtur, sed pro omnibus præstetur mulcta maximi uulneris, scilicet dimidiũ Vuerigeldium [a]. In quo tamen & illud notandũ est, cum plures in rixa se mutuò uulnerãt, nec cõstat uter prouocauerit, delicta solere mutua cõpensatione tolli [b]. Idem iuris in omnibus animalibus quæ pecudes non sunt, aut læsis, aut occisis, de quibus primo capite nihil caueri suprà diximus, ex hoc capite actio erit: ut de cane, cæterisq; feris & auibus [c]. Sed etsi rebus inanimis quid damni inferatur, ut si tectum meũ exuras, uinũ uities, uestimẽta scindas uel inquines, uineta, segetẽ, &c. corrũpas, si tabulas, chirographũ, aut alicuius rei instrumentũ deleas, hac actione mihi teneris [d]: in quá uenit nõ Quanti plurimi toto retrorsum anno, sed Quanti in triginta diebus proximis res plurimi fuit [e]. Nec enim tam grauiter puniẽdus est qui lęsit, quàm qui occidit: neq; tanti cędes æstimãda est ferarũ quadrupedũ, quanti hominũ uel pecudũ, quarũ usus & cõmoditas maior existit. Illud palàm est, sicuti ex primo capite demum quisq; tenetur, si dolo aut culpa eius homo uel quadrupes occisus occisa ue fuerit: ita in hoc de dolo tantum aut culpa quæri [f]. Culpa aũt est, cùm quod diligẽter prouideri potuerat, nõ est prouisum [g]. Nam in lege Aquilia, etiã leuissima culpa uenit. Vt aũt ex primo, ita etiã ex isto capite utiles actiones de sentẽtia legis dantur, ut libero homini suo nomine [h]: ut cùm res nõ corrupta, sed cõsumpta planè est [i]: cùm quis nõ suo corpore damnũ dedit, sed occasionẽ dãni præsti-
10 tit: quę quidẽ actio Vtilis in Factũ aliquãdo nominatur [k]. Quanquá † propriè illa dicitur in Factũ actio subsidiaria, quę datur ppter dãna lege Aquilia non cõprehensa [l]: ut cùm neq; corpore damnũ datũ est, neq; corpus læsum: quẽadmodũ si seruũ meũ aut animal cõpeditũ solueris, ut fugeret [m]. Hic enim cùm deficiát & uerba & mẽs legis Aquiliæ, supplet Prætor qđ legi deest, redditq; actionẽ in ipsum dãni dati Factum, legi Aquilię accõmodatam [n]. Sed & Iniuriarũ dicam cum Aquilia cumulari posse, receptũ est [o].

DE

a d.l.inde Neratius. §. actionem. 6. d. §. his autẽ uerbis. Inst. eod. b d.l. ait lex. c d.l. ait lex. cum 2. ll. seq. §. illud. Inst. eod. d l. si seruum. 33. d.l. inde Neratius. §. in summa. e l. si seruũ. 33. hoc t. l. precia. 63. ubi Bart. ad l. Falcid. f l. item Mela. 11. §. legis. 6. hoc t. g l. quoties. 21. de præscr. uerbis. h l. liber homo. 13. hoc t. i l. sed si ipse. 14. hoc t. k l. j. §. hoc autem. l. fina. j. tit. j. l d.l. si. gl. in l. qua actione. 7. §. si. in uerb. gloriæ. hoc t. m l. arbitrio. 18. §. fi. de dol. mal. n l. j. §. 1. j. tit. 1. uide j. ad l. Cor. de sicar. o d.l. item Mela. p §. fi. Inst. eo. l. item si obstetrix. §. si quis homicidium. hoc t. q l. liber. 37. hoc t. l. is damnum. 130. de reg. iur. r d.l. inde Neratius. 9. §. j. l. contra negantem. 4. C. eo. tit. s d.l. si seruus seruum. 27. §. huius legis. 4. t d.l. si seruus seruũ. §. tertio autem. cap. 4. u d.l. si seruus seruum. §. si quis. 4. x gl. in l. si in rixa. 17. uer. uniuscuiusq; ad l. Cor. de sicar. l. item Mela. 11. §. sed si plures. hoc t. y uide Bar. latè distinguentem, in l. aut facta §. nõ nunquam. nu. 3. 4. 5. de pœn. z gl. d.l. si in rixa. 17. de sicar. a uide l. si ita uulneratus. 52. l. illud. 32. §. j. hoc tit. Bart. in l. prætor. §. si mihi. de iniur. in l. nunquam plura. de priuat. delic. & lib. Sax. 2. art. 16. uide etiam j. de pœn. Salic. in l. adulter. 5. C. de adulter. b l. scientiam. §. cum stramenta. ad l. Aquiliam. gl. in l. 1. §. cum arietes. si quadrup. paup. fecis. dic. ubi Bar. & Dd. latè. Tiraq. in tract. de pœn. cauſ. 66. c l. quemadmodum. 29. §. hac actione. 3. d d.l. si seruus seruum. §. si quis. 12. cum seq. l. in lege. 41. cum ll. seqq. hoc tit. cap. 3. Instit. eod. e d.l. quemadmodum. §. fin. f l. qui occidit. 30. §. fi. hoc t. g l. si putatur. 31. h d.l. lib. homo. i l. qui occidit. 30. §. 1. k l. qui seruandarum. 14. de præscript. uerbis. l. item si obstetrix. §. j. l. 7. §. proinde. 3. l. 11. §. si alius. l. 27. §. si quis. 12. l. 29. §. pen. cum similibus. hoc tit. l l. si seruum. 33. in fin. hoc tit. m §. fin. Instit. eod. n l. quia actionum. 11. de præscr. uerbis. o Mynsing. obser. 23. centur. 1. Spec. de iniur. §. j. num. 17. per l. item apud. §. si quis uerberato. de iniur.

BIU Cujas

De his qui deiecerint uel effuderint.

TITVLVS III.

1 Ratio edicti.
2 Edicti caput primum.
3 De quo loco, quáue deiectione loquatur prætor.
4 Cui, aduersus quos detur hæc actio: & num. 6.
5 Quid in hanc ueniat.
6 An in hæredes transeat, & quando sit popularis.
7 Clausula de noxa adiecta.
8 Alterum caput edicti.
9 Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc capite detur actio.

CVM † damna sæpe deiectione uel effusione prætergredientibus inferantur, meritò Prætor id 1
operam dans, ut per uias & itinera publica tutò & sine metu periculoq; commeare liceat, de his
qui Deiecerunt uel Effuderunt, hoc Edictum proposuit: VNDE † IN EVM LOCVM, 2
QVO VVLGO ITER FIET, VEL IN QVO CONSISTETVR, DEIECTVM VEL «
EFFVSVM QVID ERIT, QVANTVM EX EA RE DAMNVM DATVM FA- «
CTVMVE ERIT, IN EVM QVI IBI HABITAVIT, IN DVPLVM IVDICIVM «
DABO. SI EO ICTV HOMO LIBER PERIISSE DICETVR, L. AVREORVM «
IVDICIVM DABO. SI VIVET, NOCITVMQVE EI ESSE DICETVR, QVAN- «
TVM OB EAM REM AEQVVM IVDICI VIDEBITVR, EVM CVM QVO AGE- «
TVR CONDEMNARI, TANTI IVDICIVM DABO. SI SERVVS INSCIENTE «
DOMINO FECISSE DICETVR, IN IVDICIO ADIICIAM, AVT NOXAM DE- «
a l.1.in prin.hoc t. DERE[a]. VNDE † IN EVM LOCVM, inquit prætor, QVO VVLGO ITER FIT, &c.) 3
siue is locus publicus sit, siue priuatus, dummodo per eum uulgò iter fiat: quia iter facientibus prospicitur, non publicis uijs studetur. Semper enim ea loca, per quæ uulgò iter fieri solet, eandem securitatem habere debent. Cæterùm si quis in secretum & infrequentem locum deiecerit, non debet hoc Edicto teneri[b]: ut ne tum quidem, cum noctu deijcit. Vnde referente Gellio lib. 4. cap. 14. Mancinus ædilis
b d.l.1.in prin. Curulis cùm ad populum diem dixisset Manuliæ, quòd noctu ab egressu ædium prohibitus, & lapide de eius ambulacro ictus esset, uulnusq; ostentaret, decreuerunt Tribuni, iure ex eo loco Aedilem deiectum percussumq; uideri. Quod tamen intelligendum de ijs locis non est, ubi iter noctu fieri consueuit[c]. DEIECTVM, puta corpus solidum: ut lapis, tegula, &c. EFFVSVM, de liquore accipe. Quòd si
c l.pen.hoc t.
d d.l.1.§.quòd cum suspenderetur.1.hoc t. quid, cùm suspensum esset, decidit uel effusum est, perinde Edicto locus erit[d]. IN EVM QVI HA-
e d.l.j.§.si filiusfamil.5. BITAVIT.) Hæc † igitur in Factum actio datur in eum qui inhabitauit cùm quid deijceretur, siue pa- 4
f d.l.j.§.hæc in factum.2. trem, siue filiumfamiliâs[e]: non uerò in dominum ædium. Culpa enim penes habitatorem est[f]: uel
g l.5.l.pen.in fi.hoc t. quia deiecit, uel quia ne sui deijcerent, curæ non habuit. Suorum enim unusquisque culpam præstat[g].
h §.j.Inst.de oblig.quæ ex quasi delicto. Vnde non tantum hîc ex uero maleficio uel culpa, ut in l. Aquilia, sed etiam ex Quasi maleficio agitur[h]. Perinde autem est quo modo, quóue iure habitetur, siue in suo, siue in conducto, siue in gratuito: dummodo animo commorandi. Nam hospes qui pauliſper alicubi hospitatur, non tenetur, sed is qui hospitium dedit[i]. Huic tamen ex æquitate in uerum deiectorem actio dabitur, si ob id quod deiectum dicitur, damnatus est[k]. Si plures in eodem cœnaculo habitent unde quid deiectum est, ita ut difficulter sciri possit quis nam effuderit: in quemuis dirigi poterit actio, & quidem in solidum[l]. Quòd si cum uno
i d.l.j.§.hospes.7.
k l.5.§.cum autem.6.h.t.
l d.l.j.§.fi.cum 2.ll.seq. fuerit actum, cæteri non quidē litis cōtestatione, sed perceptione, id est, solutione ipsius damni liberabuntur: præstaturi partem detrimenti Societatis iudicio, uel Vtili in factum actione, ei qui soluit[m]. Ex
m d.l.3.& 4. quasi enim maleficio cùm teneantur, non in solidū, sed pro parte tantum debent exigi, & unius solutione omnes liberantur[n]. Si uerò plures diuiso inter se cœnaculo habitent, oportebit Prætorem æquitate motum, in eum potius dare actionem, ex cuius exedra uel cubiculo eiectum est[o].
n l.j.C.de condictio.furti. l.fi.§.si plures.5.nautæ. caupo.stabula. Hæc † autem actio ad exemplum legis Aquiliæ introducta est[p]. ut enim ibi, ita & hîc culpa punitur. 5
o l.5.in prin.& §.interdum.2. Hoc solùm differunt, quòd hæc sine adiectione ulla, id est, semper, in Duplū damni illati datur: illa Simplex est, nisi inficiatione crescat[q]. Vnde apparet in hac pœnam esse grauiorem, ut eius metu itinera publica reddantur tutiora: quod ut fiat, communis salutis & Reipub. maximè interest[r]. Atq; istud quidem obtinet, ubi res uel corpus læsum est, quod æstimari potest. Nam si liber homo deiectione perijt, damni æstimatio non fit in duplum, quia in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest[s]. Quòd autem æstimationem non recipit, & in quo simplum constitui nequit, id multo minus duplicari potest. Itaq; hoc casu 50. aureorum iudicium dabitur[t]. Quòd si uiuet, nocitumq; ei, id est, eius corpori (nam si
p d.l.5.§.cum autem.4.
q d.l.1.§.hæc in factum.2.
r d.l.1.in prin.
s l.3.§.si quadrupes pauperiem fecisse dica.
t d.l.1.uers.sed cum liber homo. uestimenta aut quid aliud ruptum corruptúmue fuerit, in duplum, ut diximus, fit æstimatio[u]) esse dicetur: non quidē in duplum actio erit, (ut enim totum corpus, ita partes quoq; eius & membra, &c. æstimationem non recipiunt) sed quanti iudici æquum esse uidebitur, tanti iudicium erit[x]: quo quidem in iudicio computabuntur mercedes medicis præstitæ, cæteraq; impendia quæ in curatione facta sunt: præterea operæ quibus caruit & carituras est, ob id quòd inutilis factus sit. cicatricum autem &
u d.l.1.§.hæc autem uerba.4.
x d.l.1.§.hæc autem.in fi. deformitatis nulla fit æstimatio, quæ in libero corpore nequaquam fieri potest[y]. Quod fortè sic intelligendum est, ut nulla certa communiter iniri possit aut debeat huius rei pensitatio. Quia tamen ex bono & æquo hæc actio datur, sanè non iniquum erit, rationem quoq; deformationis, quam homini ingenuo multis impendijs longè grauiorem tristioremq; esse posse certū est, pro modo circumstantiarum interdum haberi: maximè si culpa & iniuria damnum datum sit. Hæc † autem actio quæ competit de 6
y l.fi.hoc t. Effusis & Deiectis, perpetua est, & hæredi cōpetit, quia rem quæ duplo inest, persequitur: In hæredem uerò non datur, cùm respectu eius sit pœnalis. Quæ autem de eo competit quòd liber homo periisse dicitur, anno duntaxat durat: quia non modò pœnalis & Prætoria, sed etiam Popularis actio est: eoq; &
z l.lege.25.§.ult.de S.C. Sylla. pœnam inter fiscum & actorem diuidi oportet[z]. Popularia enim esse debent, quæ ad communem ciuium salutem, uindicandaq; ea, quæ ei nocere uidentur, pertinent. Omnes autem populares actiones

supra

supra annum non extenduntur [a]. Neq; in hæredem, quia pœnalis: imò nec hæredi datur, tanquam hæredi. Nam sanè absurdum accideret, ut hæres precium quasi occisi consequeretur eius, cui hæres extitit [b]: sed ut uni ex populo. Quòd si liber homo nõ interfectus, sed ictus mutilatúsue sit, ipsi quidem Perpetua erit actio, qua rem & damnum persequitur: si uerò alius uelit experiri, Annua erit, quia popularis: nec enim hæredibus iure hæreditario competit. Quippe quòd in corpore libero damni datur, iurè hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium, cum pecunia æstimari liberi hominis membra nequeant, sed ex bono & æquo hæc actio oriatur: hoc est, non datur ad damnum aut æstimationem hoc casu ista actio, non liberum corpus æstimationem nõ recipit. Sed quia iniquum fuerit impunè liberum hominem deiectione interfici: cum nec Criminalis actio locum habeat, quia dolus abest [c]: nec Ciuilis, Aquilia, aut similis ad æstimationem damni, cum uita sit inæstimabilis: ideo hæc actio ciuilis non in Damnum, sed ad Pœnam introducta est [d]. Quę autem ad pœnam & uindictam competunt actiones, non sunt in bonis, eoq; nec iure hæreditario transeunt in hæredem [e]: sed ex æquitate dantur hoc casu hæredi, quia non tam transeunt quàm incipiunt in persona hæredis, utpote quæ demum ex cæde testatoris nascantur. Poterit igitur tanquam unus ex populo hæres intra annũ agere, ad quem huius culpæ tam damnosæ persecutio & uindicta, meritò præ reliquis defertur. Postremò [†] ait Prætor: SI SERVVS NESCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, EI IVDICIO ADIICIAM, AVT NOXAM DEDERE.) Ex quo satis apparet, solere prætorem formulas iudiciorum concipere, ijsq; addere clausulas negocij circumstantijs congruentes, quas iudex in definienda causa sequeretur: sicuti hîc, quando ex serui facto dominus conuenitur, non simplex iudicium, sed addita clausula, Vt noxæ dedere liceat, se daturum pollicetur. iniquum enim esset, serui factũ ultra ipsius corpus domino damnosum esse. Et hæc quidem ad primàm huius Edicti partem dicta suffi ciant, in qua de damno deiectione dato agitur. Sed quia expedit periculosos casus præuertere, nec expectare donec noceant: meliusq; est occurrere in tempore imminentibus periculis, quàm post exitum & uulnus acceptum medicinam quærere [f]: consequens etiam fuit, Prætorem in hunc casum prospicere, Vt si quid in partibus ædium eminentibus periculosè positum esset, ne noceret. Itaque [†] in secundo huius Edicti capite, De eo quod depositum est, ita Prætor ait: NE QVIS IN SVGGRVNDA PROTECTOVE, VEL SVPRA EVM LOCVM QVO VVLGO ITER FIET, IN VE QVO CONSISTETVR ID POSITVM HABEAT, CVIVS CASVS NOCERE CVI POSSIT. QVI ADVERSVS EA FECERIT, IN EVM SOLIDORVM DECEM IN FACTVM IVDICIVM DABO. SI SERVVS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, AVT AESTIMATIONEM DARI, AVT NOXAE DEDI IVBEBO. Vt igitur in superiore capite, qui Deiecit uel Effudit: sic in isto coercetur, qui Positum habuit, siue nocuit id quod positũ erat, siue non nocuit. Datur [†] autem hæc actio non in habitatorem, sed in eum qui posuit [h]. Sufficit enim ita dari, quia dominus uel habitator, etsi ipse non posuit: tamen si ab alio positum petitur, suo nomine, perinde atq; si posuisset, tenetur [i]. Loquitur autem Edictum de partibus ædificij proiectis & eminentibus, ut suggrundis: quemadmodum ex uerbis illis, SVPRA EVM LOCVM, &c. satis apparet. Quamobrem si quis ex resticulo suspensum, uel in pergula quid positum habeat, quod damnum aut dedit, aut dare potest: non quidem ex uerbis huius Edicti quæ deficiunt, sed ad exemplum huius actionis, utilis actio dabitur [k]. Hæc actio etiam popularis est: quoniam publicas uias esse securas, & ab omni periculo liberas, uniuscuiuslibet interest [l].

[a] l. fi. ff. de popula. actio.
[b] l. nam sicut. 36. ff. tit. j.
[c] l. in lege. 8. de sicar.
[d] l. 1. §. j. & 2. hoc t.
[e] l. 2. §. emancipatus. de collat. bon.
[f] l. j. C. quando liceat unicuiq;.
[g] l. 5. §. prætor ait. 6. hoc t.
[h] d. l. 5. §. si id quod. 9.
[i] d. l. 5. §. si id quod. 9.
[k] d. l. 5. §. fin.
[l] d. l. 5. §. fin.

De noxalibus actionibus. Tit. IIII.

1 *Quare dentur noxales actiones.*
2 *Noxales in delictis publicis non habent locum.*
3 *Quid ueniat in noxalem actionem.*
4 *Noxales esse tantùm adiecticias qualitates.*
5 *Quæ ciuiles, quæ prætoriæ dicantur.*
6 *Quomodo conueniatur is, qui dolo possidere desijt.*
7 *Generale edictum de noxalibus.*

1 QVEMADMODVM [†] habitator suorum culpam præstat, ita dominus, si seruus deliquerit, eius nomine cõueniri potest. Cùm enim aduersus seruum agi nequeat, simul quia personam standi in iudicio legitimam nõ habet [a], utpote cùm iure ciuili pro mortuo, hoc est, nullo putetur, neq; caput habeat [b]: simul quòd nihil proprij possideat, ex quo damnum resarciri possit [c]: & iniquum tamẽ sit, ei qui infortunium accepit, nõ consuli: æquum uisum fuit dominum, ex noxa, id est, maleficio serui, Noxalibus actionibus obligari: ut cui emolumenta & fructus acquirerentur, ad eundem detrimenta, 2 culpa serui contracta pertinerent. Quod [†] tamen intelligendum est de priuatis iudicijs, quæ damnum persequuntur. Nam ad publica maleficia, quibus & liberi, & serui fontes, ad exemplum & uindictam corporali supplicio afficiuntur, Noxalis actio non pertinet [d]. Dantur [†] igitur ad damnum persequendum noxales actiones in dominum: quarum uis & potestas hæc est, ut si damnatus fuerit dominus, habeat tamen (usq; dum Iudicati actione conueniatur [e]) deditione ipsius corporis, facultatem euitandi litis æstimationem [f]: ne uidelicet nequitia serui, ultra corpus eius domino sit damnosa [g]. Defendere itaq; seruum, & damnum præstare dominus cogitur, aut eo carere, & noxæ dedere [h]. Quod quidem uerum est, si ignorante domino deliquit. Nam si eo sciente, uel non prohibente, ad integram litis æstimationem, perinde ac si iussisset, dominus alligatur [i]. Dicuntur [†] autem Noxales actiones, adiecticiæ quædam qualitates, & formulæ ad alias principales appositæ: ueluti noxalis actio Furti, noxalis Aquilia, noxalis Iniuriarũ, Doli mali, Metus, &c. Nec hæc qualitas immutat principalis actionis naturam [k]: sed id tantùm efficit, ut & contra dominum detur actio, & is noxæ dedendo seruum, æstimationem litis effugiat. Itaq; [†] quod dicitur, Noxales actiones aut legibus aut Edicto prætoris esse constitutas [l], ita accipiendum est: Quibus actionibus in lege additũ est caput De noxa, ut actioni Furti lege 12. Tabularum; damni

[a] l. seruus. C. de iud. l. uix certis. 53. ff. eo.
[b] l. quod attinet. 32. de reg. iur. uid. ff. de cap. dimin.
[c] l. hos accusare. 12. §. omnibus. 1. de accusationib.
[d] l. 2. C. de accusat. d. l. hos accusare. §. omnibus. l. pen. ff. si ex noxali causa agatur.
[e] l. item ueniũt. 20. §. idem recte ait. 5. de petit. hæredita.
[f] l. j. hoc t.
[g] l. 2. in prin. hoc t. Instit. eo. in prin.
[h] l. 29. l. 33. hoc t.
[i] l. 2. cum 3. ll. seqq. hoc t.
[k] l. pen. C. eo. tit.
[l] §. sunt autem. Inst. eo.

BIU Cujas

damni Iniuriæ lege Aquilia, hæ noxales actiones legitimæ sunt: cùm uerò Prætor de Noxa clausulam aut Ciuilibus aut Prætorijs actionibus adiungit, Prætoria dicitur noxalis actio. Et hæc quidem directò dantur ex uerbis uel legis, uel Prætoris [a]. Quòd † si dominus seruum dolo desijt possidere, quoniam 6
tunc actio ex supradictis capitulis non suppeditat, ex quibus tantùm aduersus dominum possidentem (quia noxam caput sequi uoluerunt [b]) agi potest: ideo Prætor ad puniendum dolum quem non decet esse impunitum [c], pollicetur iudicium Prętorium siue Vtile, idq; sine noxę deditione [d]. Itaq; † omnibus 7
noxalibus actionibus hanc quasi explicationem generali Edicto Prætor adiecit: SI IS IN CV- «
IVS POTESTATE ESSE DICETVR, NEGAVERIT SE IN SVA POTESTATE «
SERVVM HABERE: VTRVM ACTOR VOLET, VEL DEIERARE IVBEBO IN «
POTESTATE SVA NON ESSE, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE QVO «
MINVS ESSET. quo casu, si falsum iurat, de periurio tenebitur: poteritq; ab ipso si seruum iterum «
defendat, peti æstimatio damni in solidum [e]. VEL IVDICIVM DABO, SINE NOXAE DE- «
DITIONE [f]. hoc est, permittam, ut cùm domino in solidum agi possit, adempta illi dedendæ noxæ fa «
cultate [g]. SI SERVVS PRAESENS ERIT, NEC QVISQVAM SIT QVI EVM DE- «
FENDAT, DVCI IVBEBO: qua ductione illi acquiretur qui abduxit, perinde atq; si noxæ dedi «
tus esset [h]. Sed hodie apud nos Sax. qui ministris liberis, non seruis utimur, huius Edicti nō magnus est usus: cùm illorum nomine non teneamur [i], nisi quatenus eorum merces se extendit [k].

a l. electio. 26. §. j. hoc t.
b §. omnis. Inst. eo. l. fi. b. t.
c l. 4. §. cum dominus. 2. hoc tit.
d l. si plurium. 5. l. quoties. 21. hoc tit.
e d. l. quoties. in fi.
f d. l. quoties. §. prætor ait 1.
g d. l. quoties. in princ. l. si seruus. 17. de interrog. actio. l. 1. §. interdum. 5. si quadrupes pauper.
b l. is qui in aliena. 32. l. electio. 27. §. fi. hoc tit.
i §. omnis. Inst. de nox. tot. tic. C. Ne ux. pro mar. cū seq.
k Landtr. lib. 2. art. 32. ubi gl. lat.

DIGEST. LIBER X. FINIVM REGVNDORVM. TIT. I.

1 Continuatio tituli.
2 Origo iuris de finibus regendis.
3 De quinq; pedum præscriptione.
4 Ad quos fines, quasq; causas, hæc actio pertineat.
5 Quibus, contra quos detur.
6 Cuiusmodi sit iudicium, & quid in illud ueniat.
7 Quomodo in eo probandum & iudicandum.
8 Reliqua iura quibus fines muniuntur.

PRAETER † actiones perfectè reales, aut merè personales, quædam sunt quæ mixtam causam obtinere uidentur, de quibus deinceps est disserendum. In hoc genere primum locum eæ actiones obtinent, quibus aut Fines agrorum petuntur (nam hæ uendicationi cohærent [a]) discerni ac regi, aut res Communes diuidi [b]. Vt † certi agrorum cōstituantur fines, 2
certisq; limitibus confines fundi disterminentur, ad pacem seruandam, rixasq; & arma inter uicinos sopienda, plurimum interest. Itaq; & lege diuinâ prohibitum est, terminos transferre, Deuter. 19. 27. & statim ab urbe condita, Numam Pompilium ferunt, consecrato Deo Termino, iura finium religione quadam muniuisse: ne, quod fieri solet, quodque est perniciosissimum, temeritate cuiusquam aut iniuria uiolarentur [c]. Deinde lege 12. Tabularum, ad exemplum eius legis quam Solon Athenis tulisse dicitur, de finibus quædam præscripta sunt [d]: idq; inter cætera, (quod huc pertinet) ut inter confines agros quinq; pedum spacium, uelut unus gradus geometricus, quò iri sine alterius incommodo colendi gratia, aratrumque circumduci possit, relinqueretur [e]. Id spacij, & fines constituebat, & ex lege 12. Tab. usucapi, ex constit. præscribi non poterat [f], ut ostendit Cicero lib. 1. de Legibus. quanquam hodie 30. annis præscribi posse uideatur [g]. De † his ergo quinq; pedibus, aut alijs finibus (nec enim in di- 3
sterminandis hortis aut pratis tantum spacij olim relictum, sed aut lapide, aut sepimento, aut alio modo, confinia discerni solere, multis ex indicijs apparet) orta controuersia, propter mutatos confusosq; terminos, aut dolo aduersarij per exarationem, translationemq;, &c. aut inundatione, uetustate, alióue modo, lege Manilia cautum erat, ut arbitri siue agrimensores tres perinde atq; in uendicationibus, earum rerum periti, regendis finibus, id est, discernendis, & ad certam æquabilemq; regulam dirigendis darentur [h], ut supradicto loco Cic. declarat. Quod quidem regendi ius cùm sit, ut ostensum est, antiquissimum, iure primo loco in hac diuisoriorum iudiciorum expositione exponitur [i]. Iudicium † autem hoc 4
ad prædia rustica, eorumq; confinia pertinet [k]: in urbanorum displicuit [l]. Neq; enim confinia hæc sunt, sed magis uicina, & communibus parietibus plerunq; disterminantur. Ideoq; etsi in agris ædificia iuncta sint, tamen huic actioni locus non erit, sed potius Confessoriæ, aut Negatoriæ, aut alicui Interdicto: quemadmodum econtrariò in urbe hortorum latitudo efficit interdum, ut etiam Finium regundorum agi utiliter possit [m]. Si uerò flumen uel uia publica interuenit, confinium non intelligitur, quia magis in confinio meo uia publica uel flumen est, quàm ager uicini [n]. Sed si riuus priuatus interfluit, Finium regundorum agi potest [o]: quia pars fundi est, sicuti reliqui priuati limites. Exercitium † autem istius iudi- 5
cij competit dominis prædiorum: quia hac actione, quamuis in Personam sit, tamen ueluti per uendicationem, petit sibi rem quisq; suam adiudicari [p]. Datur & utilibus dominis, ut Emphiteutæ, Beneficiario, &c. item Fructuario, & Creditori qui iure pignoris possidet [q], propter ius quod in re habent. Contra eosdem autem omnes eádem ratione competit: quia Duplex hoc est iudicium [r]. Inter socios porrò qui communes agros possident, locum habere non potest. Vt si ego & tu fundum habeamus communem, cui uicinum alium ego fundum habeam proprium, non constabit inter nos finium regundorum controuersia: quoniam adiudicationes quibus hoc iudicium expeditur, in re Propria fiunt, in Communi fieri nullo modo possunt. Quod enim alteri adiudicatur, & tanquam suum sententia iudicis attribuitur, commune manere non potest: aut si manet, inutilem & nullius usus esse adiudicationem dicendum est: quod fuerit perabsurdum. Itaq; si uelim tecum contendere, necesse habeo, aut communi diuidundo fundum communem tecum diuidere, aut proprium alienare [s]. Iudicium † Finium regundorum est 6
mixtum. Datur enim partim in personam, ut reliqua iudicia, in quibus de diuisione agitur: uel ex maleficio, cōtra uiolantem terminos: uel ex negatione, aduersus eum qui alios limites præscribit, quàm nos esse intendimus: partim in Rem, quandoquidem nostrum petimus, ut uidelicet domino, uel potius

agris

a l. 3. C. eod. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 21.
b §. quædam. Inst. de act.
c Dionys. Halic. lib. 2.
d l. fi. hoc t.
e l. 3. de ter. mot. Paul. lib. 1. tit. 15. Aggen. de limit. constan. lib. 2. Cuiac. in l. 4. §. ult. de usucap.
f l. quinq; pedum. C. eod. Cuiac. in d. l. 4. §. ult.
g l. ult. C. eo.
b Cuiac. obs. lib. 5. cap. 21.
i §. singulorum. in fi. Inst. de rer. diuis.
k l. 2. l. 4. §. fi. hoc t.
l d. §. fi.
m d. l. 4. §. fi.
n d. §. fi. l. 5. hoc t.
o l. 6. hoc t.
p l. 1. hoc tit.
q d. l. 4. §. finium. 9. hoc t.
r l. iudicium. 10. hoc t. l. in tribus. 13. de iud. uide gl. & Dd. §. pen. Instit. de interd. l. 2. j. com. d. uid.
s d. l. 4. §. si communem.

BIU Cujas

agris suum adiudicetur [a]. Finis autem & conclusio (ut ita dicam) huius actionis, est, ut ueteres termini officio iudicis restituantur: uel si non apparent, dirigantur noui, eiusq; quod interest, & post litem contestatam fructuum ratio habeatur. Nam antè percepti non omnimodo in hoc iudiciũ uenient: quandoquidem si bona fide percepti sunt, lucro eius cedunt qui consumpsit: sin mala fide, condicuntur [b]. Duplex autem hoc iudicium est, quia unusquisq; & agentis, & eius qui cum agitur, partes sustinet: siquidẽ
7 uterq; petit, & ab utroq; petitur [c]. Porrò † quomodo dirigendi sint fines, & quod sit iudicis officium, ut intelligatur, sciendum est, cùm de finibus quæritur, primò (sicuti in cæteris realibus iudicijs) de Possessionis iure quæri solere [d], quo uidelicet modo & loco termini hactenus sint obseruati & possessi [e]: ad quod utrinq; probationes sunt producendæ [f]. In his enim duplicibus iudicijs utrinq; documenta exiguntur, quia uterq; petitoris personam gerit [g]. Possessionem autem iustam qui probauerit, obtinere debebit, ex uulgari regula: Cùm obscura sunt utriusq; partis iura, pro possessore iudicari solet [h], nisi aduersarius de iure proprietatis, alijs q; finibus docuerit [i]. Probantur autem fines ueteribus monumentis: ut sepibus, fossa, arboribus, &c. authoritate census, ante litem inchoatam ordinati: nisi contrà uarietate successionum, & arbitrio possessorum, additis uel detractis agris, fines esse immutatos demõstretur [k]. Qua in re plurimùm ualẽt testimonia eorum, qui antea eos fundos possederunt [l]: fama antiqua, præsumptio iuris, & similia [m]. Quòd si fines aut in uniuersum, aut in aliqua parte non satis commodè dirimi possint, uel quia obscura sunt utriusq; partis tam in possessione probãda quàm in proprietate iura, uel ob aliam incommoditatem: potest iudex, quamuis hæc actio non sit bonæ fidei, utpote quæ non ex ciuili bonæ fidei conuentione, sed ex delicto aut facto unius, aut iure reali ut uendicatio cui cohæret, oriatur: tamẽ ueteris obscuritatis amouendæ gratia, nouos fines per aliam regionem, ubi commodum fuerit, dirigere, idq; per adiudicationem & condemnationem ex bono & æquo [n]: ut cui fundo fit adiudicatio alicuius portionis terræ, porrectis in alienum agrum terminis, eius dominus pro eo quod illi adiudicatũ est, certa pecunia cõdemnetur illi cuius agro aliquid abiudicatum est [o]. Quæ ut omnia rectè æquabiliterq; fiant, est iudicis, uel suis ipsum oculis loca de quorum finibus ambigitur, subijcere, ac in rem præsentem ire: aut si per occupationes non licet, agri mensores mittere, per quos iubeat præsentibus litigatoribus, aut contumaciter absentibus examinari in re præsenti causam, & per dimensionem agrorum terminos declarari: ex qua declarationis relatione, finium regundorum quæstioni finem imponet [p].

8 Sed † super hoc iudicium etiam alia iuris remedia inuenta sunt, quibus finium distinctio aptè munitur. Nam quo minus custodiuntur agrorum limites, quoq; magis patent iniurijs [q], eo diligentius legum sanctionibus defendi eos par est. In primis qui post delatam finium regundorum quæstionem, non expectata iudicis sententia, partem fundi alieni usurpare audet, non solùm quod petebat amittit: sed quo magis unusquisq; contentus suo rem non expetat alienam, qui irreptor agrorum in lite fuerit superatus, tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittet [r].

Deinde Agraria lege, quã Caius Cæsar tulit aduersus eos, qui terminos statutos extra suum agrum fines ue dolo malo mouerint, pecuniaria pœna cõstituta est. Nam in terminos singulos quos eiecerint, locóue mouerint, 50. aureos in publicum dare iubentur: & huius actionis petitio est eius qui uolet [s]. Sed & criminali iudicio eos qui pessimo facto terminos finium causa positos, protulerunt, rescriptum D. Adriani persequitur: quo pœna corporalis, ut relegationis, uerberum, operis publici, &c. ex conditione personæ, & mente facientis, irrogatur [t]. Quæ quidem accusatio ciuile finium iudicium non tollit, neq; ab eo tollitur: sed qui finium regundorum egit, accusare Termini moti reum potest, & contrà [u]. Alterutro tamen iudicio pendente, æquum est alterum ad finem usq; prioris differri *. Illud ultimò addo, ius Sax. hac in parte non discrepare à iure communi: nisi quòd aliud spacium, nempe trium pedum inter confinia uelit relinqui [y], quàm iure communi cautum sit, & definitum [z]: & ciuili tantum mulcta puniat eos qui ignoranter fines transponunt *: criminaliter uerò & arbitrariè, qui dolo malo **.

a d.l.1.d.l.4.§.si alter.5.
b l.4.in prin.hoc t.
c l.10.hoc t.
d l.is qui destinauit, 24.de rei uend.
e l.3.C.eod.
f c.3.de probat.
g l.in tribus.13.de iudic.l. inter cohæredes.44.§. qui familiæ.4.j.tit.j.
h c.in pari.de reg.iu.in 6. §.cõmodũ.Inst.de inter.
i c.ex literis.de probat.
k l.8.l.11.hoc t.l.2.C.eod.
l l.pen.hoc t.l.1.C.eod.
m uide Bald.cons.161.proponebatur.uol.3.Socin. consil.86.nu.2.4.& 5. incip.in causa.uolum.1. & consil.166.in 2. parte.gl.in c.cum causam. 13.de probat.& in c.ad audientiam. de præscr. uide Zobel.Land.lib.2. art.50.
n §.quædam.in fi. Inst.de act.
o l.2.3.4.§.si aliter.5.h.t.
p l.8.h.t.l.3.C.eod.l.inter castellanum.44.de recep.arbit.
q Dionys.Halic.lib.2.
r l.4.C.eo.tit.
s l.fi.de termi.moto.
t l.2.de termi.moto.uide Paul.lib.1.tit.16.l.1.C.de accusat.
u l.4.§.si dicantur.4.h.t.
x l.4.de publ.iud.l.unic. C.quando ciuiles actio. præiu.crimin.
y Land.li.2.art.51.Reinh. diff.35.parte ult.
z l.fi.hoc t.
* lib.2.art.28.
** uide gl.Zob.in d.art. 28.Fachs.dif.65.Reinh. præalleg.loc.

Familiæ erciscundæ. Tit. II.

1 *Ratio & origo huius iudicij.*
2 *Definitio, & quale sit iudicium.*
3 *Quid hoc iudicio petatur.*
4 *Quibus detur hæc actio.*
5 *De quibus rebus, & quid in hoc iudicium ueniat.*
6 *Quæ ratio diuisionis ineunda.*
7 *Quando detur, & quamdiu hæc actio.*
8 *De effectu huius iudicij: & de diuisione.*

1 QVemadmodum † ex ueteri legis 12. Tabularum iure hæreditates dantur [a]: ita indidem actio descendit, qua res hæreditaria inter hæredes à communione discedere uolentes, diuidi officio iudicis petuntur [b]. Cùm enim materia communionis soleat excitare discordias [c], eoq; inuitum in communione detineri lex uetet [d]: necessarium uidebatur, aliquam hæredibus largiri actionem, qua res iure successionis communicatas, ad diuisionem reuocare, ad eamq; diuisionem faciendam cohæredes
2 prouocare possent: quæ quidem actio, iudicium Familiæ erciscundæ nominatur. Nam † familia inter alia hæreditatem significat [e], ut in illis, legis 12. Tabularum uerbis: AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO [f]. Erciscere autem antiquum uerbum, idem est, quod Diuidere. Hinc dictum iudicium Familiæ erciscundæ, quòd eo familia, hoc est, hæreditas, erciscitur, id est, diuidi petatur. EST AVTEM HOC IVDICIVM ciuile, duplex, mixtum, bonæ fidei, uniuersale, quo ad diuisionem hæreditatis officio iudicis inter cohæredes faciendam agitur. Dico esse CIVILE, quia ex lege 12. Tabularum descendit [g]. DVPLEX, quoniam unusquisq; hæredum & rei & actoris partes sustinet [h]: licet quantum ad ordinem iudiciorum seruandum attinet, qui prior ad diuisionem prouocat, actoris uice fungatur [i]. MIXTVM. nam dirigitur tam in Rem quæ diuidi petitur, quàm in Personam respectu personalium præstationum [k], ut accepti, commodi uel incommodi, fructuum, expensarum [l], & adiudicationum: quæ personales sunt [m]. Permittitur enim in his iudicijs diuisorijs iudici, rem alicui litigatorũ,

a d.l.1.§.de pet.hær.
b l.1.hoc t.
c l.cùm pater.79.§.dulcissimis.de lega.2.
d l.fi.C.communi diuidun.
e l.ult.C.de uerb.sign.l. pronunciatio.195.§.familiæ.1.ff.eo.tit.
f d.l.pronunciatio.Vlpia. cap.26.in princ.Inst.de leg.ag.succeß.ubi dixi.
g d.l.1.hoc t.
h l.2.§.in familiæ.3.l.45. §.qui familiæ.4.hoc t.
i l.in tribus.13.§.de iudic. l.2.in fi.j.tit.1.l.iudiciũ. 10.sup.tit.1.
k l.item.22.§.familiæ. pen.hoc t.
l l.bis consequenter.18. cum l.seq.hoc t.
m d.l.item.§.pen.

BIU Cujas

ex bono & æquo compensatione precij facta, adiudicare [a]. Quin & ea ratione personalis cẽsetur, quòd ex Quasi cõtractu ortum habeat, & in personam cohæredis tantum detur [b]. BONAE FIDEI iudicium est [c], cùm quia ex ciuili bonæq; fidei negocio ortum habet, tùm ut laxior sit iudicis in adiudicationibus ex bono & æquo faciendis potestas. VNIVERSALE dicitur, quoniam uniuersa hæreditas in hoc iudicium deducitur, adeò ut in omnium agentium personam condemnationes & absolutiones faciendæ sint [d], nec quippiam debeat iudex relinquere indiuisum [e]. Peti † autem in hoc iudicio, & ad 3
id agi, ut res hæreditariæ officio iudicis diuidantur, certum est [f]. Nam tum demum huc peruenìri solet, cùm neq; ex testatoris, nec hæredum uoluntate hæreditas diuisa est: quemadmodum paulo pòst dicemus, ut quæ priuata consensione iniri nequit partitio, ea iudiciali authoritate explicetur. Illud † porrò 4
in aperto est, inter cohæredes duntaxat [g] huic iudicio esse locum, quocunq; tandem iure hæredes sint, siue suo nomine, siue iure successionis [h]: & siue possideant suam portionem, siue petant [i]: quorum uel unus arbitrium Familiæ erciscundæ petere inuitis cæteris potest [k]. Sed nec dubitandum est, quin & inter pauciores hæredes ex pluribus hoc iudicium accipi possit [l]: quod tamen absentibus, aut ad diuisionem non uocatis, nullum creat præiudicium [m]. Et generaliter, qui petere hæreditatem possunt, hi & diuisionem rectè petunt [n]. Bonorum uerò possessoribus, fideicommissarijs, reliquisque qui ueri hæredes iure Ciuili non sunt, sed uicem hæredis repræsentant: non quidem Directum hoc iudicium, quod cùm ciuile sit, tantũ ad ueros iure ciuili hæredes pertinet, sed Vtile ex æquitatis interpretatione sententiaq; legis competit [o]. Porrò qui cohæres non est, ei nec adiudicari quippiam oportet, neq; aduersarius est condemnandus: deniq; planè aditus huius iudicij est præclusus: adeò ut is qui possidet, si neget agentem esse sibi cohæredem, possit eum excludere per hanc exceptionem, Si in ea re qua de agitur, præiudicium hæreditati non fiat. Prius enim oportet de iure hæreditario per petitionem hæreditatis cognoscere, quàm de diuisione [p]. Iam † uideamus de quibus rebus detur hæc actio, & quæ res, quomodo in 5
hoc iudicium ueniant. Ad omnem igitur hæreditatem, siue ex testamento, siue ab intestato deuolutam, pertinet [q]. Sed & de pluribus hæreditatibus, quæ inter eosdem ex diuersis causis cõmunes sunt, unum Familiæ erciscundæ iudicium sumi potest [r]: deq; omnibus rebus hæreditarijs, tam soli quàm mobilibus, siue in ipsa hęreditate inuentis, siue occasione hæreditatis, ut usucapione [s], &c. acquisitis: etiam alionis, quas bona fide defunctus possedit [t], aut pignori habuit [u]: deniq; de omnibus omnino commodis & incommodis hæreditatis, iudicium familiæ herciscundæ competit [x]. Vnde in illud & præteriti temporis fructus ueniunt [y]: item ea quæ uel dolo, uel culpa cohæredis, aut amissa, aut deteriora reddita sunt [z]. Ex quibus intelligitur, quid sit quòd dicat I.C. [a] Iudicium hoc ex duobus cõstare, Rebus uidelicet quæ diuidi petuntur, & Pręstationibus, quæ alij ab alio, ratione fructuum, doli, culpæ, sumptuum, &c. sunt faciendæ. Porrò non ueniunt in iudicium familiæ erciscundæ nomina [b]: quia ex lege 12. Tabularum sine ullo iudicio inter hæredes proportione hęreditaria sunt diuisa, ut aliter diuidi nequeant [c]. Sed nec pernicioſa ueniunt, ut mala medicamenta, aut uenena, aut libri improbatæ lectionis, &c. quæ à bono & innocente iudice statim sunt corrumpenda: neq; quæ furto aut alio crimine acquisita sunt, quæ dominis, aut quibus debentur, restitui oportet [d]: nec quæ speciali titulo, ut pro donato, aut pro emptore à cohærede possidentur [e]. uniuersalia enim iudicia aduersus titulo speciali possidentem non dantur, quemadmodum suprà diximus [f]. Vnde si quid contendas ex hæreditate mihi tecum esse commune, quod ego ex alia causa meum proprium dico, id in Familiæ herciscundę iudicium, quod de sola hæreditate datur, non uenit [g]. In hoc iudicium illa quoq; deduci ac reputari æquum est, quæ à morte testatoris in res hæreditarias insumpta sunt: & quicquid omnino necessitate cogente, non etiam ex uoluptate [h] cohæres fecit aut expendit [i]. Quædam etiam cohæredi ut præcipua adiudicari debent, nec reputantur: ueluti prælegata [k], & quod defunctus hæredi debuit [l]: item expensæ nomine studiorum filij factæ [m]. Quia † ue 6
rò non solet hoc in iudicio inter hæredes conuenire, penes quem tabulæ testamenti, cautiones, instrumenta, pendente iudicio custodiri debeant: ideo curare debet iudex ut apud eum maneant, qui maiore ex parte hæres sit, cæteri descripta recognitaq; habeant: cautione tamen interposita, ut cùm res exegerit, ipsæ Authenticæ tabulæ exhibeantur. Quòd si omnes ijsdem ex partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet: aut ex consensu uel suffragio eligendus erit amicus, apud quem deponantur, uel in æde sacra deponi debent [n]. Illud autẽ officio iudicis incumbit, ut nihil omnino relinquat indiuisum [o] (nam cum tota hæreditas petatur diuidi, sententia & officiũ iudicis, libello debet esse conforme [p]) sed in omnium personis absolutiones & condemnationes faciat [q]: de euictione alijsq; iuribus cautiones ex bono & æquo interponi iubeat [r]. Et si quæ res commodè diuisionem non recipiunt, uel alternis temporibus adiudicet [s], uel licitatione admissa, & compensatione precij facta, alteri rem, alteri precium addicat [t]. Quòd si altera pars diuisionem detrectet, nihilominus potest iudex diuidere, & præsenti suam adiudicare partem, absentis uerò partem sequestrare [u]. Potest & in dubijs sorti rem committere [x]. diuisionis autem potestatem uni, alteri uerò electionis facere, iure ciuili, nisi per modum Licitationis, ut dictum est, non potest [y]: quod tamen & à Canonistis [z]: & moribus nostris est receptum, scilicet ut maior natu diuidat, minor eligat [a], etiam in diuisione feudalium bonorum: scilicet, si inter duos tantùm, non etiam plures, diuisio instituatur. Nec exemplo primæ uetustatis, ea res caret. Sic enim legimus Abrahamo maiorem natu, patrueli suo Loth optionem in diuisione reliquisse [b]. Cæterùm ubi consuetudine uel statuto hoc inductum non est [c], tutius fuerit etiam inter duos, nedum plures, rem sorti committere, nec inter æquales alteri præ altero aliquid concedere: proutuideo communiori calculo probari [d].

Quamuis

a §. quædã. Inst. de actio.
b §. item si inter. Instit. de oblig. quæ ex qua. cõtr.
c l. 9. C. eod. §. actionum. Inst. de actio.
d l. in hoc iudicio. 27.
e l. hæredes. 25. §. pen. h. t.
f l. 1. 2. 3. l. off. 26. al. 27. h. t.
g l. cum putarem. 36.
h l. si familiæ. 48.
i l. 1. 2. l. hæred. 25. §. 1. h. t.
k l. arbitrum. 42. hoc t.
l l. 2. §. dubitandũ. 4. h. t.
m l. cohæredibus. 17. C. eo. tit. l. inter. 44. §. si cohæredes. 2. hoc t.
n d. l. 2.
o d. l. 2. §. si quarta. 1. l. sed & eius. 24. l. si ex asse. 40. hoc t.
p l. j. cir. fi. l. fundus. 51. §. fi. hoc t.
q d. l. 2.
r l. hæredes. 25.
s l. 8. 9. 10. 11. 12. cum simil. hoc tit.
t l. item. 10. hoc t.
u l. si pignori. 29. hoc t.
x l. item ex diuerso. 19. l. item Labeo. 22. hoc t.
y l. pen. hoc t.
z d. l. hæredes. §. non tantum. l. & puto. 16. §. sed etsi dolo. hoc t.
a d. l. itẽ Labeo. 22. §. pen.
b l. 4. hoc t.
c d. l. hæredes. in prin. h. t. l. 6. C. eo. l. pacto successorum. C. de pac. l. 2. C. de hær. act.
d d. l. 4.
e d. l. hæredes. §. quod pro emptore. 5.
f ad tit. de pet. hær.
g l. si quid. 45. hoc t.
h l. ex duob. 27. de neg. gest.
i l. bis consequenter. 18. §. sumptuum. 3. d. l. hæredes. §. si unus. l. ex parte. 39. in prin.
k l. Pomponius. 8. l. si ita legatum. 42. hoc t.
l l. si filia. 20. §. j. l. fundus. 51. hoc t.
m l. quæ pater. 50. hoc t.
n l. 4. 5. 6. h. t. l. ult. de fid. instr. uide Schurff. cons. 50. uisis. cent. 1.
o l. officio. 26. hoc t.
p l. fi. C. de fideic. hær. l. ut fundum. commu. diuid.
q l. in hoc iudicio. 27. h. t.
r d. l. hæredes. §. fi. l. in iudicio. 47. hoc t.
s l. & puto. 16. hoc t.
t d. l. item Labeo. §. j. hoc t.
u Spec. de secun. decre. §. uidendum. nu. 5.
x l. 3. C. com. de lega. Ias. in l. 1. nu. 39. si cert. peta. & in §. sequens. nu. 62. Inst. de actio.
y Ias. præalleg. loc.
z in c. 1. per illum text. de paroch. Schurff. consil. 71. casus. nu. 21. cent. 1.
a gloss. Land. lib. 3. art. 29. Fach. diff. 31. Reinh. diff. 42. Schurff. d. consil. 71.
b Genes. 13.
c Mynsing. obser. 37. centur. 4.
d Hanc esse communem, multis confirmat Tiraq. de iure primogen. quæst. 60. per tot. per l. ult. C. comm. de lega. cum simil.

BIU Cujas

7 Quamuis † autem diximus, omnibus hęredibus huius iudicij exercitium competere: tamen illud tenendum est, tum demum id obtinere, cùm iam adita est hæreditas [a]. Nam per aditionem hæredibus ius quæritur, & res inter ipsos communicantur. Postquam autem competere semel cœpit, exemplo cæterarum personalium actionum, in Perpetuum, id est 30. annis durat. Semel autem tantum intentari potest, quia uniuersale est, omniumq; diuisio rerum in unum iudicium deduci ac explicari debet: quod si
8 non fiat, & res quæpiam remanserint indiuisæ, communi diuidundo erit agendum [b]. De † effectu porrò huius iudicij ita inquit Paulus [c]: Si familiæ erciscundæ actum sit, adiudicationes Prætor tuetur, exceptiones aut actiones dando: has petentibus, illas possidentibus, idq; exemplo aliarum rerum iudicatarum, quæ utroq; remedio defenduntur [d]. Quare etiamsi quid indebitum ex hac causa solutum sit, cessat repetitio [e], nisi diuisio retractetur propter notoriam iniusticiam [f]: utpote si cum hærede putatiuo actum & diuisum sit, qui pòst non inuenitur esse hæres [g]: aut læsio ultra dimidiam iustæ portionis partẽ interuenit [h]. Nam etsi remedium illud contra rem iudicatam non obtineat [i], tamen quia non tam pronunciatur super diuisione, quàm ex sententia: diuisio, authoritate mandatuq; iudicis suscipitur: ideo æquius uidetur, hoc auxilij genus enormiter læsis non denegari [k]. Et hæc quidem in familia per iudicẽ erciscunda obtinent: nunc de priuata & extraiudiciali diuisione aliquid subijciamus. Qua in parte sciendum est, aliud esse Diuisionem, aliud Diuisionis placitum [l]: sicut aliud est Conuentio de contrahendo, aliud Contractus [m]. Diuisionis placitum, tantùm est nudum pactum de diuidendo, unde nulla oritur actio [n]. Diuisio fit re ipsa, quasi rebus permutatis [o]: unde obligatio Bonæ fidei [p], & actio Præscriptis uerbis eiusdem naturæ, tanquam ex permutatione seu uenditione oritur [q]. Nam diuisio, emptionis uicem obtinet [r]: quę tamen si sit inæqualiter facta, ad æquitatem reduci debet [s]: quod de inæqualitate, dimidiá iustæ æstimationis partem superante, nostri interpretantur [t].

Communi diuidundo. Tit. II.

1 *Quare hæc actio introducta, & quomodo differat à reliquis.*
2 *Ex qua causa detur.*
3 *Quibus, contra quos detur.*
4 *Quid in eam ueniat.*
5 *Quomodo diuisio facienda, & quale sit iudicium.*

1 COMMVNI DIVIDVNDO † iudicium ideo necessarium fuit, quòd Pro socio actio, magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionem [a]. Familiæ autem erciscundæ iudicio, hæreditatis tantum fit diuisio, non aliarum rerum singularium [b]: quæ cùm uel ex societate, uel citra ullam societatis affectionem alia ex causa possint inter aliquos esse communes [c]: opus fuit iudicio aliquo, quo res quomodocunque communes ad diuisionem perducerentur. Nec enim quispiam inuitus in societate communionéue est retinendus [d], etiamsi pacto conuentum fuerit, ne diuisio unquam fiat [e]. Latius itaq; patet, quod ad usum attinet, Communi diuidundo iudicium, quàm Familiæ erciscundæ: quia hoc inter solos hæredes de hæreditate datur, illud uerò omnibus omnino qui rem aliquam habent communem: adeò ut & cohæredibus, ubi familiæ erciscundæ iu-
2 dicium deficit, dari soleat [f]. Datur † autem ex causa Communionis, à qua petitur recedi [g]: siue ex contractu societatis, siue alio modo, puta emptione, legato, donatione, &c. res sit communicata [h]. Et hactenus quidem realis est actio. Quatenus autem fructus perceptos, aut expensas factas, cæterasq; personales præstationes respicit, personalis existit, daturq; ex Quasi contractu: quia neq; ex contractu, nec ex maleficio sibi inuicem obligati socij esse uidentur [i]. unde liquet hanc actionem Mixtam causam obti-
3 nere. Hæc † directa competit solis dominis rei corporalis communis [k]: siue neuter, siue alter tantũ eorum, siue uterq; rem possideat [l]: & uel inter omnes, uel certos ex his, diuidere desiderantes, hoc iudiciũ accipi potest [m]. Vtile autem iudicium datur etiam utilibus dominis: ut qui fundos uectigales possident [n], qui Publicianam habent [o], aut alia iusta ex causa pro suo usurpant [p]. Inter prædones autem aut Precariò uel Clàm possidentes, aut colonos, locum non habet [q]: quia nullam obtinent iustam possessionis suo nomine causam, sed aut iniustè, aut alieno nomine possident. Datur & utile iudicium ijs qui ius incorporale, ut usumfructum, pignus, & consimilia iura habent inter se communia [r]. Quia enim hęc ueram diuisionem non admittunt [s], ideo utile tantum iudicium datur: quo non ipsum ius incorporale (quî enim potest [t]?) sed illa diuiduntur, quæ eo comprehensa, sub aspectum sectionemq; cadunt: ut in usufructu fructus, in pignore usus pignoris, &c. Nam si nihil insit, quod diuisionem recipiat, ut in seruitutibus, hac actione non agetur [u]. Datur interdum etiam non dominis, ratione præstationum, quæ personales actiones sunt, neq; rei cohærent [x]: quoties uidelicet res aut extincta est, aut communis esse desijt [y]. Sed & in hæredes transit, contraq; cæteros successores, non tanquam hæredes, sed ut dominos & possessores: quo tamen in iudicio etiam id ueniet, quod defunctus percepit [z]. Quibus autem datur hæc actio, contra eosdem dari certum est, cùm duplex sit iudicium [a].

4 Sicuti † porrò ipsius rei Diuisio uenit in communi diuidundo iudicium, ita & Prestationes: ut si quis impensas fecit communi nomine (nam si proprio, retentionem tantũ habet [b]) eas cõsequatur [c], dummodo partem suam rectè administrare separatim non potuit: alioquin si potuit, negociorũ tantum gestorum habet actionem, eaq; tenetur [d]. Sed etsi quis solus ex re communi fructus perceperit, hi in iudicium uenient [e]. Item si quid ab aliquo sociorum agi debuit, quod actum non est, aut dolo culpáue eius damnum in re communi sit datum, eius habebitur ratio [f]. Hæc autem omnia uel cumulatim in iudiciũ ueniunt, uel separatè. Nam de præstationibus agi potest, etiamsi res non petatur diuidi, uel quòd non

l 2 placet

a *l.qui erat.49.in fi.h.t.* b *d.l.si filia.20.§.familiæ.4.hoc t.* c *l.inter.44.al.45.§.1. hoc t.* d *l.actori.C.de reb. creditis.tot.tit.de except.rei iudic.* e *l.cùm putarem.36.* f *Schurff.consil.26.in fi. cent.1.* g *l.cum putarem.36.h.t. l.cum quis.C.de iur. & fac.ign.l.cum solus.29. de usucap.* h *l.3.ubi Dd.C.com.utr. iud.* i *Ias.in l.si quis cum alter.de uerb.sig.* k *l.Lucius.39.in fi.hoc t.* l *l.cum proponas.21.C. de pact.* m *gl. & Dd.in l.in bonæ. 8.de eo quod cert.loc.* n *d.l.cum proponas.* o *l.cum pater.79.§.hæreditatem.de lega.2.gl. & Cyn.in l.1.C.com.utr. iud.* p *Cyn.post gl.in d.l.j.* q *l.si fratres.7.C.com.utr. iud.l.licet.l.si familiæ. C.fam. ercisc.l. his consequenter.18.§.idem.l.si filia.20.§.si pater.hoc t.* r *l.1.C.com.utr.iud.* s *l.3.C.com.utriusiud.* t *Dd.in d.l.3.Schurff.d. consil.25. & 28.cent.1.*

a *l.1.hoc t.* b *l.4.hoc t.* c *l.2.hoc t.l.ut fit.31.cum l. seq.ff.pro socio.uide Cuiac.lib.5.cap.10.* d *l.fi.C.eo.tit.* e *l.in hoc iudicium.14.§. pen.hoc t.* f *d.l.si filia.§.familiæ.d. l.inter.ff.tit.1.* g *d.l.1.hoc t.* h *l.2.hoc t.* i *§.item si inter.Instit.de oblig.quæ ex quas. contractu.* k *l.4.hoc t.* l *l.pen.hoc t.* m *l.etsi.8.l.si quis.29.in fi. hoc t.* n *l.communi diuidundo. 7.in prin.hoc t.* o *d.l.7.§.j.* p *d.l.7.§.si duo sint.4.* q *d.l.7.§.inter prædones. 2. & §.neq; colonis.6. hoc t.*

r *d.l.7.§.si duo.4.l.item.10.§.j.l.arbor.19.§.fin.hoc t.* s *l.cùm filius.in prin.76.de lega.2.* t *uide Ias.in l.2.§. & harum.num.3.de uerb. oblig.l.stipulationes.72.ubi Bart. & Dd.eod.tit.* u *d.l.arbor.§.si per eundem.2.* x *l.item Labeo.22.§.pen.ff.tit.1.* y *l.si quis putans.6.in prin.l.in summa.11.hoc tit.* z *d.l.4.§.sicut.d.l.item.* a *l.2.in fi.hoc t.* b *l.in hoc iudicium.14.l.antepen.hoc t.* c *d.l.4.§.sicut.d.l.antepen.* d *l.6.§.1.hoc tit.* e *d.l. 4.cum seq.* f *l.si is cum quo.20.l.3.l.8.§.j.hoc tit.*

BIU Cujas

placet à communione recedi [a], uel quia res communis esse desijt, aut extincta est [b]. Nisi tamen quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim, omninò omnes res quæ actione cõprehendi possunt, intelligentur in iudicium esse deductæ [c].

Porrò † in diuisione hîc facienda, omnino eadem obseruanda erunt, quæ in familiæ herciscundæ actione [d]. Nam & hoc iudicium perinde est bonæ fidei [e], duplex [f], & mixtum [g]. Vnde iudex omnes res, de quibus quidem actum erit, (nam ultra id quod in iudicium est deductum, extendi potestas iudicis nequit [h]) diuidere debebit [i]: aut mensura designatis unicuiq; certis regionibus [k], aut temporibus [l]: & in his quæ diuisionem non recipiunt, ut animal, &c. totum corpus uni adiudicare: scilicet ei qui plus iuris, maiorémue partem aut etiá affectionem probabilem in re habet [m]: eumque in partem æstimationis alteri, cui res abiudicata est, condemnare [n]: aut ubi omnium iura æqualia sunt, sorti rem committere [o]: denique alia quacunq; commodissima ratione diuisionem facere: & si quid in his rebus communibus damni datum factúmue sit, uel quid eo nomine aut absit alicui sociorum, aut supersit, eius rationẽ habere [p], unà cum accessionibus & decessionibus omnibus [q]: & deniq; in uniuersum prouidere, ut omne commodum atq; incõmodum æquabiliter diuidatur, nisi quid dolo, culpa, aut facto socij sit contractum [r]. Eademq; omnia in diuisionibus quoq; rerum feudalium seruanda esse, cum nihil specialiter inueniatur dispositum [s], uerius est [t].

a d.l.14.uers. quæ cum ita sint.
b d.l.6.in prin.
c l.in iudicium.13.
d l.6.§ fi.d.l.arbor.in fi.
e d.l.4.§.2.d.l. in hoc iudicium.§.j.
f l.2.in fi.
g d.l.4.§.sicut.
h l.ut fœndus.12.d.l.4.§. hoc iudicium.
i d.l.13.
k l.7.§.cùm de usufructu. 5.hoc t.
l d.l.arbor.in fi.
m l.sancimus.ubi Bald.C. de donat. idem Bald. in l.fi.C.com. de legat. Iaſ. in §.quædã. nu.59. Inſt. de actionib. l.ad officiũ. 3.C. com. diuid. & glo. opt. in l.2.ad uerb. in ſortium.C.quand.& quib. quar.pars lib.10.
n d.l.6.§. pen. l.7.l.10.cũ ſimul.
o l.fin.ubi Dd. C. com. de leg.l.2.C. quan.et quib. quar. pars. lib.10. Iaſ.in §.quædam. Inſt. de act.
p d.l.3.
q d.l.6.§. ſi quid poſt acceptum.
r d.l ſi is cum quo.20.
s c.1.de feud. cog. Cur.in prin.tract.feud.3.& 4. quæſt.
t And. Iſer. & Dd.in c.1. §. præterea ducatus. de prob.feud.alie. Chaſ.in cõſuet. Burg.tit.de feud. §.6.in fi.nu.20. Tiraq. in tract. de iure primo. quæſt.4.nu.19.

Ad exhibendum. Tit. IIII.

1 Affinitas huius actionis cum præcedentibus: & an cumuletur cum petitorijs.
2 Quid ſit exhibere, & ad exhibendum actio.
3 Cui, ex qua cauſa detur.
4 Contra quos detur.
5 De quibus rebus.
6 De officio iudicis in hac actione.
7 Quomodo exhibitio ſit facienda, & quid in hanc actionem ueniat: & de ſpecificatione, explicata difficultas.

FInitima † est diuisioni Separatio, qua res unitæ, per diuisionem quandam disiunguntur à se inuicem, & segregantur. Itaq; cùm dictum sit de ijs iudicijs, quibus res diuiduntur: sequitur ut nunc uideamus de actione, qua rerum exhibitio, & in consequentiam exhibitionis separatio postulatur: nam & ipsa mixtam causam obtinet. Ea autem actio ad Exhibendum ab effectu seu officio est appellata, cuius usus ualde necessarius est, & penè quotidianus, maximè propter uendicationes [a]. Nec enim res, præsertim mobiles, uendicari possunt, nisi exhibeantur. Eoq; receptum est, ut unà cum rei uendicatione, hæc actio præparatoria cumulari possit [b]. EXHIBERE, † est facere in publico potestatem, ut ei qui agere intendit, experiundi sit copia [c]: & propriè Exhibere, est extra secretum habere [d]. Quantum autem ad hanc actionem attinet, exhibet is, qui in eadem causa præstat rem, in qua fuit, cum iudicium acciperetur [e]. Quapropter actio ad Exhibendum, nihil aliud est quàm actio personalis, in rem directa, qua petitur ut res exhibeatur, eiusq; uidendæ, apprehendendæq; copia actori fiat. Dico Personalem hanc esse actionem, ex authoritate Vlpiani [f]. Etenim cùm Realis dici nequeat, utpote qua nõ petat actor rem suam, aut ius aliquod in re sibi restitui, sequitur esse personalem: quia intendit reum aut facere, id est, Exhibere: aut Dare, quanti ea res erit, oportere: quod proprium est personalium actionum [g]. Adde, quòd istarum exemplo oriatur ex obligatione, non quidem ullius contractus, sed Naturali, qua æquum est, uendicare rem suam uolenti, eam indicare & exhibere: quod illi plurimùm profuturum sit, nociturum nemini [h]. Datur igitur hæc actio propter illam æquitatem ex Quasi contractu, quemadmodum actiones negociorum gestorum, & quæ socijs extra contractum societatis competunt [i]. Dirigitur autem in Rem: quia nihil aliud quàm res exhiberi petitur: quo fit, ut aduersus quemlibet possessorem rectè intentetur [k], ut non immeritò mixtam causam obtinere uideatur.

1
2

Porrò † ei datur hæc actio qui in Rem acturus est, qualicunque actione, etiam Pignoraticia, aut Seruiana, aut Hypothecaria. Sed etsi quis usumfructum petiturus, aut interdicto Vtrobi (quod de rebus mobilibus propositum est [l]) petiturus seruum, &c. rem exhiberi desideret: aut noxali iudicio acturus familiam postulet repræsentari, ut recensione seruorum facta noxium recognoscat, audietur [m]. Quare & qui personali actione rem condicturus est, meritò hac quoque actione uiam sibi poterit munire [n]. Et generaliter sciendum est, non solùm ijs quos diximus, competere ad Exhibendum actionem, uerùm ei quoq;, cuius aliquo modo interest exhiberi: adeò ut & plures eiusdem rei nomine ad Exhibendum rectè agere possint, si plurium diuersa ratione interfit [o]. Iudex igitur summatim, ut in præparatorijs tralatitium est [p], debebit cognoscere, an eius interfit: id est, an probabilem causam habeat actionis, propter quam exhiberi sibi desideret, non autem an eius res sit: & sic iubere uel exhiberi, uel non, prout actoris interest [q]. Vtroq; autem tempore interesse eius qui ad exhibendum agit, oportet, & quo lis contestatur, & quo fit condemnatio [r]: & quidem interesse pecuniariter [s], aut ut alia saltem probabilis causa subsit, quamobrem exhibitio sit facienda [t]. Nam & ei qui semel egit, non obstat Rei iudicatæ exceptio, si ex noua causa interesse cœperit [u]. Quod tamen non ita accipiendum est, cùm dicitur agere ad Exhibendum posse omnes quorum interest, quasi quomodocunq; interfit, locus sit huic actioni. Quid enim si quis petat rationes aduersarij sibi exhiberi, quòd magni id sua interfit? aut studiosus illos aut illos libros alienos, quibus lectis doctior & melior sit futurus? an ius ciuile calumniabimur, & captatis uerbis sententiam eius circumueniemus? Minimè id quidem faciendum est [x]. Nam nec facultatũ suarũ rationes edere, & denudare fortunas, nec inuitus suas alij opes communicare, quisquam cogendus est [y]. Oportet igitur actoris ita interesse, ut ius aliquod habeat in re, & probabilem causam actionis, propter quam

3

a l.j.hoc t.
b gl.in l.j.ad uerb.neceſſaria.hoc t.& in l.j.uer. inſtituitur. de inter.actio. Spec. de iudic.§.fi. Bart. in l. qui de inofficioſo.nu.4.et 5. de inoff. teſt contra gl.in l.3.§.eſt autẽ.uerb.acturus.h.t.
c l.2.h.t.l fi.de uer.ſig.
d l.3.§.ait prætor.de lib. hom.ex.
e l.Iulianum.9.§.quantũ. 4.hoc t.
f l.3.§.eſt autem.hoc t.
g §.j.Inſt.de actio.l.actionũ.24.j.de act.& obl.
h fac.l.2.§.iterum Varus. in fi.de aqua plu.arcen.
i §.item ſi inter. Inſtit.de obl.quæ ex qua.contra.
k d.l.3.§.fi.
l uide j.uti poſſidet. m d.l.3.§.eſt autem.3.cum §.ſequenti. n ut in §.ſi tamen.Inſt.de rer.diuiſ. o l.3.§.Pomp.10. p l.1.C.ut in poſſ.legat.
q d.l.3.§.ſciendum.7.& §.ſi mecum.9.in fi. r l.ligni.7.§.fin.hoc t. s l.ſi liber.13.hoc t. t l.fi.hoc tit. u l.de eod.12.hoc tit. x l.pen.hoc tit.
y l.fi.C.de alim.pup.præſt.l.2.C.quan.& quib.quar.pars,&c.lib.10.

BIU Cujas

quam exhiberi desideret[a]. Quòd si uel alia sufficiat actio, qua non quidem in Rem uel ad Possessionem, sed ad Exhibendum rectè agatur, nihil causæ erit quamobrem ista actio detur. Vnde Pomponius apud Vlpianum[b] ait: Si quis extra hæredem (nam illi hæc datur actio, tanquâ domino[c]) tabulas testamenti, uel codicillos, uel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi uelit: dicendum est, per hanc actionem agendũ non esse, cùm sufficiant interdicta in hanc rem prodita, uidelicet de Tabulis exhibendis[d]. Item, si liber homo detineri ab aliquo dicatur, de exhibendo potest quis habere interdictum[e]: ad exhibendum autẽ actio in eam rem inutilis uidetur, quia hæc actio ei creditur, cuius pecuniariter interest[f]. Pecuniariter autem propter liberum hominem interesse non potest, quia nullam eius corpus recipit æstimationem[g]. Illud tamen notandum est, quòd cum neq; huic actioni, neq; uendicationi, neq; alij ordinariæ locus est, interdum æquitatem exhibitionis efficere, ut in Factum agi possit[h].

4 Porrò † aduersus possessorem hac actione agitur, non solùm eum qui ciuiliter, sed etiam qui Naturaliter tantùm incumbit possessioni[i]. Quare & creditorem qui rem pignori accepit, ad Exhibendum teneri placet[k]: & apud quem res deposita, uel cui locata est, aut cõmodata[l], & omnes qui facultatem exhibendi habent[m], cuiuscunq; tandem sint conditionis, siue filijfamiliâs, siue patresfamiliâs[n], siue unus, siue plures[o]. Sed & hæredi contra uiduam quę in domo mariti remansit, datur[p]. Et usq; adeò possessio uel detentio rei, est fundamentum huius actionis à parte litigatoris conuenti: ut si quis non possideat litis contestatæ tempore, postea autem ante sententiam possidere cœperit, condemnandus sit, nisi restituat: contrà si quis, cùm iudicij accepti tempore possideret, postea sine Dolo malo possidere desierit, absoluatur. Nam quamuis est, ut inquit Pomponius[q], quòd illi imputetur, cur non statim restituit, sed passus est litem secum contestari: tamen quia res non ab ipso tanquam aliena petitur, ut dici possit in mala fide uerè possessor constitui, cumq; nõ de restitutione, sed exhibitione facienda agatur: æquius est liberari eum qui citra suam culpam eò redactus est, ut exhibere nõ possit. Quinetiam si quis possideat, tamen si non habet restituendi facultatem, æquitas huius iudicij dabit absolutioni locum[r]. Planè qui Dolo malo possidere desijt, cùm pro possessore habeatur, ad exhibendum tenebitur[s].

5 Datur † autẽ hæc actio de omnibus omnino rebus mobilibus, homine puta seruo, animali, & re qualibet inanimata[t]. De rebus autem soli non datur[u], cùm per se pateãt, oculisq; subijciantur, sine ulla alia exhibitione: neq; latere possint, ut alibi dicitur[x]. Hoc est quod suprà posuimus, uolenti agere interdicto Vtrobi, hanc dari actionem: nõ uerò, agenti interdicto Vti possidetis. Nam hoc ad res immobiles[y], illud ad mobiles consequendas est proditum. Item, nec de Tigno ædibus iuncto, datur hęc actio, quia lex XII. Tabular. solui uetat, sed aliam actionem in Duplum de Tigno iuncto, domino indulget[z].

6 Proposita † ergo actione, erit iudicis summatim cognoscere An agentis intersit, & causam agẽdi probabilem habeat, propter quam exhiberi desiderat[a]: exceptiones etiam æstimare quas possessor obijcit: ut si qua tam euidens sit, uti facilè repellat actionem, propter quam exhibitio postulatur, puta exceptio doli, transactionis, iurisiurandi, rei iudicatæ[b], &c. possessorem absoluat: sin obscurior, uel difficilioribus inuoluta sit disputationibus, differat, eamq; reijciat in directum iudicium, re exhiberi iussa[c]. Quinetiã potest reum contumacem per In litem iusiurandum petitori condemnare, quantitate taxata, ad quam usque iuretur[d].

7 Rem † autem ita exhiberi repræsentariq; iubebit, ut uendicandi apprehendendiq́ue facultas actori fiat[e]. Quamobrem si fuerit alij materiæ adiuncta, ut gemma inclusa auro, sigillum candelabro, in hoc exhibitio decernenda erit, ut excludatur. Item si rotam meam tuo uehiculo aptaueris, uel armario tuo meam tabulam, aut scypho ansam iniunxeris, uel purpuram intertexueris uesti, aut brachium statuæ per applumbaturam coadunaueris: iudicio ad Exhibẽdum separare compelleris, ut mihi Vendicandi fiat facultas[f]. Item si quis ex uuis meis mustum fecerit, uel ex oliuis oleum, aut ex lanis uestimenta, cùm sciret hæc aliena esse (nam si bona fide existimans suam esse materiam, ex ea suo nomine nouam speciem fecisset, dominus eius efficeretur[g]) utriusq; nomine ad Exhibendum actione tenebitur: quia hoc casu quod ex re nostra fit, nostrum esse, ex sententia Sabinianorum uerius esse Vlpianus existimat[h]. Etenim iniquum uidetur, domino sine suo facto dominium rei suæ auferri, & illud furi per contrectationem immutationemq; rei in nouam speciem acquiri. Quanquam in eo quod accessionis uice alteri accedit, propter præstantiam principalis materiæ, quæ planè tegit & aufert respectum accessionis, non consideratur bona aut mala fides[i]. Deinde & illud addendum, in eadem omnino causa rem esse exhibendam, in qua fuit cùm iudicium acciperetur[k]. Proinde si lite iam contestata usucaptam exhibeat, non uidetur exhibuisse, cùm petitor intentionem suam perdiderit, nisi paratus sit repetitio die actionem suscipere[l]. Quinetiam si mutata forma exhibitio fiat, nihilominus tenebitur ad Exhibendum, ut pristinæ formæ rem restituat[m]: nam Mutata forma, propè interimi substantiam rei, Marcellus scribit, ita ut res non possit dici eadem. Sanè si deterior tantum facta exhibeatur, ut equus debilitatus, quia eadem res exhibetur, & uia ad uindicandum patefacta est, ad Exhibendum quidem actione reus absoluitur; poterit tamen actor aut iudicio Vendicationis, aut ex lege Aquilia de hoc damno, aut actione in Factum, ea deficiente, agere[n]. Planè cum omnis causa restituenda sit, partus quoq; & fructus, omnesq; utilitates quæ amissæ sunt ob hoc quòd res non exhiberetur, uel tardius exhibita est, æstimabuntur[o]. Vltimò sciendum, Ibi rem exhibendam, Vbi fuit cùm lis contestaretur: quamobrem si alio loco, quàm ubi actum sit, existat, periculo impendijsq; actoris perferenda est eo loci ubi agitur: nisi data opera & dolo malo translata à reo proponatur[p].

a d.l.3.§.si mecum.9. hoc t.l.6.de æden.
b l.3.§.si quis extra.6.h.t.
c l.2.3.ff.quẽad.test.aperi.
d l.3.§.solũ.§.condemnatio.de tabul.exhib.
e tot.t.de lib.hom.exhib.
f d.l.si liber.13.
g d.l.liber homo.5.ad l. Aquil.
h l.3.§.pen.l.Iulianus.9.§.Marcellus.3.
i d.l.3.§.fin.
k l.serui nomine.16.de usucap.
l l.3.§.fi.l.4.hoc t.
m l.5.in prin.l.tigni.7. hoc tit.
n l.de eo.12.hoc t.
o d.l.7.§.1.
p l.hæres.33.de neg.gest.
q d.l.tigni.7.§.si quis.3.
r d.l.5.§.fi.
s d.l.Iulianus.9.in prin.
t l.3.§.fi.l.5.§.1.l.6.cum simil.hoc t.
u l.ad rem mobilem.56. de procurat.
x l.2.C.quando quart. pars.lib.10.
y uide inf.ad tit.uti poss. & utrobi.
z l.6.&7.hoc t.l.j.de tig. iunct.uide quæ dixi in §.cum in suo solo.Inst.de rer.diuis.
a d.l.3.§.sciendum.7.& §.si mecum.9.
b c.j.de confess.in 6.
c d.l.3.§.ibid.11.
d d.l.3.§.præterea.2.
e d.l.2.d.l.fi.de uerb.sign.
f l.6.&7.hoc t.
g l.5.de rei uendic.§.cum ex aliena.Instit.de rer. diuis.l.adeò.7.§. cùm quis.de acquir.dom.
h l.de eo.12.§.deniq;.h.t.
i §.si tamen.§.cum in suo. Inst.de rer.diuis.ubi exposui uberius.
k l.Iulianus.9.§.quantũ. hoc t.
l d.§.quoniam.
m d.l.Iulianus.§.si quis rẽ.
n d.l.Iulianus.§.si rem.l. si quis hominẽ.17.hoc t. l.exhibitionis.C.eo.tit.
o d.l.Iulianus.§.fin.l.si optione.10.l.sed etsi hæreditas.11. d.l.de eo.§.si post iudicium.2.
p d.l.sed etsi hæredi.11.§.1.

BIU Cujas

DIGEST. LIB. XI. DE INTERROGATIONIBVS IN IVRE FACIENDIS, ET interrogatorijs actionibus. Tit. I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quare introductæ sint interrogationes.*
3 *Mos interrogandi.*
4 *Actionem interrogatoriam qualitatem tantum esse adiectitiam, non propriam actionis speciem.*
5 *De interrogationibus sublatis, & positionibus introductis.*

QVia † paulo antè dictum est de actione ad Exhibendũ, quæ uiam munit actionibus in Rem: 1
uisum est iuris compositoribus subnectere tit. de Interrogationibus in iure faciendis, quæ & ipsæ præparatoriæ sunt: nam reliquis realibus actionibus ancillantur, & ut actio ad exhibendum, ita & hæ uendicationibus, maximè petitioni hæreditatis potissimum aditum patefaciunt: idq; eò magis uisum fuit opportunũ, quòd non longè à natura mixtorum, aut certè realium iudiciorum, de quibus iam dictum est, absunt: quia neq; ex contractu, nec delicto, sed ex facto & confessione hominis nascuntur: ut meritò in hanc secundam Pandectarum partem, in qua de eiusce modi iudicijs tractatio est instituta, sint relatæ. Prætor † igitur Edictum de Interrogatorijs actionibus proposuit, 2
quia sciebat sæpenumerò difficile esse probare aliquem hæredem aut possessorem, qui cum agi aut rei uendicatione, aut petitione hæreditatis, aut simili actione reali, quæ in possessorem tantum directa est [a], rectè posset. Voluit igitur astringere eum qui conuenitur, ex sua in iudicio responsione, ut uel confiteno uel mentiendo sese oneraret: simul & illud erueretur, quo quisq; iure ex testamento, an ab intestato, & quota ex parte hæres esset [b]. Qui igitur agere in Rem uolebat, ut aduersarium sua confessione constringeret, & ex eius confessione certam impetrare efficacemq; posset actionem, eiuscemodi interrogationes, Vtrum possideret, & an Pro hærede possideret aduersarius, atq; alia id genus, ante iudicium cœptum in iure, id est, apud magistratum populi Romani [c] proponebat. Quibus † summariè cognitis, si ad 3
instituendum iudicium eas multum pertinere Prætor comperisset, aduersarium respondere iubebat [d]: qui quidem si confitebatur quod erat interrogatum, eamq; confessionem ius & natura admittebant, quasi Ex confesso erat obligatus [e]: & consequens actio fundabatur. Sin autem aut falsò negabat, aut cõtumaciter in iure tacebat, eam mendacij contumaciæue ferebat pœnam, quòd in solidum conueniebatur, condemnabaturq; [f] ex ea actione, cuius respectu interrogationes erant factæ [g]: quæ † actio quoniã 4
in interrogationibus, responsione subsecuta, aut contumaciter non subsecuta, fundabatur, indidemque uim probationis accipiebat, uocabatur Interrogatoria actio [h]: quanquam aliquando & Confessoriam dici, quia ex cõfessione rei datur, sciamus [i]. Nam propter adiectam qualitatem aliud actionibus indi no men, minimè nouum est: ut cùm Arbitrariam, Noxalem, Rescissoriam actionem, &c. dicimus. Sed † quia 5
postea animaduersum est, iniquum esse quenquã cogi de suo iure ante iudicium respondere [k], potiusq; actorem domo adferre intentionem & instructum uenire oportere, quàm à reo confessionem quasi gladium exigere [l]: ideo ætate etiam Iurisconsulti minus frequentari cœperunt interrogatoriæ actiones, tandemq; in desuetudinem abierunt [m]: quamuis I. C. ordinem Edicti secuti, hanc quoque eius partem sint interpretati: maximè quòd non omninò illo tempore interrogationes desijssent, sed minus frequentarentur. Sanè hodie id obtinet, ut interrogationes, siue, ut nunc loquuntur, Positiones, lite demum contestata fiant: ad quas si fuerit iussu iudicis responsum, reus ex confessione sua tenetur [n]: sin autem contumaciter non fuerit responsum, reus aut pro negante habetur, si damnosa illi est negatio: aut pro confesso, si confessio illi damno futura est [o]: ut iam non ad fundandam intentionem, instituendumq; iudicium, sed ad probationem tantummodo ea ualeant, quæ ex confessione aduersarij apud iudicem facta eliciuntur [p]. Et hæc iure communi obtinent. Cæterùm apud nos Sax. non modò interrogationes, sed etiam hæ ipsæ positiones in usu esse desierunt [q]: non etiam confessiones, siue expressim, siue tacitè, puta nihil respondendo, in iudicio factæ [r].

a *l. unic. C. de alie. iud. mutan. cau. §. j. Instit. de actio.*
b *l. 2. 3. 4. hoc t.*
c *l. 4. §. fi. hoc t.*
d *l. si defensor. 10. §. fi. h. t.*
e *l. de ætate. 12. §. qui interrogatus. 8. l. confessionibus. 14.*
f *d. l. de ætate. §. si cùm esset. 1. & qui tacuit. 2. cũ seqq.*
g *d. l. confessionibus. 14.*
h *Duar. lib. disp. 1. cap. 43.*
i *l. pro inde. 25. ad l. Aquil.*
k *l. cogi. de petit. hæred. l. fi. C. de rei uendic. c. j. de probat.*
l *l. nimis graue. C. de test. l. j. C. de æden.*
m *l. j. cir. fi. hoc t.*
n *tot. tit. de confes. c. j. & 2. eo. tit. lib. 6.*
o *Spec. de posit. §. 9. cum 4. per iura ibi alleg.*
p *d. l. j. in fin.*
q *Fachs. diff. 48. & 49.*
r *uide Ias. in l. patre. num. 21. & 27. de his qui sunt sui iur. & j. de confess.*

De quibus rebus ad eundem iudicem EATVR. TITVLVS II.

ILlud quoq; ad superiorum iudiciorum rationem rectè instituendam pertinet, sciri, si inter plures Familiæ herciscundæ iudicio agatur, & inter eosdem Communi diuidundo aut Finium regundorum quæstio postea gliscat, compendij gratia, & quò temporius omnes lites transigantur, faciliusq; coire cohæredes, aut alij ad quos causa pertinet, possint, ad eundẽ omnes iudicem, utpote iam antea de causa instructum, eundemq; locum, ubi omnium præsentia fiat, esse mittendos [a]. Nec enim cõtinentia causæ diuidi debet [b]: & Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora [c].

a *l. 1. & 2.*
b *l. nulli. ubi Ias. C. de iud.*
c *l. j. quod met. caus. l. ampliorem. §. in refutatoryis. C. de appellat. uide Mynsing. obser. 4. cẽt. 1.*

De seruo corrupto. Tit. III.

VT nihil omninò eorũ iudiciorũ, quæ nec ex uero contractu, neq; ex delicto ullo insigni existunt, prætermittatur, rectè iuris compositores ad finem usq; huius libri reliquas quasdam hoc genus actiones, quæ mixtam quodammodo causam obtinent, persequuntur. Ac primò quidem de actione serui corrupti (quæ etiam ad corruptũ filiumfam. pertinet [a]) Edictũ Prætoris hoc recensetur. QVI SERVVM, SERVAM, ALIENVM, ALIENAM RECEPISSE, PERSVASISSEVE QVID EI DICETVR DOLO MALO, QVO EVM, EAM DETERIOREM FACERET, IN EVM QVANTI EA RES ERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DABO [b]. Quæ uerba cùm per se clara sunt, tùm à I. C. dilucidè hoc tit. explicantur [c]. Hoc aũt edictũ Perpetuum esse, & inde dari actionem Ciuilem, cum qua cõcurrat tamẽ extraordinaria criminalis ostendit [d].

a *l. ut non tantum. hoc t.*
b *l. j. in prin. hoc t.*
c *l. 2. & tot. hoc tit. Paul. lib. 1. tit. 12. & 13. & ibi Cuiac.*
d *l. 5. de extraord. crim.*

DE

De fugitiuis. Tit. IIII.

QVI fugitiuum aut erronem seruum apud se celat, cùm furti se crimine obliget [a], meritò in eum quoq; actio ex S.C. est prodita. Senatus autem censuit, ne fugitiui admittantur in saltus, néue protegantur à uillicis, & procuratoribus possessorum: ac mulctam 100. solidorum in secus facientes statuit: de quo S.C. plurima hîc apud Vlpianum [b]. Quanquam sint & aliæ actiones, quibus aduersus eiuscemodi receptatores atq; occultatores agatur [c].

[a] l.1.in prin.h.t.l.non stat. tim.ad l.Flau.de pla.
[b] in d.l.1.
[c] l.3.4.5.ad l.Flau. de plagia.l.quicunq;.& t.t. C.de ser.fugit.

De aleatoribus. Tit. V.

1 Quare alea prohibita.
2 Prima pars edicti.
3 Secunda pars.
4 Senatusconsl. de prohibito aleæ ludo.

1 CVM † deterrimum sit prodigalitatis instrumentum alea, qua complures per inconsultam temeritatem ad inopiam redacti, Deo maledicunt, & grauiora facinora nonnunquam aggrediuntur [a]: meritò & hoc prouidendum fuit, ne ludo tam noxio ulla ratione indulgeretur: sed potius, quoad eius fieri posset, omnis eius usus procul è finibus bene institutæ ciuitatis exterminaretur. Interest enim Reipublicæ, Ne quis re sua abutatur [b]. Et quia receptatores occasionem adiumentumque præbent eiuscemodi nequitiæ, rectè Prætor de ijs hoc edictum proposuit: de his enim, non de aleæ ludo, hoc in titulo edicitur. Nam id genus ludi, erat lege aut S.C. prohibitum, ut Prætoris interdicto non fuerit opus. Horat. lib. 3. Carm.

Seu mauis vetita legibus alea,

Vnde facilè intelligi potest, inscriptionem tit. De aleat. & De aleæ lusu, in uulgatis exemplaribus mendosam esse. Ait prætor: † SI QVIS EVM, APVD QVEM ALEA LVSVM ESSE DICETVR, VERBERAVERIT, DAMNVM'VE EI DEDERIT, SIVE QVID EO TEMPORE DOMO EIVS SVBTRACTVM ERIT, IVDICIVM NON DABO. Prætor igitur in odium flagitiosi hospitij præbiti, susceptorem aleatorum uerberatum, ac ubicunque & quandocunque, occasione tamen ludi, infortunio mulctatum non uindicat: adeò ut furtum domi eius eo tempore quo luditur, impunè fiat: quod tamen de actione Pœnali denegata intelligendum est, non quin possit ad Exhibendum condicendumq; rem furto sublatam agere. Idemq; iure Sax. penè receptũ est: quo iure mulcta iniuriarum, aleatoribus nulla debetur [c]. Sed & grauiorem pœnam, uidelicet Publicationem domus, Iustinianus postea in hunc statuit [d].

3 De ipsis † autem aleatoribus ita Prætor cauit: IN EVM QVI ALEAE LVDENDAE CAVSA VIM INTVLERIT, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Hæc clausula pertinet ad animaduersionem eius qui compulit ludere, ut pro ratione facti aut mulctetur, aut in latumias, id est, lapidicinas, uel in uincula publica detrudatur. Solent enim quidam & ad lusum co-
4 gere, uel ab initio, uel uicti, dum retinent [e]: & hęc quidẽ Prætor de aleatoribus. † S.C. autem, quod uim legis obtinet [f], uetuit omnino in pecuniam ludere, aut sponsionem eiuscemodi lusus gratia facere [g]. Et si quid amissum solutumq; sit eo nomine, actionem ad repetendum præstat (quæ tamẽ condictio, iure Saxon. non datur [h]) præterquam ubi certatur hasta, uel pilo, currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod uirtutis causa fit: quibus ex rebus etiam legibus exercendarum uirium gratia, sponsionem facere licet [i]. Iustiniani tamen constitutione ad unum tantùm alterúmue usque solidum etiam in his ludere permissum est. Quod autem in conuiuio uescendi causa ponitur, in eam rem familia rectè ludit [k]. Illud etiam sciendum, quod in ludo uenditur, ad eius euictionem non teneri uenditorem [l]: & moribus nostris quod inibi creditur, non habere exactionem: eum uerò qui pœnam promittit, si deinceps luserit, ludendo ad pœnam obligari [m].

[a] l.fin.in princ. C.de reli. & sumpt.fune.& ale. lusu.
[b] §.sed etiam. Inst. de his qui sunt sui uel al.iur.
[c] Sax.lib.3.art.45.
[d] d.l.fin.in fin.
[e] l.1.in fi.l.2.h.t.
[f] l.nõ ambigitur.de legib. Cic.Philip.2.
[g] Reinh.in ult.parte.diff. 6.per art.6.lib.1.
[h] l.2.in fin.l.3.h.t.
[i] l.fin.h.t.
[k] Ias.in l.iuris gentium.71 §.prætor.nu.3. de pact. per l.fi.§.1.quar.rer.nõ det.act.
[l] l.ex ea parte.§. mulier. ubi hoc Bart.notat.de uerb.oblig.

Si mensor falsum modum dixerit. Tit. VI.

1 Ratio huius edicti, & quis dicatur mensor.
2 Ex qua causa hæc actio detur.
3 Cui detur.
4 Aduersus quem.
5 Ad quid detur.
6 A fines actiones.

1 ADuersus † mensorem agrorum, quem finitorem Cic. [a] & Plaut. [b] uocãt, Prætor in Factum actionem proposuit, à quo falli nos non oportet. Nam interest nostra, ne decipiamur in modi renunciatione, si fortè uel de finibus contentio sit, uel emptor scire uelit, aut uenditor, cuiusmodi ager ueneat: quo nomine in duplum erat olim ex mendacio actio [c]. Ideo autem hanc actionem proposuit, quia non crediderunt ueteres inter tales personas locationem & conductionem esse, sed magis operam beneficij loco præberi: & id quod datur ei, ad remunerandum potius quàm uice mercedis quæ ex locato debetur, dari: utpote cum absq; ulla cõuentione, & incerta quãtitate, aliàs plus aliàs minus dari soleat: unde & Honorariũ appellatur: quia honorandi magis causa, quàm ex certo ullo cõtractu, aut ad certam mercedis quantitatem datur. Si autem ex locato & conducto fuerit actum, dicendum erit, non tenere intentionem [d]. Nam actio locati, datur ex contractu, in quo de certa mercede conuenit [e]. At hic sine certæ mercedis conuentione officium mensurandi, cum quadam salarij atq; honorarij spe præsta-
2 tur, ut inde ex locato agi nullo modo possit [f]. Hæc † actio Dolum malum mensoris exigit: aut latam culpam, quę dolo malo comparatur [g]. Visum uel enim abundè coerceri mensorem, si dolus tantum malus puniretur eius hominis, qui nullo ex contractu iure ciuili obligatus esset: ut quoad eius fieri potest, officium liberaliter præstitum minimè sit ei damnosum [h]. Nam & in alijs contractibus usurpari uidemus,

[a] d.l.Agra.
[b] in Penulo.
[c] Paul.lib.1.tit.18.& lib. 2.tit.17.
[d] l.1.in prin.h.t.
[e] l.2.loca.l.1. §.si quis seruum depos.
[f] §.fi. Inst.de loca.et cõd.
[g] d.l.1.§.1.
[h] l.sed si quis. 1.quemadmodũ testa.aperi.

BIU Cujas

ut ad quem nulla eius contractus utilitas redundat, is tantummodo dolum præstet: quemadmodũ est in deposito [a]. Neq; in contrariũ urget, quòd ob mercedem aliquando mensor operã præbeat. Etsi enim ea spe accedere ad mensurandũ potest, tamen quia ab initio nulla fit super mercede pactio, intelligitur gratuitò præstari officium: sicuti & mandatũ gratuitum est, quamuis postea remunerãdi gratia honor interueniat [b]. Semper enim initium contractus est inspiciendum [c]. Quamobrem si imperitè aut negligenter mensor uersatus sit, securus erit, eiq; imputabitur qui illum adhibuit [d]. Datur igitur hęc actio ex falsa renunciatione, quæ dolo malo facta est: nam renunciatum esse oportet Quoquo modo [e].

Competit † autem ei cuius interfuit, falsum modum renunciatum non esse: ut emptori, uenditori, litigatori, qui damnum propter falsam mensuræ renunciationem passus est [f]. Datur & hæredibus [g]: quia hæc actio Rem persequitur, & ex Negocio descendit, unde & Perpetua est [h]. Aduersus † autem mensorem agrorum intenditur, qui falsum modum mensurámue renunciauit, siue unum siue plures, & quidem in solidum: quia dolus omnes in solidum obligat, una tamen solutione actio aduersus omnes tollitur [i]. etenim in id quod Interest agitur: quod ubi semel receptum est, bona fides non patitur amplius idem exigi [k]. Et quamuis de solo mensore agrorum uerba Edicti agant, tamẽ latius id porrexit Prætor. Nam etsi cuiusuis alterius rei mensuram falsam renunciasse dicetur, hæc actio, & quidem Directa competet: quia hæc interpretatio non aliundè, sed ex ipsa prætoris authoritate uenit: eoq; peræquè directã præstat actionem, atq; ipsum edictum. Proinde si in ædificijs mensura fefellit, uel frumenti, uel uini, uel cuiusuis alterius rei, siue de itineris latitudine, siue de seruitute immittendi proijciendiue quæratur, siue aream, uel tignum, uel lapidem metiendo mentitus fuerit, tenebitur [l]. Sed & Vtilem actionem ex edicti interpretatione I. C. (qui cum iuris condendi potestatem non habeant, directas actiones quas lex aut edictum non dat, dare nequeunt) præbent [m] in eum qui mensor non fuit, fefellit tamen in modo. Vt si architectus Dolo malo in lineamentorum ductu, & ordinatione structuræ decepit: aut redemptor, qui opus alteri suis cementis ædificat [n], in modo: aut tabularius, in computatione [o]. Nam mensorem machinarium, qui machinula formas quadratas aut trigonas designans, earumq; latera dimetiens, spacium areæ colligit [p], cùm uerus sit mensor, directo iudicio conueniri rectè puto [q]. Porrò in hæredẽ similesq; personas hanc actionem, quæ ex parte rei conuenti pœnalis est, & ex delicto, nempe dolo oritur, denegari Vlpianus ex authoritate Pomponij scribit [r].

Venit † in hanc, id quod interest agentis, falsum modum non esse renunciatum. Vnde si alia ciuili actione, ut ex empto, quis damnum sibi factum per falsam renunciationem resarcire potest, cùm nihil eius interfit, cessabit hæc actio. Nam generaliter Extraordinaria remedia, ubi sufficit ordinarium, dari non solent [s]. Affinis † autem huic actioni est Querela seu imploratio officij iudicis, qua mensorum, aut æstimatorum, aut aliorum omnium qui ex peritia artis suæ iudicant, iudiciũ, mensura, taxatio, sententia impugnatur: sicuti perpetuò impugnari, & demõstrata imperitia retractari potest, quando nunquá transeat in rem iudicatam [t]. Item actio de Dolo, quæ datur in apparitores Prætoris, qui extra ordinem sententiam exequentes, rem uiliori precio fraudulenter proiecerunt [u].

3 4 5 6

a l.si ut certo. §. nunc uidendum. ĵ. commod.
b l. si remunerandi. 6. ĵ. manda.
c l. si procuratorem. 8. in prin. mandat.
d d.l.1. hoc tit.
e l.1. in fin. l.2. l.5. hoc tit.
f l.3. §.1.
g d.l.3. §. fin.
h l.4.
i d.l.3. in prin.
k l. bona fides. 57. de reg. iur.
l l.5. in fine. l.6. 7. h.t.
m l.5. in uers. sed nec utilem, &c.
n l. redemptores. 39. de rei uendic.
o l. fin. hoc tit.
p Budæus hîc.
q d.l. fin. in prin.
r d.l.3. §. fin.
s l. in causæ. 16. in prin. de min.
t Iaſ. poſt Alex. in l. arbitro. nu. 10. qui ſatisd. cogan. Imol. in c. quinta uallis. nu. 30. de iureur. Maran. tract. iud. c. de appell. nu. 102.
u l. si pignora. 50. de euict.

De religiosis & sumptibus funerum, & ut FVNVS DVCERE LICEAT. TIT. VII.

1 Edictum de religiosis.
2 De quo loco agat edictum: & quis sit purus locus, aut religiosus.
3 Quid sit sepulchrum, quid monumentum.
4 Qualis ex edicto detur actio, cui, contra quem, & ad quid.
5 Quæ actio detur ei, qui prohibitus est funis ducere.
6 Edictum de sumptibus funerum: et quæ, cui, aduersus quem, ad quid actio inde detur.

HActenus † dictum est de uindicatione & actionibus rerum quæ sunt humani iuris: nunc proponuntur Edicta duo, quæ ad res Religiosas & Diuini iuris tectas sartasq; conseruandas pertinẽt: atq; ad eundem mixtarum actionum ordinem meritò rediguntur. De religiosis rebus ita prætor edixit: SIVE HOMO MORTVVS, OSSA VE HOMINIS MORTVI IN LOCVM PVRVM ALTERIVS, AVT IN ID SEPVLCHRVM IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR: QVI HOC FECERIT, IN FACTVM ACTIONE TENEBITVR, ET POENÆ PECVNIARIÆ SVBIICIETVR [a]. Si homo, inquit, mortuus, ossáue: uidelicet præcipua aut principalia membra, ut caput [b]. 1

Quod † dicitur de loco, intelligendum est de eo, qui est extra pomerium oppidi. Nam & lege 12. Tabularum, & rescriptis Principum prohibitum est in ciuitatibus sepeliri, non obstante etiam consuetudine municipali [c]. PVRVS locus dicitur, qui neq; sacer, neq; sanctus, neq; religiosus est, sed ab omnibus eiuscemodi nominibus uacat [d]. SEPVLCHRVM † est ubi corpus ossáue hominis condita sunt. Vt autem Celsus ait, non totus qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus corpus humanum est. A sepulchro autem MONVMENTVM distat, quia quicquid memoriæ seruandæ gratia extruitur, monumentum dicitur [e]: in quod si corpus inferatur, fiet sepulchrum [f]: quanquam monumentum sepulchri etiam id dicitur, quod loci, in quo corpus impositum est, muniendi causa fit [g]. Illa uerba: ILLATA ESSE DICENTVR, de ea illatione accipienda sunt, quæ fit sepulturæ causa [h]. 2 3

Actio † hæc in Factum, personalis est, quæ datur ex facto eius qui contra ius locum alienum religiosum facere molitur: continetq; illud, Vt aut is qui intulit, tollat quod est illatum, Aut loci precium præstet [i]. Vnde cùm actio sit Rei persecutoria, perpetua est, & hæredi, inq; hęredem competit [k]. Meritò autem actio in eam rem prodita est: nam propria authoritate corpus aut ossa ab alio in suum fundum illata, nemo debet propter reuerentiam manium, & quia corpus rectè sepultum non est inquietandũ effodere uel transportare [l]: quamuis in alijs rebus prophanis id concedatur [m]. Contrà † autem ei qui prohibi- 4 5

tus

a l.2. §. prætor.
b l. cùm in diuersis. 44. hoc tit.
c l.3. §. diuus. de sepul. uiol.
d l.2. §. prætor. uers. purus. hoc tit.
e d. §. prætor. uers. monumentum.
f l. monumentum. 24.
g l. faneris. 37. in fin.
h d.l. prætor. uers. de illa.
i l. is qui intulit. 7. h.t.
k d.l. is qui intulit.
l l. ossa. 8. l. diui. 39. h.t.
m l. quemadmodum. 29. ad l. Aquil.

BIU Cujas

tus est inferre in eum locum, quò ei ius inferendi esset, in Factum actio competit: per quam consequetur, quanti eius interfuit, prohibitum non esse [a]: quò respiciunt illa ultima uerba inscriptionis huius tituli, ET VT FVNVS DVCERE LICEAT: eoq; pertinet Vlpiani responsum [b], cum ait: Officiũ esse præsidis, prouidere ne corpora aut ossa mortuorum detineantur, néue quis prohibeatur, quo minus uia publica cadauer transferre aut sepelire possit. Quare ne quidem ob æs alienum inhiberi sepulturam, & arrestari cadauer posse dicendum est [c].

6 De secunda † autem huius tituli parte, nempe de Sumptibus funerum, Prætor ita cauit: QVI FVNERIS CAVSA SVMPTVS FACTVS ERIT, EIVS RECVPERANDI NOMINE IN EVM, AD QVEM EA RES PERTINET, IVDICIVM DABO [d]. Hoc edictum iusta ex causa propositum est, ut qui funerauit, consequatur id quod impendit. Sic enim fiet, ne insepulta iaceant corpora, néue quis de alieno funeretur. Deinde qui propter funus aliquid impendit, quoniam cum defuncto contrahere uidetur [e], quasi negocium eius gerens [f], meritò ab eius hæreditate & hæredibus defunctum repræsentantibus id repetere poterit. Funeris causa sumptus factus uidetur is demũ, qui ideo fit ut funus ducatur, & sine quo funus duci non potest [g]. Vnde hæc actio, quæ & Funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur, continetq; tantùm impensa funeris causa, non etiam cæteros sumptus. Æqui autem & boni æstimatio accipitur ex dignitate eius qui funeratus est, ex causa, ex tempore, ex bona fide, ut ne plus imputetur sumptus nomine, quàm factum est: ac interdum ne tantum quidem, quantum factum est, si fortè immodicè factum sit [h]. Quanquam Prætor uel Magistratus municipalis sumptum ad funus pro facultatibus & dignitate defuncti decernere solet [i]. Nonnunquam etiam is qui sumptum fecit in funus, non recipit: ueluti si pietatis gratia, nõ hoc animo quasi recepturus sumptum impendit. Oportebit igitur testari quemq;, quo animo funeret, ne postea patiatur quæstionem [k]. Hæc autem actio cum sit Prætoria, cessat, quoties quis aliam actionem habet de funeris impensa consequenda [l]. Datur autem aduersus eos, ad quos funus pertinet: uidelicet hæredes, uel bonorum possessores [m], &c. Huius autem actionis tantus est fauor ob religionem, ut hæc impensa ante omne creditum, cum bona soluendo non sunt, ex hæreditate deducatur [n]. Quod & ad eas expensas, quæ ob morbum defuncti, puta in pharmacopolio contractæ sunt, extendi consueuit [o].

a d.l.ossa.in fi.cum l.seqq.
b in l.ne corpora.38.h.t.
c §.hoc autem. Auth.ut cũ de app.cognos.in Auth. ut def. seu corp. eor. l.cũ sit iniustum. de sep.uiol. Couar.uar.res.lib.2.c.1. num.10.
d l.si quis sepulchrum.12. §.prætor ait.h.t.
e l.1.hoc tit.
f l.& si quis.14.§. etsi quis.uers.quasi alienũ. & §.idem Labeo.
g d.l.& si quis.14.§.funeris. l.funeris sumptus. 37.hoc tit.
h d.l.& si quis. §.hæc actio. uide l.1.§.de impensa.ad l.Fal. Landt.art. 22.31.lib.1.
i d.l.si quis.12.§.fi.
k d.l.& si quis.§.sed interdum.
l d.l.& si quis. §.Labeo ait.cum seqq.
m d.l.& si quis. §.fi. cum ll.seqq.
n l.pen.h.t.l.2. de priuile. credi.l.fi.§.in computatione.C.de iur.del.lib. Paul.lib.1.tit.21.
o Ias. in d.§.in cõputatione.text.in l.3.§ in restituenda.4.C.de pet. hæred.l.3.C.de relig. & sumpt.funer.Land.art. 22.lib.1.glo.art.6. nu.22. lib.1.Vueych.art.26.uide etiam Spec.de sepult.

De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando. TIT. VIII.

1 *Interdictum de mortuo inferendo, & eius explicatio.*
2 *Quatenus differat ab actione superiore.*
3 *Interdictum de sepulchro ædificando.*

1 PErtinent † & huc interdicta prohibitoria, de Mortuo inferendo, & Vt inferre liberè liceat: quibus de rebus ita Prætor interdixit: QVO QVA VE ILLI MORTVVM INFERRE, INVITO TE, EI IVS EST, QVO MINVS ILLI EO EA VE MORTVVM INFERRE, ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO [a]. Verba illa, QVO QVA VE, EO EA VE, indicant contra interdictum fieri, siue in locum sepulturæ inferre quis prohibeatur, siue in itinere arceatur. Liberum igitur est, quacunq; ratione prohibito mortuum inferre, aut statim hoc interdicto uti, quo prohibetur ei uis fieri, aut aliò inferre, & postea in Factum agere: per quã
2 actionem consequetur actor, quanti eius interfuerit prohibitũ non esse [b]. Vnde † patet discrimen inter hoc interdictum, & actionem quæ ex superiore edicto datur. Nam hæc quasi cedens uiolentiæ, ordinariè agit ad id quod Interest, potiusq; ad Vindicandam quàm Arcendam iniuriam dirigitur. Illud uerò ipsi facto obsistit, uimque fieri uetat: & non longam cognitionem, sed paratam habet executionem, utpote in simplici uerborum conceptione (ut & alia interdicta omnia [c]) in officio Prætoris consistens: qui interdicit, Ne uis fiat mortuum inferenti, donec de iure sepulturæ ordinariè agatur, ac diligentior fiat cognitio. Ita per Interdictum remouetur impedimentum per actionẽ, ex Edicto tantum ad interesse agitur impedimento amisso. Sed de differentia Edictorũ, ac Interdictorum, alio loco dicetur opportunius. De sepulchro † ædificando Prætor ita interdixit: QVO ILLI IVS EST, INVITO
3 TE MORTVVM INFERRE, QVO MINVS ILLI IN EO LOCO SEPVLCHRVM SINE DOLO MALO AEDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO [d]. Interdicta hæc proposita sunt, quia religionis interest, non prohiberi sepulturã cadauerũ, & monumenta extrui atq; exornari [e]. Negat tamen lex Regia mulierẽ quæ prægnans mortua sit humari, antequam partus excindatur: qui contra fecerit, spem animãtis cum grauida uidetur peremisse. Non igitur incidit in hoc Edictum qui uetat eiusmodi cadauer inferri, priusquam partus excidatur [f]. Affine est, quod prohibitum sit illatum exhumare etiam ob delictum, nisi contra Ecclesiæ interdictum sepultus sit [g].

a l.1.§.prætor ait. hoc tit.
b d.l.1.§.1.uers.interdictum.h.t.
c l.3.hoc tit.
d Bald.l.principaliter.13.nu.2.C.de lib.caus.

DIGEST. PARS TERTIA.

LIBER XII.

De rebus creditis, si certum petatur, ET DE CONDICTIONE.

1 *Continuatio & generalis dispositio huius tertiæ Partis, & etiam 2.3.4.5.6.7.*
2 *Quare inscribatur de reb. creditis, et quid sit credere, et nu.8.*
3 *Quot modis in creditum eatur, & nu.5.*

4 Quare

4 Quare de ſtipulationibus hîc non agatur.
5 Quare dicantur quidam contractus re contrahi.
6 Quot modis re contrahatur.
7 De inſcriptione tituli eiuſq; explicatio.
8 Mutuum unde dictum.
9 Quid ſit.
10 Cauſa efficiens mutui: & an debeat eſſe gratuitum.
11 Materia: & quæ res in mutuum cadant, quæ functionem recipere dicantur.
12 De forma ſubſtantialibus & naturalibus mutui: & explicatio l. uinum l. ſi ergo. cum ſimil.
13 Cauſa finalis.
14 De condictione certi & incerti: & quæ ex mutuo actio detur.

HACTENVS † explicata ſunt in ſecunda Pandectarum parte iudicia, quibus rem noſtrã petimus, & his finitima illa: quæ licet ex nullo contractu deſcendant, exemplo tamen realium iudiciorum, ad rem perſequendam inſtituuntur. Sequitur nunc, quando non modò res noſtras, ſed nobis etiam Debitas præſtari æquum eſt, ut uideamus quibus actionibus ea quæ Debentur, exigi poſsint. Etſi autem diuerſæ cauſæ ſunt, & uariæ, ex quibus quid deberi poteſt, ut matrimonium, tutela, ultima uoluntas, &c. tamen quia præcipuè contrahendo fit, ut quid dari fieriúe oporteat, meritò ante omnia de contractibus actionibusq;, quæ indidem ad res debitas petendas emanant, in hac tertia Pandectarum parte Iuſtin. diſputationem explicationemq; inſtituit [a]. 1

a l.2.§.igitur prima.C.de uet.iu.enucle.

Ideoque † hanc partem De rebus creditis inſcribere uiſum eſt, ut ex ipſo titulo ſtatim appareret, de rebus creditis, debitisq; ex aliquo cõtractu, hîc agi. CREDENDI enim appellatio generalis eſt. nam cuicunq; rei aſſentiamur, alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Vnde RES CREDITAE dictæ, quæ ex eiuſmodi fiduciaria, ut ita dicam, conuentione debentur [b]: & CREDITOR, cui debetur [c]: quanquam ſpeciali propriaq; in ſignificatione CREDITVM pro mutuo accipiatur [d]: quia in hoc contractu præcipuè credit pecuniam, & alienam fidem ſequitur [e], qui mutuò dat. Quare In creditum ire propriè dicitur, qui mutuum uel quaſi mutuum contrahit [f]. REI quoq; uerbum ut generale Prætor elegit: quo non modò comprehendit res fungibiles, quæ ſolæ cadunt in mutuum, ſed alias quaſlibet ſiue ſpecies, ſiue etiam iura [g]. Apparet autem hanc inſcriptionem ex Edicto perpetuo, cuius ordinem poſt. I. C. Iuſtinianus in hac digeſtione ſequitur, eſſe deſumptam, ut Vlpianus [h] non obſcurè ſignificat. Iulianus enim Edicti compoſitor, quæ ad uarios contractus pertinebant Edicta & Actiones, ſub hoc generali titulo uice Prætoris inſeruit. 2

b l.1.hoc tit.
c l.10.11.12.de uerb.ſig.
d l.2.§.mutui datio.1.h.tt.
e l.1.§.illud.de ſepara.l. tutor.§.cum haberes.ad Vellcia.l. ait præt. 10.§. ſi quid. quæ in fraud. cred.
f l.5.§.ſed ſi dedi.de tributo.
g l.rei appellatio.5.l.rei appellatione.23. de uerbor.ſign.
h in d.l.1.in fin.

Itur † autem in creditũ duobus ferè cõtrahendi modis: aut cùm Re ipſa contrahitur, ut fit in mutuo, cõmodato, pignore, depoſito, &c. aut quando potiſsimùm Conſenſu, ut eſt in emptione, ſocietate, &c. 3

Nam † quæ uerborum formulis innititur obligatio, cùm in ea nihil uerè credatur promittenti, magisq; ſubtilitate iuris conſiſtat, quàm rei interuentu: utpote quæ σωάλλαγμα nullũ habeat, & in qua altera tantùm pars obligetur: meritò in alium locum ad Prætoria iudicia, procul à rebus creditis eſt relata. 4

Sed † quoniam per traditionem rei uerè in creditum itur (is enim uerè credit, qui alienum nomen ſequitur [i], & alterius fidei rem tradit, & committit [k]) primò de contractibus qui rei interuentu perficiuntur, actionibusq; inde deſcendentibus eſt uidendum. Dicuntur autem RE CONTRAHI, quod præcipua (à principaliore enim fit denominatio [l]) horum contractuum cauſa Efficiens Res eſt, ſine cuius præſtatione omnino perfici nequeunt, etiam ſi ſecundariò (ut loquuntur) conſenſum quoque requirant contrahentium, citra quem nihil concludi firmariue unquam poteſt [m]: ut contrà alij CONSENSV CONSTARE dicuntur, non quòd rem creditam nullam complectatur [n], ſed quia potiſsimùm perficiuntur Conſenſu, quamuis res in præſenti nulla intercedat. 5

i l.5.§.ſed ſi.de tributor. act.l.1.§.illud.de ſepa.
k §.uenditæ.Inſtit.de rer. diuiſ.l.qua ratione.§.nihil intereſt.de acq.rer. domin.
l l.filio.23.de lib.& poſt. §.ſingulorum.Inſtit.de rer.diuiſ.
m l.1.§.ult.de pact.uide quæ dixi Inſtit. ad tit. quib.mod.re cont.ob.
n l.nec emptio.8.ĩ.de contrab.empt.

RE † ITVR IN CREDITVM, uel cùm rem alteri credimus, & damus eo animo, ut non eadem, ſed in eodem genere ſimilis nobis reſtituatur: quod fit in rebus, quorum alioqui nullus eſt uſus niſi in abuſu & conſumptione, cuiuſmodi eſt pecunia, frumentum, &c. Quæ idcirco mutuò dantur, & neceſſariò in accipientis dominium tranſeunt, ut cõſumendo ijs uti poſsit, qui tamẽ aliquanto poſt quàm abuſus fuerit, reddere debet, ut ſit mutua in cõtractu cõpenſatio, ſimilem in eodẽ genere ſpeciẽ: ad quam petendã datur Condictio: uel cùm credimus rem, ut eadem in ſpecie reddatur: quod fit in rebus quarũ uſus eſt ſalua ſubſtantia, unde exiſtunt commodatum, pignus, & ſimiles contractus. Natura enim ita comparatum eſt quarundam ut rerum uſus ſit, ſalua earum ſubſtantia: ut animantis, ſcyphi, &c. quarundam non aliter quàm in abuſu [o]. Neceſſum igitur fuit, pro diuerſa rerum natura, uarios contractuũ modos inueniri, quibus utræq; res inter homines utiliter communicarentur. Credimus aũt perſonis, uel quas per ſe bonæ fidei eſſe putamus: uel quæ ex alio pendent, ut ſeruis, inſtitoribus, nautis, propter dominum præponentem, exercitorem, qui hac ratione Exercitoria, Inſtitoria, de Peculio actionibus obſtringuntur. Sed de ſingulis ſuo loco. Nũc ipſum tit. aggrediamur, qui ita inſcribitur: DE REBVS CREDITIS, SI CERTVM PETATVR, ET DE CERTI CONDICTIONE. 6

o l.tit.ſup.de uſu earũ rer. quæ uſu conſ.

Verba illa, † DE REBVS CREDITIS, non modò ad hunc tit. ſed cùm ſint generalia, ad totam hanc tertiam Digeſtorum partem pertinent, etiamſi alijs aliter uideatur [p]. Ac de rebus Creditis, potius quàm Debitis: quoniã hîc agitur de actionibus, quæ dantur ijs qui crediderunt, nõ de exceptionib. eorum qui debent. Et primò quidem, SI CERTVM PETATVR: quæ propria eſt inſcriptio huius primi tituli, eoq; etiã ab his uerbis cõmuniter allegari nominariq; ſolet. CERTVM eſt, cuius ſpecies uel quantitas, quæ in obligatione uerſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione quæ nominis uice fungitur, qualis quantaq; ſit oſtenditur [q]. PETITVR aũt CERTVM ex mutuo: unde perinde eſt ac ſi inſcripſiſſet, Si mutuum petatur. Sed quoniam in hoc titulo de Certo quod ex ſtipulatu petitur, nonnulla etiã ſunt interſperſa, maluit auguſtiore Certi uocabulo legiſlator uti. At qua actione petitur Certum? Indicat id altera tituli pars quæ ſequitur, DE CONDICTIONE. Cùm igitur & de condictione, quæ ad mutuum repetendum competit, hîc agatur, ut ex inſcriptione liquet, de utroq; uideamus. 7

p Cuiac.obſ.lib.7.c.32.

q l.certum.6.h.t.l.ſtipulationum.74.cum l.ſeq. de uerb.oblig.

MVTVVM † reciprocũ eſt: & ad illũ pertinet, qui aliquid reddit: ut cum dicimus mutuũ amorem, 8

uel

uel officiũ, quod pro alio accepto refertur. Itaq; debitor propriè mutuũ reddere dicitur. Sed in hoc contractu, quia mutuationi initium facit creditor, is quoq; mutuũ dare dicitur. Dictum autem est Mutuũ, quasi μὸ τοῦ ἐμοῦ, authore Varrone, & Græcã interpretantur etymologiã Iurisconsab eo, quòd de Meo Tuũ fit [a]: non quòd solùm hoc contractu transferatur dominiũ in debitorẽ (nam idem fit in uenditione, permutatione, &c.) sed quia mutuũ est rerum fungibilium, id est earum, quæ mutuis uicibus funguntur, & quarũ altera alterius ita locũ supplet, ut quod meum est, in eodem genere, atq; adeò usu idem cum tuo fit. Vnde mutuum dictũ, quia qualem tibi rem mutuò do, talem in eodem genere recipio: ut mea & tua res ferè unum sint, ut ita dicam, & idem. Mutuationes fiunt, cum quod non habes, aliunde sumis [b].

9 MVTVVM, [†] est contractus iuris gentium nominatus, stricti iuris [c], qui re perficitur: in quo damus rem fungibilem eo animo, ut nunc quidem accipientis fiat: aliquando tamen is non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus reddat. Hæc definitio, ne quis eam temerè repudiet, ex uerbis consultorum est sumpta. Dixi esse IVRIS GENTIVM, ut pleræq; sunt conuentiones [d]. Nominatum: quia quum ad parandam pecuniam, sine qua commercia consistere nequeunt [e], contractus hic apud omnes gentes frequenti esset in usu, facilè nomen proprium inuenit. Addo esse stricti iuris: quia strictam habet ex sua natura regulam, qua omnia, Arithmetica proportione, ad æqualitatem eorum quæ data sunt, exiguntur [f]. Et hæc quidem ad genus pertinent. Reliqua quæ adduntur, differentiam monstrant, qua à cæteris contractibus, præsertim commodato & permutatione, inter quos hic interiectus est, mutuum secernitur: à commodato quidem, quòd in illo dominium non transferatur, sed eadem species reddi debeat: in hoc res accipientis fiat, qui non eandem speciem, sed idem genus restituit: à permutatione, quòd in illa diuersi res generis cõmunicentur, in mutuo uerò ea quæ sunt in eodem genere fungibilia. Sed de his quæ pertinent ad differentiã, id est, substantiã formamq; mutui, paulo post plura dicentur.

10 Causa [†] efficiens mutuum, est Conuentio ac Consensus contrahentium, unà cũ Traditione rei, quæ præcipuè mutuum conciliat. Neque enim solo consensu, sed multò magis Re perficitur [g]. Nam ultra id quod datum est, non contrahitur mutuum, etiamsi sit promissum [h]: unde apparet, Rem non Cõuentionem præcipuè attendi. Licet tamen stipulari quid supra mutuum, ad legitimum usurarum modũ [i], aut factum mutuo adijcere [k]: quod tamen Canon. improbant, qui quicquid supra sortem adijcitur, usuram esse censent, & rem illicitam [l]: adeò ut ne tale quidem pactum in mutuo admittant, ut tantundem contrà aliquando mutuo detur [m]. Porrò mutui conuentio, quia res inter homines utiliter cõmunicat, Iure gentium inuenta est: Ciuili porrò iure approbata, ut & cæteri omnes contractus [n].

11 Causa [†] materialis, est res quæ Pondere, Numero, Mensura constat: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire [o], id est, mutuum contrahere: propterea quòd in genere suo functionem recipiunt per solutionem, magis quàm specie: hoc est, quoniam in his rebus magis respicimus quantitatem, uim ac ualorem, quàm corpora [p]: eo fit ut fungantur aliæ aliarum uice, cum per solutionem una res pro altera redditur, ita ut una tantum præstet quantum altera, non modò ipsa substantia ac qualitate, sed etiam usu [q]: ut creditor planè idem recipere uideatur quod dedit, non quidem in specie: nam corpora certè diuersa sunt, (speciei enim uocabulum hîc I. C. suo more indiuiduis corporibus tribuit) sed per solutionem, quæ (ut dixi) planè idem reddit creditori quod dedit. Verbi gratia: Si mihi uinum certi generis & bonitatis, certa mensura mutuò dederis, eoq; cõsumpto tibi eadem mensura de meo, quod eiusdem est generis, bonitatis ac precij satisfaciam: hîc non restituo tuam tibi speciem quæ consumpta est, sed in effectu per solutionem idem tibi reddo: quia meum uinum tui iam consumpti uice fungitur: tantumq; tibi præstat, quantum quod mihi dedisti, præstare poterat, non modò substantia & qualitate, sed etiam ualore atq; usu. Diuersum est in cæteris rebus, in quibus ideo in creditum ire non possumus, quia functionem non recipiunt, etiam in eodem genere. Vt cùm homo aut pecus alicui datur, ut in eodem genere restituatur aliud. Hic contractus mutuum non est, sed permutatio. Nec enim hæ res functionem recipiunt in genere: quia animal etsi simile est alijs animantibus in suo genere, tamẽ indiuidua ipsa specie, probitate, usu differunt: ut hîc uerum sit, quod dicitur: Nullũ simile esse idem [r]. Cùm autem ea sit natura mutui, ut idem omnino reddi debeat, neq; aliud pro alio solui inuito creditori possit [s]: apparet, quamobrem hæ res in mutuũ non cadant. Sunt qui [t] paulo aliter ea I. C. uerba, QVAE RECIPIVNT FVNCTIONEM, &c. interpretantur. Nam, inquiunt, ut fungi officio aut alio munere dicitur, qui facit quod facere debet, & ad quod destinatus est [u]: ita I. C. rem quoque fungi aiunt, cùm confertur ad illum usum, cuius gratia parata est: ut cum datur, soluitur, &c. Sed Vlpian. tit. 6. disertè monstrat, eam dici rem fungi, quæ datur & redditur. In rebus igitur quę pondere, numero, mẽsura constant, cõtrahi potest mutuũ: quia functionẽ, id est cõmunicationem, dationem, redditionẽ, usum, satisfactionem recipiunt, id est, præstant, non quidem specie, id est, in ipso indiuiduo: quia inutiliter cõmunicarentur, si eadem species esset reddenda, cùm illarũ non sit usus nisi in abusu: sed in genere per solutionem, quia solutio eiusdem generis facit, ut eadem res quæ data, usuq; cõsumpta est, creditori reddi uideatur.

12 Causa [†] formalis, est ipsa mutui datio: quæ fit eo animo, ut de Meo Tuum fiat. Vnde quia nemo dare potest, id est, rem & dominiũ transferre [x], nisi dominus [y], fit, ut in mutui datione dominũ oporteat esse dantem [z]. Requiritur igitur in mutuo rei Datio [a], hoc est, dominij translatio [b], & consensus contrahentium [c]: deficiente uerò horũ alterutro, deficit, aut pendet, aut ex pòst facto tantùm cõfirmatur mutuũ: uerbi gratia, si cõsensus deest, aut uoluntas cõtrahendi mutuũ: ut cum nõ eo animo datur, uti statim ex rei præstatione mutuum contrahatur, sed existente aliqua cõditione, aut cùm ex alia causa datur [d]: uel cùm consensu caret qui dat, ut furiosus, pupillus: uel cùm error interuenit: quibus casibus non consistit initiò mutuũ, sed consumptione rei cõciliatur [e], unde Vtilis cõdictio cõpetit [f]. Amplius uult Vlp. g erro re interueniente, ne nummos quidem accipientis fieri: quod accipiendum est irreuocabiliter, & iuris subtilitate, quin repeti possint. Nam uerè transire dominium, quando uterq; ex titulo translatiuo contrahit, alibi ostenditur [h]: est enim hac in specie, cõsensus in dominio transferendo: idq; non negat Vlp. [i] quia

a l.2.§.appellata.2.b.t. Inst.quib.mod.re contrab.oblig.in prin.
b Cic.lib.3.de Orat.
c l.aut si mutua. de eo & cert.loc.
d l.iurisgentiũ.7.de pact.
e l.1.de contrab.empt.
f l.3.b.t.
g d.l.2.§.creditum.3.uers. item.in prin. Inst. quib. mod.re contrab.oblig.
h l.rogasti.11.§.1.b.t.
i l.cum ultra. C. de non num.pec.
k Ias.post Bart.in d.l.rogasti. & ibi Bald. Alc. &c.
l c.consuluit.de usura. Panor. & Dd.in c.fi.eo.
m Corn.cons.44. in consultatione.num.5. uol.2. Henn. God.cons. de præscrip.nu.88. per doctrinam Panor.in d.c. consuluit.in fi. et Hosti.ibid. num.8.
n §.ius autem gentiũ. Inst. de iu.nat.gent.& ciu.l. quòd si minor.24. §. nõ semper.1.de mino.
o d.l.2.§.1.
p l.Titio.de lega.2. l.sius cui. de solut.
q Conna.lib.1.c.1.
r Dd.in l.quod Nerua.32. depositi.
s l.2.§.1.
t Duar.disp. lib.1.c.14.
u l.in metallũ.22. de pœ. l. prætoriæ.de præt. stip. l.1.de coll.dotis. cũ sim.
x l.fi.de condict. causa data.l.non uidentur.128. de reg.iur.
y l.nemo plus iuris. 54. de reg.iur.l.mater. C.de rei uend.
z d.l.2.§.fi.
a d.l.2.§.creditũ.3.l.certi. 9.§.numerari.3.
b l.fi.de cond.cau.da.
c l.si me & Titium.32.
d l.proinde.8.b.non omnis.19.b.t.
e l.si à furioso.12.d. l.non omnis.§.si pupillus.1.d. l.si me & Titium.32.
f l.4.C.si cert.pet.d.l.si me & Titium. Cuiac. Obs.lib.5.c.29.
g l.si ego.18.b.t.
h l.cum in corpus.38.de acq.rer.dom. & dixi Inst.ad tit.de rer.diuis. §.per traditionem.33.
i d.l.si ego.in fine.

quia postea subdit, Cõsumptis nummis cõdicenti obstare exceptionem: cõdicit autẽ nemo rem suã, sed translatã [a]: & quanquã loquatur de consumptis nummis: tamen quin idem obtinere debeat, illis extantibus, ut scilicet obstet exceptio, nulla causa est. Ediuersò si res deficit, quamuis consensus interueniat, mutuum non existit. unde Paulus inquit: Qui pecuniã accepturus spopondit creditori futuro, in potestate habet ne ei accipiendo se obstringat [b]. Etsi enim uerbis credimus, quodam actu ad obligationem comparandã interposito, ut stipulatione [c]: tamen nisi rei præstatio postea accedat, mutuum non perficitur. Si igitur creditori futuro promittit debitor, quia ea stipulatio conditionem hanc habet, Si mutuum datum fuerit, ea non existente, quod fieri potest si debitor pecuniã accipere recuset [d], stipulatio ad nihilum redigitur. Hinc & illud est, quòd si dedero tibi decem ut undecim debeas, nihil amplius quàm 10. condici poterũt, quia ulterius res nulla interuenit [e]. Item, si dominus nõ sit qui dedit, nummi accipiẽtis nõ fiunt: ideoq; deficit etiã mutuũ: ut si seruus pecuniã domini mutuo det [f], uel fur rem furto sublatã [g], uel socius rem cõmunem [h]. Sed in omnibus his si pecunia consumpta sit, cum res quæ esse desijt, uendicari nequeat, cõciliatur mutuũ, ut domino Cõdictio dari possit: quia æquũ & bonũ est, pecuniã domini quæ ad te sine ipsius uoluntate peruenit, & cõsumpta est, illi reddi [i]. Sic si depositã apud te pecuniã placeat subinde esse mutuã, mutuũ cõtrahitur [k]: si rem uendendã dedero, ut precio utare [l], aut debitorem meũ tibi iussi soluere, uel quod mihi debes in causam mutui sumere, stricta quidẽ ratione non contrahitur mutuũ [m], quia nihil de meo tuũ fit: & nõ pactis, uerùm Rebus illud inducitur: iure tamen singulari, & ex utilitate cõmerciorum, etiã hîc mutuũ sustinetur [n]. Illud quoq; in forma & natura mutui est, ut eadem omninò res reddatur, nõ modò in genere, sed etiã bonitate & ualore [o]: nam Creditori inuito aliud pro alio solui nequit [p]. Hinc & illud fit, ut huius cõtractus actio Stricti sit iuris, non Bonæ fidei [q]. Nec enim in ea licet iudici ex bono & æquo arbitrari, quid quo modo sit restituendum: sed omnia sunt ipsius contractus natura atq; regulis metienda, quę exigunt rerũ ultrò citroq; æqualitatẽ, ut cuius generis ac qualitatis res mutuò data est, illiusmodi omnimodo reddatur. Quanquã illud uideo quibusdã placuisse, si æstimationẽ offerat rei creditæ debitor, nullaq; captio sit creditoris, æquũ esse hanc solutionẽ admitti [r]. Nec enim affectionẽ ullam probabilẽ his in rebus fungibilibus creditor prętendere potest, quando pecunia quæ uice rerũ fungitur [s], facilè parentur, & extingui nequeant [t]. Ego tamẽ magis puto, inuitum creditorẽ ad recipiendũ aliud quàm quod dedit, cõpelli nõ posse [u]: præsertim cum in mutuo uersetur obligatio Dandi, non Faciẽdi, in qua æstimatio in uicẽ rei debitæ succedere nõ solet [x]: & tum demum ad æstimationẽ perueniri, & de ea quæri arbitror, quãdo eam oblatã non repudiat actor, nec quippiam opponit, atq; ita Iuliani responsum interpretor & intelligo [y]: in quo quando nulla extet de oppositione actoris contra æstimationem mentio, nec nos illã præsumere aut supplere debemus: cum exceptiones & oppositiones sint facti, Facta aũt non præsumantur, sed probentur [z]. Quanquã & illud dici potest, nõ de æstimatione rei totali, sed de particulari interesse, Iulianũ [a] agere: quod supra uinũ mutuo datũ postulatur, & æstimandũ est ex eo quod sua die, uel saltẽ litis contestatæ tẽpore non fuerit restitutum [b]. Ex eadẽ ratione & illud fortè defendi potest, pecuniã mutuo datã, in eadem specie monetæ reddendã esse [c], atq; etiã eodẽ in ualore & precio, quo data fuit, etiamsi postmodũ ualor auctus sit, uel decreuerit [d]: cæteroqui nec tantundem neq; idem, sed pauciores pluréue nummi quàm sunt accepti dabuntur, si secundũ præsentẽ monetæ cursum, nõ illum qui tẽpore mutui fuit, fiat solutio: id quod cõtra naturam est mutui, atq; æquitatẽ [e]: etiamsi Dd. in alia omnia discesserint [f]: quorũ tamen opinio usu recepta est, maximè illa ex causa, quod debitor nõ plus reddere uideatur quàm accepit: nã iuxta ualorẽ qui fuit tempore mutui, etiam ipse acceptis nummis proculdubio utitur, hoc est, eodem ualore atq; æstimatione eos exponit. Nec enim quisquã accipit mutuo, ut ociosam apud se pecuniã retineat, sed magis ut illa etiã urgente necessitate utatur, utendoq; eam expendat. Vnde siue postea decrescat siue augeatur preciũ, nihil ultrà quàm accepit reddere uidetur. Verbi gratia: Dedi tibi ante 20. annos mutuo 100. Ioachimos, singulos pro grosis 25. qui nunc tantum 24 ualent. Eos illo ipso mutuationis tempore, pro 25. singulos proculdubio expendisti. Etsi igitur nunc tantũ pro 24. accipere cogar: tu tamen nullũ damnũ patiẽre, cum eodem ualore expenderis antea, quo ego illos tibi dedi. Id quoq; naturæ mutui consentaneum est, ut periculũ pertineat ad eum qui mutuo accepit [g]: cùm quia ipsius gratia contractus initur [h], tum quòd dominus est, cui res perire solet [i]: postremò, quoniam res in genere consistentes, ut sunt quæ pondere, numero, mensura constant, perire nequeunt, neq; debitorem interitu liberant [k].

Causa † finalis mutui est, Vt res ad necessitatem uitæ opportunę, quarum in consumptione usus est, inter homines communicentur, alijq; aliorum beneficijs atq; auxilio benignè gaudeant & fruantur. Illud quoq; ad causam mutui finalem pertinet, quòd eo animo datur accipiturq;, ut aliquandiu re credita fruatur debitor [l]: nõ enim debet creditor cum sacco, ut aiunt, uenire paratus [m]: sed spacium aliquod relinquendum est debitori, intra quod re commodè utatur. Deinde ut eo spacio elapso, quod aut exprimitur in contractu, aut intelligitur, debitor rem in eadem bonitate, eodemque genere reddat (ut paulo antè dictum est) quantumuis id expressè non sit actum [n]. 13

Nunc † de ultima parte huius tituli, uidelicet de Condictione, agamus. Condictionis generali nomine omnes actiones Personales ueniunt: quòd ijs acturi non in ius ducere aut rapere debitorem solent, more iudiciorum olim solenni [o]: sed coram testibus Condicere, id est, Denunciare diem, ac conuenire cum reo qua die iudicio sisteretur [p]. Ex omni autem contractu aut Certum petitur, aut Incertum [q]. Ad incertum petendum, actio Ex stipulatu, & aliæ condictiones pro uarietate obligationum competunt: de quibus suo loco. Illæ uerò actiones personales, quibus certi quid cõprehensum est, quod quale quantumq; sit apparet, uocantur generali nomine Certi condictiones: ex quacunq; tandem causa & obligatione 14

a *uide infrà, de condict. et l. fin. usufruct. quemad. caue.*
b *l. qui pecuniam, 30. hoc tit.*
c *d. l. 2. §. fi. hoc tit. l. si pœnam. 68. de uerbor. obligat.*
d *l. pen. ĩ. quæ res pigno.*
e *l. rogasti. 11. §. pen. b. t.*
f *d. l. rogasti. §. fin. b. t.*
g *l. nam etsi fur. 13. b. t.*
h *l. si socius. 16.*
i *d. l. si me & Titium.*
k *l. certi. 6. §. ult.*
l *l. rogasti. b. tt.*
m *l. qui negocia. 34. mand.*
n *l. singularia, l. rogasti. hoc tit.*
o *l. 3. b. t.*
p *l. 2. §. 1. b. t.*
q *l. aut si mutua. 6. de eo quod cert. loc.*
r *l. uinum. 22. b. tt. l. fin. de condict. triti. l. quoties in diem. 59. de uerb. oblig.*
s *l. 1. de contrab. empt.*
t *l. in ratione. 30. §. incertæ. ad l. Falcidiam.*
u *l. 2. §. 1. l. 3. b. t.*
x *l. ubi. 75. §. fin. l. stipulationes. 72. ubi Bart. & Dd. de uerb. oblig.*
y *d. l. uinum. ut in l. 6. l. si ui. 15. l. 1. §. quod autem. ĩ. unde ui. ubi dixi nu. 13.*
z *l. asseueratio. C. de non nu. pec. l. siue. C. de probat. uide Castr. in l. unic. C. ut quæ des. aduoc.*
a *d. l. uinum. 22.*
b *ut in l. exhibitionis. C. ad exb. l. 3. §. item Iulianus. l. quòd si Ephesi. de eo quod cert. loc.*
c *l. Paulus respondit. ubi Bart. limitat, nisi creditoris nihil interfit. ff. de solut.*
d *uide latè Molin. in tract. usura. quæst. 92. num. 693. cum multis seqq. Curt. senior in l. cum quid. hoc tit.*
e *l. 3. hoc tit.*
f *Bart. in d. l. Paulus. nu. 6. & 10. de solut. & in l. cum quid. ubi Alexan. Ias. & communiter Doctores, hoc titu. & idem Bart. in l. 1. l. cum aurũ. de aur. legat. et alij quos cumulat Molinæ. præalleg. loc.*
g *§. item is. Institut. quibus mod. re contra. obl. ubi dixi.* h *l. 5. §. nunc uidendum. 2. commodati.* i *l. pignus. C. de pignor. act.* k *l. incendium. C. si cert. petatur.* l *l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ĩ. commo.* m *l. quod dicimus. 105. de solut.* n *l. 3. hoc tit.* o *uide suprà, de in ius uocan.* p *§. appellamus. Institut. de actio.* q *l. stipulatio. num. 2. de uerborum obligation.*

BIU Cujas

tione descendant, siue ex certo aliquo, id est (quantum arbitror) nominato contractu, uel qui certum continet: siue ex incerto & innominato [a], aut in quo initiò certum non fuit, sed ex pòst facto fit certum. Propriè tamen & specialiter illa appellatur Certi condictio, quæ uel ex mutuo, uel ex stipulatione certæ summæ datur [b]. Neq; enim certior fieri designatio potest, quàm cùm res fungibilis certo pondere, numero, mensura circumscribitur, quod fit in Actione mutui: uel qualis quantaq; sit, certis obligationis uerbis designatur, quod fit in Stipulatione. Hinc factũ est, ut cùm cæteræ condictiones in proprium ferè nomen transeant, solæ hæ actiones nullo alio speciali nomine quàm Condictionis certi appellentur. Cùm autem hoc in titulo non modò de condictione certi ex mutuo, sed etiam ex stipulatu agatur, propterea quòd olim, cùm nõ gratuitò darent mutuo, sed utplurimùm fœneratò: magis uerborum obligatione creditores sibi cauebant, qua sortem & usuras stipulabantur [c], quàm solo contractu mutui, ex quo nihil amplius deberi potest quàm datum est [d]: rectius inscriptio facta est, De certi cõdictione, quæ ex utraq; & mutui stipulationis obligatione descendit, quàm de Mutuo, uel Mutui actione.

a l. certi condictio. 9. in prin. b.t.
b in prin. Instit. de uerb. oblig.
c l. 2. §. fi. l. lecta. 40. l. pe. b.t. d. l. si pœnam. 68. de uerb. oblig.
d d. l. rogasti. §. si tibi. b.t.
a Paul. lib. 5. tit. 15. & lib. 2. tit. 1.
b Gell. lib. 16. cap. 7.
c Bald. in Rub. b.t.
d Cic. lib. 3. Offic.
e l. 1. b.t.
f in d. l. j.
g c. 1. eod. lib. 6.
h c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. c. ubi. c. cum cõtingit. de elect. c. 2. de rebus Ecclesiast. nõ alienandis. c. quanto. 18. de iureiur.
i tot. tit. de forma fidelitatis in usib. feud.
k l. de creationibus. 20. C. de episc. audi. l. fin. C. de curat. furio. tot. tit. de form. fidel. in usib. feud. cum sim.
l c. nimis. 30. de iureiur. c. solidæ. de maior. & obed.
m c. unic. §. uerum. de stat. rel. lib. 6. c. unic. ubi Matth. de Afflict. qual. iura. uasal. c. unic. §. consules. et §. uasalli. de pac. const. Iacobin. in tract. feud. ad uerb. sed an Princeps. num. 15. 16. & uerb. qui quidẽ inuestiti. num. 9. & de homag. num. 13. & 14. Panor. Imol. & Dd. in d. c. nimis. de iureiur.
n in l. si quis pro eo. 15. 32. ff. de fideiuss. Bart. in l. ut iurisiurandi. de oper. liber. Iaso. in Auth. sacramenta. nu. 7. C. si aduer. uen.
o c. cum contingat. de iure iu. cap. quãuis. de pact. in 6. l. j. cum Auth. C. si aduersus uend. l. si quis maior. 41. C. de transs.
p c. iuramenti. 22. q. 1. c. 2. de pact. in 6.
q l. ut iurisiurandi. 7. de oper. libert. l. pen. si à paren. quis fue. manu. l. nullum. de obsequi. à libe. & lib. præst.
r l. iurisgentium. 7. §. si paciscar. 16. in fi. de pact. l. si quis inquilinos. 112.

De iureiurando, siue uoluntario, siue necessario, sive iudiciali. Tit. II.

1 Continuatio tituli.
2 Quid sit iusiurandum.
3 Quot eius partes.
4 Causa efficiens.
5 Materia: & non esse temerè iurandum.
6 Forma & finis.
7 Species.
8 De iureiurando uoluntario.
9 De iudiciali.
10 De necessario.
11 Explicatio l. admonendi.
12 Edictum prætoris.
13 Effectus iurisiurandi.
14 Adiacentia, affinia, contraria.

1 SÆpenumerò † dixi, Pandectas ad formam & usum forensem esse compositas: ac continuam titulorum seriem interdum noua aliqua materia intersecari, iudiciorum ordine ac praxi id requirẽte. Cùm itaq; in mutui & rerum creditarũ ambiguitatibus decidendis, maximus sit iurisiurandi usus, & ad id deficientibus in hoc genere probationibus peruenire soleat [a], adeò ut quidam non inuenustè dixerit [b], Emplastrum æris alieni esse iusiurandum: meritò ad materiam mutui & cõdictionis certi, hic de Iureiurando tractatus, quo condictionũ ambiguitates expediri solent, adiungitur: quemadmodũ & in Codice, uno titulo & Res creditas, & Iusiurandum pertractari, uidere licet.

2 IVSIVRANDVM, † est assumptio nominis Diuini, ad confirmandam iurantis fidem [c]: uel potius
3 est Inuocatio Dei, qua petimus ut sit testis nostræ asseuerationis [d], & puniat fallentes. Ex † quo liquet, duas esse iurisiurandi partes: alteram Inuocationem Dei, ut ipse καρδιογνώστης, testis sit nos uera dicere: alteram, Imprecationem nostri, qua deuouemus nos pœnis & uindictæ Diuinæ, si fallamus. De speciebus paulo pòst opportunius dicetur, si prius causas exposuerimus.

4 Causa † Efficiens Iurisiurandi est, quod quidẽ ad hanc materiam, institutumq; nostrum attinet, aliàs Pactio ipsorum litigatorum, qui deficientibus probationibus, aut ut iureiurando res dirimatur, conueniunt, aut inuicem illud in iudicio deferunt, ut omnino præstandum uel referendum sit: aliàs uerò Authoritas iudicis, qui in defectum supplementumq; probationis, iurandi necessitatem alterutri litigatorum imponit [e]. Videtur autem consuetudine quadam in usum ueniisse, authore Gaio [f], iurisiurandi religio, in remedium expediendarum litium, ut ueritas quæ humano ingenio erui non potest, ad Deum omnium rerum cõscium referatur: eoq; teste atq; indice, obscura explicentur. Postea Prætor suo Edicto eiusmodi religionem confirmauit, & sanctam esse uoluit.

5 Materia † Circa quam, sunt res honestæ & licitæ: nec debet esse uinculum iniquitatis [g], neq; obligatorium est, ut aiunt, contra bonos mores iuramentum [h]. Ad quatuor autem ferè iusiurandum adhiberi solet. Primò ad Fidei promissionem, ut cum uasallus domino fidelitatem iureiurando addicit [i], aut magistratus Reipub. & alij alijs [k]. Quo in genere receptum est etiam iuramentum, ut uocant, Assecurationis [l]: quod tam subditi quàm exempti, ut personæ Ecclesiasticæ, domino territorij in quo prædia possident, præstare compelluntur [m]. Secundò ad Obligationẽ producendam, cùm aliquis iurat se quid daturum facturumue: quod iusiurandum non obligare, Dd. [n] impiè docent, cùm omne iusiurandum rei licitæ sit seruandum [o], nec minus iureiurando alicui promitti possit quàm nudis uerbis [p]. Cui non obstat d. l. si quis pro eo: ex qua generalem regulam extruxerunt, Iusiurandum non esse modum inducendæ obligationis. Loquitur enim in casu speciali, cùm ingenuus homo operas officiales promittit, tanquam libertus. Quod quia ingenuitati planè contrarium est, & Ll. improbatum [q], ideo non mirum est, eo casu iusiurandum iure Romanorum nullam producere obligationem [r]. Tertiò adhibetur ad Contractuum confirmationem [s]. Quartò ad Litis decisionem, in supplementum uel defectum probationis: de quo iureiurãdo hîc propriè agitur. De reliquis suo loco dicemus. Sed excepto primo & hoc ultimo casu, haud temerè ad ineundam confirmandamue obligationem est iurandum. Etenim nec uiri boni est, ut dicebat Socrates, Deum suorum negociorum testem facilè accersere, neq; superuacua iuramenta aut deferenda sunt temerè, aut præstanda [t]. Et extat apud Vlpian. [u] dicterium, περιττῶς μὴ ὄμνυε. Quid quòd Sacræ literæ & Diuina præcepta temerariam iurandi facilitatem in primis damnant [x]? Sed ut ad iusiurandum hoc nostrum Iudiciale reuertamur, illud præstari inquit I. C. quacunq; quis actione contueniatur: siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue pœnali actione, uel quauis alia [y]. Et in summa, ad

a l. si duo. 13. §. fin. b.t. x c. etsi Christus. de iureiur. Matth. cap. 5. y l. 3. §. quacunq; ubi uide omnino. gl. l. si duo. 13. §. idem hoc t. adde si placet, Schurff. consi. 47. quod in præsenti. circa finem. cent. 2.

BIU Cujas

ma, ad pecunias & ad omnes res locum habet [a]. Ad formam iurisiurãdi, requiritur Formalitas, & Specificia uerborum expresio, ut loquuntur [b].

Forma † uerò conceptis uerbis iurandi, ueteri Romanorum more duplex fuit. Aut enim testis inuocabatur Deus, ut apud Virgilium: 6

Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terr. precanti,
Et pater omnipotens: & tu Saturnia Iũno. Item:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediosq; ignes, & numina testor.

Aut iurans sibi malè precabatur, si fefellisset uerbis illis solennibus: Si sciens fallo, ita me Diespiter, salua urbe arceq; bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Silicem enim lapidem manu tenens imprecabatur, quem postea qua poterat ui proijciebat: ut est apud Plaut. Cic. Liuium, & alios passim: utroq; modo ex animi sententia, hoc est, fide & cõscientia bona iurari pronunciabatur [c]. Sed prior forma, uti plenior & melior (nam & his, qui Deum testem inuocat, simul se pœnæ periurij obstringit) iure nostro recepta est, neque aliter quàm per Nomen Dei iurari solet [d]. Vnde qui per salutem suam iurat, aut per caput, licet per Deum iurare uideatur (respectu enim Diuini numinis ita iurat, ut nolit saluum se, si fefellerit:) attamen si non ita specialiter ei delatum est, ut hoc modo iuraret (iurari enim oportet, ut delatũ est [e]) minimè iurasse uidetur [f]. Sed de forma iurisiurandi Voluntarij partes inter se cõueniunt, omneq; iusiurandum licitæ, nec improbatæ religionis Prætor tuetur [g]. In iudicio autem, si inter litigatores de qualitate iuramenti fuerit dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis est, qui formam illam sequi solet, ut per Deum tantum iuretur [h]. Et ita quidem apud ueteres fuit obseruatũ. Postea uerò quàm Augusti Christianã religionem professi sunt, moribus receptũ fuisse uidetur, ut tactis Sacrosanctis Euangelijs iusiurandum daretur [i]. Per nomen tamen solius ueri Dei in nostra Christiana republ. iurandum est: secũdum præceptum, in nomine Dei tui iurabis: ut diuinis literis habetur expressum [k]. Cùm enim iusiurandum tantum uni Deo præstetur [l], & sit inuocatio, quæ soli Deo *καρδιογνώστῃ* & omnipotenti debeatur: efficitur, & per huius quoq; solius nomen iurandũ esse. Reliquæ per Creaturas iurandi formæ, etsi praua quadam consuetudine inueterauerint: tamen sunt, ut loquitur Christus Matth. 5 *ἐκ τοῦ πονηροῦ*. Quamlibet ergo promissionẽ per fidem, non dico ciuilẽ, puta Principis, nobilis, boni uiri, de qua fides simpliciter & absolutè posita accipitur, nec uim iuramenti habet: sed etiã per fidẽ Christianã, religiosam, per baptismũ, salutem animæ, &c. factã Papicolæ Canonistæ pro iureiurando habeãt, extrà quàm ubi lex corporale iuramentũ in forma requirit: nunquam tamen ego pro iureiurando, sed potius uice piaculi ac sacrilegij habeo. Et quanquã in iurandi forma multũ ualet consuetudo, secundũ quam iramenta sunt concipienda: tamen hoc ita accipiendum est, dum ne iuri diuino sint contraria [m]. Vnde uĩ demus, solennitatem tangendorũ Euangeliorum, quasi non necessariam [n], multis locis omitti: & inuocationem hominum mortuorum, ut impiam, & iure Diuino damnatam, in curijs bene institutis repudiari. Nam nullà, quamuis inueteratissima consuetudine, iuri Diuino præscribi potest [o]. Illud rectius usitatum, ut per nomen solius Dei, mares erectis duobus digitis primis, fœminæ apposita ad sinistrum pectus dextera, in loco publico coram iudice iurent. Quòd uerò & hìc pro ueteri Euangeliorum tactione iam in ordinationes imperij, moremq; publicum irrepit, ut iuretur hac forma: Ita me Deus iuuet, & sanctum uerbum eius: in eodem hæret uitio: nisi de uerbo personæ, qui est *ὁ λόγος πρὸς θεὸν*, non de uerbo literæ Euangel. (ut fit) accipiatur. Huic enim gloria solius Dei, nempe inuocatio, non est humano consilio tribuenda. Est etiam receptum inter illustres præsertim & nobiles personas, ut loco iuramẽti per fidem Principalẽ, seu generositatis ac nobilitatis promittatur: quod pro uero iureiurando haberi translatitium est [p]. Quod admittũt alij, si per fidem Christianam promittatur: secus si per humanam, aut absolutè per fidem, quia de humana accipitur [q]. Ego uerò hæc omnia libẽs in uitio posuerim, cum impia sit qualiscunq; iurisiurandi formula, qua per aliud quàm uiuentem Deum iuratur: impietatis uerò nullum uinculum, nulla obligatio esse debeat [r]: etiamsi Pontifex contrà statuat, c. etsi. 25. uers. & quamuis de iureiuran. c. cõsidera. c. duobus. 22. q. 1. Causa finalis iurisiurandi, de quo nos loquimur, est, ut lites expediantur [s], & probationis defectus suppleatur [t].

Species † huius iurisiurandi, quod ad remedium expediendarum litium pertinet, quod lites finit [u] 7
(de hoc enim solo hìc agimus) sunt tres, quemadmodũ & inscriptio istius tituli indicat: Voluntarium, Iudiciale, & Necessarium. Voluntarium Græci interpretes faciunt non id, quod extra iudicium ex cõuentione defertur [x] (nec enim de tali genere in hoc condictionum & iudiciorum argumẽto tractatur) sed quod in iudicio alter litigatorum alteri defert [y]. Potest enim ex multis causis recusare [z]: potest referre semper is cui defertur [a]. Ergo non nisi sponte & uoluntarius iurat. Est itaq; Voluntarium cùm respectu eius qui defert, tùm illius qui præstat. Necessarium statuunt, quod refertur, quia necessariò præstandum est [b]. Iudiciale uerò, quod iudex defert [c]. Nec enim locus solus facit iudiciale (alioqui omne quod in iudicio defertur, & de quo hìc agitur, sic appellaretur) sed iudex ipse qui defert: à quo quę proficiscuntur, Iudicialia nominantur [d], quòd à mero iudicis officio proficiscantur [e]. Sed hæc à communi nostrorum schola abhorrent, ubi statuitur Voluntarium siue conuentionale, quod ex cõuentione per modum transactionis extra iudicium defertur [f]: ita appellatum, quòd ex uoluntate & sponte suscipiatur. II. Iudiciale, quod à parte parti in iudicio defertur. III. Necessarium, quod inopia probationis à iudice litigatori imponitur. Id enim quia recusari sine iustissima causa nõ potest [g], necessarium nostris appellatur, Græcis *ἀναγκαῖον*. Sunt autem inter has etiam species quædam nostris differentiæ. Iusiurandum † Voluntarium nemo cogitur initiò suscipere: postquam autem semel ex cõuentione susceptum est,

[a] l. iusiurandũ. 34. hoc tit.
[b] Dec. in l. semper. 35. nu. 13. de reg. iur. per not. Panor. Ant. Butr. in c. pen. de iureiur.
[c] l. 3. §. eiusdem. 1. de testib. Cic. in Acad. & lib. 3. Offic. Liu. lib. 22. Gell. lib. 4. cap. ult. Cuiac. obser. lib. 1. cap. 20.
[d] Panor. in c. 2. de sponsalibus.
[e] l. 3. §. fin.
[f] l. qui per salutem. 33. l. fin. l. 4. & 5.
[g] d. l. 5. in prin. & §. sed si quis. 3. h. t.
[h] l. iusiurandum. 34. §. 4. h. t.
[i] in Auth. de sanctiss. Episcop. l. rem non nouam. 12. §. patron. C. de iudic. d. l. de creation. b. cum simi.
[k] Exod. 23. Iudic. 11. Deut. 6. & 10. Ios. 23. Matt. 5.
[l] Anchor. consil. 192. in auxilium, num. 1.
[m] Ias. in l. fin. num. 2. qui satisd. cogan.
[n] Felin. in c. 2. num. 14. de sponsal. per c. etsi Christus. de iureiur. Socin. in l. 3. §. iurari. h. t. per §. fin. in Auth. ut luxur. contra nat.
[o] Bald. in l. 2. nu. 1. & 2. & l. eos. 27. C. de usur. Schurff. consil. 83. prædictæ. nu. 11. cent. 3. per not. in c. fin. c. ueneralibilis. c. ad audientiam. ex̃. eod.
[p] c. ad aures. ubi Panor. nu. 4. & 5. De his quæ ui met. caus. Host. de iureiur. nu. 1. gl. in. c. querelam. uerb. præstita. Ne præla. uic. suas. c. peruenit. de fideiuss. ca. 1. de sepul. in 6. Ias. in l. 3. §. iurari. nu. 3. de iureiu. c. ad Apostolicæ. ubi Inno. de re iudic. Bald. in c. literas. in fin. de præsump. Land. in tract. de prin. nu. 258. & sic de notoria consuetudine & in camera seruari, testatur Mysing. obseruat. 17. cent. 1.
[q] uide Couar. in c. quamuis. de pact. in 6.
[r] c. non est. de reg. iur.
[s] l. 1. h. t.
[t] l. eum qui 30. h. t.
[u] l. 1. hoc tit.
[x] l. iusiurandum. 7. in prin. hoc tit. [y] l. 1. l. qui iurasse. 26. §. 1. l. sed etsi. 25. l. ult. admonendi. 31. in fin. hoc tit. quam de tali iuramento accipiunt. [z] l. generaliter. 12. h. t. [a] l. iusiurandum. 34. §. ait. 5. h. t. [b] l. penult. h. t. [c] d. l. admonendi. l. 3. C. eod. [d] ut tit. de prætor. stipul. [e] l. 5. de uerb. oblig. [f] l. iusiurandum quod. 17. l. si quis. 39. h. t. [g] l. generaliter. §. sin autem C. de reb. cred. c. si. in prin. ex̃. eod.

BIU Cujas

est, præstari omnino debet, neq; referri deferenti potest [a]. Sicut enim initiò libera potestas est unicuiq; habendi uel non habendi contractus: ita renunciare constitutæ semel obligationi, aduersario nõ consentiente, nemini licet [b]. Quod autem ad uim & effectum attinet, hoc iusiurandum speciem continet transactionis, maioremq; habet authoritatem quàm res iudicata [c], & loco solutionis cedit [d]: adeò quidem, ut negocium isto iureiurando decisum, detrecto etiam periurio, aut nouis repertis instrumentis, non retractetur [e]: quemadmodum nec alia quæuis transactio [f].

9 Porrò † Iudiciale iusiurandum deferre actor potest, etiamsi nihil præstiterit aut probarit, ut est communis opinio [g], quod & ius Sax. sequitur [h]: quo tamen iure, ante litis contestationem delatio ab actore (nam in reo, qui exceptionem lite demum contestata proponit [i], & iusiurandum defert, contrà obseruandum esse arbitror) facienda est. nam ea pro mutatione libelli habetur, quæ post litem contestatam recipi non solet [k]. Porrò reus ita delatum non præcisè compellitur suscipere: sed si uult, potest id parti deferenti referre [l]. Alterutrum tamen facere cogitur, nisi soluere malit [m]: cùm manifestæ sit turpitudinis, nolle iurare, aut non referre [n]. Quod tamen ita uerum est, si iudex delationem iurisiurandi approbarit [o]: aut nisi reus, conscientiæ religionem testibus, & idoneis probationibus supplere possit [p]. Qui autẽ iusiurandum hoc defert, prius debet iurare, si exigatur, se non calumniandi animo iusiurandum deferre [q]: & si ei referatur, iurare omnino cogetur: aut denegabitur illi actio, cùm nõ debeat ei displicere condictio iurisiurandi, quam primus detulit [r]. Sed nec iusiurandũ de calumnia referenti dabitur: quia nõ est ferendus actor, si conditionis nomine, quam ipse detulit, de calumnia uelit sibi iurari [s]. Quomodo enim iustè insimulet reum calumniæ, quando non ab illo, sed ab ipsomet actore necessitas iurandi sit profecta? Hoc autẽ iuramentum de calumnia, Speciale appellatur: & moribus nostris solum obtinet, reliquis calumniæ iuramẽtis quæ super tota lite præstantur, obsoletis [t]. Sanè si parato aduersario iurare, is qui detulit, remittat iusiurandũ: id est, gratiam eius faciat, contentus uoluntate suscepti iurisiurandi, perinde habebitur atq; si iuratũ esset [u]. Potest tamen iure Ciuili (nam Saxonico pœnitere post Guarandam non licet [x]) etiam non remittere, & antè præstitum iusiurandũ illud reuocare, adq; probationes reuerti [y]. Est & illud quæstionis, An per procuratorem iusiurandũ præstari possit [z]: item, An per hæredem, si fortè antequã iuret, reus uel actor decedat [a]: quæ in nostris Commẽtarijs methodicis prolixius examinabuntur. Quod ad effectum attinet, nihil uideo hoc Iudiciale iusiurandum differre à superiore: cùm ex conuentione quodammodo descendat, eiq; stare litigatores uelint [b]: adeò ut arbitrer, sententiam post eiuscemodi iusiurandum ciuili iure nõ requiri. nam moribus aliter obseruãri scio. Actionem enim denegari postquã ita iuratum est, imò actionem & exceptionem ex eiuscemodi iureiurando oriri, Iurisconsultantur [c], & nihil amplius post iusiurandum quæri aiunt [d]. Ex quibus omnibus satis apparet, post datum hoc iusiurandum litigatores quasi transactione aut solutione facta [e], à limine iudicij remoueri [f]: præsertim cùm ulteriorem quæstionem Prætor edicto inhibeat.

10 Necessarium † iusiurandum præstare omninò cogitur is cui delatum est. nam parendum est uoci iudicis [g], qui eiuscemodi iusiurandũ, quando scilicet à partibus est petitum (nam alioqui iudex officium suum non impartit [h]) in defectum uel supplementum legitimarũ probationum defert [i], ubi neq; nihil, neq; plenè probatum est: quanquã indistinctè in iudiciali iureiurando delata conditione omnino aut iurandũ aut referendum est [k], ut diximus, & usu obseruatur. Cæterùm hîc nulla probatione facta, reus debet absolui, etiamsi nihil præstet [l]: si plenè, condemnari [m]. Cùm autẽ suspicionibus tantum oneratus est reus, deferre illi iusiurandũ potest iudex in defectum probationis, ut sese purget [n], quod referri nequit [o]. Sin actor semiplenè probarit per unũ testem, aut priuatam scripturã, aut alijs modis, ita ut iudicis animus ijs penè persuasus, in causam actoris propẽdeat: huic potius in supplementũ probationis, iusiurandũ in causis ciuilibus (nã in criminalibus & alijs grauioribus, cùm probationes iustæ & luce meridiana clariores requirantur [p], huic iurijurando locus nõ est [q]) erit deferendũ, ut cõmuni consensu traditur à Doctorib. [r]: nisi (ut loquũtur) rei persona sit legalior, aut actor putetur ueritatẽ ignorare [s].

11 Etsi † autem iudices in dubijs causis exacto ita iureiurando, secundum eum qui iurauit iudicare solent (sententia enim hîc opus est, cùm hoc iusiurandum fungatur non uice transactionis uel solutionis, utpote inuitis partibus extortum, sed tantummodo probationis [t]:) tamen admonendi sumus, interdum ex integro causam agi, si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quibus nunc usurus sit, & probaturus falsum esse iuratum. Nam quod dicitur, Sententiam quę transiuit in rem iudicatam, instrumentis nouè repertis non retractari [u], non obtinet in sententia quæ ex probationibus Priuilegiatis, ut loquuntur, lata est [x]: præsertim falsis ac dolosis [y], ut constitutiones etiam Principum ostendunt [z]: quarum mentionem facit Caius in d.l. admonendi. Iusiurandum autem necessarium, est probatio priuilegiata & singularis, quia iurans sibijpsi dat testimonium, contra communes iuris regulas, quibus traditur, Neminem in propria causa idoneum esse testem [a]. Si igitur sententia secundum iusiurandum data sit, poterit denuò ex nouis instrumentis agi, & sacramenti falsitas ostendi [b]. Res enim iudicatæ non retractantur, quæ ordinaria cognitione ac probatione definitæ sunt [c]: non quæ inopia probationum ex

a d.l.iusiurandum.17. b l.sicut.C.de act.l.in cõmodato.17.§.sicut commodati. c l.2.h.t. d l.qui iurasse.§.fin. cum l.seq.h.t. e l.1.C.de reb.cred.l.admonendi.in fin.h.tit.l.quòd si deferente.cum l.seq.de do.ma. f l.sub prætextu.1.& 2. C.de transact. g l.delata,C.de reb.cred. l.manifestè. ubi Ias.de iureiur. & idem Ias.in l.admonendi.h.t. h Land.lib.1.art.6.Fachs. diff.52. i uide ĩ.de except. k Chilia.cap.66. Fachs. præall.loc.Reinh.diff. iudic.1. l l.iusiurandum.34.§.ait prætor.h.t. m d.§.ait prætor.l.delata. C.eod. n l.manifestæ.h.t. o d.l.generaliter.§.sed iuramento. p Chil.præall.loc.Salic. & alij.in l.2.& l.delata.C.de reb.cred. q d.l.iusiurandum.34.§. qui iusiurandum.l.si nõ fuerit.37.hoc tit.l.delata.C.de reb.cred.Paul. lib.2.tit.1. r d.l.iusiurandum.§.ait prætor. s d.§.ait præt.Chilian. cap.67. t Fachs.diff.47.Reinh. diff.iud.7. u l.4.§.fin.l.5.l.nam postea.§.1.hoc tit.l.actori.C.eod.Paul.lib.2.t.1. x Fachs.diff.53.per artic. 11.lib.2.Reinh.diff.iudic.14. y l.si quis.11.C.de rebus cred.Bart.in l.non erit.§.fi.hoc tit. z Auth.principaliter.C. de iur.prop.calum.uide Bart.in l.qui bona.§.si alieno.nu.15.de damn. infect.ubi concludit posse.Land.lib.1.art.46. uide Dd.in c.fin.extra.

eod.gl.fin.in.l.ad egregias.15.hoc tit.quæ contrà cõcludit.sed opinio Bart.seruatur in praxi,pro qua text.in c.2.de testib.lib.6. a l.generaliter.12.C.de reb.cred.Ias.in l.admonendi.num.313.hoc tit.& in l.penul.§.hoc iudicium.nu.5.& 7.ne quis eum qui in ius uoc.Rom.cons.290.Land.lib.3.art.11.Reinhar. diff.iud.34. b l.qui iurasse.26.§.fin.h.t. c l.nam postea.in princ.& §.1. d l.5.§.dato.hoc tit.l.post rem.de re iud. e l.iusiurandum.27. f c. 1.de lit.contest.lib.6. g c.fi.extr.eod. h Ias.post Bart.& Dd.in l.admonendi.num.316.317.de iureiur.ubi dicit hanc esse communem. i l.in bonæ fidei.C.de rebus credi. k l.delata.C.de reb.cred. l d.c.fin.l.qui accusare.C.de æden. m l.cum reis.C.de pœn. n d.c.fi.tot.tit.de purga.cano. o l.3.§.sicubi.C.de his qui ad Eccles.confug.glo.c.ult.uerb.famosa.de iureiur. p l.final.C.de probat. q Dd.in d.l.3.hoc tit. r Dd.in l.admonendi. 31.hoc t.in l.in bonæ fidei.C.eod.in cap.fin.extrà eod. s Ias.in l.pen.§.hoc iudicium.num.6.ne quis eum qui,&c.Bart.in d.l.admonendi.Chil.cap.66. t d.l.eum qui.30. u l.sub specie.C.de re iudic.l.Imperatores.ff.eo. x l.fi.C.ad l.Iul.de adul. y l.si prætor 75.§. Marcellus.1.de iudic. z l.1.2.3. C.si ex fal.alleg. a l.nullus.de testibus.l.omnibus.C.eo.tit. b l.actione.C.de transact.l.1.& tot.C.si ex fal.instru.l.admonendi.ubi Rom.Ias.dicunt,nõ opus esse restitutione.hoc tit. c l.4.C.de re iud.l.impp.ff.eod.

religione & fide ipsius partis decisæ. Quod nō obtinet, si inter litigatores iureiurando, siue Voluntario siue Iudiciali, transactum sit negociū: quia Quod semel conuentione mutua sopitum transactumq; est, non debet iterum sub specie instrumentorum pòst repertorum retractari: præsertim accedente iurisiurandi religione [a]. Et hæc quidē breuiter dicta sint de his speciebus iurisiurandi, & effectu uniuscuiusq;. Alij porrò alias iuramentorum species ponunt [b]: uidelicet Assertorium iuramentū, quod nunc appellatur De ueritate dicēda: & Promissorium, quo quid promittitur: id quod rursus subdiuidunt in Absolutum, quod per se datur: & Accessorium, quod cohæret alij obligationi, eiusq; naturā & interpretationem induit [c]. Alij [d] tres statuunt species: uidelicet Promissorium, Confirmatoriū, & Decisorium. Theologi duas: ἐπαγτον, quod à magistratu imponitur: & Voluntarium, quod sponte susciptur, de quibus disputare, nostri iam non est instituti. Quare † nunc ipsum Prætoris Edictū de iureiurādo proponamus: 12
EVM A QVO IVSIVRANDVM PETITVR (abs alterutro nimirum litigatore. nam de iudiciali iureiurando, Prætoris edictum loquitur) SOLVERE AVT IVRARE COGAM [e]. (datur tamen ex humanitate facultas reo, ut si malit, referat iusiurandū) SI IS CVM QVO AGETVR, CONDITIONE DELATA (nam qui nemine deferente iurat, hunc Prætor non tuetur: sibi enim, nō aduersario iurauit [f]) IVRAVERIT, EIVS REI DE QVA IVSIVRANDVM DELATVM FVERIT, NEQVE IN IPSVM, (qui iurauit) NEQVE IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET, (ut successorem, aut alium, ad quem aliquod emolumentum ex iureiurando redit. uerbum enim Pertinere, latissimè patet [g]) ACTIONEM DABO [h]. Hactenus prætor.

Sed † & hoc per interpretationem placuit, ut non modò aduersus iusiurandum denegetur Actio, sed 13
ex ipso iureiurando actio in Factum, & Exceptio detur [i], perinde atq; ex re Iudicata [k]. quod tamen quidam, sed perperam, in iureiurando duntaxat Decisorio, nō etiam Promissorio, uolunt obtinere [l]. Nam cùm apud omnes populos, tū præsertim Romanos, magna semper uis, magnus effectus & religio fuit iurisiurandi, quacunq; ratione, uel in iudicio, uel extra iudicium præstiti. Nullum, inquit Cicero [m], uinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Id indicant leges 12. Tabularum, indicant sacra, indicāt fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides, indicant notiones animaduersionesq; censorum, qui nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. Et meritò quidem. exēpla enim testantur, ueriss imū esse quod dicitur, αἰδέρος ὐὲρης γινὸ μιτέπιεδεν αρώων: cōtrà, religionē iurisiurādi cōtemptam Deū habere ultorē [n], & grauib. pœnis uindicari, ut nō iniurià dixerit Hesiodus:

ὅρκων θ', ὅς κεν πλάσσῃ ἑκὼν ἐπιόρκιον ἀνθρώπων
πωμαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Sed quod dictum est, iusiurandū Deum habere ultorem, scilicet quo ad animam & cōscientiam peierantis, non eo inferendum est, periuria Dolo malo dicta etiam legibus non puniri [o], maximè quando cum alterius iniuria uel damno sunt coniuncta [p]: etiamsi Imperator nolit quasi crimen Maiestatis uindicari, si non dolo malo, sed calore iracundiæ per Principis uenerationem fuerit peieratum [q]. Etsi enim tale periurium non sit crimen maiestatis: consentaneum tamē est, saltem stellionatum esse, eiusq; criminis pœna puniri [r]: quando alteri dolosè periurio nocitum est. Ac fortè olim iuramenta per Principem dicta, pœnas habuerunt ciuiles, periurio patefacto [s], quasi ex contemptu uenerationis Principalis: ea uerò quæ per Deū præstabantur, diuinæ ultioni fuere relicta, per quam iuratū esset [t]. Sed cū apud Christianos tantum per numē ritè iuretur, etiā in hoc genere periuria constitutionibus rectè puniuntur [u]. Sunt & alij cōplures iurisiurandi effectus: ut quòd induat naturam actus cui accedit [x]: & tamen destituto principali, aut annihilato, non pereat uelut accessorium [y]. habet uim casus expressi [z], supplet præsentiam partis [a], excipit authoritatem superioris [b], accipitur secundum intentionem eius cui datur [c], intelligitur de præsentibus, non futuris [d]: neq; de noua causa [e], ut si altera pars promissis non stet [f], si res (ut feudum) administratur, cuius nomine iuratum est, auferatur, pereat [g]. item accipiendum est de licitis, non illicitis [h], Ecclesiæ [i] publicóue [k] detrimentosis. excludit appellationem [l]: & quamuis aliàs posterius pactum deroget priori [m], tamen hìc contrà est [n], nisi prius sit illicitum [o]. probationem facit plenam [p], etiam in enunciatiuis [q] semper seruandum est, quādo sine detrimento salutis seruari potest [r]: supplet solennitates [s], confirmat contractus [t], tollit restitutionem in integrum [u], addit forum foro [x], excludit pœnitentiam [y], præcisè obligat [z], uim & effectum specifici consensus [a], executionis paratæ [b], clausulæ derogatoriæ [c], rato manente pacto [d], &c. obtinet. De quibus plura apud Dd [e].

Adiacent † iurijurando boni mores [f], pietas [g], charitas [g], ueritas, simplicitas [h], iusticia, iudicium [i], li- 14
bertas [k], intellectus rei, & scientia [l]. Affinia sunt, promissio fidei [m], aut fides loco iurisiurandi disertè data: quam non uerum esse iuramentum ex eo liquet, quòd non omne simile [n], nec quod alterius loco ponitur [o], sit idem, maximè hoc casu, ubi non conuenit definitio iurisiurandi, quod est Inuocatio numinis reli-

a l. sub prætextu. 1. & 2. iunc. l. si quis minor. C. de transact. d. l. quòd si deferente. cum l. seq. ff. de do. ma.
b Bald. in c. 1. §. item sacramenta. nu. 2. de pac. fir. in usib. feud. Spec. de iura. delat. in prin.
c l. fi. C. de non nu. pec. l. fi. qui satisd. cogan. Ias. in l. si conuenerit. nu. 4. & 5. de iurisd. Schurff. cons. 27. nu. 9. cent. 1.
d Roman. in l. iusiurandum. 17. b. t. Ias. in Auth. sacrament. num. 9. C. si aduc. uen.
e d. l. iusiurandum. 34. §. ait prætor.
f l. 3. in prin. b. t.
g l. uerbum illud. 181. de uerb. signif. l. 1. §. in propria. quan. appell. sit, &c.
h l. 3. in prin. l. ait prætor. 7. b. t.
i d. l. nam postea. §. 1. b. t.
k l. actori. C. de reb. cred.
l Bald. in c. 1. §. sacramenta. de pac. fir. Ias. in Aut. sacramen. nu. 9. C. si aduers. uen.
m in Offic. lib. 3.
n l. 2. C. de reb. cred. Herod. lib. 2.
o l. si duo. §. si quis. ubi Ias. 7. pœnas recitat. h. t. l. nam sufficit. de dol. mal. l. fi. de crim. stell. Chass. in consue. Bur. tit. de retra. §. 12. uerb. par. ferment. nu. 22. cum seq.
p d. l. si duo. §. ult.
q l. 2. C. de reb. cred. uide distinct. Bald. optimam. in l. si cum patruo. 6. C. commu. utriusq. iud.
r l. fi. de cri. stellion. uid. tamē doctiss. Cuiac. obs. lib. 2. cap. 19. & lib. 7. cap. 13. & lib. 8. cap. 7.
s d. l. si duo. §. ult.
t d. l. 2. Tertull. in Apol.
u l. si quis. 41. C. de transl. pe. C. de dig. lib. 12. Nouell. 117. Harm. li. 1. tit. 2.
x l. uli. C. de non num. pec. l. ult. qui satisd. cogan. y c. 2. de pac. in 6. Mynsing. obser. 2. Cent. 3. z Bald. l. 1. nu. 4. C. com. a Crauet. de antiq. §. 3. nu. 43. b c. uenientes. 19. eod. c. 1. de prob. feud. alie. per Fed. glo. c. sciscitatus. 19. de rescript. c c. quæcunq. 22. q. 5. d c. clericus. 35. eod. Mynsing. obser. 7. Cent. 2. gl. uerb. extorta. in Auth. sacram. C. si ad. uen. e c. quemadmodum. 25. eo. Boer. decis. 204. num. 21. cum seq. f c. sicut. 29. in fin. eod. g c. 5. eod. c. 1. de uas. qui con. cons. Loth. h c. ad nostram. 21. c. quinta uallis. 23. eod. i c. breui. 17. eod. k c. intellect. 33. eod. l d. c. breui. m l. pacta nouiss. C. de pac. n c. ueniens. 16. c. intellecto. 33. eod. o c. tua. 11. d. c. ueniens. eod. p gloss. c. 1. uerb. non probet. de con. rec. feud. q Cra. de antiq. §. 3. num. 47. r c. cum contingat. eod. uide 22. q. 4. s Pan. c. cum contingat. t c. 2. ubi Dd. num. 17. de pact. in 6. Ias. Auth. sacram. num. 33. u d. Auth. sacram. C. si ad uend. x Ias. in Auth. sacram. num. 17. C. si ad uen. y gl. in l. si pecuniam. 8. ad uerb. necesse. de cond. caus. dat. Alex. Imol. & Dd. in l. 2. §. sed etsi. de dona. z Ias. in §. item si quis. nu. 12. Inst. de act. a Bald. in l. 1. nu. 4. C. commo. Alex. in l. sciendum. de uerb. oblig. & cons. 27. uiso nu. 7. uol. 1. tex. in ca. ex rescripto. de iureiur. b Bart. in l. 2. in fin. h. t. cuius sententiam dicit ibi communem Ias. num. 20. & in d. §. item. num. 20. c Bart in l. omnes. num. 33. de iust. & iur. Ias. in l. si mihi. 12. §. in legatis. num. 5. de legat. 1. d l. si quis maio. ubi Dd. C. de transact. e Iason. in d. §. itē. Inst. de act. Dd. in d. l. si quis maior. Can. in c. quinta uallis. extrà eod. f c. non est. de reg. iur. in 6. g c. cum quidam. eod. h c. uerum. 15. eo. Dd. Auth. sacram. C. si ad. uend. i c. etsi. 25. ubi gl. uerb. iustitia ponit hos comites iurisiur. eo. per c. anim. aduert. 22. q. 2. Ierem. 4. c. iurabunt. 22. q. 1. k c. si urò. 2. c. uerum. 15. eo. Dd. Auth. sacram. C. si ad. uend. l c. quanto. 18. m c. 3. eo. Panor. c. constitutus. de transact. & d. c. ad aures. de his quæ ui. Couar. c. 2. de pac. in 6. n Bart. l. quod Nerua. depos. o Euerar. à ui surrog. in fin.

BIU Cujas

religiosa, quæ hîc abest. Contraria sunt: uis [a], dolus [b], error [c], impubes ætas [d], absolutio [e]: quam nostræ leges, nimirum Ethnicæ, concedunt Imperatoribus [f]: ego uix permiserim Ecclesiæ [g], cum remittere nemo iuramentum queat, nisi cui factum sit [h]. fit autem Deo: quare obligationem huic quæsitam, homo relaxare non debet, nisi ex Dei permissu, & patefacta in scripturis uoluntate. At facer ille sermo seruari uult iuramentum [i]. Itaq; uix uidetur admittenda absolutio, nisi cum iuramentum illicitum est & improbum, atq; ita diuinæ uoluntati contrarium: de quo cognoscere Ecclesia potest.

De in litem iurando. Tit. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Quid sit iusirandum in litem.*
3 *Quòd à iudice tantum deferatur.*
4 *Ex qua causa deferatur.*
5 *Ratio, quare deferri possit.*
6 *Quibus in actionibus deferatur.*
7 *Quomodo iuretur.*
8 *Quis sit effectus iuramenti huius.*

1 CVM † in superiore titulo tractatum sit de tribus speciebus iurisiurandi, quod ad lites definiendas pertinet: ne quid hac in materia intactum inexplicatum q; relinquatur, consequenter nunc
2 hîc exponitur & alia species iurisiurandi necessarij, uidelicet Iusiurandum in litem. Est † autem IVSIVRANDVM IN LITEM, quod ex delatione Iudicis præstatur, cùm ab aduersario contumaciter & Dolo malo res uel nõ exhibetur, uel non restituitur, aut dolo eius factum est quo minus exhiberi uel restitui possit. Quo iureiurando permittitur illi æstimationem ipsius rei, ac eius quod inter
3 est, etiam in infinitum facere. Dico, † hoc iusiurandum, ex Delatione Iudicis dari [a]. Nam si alius detule
4 rit, aut eo non à iudice delato, iuratum sit, nulla erit religio, nec ullum iusiurandum [b]. Sed † non aliter defertur, quàm si aduersarius contumaciter & Dolo malo ex arbitrio Iudicis exhibere aut restituere rẽ quam actor suam esse intendit, aut nolit, aut non possit [c]. Nam propter culpam non esse hoc iusiurandum deferendum, constat [d]. quia non sine magna causa permittendum est actori, ut pro suo arbitrio & affectione litem æstimet, ac iudex quodammodo in causa propria fiat. Cùm igitur in culpa tantum hęret possessor, non in dolo, æstimatio litis minimè ab actore iuxta suam affectionem, sed à iudice ex ueritate facienda est [e]. Quam etiam ob causam, contra hæredẽ contumacis nõ iuratur in litem, quia dolo caret [f], nisi lis fuerit cum defuncto contestata [g]: quamuis ex parte agentis, indistinctè in hæredem hæc facultas, quasi pars actionis rei persecutoriæ transeat [h]: dum tamẽ scientiam rei aliquã habeat hæres [i], saltem ut de scientia sua & credulitate iurare possit [k]. Pupillis tamen hoc iuramentũ non defertur [l], ut nec aliud quodlibet [m]: sed bene minoribus [n]. Tutores autem nomine pupillorum, hoc affectionis iuramentum subire non coguntur [o]: etiamsi in Decisorio, ubi de ueritate dicenda agitur, secus sit [p]. Locum autẽ tum demum habet hoc iusiurandum, & deferri solet, cum iussus exhibere uel restituere rem quam
5 actor suam esse intendit, possessor Contumaciter negligit. Etenim † ratio quamobrem usus huius in foro inualuerit, non est inopia probationum, ut superioris iurisiurandi: sed locum illi facit à parte quidem rei Contumacia uel dolus, quẽ puniri oportet, à parte uerò actoris cui defertur, Præsumptum dominium. Huic enim si res sua à possessore contumaci non restituatur, aut eius dolo malo restitui nequeat, atq; ita quasi necessitas uendendi domino imponatur, meritò rem æstimandi suam, & precium
6 pro arbitrio statuendi, facultas est permittenda [q]. Porrò † cum actio ad Exhibendum propter uendicationes sit comparata [r], & qui exhibere supersedet, impedimentum præstat, quo minus uendicare & restitutionem rei suæ petere quis possit, meritò & in hac actione in litem iuratur [s]. Perinde autem est qualiscunq; sit actio, dummodo ad rem restituendã agatur, siue sit in Rem [t]: siue Personalis in rem scripta, ut ad exhibendum: siue Bonæ fidei, ut depositi, commodati [u], &c. In stricti autem iudicij actionibus in litem iurari non solet (exceptis arbitrarijs, ut eo quod metus causa, de dolo [x], &c.) nisi propter difficultatem probationis, re post moram extincta [y]: cùm quia his actionibus non ad restituendũ agitur, sed petitur Dari aut Fieri: tum quòd stricta est & angusta in his iudicis potestas, qui à formula iudicandi sibi præscripta, in qua nõ inuenitur expressum eiusmodi deferendi iurisiurandi arbitrium, recedere non potest. Extincta autem re, cum æstimatio initur, nihil causæ est, cur etiam in his nõ liceat pro arbitrio rem suam domino per iusiurandum æstimare [z]. permittitur autem actori planè pro suo arbitrio æstimationem facere, ac etiam in infinitum iurare [a].

7 Ne † tamẽ arrepta hac occasione in immensũm iuretur, potest iudex modum statuere iurijurando, ut Intra certam quantitatem iuretur [b].

8 Quin † & postquam iuratũ fuerit, licebit iudici uel absoluere, uel minoris condemnare [c]. Cum enim ex affectione tantum iuretur, potest iudex affectionẽ iurantis ad ęquum bonum q; redigere. Sed quia de periurio cuiusquam facilè quæri non debet, etiam cum ex necessitate iuratur [d]: meritò non nisi ex magna causa, & postea repertis probationibus, à iureiurando hoc necessario [e] semel præstito, est recedendum [f]: ac uix etiam ex magna causa hodie, propter constitutionem Iustiniani [g]. Iure porrò Sax. in hoc iureiurando illud dissimile est, quòd actor sine iureiurãdo æstimet, & taxationem faciat, in quam reus condemnatur: nisi quatenus eam taxationem iureiurando suo minuit [h].

a c. si uero. 8. c. uerum. 15. c. cum contingat. 28. eo. ubi gl. ad uerb. ui. c. abbas. de his quæ ui met. caus. gl. Clem. pastoral. de iud.
b d. c. cũ contingat. Auth. sacram. C. si ad. uend. ubi Ias. nu. 29. c. licet. eo. in 6. c. 2. de pac. num. 6. Imol. c. quinta uallis. nu. 45. eo.
c c. quanto. 18. eo. c. homines. c. ult. 22. q. 2.
d c. paruuli. 22. quæst. pe. d. Auth. sacram.
e uide Mynsi. obs. 57. Cent. 2. obs. 99. Cent. 3.
f l. ult. ad municip. Bald. l. 1. C. de iur. aur. ann.
g c. si uerò. 8. c. & passim. extr. eo. Ias. Auth. sacrã. nu. 83. C. si ad. uend. Paris. cõs. 96. nu. 87. uol. 1.
h c. 2. de sponsi. Num. 30. Ios. 9. Psal. 15. 24. Ezech. 17. Matth. 5.
i l. in actionib. 5. h. t.
a l. 4. §. deferre. 2.
b l. qui restituere. 68. de rei uend.
c uide Ias. & Dd. in l. 6. §. præt. l. 7. l. argen. 10. §. 1. de æden.
d l. 4. in fi. h. t. ubi Dd.
e l. fi. C. eo.
f l. 4. C. eo.
g Auth. princip. ubi gloss. & Dd. C. de iur. propt. cal. Ias. in l. pen. §. hoc iudicium. num. 5. ne quis in ius uoc.
h Ias. præall. loc. nu. 7. & in l. admonendi. nu. 313. sup. tit. 1.
i Chil. in præc. cap. 66. uide Reinh. diff. iud. 34. Land. lib. 3. art. 11.
k l. 4. h. t.
l l. iusiur. 34. §. pupillo. l. qui iurasse. 26. de iureiu.
m d. l. 4. in fin. ubi glos. ad uerb. potest.
n d. l. 4. h. t.
o l. cũ etiam. 5. C. de reb. cred. Bart. nu. 2. Ias. nu. 15. in l. 4. h. t.
p l. tutor. 8. hoc tit. l. si cũ dos. §. fin. cum l. seq. ff. rerum amotarum.
q l. 1. ad exhibendum.
r l. in actionib. h. t.
s l. qui restituere.
t d. l. in actionibus. x l. arbitrio. 18. in prin. de do. ma. y d. l. in actionibus. cum l. seq. z l. pen. §. 1. ubi gl. & Dd. ne quis eum qui in ius uoc. a d. l. 4. §. iurare. b d. §. iurare. c d. l. in actionibus. l. sancimus. 13. C. de iudic. d l. fin. h. t. e l. admonendi. ubi Dd. sup. tit. 1. f d. l. 4. §. fi. g §. oportet. Nouel. de iudic. Auth. post. iusiurandum. C. de iudic. h Fachs. dif. 70. per art. 47. lib. 3. Chil. in pract. cap. 136. Reinh. diff. iudic. 13.

BIU Cujas

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Tit. IV.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Cauſa ex qua detur condictio, & num. 3.*
3 *Ratio contractuum nominatorum & innominatorum.*
4 *Quare in his pœnitere liceat: & ratio l. 3. §. 1. & l. 5. h. t.*

a *l. 4. §. is quoq;. de oblig. §. item is cui. in fin. Inſt. de oblig. quæ ex qua. contract.*
b *uide Cuiac. obſer. lib. 8. cap. 34.*
c *l. 1. h. t.*

POSTQVAM † de Condictione certi dictũ eſt, ſequitur ut exponamus cæteras huic ſimiles cõdictiones, quę non quidem ex mutuo, ſed Quaſi mutuo, oriuntur [a]: uidelicet cũ aliquid Datum eſt, aut Ob rem uel honeſtam uel turpẽ, aut Ob cauſam, aut Sine cauſa. nam ſi ob rem honeſtam data ſit pecunia, uel alia res fungibilis (in qua ſola mutuum, & ideo etiam hoc quaſi mutuum conſiſtit [b]) puta dotis nomine, uel ut filius emancipetur, uel à lite diſcedatur, cauſa quidem ſecuta, ut ſecutis nuptijs, emancipato filio, &c. repetitio ceſſat, perfecto nimirum & abſoluto contractu [c]. Sin autem ſecuta non eſt propter quam dedi, quia affinitas fortè non contrahitur, à lite neq; dum receditur, æquiſſimum eſt, condictionem ad repetendum id quod datum eſt, mihi dari. 1

d *d. l. iuriſgentium. 7. in prin. de pact.*
e *l. 1. 2. 3. 4. 5. & tot. h. t.*
f *l. 3. §. 1. h. t.*
g *l. quod Seruius. 8. in prin. h. t.*

Etſi † etenim negocium hoc in alium contractum certũ non tranſit, neq; ui ſua parit obligationem, ſubeſt tamen Cauſa & Res: ac elegãter Celſo Ariſto reſpondit, eſſe συναλλαγμα, unde ciuilis obligatio naſcatur [d]. Cum enim tibi dederim Rem meam propter Cauſam, ut aliquid des uel facias, certè ex æquitate naturali obligatus es, ut aut impleas cauſam, cuius reſpectu tibi dedi: aut ſi nolis, reddas mihi, quod propter cauſam accepiſti, ne re mea iniuſtè, contra uoluntatem meam, locupletêre: qua ex æquitatis obligatione datur mihi Iure ciuili Condictio cauſa, id eſt, ob cauſam dati, cauſa nõ ſecuta [e]: ſi uidelicet non ſtes conuentioni, & moram facias [f]. Nam ſi in ulla mora exiſtas, inhibenda erit repetitio, donec conſtet te ſatisfacere aut nolle, aut non poſſe [g]. At cur implere contractum præcisè non cogitur is qui accepit ob cauſam, curúe condictio competit ad repetendũ quod datum eſt, reſcindendum q; contractum, contra communes regulas quibus traditur, Non ad diſtractum, ſed implementum cõtractus eſſe agendum [h]? Id † eò fit, quia Iure ciuili certæ tantum conuentiones iuris gentium receptæ roboratæq; ſunt: quibus quoniam utiliter communicari res inter homines uidebantur, nomen ſpeciale inditum, uisq; attributa eſt obligationis, ex qua poſtquam conuentum eſſet, agi rectè poſſet, ut conuentionis fides impleretur [i]. Reliquæ conuentiones receptæ non ſunt, neq; ulla prodita eſt actio, qua ad earum implementum agatur: cùm ne in immenſum ſeges diſcordiarum ac litium, ad perniciem ciuilis conſociationis excreſcat: tum quia nulla iuſta ſubeſſe uidetur obligationis cauſa [k]. Vnde & hi contractus Innominati, Do ut facias, & ſimiles, nullo nomine, nulla certa contractus ſpecie inducti firmatiq; ſunt, & proinde nullam producunt ex ui ſolius conuentionis obligationem aut actionem: ſed cum iure naturæ, quatenus συναλλαγμα contractum eſt, & res interuenit, eatenus obligatio ſemper cõtrahatur, propterea quòd iuſta ſubeſt obligationis cauſa: æquum enim eſt, neminẽ locupletari cum alieno damno: nec pecuniam alienam, ob cauſam acceptam, nullo contrà præſtito, & ſine cauſa retineri: meritò Ius ciuile, ſecundum hanc naturæ rationem, etiam hos contractus, quamuis per ſeſe inualidos, eatenus ualere, ac ciuilem párere obligationem uoluit, quatenus res interueniſſet: ut qui ob cauſam quid accepiſſet, accipiendo obligaretur, uel ad implendam cauſam, uel ad reddendũ quod accepiſſet. Neq; enim neceſsitatem implendi hic contractus obtinent, cum non ex conuentione, ſed ſola rei contrectatione, accipiens obligetur: quam ſi reſtituat iam deficiente contractus æquitate, & obligationis ſubſtantia, cum illo amplius agi non poterit. Et † adeò quidẽ nulla ineſt his contractibus extra rem obligatio, aut implẽdi neceſsitas, ut ſi tibi dedero uti quid facias, pœnitere & repetere quod dedi poſsim [l]. Etſi enim tu mihi obligatus es, quia rem meam habes: tamẽ ego tibi nulla æquitatis ratione ſum obſtrictus, cùm nihil à te mihi ſit præſtitum, quo æquum ſit me tibi obligari. Nulla ergo tibi fit iniuria, ſi rem meam repetam quæ apud te eſt ſine cauſa, quum nullũ inde damnum facias. Quòd ſi tu aliquid præſtiteris, non modò facto impleto, ſed etiam affecto aut inchoato, iam quia res non eſt integra, neq; ſine tuo damno pœnitere poſſum, inhibenda erit repetitio: niſi indemnitas tibi præſtetur eius quod impendiſti [m].

h *l. ea conditione. 14. C. de reſcind. uend. l. uendita. 6. C. de actio. emp. cum ſimil.*
i *l. 1. in fi. de rer. permut. uide ſup. de pact.*
k *d. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. 5. de pactis.*
l *l. 3. §. 1. l. 5. in princ. & §. 1. h. t.*
m *d. l. 5. in prin. & §. 1.*

De condictione ob turpem uel iniuſtam cauſam. Tit. V.

1 *Quid ſit ob rem uel ob cauſam dare.*
2 *In turpi cauſa quando dantis eſt turpitudo, ceſſare condictionem.*
3 *Cum accipientis eſt turpitudo, ſemper condictioni locum eſſe.*
4 *Cum utriuſq; eſt turpitudo, ceſſare condictionem.*

a *l. 1.*
b *l. damus. 52. §. tit. 1.*

OMNE † quod datur, inquit Paulus [a], aut Ob rẽ datur, aut Ob cauſam. Ob rem dari dicitur, cũ in hoc datur, ut aliquid conſequatur, & accipiens uiciſsim rem det, uel quid faciat. Ob cauſam damnus, utplurimum præteritam: ueluti cũ ideo do, quòd aliquid à te ſim cõſecutus, uel quòd à te quid factum eſt [b]. Quanquam poteſt & in futurum ob cauſam dari, ut ſub aliqua conditione. Cum Ob rem datur, re ſecuta cõtrahitur συναλλαγμα: cum Ob cauſam, nõ ſemper, ſi uel cauſa ſit præterita, uel futura, quæ non eſt in poteſtate accipientis, neq; ab ipſo proficiſcitur, uel ſi fuerit falſa. Et hæc quidem inſpecta propria uerborum ſignificatione, ita ſe habent: alioquin qui ob rem dat, dare ob cauſam dicitur, ut ex ſuperiore titulo apparet. Datur autem ob rẽ aut Honeſtam, aut Turpem. Ob rem honeſtam datum ita repeti poteſt, ſi res propter quam datũ eſt, ſecuta nõ fuerit: ut paulò antè diximus. Ob † turpem ita datur, ut aut dantis ſit turpitudo, non accipientis: aut accipientis duntaxat, non dantis: aut utriuſq;. Cum ſolius dantis turpitudo uerſatur, repetitio ceſſat, quæ nõ conceditur ſuam alleganti turpitudi-

BIU Cujas

pitudinem [2]: ut si meretrici quid detur. etenim hic non utriusq; , sed dantis tantum turpitudo eminet.
3 Nam † quod ad accipientem attinet: etsi turpiter facit, quòd sit meretrix: turpiter tamen non accipit, cum sit meretrix [b]. Vnde uerius est donationem ualere [c], & repeti non posse [d]. Quòd si turpis causa accipientis fuerit, etiamsi res secuta sit propter quam datum est, repeti potest. In quo differt hæc condictio à præcedenti, quæ causa secuta cessat. Exempli gratia: Si dedi tibi ne furtum facias, néue hominem occidas, uel ut reddas mihi depositum, aut in bona causa pro me pronuncies. Cum enim turpiter accipias, qui quod gratuitò uirtutis amore & officij legumq; reuerentia adductus præstare debueras, precio nundinaris [e]: meritò quod datũ est, condici poterit [f]. nemo enim ex sua turpitudine ac iniustitia lucrum sperare & facere debet [g]. Quanquam quod ad eum attinet, qui in bona causa aliquid iudici dedit, etsi turpiter dare non uideatur, quoniam dat ob id quod ius fasq; est consequendum: tamen ne uenum præstent sententiæ, & ad corruptelam iudicum animi malo munerum exemplo assuefiant, atq; adeò quia is qui dat, quantum in se est, iudicem corrumpit: ab Imperatore Antonino constitutum est, ut is litem perdat, qui diffidentia iustæ sententiæ, in pecuniæ corruptela spem negocij reposuerit [h].
4 Vbi † autem & dantis & accipientis turpitudo uersatur, non posse repeti dicimus [i]. ut si propter stuprũ aut lenocinium quid detur [k]: uel si quis deprehensus in flagitio, se mercede ab indicio redimat [l]. excepto, si quid iusto mortis metu præstitit [m]. Cum enim & dantis & accipientis turpis sit causa, iuxta communes iuris regulas, In pari re potior debet esse accipientis & possessoris conditio [n]. Quod autem de turpi causa dictum est, idem etiam in omni Iniusta causa obtinet [o]. Quicquid enim iniustè datur aut fit, quando iniustitia nihil sit tetrius, id turpiter dari aut fieri necesse est.

a l. mercalem. C. eo. tit.
b fac. l. quæ adulteriũ. C. ad l. Iul. de adult.
c l. affectionis. de donat.
d l. 4. uers. sed & quod meretric. h. t.
e l. final. h. t.
f l. 2. h. t. l. 3. l. 4. l. pen. & fin. C. eo.
g l. miles. §. 1. ad l. Iul. de adult.
h l. 1. cum Auth. seq. C. de pœn. iud. qui ma. iud. d. l. 2. h. t.
i l. 3. h. t.
k l. 2. l. 4. l. mercalem. C. eod.
l d. l. 4. h. t.
m l. nec timorem. 7. in fi. de eo quod met. cauſ.
n l. penult. h. t. d. l. 2. d. l. mercalem. C. eo. §. commodum. Inſtit. de inter. l. 2. C. de probat. l. fin. C. de rei uend. l. fauorabiliores. de reg. iur. c. cum ſunt. extrà eod. l. Arrianus. de actio. cum ſimil. gl. in l. perpetuo. 6. h. t.
o §. item Inſtit. de ob. quæ ex quaſi cont. l. 4. §. is quoq;. de obl. q. l. indebiti. l. hæc condictio. h. t. l. pen. ad Trebell.

De condictione indebiti. Tit. VI.

1 Ex qua causa detur hæc condictio.
2 Regula generalis de indebiti condictione.
3 Ratio condictionis.
4 Quid nam sit indebitum.
5 Intellectus & ratio L. repetitio.
6 Condictio nulla est debiti naturalis.
7 Alij casus in quibus cessat condictio.
8 Quando persona locum faciat condictioni.
9 Condictio non datur scienti, quamuis erranti & dubitanti detur.
10 Quid sit condictio: quare, contra quem, ad quid condictio hoc casu detur, non rei uendicatio.

1 NVNC † uidendũ de Indebito soluto. Nam qui indebitum soluit, quamuis in hoc dare uideatur, ut distrahat potius negocium quàm contrahat [a]: quia tamen qui nõ debitam pecuniam soluit, hoc ipso aliquid contrahit [b], ideo Quasi ex mutuo is qui accipit, ad reddendũ, aut id quod datum est, aut simile obligatur, & ita Condictione indebiti tenetur [c]: quasi ex mutuo quidem, si res fungibilis, in qua mutuũ esse possit, soluta sit [d]: ex bono uerò & æquo, si aliam rem non fungibilẽ soluí contingat [e]. De † qua quidẽ condictione generalis hæc ab Vlpian. [f] traditur regula: Si quis indebitũ ignorans soluit, per hanc actionem condicere poterit. Hæc condictio ex bono & æquo introducta est [g].
3 Æquum † enim est, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, ut repeti possit [h], ne quis cum alieno damno locupletetur [i]. Sine causa autẽ apud eum res est, cui indebitum per erroré soluitur.
4 Indebitũ † porrò est, quod omnino non debetur [k]: ut quod nullo iure, uel saltem nõ iure naturæ, aut gentiũ debetur [l]: uel sub cõditione, aut incerta omnino die debetur [m]. Incertam autẽ diem accipimus, quæ an extitura sit, dubium adhuc est. nam hæc conditioni comparatur. Vt si quis ita promittat, eo die quo nuptias contrahes, dabo tibi centum [n]: uel quid suprà debitum est solutum [o]. Sed & quod alij debetur, alij soluitur, indebitum est: uel si quid non debitum, pro eo quod debitum est, soluatur [p]. Item si quod alius debebat, alius quasi ipse debeat suo nomine soluat [q]. nam & tunc condictio competit, cum non liberetur uerus debitor [r],
5 Quo † tamen ultimo casu interdum cõdictio cessat, si uidelicet res sua aut debitum alicui, quamuis à non debitore, debitoris tamen nomine (nam si suo, secus erit [s]) solutum sit [t]: cùm quia uerus debitor ea solutione liberatur, nec enim qui accepit, amplius id quod habet petere potest: [u] tum quia res sua domino auferri non potest, cui si eam amissam uendicare à quocunq; licet, certè & retinere quocunq; modo recuperatam permissum esse dicendũ est. Nam cui damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit [x]. Indebitum illud quoq; accipimus, quod propter aliquã perpetuam exceptionem peti non potest, nam & hoc condictionem parit [y]: quando tamẽ in odium eius cui debetur exceptio, datur, ut in Macedoniano, perperam solutum non repetitur [z].
6 Planè † cum hæc condictio Naturalis sit [a], & ex æquo & bono detur, si quid naturali æquitate debitum soluatur, repeti non potest, quamuis Iure ciuili nõ debeatur. Vnde si operas Officiales libertus patrono soluat, quas non debet nisi promissas [b], condicere non potest [c]: quia non modò natura qua obligatur ad ἀντίδωρα [d], sed etiam Iure gentium quo manumissionis beneficium inductum est [e], cuiusque obligatio repetitionem inhibet [f], patrono omne obsequium & officium debet. Idem iuris erit, si debitum cum seruo contractũ manumissione subsecuta [g], aut debitum inter patrem & filium fam. uel duos fratres in eiusdem potestate constitutos, dissoluta potestate soluatur. Cessat enim repetitio, nisi quatenus naturalis obligatio uel per aditionẽ hæreditatis paternæ, uel per peculij perceptionem fuerit ex-

p l. si pœnæ. 19. §. si putem hoc tit.
q d. l. in summa. §. fin. l. si pœnæ. §. 1. h. t.
r d. §. 1. l. si quid possessor. 34. de petit. hæredit. l. si à patre. C. de condict. indeb.

m 4 tincta.

s l. 2. C. de his quæ in frau. credit. l. si pœnæ. 19. §. 1. l. in summa. in fin. h. t. l. cũ quis. §. de peculio. de solu. l. 5. C. de cõd. indeb. l. si quid possessor. de pet. hæred.
t l. repetitio. 44. l. quod nomine. l. indebitum. l. fratri. §. ult. l. seruus cuiusdam. in fin. h. t. l. de hæreditate. C. de pet. hær. Cuiac. lib. 8. cap. 9. l. 1. §. ult. l. 2. de const. pec.
u §. sic itaq. Inst. de act. §. sed si rem. Inst. de leg.
x l. 1. uers. nam cui damus. de superficiebus.
y l. si non sortem. 26. §. indebitum. 3. & §. adeò. 7.
z l. qui exceptionis. 40. hoc tit.
a l. indebiti. 15. h. tit.
b l. operis. de operis libert.
c l. si non sortem. 26. §. libertus. h. t.
d l. sed etsi lege 25. §. consuluit. 8. de petit. hær.
e l. 4. de iust. & iur.
f l. cum amplius. 84. §. 1. de reg. iur.
g l. naturaliter. 13. l. si id quod. 64. h. t.

BIU Cujas

tincta [a]. Itē si quis pœnæ eius cui debetur causa, liberatus soluat [b], aut usuras sorti naturaliter ex pacto debitas [c]: aut si quis malē absolutus sua sponte soluerit, repetere non potest [d]: quia uerum est, hunc natura debitorem manere [e]. Sed † & quod pro dote datur, ad quam qui dat obligatum se credit, non repetitur propter pietatis causam qua dotibus mulierum fauetur [f]. Atq; etiam quæ per inficiationem in litē crescunt, si per errorem indebitè soluantur, repeti non possunt [g]: quia causa transactionis soluti uidetur. Quod autem ob transactionem datur, repeti non potest [h]: ut nec illud quod ex causa iudicati præstatur, propter rerum iudicatarum authoritatem [i]. Sed & quod In diem debetur, cum uerē debeatur, quamuis nondum uenerit dies [k], ante diem solutum repeti non potest [l], etiamsi incerta sit dies [m], non quidem an, sed quando sit extitura: ut si Cum moriar, dare promisero: certum enim est me aliquando moriturum, etsi quando, sit incertum [n]. Interdum † & persona locum facit repetitioni, quamuis debitum soluatur: utputa si pupillus uel furiosus, uel is cui bonis interdictum est, soluerit. nam in his personis generaliter repetitioni locum esse non ambigitur. Et siquidem extant nummi, uendicabuntur, pro consumptis uerò Condictio locum habebit [o]: si uidelicet utilius sit pupillo, aut alijs eiuscemodi personis condici pecuniam, quàm solutionem ratificari: ut cum solutum est naturale debitum. Quòd si nulla sit captio pupilli, ut quia omni iure debitum fuit quod solutum est, cum frustra sit exacturus quod statim restituere debeat, ratificata solutione pupillus liberabitur [p]. Additum † est in regula, Si quis ignorans soluit. Nam si Sciens se non debere, soluerit, cessat repetitio [q], etiamsi eo animo dedit ut repetat [r], quia donare uidetur [s]. Quòd si errore soluit, quia Error nullū habet consensum [t], perinde est ac si ignorans soluisset [u], etiamsi in iure erretur [x]. Error enim iuris in damno uitando nocere nō solet [y]. Quod tamen distinctionem recipit, nec enim per errorem Iuris solutum repeti solet, si iusta aliqua subsit causa quamobrem repetitio inhibeatur [z]. Pari ratione, cū Is qui dubitat pro ignorante habeatur [a], si quis incertus an debeat, soluerit, repetitionem habebit [b]. Postremò dicitur in regula, Per hanc actionem condicere poterit. At cur datur Condictio potius quàm rei Vendicatio? Quia † quod tollendæ obligationis gratia soluitur, eo datur & accipitur animo, ut dominium transferatur: nec enim uera solutio fit, nisi translato dominio [c]. Vnde cū concurrente utriusq; affectu translatum sit dominium [d], nō potest Vendicari quod est alienatum: sed Condici tantum actione Personali [e], qua petitur Dari tanquam debitum quod indebitè est solutum [f]. Est igitur Condictio indebiti, nihil aliud quàm Actio personalis, ciuilis, stricti iuris: qua actor intendit, sibi ex æquitate reddi à reo oportere, quòd indebitè est solutum [g]. Illud porrò notandum est, his solis pecuniam condici, quibus quoquo modo soluta est, nō quibus proficit [h]. Nam cum illis solis quibus solutum est, quasi contractum intelligitur: eoq; tantum contra eos, uelut ex mutuo uel alio contractu personalis hæc datur actio [i]. & quidem condici omni competēti loco, quamuis qui soluit certo loco se debere existimarit [k]. Ac quia condictio naturalis est, ideo etiam quod rei solutæ accessit, alluuione aut alio modo, uel ex ea prouenit, ut fructus, partus, &c. uenire in condictionem [l], deducta tamē impensa [m]: postremò quoniā condictio rei persecutoria est, transire eā in hæredē [n].

a l. frater à fratre. 38. h.t.
b l. si pœnæ. 19. in princ. hoc tit.
c d. l. si non sortem. in princ.
d l. iudex. 28. h.t.
e l. Iulianus. 60. h.t.
f l. cum is. 32. §. pen. h.t.
g l. ea quæ. C. eo.
h l. in summa. in princ. h.t. l. 2. C. eo.
i l. 1. C. eo.
k l. cedere diem. 213. de uerb. signif.
l l. in diem. 10. h.t.
m l. nam etsi. 17. h.t.
n l. 1. de condit. & demon.
o l. interdum. 29. h.t.
p l. quod si fortè. 14. §. fin. de solut. l. non omnis. 19. §. si pupillus. 1. si cert. petatur.
q d. l. 1. in fin. hoc tit. l. in debitum. C. eod.
r l. quod quis. 50. h.t.
s l. cuius per errorem. 53. de re iud.
t l. si per errorem. de iuris d. omnium iud.
u l. eleganter. 23. in princ. l. sed etsi me putem. 22. hoc tit.
x l. qui exceptionem. 40. l. si fideiussor. 59. h.t.
y l. iuris. l. error. l. regula. de iur. & fac. igno.
z l. error. C. ad l. Falcid. l. cum indebitum. ubi Dd. C. de iur. & fac. ignor.
a l. fin. §. sin autē dubius. C. de fur. l. 2. ff. quis ordo in bon. possess.
b l. fin. C. de cōdict. indeb.
c l. qui sibi. 33. de solut. l. 2. §. si quis seruum. de statu lib.
d l. in omnibus. de actio.
e §. appellamus. Instit. de actio.
f l. dominus. 53. h.t.
g l. dominus. 53. h.t. §. appellamus. Inst. de actio.
h l. bis solis. 49. h.t. l. non aduersus. C. si cer. petatur. l. pen. C. de actio.
i §. item is cui. Instit. de oblig. quæ ex quasi cōtr. §. 1. Instit. de actio.
k l. qui loco. 27. h.t.
l l. indebiti. 15. h.t.
m l. in summa. 65. §. ei qui.
n l. si fundi. 12. h.t.
a l. in toto. de reg. iur. cum simil.
b l. 1. in princ. l. 3. h.t. l. is qui. 5. tit. 1.
c d. l. 1. h.t. d l. 4. h.t. e l. fin. h.t. f ut in l. 2. h.t. l. 2. C. de cond. ex leg. g l. fin. h.t. l. si extraneus. 6. 5. de cond. caus. dat. h l. cum donationis. 34. ubi Bart. & Ias. C. de transactio. i l. dictam. 8. ubi Bart. C. de cond. ob caus. k l. impossibilis. de uerb. oblig. in princ. Instit. de inutil. stip. uide Dd. in d. l. cum donationis. & d. l. dictam. l ut in l. 1. & tot. tit. infrà de æstimat. act. & de præscript. uerb. m l. 2. l. ult. h.t.

De condictione sine causa. Tit. VII.

1 Latissimè patere hanc condictionem: & quibus casibus detur, per tot.
2 Quomodo concurrat cum condictione indebiti.
3 Quomodo cum condictione causa dati, &c.
4 Generalem esse hanc condictionem, & plerunq; in subsidium dari.

EST † & hæc species condictionis, si quis Sine causa promiserit: quæ quidem condictio latissimè patet. Nam siue quis sine causa promiserit, siue soluerit indebitum, rectè condictioni Sine causa locum esse dicemus. Hoc † tamen interest, quòd ubi indebitum solutum repetitur, condici soleat quantitas, non hac generali condictione: (cui tamen locus esse potest, quia sine causa solutum est) sed magis speciali indebiti condictione, Quando in toto iure generi per speciem derogetur [a]. Qui autē sine causa promisit certam quantitatem quam nondum soluit, condicere nō potest quasi indebitam: sed hac incerti condictione sine causa, ipsam obligationem condicit, ut ab illa per acceptilationem liberetur [b]. Sed etsi ob causam promisit quis, causa tamen secuta non sit, hac condictione rectè utetur. Siue enim ab initio sine causa promissum est, siue fuit causa promittendi quæ finita est, ita ut sequi amplius non possit, uel secuta non est: dicendum erit, condictioni locum fore [c]. Nihil enim refert, inquit I.C. utrum ab initio sine causa quid detur: an causa propter quam datum est, secuta non sit [d]. Vbi † tamen ob causam quid datum est, solet agi condictione Causa dati causa non secuta, de qua antea diximus: cum uerò promissum tantū ob causam, hac generali cōdictione sine causa rectè utimur. Deinde constat, id quoq; hac actione condici, quod ex causa ad aliquem peruenit, sed quæ pro nulla habetur [e], uel redit ad non iustam causam [f], aut ob impedimentum iuris sequi non potest, ut cum dotis nomine datur, neq; nuptiæ ob prohibitionem iuris consequi possunt [g]. Cæterùm quod ob turpem aut impossibilem causam datur, non repetitur: quia talis causa pro non adiecta habetur, & in donationem res incidit [h]: nisi conditionaliter sit datum [i]: quo casu, impossibilis condictio actum suspendit, & quia sequi non potest, eundem annihilat [k]. Ex † quibus omnibus apparet, hanc condictionis speciem esse Generalem, quæ cæteras complectatur: & dari solere, ubi nulla ex specialibus competit, uel quæ nam danda sit, dubitari probabiliter potest [l]: uidelicet cum aliquid tantum promissum est sine causa, aut ob causam quæ secuta non est: uel cum quid datum est ob causam ueram & iustam, quæ tamen ad causam nullam reducitur [m].

BIU Cujas

DIGEST. LIB. XIII. DE CON-
DICTIONE FVRTIVA. TIT. I.

1 Ratio huius condictionis.
2 Quomodo concurrat cum actionibus rei persecutorijs.
3 Quomodo cum pœnalibus.
4 Quare non translato dominio detur hæc condictio.
5 Quid sit condictio.
6 Cui detur.
7 Aduersus quos.
8 Ad quid, & quæ in eam ueniant.

1 ANNVMERATVR † meritò reliquis cõdictionibus, de quibus hactenus actum est, condictio Furtiua, quæ ad rem furto sublatam repetendam datur. Odio enim furum, quò pluribus tenerentur actionibus, non modò Furti actione pœnali, sed etiam ad Exhibendum
2 & Rei uendicatione, & condictione Furtiua cum his agi potest [a]. Harum † tamen persecutoriarum rei actionum, altera alteram tollit [b]: quia Bona fides non patitur bis idem exigi.
3 Pœnalis † autem furti condictionem nõ impedit, & contrà: quia ad diuersa hæ actiones tendunt [c]. Sed cum rei furtiuæ dominium non amittatur, quamobrem ad eam persequendã datur domino condictio, id est, personalis actio, qua actor intendat sibi dari oportere, cũ res quæ ipsius est, amplius eius fieri non possit? Respondet Iustinianus [d], odio furum esse factum, ut hac actione etiam teneantur, si apparet eos
4 dare oportere [e]. Nam † hæc actio aliquanto utilior est, quàm rei Vendicatio, quippe in qua nec dominij probatione oneretur actor, cui sufficit ostendere rem furto esse sublatam [f]: & quomodocunq; re extincta, aut perdita aut deteriore reddita, non liberetur reus [g]: quod in Rei uendicatione non usquequaq;
5 obseruatur [h]. Est † igitur Cõdictio furtiua, actio personalis, ciuilis, qua dominus intẽdit à fure, aut eius
6 hærede, rem furto sublatam sibi dari oportere. Hæc † datur ei cuius res fuit cum subtraheretur, nempe domino [i], etiamsi illi surrepta nõ sit [k]: cui uerò post furtum factum dominium rei acquiritur, condictionem is non habet: quia res illi subtracta non est, nec initio obligationis, nempe tempore commissi furti, quod est inspiciendum [l], dominus fuit. nõ autem domino hæc condictio haudquaquam datur [m]: nec enim petere potest sibi dari, cui nec dominium neq; ius dominij consequendi competit. Vnde & creditor cui res pignori data est, aut commodatarius, hãc intentare nequit: (etiamsi iure Sax. aliter obseruetur [n].) Incerti tamen cõdictione Aristo existimat eum acturum, ad possessionem recuperandam, si res illi surrepta fuerit [o]: quod & in commodatario placuit [p]. Planè cum hæc actio sit Rei persecutoria, hæ-
7 redibus domini eam competere cõstat [q]. Datur † autem aduersus uerum furem [r], qui uidelicet furtum fecit, & rem contrectauit [s]. Nam qui ope tantum & cõsilio furtum adiuuat, quamuis furti actione rectè conueniatur: tamen quia rem non contrectauit, condictione non tenetur [t]. Item datur aduersus Vi bonorum raptorem [u]: nam & hic fur est [x]. & quoniam est actio Rei persecutoria, aduersus horum hæredes cæterosq; successores datur [y]: quia quæstio pecuniaria est [z]: non quidem quatenus sunt locupletiores ex re furtiua, sed quatenus succedunt, adeò ut qui ex asse successit, in solidum teneatur, etiamsi ad eum res furtiua non peruenit [a]. quod est in hac condictione, quæ ex delicto descendit [b], specialiter odio furum introductum: alioquin hæres regulariter ex delicto defuncti non tenetur, nisi quatenus ad eum peruenit [c], etiamsi actio sit Rei persecutoria [d], dum tamen ex delicto, non etiam ex contractu agatur [e]. Quamobrem Cuiacius hanc quoq; actionem & similes nõ aliter in hæredem dari uult, quàm in Quantum peruenit, nisi lis fuerit cum defuncto contestata [f].
8 In † re furtiua cõdictio ipsorum corporum competit [g], etiamsi in aliam speciem sint immutata [h]: sed utrum tamdiu, quamdiu extant, an uerò & si desierint esse in rebus humanis, aut alioqui perierint? Et siquidem obtulit fur, aut moram alioqui purgauit, nouata obligatione, aut alio modo, sine dubio nulla erit condictio [i]. Si non obtulit, quamuis paratus fuerit excipere condictionem, & per me steterit dum in rebus humanis res fuit, condicere, æstimationis condictio nihilominus durat [k]: quoniam fur semper moram facere in re restituenda, quam auferre non debuit, intelligitur [l]. Qui autem in mora est, illius periculo res semper perit [m]. Sed cuius temporis æstimatio fiat, quæritur? & placet id tempus spectari, quo res unquam plurimi fuit. Nam si restituta ut oportebat fuisset, illud habuisset [n] dominus: nec deteriorem rem dando fur liberatur, quia semper moram facere uidetur [o]. Deniq; non modò quanti pluri mi, sed omne id quod Interest, agentis rem surreptam non fuisse, & fructus partusq;, ac quicquid ex re quæstus haberi potuit, in condictionem uenire certum est [p].

a l.si pro fure.7.§.i.h.t.§. sic itaq;.uers.planè.Inst. de act.
b l. ancillæ. C.de furt.l. fin.C.de noxal.actio.
c d.l.1.in prin.h.t.
d in d.§.sic itaq;.
e l.si.usufruc.quem.cau.
f Dd.in l.1.h.t.
g l.in re furtiua.l.qui furtum.l.fin.h.t.
h l.item.§.fin. cum l.seq. ubi Dd.l.item si uerberatum.de rei uendic.
i l.1.l.quoniam.18.
k l.& ideo.12.in princ.l. quoniam.18.h.t.
l l.si procuratorem.8. mand.
m l.sed nec legatarius.11. hoc tit.
n Reinh.diff.16.per art. 60.lib.2.
o d.l. & ideo.in fin.
p l.si.§.sed cũ. C. de furt.
q l.sed nec.11.
r l.ex furtiua.5.l. siue.10.
l.qui furtum.16.h.t.
s d.l.5.l.si seruus.§.fin.
t l.proinde.6.h.t.
u d.l.siue.uers. ei quoq;.
x Instit. de ui bon.rap.in prin.uide ĩ. eod.tit.
y d.l.5.d.l.si pro fure.7.§. fin.
z l.ult. ad l.Iul.pecula.
a l.in condictione.9. h.t. licet Cuiac.contrà disputat, obser.lib.7.cap.37.
b l.si ambo.§. quoties.de compens.l. Græcè.§.sed etsi ex delicto de fideius.
c l.1.de priua.delict.l.si plures. §.1.l. in hæredũ de do.ma.
d l.si in rem.43.l. si in rẽ. 52.cũ l.seq. de rei uend.
e l.ex contractibus.48.l. ex depositi.11. de actio.
f Cuiac.obs.lib.13.cap.37.
g l.in re furtiua.8.
h l.ex argento.13.h.t.
i d.l. in re furtiua.l. parui refert.17.h.t.
k d.l.in re furtiua.d.l.fin. h.t.l.fi.C.eo.tit.
l d.l.fin.l.subtracta.C.de fur.l.pen.ff.de ui & ui arm.
m l.quod te.5.si cert.pet.l. si in Asia.12.§.fin.ĩ. depos.l.cum res.47.§. fin. ĩ.de lega.1.
n l si sterilis.21.§.cum per uenditorem.3. de act. emp.

De condictione ex lege. Tit. II.

1 Continuatio tituli.
2 Quando detur condictio ex lege.
3 Contra quem detur.
4 Ex quibus obligationibus detur, aut non.
5 Vsus & exempla huius condictionis.

1 POST † expositas condictiones magis Speciales, subijciuntur nunc ad ultimũ duæ generales: quarum altera condictio Ex lege, altera Triticiaria nominatur. De † priore ita loquitur Paulus [a]: SI
» OBLIGATIO NOVA LEGE INTRODVCTA SIT, NEC CAVTVM SIT
» EADEM LEGE QVO GENERE ACTIONIS EXPERIAMVR, EX LEGE AGEN-
» DVM EST. Vt igitur detur condictio Ex lege, oportet subesse obligationem. Condictio enim cum sit Personalis actio [b], non potest dari nisi aduersus eum, qui aliquo iure nobis obligatus est [c]. Vn-
3 de † secundum nostros si legis uerba non introducant obligationem, sed dirigantur tantũ ad iudicem, ex illis non datur condictio, aut ulla actio, sed solũ imploratio officij iudicis [d], de quo tamen ob exempla

o d.l.in re furtiua. p l.3.l.in re.§.fi.h.t. a l.unic.h.t. b §.sic itaq; cum §.seq. Inst.de actio. c §.1.Inst.de actio. d l.quòd si minor.24.§.ult. de mino.uide gl.in l.si soror.8.uerb.restitui.C.de collat.1as.in l.ea demum.num.4.eo.tit.

BIU Cujas

pla contraria dubitari licet. l. 1. C. de cond. ex lege. Eiusmodi † autem obligatio sit necesse est, quæ non 4
satis materiæ & uirium habeat, ut per sese iure conuentionis sit efficax, sed lege ipsa contrahatur [a]: ue-
lut Accurs. est exemplum in obligatione donationis [b]. Sed ea actio magis ex pacto lege confirmato, ut
l. 6, de pact. quàm ex lege ipsa, uelut in l. 1. C. cred. l. ult. C. de pet. hær. l. ult. C. de iure delib. l. si quando.
C. de inoff. test. l. hæc actio. l. si uerò. sol. matri. l. si postulauerit. §. ult. cum l. seq. de adulter. Theoph. §. sed
ea omnia. Instit. de hær. quę ab intest. unde rectius species harum condictionum desumi possunt. Dein-
de oportet legem esse ciuilem: nam ex iure Prætorio actio in factum oritur, non condictio [c]: & quidem
nouam legem, id est, post leges 12. Tabularum, easq; quæ ad interpretationem XII. postea latæ sunt,
constitutam. Nam † ex illis legibus uetustioribus actiones ciuiles & ordinariæ dantur [d]. Exempla autẽ 5
condictionum ex lege passim in iure sunt obuia, quæ hîc glossa & Dd. cumulant [e]. Et harum plurimus
est etiam hodie usus, cum ex nouis Principum constitutionibus & mandatis agitur [f].

a l. obligamur. 51. §. leg. de acti.
b l. si quis argentum. §. fi. de donat. gl. l. unic. h. t.
c l. quia. de præsc. uerbis.
d l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iu.
e d. l. si quis argentum. 2. l. si postulauerit. §. fin. de adulter. l. extat. 7. de eo quod me. cau. l. 1. C. de suffra. l. fin. §. fin autem. C. de petit. hær. l. fi. §. licentia. C. de iur. delib.
f §. tripli. 20. cum seq. ubi condictitia appellatur. Inst. de actio.

De condictione triticiaria. Tit. III.

1 Ex quibus causis, ad quas res detur hæc condictio. 2 Explicatio l. 1. & 3.

COndictio † Triticiaria à tritico (authore hic Cuiacio) nomen habet, quo uerbo omnes fruges 1
uetustas appellabat [a], per quam condictionem, sicuti pecunia numerata mutuò data condictio-
ne Certi: ita præter pecuniam, aliæ res omnes, siue pondere, siue mensura constent, siue mobiles
sint, siue soli, siue incorporales petuntur [b]. Neq; uerò huius condictionis superuacaneus est usus. Nam
etsi condictio Certi longius extra numeratam pecuniam progressu temporis porrecta est ad omnes res
quæ pondere, numero, mensura constant petendas, quæ & uerbo Pecuniæ comprehenduntur [c]: tamen
non aliter datur, nisi in obligatione certum quid sit & debeatur: neq; ultra res fungibiles in suo genere
extenditur. Vnde utilitatis gratia uisum fuit, & hanc condictionem dari, qua non solùm ex mutuo, sed
ex omnibus contractibus [d], & non modò ad certam, sed etiam incertam rem qualemcunq;, eiusúe æsti-
mationem, excepta tamen pecunia numerata (quæ nequit æstimari, & ad quam petendam condictio
Certi sufficit) agi possit: ut in hac non habeat opus actor euidenti designatione circumscribere rem, &
demonstrare eam esse certam ac fungibilem, quod in condictione Certi est necessarium. In † hac autem 2
actione si quæratur, res quæ petita est, cuius temporis æstimationem recipiat: uerius est quod Seruius
ait, condemnationis tempus spectandum, cum eousq; illa crescere, præsertim circa accessiones, possit.
Si uerò deserit res esse in rebus humanis, & æstimatio ineunda sit, ac debeatur, ut semper debetur in
rebus fungibilibus [e] (in speciebus autem post moram [f]) mortis tempus considerandum: quod non de
puncto temporis quo extinguitur res, accipiendũ est (nam sic ad exiguum precium reduceretur æsti-
matio, cum in articulo mortis seu interitus, res minimo ualeant & æstimentur) sed secundum Celsum
ἐμπλάτην, & latiori quadam æquitatis adhibita interpretatione. Quòd si uerò post moram facta sit res
deterior, ad tempus moræ reducenda erit æstimatio [g]. Quòd si de die aut loco quo dari debuit, est con-
uentum, tanti lis erit æstimanda, quanti eo die aut loco fuit [h]: si nihil conuenit, quanti tunc cum iudi-
cium accipitur. Nam hoc tempus in stricti iuris actionibus regulariter spectari solet [i].

a l. triticum. ubi Dd. de uerb. oblig.
b l. 1. h. t.
c l. 2. cir. fi. C. de cõst. pec.
d l. 2. h. t.
e l. incendium. C. si cer. pet.
f l. 5. si cert. pet.
g l. pen. h. t.
h l. si calendis. 11. de re iud. l. cum quis. 21. de actio.
i l. unum. 22. si cert. pet. l. 3. §. in hac. commodati.

De eo quod certo loco dari oportet.

TITVLVS IIII.

1 Continuatio.
2 Ex qua causa inducta sit actio arbitraria.
3 Forma actionis arbitrariæ.
4 Quid significet arbitrium.
5 Quamobrem dicatur arbitraria, nec esse nouã actionis speciem: & quàm latè pateat iudicis in hac potestas.
6 Quomodo in hac interesse tam actoris quàm rei æstimetur, noua ratio.
7 L. centum Capuæ.
8 Cur in bonæ fidei iudicijs cesset arbitraria.

HActenus † expositum est, quemadmodum genus rerum creditarum ex mutuo, uel quasi mutuo, 1
iure ciuili condictionibus repetatur. Sed quia interdum crediti solutio in certum locum cõfer-
tur: fit, ut ratione loci adiecti alteretur natura cõdictionum: fiantq; ex stricti iuris actionibus ar-
bitrariæ, hoc est, arbitrio iudicis disceptandæ, finiendæq; ex bono & æquo relinquãtur: quod quomo-
do fiat, priusquam ad alias species rerum creditarum transeamus, paucis est exponendum. Ac † uide- 2
batur, cum in mutuo aut stipulatu conuentum esset ut certo loco pecunia daretur, facultatem alio loco
agendi non competere: quod actor Plus loco, petere intelligatur, qui pura intẽtione alio quàm de quo
conuenit loco, pecuniam petit. Aufert enim promissori utilitatem quam haberet, si loco conuento sol-
ueret [a]. Qui autem plus quàm debetur quoquo modo petit, is non modò olim agens non audiebatur,
uerùm etiam causa cadebat [b]. Sed quia iniquum erat, si promissor uel data opera, uel alibi necessariò di-
strictus, ad eum locum in quem daturum se promisisset, nunquam accederet, non posse stipulatorem
ad suum peruenire: atq; ita facto debitoris eludi obligationem, non data potestate alibi conueniendi [c].
ideo usum est, contra subtilitatem stricti iuris, ex æquitate utilem & idoneam actionem in eam rem
comparare, qua alio loco rectè agi posset [d]. Quæ † impetratur concediturq; à Prætore adiecta ea clau- 3
sula, Vt ex arbitrio iudex condemnet reum, æstimetq; Quanti uel actoris uel rei interfit, solutionem
non loco conuento, sed alio ubi uidelicet petitur, fieri. Ad hunc modum instituta actione, non potest
actor repelli, tanquam Plus loco petens, cum non adimat utilitatem loci reo, neq; purè intendat, sed
arbitrio iudicis rem committat ex bono & æquo dijudicandam: ut is rationem habeat utilitatis, quæ
ad promissorem reditura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Arbitrium † enim 4
nihil

a §. plus autem. uers. loco. Instit. de actio. ubi uide quæ dixi.
b §. si quis agens. Instit. de actio, Cic. lib. 1. de Orat. & lib. 2. de Inuen. cap. 4. Quint. lib. 7.
c l. cõtinuus. 137. §. illud. l. inter. 83. §. 1. de uer. obl.
d l. 1. h. t.

BIU Cujas

nihil aliud significat quàm iudicium æquo & bono consentaneum, quale à uiro bono expectari proferri; oporteat [a]. Propter † hanc autem arbitrandi potestatem, quę hoc casu in formula agendi adijciebatur condictioni, alioqui stricti iuris formulis obnoxiæ, ita ut cũ purè intenditur, non liceat iudici à uerbis & natura contractus, præscriptoq; iudicij à Prætore modo in iudicando recedere [b]: actio hæc cùm alio quàm de quo cõuentum est loco agitur, Arbitraria uocatur: quòd arbitrio scilicet iudicis tanquam boni arbitri, contra naturam strictorum iudiciorum, eius dijudicatio ex bono & æquo prętoria formula committeretur: adeò ut quantitati contractus, iudex seruire nõ cogatur, sed uel excedere uel minuere quantitatem possit, pro ratione eius quod interest uel actoris uel rei, conuento loco solutum fuisse [c]. Quò alludit Seneca lib. 3. de Benef. Melior, inquit, uidetur cõdictio causæ bonæ, si ad iudicem quàm ad arbitrium mittatur: quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit: huius libera & nullius constricta uinculis religio est. Item lib. 2. de Clemen. Clementia liberum arbitrium habet: nec sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Quin & ideo Arbitraria dicitur, quod & hoc arbitrio iudicantis permissum est, ut interdũ reum absoluat, cautione ab eo exacta de pecunia ibi soluenda, ubi promissa est: si uel oblata ibi pecunia, uel ex facili soluenda dicatur [d]. Ex his facilè apparet, hanc nõ esse specialem aliquam actionem: sed usitatas stricti iuris condictiones, hoc appellari Arbitrariæ nomine, quando contra stricti iudicij naturã additur à prætore clausula, Vt ex arbitrio iudicare liceat: ut in simili exercitoria, institoria, de peculio, noxalis, &c. actiones dicuntur. Porrò † quod diximus, tam id quod interest actoris, quàm rei in hac actione cõsiderari, distinctionem recipit. Nam rei quidem quod interest, indistinctè & semper eius habenda erit ratio [e]: alioqui si actor purè intendat, plus loco petere intelligetur. Actoris autem non semper. Quid enim, si debitor obtulit loco conuento pecuniam, aut defuit, aut alioqui difficultate iusta (quæ à mora excusat [f]) impeditus fuerit, quo minus accederet? absoluendus utiq; erit [g], aut in solam cõtractus quantitatẽ condemnandus, non in id quod Interest actoris: quod cum pœna sit [h], exigi ab illo qui culpa uacat, fuerit iniurium [i]. Tum igitur solũ ratio eius quod Interest actoris inibitur, cum culpa aut mora debitoris factum est, ut plerunq; fit (etsi enim debitor impediatur, potest tamen per alium soluere [k]) quo minus loco conuento solutio explicaretur [l]. Cui & illud argumento est, quòd ne fideiussoris quidem obligatio augeatur, si non per eum, sed debitorem steterit, quo minus suo loco solueretur [m]: nisi in omnem contractus bonæ fidei causam sese obligarit [n].

Quòd † si fideiussoris culpa carentis non augetur obligatio, ratione eius quod interesse potest actoris: ne principalis quidem debitoris augebitur, si nullius moræ argui potest. Et hæc quidem ita se habent, cum actio stricti iuris, puta ex mutuo uel stipulatu, atq; etiam testamento, alio loco proponitur [o].

Nam † si bonæ fidei actione agatur, cum illa suapte natura propter clausulam ex bona fide adijci solitam contineat, Vt ex bono & æquo arbitretur iudex, quid alterum alteri præstare conueniat [p]: & proinde sine ulla propriæ naturæ mutatione, aliaúe externa clausula conuenienter alio etiã loco purè proponatur, non induit nomen Arbitrariæ actionis: qua eius qualitas non immutatur, etiamsi alio quàm de quo pactum est loco agatur [q]. Etsi autem hodie formulæ illæ actionum sublatæ sunt [r]: sciendum tamen est, eandem nihilominus actionibus istis durare naturam & iudicij formam, potestatemq; iudicis, pro harum uarietate, secundum ea quæ modò proposuimus, uariare [s].

a l. in personã. 22. §. generaliter. 1. de regul. iur. l. hæc uenditio. 7. de contrab. empt. l. 1. de lega. 2.
b l. quicquid. 99. l. si ita stipulatus fuerim. 126. §. Chrysogonus. in fin. de uerb. oblig.
c l. 2. in princ. §. fin. cum l. seq. h. t.
d l. quòd si Ephesi. 4. §. 1. hoc tit.
e quanquã in moroso debitore Cuiac. aliter statuat, ad Aphrica. l. centum. h. t.
f l. sciendum. cum ll. seqq. de usur. Dd. in l. quod te. ff. si cer. pet.
g d. l. quòd si Ephesi. §. 1.
h l. unica. in fin. C. de sent. quæ pro eo quod interest.
i c. sine culpa. de reg. iur. in 6.
k l. continuus. 137. §. cum ita. de uerb. oblig.
l d. l. 2. §. fin. in uerb. inducerdum. & commissa mora tua. h. t.
m l. centum Capuæ. 8. h. t.
n l. quæro. 54. in prin. ff. loca.
o l. si hæres. 6. h. t. l. alias. ubi Bar. de in lit. iurãd. l. fin. de cõd. ob turp. caus. uide Ias. in §. ex maleficijs. nu. 23. Inst. de actio.
p §. in bonæ. Inst. de actio. l. ex empto. de actio empti.
q l. in bonæ fidei. 7. h. t.
r l. 1, 2. C. de for. & nup. sub.
s uide Inst. in Isagog. & ad §. præterea. & uers. loco. quæ scripsi.

De pecunia constituta. Tit. V.

1 *Continuatio: unde, & qualis sit hæc actio.*
2 *Quid sit constituere.*
3 *Actionem hanc prætoriam & subsidiariam esse.*
4 *Cur hoc casu ex nudo pacto detur actio.*
5 *Edictum de constituta pecunia.*
6 *Eius explicatio: & quæ res hac actione petantur.*
7 *De receptitia actione.*
8 *Necessum est debitum fuisse, quod constituitur.*
9 *Quomodo debitum accipiatur tam in personis quàm rebus.*
10 *Forma constituendi.*
11 *Quare purè non rectè constituatur.*
12 *Explicatio edicti.*
13 *Cuiusmodi sit iudicium, & quomodo cum alijs cõcurrat.*

1 ET † his quidem modis iure ciuili pecunia ex mutuo uel quasi mutuo condicitur. Sed est & iure Prætorio introducta actio, quæ uocatur de Constituta pecunia, aut De constituta [a], aut Cõstitutoria [b]: quam Prætor dat aduersus eos qui pecuniã ex priore aliqua obligatione, siue ualida iure
2 ciuili, siue inualida, soluturos se constituerunt. Constituere † autem inter alia significat, cùm ordinare aliquid non simpliciter, sed stabiliendo ac firmando quod antè erat per se imbecillum, sicuti Latinè dicitur constituere Rempublicam: tum de certo aliquo die quo quid fiat, conuenire. ut apud Terentium: Nam constitui cum quodam hospite, me illum conuenturam. Hinc constituere pecuniam, est denuò pacisci, & sine solennitate statuere ac conuenire, de pecunia certo tempore soluenda, quæ antea ex ali-
3 qua obligatione debebatur. Dico, † sine solennitate: nam si solennitas stipulationis fuerit adhibita, non opus erit Prætoria actione, cũ Iure ciuili promissor teneatur [c]. Deficiente porrò solennitate ciuili, cum eo quoq; iure deficiat in nudis pactis obligationis efficacia, succurrit hoc casu Prętor: ea de causa, quòd
4 uidebatur graue & contra naturalem æquitatem, geminatam contractus fidem fallere [d]. Vnde † si statuatur, conueniatq; de pecunia soluenda, quæ quoquo modo debetur, hanc conuentionem quasi fideiussoriam, & quæ alterius firmandæ causa adhibetur, ut nihil operari non debeat, retrorsum agit, & ad priorem obligationem adiungit [e], eiusq; ui atque robore confirmat [f]: atque ita ex utraq; conuentione quasi ex contractu nominato dat actionem de Constituta pecunia: quemadmodum & in fideiussorem (cuius obligationi hęc planè consimilis est) efficax datur actio, quamuis infirmæ obligationi, puta na-
5 turali, accesserit [g]. Edictum † autem Prætoris hoc est: QVI PECVNIAM DEBITAM CONSTI-

a l. num. quis. 5 § 1. h. t.
b l. neq; enim. 20. h. t. uide Paul. lib. 2. tit. 2. et lib. 1. tit. 10. ubi Cuiac.
c §. de constituta. Inst. de actio.
d l. 1. h. t.
e l. pacta. 72. de contr. emp.
f l. item illa. 18. §. 1. in uerbo retrorsum. &c.
g uide infrà de fide. & Inst. eod.

BIU Cujas

STITVIT, SI APPAREAT EVM QVI CONSTITVIT, NEQVE SOLVISSE, « NEQVE FECISSE, NEQVE PER ACTOREM STETISSE, QVO MINVS FIE- « RET QVOD CONSTITVTVM EST, EAM'QVE PECVNIAM CVM CONSTI- « TVEBATVR, DEBITAM FVISSE, IVDICIVM DABO [a]. Quis, accipe, uel, Quæ: nam & « mulieres de constituto tenentur, si non interceſſerint [b]. Pecuniæ † uerbum hoc in Edicto comprehen- 6
dit tantum res, quæ pondere, numero, mensura constant: non reliquas ſpecies, quibus applicari actionem de Constituta rectè non poſſe ueteres arbitrabantur: propterea quòd & ſimilitudinem quandam cum condictionibus certi ex mutuo, in quas aliæ res non cadunt, hæc actio habeat, & in edicto mentio fiat tantum pecuniæ: quod uerbũ ijs rebus propriè non conuenit, quæ neq; pondere nec menſura neq; numero constant [c]. Itaq; † conſtituta ſpecierum ſolutione non hanc actionem, ſed Recepticiam quan- 7
dam (à recipiendo, id eſt promittẽdo ſic fortè dictam) ſolennibus uerbis compoſitam dabant. Sed hæc poſtea Iuſtinianus immutauit, uoluitq; ad omnem omnino rem conſtitutam perſequendam, dari actionem Constitutoriam [d], ut uerbum pecuniæ in hac materia nunc latiſsimè pateat [e], ex conſtitutione Iuſtiniani. Oportet † autem quod conſtituitur, eſſe debitum ex priore aliqua obligatione, ad quam con 8
ſtitutum referatur: cæteroqui nudum eſſet pactum, ſi non exemplo fideiuſsionis ad præcedentem aliquam obligationem adiungeretur: eoq; nec danda eſſet actio. Vnde quod aut ſupra aut extra debitum conſtituitur, exigi hac actione non poteſt [f]. An † igitur aliud conſtitui poſsit, quàm quod debetur, quæ- 9
ſitum eſt. Sed cùm placuerit, rẽ pro re poſſe ſolui uolenti creditori, & hęc tota res magis Prætoris æquitate, quàm iuris ſubtilitate nitatur: nihil prohibet etiam aliud pro debito uoluntate creditoris conſtitui [g]. Debitum autem ex quacunq; cauſa poteſt cõſtitui, id eſt, ex quocunq; contractu, & uel natura debitum tum ſufficit. Nam Prętor naturalem ſolùm æquitatem in hoc edicto attendit [h], ex qua ſufficit deberi. Sed & qui Honoraria actione, nõ Iure ciuili obligatus eſt, conſtituendo tenetur [i]: quia totum hoc ius ex iuriſdictione uenit. Si quis autem conſtituat, quod iure duntaxat Ciuili debet, non autem Prætorio, an conſtituendo teneatur, quæritur: & uerius eſt, eum non teneri, quia debita iuribus (uidelicet Naturali & Prætorio) non eſt pecunia, nec habet naturalem in ſe æquitatis obligationem, qua conſtitutum nititur [k]. Perinde autem eſt, ſiue Purum ſit debitum, ſiue ſub Conditione debeatur, aut etiam In diem: nam propter has potiſsimùm pecunias, quæ nondum peti poſſunt, Conſtituta ſunt introducta [l]. Quod tamen ſub conditione debetur, ſiue purè, ſiue certo die conſtituatur, eandem conditionem nihilominus habet: alioqui non debitum uideretur conſtitutum [m]. Nam acceſſorij cõtractus, induere debent naturam principalis [n]: nec poteſt alia forma eſſe principalis obligationis, puta conditionalis: alia uerò acceſſoriæ, puta pura, aut in diem [o]. Quod autem exigimus, ut ſit debitum quod conſtituitur, in rem exactum eſt: non utiq; ut is cui conſtituitur, creditor ſit. Nam & ad id quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis: & quod tibi debetur, ſi mihi cõſtitutum ſit, poterit exigi [p]. Conſtituitur † autem qui- 10
buſcunq; uerbis, ut Satisfaciam tibi, & ſimilibus, quæ uoluntatem conſtituendi indicant [q], & per nuncium aut per epiſtolam [r]. Sed † & Certo loco & Tempore cõſtituere quis poteſt: nec ſolùm eo loco pe- 11
tere ubi ei conſtitutum eſt, ſed exemplo Arbitrariæ actionis, ubiq; ubi debitor forum ſortitur [s]. Certo etiam tempore rectè conſtituitur [t], adeò quidẽ ut ſine illo uix poſsit [u]: quia neq; nomen nec natura conſtituti patitur ſine die conſtitui. Nomen ideo, quia conſtituere, ut dixi, eſt de certo tempore conuenire. Natura conſtituti non admittit, quoniam ſi purè conſtitutum factum ualeat, ſequetur cõfeſtim agi poſſe aduerſus eum qui ſe ſoluturum promiſit: quod eſſet iniuſtum [x]. Vtilitatis tamen gratia placuit, etiam purè conſtitui poſſe, & modicum tempus, non minus tamen dierum decem ſtatui, ut exactio celebretur [y]. Addit † prætor: SI APPAREAT EVM QVI CONSTITVIT, NEQVE SOL- 12
VISSE, NEQVE FECISSE QVOD DARE FACERE'VE CONSTITVIT, NE- «
QVE PER ACTOREM STETISSE QVO MINVS FIERET QVOD CONSTI- «
TVTVM EST. Si enim is in mora accipiendi fuerit, uel eo die quo ſolutio facienda erat, uel poſtea, « aut etiã caſu aliquo impeditus fuerit, denegat Prætor iudiciũ [z]. EAM'QVE PECVNIAM CVM « CONSTITVEBATVR, DEBITAM FVISSE. Oportet enim deberi quod conſtituitur, ut « dictum eſt. Sufficit autem tempore conſtituti, cuius mentionem Prętor facit, debitum fuiſſe, quantumuis poſtea deſierit deberi [a]. IVDICIVM DABO. At † cuiuſmodi? Et magis eſt, ut hæc actio non 13
Pœnam, ſed Rei perſecutionem contineat [b]. Agetur igitur in hoc, Vt quod conſtitutum eſt fiat [c], aut In id quod intereſt, promiſſor condemnetur [d]. Hoc autem iudiciũ non conſumit Ciuilem actionem, ſi qua ex priore obligatione, cui ſubiectum eſt conſtitutum, competebat, nec econtrariò. Solutione enim magis utraq; actio tollitur quàm litis conteſtatione, cum ex diuerſis cauſis & obligationibus oriantur [e], & uelut principalis atq; acceſſoria fideiuſsionis cauſa, rectè unà ſubſiſtant.

a l.1.§.1.l. ſi duo.16.§.ait prætor.l.item illa uerba.18. in prin. & §.1. hoc tit.
b l.1.§.1.
c l.2.§. creditum.ubi glo. & Dd.ſi cert.peta.l.talis ſcriptura.ff.de leg.1. l.1.in princ. de calum.l. ſed Iulianus.§.mutui.ad S.C. Macedo. Tiraq.de retr. lig. §.1. glo.14. nu.42.
d l.2.C.eo.tit.
e ut & in l. pecuniæ.1.2. 3.de uerb.ſig. Cic.de Inuent.lib.2.cap.5.
f l.hactenus.11.cum ll.ſeq. hoc tit.
g d.l.1.§.an poſſit.3.
h d.l.1.in prin.
i d.l.1.§.ſi.
k l.quòd ſi maritus.3.§.1. hoc tit.
l d.l.quòd ſi maritus. in ſi.
m l. id quod ſub conditione.19.h.t.
n l.4.de uſur.Iaſ. & Dd. in l.1.de uerb.oblig.
o l.Græcè.9.§.illud.l.bi qui acceſſionis. de fideiuſſor.
p l.eum qui.5.§.quod exigimus.2.l.ubi quis.28. hoc tit.
q Aut. ſi quando. C.eo.t.
r d.l.eum qui.§. Iulianus. l.qui autem.14.§.fin. cum l.ſeq.
s l.ſi duo.§.1.h.t.
t d.l.ſi duo.16.§.1.
u l.promiſſor.21.§. ſi ſine.
x l.quod dicimus.105.de ſolut.
y d.l.promiſſor.§. ſi ſine.
z l.ſi duo.16.§. fin.cum ll. ſeqq. h.t.
a l.item illa.§.1.h.t.
b d.l. item illa.§.pen.
c d.l.qui autem.§.1.l. promiſſor ſicubi.21.§.ſi.h.t.
d d.l.qui autem.§.1.in uerbis, æquũ eſt teneri eum uel in id quod intereſt, &c.
e d.l.item illa.§.fin.

Commodati, uel contrà. Tit. VI.

1 Continuatio.
2 Commodatum unde & quid ſit.
3 Cauſa efficiens commodati.
4 Materia, & quæ res commodari poſsint.
5 Forma, & quid ſit dicis cauſa commodare.
6 Finis.
7 Quinq; differentiæ inter commodatum & mutuum.
8 Ad quam culpam & cuſtodiam teneatur commodatarius.
9 Actio commodati ciuilis oritur, quamuis prætor edictum propoſuit: & quotuplex ſit.
10 Cuiuſmodi ſit actio directa: cui, ad quid, aduerſus quem detur.
11 Cuiuſmodi ſit actio contraria: cui, ad quid detur.

QVemadmodum † Genus creditũ, resq; translato dominio ex mutuo aut quaſi mutuo, per certi 1
aliasq; condictiones repetantur, ſuprà dictum eſt: nunc uideamus, quibus actionibus Species eædem, quarum uſus tantum, non amiſſo dominio creditus eſt, repeti poſsint. Quo in genere prima

BIU Cujas

2 prima occurrit actio Commodati, uel contrà. Commodatum † dictum est, quasi cum modo, id est, certa forma præscriptoq; utendi modo datum. Commodare enim nihil aliud est, quàm rem ad aliquem usum certo modo determinatum utendam dare, eo animo ut postquam usus fueris, eandem bona fide
3 reddas [a]. Causa † efficiens commodati est primò contrahentium Consensus: unde qui iustum consensum præstare non possunt, nequaquam commodati tenentur, nisi quatenus facti sunt locupletiores, ut pupillus, furiosus [b], &c. Secundò, interuentus rei: quo cum præcipuè perficiatur, re contrahi commo-
4 datum dicitur [c]. nam & nomẽ ipsum indicat, Rei dationẽ requiri. Materia † circa quam, sunt res omnes tam mobiles quàm soli, quæ in commodatum cadunt [d], etiamsi sint alienæ [e]: exceptis ijs quæ usu consumuntur, in quibus non commodatum, quod tantum usum rerum salua substantia communicat, sed mutuum locum habet: nisi fortè quis ad pompam uel ad ostentationem, exempli causa, pecuniam dicis gratia, id est, simulatè sine uoluntate abutendi, accipiat, tantum ut fucum ostentando faciat, & de eo aliquid, puta locupletem idoneúmue esse hominem dicatur [f].

5 Forma † commodati est, Rem utendam gratuitò tradere, præscripto fine & modo usus, per tempus
6 expressum, uel tacitè intellectum. Causa † finalis, Vt mutuis officijs alij alios adiuuemus, & communicato rerum usu, communibus uitæ necessitatibus in hac ciuili societate subueniatur. Vt enim res quarum usus in abusu est per mutuum, ita quibus salua substantia uti licet, eæ res commodato rectè communicantur. Vtroq; autem modo gratuitò [g].

7 Sed † inter mutuum & commodatum interest. Primò, quòd mutuum tantum in rebus fungibilibus, quæ pondere, numero, mensura constant, uertitur: commodatum, in ijs quæ utendo non consumuntur. Secundò, quòd in mutuo transferatur dominium [h]: rei uerò commodatæ possessionem & proprietatem retineamus [i], iure Ciuili. nam Sax. possessio transire uidetur [k]. Tertiò, rem mutuò damus, ut non eandem, sed aliam eiusdem generis consequamur: commodatò, ut eandem. Quartò, mutuũ ad quemuis usum in genere datur: ut, utare fruare pro tuo arbitrio, sicut dominus [l]: commodatum, ad certum præscriptumq; usum [m], extra quem qui aliter utitur, furtum committit [n]. Quintò, ei qui mutuum accipit, res perit, quia dominus est [o]: nec casu fortuito liberatur [p]. Commodatarius uim maiorem, quam Græci ὑπὲρ βίαν appellant [q], non præstat, nec interitum aut damnum rei casu fortuito accidens [r]: dummo
8 dò non ipsius culpa casus interuenit. Nam † dolum & culpam, diligentiam & custodiam, qualem à uigilantissimo patrefamiliâs requirimus (quæ leuissimæ culpæ opponitur) cõmodatarius præstat [s]. Vnde si res culpa eius, uel abusu aut negligentia in casum interitus aut damni incidat, tenetur [t]. Ideo autem leuissima etiã culpa obligatur, & diligentiam ac custodiam præstare debet, cùm quòd ipsius gratia contractus initur [u], (nam si commodantis causa, dolum tantum præstabit [x], uelut in deposito: si utriusque, dolum & culpam, non custodiam [y]) tùm quia bona fide res illi creditur, tanquam diligentissimo atten-
9 toq; patrifamiliâs, ut salua custoditaq; rei substantia utatur. Ex † hoc contractu oritur Actio cõmodati, quæ Ciuilis est, utpote ex cõtractu nominato, & Iure ciuili recepto, originem habens: quamuis Prætor tuendi Iuris ciuilis causa etiam edictũ proposuit, quo pollicetur se actione ex Iure ciuili data, de commodato ius dicturum. Sic enim inquit: QVOD QVIS COMMODASSE DICETVR, DE
10 EO IVDICIVM DABO [z]. Est † autem actio tam Directa quàm Contraria. Directa commodanti datur, aduersus commodatarium, & eius hæredem [a]: qua usu in quem res data est, finito, commodans agit, ut sibi ea salua & integra restituatur. Nam si deterior reddatur, reddi non uidetur [b]: quo casu etiam in litem iurabitur, ut in cæteris bonæ fidei iudicijs [c]: nec solùm petitur res, sed etiam omnia Accessoria, & quicquid ex re Fructus quocunq; tempore utilitatisq; obuenit [d]. Neq; enim rem quæstui commodatario esse oportet, quia eius periculo non est [e].

11 Contraria † actio commodatario datur ad petendũ, quod sua Interest: si res commodata ante usum expletum auferatur [f], aut uitio rei, quod uitium sciens celarit commodator, damnum fecerit [g]. Item ad petendos sumptus in rem commodatam factos extra cibaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui re utitur pertinent [h]. Quod autẽ contrario iudicio consequi quisq; potest, id etiam recto iudicio qui cõuenitur, poterit saluum habere iure compensationis [i]: Nam cui damus actionem, ei multo magis exceptionem competere dicendum est [k].

De pignoraticia actione, uel contrà.

TITVLVS VII.

1 *Vnde dictum pignus, & quare hæc pignoraticia appelletur actio: & quid pignus ab hypotheca distet.*
2 *Quid sit pignus.*
3 *Causa efficiens: & quomodo contrahatur.*
4 *Species pignorum causis distinguuntur.*
5 *Materia, quæ res pignorari possunt.*
6 *Forma & finis.*
7 *Directa actio pignoraticia qualis sit: cui, quando, aduersus quem, ad quid detur.*
8 *Contraria actio qualis sit: cui, quando, aduersus quem, ad quid detur.*
9 *Quare ex quibusdam contractibus utrinq; æquales, ex nonnullis directæ & contrariæ actiones nascantur.*

1 PERTINET † huc etiã Pignoraticia actio, qua pignus repetitur. Pignus à pugno appellatur: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur [a]. Vnde propriè in mobilibus, & quarũ possessio ad creditorem transit, consistit [b]: recteq; hæc actio pignoraticia, non Hypothecaria dicitur, cum pro pignore quod creditori traditum est, repetendo, solùm competat: non ad hypothecam petendam, quæ nequaquam transit ad creditorẽ, sed manet ipsum penes debitorem: ut soluto debito, hac actione non fit opus, quando petere nequeat debitor quod apud se habet [c]. Quanquam quod ad Hypothecariam actionem attinet, quæ creditori datur ad rem sibi obligatam, tantisper dum debetur persequendam, ni-

n hil

a fac. l. 1. b. t. uide Paul. lib. 2. tit. 4.
b l. 1. §. fi. l. 2. l. 3. b. t.
c § item is. Inst. quib. mo. re contrah. oblig. ubi dixi, & in Isag.
d d. l. 1. §. 1.
e l. commodare. 15. b. t.
f l. 3. §. fi. l. 4. b. t.
g d. §. item is cui. in fi. Inst. quib. mo. re cont. oblig.
h l. 2. §. appellata. 3. si certum petat.
i l. rei commodatæ. 8. cum l. seq. b. t.
k Fachs. diff. 1. per Land. li. 2. art. 60. Reinh. diff. 16.
l l. in rem mandata. C. mandati.
m l. in commodato. 17. §. sicut. 3. b. t.
n l. 5. §. quinimò. 6. b. t. §. placuit. Inst. de obligat. quæ ex delicto.
o l. pignus. C. de pig. act.
p l. incendium. C. si cert. pet. d. §. 1. item is cui.
q l. si merces. §. uis maior. locat.
r l. si ut certo. §. nunc uidendum. 9. uers. quod uerò. l. eum qui. 10. in prin. l. ad eos. 19. l. argentum. 20. l. fin. b. t.
s d. l. si ut certo. §. nunc uidendum. §. usq; adeò. & §. penul. l. in rebus. 18. in prin. b. t.
t d. l. si ut certo. §. nunc uidendum. uers. quod uerò. d. l. eum qui. §. fi. cum l. seq. d. l. in reb. in prin.
u d. l. 5. §. nunc uidendum. d. l. in reb.
x d. l. si ut certo. §. interdum. d. l. eum qui. §. 1.
y d. l. in reb. in fi. prin.
z l. 1. in prin.
a l. 1. in commodato. §. si ex facto. b. t.
b l. 3. §. 1. b. t.
c d. l. 3. §. in hac. 2.
d d. l. si ut certo. §. usq; adeò.
e l. si is qui. §. 1. b. t.
f d. l. in commodato. §. sicut. in fin. l. rem mihi. 21. in prin. b. t.
g d. l. in rebus. §. item quæ sciens.
h d. l. in reb. §. possunt.
i d. l. in rebus. uers. quod autem.
k l. 1. uers. nam cui damus. de superfici.
l l. plebs. 237. §. pignus. de

hil inter pignus & hypothecam intereſt [a]. Siue enim res mobilis, ſiue ſoli ſit oppignerata, peræquè ius pignoris perſequi poteſt [b].

Pignus † autem eſt quod datur in ſecuritatem rei creditæ, ut creditor obligatum illud habeat, donec quod debetur ſit exolutum. Græci Hypothecam uocant, quaſi rem obligationi ſuppoſitam. 2
Cauſa † efficiens pignoris, eſt aut Voluntas hominum, aut Lex, aut Magiſtratus. Voluntate conſtituitur pignus, aut Expreſſa, aut Tacita. Expreſſa quidē uoluntate, uel Duorum, ut pacto. Nec enim ſolùm traditione, ſed etiam nuda conuentione pignus contrahitur [c]: quia contractus eſt nominatus [d], quod genus conſenſu nudo obligationem producit [e]: uel etiam Vnius, ut teſtamēto, cum teſtator alicui prædia ſua obligat [f]. Tacita uoluntate ſimiliter uel Plurium, ut ex pacto tacito & præſumpto [g], uel Vnius uoluntate teſtatoris, qui res ſuas legatarijs tacitè obligare creditur [h]. Lege introducuntur uarijs in ſpeciebus pignora, ut dotis cauſa [i], fauore pupilli [k], fiſci [l], refectionis, &c. [m] Prætor uel Magiſtratus pignus conſtituit cū uice cautionis, ut loquitur I. C. [n] ex quacunq; cauſa in Bonorū poſſeſsionem aliquem mittit [o]. 3

Eſt † igitur pignus aut Voluntarium, aut Neceſſarium: illud autē Expreſſum, aut Tacitum: hoc, aut Legale, aut Prætorium. Materia † in qua pignus conſtituitur, ſunt res omnes, tam mobiles quàm ſoli, etiam nomina quæ pignori obligari poſſunt, dummodo pertineant ad obligantem [p]. Nam res aliena, niſi uolente aut ratum habente domino obligari nequit [q]. Cauſa formalis, eſt ipſa conuentionis & traditionis forma, uel obligationis teſtamento aut authoritate legis Magiſtratuſue inductæ modus. Cauſa † finalis, ut creditorem de credito faciamus ſecurum datis pignoribus, quibus tutius eſt incumbere quàm perſonæ [r]. Hac igitur pignoris obligatione durante, durat actio Seruiana & quaſi Seruiana, id eſt Hypothecaria, qua creditor pignus ſuū perſequitur. Soluto uerò debito, ſolutaq; pignoris obligatione, competit actio Pignoraticia: debitori Directa, creditori uerò Contraria: de quibus duabus actionibus hoc in tit. agitur. 4 5 6

DIRECTA † eſt, qua debitor qui rem pignori oppoſuit, ſoluta pecunia agit aduerſus creditorē, ut rem reddat, & damnū in ea dolo culpáue eius datum, reſarciat. Quamuis enim ſublata ſit pignoris obligatio per ſolutionem: tamen re ipſa obligatus eſt creditor ad reſtituendum, quoniam res aliena ſine cauſa apud ipſum inuenitur exoluto debito [s]. Licet enim ſuprà diximus conſenſu contrahi, re tamen quam accepit creditor ad reſtituendum obligatur, quæ obligatio ſeparata eſt à pignoris iure. Dico Dari illi qui rem pignori oppoſuit, & quidem etiamſi res ſit aliena [t], quæ uel à prædone fuerit oppignorata [u]. Eſt enim perſonalis actio [x], quæ datur propter obligationem, inter dantem accipientemq; contractam. Addo, Soluta pecunia: quia omnis pecunia exoluta eſſe debet, aut eo nomine uoluntati creditoris ſatisfactum, ut naſcatur Pignoraticia actio [y], aut certè per creditorem ſtetiſſe quo minus pecunia ſoluatur [z]. Veruntamen qui ante ſolutionem agit Pignoraticia, licet non rectè agat: tamen ſi offerat in iudicio pecuniam, debet & rem pignoratam & quod ſua intereſt, conſequi [a]. Sed & necdum ſoluta pecunia agi interdum poteſt, ſi fortè re abutatur creditor, & dolo debitorem impediat, quo minus iure ſuo uti queat. Quo caſu in Id quod intereſt agetur [b]. Agitur autem aduerſus creditorem, qui cum eſt cō tractum, & qui pignus poſsidet [c], aut eius hæredem: non autem aduerſus alium rei poſſeſſorem [d], quan quam iure Pontificio etiam in tertium poſſeſſorem, ex æquitate dari, receptum eſt [e]. Et in hoc agitur, ut res reſtituatur [f] unà cum fructibus, quos creditor non lucratur: ſed uel reſtituere uolente debitore cogitur, uel imputare in ſortem [g]: & præſtatione damni, quod creditor in re pignorata, dolo uel culpa dedit [h]. Dolum enim & Culpam creditor præſtare debet, item Cuſtodiam propemodum: ut in commodato. Nam ut uigilantiſsimi patrisfamiliâs diligentiam rei commodatæ adhibere commodatarium oportet, quia eius gratia contrahitur: ita creditor, cuius potiſsimùm cauſa pignus conſtituitur, nempe uti ſecurus ſit, non liberatur, ſi perinde in pignoris uerſetur cura atq; in rebus ſuis: ſed ea quæ diligens paterfamiliâs præſtare ſolet, ab illo exiguntur [i]. Vim tamen maiorem, & Caſum non præſtat: cuſtodia enim aduerſus uim parum proficit [k]. Itaque ad dominum rei periculum pertinebit [l]: niſi debitor culpa creditoris eam perijſſe probare poſsit [m]: quod tamē iure Sax. paulo aliter obtinet [n]. Quin & peti poteſt ut repromittat creditor, rem eius dolo non factam deteriorem, & talem reſtitui, qualis tempore obligationis fuit [o]. Quòd ſi uenditum ſit pignus, ut uendi ceſſante in ſolutione debitore poteſt [p], agitur ut reſiduum precij cum uſuris creditor reſtituat [q]. 7

CONTRARIA † pignoraticia datur creditori, qui in conuentione pignoris deceptus eſt, aut quid damni ſumptúſue eius rei gratia fecit. Vt ſi æs pro auro, ab affirmante aurum eſſe, pignori oppoſitum ſit [r]: aut res aliena [s], aut alio uitio laborans, ut inutile creditori pignus exiſtat [t]: uel ſi falſa ſolutionis ſpe oſtenſa, pignus debitor recuperarit [u]. Si deniq; malitioſè in pignore uerſatus ſit [x], ſi creditor neceſſarias impenſas fecit [y], ac in ſimilibus caſibus [z]: in quibus æquitas ſuadet, indemnem creditorem præſtari [a]. Vnde & illud placuit, ſi Titio qui rem meam ignorante me creditori ſuo pignori obligauerat, hęres extitero, ex poſt facto pignus non conualeſcere: & quia non conualeſcit, perſecutionem denegandam eſſe creditori, cui quomodo Hypothecaria detur, non conſiſtente eius obligatione? Nec enim ſufficit ad pignus conſtituendum, eundem nunc eſſe dominum, qui etiam pecuniam debet: ſed præterea requiritur, eundem eſſe qui pignus contraxerit: quem creditori agenti certum eſt improbè reſiſtere, dicendo rem alienam fuiſſe obligatam, cum ex ſuo mendacio, qui rem alienam pro ſuo dedit, arguatur [b]. quare fraudem alleganti propriam, prodeſſe id non oportet [c]. Atqui in propoſita facti ſpecie, illa fraus 8

obijci

---

a l.5.§.ult. ī. de pignor. d. §. item Seruiana. uerſic. inter pignus.
b uide ī. de pig. Ferra. in for. hyp. actio.
c d.l.1. in prin. b.t. l. iuſto. 44. §. non mutat. de uſu cap.
d l.1. §. fin. ī. de pactis.
e l.1. in fin. de rer. permu.
f l. non eſt mirum. 26. b.t. l. fundus. 9. l. Gaius. 12. de annu. leg.
g l.4. in prin. ī. de pact.
h l.1. C. communia. de leg. in uerb. ex eius uolūtate.
i l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxor. actio.
k l. pro officio. C. de adminiſt. tuto. l. ult. in quibus cau. pignus, &c.
l l.4. C. in quib. cau. pignus.
m l.1. ī. in quib. cau. pign.
n l. ſi finita. 15. §. ſi quis damni. de dam. inf. uide de his Cuiac. Obſ. lib. 5. cap. 30.
o l. non eſt mirum. 26. b.t. l. ſi & iure. 10. ī. qui potio. in pigno.
p l. tutor. 16. §. fin. cum l. ſeq. b.t.
q l. aliena. 20. b. tot. tit. C. ſi res aliena, &c.
r l. plus cautionis. 25. de reg. iur.
s §. fi. Inſtit. quib. mod. re contrab. oblig.
t l. ſi rem. 9. §. pen. b.t.
u l. ſi pignore. 22. §. ſi prædo. b.t.
x Maran. tract. iud. part. 4. diſt. 3. nu. 7. glo. ſ. in l. nec creditores. 9. ad uerb. long. C. de pign. actio. Bald. in c. 1. in prin. de feud. da. in uic. leg. com.
y d.l. ſi rem. §. omnis. l. q. ſi. l. ſolutum. l. elegāter. §. 1. l. ſi pecuniam. b.t.
z l. aliena. 20 §. 1.
a d.l. ſi rem. §. fi.
b l. ſi. in prin. uerſ. operā. hoc tit.
c l. fideiuſſor. 32. uerſ. creditor. b.t.
d l. petenti. 27. b.t. l. fi. C. de diſtract. pignor.
e c. cum conſtet. de pigno. ubi Innoc. Bal. in d. ca. 1.
f l. debitor. 40. § fi.
g d.l. ſi pignore. § ſi prædo. l. 1. C. de diſtr. pigno. l. ſi dominium. C. de pigno. uide inf. de diſtrac. pign.
h l. ſi rem alienam. §. ult. l. ſi ſeruos. b.t. l. pignoris. C. eo.
i l. ſi cum uenderet. 13. §. fin. cum ll. ſeqq. l. ſi pignore. 22. §. fin. l. ſi ſeruos. 25. b.t. uide in §. ult. Inſt. quib. mo. re contr. obl.
k l. ſi ea res. 32. ī. de act. empt.
l l. qui rationis. 32. l. fi. §. fi. b.t. l. pignus. C. eo.
m uide gl. & Dd. in l. 4. C. eo. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an uerò. de æden.
n Fachſ. diff. 1. per art. 5. lib. 3. Reinh. diff. 17.
o l. creditor. 15. b.t.
p l. ſi cum uenerit. 4. b.t.
q l. eleganter. §. ſi uendiderit. in fi. l. creditor. 42. b.t.
r l. 1. in fi. l. ſi quis. 36. b.t.
s l. ſi rem. 9. l. cum debitore. 32. b.t.
t l. tutor. 16. §. 1. b.t.
u l. 3. b.t.
x d.l. ſi rem.
y l. ſi neceſſarias. 8. l. ſi ſeruos. 25. b.t.
z l. ſi pignore. 22. §. pen. cum ll. ſeqq.
a l. ſi ſeruus. 31. b.t.
b l. rem alienam. 41. b.t.
c l. tranſactione. C. de tranſactio. l. mercalem. C. de condict. ob turpem cauſam.

BIU Cujas

obijci non poteſt ei qui rem non obligauit. Perſecutio igitur pignoris, non datur hoc caſu creditori, quia pignus directò non conualeſcit [a]. Vtilis tamen pignoraticia Contraria dabitur, ut in hæredem creditor agat, (ſicuti & aduerſus defunctum, qui rem alienam obligaſſet, agere poterat) ut à defuncto obligatam ſibi rem nexu teneri patiatur, cum defuncti facta præſtare & approbare debeat [b]. Eoq; modo per Indirectum conualeſcit pignus, coacto hærede pignoris conſtitutionem à teſtatore factam, ratificare. Atq; ita accipiendum eſt quòd dicitur in l. ſi Titio 22. infrà de pignor.

a *l. rem alienam.*

b *l. cum à matre. C. de rei uendic.*

9 Dubitet † porrò hîc aliquis, quare ex hoc & ſuperiore contractu diſpares oriantur actiones: cùm ex reliquis obligationibus, ut empto, uendito, locato, conducto, æqualis utrinque exiſtat actio. Id hac ex regula dijudicari poteſt: Quotieſcunq; par eſt utriuſq; contrahentis in obligatione conſtituenda ratio, toties utrinque par & æqualis naſcitur actio: quando uerò potior eſt alterutrius cauſa, in quem præcipuus contractus finis reſpiciat, & ad quem maximè totum negocium referatur, hoc caſu ſolet huic tanquam principali, præcipua & Directa dari actio, alteri uerò Contraria: ut in commodato, pignore, mandato, negocijs geſtis, depoſito, tutela [c]. A' quo enim dependet Eſſe rei, ut inquit Bald. ad eundem etiam referri debet præcipua eius uis, modus & effectus [d]. Quidam uolunt, quando utriuſq; gratia contrahitur, tum utrique directam actionem tribui: cùm alterutrius, ei dari directam cuius gratia contractum eſt, alteri uerò contrariam. Id falſò dici hinc intelligi licet, quòd in commodato ei, cuius gratia non contrahitur, directa detur: id quod & in depoſito uſuuenire poteſt, & mandato: qui contractus interdum eorum ineuntur cauſa, quibus contrariæ duntaxat actiones competunt. Quid? quòd pignus utriuſque gratia contrahatur [e]: in quo tamen diſpares eſſe actiones & directam debitori competere diximus, cuius tamen ad utilitatem potiſsimum pignus non conſtituitur. Quid? quòd mandatum, depoſitum utriuſque reſpectu aliquando contrahuntur. Prior itaq; regula uerior eſt. Nam in præſenti materia debitori datur Directa pignoraticia actio, licet creditoris gratia pignus præcipuè contrahatur. In hac enim obligatione, qua creditor ad reſtituendam debitori rem debito exoluto tenetur, & ex qua exiſtit hæc actio, præcipua eſt debitoris perſona, & ad eum obligatio principaliter, tanquam dominum rei, cuium etiam eſt periculum, ſpectat [f].

c *§. actionum quædã. Inſt. de act.*

d *Bald. in Rubr. C. de fid. inſtr. num. 7.*

e *d. §. ſi. Inſt. quib. mod. re cont.*

f *l. pignus. 8. C. de pig. act.*

DIGEST▸ LIB▸ XIIII▸ DE EXER-
CITORIA ACTIONE. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio & cauſa actionis exercitoriæ.*
3 *Quis dicatur magiſter nauis.*
4 *Quis exercitor.*
5 *Cui, aduerſus quos, ad quid detur hæc actio: & quid ſit per auerſionem conducere.*
6 *Quomodo conſulatur domino aduerſus contrahentes cum magiſtro nauis.*
7 *Exercitoriam non dari ex contractu nautarum.*

1 HActenus † expoſitum eſt, quemadmodum ij quibus res creditæ ſunt, ex ſuo contractu conueniri poſsint. Sed quia ſæpenumerò etiam per alias perſonas negocia geruntur, uſuq; uenit interdum ut cum alio contrahamus, alij uerò credamus: conſequenter nunc uidendum eſt, quibus actionibus aduerſus quos agi poſsit, quando perſonæ quæ ex alijs pendent, alienaq; fide nituntur, in contrahendo interuenerunt. Nam eiuſmodi perſonas in negocijs terra mariq; gerendis uerſari, uita quotidiana oſtendit, dum homines periculorum metu, uel laborum 2 tædio, ſibi alios ſubſtituunt, quibus cum ſuo nomine contrahatur. Ac de † maritimis quidem negocijs actio prodita eſt Exercitoria, quam Prætor uectorum gratia propoſuit [a]. Nam cum interdum ignari cuius ſint conditionis, uel quales, cum magiſtris nauis propter nauigandi neceſsitatem contrahamus: æquum fuit, eum qui magiſtrum nauis præpoſuit, teneri, quaſi eius fidem qui cum ignoto fortè nauta contrahit, potiſsimùm ſequatur [b]. Quod contra ſubtilitatem Iuris ciuilis à Prætore inductum eſt. Eo namq; iure alter alteri actionem aut obligationem non acquirit, ſed quæcunq; gerimus, ex noſtra perſona initium obligationis capiant oportet [c]. Verùm cùm arbitraretur Prætor, eum cuius reſpectu potiſsimùm eſſet contractum, meritò conueniendum [d]: uiſum illi fuit faciendũ, ut uectores, qui cum ma- 3 giſtro nauis quid egiſſent, ſecuti exercitoris fidem, aduerſus hunc ſuo Edicto adiuuaret. Magiſtrũ † autem nauis accipere debemus eum, cui totius nauis anchora, id eſt, gubernatio mandata eſt, uel ab ipſo 4 exercitore, uel à primo nauis magiſtro [e]. Imponuntur † autem magiſtri, uel locandis nauibus, uel ad 5 merces emendas, uendendáſue, aut uectoribus cõducendis, armamentiſue emendis [f]. Exercitorẽ † autem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino per Auerſionem (id eſt non ad numerum certarum amphorarum, ſic enim omnes reditus ad eum non peruenirent: ſed integrã nauim ὑφ' ὁμάδι, & in uniuerſum ſuo periculo una mercede conduxerit, Auerſo in ſe à locatore omni periculo, lucro & damno) conduxit, uel ad tempus, uel in perpetuũ [h]. Parui autem refert, qui exerceat, maſculus ſit an mulier, paterfamiliâs an filiusfamiliâs, an etiam ſeruus. Pupillus autem ſi nauim exerceat, tutoris exigemus authoritatem [i]. In hunc igitur exercitorem datur actio, ſi quid cum magiſtro nauis contractum ſit: in eam tamen rem, cui præpoſitus eſt [k] (præpoſitio enim legem dat contrahentibus: extra quam ſi contrahant, æquum eſt exercitorem non teneri [l]:) idque propter utilitatem nauigantium, ne facilè decipiantur [m]: & quidem datur in ſolidum, adeò ut ſi plures nauim exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poſsit, ne in plures aduerſarios diſtinguatur qui cum uno contraxit [n]. Hoc autem ſolidum rei perſecutionem cõtinet. Vnde & perpetuò & hæredibus, inq; hæredes hæc actio datur [o]. Eſt tamen nobis electio, utrum exercitorem an magiſtrum nauis conuenire uelimus. Nam ut exercitor Prætoria, ita magiſter ex ſuo contractu Directa ciuili tenetur [p]. Si tamen ab altero exactum erit, cum altero agi non poterit, cum ſit actio rei perſecutoria, unaq; ſolutione 6 omnis tollatur obligatio [q]. Sed † econtrariò exercenti nauim, aduerſus eos qui cum magiſtro contra-

a *l. ſi eam. 5. §. 1. h. t. Paul. lib. 2. tit. 6.*

b *l. 1. in prin. h. t. l. ſi inſtitorem. ſi cert. pet.*

c *l. quæcunq;. 10. de act.*

d *l. 1. §. idem Pomponius. 10. depoſiti.*

e *l. 1. §. magiſtrum. 1. & 3. hoc tit.*

f *d. l. 1. §. 1. uerſ. magiſt.*

g *l. fin. §. fin. ff. tit. 1. l. opus quod. 36. infrà locati. l. 4. §. ult. l. ſi quis uina. §. auerſione. de peric. & com. rei uend. l. quod ſæpè. §. in his. de contrab. empt. uide Baſ. lib. 53. Cuiac. Inſt. de emp. in fi. lib. Obſer. 8. cap. 15. Goueа. lib. lect. 2. c. 14.*

h *l. 1. §. exercitorũ. 7. h. tit.*

i *d. §. exercitorem.*

k *l. 1. §. non aũt. 5. l. fi. h. t.*

l *d. l. 1. §. ideo.*

m *d. l. 1. §. magiſtrum. cum ſeqq.*

n *d. l. fi. §. 1. cum l. ſeq.*

o *l. ſi tamen. 4. §. fin. h. tt.*

p *l. 1. §. eſt autem. h. t.*

q *l. 1. §. pen. h. t.*

BIU Cujas

xerunt, actionē Prætor non pollicetur: quia non eodem auxilio indiget, cum Ciuilibus actionibus, aut ex Locato, si merces interuenit: aut Mandati, si nō interuenit [a], aduersus magistrum agere possit. Solēt tamen Præfecti urbis ad quos cura annonæ pertinet [b], potestasq; iurisdictionis Prætoriæ sub Augustis deuoluta est [c], & in prouincijs Præsides, propter ministerium annonæ, quæ potissimùm mari aduehitur, quo plures in promptu sint exercitores, eos extra ordinem, ex contractu magistrorum, aduersus contrahentes iuuare, si fortè magister soluendo non sit [d]: idq; ad exemplum Institoriæ [e]. Et hæc † qui- 7
dem ita se habent, si quando cum magistro nauis cōtractum est: quod si cum aliquo nautarum contrahatur, non competit actio in exercitorem. Etsi enim ex delicto cuiusuis eorum qui nauis nauigandæ causa in naui sunt, conueniatur exercitor [f]: alia tamen est contrahendi causa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit locandis nauibus, uel emendis mercibus, cōtrahi cum eo permittit. Qui uerò nautas quasi instrumenta nauis adhibet, non contrahendi cum eis potestatem facere uidetur, sed culpa & dolo carere eos curare debet [g]: culpæ suæ imputaturus, si minus idoneos, quasi uitiosa instrumenta adhibuerit [h].

a l.1.in fi.mandati.
b l.1.§ fi.ff.de off. præfecti urbis.
c l.2.C.de off.præf.urb.
d d.l.1.§.est autem.8.
e l.1.in fi.ff.de instito.actio.
f l.1.§.1.l.fi.in fi.ff.nautæ, caup.stabul.
g d.l.1.§.magistrum.h.t.
h d.l.fi.in fi.ff.nau.caup.

De lege Rhodia, de iactu. Tit. II.

1 Origo & dispositio L. Rhodiæ.
2 Exemplum contributionis: & quæ in contributionem ueniant.
3 Qua actione ad contribuendum agatur.
4 Ratio ineundæ contributionis: & quomodo res æstimentur.
5 Quando cesset contributio.

AD maritimam † negociationem pertinet & lex Rhodia de iactu, quæ à potentibus olim in mari 1
Rhodijs (quorum disciplinam naualem ad suam usque ætatem durasse testatur Cicero pro L. Manil.) introducta primùm, obseruataq; propter summam æquitatem ab omnibus nauigantibus, usurpari deinceps pro lege maris cœpit, lexq; Rhodiorum nautica appellatur [a]. Qua quidem lege cauetur, ut si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus sit, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum iactumq; est [b]. Æquissimum enim est, commune detrimentum fieri eorū, qui propter amissas aliorum res, consecuti sunt, ut merces suas haberent saluas [c]. Quod † quo fiat dilucidius 2
exemplo declaremus. Cum in eandem nauim uaria mercium genera cōplures mercatores coegissent, prætereaq; multi uectores, serui & liberi, nauigarent in ea, tempestate graui coorta, necessariò iactura facta erat. Quæsita deinde sunt hæc, an omnes iacturam præstare oporteat: & si qui tales merces imposuissent, quibus nauis non oneraretur, ueluti gemmas aut margaritas: & quæ portio præstanda esset, & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat: & qua actione ea res expediri possit. Placuit ex interpretatione legis Rhodiæ, omnes quorum quid interfuisset mercium causa seruatarum iacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum ex lege ob res seruatas deberent. Itaq; dominum etiam nauis pro portione, quòd nauim habeat saluam, obligatum esse. Nam & econtrariò, si quid ipse nauis leuandæ causa abijciat, ut trabem, &c. cōtributio locum habet [d]. Agitatum etiam est, an uestimentorum cuiusq; & annulorum æstimationem fieri oporteat. Et omnium uisum est, nisi si qua consumendi causa imposita forent: quo in numero sunt cibaria. Nec enim hæc unius, sed omnium gratia imponi uidentur: eo magis quòd si quando ea deficiant, quod quisq; habet in commune, conferre debeat [e]. Corporum autem seruorum fit æstimatio, non etiam liberorum. nam ne potest quidem [f]. Ex † conducto igitur (nam in hanc 3
Actionem bonæ fidei uenit, Quicquid ex bono & æquo uenire oportet) domini rerum amissarum cum nauta, id est, magistro agent, ut cæterorum merces retineat, donec portionem damni præstēt: magister deinde cum reliquis, quorum merces saluæ sunt. Et quidem etiam si merces non retineat, agere tamen potest ad contributionem. Quid enim si uectores sint, qui cum nullas sarcinas maiores habeant, annulorum tantum uestimentorumúe nomine contribuere debeant [g]? Portio † autem pro æstimatione ac 4
precio rerum quæ saluæ, quæque amissæ sunt, præstari solet: nec ad rem pertinet, si eæ quæ amissæ sunt, pluris uænire poterant, quoniam detrimenti, non lucri fit præstatio [h]. Sed in his rebus quarum nomine conferendum est, æstimatio debet haberi, non quanti emptæ sint, sed quanti uænire possint [i]. Ac precio rerum præsente, ne nimium grauentur contributores. Quid enim si aspergine deteriores factæ sint, annon iniquum esset, & hoc damno & collationis onere quasi rebus integris dominum onerari [k]? Contributionis autem ita subducere rationem possumus: Finge me & te singulos habuisse in naui merces, quæ ualerent centum: Titium uerò, quæ ducenta. Titius coorta tempestate, suas proiecit, qua exoneratione nostræ seruatæ sunt. Apparet damnum ducentorum factum, & Titium tantundem habuisse in naui quantum nos duos. Tantundem igitur damni sustinebit, nempe centum: nos illi singuli quinquaginta contribuemus. Pone contrà, Titius quæ proiecit ualuisse quinquaginta, nos habere singulos saluas res in naui ad ualorem centū. In collatione duplum præstare nos oportere, æquitas ostendit. Conferemus igitur quisq; uiginti. Titius decem sustinebit. Eodem modo facilè in similibus iniri potest contributionis ratio. Sed hæc † tum demum locum habet, cum seruandæ nauis causa iactum est: id est, ubi 5
iactus naue salua in tributum uenit [l]. Nam huius æquitatem tunc admitti placuit, cùm iactus remedio, cæteris in communi periculo, salua naui, consultum est [m]. Quòd si ante iactum uel in ipso iactu naufragium fiat, quod quisq; ex eo seruare potest, sibi seruat tanquā ex incēdio: nec amissæ nauis merciumúe damnum collationis consortio sarcitur [n]. Quocirca etiam si iactu nauis leuata, postea tamē tempestate pereat, nihil contribuendum est, nisi merces perditæ extrahantur. Contributio enim iniri, nisi saluis rebus, non potest: quibus perditis, perinde ab obligatione iactus liberantur uectores, atq; debitores interitu speciei [o]. Quid autem si antennæ armamentáue nauis deusta aut corrupta sint, aliaq; parare magister nauis cogatur? nihil utique contribui debet, cum hic sumptus instruendæ nauis magis quàm seruandarum mercium causa fiat: ut nec fabro, cui locatum opus est, si malleum fregerit: neq; aurigæ, cuius currus conductus est, si equum currumúe ruperit, quippiam eo nomine debetur [p]. Illud ultimò notandum,

a l.pen.h.t.
b l.1.h.t.
c l.2.in prin.uers.æquissimum.
d l.amissæ.5.in fi.h.t.
e l.2.§.cum in eadem.2. hoc tit.
f l.liber homo.13.ff.ad l. Aquil.
g l.2.in prin.h.t.
h d.l.2.§.si nauis.4.uers. portio.
i d.§.si nauis.uers.sed in his.
k l.4.§.fi.h.t.
l l.4.in prin.& §.1. h.t.
m d.l.amissæ.h.t.
n l.cum depressa.7.l.amissæ.5.l.4.h.t.
o l.si ex legati causa.23. de uerb.oblig.
p l.nauis.6.h.t.

BIU Cujas

tandum, res iactas domini manere, nec fieri apprehendentis, quia pro derelicto non habentur [a]. Vnde si quæ res iactæ apparuerint, restituentur domino, & collatio exonerabitur [b].

De institoria actione. Tit. III.

1 Quis sit institor.
2 Quæ actio, contra quos ex contractu institorum detur.
3 Ex quibus contractibus, & quando detur.
4 Quamdiu dominus obligatus sit ex contractu institoris.
5 Quasi institoria actio.
6 An cum institore agi possit.
7 An domino, & quomodo succurratur.
8 Perpetuas esse has actiones & directas.

1 TErrestres † negociationes per Institores exerceri solent, quos nunc Factores uocant. Institor autem appellatus est ex eo, quòd negocio gerendo instet [a]: estq; is, qui tabernæ locóue ad emendũ uendendumúe, quiúe sine loco ad eundem actum præponitur [b]. Taberna à tabulis, sicuti Officina ab officio dicta est. Propriè tamen institorem eum dici putant, qui non ad certum genus negociationis, aut ad certum locum, sed uniuersaliter negociationi quæstuariæ præponitur [c]. Nec uerò mutat causam actionis, locus uendendi emendiúe [d]: neque qui domi merces uendit, ut uxor, minister, propterea
2 institor perhibendus est [e]. Ex † institorum contractibus, puta emptione, uenditione, permutatione, mutuo, dantur actiones empti, uenditi, præscriptis uerbis, certi condictionis, &c. quæ uocantur Institoriæ, quòd ex institorum contractu non directò, & Iure ciuili (quo iure conueniri nequit personali actione qui se non obligauit [f],) sed ex Edicto Prætoris in præponentem, qui cum non est contractum, competãt [g]: & quidem in Solidum [h], etiamsi sint plures qui præposuerint [i]: quia æquum Prætori uisum est, sicuti commoda sentimus ex contractu institorum, ita etiam obligari nos ex ipsorum contractibus, & cõueniri [k], quáuis in rem uersum esse nostrã nihil probetur [l]. Nec enim contrahẽtes decipi debent [m],
3 qui fidem præponentes sequi uidentur [n]. Non † tamen omne quod cum institore geritur, obligat eum qui præposuit: sed ita, si eius rei gratia cui præpositus fuerat, contractum est [o]. Conditio enim præpositionis seruanda est [p], quæ certam legem dat contrahentibus [q]. Vnde si contractum sit cum eo, de quo palàm proscriptum est ne contrahatur, aut extra formam præscriptionis: ut si præpositus uenditioni duntaxat mutuo acceperit, dominus conueniri nõ potest [r], & exceptionem habet aduersus agentem [s].
4 Tamdiu † autem tenetur dominus, quoad præpositio durat, quæ morte domini non finitur ut cætera mandata [t]: sed propter utilitatem promiscui usus, & periculi causa, ut inquit I. C. [u] durat in hæredem,
5 etiam pupillum, donec institorum mandatum expressè reuocetur [x]. Datur † autem ad similitudinem institoriæ, Vtilis interdum actio [y], & Quasi actio institoria, cum ex contractu delictóue quasi institoris agitur [z]. Porrò uniuersaliter Quasi institor rectè dici potest, qui non ad negociandum, sed uni alicui negocio, aut certo facto præpositus est [a]. Quamuis † autem ita cum præponente agi possit tamen & in-
6 stitorem rectè quoq; cõueniri uolunt Dd. [b] durante uidelicet præpositione [c]: quemadmodum & cum
7 magistro nauis agi potest [d]. Domino † autem qui præposuit aduersus contrahentes, cum institore nulla prodita est iure Prætoria actio [e], idq; ad exemplum exercitoris [f]: quia securus est remedijs legitimis quibus institorem conuenire potest, aut acquisitis sibi actionibus, si institor in eius sit potestate, aut cessis [g], ut extraordinarijs non habeat opus. Planè si aliter rem seruare nequeat, Marcellus ait, dandam actionem ei qui institorem præposuit, in eos qui cum illo contraxerunt [h]. Tum autem seruare nequit, cum institor cedere actiones non potest, uel quia absens, uel latitans, uel mortuus sine hærede sit. Hoc enim casu necessitas nos eò perducit, ut præponenti Vtiles actiones, perinde atq; si ipse contraxisset, concedamus [i]: alioqui etsi soluendo non sit institor, tamen si cedere potest actiones, sicuti debet, qui-
8 bus dominus rectè experiatur, minimè intelligitur rem seruare non potuisse [k]. Nouissimè † autem sciendum est, hasce actiones esse Perpetuas, & dari Hæredibus, atq; In hæredes [l]: sunt enim rei persecutoriæ illæque ipsæ, quæ ex contractibus directò dantur: puta ex mutuo, empto, conducto, permutatione, &c. uocantur tamen Exercitoriæ, Institoriæ, de Peculio, & aliàs aliter, propter nouam à Prætore qualitatem ijs attributam.

De tributoria actione. Tit. IIII.

1 Quare uocetur hæc actio tributoria, & quid in eam ueniat.
2 Cui, de quibus rebus, aduersus quos detur.
3 Edictum prætoris.

1 EST † cum non alieno nomine terra mariúe negociationes exercentur, sed proprio, ab ijs tamen qui in aliena sunt potestate: quam etiam ob rem uidere licet nouis qualitatibus actiones interdum uariari. In potestate autem aliena sunt serui, & filijfamiliâs. De seruorum contractibus prodita est actio Tributoria, seu Distributoria, à tribuendo siue distribuẽdo dicta. Nam si seruus in peculiari merce, id est, ea in quam dominus sciens uolensq; seruo permittit proprio nomine negociari uersetur, & quid cum eo eius rei gratia contractũ erit, ita Prætor ius dicit: Vt quicquid in his mercibus existet, quodq; inde receptum erit, id inter dominũ si quid ei debebitur, & cęteros creditores pro rata por-
2 tione distribuatur. Ideoq; † Tributoria uocatur hæc actio, qua eiuscemodi distributio fieri petitur [a]. Permittit enim Prætor domino potestatẽ distribuendi, ut merces uel precia earum inter creditores partiatur [b]. Quòd si dominus hanc suscipere molestiam nolit, arbitrum Prætor dabit, cuius interuentu mer-

a d.l.2. §.fin. l.qui leuandæ.8. h.t. uide quæ dixi Inst. de rer. diuis. §. pen.
b d.l.2. in fi. uers. si rec.

a l.3.h.t.
b l. Institor.18.h.t.
c Bart. Ias. & Dd. in l. si institorem. 29. ff. si cert. petat. optimè Bald. in l. mandatum. nu.3. mand. gl. in l. Iulianus. 14. §. si procuratorem. ad uerb. util. ĩ. de act. emp.
d l.4.h.t.
e Castrens. in l.1. §. est autem. h.t. Fab. in §.1. Inst. Quod cũ eo qui in alien. pot.
f §.1. Inst. de actio.
g l. si quis mancipijs. 17. in prin. h.t. uide Paul. lib. 3. tit. 8.
h l.5. in prin.
i l. habebat. 13. §. fi. cum l. seq.
k l.1. in prin. h.t.
l l. ult. sup. de exer. act. Dd. in l. ciuitas. sup. si cer. pet. Tiraq. in priuil. piæ causæ. priuil. 134.
m l. sed si pupillus. 11. §. itẽ si plures. 3. h.t.
n l. fi. ĩ. pro socio. l. si institorem. s̃. si cert. pet.
o l.5. §. nõ tamen. 4. l. pen. §. fi. h.t. l. 3. C. eo.
p d.l. sed si pupillus. §. conditio. 3. h.t.
q l.1. §. igitur. s̃. de exerc. actio.
r d.l. sed si pupillus. 11. §. de quo palam. 1. d.l. 5. §. nõ tamen. d.l. habebat. l. si cum illico. 16. l. pen. §. fin. h.t.
s l. si quis mancipijs. §. fin. hoc tit.
t §. rectè quoq;. Instit. de mandato. l. inter causas. in prin. ĩ. mandati.
u l. pen. §. dominus.
x l. si quis. 17. §. 1.
y l. & ideo. 12. l. habebat. 13. in princ. l. in eum. 19. h.t. l. pen. C. eo.
z l. 5. §. item ait. Bald. in l. mandatum. 5. nu. 3. C. mand.
a d.l. in eum. ubi not. d.l. 5. §. idem ait. gl. in l. Iulianus. 14. §. si procurator. uerb. utili. ff. de act. empt. Bald. in d.l. mandatum. num. 3. & 4. Bar. Ias. & Dd. in l. si institorem. 29. ff. si cert. peta. uide Innoc. & præcipuè Imol. in prin. & nu. 21. 22. in c. pen. ex̃. de fideiuss. b Castr. in l. 1. 7. §. exercitorem. nu. 4. de exerc. act. Ias. in l. si institorem. 29. nu. 2. ff. si cert. pet. Bal. in l. ei qui seruo. nu. 2. C. quod cum eo qui in alie. potest. c l. fi. ubi not. h. tit. Dd. in l. 1. §. est autem. s̃. de exerc. d l. 1. §. est autem. e l. 1. h.t. f l. 1. s̃. de exerc. act. in prin. g d.l. 1. h d.l. 1. in fi. & l. 2. h.t. uide de hoc cons. 153. i l. pen. §. ult. C. ad Treb. l. Iulianus. 13. §. si procur. 21. de actio. empt. k l. 3. §. fi. uers. & sanè. ĩ. tit. 1. l. si quis alicui. 27. §. fi. ĩ. mand. l l. nouissimè. 15. h.t.
a §. introduxit. Inst. quod cum eo qui in alien. potest. b l. procurationis. 5. §. sed est quæsitum. 3. h.t.

BIU Cujas

a l.illud.7.in prin. uers. quid tamen.h.t.
b d.l.illud.§.si cum.
c l.sed si damnum.9.§. præterea.ſ. de pec.
d in prin.Inſt. quod cum eo qui in alien.pot.
e l.1.uers.poteſtatis.h.t.

ces peculiares tribuantur [a]. Sed & ſi quis ex creditoribus queratur, quaſi minus ei ſit tributũ quàm oportuerit, hanc etiam ei actionem Prætor accõmodat, in eum cuius id Dolo malo factũ erit, ut quanto minus tributũ ſit quàm debuit, præſtet: quæ actio dolum malũ domini coercet [b]. Huius aũt Edicti non minima eſt utilitas, ut dominus qui alioqui in contractibus & bonis ſerui priuilegiũ habet, (quippe cũ de peculio duntaxat teneatur, cuius peculij æſtimatio deducto eo quod domino debetur, fieri ſolet [c]) tamen ſi ſciat ſeruum in peculiari merce negociari, uelut extraneus creditor, nulla deductione facta ex hoc Edicto in tributũ uocetur. Quæ de ſeruo dicta ſunt, obtinent & in filiofamiliâs [d]: utitur enim uerbo Poteſtatis Prætor, quod ad omnes qui ſunt alieni iuris, porrigitur [e]. Edictum eiuſcemodi fuit: SI † 1 3
QVI IN ALIENA POTESTATE ERIT, EO SCIENTE IN PECVLIARI MERCE NEGOCIATVS DICETVR, ATQVE IS EI IN CVIVS POTESTATE ERIT, ET ALIIS CREDITORIBVS QVID DEBVERIT, VT QVOD IN MERCIBVS PECVLIARIBVS ERIT, QVOD'QVE EX IIS ERIT RECEPTVM PRO RATA PORTIONE SINGVLIS TRIBVATVR, IVDICIVM DABO. SI CVIVS DOLO MALO FACTVM ERIT QVO MINVS TRIBVATVR, VT QVANTO MINVS QVAM DEBVIT TRIBVTVM SIT, PRAESTET, IVDICIVM DABO.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, NEGOCIVM GESTVM ESSE DICETVR. TIT. V.

1 Continuatio tituli. 2 Edictum. 3 Eius explicatio.

a t.tit.C.an ſeruus pro ſuo facto poſt manum.teneatur.

SVperius † Edictum propriè de ſeruorũ cõtractibus loquitur: hoc cum ſequente S.C. ad Filiosfam. pertinet, qui in patria poteſtate conſtituti contraxerunt: non ad ſeruos, quibus cum manumiſsis de cõtractu in ſeruitute geſto nulla eſt actio [a]. Ait prętor: IN † EVM QVI EMANCIPATVS 1 2
AVT EXHAEREDATVS ERIT, QVI'VE ABSTINVIT SE HAEREDITATE EIVS, CVIVS IN POTESTATE CVM MORERETVR FVERIT, EIVS REI NOMINE QVAE CVM EO CONTRACTA ERIT, CVM IS IN POTESTATE ESSET, SIVE SVA VOLVNTATE, SIVE IVSSV EIVS IN CVIVS POTESTATE ERIT, CONTRAXERIT, SIVE IN PECVLIVM IPSIVS, SIVE IN PATRIMONIVM EIVS CVIVS IN POTESTATE FVERIT, EA RES REDACTA ERIT, ACTIONEM CAVSA COGNITA DABO IN ID QVOD FACERE POTEST [b]. Huius † edicti ſententia hæc eſt: Filiusfamiliâs qui in poteſtate conſtitutus contrahit, rectè 3
contrahit & obligatur ſuo nomine [c]: ideoq; etiam poſt emancipationem aut alio modo poteſtatem ſolutam, obligatus manet & conueniri poteſt ex Edicto [d]. Sed tamen ſi poſt cõtractum emancipetur, aut exhæredatus fuerit, uel abſtinuerit hæreditate paterna: æquum uiſum eſt, eum non in Solidum conueniri ex ea obligatione, cuius utilitas alteri, nempe patri eſſet acquiſita, ſed ſolùm In id quod facere poſſit, ut hoc temperamento adhibito & creditores ſuum conſequantur [e], & non nimis grauetur eo contractu filius, unde nullum emolumẽtum percepit. Nam cur hoc ei denegetur, cum ſi adhuc uiuo patre, cuius in poteſtate eſſet, condemnatus fuiſſet, in emancipatum uel exhæredatum poſtea Iudicati actio In quantum facere poſſet, tantummodo daretur [f]? Dico, Exhæredatum: nam ſi hæres ſit, aut bonorum, poſſeſſor, uice hæredis in ſolidum conuenitur [g], ſaltẽ quod ad quantitatẽ paternorum bonorũ quæ hęreditario iure accipiuntur, pertinet. Hoc aũt Edicto ſoli filio ſuccurritur, non eius hæredi [h]: quia beneficium eorum qui in quantum facere poſſunt conueniuntur, perſonale eſt [i]. In quantum aũt facere poſſunt, intelligimus hîc, non deducto ære alieno, niſi priuilegiatorum creditorum, & eorum qui poſt mancipationem contraxerunt [k], ſed deducto ne egeat [l]. Quod beneficium ad euitandam carceris moleſtiã, bonorumúe ceſsionem, quam alioqui etiam filijfamiliâs facere coguntur [m], prodeſt [n].

b l.2.in prin.h.t.
c l.filiusfam.38.de actio.l. tam ex contractibus.de iud.
d l.2.ſ.de cap.dimi.
e l.1.h.t.
f l.5.in prin.h.t.
g l.5.§.1.l.pen.h.t.
h l.4.§.ſoli.h.t.
i l.ſciendum.25.de re iud.
k l.3.h.t.
l l.in condemnatione.de reg.iur.
m l.cum & filijfam.C.qui bon.cedere poſſunt.
n l.1.ubi Bal.l.Sal. C.qui bon.ced.poſ.

De Senatuſconſulto Macedoniano. TITVLVS VI.

1 Origo S.C.
2 Verba S.C.
3 Ratio.
4 Quibus S.C.denegetur actio ex mutuo.
5 Quis filiusfam.S.C.intelligatur.
6 In mutuo duntaxat S.C.locum habere.
7 Ad quos beneficium S.C.porrigatur.
8 Quibus caſibus ceſſet S.C.
9 Actionem denegari S.C.effectu tantum, uidelicet oppoſita perpetua exceptione.

a Suet.in Veſp.c.11.
b Plaut.in Pſeud. uide Paul.lib.2.tit.10.
c l.1.

SEd † quod dictum eſt, filiosfamiliâs ex contractu ſuo poſſe conueniri, interdum non obtinet, propter ſenatuſconſultum Macedonianum, quod temporibus Veſpaſiani factum creditur [a]: quamuis etiam antea apud Romanos [b], ex lege Solonis eius ſententia in uſu fuiſſe uidetur: uerba S.C. hæc ſunt: Cùm † in cæteras ſceleris cauſas Macedo quas illi natura adminiſtrabat, etiam ęs alienum ad- 1 2
hibuiſſet, & ſæpe materiam peccandi malis moribus præſtaret, qui pecuniam ne quid amplius diceretur incertis nominibus crederet: (id eſt, aſſcripto ſolum nomine debitoris in Calendario, neq; expreſſa cauſa in quam mutuum datum eſſet, ut ſic nihil amplius dici ſciriúe poſsit, quam in rem pecunia eſſet mutuo data) placere ne cui qui filiofamiliâs pecuniam mutuam dediſſet, etiam poſt mortem parentis eius, cuius in poteſtate fuiſſet, Actio Petitioq; daretur: ut ſcirent qui peſsimo exemplo fœnerarent, nullius poſſe filijfamiliâs bonum nomen expectata patris morte fieri [c].

Huic † S.C. cauſam dedit, ut ſolent ex malis moribus bonæ oriri leges, improbus fœnerator Mace- 3
do (unde & Macedonianũ appellatũ) qui flagitioſè adoleſcẽtibus filijsfam. pecuniã ad quemuis luxũ,

incertis

incertis nominibus credebat: sic ut tandem ære alieno obruti in quoduis flagitium, ac mortis etiam paternæ cogitationem impellerentur, quo hæreditatē ipsi egentes creditoribus concedere possent [a]. Cui malo salutare remediū hoc S.C. inuentum est. Melius est enim coarctari iuueniles calores, ne cupidini
4 dediti, tristem sentiant exitum, qui eos post dispersum expectat patrimoniū [b]. Qui † igitur mutuam dat filiofam. pecuniam, is ne post mortem quidem patris illum conuenire potest, propter hoc S.C. cuius uerba breuiter explicando percurramus. PLACERE NE CVI: non solùm ei qui mutuam pecuniā dedisset, sed & successoribus eius & socijs deneganda est actio [c]: neq; interest, priuatus an ciuitas crediderit [d], dummodo creditor sciat aut scire possit [e] filiumfam. esse cui credebat [f]. Nam si iusta simplicitate deceptus sit, ut quia is se patremfamiliās affirmauit uel simulauit [g]: aut ætatis beneficio excusetur, ut si
5 minori minor mutuo det, cessat S.C. [h] Additur † FILIOFAM. utriusq; uidelicet sexus [i], cuiusuis etiā
6 dignitatis [k]: nisi fortè Castrense peculium habeat, in quo † S.C. cessat, usq; ad quantitatem peculij, cum in eo filijfamiliās uice patrumfamiliās fungantur [l]. Sequitur, MVTVAM PECVNIAM DEDISSET. Is igitur solus S.C. offendit, qui mutuam pecuniam filio dedit, non qui aliās contraxit, puta uendidit, permutauit, &c. Pecuniæ datio enim, quæ instrumentum est ad omnem luxum & nequitiam idoneum, ac uerè (ut dicitur) irritamentū malorum, pernicioſa parentibus uisa est [m]: ne ære alieno obruti filij, in eorum quid necem machinarentur, & ante diem patrios in annos inquirerent. Quod nō adeò timendum est in cæteris contractibus, quibus res cōmutantur, ne altera pars exhauriatur: quia etiam quæstui ac lucro istiusmodi permutationes filio esse possunt. Et ideo si uel creditū alij filiofam. ex causa tamen emptionis, uel alio contractu, & stipulatus sum, licet cœperit esse mutua pecunia: tamen quia pecuniæ numeratio ex mutuo non concurrit, cessat S.C. [n] Origo enim potius obligationis, quàm titulus actionis considerandus est [o]. Quod ita demum erit uerum, si non fraus S.C. sit cogitata, & qui credere non potuit, magis ei uendidit, ut ille rei precium haberet in mutui uicem [p]. Prouidè enim cautum est, ne mens S.C. circumscribi posset. Vnde quamuis uerba ad numeratam pecuniam solum referātur, tamen si fraus quæsita sit, puta frumento, uino mutuo dato, aut alijs rebus uenditis, ut his deinceps distractis uteretur pecunia, subueniendum est [q]. Eadem ratione licet filiusfam. ex sponsione teneatur [r], tamen si color quęsitus sit, ut filiusfam. qui pecuniam accepisset, fideiuberet alio dato reo, fraus S.C. facta
7 nocet, & danda est exceptio tam filiofam. quàm reo: qui cum non acceperit pecuniam, effectu fideiussor est [s]. Fideiussori † autem filijfamiliās etiam subuenitur: quod nisi fieret, cum is regressum cōtra man
8 datorem habeat, facilè liceret S.C. circumuenire [t]. Quin † & patri subuenitur [u], & hæredi [x]. Si tamen filiusfam. aut uoluntate patris contrahat, aut pater ratum contractum habeat, aut in eam rem pecuniam filius accipiat, quæ patris oneribus incumbit, uel in sua potestate constitutus debitum agnoscat, nouando aut soluendo, cessat S.C. [y] unde si filiofamiliās studiorum uel legationis causa alibi degenti ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, pecunia credatur, locum non habet S.C. quia in rem patris uersa intelligitur [z]. Quod uerum est, si modum in mutuando non excesserit: id est, eam quantitatē,
9 quam pater subministrare solebat. ACTIO † PETITIO QVE DARETVR, in fine est additum: quod accipiendum est de effectu [a]. Cum enim mutuo contracta sit obligatio [b], certum est oriri iure actionem (posita enim causa, ponitur effectus) sed quæ exceptione S.C. elidatur [c]. Quamobrē ius agendi habere creditor non uidetur, qui perpetua exceptione remoueri potest [d]. Ac uerisimile est, olim Prętores ex S.C. petitiones hoc nomine denegasse, quamuis ipso iure ex obligatione extitissent [e].

a §. pen. Inst. quod cum eo qui in al. pot.
b l. fi. §. ipsum. uers. melius. C. de bon. quæ lib.
c l. item. 7. §. non solùm. 4. hoc t.
d l. nihil interest. 15. hoc t.
e l. qui cū alio. de reg. iur.
f l. pen. hoc t.
g l. j. C. eo. 3. hoc t.
h l. 3. hoc t. l. 1. 2. C. eo. l. ueterum. §. fi. de min.
i l. sed si. 9. §. hoc S. C. h. t.
k l. j. §. fi. hoc t.
l l. j. §. fi. l. 2. hoc t.
m l. 3. §. is autem. pen.
n d. l. 3. §. is autem.
o l. 3. C. eod.
p d. l. 3. §. pen.
q d. l. item. 7. §. aui tui. 2.
r d. l. item. 7. in prin. h. t.
s l. quamuis. §. si cum esset. 7. ad Vellei anum.
t l. sed si pater fam. l. si tantum. 12. cum simil. hoc t.
u l. pen. C. eo. d. §. non solum.
x d. l. 7. §. quanquam. 7.
y l. 2. 4. l. fi. C. eo. d. l. 7. §. interdum. cum seqq. d. l. sed si pater fam. l. si tantum. 12. cum simil. hoc t.
z l. 5. C. eod.
a l. pen. C. eod.
b l. quia naturalis. 10. l. creditorem. 18 hoc t.
c d. l. 7. in prin. & §. 1. cū seq. l. tamen. 11. hoc t. l. 40. 5. de cond. ind.
d l. nihil interest. 112. l. non uidetur. 13. de reg. iur.
e l. licet. §. ea. de procura.

DIGEST▸ LIBER XV▸

DE PECVLIO. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Tria huius edicti capita
3 Quid sit peculium, & unde dictum.
4 In quos, ad quid actio de peculio competat.
5 Verba edicti.

1 ORdinarium † Prætor arbitratus est, prius eos contractus exponere eorum qui alienæ potestati subiecti sunt, qui in solidum tribuunt actionem: sic deinde huc peruenire, ubi de peculio datur actio [a]. Omnia enim agit, ut qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate est, a l. j. hoc t.
2 etiamsi deficiant superiores actiones: nihilominus tamē in quantum ex æquo & bono res patitur, suum consequatur [b]. Est † autem triplex hoc Edictum: aut enim de Peculio, aut de b l. j. 5. quod cum eo qui in al. potest.
3 In rem uerso, aut Quod iussu, hinc oritur actio. Peculium † & pecunia, à pecoribus in quibus substantia ueterum omnis consistebat, & quorum figura nummi signabantur, dicta sunt [c]. Pecunia maius patrimonium, peculium, pusillam pecuniam, siue pusillum patrimonium filijfam. uel serui significat [d]. Itaq; modicum illud, quod serui frugalitate de demenso comparcentes suo parabant, uel officio meruerant sibi donari, permissuq; domini separatum à rationibus dominicis habebant, peculium dicebatur [e]. Eadem
4 ratio est peculij in filiofamiliās. Ex † contractu igitur serui filij ue, quibuslibet actionibus inde descendentibus, dominus pater ue de peculio conueniri potest, ut quaternus in peculio est, eatenus actori satisfiat: deducto tamen semper eo, quod ipsi qui cōuenitur à filio aut seruo debetur: quia præueniſſe dominus pater ue creditur [f]. Nec uerisimile est, dominum id concedere seruo, in peculio habere quod sibi debetur [g]: quo deducto, non licet illi per dolum & in fraudem creditorum adimere uel minuere peculium [h], quamuis sine fraude posset [i]. Verba edicti talia sunt: QVOD † CVM EO, QVI IN ALTERIVS POTESTATE ESSET, NEGOCIVM GESTVM ERIT, DE EO DVNTAXAT DE PECVLIO ADVERSVS EVM, CVIVS IN POTESTATE ESSE DICETVR: ET SI QVID DOLO MALO EIVS IN CVIVS POTESTATE EST, FACTVM ERIT, QVO MINVS PECVLIVM ESSET, IVDICIVM DABO [k].

a l. j. hoc t.
b l. j. 5. quod cum eo qui in al. potest.
c Plutarch. in uit. Public.
d l. depositi. 5. in fi. hoc t. §. actiones. 10. Instit. de actio.
e l. peculium. 4. d. l. depositi. l. peculium. 40. h. t.
f l. peculium. 10. in prin. hoc t.
g d. l. peculium. § prætera.
h d. §. prætera.
i d. l. peculium. 40. in fi.
k l. j. §. uerba. 1. hoc t.

BIU Cujas

Quando de peculio actio annalis est.

TITVLVS II.

ACtio de peculio quandiu seruus uel filius in potestate est, tamdiu Perpetuò durat: post mortem uerò aut emancipationem filij fam. manumissionem, uel alienationem serui, Annalis esse incipit. Cum enim soluta & extincta potestate extinguatur peculium, sufficit ad exemplum cæterarum Prætoriarum actionum, ad annum deinceps utilem obligationem produci. Prætor ait: POST MORTEM EIVS QVI IN ALTERIVS POTESTATE FVERIT, POSTEAVE QVAM IPSE EMANCIPATVS, MANVMISSVS, ALIENATVSQVE FVERIT DVNTAXAT DE PECVLIO, ET SI QVID DOLO MALO EIVS IN CVIVS POTESTATE EST, FACTVM ERIT, QVO MINVS PECVLII ESSET, IN ANNO QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDICIVM DABO [a].

a l.j.in prin.hoc t.

De in rem uerso. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Vtilitas huius actionis.
3 Perpetuam esse hanc actionem.
4 Quando dicatur in rem uersum.

SIhi † qui in potestate aliena sunt, nihil in peculio habent, uel habeant quidem, non in solidum tamen tenentur, qui eos habent in potestate, si in Rem eorum quod acceptum est, cõuersum sit, quasi cum ipsis potius contractum uideatur, ad quos utilitas contractus peruenit. Nec uidetur frustra de In rem uerso actio promissa, quasi sufficeret de Peculio. Rectissimè † enim Labeo dicit fieri posse, ut & In rem uersum sit, & cesset de Peculio actio. Quid enim si dominus peculium ademit sine dolo malo? quid si morte serui extinctum est peculium, & annus utilis præterijt? De in † Rem uerso namque actio perpetua est (nec enim æquum est, quenquam ullo tempore cum alterius iactura locupletari) & locũ habet, siue peculium ademptum sit sine dolo malo, siue actio de Peculio anno finita sit [a]. In rem † autem domini uersum intelligitur, quicquid necessariò utiliterq; (nam uoluptatis causa quod fit sine mandato, in rem domini uersum non uidetur, quia nec procurator hoc imputat [b]) in rem eius impenderit seruus, ueluti si mutuatus pecuniã creditoribus eius soluit, aut ædificia ruentia fulsit, aut familiæ frumentum emit [c]. Et regulariter dicimus: Toties de in rem uerso actionem esse, quoties procurator Mandati, uel qui negociũ gessit: Negociorũ gestorũ haberet actionem, quotiesq; aliquid ita cõsumpsit seruus, ut aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem [d], cuius rei probatio agenti incumbit [e]. 1 2 3 4

a l.j.in prin.hoc t.
b l.3.§.sed si mutua.4.h.t.
c §.præterea.uers.in rem. Inst. quod cum eo qui in al.pot.l.3 §.j.hoc t.
d d.l.3 §.proinde.3.
e §.cæterum.Inst.quod cũ eo qui in alien.potest.

Quod iussu. Tit. IIII.

SVperioribus actionibus locus est, cum uel mandato, uel sine mandato, ignorante scientéue eo, cuius est in potestate seruus filiusue familiâs contraxit. Ex tertia aũt huius edicti parte oritur actio, Quod iussu, cum mandatu patris dominiue contractum est: quia enim quodammodo cum eo contrahitur qui iubet [a], cuius fidem qui contrahit sequi uidetur [b], meritò ex iussu domini uel patris in Solidum aduersus eum iudicium datur. Iussui autem & ratihabitio comparatur [c], ut & aliàs [d].

a l.j.in prin.hoc t.uide l.si debitor.§.ult.de fideiuss. Cuiac.obser.lib.5.ca. 36.
b §.j.Inst.quod cum eo qui in alien.potest.
c d.l.1.§.2.uers.si ratum habuerit.
d l.semper qui non prohibet.60.de reg.iur.c.ratihabitionẽ.eo.tit.in 6.

DIGEST. LIBER XVI.

AD S. C. VELLEIANVM. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Ratio huius S.C.
3 Verba S.C.
4 Deceptis, non decipientibus mulieribus subueniri.
5 De quibus obligationibus S.C. loquatur.
6 Mulieribus in suo contractu non succurri.
7 Quomodo adiuuetur mulier.
8 De actione restitutoria.
9 An mulier, & quando renunciare Velleiano possit.

QVANDO QVIDEM † de contractibus seruorum & filiorum familiâs dictum est: uideamus nunc quemadmodum Mulieres, quę & ipsæ more maiorum in manu patris, fratrum, uiri sunt [a], ex contractibus teneantur. Et † sciendum est, mulierem suo nomine contrahentem efficaciter obligari: alieno uerò nomine intercedentem eximi obligationi, actione in pristinum debitorem restituta. Quod ita Senatus censuit, ad opem mulieribus ferendam, quæ per sexus imbecillitatem [b], maritalibus, atq; alijs blanditijs in fraudem, suscipiendumq; sponsionis onus, illici facilè posse uidebantur. Nam spondere initiò leue uidetur, utpote cum solam uoluntatem sponsio, nullam autem pecuniæ præstationem requirat, ut non difficulter ad id, uelut & ad bonorũ oppignorationem, infirmus muliebris animus perduci possit [c]; sed tandem, ut est in ueteri prouerbio, Noxa præstò est. Si enim fideiusseris, cogita id tibi dissoluendum esse, ut Sapiens [d] monet. Mouit etiam Senatum [e], quòd sicut moribus uirilia officia sunt adempta fœminis, propter imbecillitatem pudoremq; sexus [f]: ita multò magis adimendum eis esse uisum est id officiũ, quod non modò uirile esset, (est enim parum uerecundiæ muliebri consentaneum, alienas suscipere defensiones [g]) & in quo non sola opera, nudumq; ministerium earum, sed etiam periculum rei familiaris uersaretur [h]. Et primò quidem tempore D. Augusti, mox deinde Claudij, Edictis eorum interdictum fuit, ne fœminæ pro uiris suis intercederent. Postea factum est S.C. quo pleniss imè in quacunq; intercessione mulieribus subuentum est, cuius S.C. uerba hæc sunt. 1 2

a Cato apud Liuium Decad.4.lib.4.uide inf.de curat.fur.
b l.2.§.uerba.1.
c uide infr.de fun. dot.& Inst.quib.alien.lic.§.1.
d Ecclesiast.cap.8.
e ut dicitur l.2.§.uerba.1. hoc t.
f l.2.in reg.iur.
g l.alienam.C.de procurator.§.patitur.Inst.de iniur.
h l.1.hoc t.uide Paul.lib. 2.tit.11.& ibi Cuiac.

QVOD † M. SILLANVS ET VELLEIVS TVTOR COSS. VERBA FECERVNT DE OBLIGATIONIBVS FOEMINARVM, QVAE PRO ALIIS REAE FIERENT. 5

BIU Cujas

» FIERENT, QVID DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSV-
» LVERVNT, QVOD AD FIDEIVSSIONES ET MVTVI DATIONES PRO A-
» LIIS, QVIBVS INTERCESSERINT FOEMINAE, PERTINET: TAMETSI AN-
» TE VIDETVR ITA IVS DICTVM ESSE, NE EO NOMINE AB HIS PETI-
» TIO, NEVE IN EAS ACTIO DETVR: CVM EAS VIRILIBVS OFFICIIS
» FVNGI, ET EIVS GENERIS OBLIGATIONIBVS OBSTRINGI, NON SIT
» AEQVVM: ARBITRARI SENATVM RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS,
» AD QVOS DE EA RE IN IVRE ADITVM ERIT, SI DEDERINT OPERAM,
» VT IN EA RE SENATVS VOLVNTAS SERVETVR[a].

4 Mulieribus † igitur hoc S. C. subuenit, deceptis tamen, non decipientibus[b] (nec enim dolo earum amplissimus ordo opitulatur[c].) Ac deinceps harũ fideiussoribus, mandatoribus, procuratoribus, &c.[d] non modò quòd regressum si exigantur aduersus mulierem habeant, sed quia totam obligationem Se-
5 natus improbat[e]. Omnis † etiam contractus Senatusconsulto comprehenditur, siue uerbis, siue re, siue quocunq; modo interceſſerunt, alienam suo periculo suscipientes debitionem[f]: ueluti si altero pecuniam accipiente, ipsa se principaliter mulier obligarit[g].

6 Quòd † si in rem utilitatemq; suam sese obliget, ut si pro eo spondeat cui erat obnoxia, cessat Senatusconsultum[h]. Aut si ipsa sibi contrahat, puta emat, permutet, mutuum accipiat, ignorante creditore, eam alteri uelle tradere, perinde locus non erit Senatusconsulto. Senatus enim obligatæ mulieri succurrere uoluit, non donanti: cùm quia facilius se mulier obligat quàm donat[i] (est enim hic sexus naturà restrictus, & pecuniæ tenax[k]) tum quòd mulieri adultæ in contractibus quos suo nomine gerit, nõ ut minori succurritur[l]. Et præterea si aliter dicemus, nemo cum fœminis contrahet, quia ignorari potest quid acturæ sint[m]: secus si creditor sciſſet eam intercedere, colorq́ue quæsitus esſet obligationis[n]. Quæcunq; enim in fraudem Senatusconsulti de interceſsionibus excogitata probari possunt, rata ha-
7 beri non oportet[o]. Ita † adiuuatur autem mulier, ut si ex interceſsione conueniatur, excipere de Senatusconsulto possit: sin quid præstiterit, soluerit, delegârit, Condicere[p] unà cum fructibus[q]. Neq; enim hæc exceptio, quamuis omissa, condictionem Indebiti soluti impedit, cum sit in fauorem mulierum introducta[r], & totam obligationem S. C. improbet[s]. Sed ne defraudetur hac ratione creditor, actio in ue rum debitorem redditur, statim atq; mulier alienam obligationem suscepit, etiam non expectata eius
8 uoluntate[t]. Cum † enim S. C. mulierem eximat, quocunq; modo per interceſsionem eius uerus debitor fuerit liberatus, siue nouatione, siue delegatione, priſtina causa restituitur: perindeq; agi cum debitore restituta obligatione potest, atq; si nulla interceſsio interuenisſet. Etsi enim ordo hunc sexum tuetur, tamen non impedit quo minus creditor ius suum à uero debitore consequatur[u]. Impetrabit igitur is à Prætore actionem quam uocant Restitutoriam, ne inanem habeat obligationem[x]: sic enim succurrendum est fœminis, ut ne tamen alius iniusto incommodo afficiatur. Atq; hæc quidem actio Restitu-
9 toria, utpote rei Persecutoria, perpetua est, & in hæredes hæredibusq; datur[y]. Sed an † mulier renunciare Velleiano potest, ita ut postea etiam inuita ab hoc beneficio excludatur[z]? Et quamuis alij putent posse: tamen uerius crediderim[z], renunciationem extraiudicialem mulieri non nocere: cum renunciationis eadem sit leuitas quæ interceſsionis[a], & non in solius mulieris fauorem S. C. factum sit, sed etiam eapropter, quòd uirile uideatur alienas suscipere defensiones. Nec responso Pomponij[b] moueor: potest enim mulier sponte exceptionem Velleiani in iudicio omittere, ut quilibet debitor[c]. Ac si iudiciũ suscipere uelit hac conditione, ut caueat se non usurã exceptione, cautio ualebit: cùm quia in iure quasi contrahitur[d]: tum ne iudicia sint elusoria, ac decipiatur actor: quemadmodum & tutelæ nomine renunciatio facta ualet, ne fraudetur pupillus[e]. Deinde si post biennium ab interceſsione iterũ se mulier obstringat, pignoraq; det, quia non potest dici leuitate quadam facta interceſsio, fateor S. C. cessare, & renunciationem hoc casu ualere[f]. At hi casus speciales non conuincunt, renunciationem promiscuè & repentino animi motu à muliere extra iudicium factam, omnimodo esſe seruandam[g].

a l.2.
b l.2.uerſ.sed ita demum. l.si mulier.23.hoc t.
c l.si decipiendi.30.hoc t.
d l.si fideiussores.6.hoc t.
e l.si mulier.16.§.fi.hoc t.
f l.2.§.final.l.quamuis.8. §.si mulier.l.tutor.19. hoc t.
g l.uir uxori.17.l.Seia.28. §.fi.l.fi.§.item si mulier. hoc t.
h l.aliquando.13.l.si mulier.16.hoc t.
i l.4.5.l.quamuis.8.§.j. cum ſequent.
k l.si à ſponſo.16.C. de donat.ante nupt.l.si stipulata.33.§.j. de donat.in. uirum & uxor.
l l.si mulier.22.in prin.
m l.si mulier.11.l.bona fide.37.in prin.hoc t.
n l.imò tunc.12.d.l.quamuis.§.si cum eſſet.
o l.quidam.29.§.fi.l.fi.§. penult.
p d.l.quamuis.§.si mulier. 1.& §.interdum.3.
q l.si mulier.32.§.j.
r l.qui exceptionem.40. ff.de cond.ind.
s l.si mulier.16.in fi.hoc t.
t l.debitrix.24.§.j.l.aliquando.13.§.fi.l.quidã. 29.
u d.l.quamuis.§.quoties. 5.& §.final.l.si mulier. 14.
x d.l.quamuis.§.6.uerſ. Marcellus.
y l.hæ actiones.10.hoc t.
z uide gl.& Dd.in l.fi.C. eod.l.fi.§.ult.hoc tit.Tiraq.in repet.l.si unquã. in prin.C. de reuocand. donat.
a Iaſ.in l.de his.nu. 9. de tranſact.per l.doli mali. uerſ.diuerſum.de nouat.

De compensationibus. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Quid sit compensatio.
3 Causa efficiens, unde oriatur.
4 In quibus debitis locum habeat.
5 In criminibus publicis non habere locum.
6 Non in speciebus, sed in quantitate & genere.
7 Iuſtum & liquidum esſe debitum oportere, cuius in compensatione habeatur ratio.
8 Forma ineundæ compensationis, & an ipso iure fiat.
9 Finis compensationum.
10 Effectus, affinia, contraria, remissiuè.

1 EXpositis † contractuum generibus quibus Re in creditum itur, uel per se, uel aliarum personarũ interceſsione, actionibusq; indidem prodeuntibus ordine propositis, commodùm nunc subijcitur titulus de Compensationibus, quarum in istiusmodi iudicijs maximus est usus. De actione porrò deposíti, quamuis & illa ortum habeat ex obligatione quæ re contrahitur[a], tamen postea age-
2 tur commodius: quoniam illi compensatio obijci nequit[b]. Est † autem Compensatio (quam locutionem etiam Cic. lib. 2. de Finibus & alijs locis usurpat) debiti & crediti inter se contributio siue collatio[c]: qua qui conuenitur, creditorem suum, eundemq; debitorem petentem submouet, paratus com-
3 pensare[d]. Oritur cõpensatio partim ex Naturali æquitate, partim ex Ciuili. Ex † naturali quidem, quòd interſit nostra potius non soluere quàm solutũ repetere[e]: dolo etiam malo postulet, qui petit id quod restituere debet[f]: ac consentaneum sit, actorem qui sibi satisfieri cupit, contra quod debet præstare, ut æqualitas seruetur. Ex ciuili autem ratione, quia compensatio ad dirimendas lites pertinet, ne fiat per plura,

b l.pen.C.depoſiti.l.fi.C.de compenſ. c l.j.hoc t. d l.2.hoc t. e l.3.hoc t. f c.dolo.de reg.iur.in 6.cum ibi alleg.concor.l.dolo.de do.ex.

a §.præterea.Inſt.quibus mod.re contrah.oblig.

plura, quod confici potest per pauciora [a]. Compensationi † locus est, siue ex contractu, siue ex malefi- 4
cio agatur, dum tamen Ciuiliter [b]. unde uulgatum illud: Dolum † cum dolo, delictum cum delicto com- 5
pensari [c]. Nam in Publicis iudicijs, ubi non priuatorum ius, sed publica uindicta ad coercenda malefi-
cia spectatur, non admittitur compensatio, sed utrunq; sontem suæ pœnæ manent [d]. Item † siue perso- 6
nali actione, siue reali agatur, compensatio locum habet [e]. Quod uerum est, cum res in suo genere fun-
gibiles ultrò citroq; debentur. Nam tum compensatio debiti ex pari specie, quamuis causa dispari, ad-
mittitur [f]: secus, quando hinc species, inde uel indiuiduum, uel quantitas obligationi inest, in genere
species debeatur, ut homo [g]: propterea quòd aliud pro alio solui inuito creditori nequit [h]. Compensa-
tio autem nihil aliud est, quàm solutio [i]. Vnde cum indiuidua debentur, aliud pro alio solueretur, si com
pensare speciem cum specie liceret: quod neutiquam est admittendum, quia cadit in speciebus proba-
bilis affectio, neque uice mutua funguntur, uerbi gratia: Tu cum mihi debeas uestem, petis à me aliam
speciem tibi debitam, puta scyphum, aut quantitatem, ueluti 20. quæ tibi debeo: non potero obijcere
exceptionem de uestimento: quia pro pecunia aut alia specia, inuitus hanc speciem accipere, eamque
quodammodo emere iure cogi non potes: idemq; in consimilibus obtinet. Quantitatis autem ad quan
titatem, sine cuiusquam iniuria fit compensatio, uel speciei cum specie, cum idem genus debetur, ut ho-
minis cum homine [k]. Huic † tamen ita demum locus est, si debitum quod in compensationem deduci- 7
tur, uerè subsistat, uel iure Ciuili & Gentium, uel certè æquitate naturali, quamuis ciuiliter non debea-
tur [l]. Naturalis enim est cõpensatio; in eamq; uenit, quicquid natura debetur: unde econtrariò si æqui-
tatem nullam habeat obligatio, & exceptione perimi potest, non uenit in compensationem [m]. Deinde
necessum est, Purum esse debitum, non suspensum Conditione, aut dilatum Die [n]: ac insuper etiam Li-
quidum [o]: alioqui non seruaretur æqualitas, si puro cessoq; debito & liquido, permissum esset obijcere
& compensare, debitum non liquidum, uel conditionale. Quânam † porrò ratione ineunda sit compen 8
satio, cõtrouersum est. Imp. [p] quidem ait, Iure ueteri [q] ipso Iure in actionibus Bonæ fidei fuisse compen
sationes [r], in Stricti iuris doli mali exceptione (ex constitutione scilicet diui Marci [s]) opposita: hodie
uerò omnibus indiscriminatim iudicijs ipso Iure inesse [t]. Sed hoc in quæstionem cadit, an sine ulla op-
positione compensationis, factóue hominis, ipso iure & lege fiat contributio, minusq; debeatur? Et ui-
detur factum hominis non requiri: quid enim aliud significat, ipso Iure fieri compensationem? Nam &
I. C. inquit, Minus deberi [u]: & Paulus lib. 2. cap. 5. Plus peti. Contrà tamen à pleriscq; responsum est. Neq;
aliter ipso iure fieri aiunt compensationem, quàm si paratus sit reus eam facere [x]: & obijciat compensa-
tionem [y], atque opponat [z]: idq; liquere ex eo, quòd iudex possit reprobare compensationem [a], quodq;
ea facti sit, uelut exceptio quælibet, quam iudex supplere non consueuit [b]: alijsq; multis argumentis cõ
probari [c]. Quòd autem dicitur Minus deberi [d], de effectu accipiendum esse uolunt: ut accipi in iure uer
ba solent: uerbum enim Ipso iure, sæpe significare quod ipsa lege fit, facto tamen hominis requisito: ut
cum dicitur, Ipso iure actiones exceptionesq; dari, Ipso iure sententiam uel testamentum esse nullum.
Et apud Iust. ea uerba nihil aliud uelle, quàm quòd cõpensationes uidelicet cum ab homine opponun-
tur, ita insint Ipso iure omnibus indifferenter iudicijs, ut etiam nulla inserta (ut olim) à Prætore iudi-
cij formulis compensationis exceptione atq; clausula, possit iudex postquam oppositæ sunt, de ijs ni-
hilominus cognoscere. Potest etiam id quod dicitur Minus deberi, ad petitionem referri. Vt enim effe-
ctu debitor nõ est, à quo peti nequit [e]: ita nec debetur, quod compensari potest. Nam ob compensatio-
nis metum olim Minus petendum erat, ne causa caderet Plus petens compensatione postmodum op-
posita [f]. Id quod uoluit Paulus [g], cum ait, Minus peti. Neq; tamen inde consequitur, non opus esse com
pensationis obiectione. Nam ideo minus petebatur, ne obiecta fortè subinde cõpensatione, litem actor
amitteret plus petendo: qua compensatione omissa, tenuisse intentionem integrum debitum petentis,
consentaneum est. Finis † compensationum est, Vt præcidantur occasiones litium, unoq; iudicio nego 9
cium, ultrò citroq; contributione facta transigatur, quod alioqui pluribus esset explicandum: utq; ser-
uetur æqualitas, & ea æquitatis ratio, quam suprà posuimus. Et hæc Iure ciuili obtinent. Moribus Sax.
uerò compensationi non est locus in iudicijs, [h] sicuti nec reconuentioni [i], cuius quædam est species [k].
Effectus † suprà indicatus est, ubi diximus, per compensationes Ipso iure minui actiones [l]. Affines sunt 10
Mutuæ petitiones seu reconuentiones [m]: distant tamen in nonnullis: quia introduci debent, cum illa
minuat ipso iure [n], & introducuntur de re illiquida, dubia & litigiosa, cum illa sit iuris liquidi [o]. Contra-
rij sunt casus, in quibus compensatio non admittitur, qui passim alibi notantur [p].

a l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appell. l. nulli. 10. C. de iudic. l. j. quod met. cauſ.
b l. ſi ambo. 10. in prin. h. tit.
c l. ſi duo. de dolo malo. l. uiro. ff. ſolut. matr. l. apud Celſum. §. Marcellus. de excep. dol.
d l. 1. §. qui hoc dicit. l. ſi uxor. 13. de adulterijs.
e l. final. C. eo.
f Paul. lib. 2. cap. 5.
g l. ſi debeas. 22. gl. & Dd. in l. j. hoc t. & in d. l. ſi. C. eod. & in §. in bonæ fidei. Inſt. de act.
h l. 2. §. 1. ſi certum pet.
i l. uel permutauit. de liberali cauſa. l. ſi debitor. qui potiores in pig. l. amplius nõ peti. rem ratam hab.
k Paul. de cap. 5.
l l. etiam. 6. hoc t.
m l. quicunq; 14. hoc t.
n l. quod in diem. 7. hoc t.
o l. ſi. C. eod.
p in §. in bonæ fidei. Inſt. de act.
q l. cum alter. hoc t. l. 4. & 5. C. eo. l. eius. C. de ſolut. l. inter. de adm. tut. Paul. d. cap. 5.
r l. ſi ambo. uerb. iudicio ſocietatis. hoc t.
s Cuiac. lib. 8. cap. 16.
t l. 4. & 5. l. ſi. C. eo.
u l. 4. uerſ. minusq; propter cõpenſationem peti. h. t. l. poſteaquam. 21. hoc t.
x l. 2. hoc t.
y d. l. ſi. in uerb. compenſati. obijci.
z d. §. in bonæ fidei. in uerb. opponi.
a l. quod in diem. 6. §. 1. hoc t. d. l. ſi.
b l. unic. ubi Caſtr. C. ut quæ deſ. ad.
c l. 1. in fin. quæ ſententiæ ſine appell. reſ. l. ſin autem. §. ſi. de neg. geſt.
d in d. l. 4.
e l. Marcellus. 66. de reg. iur.
f l. 4. h. t. Paul. li. 2. cap. 5.
g d. l. poſteaquam.
h lib. 3. art. 12.
i Chil. in prac. ca. 60. per d. art. 12. & 78. lib. 3. Lehenr. cap. 18. Fach. diff. 46. Reinhar. diff. iud. 4. & 5.
k Bal. in l. ſi conſtat. C. de compenſ. Alex. conſ. 119. uol. 2.
l d. §. in bonæ fidei.
m l. 2. §. ſed ſi agãt. de iud. l. pen. C. de ſent. t. t. ex. de mut. pet. ubi latiſſimè Soc.
n l. poſtquã. h. t. l. 4. C. eo.
o l. ult. C. eo.
p l. 1. 2. 3. 6. 7. 9. l. pen. l. ult. C. eo.

Depoſiti, uel contrà. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Quid ſit depoſitum.
3 Cauſa efficiens.
4 Materia, quæ res deponi poſſint.
5 Forma: & quomodo depoſitum contrahatur, quasq; pactiones recipiat.
6 De ſequeſtratione.
7 Cui detur actio depoſiti.
8 Aduerſus quem.
9 Quatenus in hæredes detur.
10 Actionem depoſiti ciuilem eſſe.
11 Edictum de depoſito.
12 De actione in duplum depoſiti.
13 De actione in ſimplum, & quid in eam ueniat.
14 De lata culpa.
15 Perpetuum & famoſum eſſe iudicium.
16 De contraria actione depoſiti.

PEruenimus † ad finem cõtractuũ, quibus res in Genere aut Specie, ad usum eius qui accipit, pro- 1
priè creduntur, ac ipsa Re constituitur obligatio: earumq; actionum quæ inde nascuntur, uim &
naturam perspeximus. Sed quoniam non modò ad usum, uerumetiam ad Custodiam res credi so
lent,

lent, cùm nemo rerum suarũ semper possit esse custos, operaq; indigeat interdum aliena ad defensionem. quemadmodum rebus alienis ad usum: ideo priusquam transeamus ad contractus qui consensu perficiuntur, pauca de Actione depositi, qua res custodiæ & fidei alienæ commendatæ repetuntur, sunt dicenda. Ac prius de ipso contractu: nulla enim actio intelligi rectè potest, nisi percepta natura obligationis unde existit. Depositum † est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo quòd ponitur, præpositio enim De, auget positum, ut ostendat totum fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet [a]. Deponimus enim cum fiducia custodiæ, & fidei bonæ depositarij [b]: quam fidem fallere grauissimum est, & propter necessitates humanas in Rep. perniciosum. Porrò † causa efficiens depositi, sunt res & consensus contrahentium [c]. Deponi † autem possunt apud omnes, etiam Iudicem [d], omnes omnino res, quæ sub factum custodiamq; cadunt, tam Propriæ, quàm Alienæ [e]: nec enim quicquã ex deposito transfertur [f]: propriæ tamen apud dominum frustra deponuntur, cum ex deposito non obligetur [g]: quia non est ex bona fide, ut rem suam dominus cuiquam restituere compellatur [h]. Contrahitur † depositũ, Re ipsa custodiæ causa tradita, eo fine ut seruetur, utq; eadem species uolenti quandoq; restituatur [i]. Fit tamen interdum, præsertim in rebus fungibilibus, uti conueniat, ut tantundem quantum creditur, aliquando reddatur, ac insuper etiam usuræ repromittantur ratione usus: quorum etsi utrunq; notissimos depositi terminos excedit: nam idem corpus in deposito reddi, & gratuitus esse contractus debet, alioqui incidit in mutuũ & locationem [k]: tamen Lex contractus seruabitur [l]. Quoniam ex bona fide, quod gestum conuentumq; est, inspicitur [m]. Neq; locatio aut mutuum contra intentionem agentium inducitur, nisi mutuum ipsi esse uoluerint [n]: præsertim cum bona fide negocium gestum sit, quæ in mutuo locum non habet. Dixi autẽ id agi in deposito, Vt uolenti res ex officio reddantur, sine ulla mora aut exceptione [o]: nam inuito, neq; reposcenti, non facilè contra legem depositionis reddi potest, ab eo qui semel officium suscepit, nisi grauissima causa interueniente [p]. Est † autem consimile depositi, cum apud Sequestrum, id est, medium quendam, inter litigatores [q], res litigiosa deponitur [r]. Quiddam tamen interest: nam in primis uel unus potest deponere, & id quidem de quo nulla sit controuersia: apud Sequestrum, non nisi plures deponunt rem litigiosam [s]. Quis enim solus secum ipse litiget, litisq; causa rem deponat? Deinde apud sequestrum unusquisq; in Solidum uidetur deponere, cum rem totam suam putet: quod aliter est, quando id quod commune est plures deponunt, qui pro parte tantum se norunt esse dominos [t]. Postremò rei depositæ possessio non transit ad depositarium: quia non possidendi, sed custodiendi causa rem tenet: sequester autem possidet, quoniam ea depositione id agitur, ut neutrius litigatoris possessioni id tempus procedat [u]: nisi expressè contrà actum sit [x], aut nisi non partium uoluntate, sed Iudicis præcepto fiat (sicut fieri ex causa tamen [y] potest) sequestratio [z]: qui non præsumitur possessionem litigatoribus auferre uelle [a]. His exceptis, uerè depositum est hæc custodia, conueniturq; sequester actione Depositi: quæ tamẽ ad differentiam alterius uocatur Sequestraria [b]: aut quando non partium consensu, sed authoritate iudiciaria, facta est sequestratio, implorato nobili iudicis officio [c]. Is ergo † qui deposuit, potest rem suam alterius custodiæ traditam repetere: uel statim atq; deposuit [d], etiamsi de certo tempore conuenit [e]: quia cùm eius gratia contrahatur, nõ prohibendus est pro arbitrio reuocare cõtractum, & mutare uoluntatem, ut in Mandato: quod nisi res poscenti reddatur, actionem Depositi habet: nec refert cuiuscunq; sit conditionis qui deposuit, pater an filiusfamiliâs [f], unus an plures (quanquam hi pro parte solùm agunt, nisi aliter initio conuenit [g]) dominus an seruus, ex cuius deposito rectè dominus agit, fur an prædo [h]. Quo tamen casu, si dominus ueniat rem sibi ablatam repetens, meritò illi depositarius restituere debet. Etsi enim bonæ fidei congruum est, ut rem recipiat qui dedit: tamen totius rei æquitate inspecta, quæ ex omnibus personis quæ negocio isto contingunt, impletur, domino reddenda sunt, quæ facto scelestiss. fuerunt ei adempta. Hanc enim probat consultus iusticiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ iustiore petitione [i]. Hinc & illud est, quòd licet ex alterius contractu alteri ius agendi acquiri ratio non patitur [k]: tamen si conuenit in deposito, ut alicui tertio reddatur, habeat is Vtilem depositi actionẽ, quia ex bona fide res illi restitui debet [l]: idq; reliquis etiam bonæ fidei contractibus est consentaneũ [m]. Hæredibus quoque hæc actio, cum sit rei persecutoria, cæterisq; successoribus datur [n]: singulis tamen proportione hæreditaria, ut & reliqua iura [o]. Quòd si res sit indiuidua quæ deposita est, uni agenti restituenda erit, si satisdet de eo quod supra eius partem est, molestiam depositario exhibitum non iri: quod nisi fiat, potest res in ædem Sacram, sicuti olim moris erat, deponi, eaq; ratione omni actione & periculo depositarius liberari [p]. Aduersus † eum datur hæc actio, apud quem res deposita est [q]: uel cuius nomine tanquam custodituri deposita est [r]. Contra tertium autem depositarium non nisi cessis actionibus agi potest, quia cum illo contractum non est [s]. Sed & aduersus pupillum, si doli capax sit, dolumq; commisit, & quidem in Solidum, datur. Re enim obligatus est, & ex delicto alioqui tenetur [t]: In quantum autem locupletior factus est, conuenitur, etiamsi in dolo nõ fuerit [u]: hactenus enim reipsa est obligatus [x]. Item in filiumfamiliâs etiam post emancipationem datur [y]: inq; eius patrem de peculio [z], & aduersus dominum serui, si apud hunc sit depositum [a]: in seruum etiam post manumissionem, licet ex cæteris causis præcedentibus, actio contra manumissum non competat [b]. Rem enim tenet, & restituere potest, unde remanet obligatus [c]. Et hoc Trebatio ex æquitate placuit: quamuis Marcellus subtilitatẽ iuris secutus, aliter existimasse uideatur [d]. Item aduersus fideiussorem: qui tamen si rem non habeat, in Litis æstimationem damnabitur: quo facto, depositarium constat dominum rei fieri: quia bona fides non

a l.j.hoc t.uide Paul.lib.1. tit.12.
b l.j.§.j.in fin.l.quod seruus.11.hoc t.
c §.præterea. Instit.quib. mod.re cont.ob.
d l.senatusc.§.si.ubi gl. de off.præsc.l.si fideiussor. §.ult.qui satisd.cogan.l. sed etsi.§.plane.ad exhiben.uide Tiraq. in trac. prox.§.4 gl.7.in prin.
e l.bona fides.31.hoc t.
f l.licet.17.in fi.
g l.qui rem.15.hoc t.
h d.l.bona fides.in fin.
i l.Lucius.24.l.j §.est autem.16.& §.pen.hoc t.
k l.j.§.si quis seruũ.7.h.t.
l d.l.Lucius.27.l. Publia. 26.§.j.l.Quintus.28.h.t.
m l.r.§.si conuenit.5.h.t.
n l.1.§.si pecunia. 22.l.7. §.fi.hoc t.l.non omnis.si cert.pet.
o l.pen C.eod.
p l.5.§.fi.hoc t.
q l.sequester.109.de uerb. significatio.l.6.h.t.Gellius lib.20.cap.pen.
r l.5.§.1.& 2.l 6.hoc t.
s l.6.l.licet.17.hoc t.
t d.l.licet.l.j.§.sed si duo. 32.
u d.l.licet.in fi.
x l.interesse.39.de acq. poss.
y l.unic.ubi Dd.præsertim Cur.C.de pro.seq. cap.1.& 2.ex.eod.uide Hemming.consil.de sequestra.
z clemen.1.de sequestrat. Ias.in l.si fideiussor.§. quòd satisdatum.nu.3.qui satisd.cogan. Tiraq.in ret.pro.§.4.gl.7.
a Bart.in d.l.licet. & d.l. interesse. Ferra.in for. Sax. quem uide.
b l.si in Asia.12.§.pen.hoc t.l si oleum.de dol.mal.
c Bart.l.interesse.nu.5.h. t.per l.postquam.§.Imperator.ut lega.no.cau. Rebuff.in l.utibus. C.de agr.& cens.lib.11.l.per hanc. C.de erog. mil. Panor.in c.2.nu.28.de sequestr. Ang. consil.107. nu.1. Alex. consil.6.nu. 9.uol.4.
d l.1.§.est autem.16.hoc t.
e d.l.1.§.pen.
f l.Iul.19.hoc t.

g d.l.1.§.sed si duo.32.d.l licet.hoc t. h d.l.1.§.si prædo.27. i d l.bona fides.hoc t.in fi. k l.quæcunq;.10.de act. l d.l.Publia.in prin. m l. Iulianus.13.§.si procurator.21.de act.emp. n d.l.1.§.si apud.14.uers.hæc actio. o l.2.C.de hæred.actio.l.ea quæ.6.C.famil.ercisc. p l.1.§.si pecunia.24.cum §.seq. q l.1.§ si quis seruum.7. r d.l.1.§.idem Pomponius 10. s l.si is apud quem.16.hoc t. t l.auxilium.de minor.c.1. de homic.& extrà de del.puer. u d.l.1.§.an in pupillum.11. x uide ſ.de reb.cred. y l.si apud.21.hoc tit. z d.l.1.§.filiumfamil.39. a l.Lucius.27.hoc tit. b l.1.& t.t.C.an seruus pro suo facto post manumißio.tenet. c d.l.si apud.21. d d.l.1.§.si apud seruum.24.

BIU Cujas

non patitur rem iterum exigi, cuius precium à fideiussore actor consecutus est [a]. Sed hodie fideiussor non nisi excusso principali cõueniri potest [b]. In hæredes † quoq; datur, & quidem in Solidum ex dolo 9
defuncti [c], in Simplum tamen: nam actio in Duplum depositi, cum sit pœnalis, nõ transit [d]. Quanquam autem aliàs ex dolo defuncti nõ solemus teneri, nisi pro ea parte quæ ad nos peruenit [e]: tamen quia hic dolus ex contractu reiq; persecutione descendit, in solidũ unus hæres tenetur, plures uerò pro ea portione qua quisq; hæres est [f]. Quòd si ex suo dolo conueniantur hæredes, is qui dolum commisit, in Solidum tenebitur [g]: ex delicto enim quisq; in solidum obligatur [h]: qui dolo caret, nequaquam: quia depositarius dolum tantum præstat [i]. Si uerò duo aut plures hæredes dolum commiserint circa rem diuiduã, ut pecuniam, & uterq; soluendo sit, partim obstricti tantum sunt in iudicio depositi: cùm, quia ab initio ex persona defuncti in partes solum tenentur [k], tum quòd nihil amplius actoris interest, etiamsi in furto aliter se res habeat [l]. Sin autem res diuisionem non recipiat, uerum est in solidum quenq; teneri: quia totam rem quisq; interuertisse uidetur, & est obligatus obligatione Rem restitui, quæ indiuidua est [m]. Vnde non aliter qui conuentus est, quàm integræ rei præstatione liberabitur. Verùm quoniam res non restituitur, si ad æstimationem fuerit peruentum, cum æstimatio diuisibilis sit, & ex depositi natura plures hæredes pro parte tantum teneantur, proportionibus hereditarijs ex bona fide fiet condemnatio. Atq; ita accipiendum est Mar. responsum [n]. Actionem † depositi ciuilem esse, dubium non est: oritur enim ex 10
negocio ciuili, & contractu nominato ac formato [o]. Prætor tamen supplendi iuris gratia, edictum proposuit: & actionẽ ex Iure ciuili simplicẽ, certis casibus pœnalẽ effecit, inq; duplum hisce uerbis cõcessit.

QVOD † NEQVE TVMVLTVS, NEQVE INCENDII, NEQVE RVINAE, NE- 11
QVE NAVFRAGII CAVSA DEPOSITVM SIT, IN SIMPLVM: EX BARVM «
AVTEM RERVM QVAE SVPRA COMPREHENSAE SVNT, IN IPSVM IN «
DVPLVM, IN HAEREDEM EIVS QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ES- «
SE DICETVR, QVI MORTVVS SIT, IN SIMPLVM, QVOD IPSIVS, IN DV- «
PLVM IVDICIVM DABO [p]. Meritò † autem Prætor has causas deponendi separauit, quæ con- 12
tinent fortuitam causam depositionis, non ex uoluntate, sed necessitate descendentem. Hæc enim causarum separatio iustam rationem habet. Quippe cum quis fidem elegit alicuius sponte, nec depositum redditur, contentus esse simplo debet: ac sibi imputet, qui non diligentiori commiserit. Fuit enim in eius potestate non credere [q]. Cum uerò necessitate incendij irruente, aut alia subita ui, quis deponit: quia res moram non patitur, facilè euenit, ut perturbato animi iudicio, minus idoneo res commendetur, nihil ut uoluntati eius imputari possit, qui electionis libertatem integram non habuit. Crescit etiam perfidiæ crimen, si quis in eiusmodi causa circumuento necessitatibus amico, depositum inficietur. Quamobrem maiore odio pœnaq; dignus est [r]: quemadmodum etiam ab Aristotele in Problematis est relatum [s]. Datur igitur Prętoria depositi actio in Duplum, aduersus inficiantem depositum, ex istis causis [t]. In hæredem autem eius, amota pœna in Simplum, etiam cum agitur intra annum, nisi & ipsius infi ciatione crescat actio [u]. Extra † has causas est ciuilis in simplum hæc actio, qua res (quæ in libello desi- 13
gnanda est [x]) petitur restitui, cum fructibus & omni causa [y]. Vsuræ autem non præstantur nisi post moram: ut in cæteris bonæ fidei iudicijs [z]. Est etiam, cum peruenitur aut ad æstimationem, si uidelicet is qui cum agimus, rem præstare nequeat [a], aut ad sacramentum in litem [b]. Super hæc, & in id quod Interest agitur, si fortè damnũ dolo depositarij datum sit [c]. Nam † de dolo tenetur depositarius, & ut Nerua 14
uoluit, latæ etiam culpæ nomine [d]: quæ intelligitur interuenire, si non tantam rebus receptis custodiendis diligentiam adhibet, quantam suis, saltem quod ad hunc tractatum attinet [e]. Nam dissoluta hæc negligentia prope dolum est [f]: cuius alia nulla causa fingi potest præter quandam malitiam. Ac nisi talem diligentiam qualem suis adhibet, præstare uoluit depositarius: cur non indicauit, cur deprecatus non est? alij enim credi potuisset: ac debuit talem causam potius non suscipere, quàm decipere, ut inquit Vlpianus [g]. Diuersum est, si quis tanquam in re sua causam gerendi habeat, ut socius, maritus, hæres, &c. Cùm enim ipsis noceat ea negligentia, non possunt uideri dolosè ad seipsos decipiendos in re uersari [h]. Est † autem hæc actio bonæ fidei [i], Rei persecutoria [k], Perpetua [l], & quæ propter perfidiam infamat [m]. 15
Vertitur enim dolus, ac quidem improbissimus, in hoc iudicio: quo comperto, nõ iniurià existimatione mulctatur depositarius, qui fidem amico fefellit [n]. Vt † autem hac actione ei qui deposuit, succurri- 16
tur: ita Contraria depositario cõpetit, qua impendia in rei depositæ custodiam facta repetuntur [o]. Nec enim hæc depositarius præstare debet [p], ne officiũ illi suũ existat damnosum [q]. In hac tamẽ in litem nõ iuratur: quia non de fide rupta dolóue agitur, sed de refundendis impensis [r]: quare nec famam notat [s].

[a] l. si fideiussor. 30. hoc t.
[b] Authen. præsente. C. de fideiussor.
[c] l. si hominem. 7. §. 1. b. t.
[d] l. quod tumultus. 18. b. t.
[e] l. in hæredem. 5. de dolo malo.
[f] l. ex depositi. 11. l. ex omnibus. 48. de actionib. l. hoc iure. 4. §. fi. l. ad ea. 200. §. fi. de regu. iur.
[g] l. in depositi. 9. hoc t.
[h] l. si quis id quod. 7. in fi. de iurisd. omnium iudic.
[i] l. nec aduersus. 10. hoc t.
[k] l. 2. C. de hær. actio.
[l] Accursius in l. si duo. 22. hoc t. per textum in l. uulgaris. §. fi. de furtis. Bo. tex. in l. tres tutores. 56. de ad. tut. l. j. ubi Dd. C. de cond. furt. uid. Gand. in tract. malef. Dd. in l. si familia. de iurisd. om. ind.
[m] Dd. in l. Stipulationes nõ diuidun. 72. l. in executione. 82. de uerbor. obl.
[n] l. si duo. 22. hoc t.
[o] l. iuris gentiũ. 7. in uerb. depositum. de pact.
[p] l. j. §. j. hoc t. uide §. omnes. Inst. de actio.
[q] §. pen. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.
[r] l. j. & tot. tit. de incendio, ruina, naufrag.
[s] Sectio. 29. q. 2. & 14.
[t] §. in duplum. Inst. de act.
[u] l. de eo quod tumultus. 18.
[x] l. j. §. si quis argentũ. 28.
[y] d. l. j. §. j. & 2. & §. hãc actionem. 17.
[z] l. Lucius. 24. hoc t. l. 2. & 4. C. eod.
[a] d. l. si fideiussori.
[b] l. j. §. hanc actio. 17.
[c] l. j. §. si quis tabul. 26. & §. apud. 25. l. si duo. 22.
[d] l. quod Nerua. 32. hoc t.
[e] d. l. quod Nerua.
[f] l. fideiussor. j. tit. 1.
[g] in l. si hominem. 7. in prin. hoc t.
[h] §. fi. Inst. de societate.
[i] l. j. §. hanc actio. 17. l. quintus. 28. hoc t.
[k] d. l. si hominem. §. 1.
[l] d. l. quod tumultus. hoc t.
[m] l. qui depositum. 10. C. eo. l. j. uerb. depositi. de his qui not. infam.
[n] Aristotelis præallegat. sectio. proble. quæst. 2. et 6. Cic. in Orat. pro S. Rosc.
[o] l. 5. in prin. l. actio. 23. hoc tit.
[p] d. l. si in Asia. in princ. hoc tit.
[q] l. si quis ex signo. 7. quemadmodum testamenta aperiantur.
[r] d. l. 5. in prin.
[s] Bar. in d. l. 5. in prin. hoc tit. dixi 5. ad tit. de his qui notant. infam.

DIGEST. LIBER XVII. MANDATI, VEL CONTRA. TIT. I.

1 Continuatio tituli, & qui contractus, quare consensu constare dicantur.
2 Vnde dictum mandatum, & quid sit.
3 Partes, & species mandati.
4 Causa efficiens.
5 Materia, & quæ mandari possint.
6 Forma, & quomodo contrahatur.
7 Finis, & an tua gratia rectè mandem.
8 Effectus.
9 Quomodo dissoluatur mandatum.
10 De directa actione mandati: cui, aduersus quẽ, ad qd detur.
11 De contraria actione.
12 An salarium in mandato, & quando interuenire atque exigi possit.

POST

1 POST †expositos cõtractus qui Rei interuentu perficiuntur, nũc transeamus ad illos quos Consensu constare diximus: in quibus nõ propriè res creditur, ut in superioribus: quia de eadem re in genere, aut in specie reddenda non agitur. Ideoq; rei interuentum hæ conuentiones non desiderant, sed solo Consensu & Bona fide propter utilitatem, ciuilis negociationis consummantur. His autem contractibus uel industriam operamq; hominũ ad usum utilitatesque nostras adiungimus, uel res ipsas: operam quidem, Mandato & Societate: res uerò, Emptione, uenditione, Locatione, Conductione: de quibus singulis est uidendum. Mandare, † quod à manu danda (ut in contractibus fideiq; promissione fieri solet [a]) dictum uidetur, significat gerendum aliquid expediendumq; alteri committere. Mandatum igitur nihil aliud est, quàm contractus iuris gentium nominatus [b], in quo consensu [c] & bona fide, alter negocium aliquod honestum committit alteri gerendum efficiendum ue, alter uerò suscipit.

2 3 Partes † mandati sunt, Hinc credere rem expediendam, Illinc suscipere mandatum, & rem exequi. Species sumuntur, uel à causa Efficiente: aliud enim est Voluntarium mandatum, ut cum sponte ab aliquo suscipitur, idq; propriè mandatum est de quo agimus: aliud autem Coactum siue necessarium, ut cum magistratui mandanti parêre cogimur [d]: uel à Forma. Aliud enim est Gratuitũ, quod propriè mandatum est [e]: (officia enim amicitiæ & fidei gratis præstanda sunt [f]) aliud uerò Mercenariũ, cum remunerandi gratia honor interuenit [g], aut salarium extra ordinem promissum est in genere [h]. Nam si de certa mercede initiò conueniat, locatio & conductio operæ est, non mandatum: quod debet, ut dixi, esse gratuitum. Causa † efficiens mandati, est Consensus & uoluntas [i] (quę ab amicitia & fide proficiscitur) 4 hinc quidem mandantis, illinc mandatũ suscipientis [k]. Materia † mandati sunt res omnes futuræ (nam 5 factas & præteritas frustra fieri mandes [l]) eæq; honestæ & licitæ: Turpis enim rei mandatum nullum est [m]: ut si pro adolescente luxurioso apud meretricem mandatu eius fideiubeas [n], uel alterius interficiendi negocium suscipias [o]: nam generaliter Nulla rerum turpium est obligatio [p]: nec mandata huiusmodi exequenda sunt: & qui exequitur, pœna potius quàm auxilio legis dignus est [q]. Vnde nec in ge- 6 nerali mandato unquam dolus aut flagitium inclusum intelligitur [r]. Forma † mandati, est Nuda uoluntate & Gratuitò impositum mandatum suscipere. De quo sufficit quocunq; modo constare, siue Testatò siue per Epistolam, per Nuncium, uel alio modo [s], uel etiamsi tacitè solummodo consensum intelligatur [t]: dummodò uoluntas tamen obligandi extet & appareat. Nam si quis solùm cõmendet, cum commendatio uim obligandi non habeat, sed potius rogandi [u], non contrahitur mandatum [x]. Rursus si quis non animo procuratoris interuenit, sed studij solùm causa deferat officium, mandati non tenetur [y]. Potest etiam mandatum uel Purè, uel In diem, uel sub Conditione contrahi [z]. Illud postremò tenendum, quòd etsi mandati forma diligenter tenenda sit [a], tamen posse illud per æquipollens adimpleri [b]. Nec enim quicquam mandantis interest, quomodocunq; id quod confectum uoluit, conficiatur [c]: quin etiã omnia mandata intelliguntur, sine quibus negocium commodè explicari nequit [d]. Licet igitur à fine mandati deflectere non oportet [e]: tamen media ad finem rectè ducentia, pro usu negocij eligere mandatarius potest [f]: quasi ex bona fide hæc mandato insint, & simul commissa uideantur, sine quibus mandatum rectè ad exitum non queat perduci [g].

7 Finis † mandati est, authore Cicerone, ut quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostrę uicaria fides amicorum supponatur: atq; ita commune commodum mutuis officijs gubernetur. Neq; tamen mea solius gratia rectè mandare possum, uerumetiam aliena, uel mea & tua, uel mea & aliena [h]. Tua uerò solius gratia, frustra tibi mandem: puta, ut pecunias in emptiones prædiorũ colloces potius, quàm fœneres [i]. Nam neq; ego ex consilio nõ fraudulento obligor [k], & tibi liberum est explorare, an id expediat [l]. Planè nisi mandassem si facturus non eras, dabitur tibi Contraria mandati actio [m].

8 Effectus † mandati est, ut alterum alteri statim obliget. Mandatarium quidem, ut mandatum perficiat [n], forma præscripta [o], ac quicquid inde consecutus sit præstet [p]: mandatorem autem, ut indemnem seruet mandatarium, ne damno afficiatur ex suo officio [q]. Sed hoc uerum est tamdiu, quoad mandatum durat, neq; est reuocatum solutum'ue. 9 Dissoluitur † autem uoluntate, sicuti contrahitur: & quidem solius mandantis [r]: cuius enim est, mandati legem dare, eius & reuocare [s]: & cuius in fauorem contrahitur, is suo fauori renunciare potest [t]: ut in deposito, precario, & similibus. Sed & eius morte quæ uoluntatem finit [u], reuocatur [x]. Quod tamen uerum est, re adhuc integra [y]. Quid enim si per ignorantiã mandatum impleatur, aut res sit affecta [z] atq; inchoata [a]? Sed nec in mandato necessario obtinet, ut mortuo mandatore liberum sit mandatario illud deserere: ut apparet in iudicibus pedaneis [a]. Contrà à mandatario quoq; renunciari mandato potest, dummodo integrum ius mandatori reseruetur, uel per se, uel per alium, rem commodè explicandi [b]. Actio enim hæc cum tantum ad Interesse detur [c], ei non competit cuius nihil referat mandatum impleri, aut qui per alium exequi potest. Quòd si mandatoris interfit, non deseri officium, ad id tenebitur mandatarius [d]: nisi iustas causas habeat, quare uel implere quod suscepit, uel renunciare non potuerit [e]. Morte quoq; eius cui mandatum est, si quis integro adhuc mandato decesserit, contractus hic soluitur [f]. Nam electa intelligitur eius industria, quæ personæ cohæret [g]: cum inter artifices, ut aiunt, & ingenia hominum magnum sit discrimen [h]. Vnde si hæres impleat, non habet Mandati actionem [i], sed Negociorum gestorum [k]: nisi rem à defuncto incœptam, neque iam amplius integram exequatur [l].

a Virg. fallere dextras: pro fallere fidem.
b l. iuris gentiũ. 7. de pac. l. j. hoc t. iunct. l. j. in fi. de cont. emp. & l. j. in fin. de rer. permut.
c l. 1. hoc t. uide Paul. lib. 2. tit. 15.
d l. nõ uidentur. 128. §. qui iussu. de reg. iur. c. quod quis. eo. lib. 6. gl. in l. furti. 6. §. qui iussu. de his qui notan. infa. Dec. in l. uelle. 4. nu. 12. de reg. iur.
e l. 1. l. itaq; omnes. 36. in prin. hoc t.
f l. 1. in fi.
g l. 6. in prin.
h l. salarium. 7. hoc t.
i l. 1. hoc t. Cic. pro Ros. Amerin.
k l. 6. §. 1. hoc t.
l d. l. si uerò. 12. §. si post.
m d. l. si remunerandi. 6. §. 2. in fi.
n d. l. si uerò. 12. §. si adolescens. 7.
o l. si mandato. 22. §. qui ædem. 6.
p l. generaliter. de uerb. oblig.
q l. auxilium. de minor. uide Dec. & Dd. in l. consilij. de reg. iur.
r l. anceps. §. pen. hoc t.
s d. l. 1. l. si quis. 27. in prin. hoc t.
t l. 6. §. 2. l. qui patitur. 18. hoc t.
u l. fideicommissa. 11. §. 1. de lega. 3.
x d. l. si uerò. 12. §. cum quidam. 8.
y l. idemq;. 10. hoc t.
z d. l. 1.
a l. diligenter. 5. hoc t.
b l. si. §. si. ubi gl. hoc t.
c l. si uerò. 12. §. si filiofam. 3. hoc t.
d l. ad rem. 56. l. ad legatum. 62. de procur.
e l. cum mandati. 12. C. eo.
f Roman. consil. 94. uisis. nu. 8. & 9.
g l. 2. de iurisd. l. fi. de off. eius.
h l. 2. l. 6. §. si tibi. cum similib. h. t. §. j. Inst. de mãd. ubi uide quæ dixi.
i d. l. 2. in fi.
k l. consilij. 47. de reg. iur. c. nullus. eo. tit. in 6.
l d. l. 2. in fi.

o Exhoc

m d. l. 6. §. si tibi. 4. in fi. n l. si mandauero. 22. §. fi. o l. 3, 4, 5. in prin. hoc t. p l. si procuratorem. 8. §. fin. l. idemq; 10. §. fin. q l. hæredem. 14. l. si mandassem. 15. hoc t. r l. si uerò. §. pen. l. si quid. 37. §. 1. s l. quòd iussit. de re iud. l. cum prætor. de iud. t l. pen. C. de pactis. u l. 4. j. locati. x l. inter. 26. in prin. l. qui negocia. 34. §. fi. hoc t. uide Paul. lib. 2. tit. 15. & Inst. eo. y §. recte Inst. eo. l. & quia. de iurisdictio. omnium iud. l. ante. de procurator. z l. si mandassem. 15. hoc t. d. l. inter. 26. in prin. a l. uenditor. l. iudicium. ff. de iud. b d. l. si mandauero. 22. §. fi. c d. l. si procuratorem. §. mandati. hoc t. d l. si quis. 27. §. qui suscepit. e d. §. qui suscepit. d. l. si mandauero. §. fi. cum ll. seqq. f d. l. si quis. §. pen. g l. unica. §. ne autem. C. de caducis tollend. h l. inter. de solutio. i d. l. si quis. §. pen. k l. nam seruus. §. si uiuo. de neg. gest. l l. hæredem. 14. hoc t.

BIU Cujas

Ex hoc † autem contractu duplex oritur actio, Directa & Contraria [a]. Directa datur mandatori, & eius hæredibus [b], ad id quod Interest [c]: puta si mandatum non sit impletum [d], uel perperam, aut extra fines præscriptos gestum [e]: uel si quid dolo, culpa, negligentia admissum sit: nam omnia hæc in mandati iudicium ueniunt [f]. Bonam enim fidē agnoscere, & pro boni uiri arbitratu uersari [g], ac diligenter fines mandati seruare, mandatarius debet [h]: quod & promittere ab initio uidetur. Quid enim recipis mandatum, inquit Cicero [i], si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? recede de medio, per alium transigam, &c. Deniq; in hoc agitur, ut prętet mandatarius quicquid ex mandato aut eius occasione ad illum peruenit [k], unà cū fructibus & usuris [l]: quia Bonæ fidei congruit, ne ex alieno mandatarius lucrū sentiat [m]. Vnde & actiones cedere debet [n], & in summa præstare, quicquid ex bono & æquo præstandum uenit [o]. Qui autē ex hac actione condemnatur, infamiam subit, non modò si de dolo conuictus sit, sed etiam si propterea cō uentus fuerit, quòd restituere nolit. Dolo enim facere uidetur, qui quod potest restituere, nō restituit [p]. Mandati, inquit Cicero pro S. Roscio, non minus turpe est iudicium, quàm furti. & addit rationem: Id circo turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas uiolat, amicitiā & fidem. Nam neq; mandat quisquam ferè, nisi amico: neq; credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est ergo hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. 10

Contrario † iudicio experiuntur qui mandatum susceperunt [q], ad repetendum quicquid sumptus in exequendo mandato factum est [r]. Et quicquid omnino interesse mandatarij ullo modo potest [s], etiamsi negocium implere casu aliquo nequiuerit [t]: imò antequam exequatur, agere potest, ut sumptus necessarij præstentur [u]. Quorum omnium hæc est ratio, ut seruetur indemnis mandatarius, ne damno afficiatur, qui officium fidei amico postulanti præstitit [x], & apud quem nihil ex mandato remanet [y]. 11

Sed † hîc quæri potest, an salarium pro executione mandati rectè petatur. In quo sciendum est, mandatum sua natura esse Gratuitum, cum pendeat ex officio atq; amicitia, cui contraria est Merces [z]. Mercede igitur interueniente, sine qua facturus non erat mandatarius, locatio est, ex eaq; agetur [a]. Sed si ultrò & remunerandi gratia, mandatario extra conuentionem quid offeratur, honestè id accipitur, neq; impedit mandati actionem [b]. Sin conuentum promissumq; salarium, sine certa tamē mercede, super facto quod locari non solet, non actione mandati petetur (est enim hoc mandato contrariū) sed aut Ex stipulatu, si stipulatio interuenit, aut ex alio contractu, aliaq; actione, puta Præscriptis uerbis, uel extra ordinem exigetur [c]. Quòd si in genere & incerta pollicitatione de salario sit cōuentum: uerbi gratia, Si feceris, experiēre apud non ingratum te posuisse operam: uel omnino cōuentū non sit, uerius est in hoc scilicet gratuiti mandati tractatu similibusq; nihil peti posse [d]: nisi extra ordinē ab ijs qui accipere alioqui solēt, ut sunt Aduocati & Procuratores ad litem [e]. Aut nisi alicui mandata res sit quæ locari solet: ut si sarcinatori uestimenta sarcienda tradantur, sine mercede conuenta, eo tamē animo, ut postea merces exoluatur: nam actio Præscriptis uerbis competet [f]. qua de re Saxones etiam nonnihil cōmentantur [g]. 12

[a] l. si seruus. 19. hoc t.
[b] §. item si adhuc. Inst. eo. d. l. si quis. §. morte.
[c] l. ad compar. C. eo.
[d] d. l. si quis. §. qui susceperit.
[e] l. 5. §. fi. hoc t.
[f] l. 8. §. fi. hoc t. l. à procuratore. C. eod. l. contractus. de regul. iur.
[g] l. si fundum. 35. hoc t.
[h] d. l. 5.
[i] pro S. Roscio.
[k] d. l. si procuratorem. §. fi. l. idemq;. 30. §. si mandato. hoc t.
[l] d. l. idemq;. in princ. & §. j.
[m] d. l. idemq;. §. si procurator.
[n] d. l. si procuratorem. §. si liber. & §. fi. l. qui mādatum. 43. hoc t.
[o] l. si fundum. 35. l. ita ut omnes. 36. hoc t.
[p] d. l. si procuratorem. 8. §. fi.
[q] l. si uerò. 12. §. si filiusfamil. 2.
[r] d. l. idemq;. 10. §. idē Labeo. 8. d. l. inter causas. 26. §. fi. d. l. si quis. 27. §. pen. l. si mandato. 45. §. si fideiussor. 5.
[s] d. l. si uerò. 12. § si mihi. l. si quis mihi. 16. l. si mandauero. 22. §. interdum. hoc t.
[t] l. qui mutuam. 46. in fi. hoc t. l. etiamsi. C. eod.
[u] d. l. si uerò. 12. §. fi.
[x] l. si mandassem. 15. hoc t. l. sed si quis ex signa. 1. j. quemadmodum testam. aperiāt. Paul. lib. 4. tit. 2. l. 1. ad S. C. Trebell.
[y] l. ex mandato. 20. hoc t.
[z] d. l. 1. in fi. hoc t. l. si tibi. de præscript. uerb.
[a] §. fi. Inst. eo.
[b] l. si remunerandi. 6. in prin. hoc t. l. si tibi. 22. de præscrip. uerb.
[c] l. 1. C. eod. l. salariū. h. t.
[d] l. salarium. C. mandati. l. qui mutuam. §. salariū. in fi. hoc t.
[e] d. l. salarium. 7. d. l. 1. in fin. C. eod. l. 1. C. de usufrag. l. j. §. in honorarijs. eū seq. de uarijs & extraordi. cogni.
[f] in prin. Inst. de loca. & conduc. l. si tibi. 22. de præscript.
[g] art. 22. lib. 1. ubi gl.
[a] l. uerum. 64. in prin. h. t.
[b] l. quib. 34. l. pro socio. 38. hoc t. t. t. ℣. communi diuidundo. c in l. 3. ℣. de iusti. & iur. Cic. lib. 1. Officior. d lib. 5. in Verrem. e l. j. in fi. cum l. seq.
[f] l. coire. 7. cum l. seq. hoc t. g l. 5. hoc t. h l. qui amittitur. 19. l. ut sic. 31. cum l. seq. l. planè. 37 l. si margaritam 44. hoc t. i l. si id quod. 59. §. fi. hoc t.
[k] §. si duorum. 20. Inst. de rer. diuis. l l. 5. hoc t. m l. uerum. 64. § fi. hoc t. n l. quod autem. 54. l. nec prætermittendum 58. hoc t. l. quod sæpe. 35. §. j. de contr. emp. o l. si fratres. 53. §. fi. cum l. seq. hoc t. Paul. lib. 2. tit. 16.

Pro socio. Tit. II.

1 *Differentia societatis & communionis: & de uarijs societatum generibus.*
2 *Quid sit societas, de qua hîc agitur.*
3 *Species.*
4 *Causa efficiens, quomodo constituatur.*
5 *Materia, de quibus rebus iniri possit.*
6 *Forma ineundæ societatis, & quæ pacta recipiat.*
7 *De partibus societatis constituendis.*
8 *Finis & effectus societatis.*
9 *Quæ diuidenda sint, aut non sint.*
10 *Contraria societati.*
11 *Quomodo societas soluatur.*
12 *De actione pro socio: cui, aduersus quos, & ad quid detur.*

AD personas † etiam pertinet Societas, quippe quæ ius quoddam fraternitatis complectatur [a]. Nam quæ res sine affectu societatis, & tractatu personarum communes sunt, earum non dicitur esse societas, sed Communio [b]. Porrò etsi societas quædā utilis inter homines natura constituta est [c], tamen præter illam, cùm aliæ consociationes multo arctiores, necessitatibus uitæ sic exigentibus, initæ sunt, tum propter negociationis usum à mercatoribus quædā communicatio inuenta est, ut plurimorum operis facultatibusq; in unū collatis, rectius copiosiusq; mercatura exerceretur. Quæ † quidem Societas ita definitur: ut sit contractus iurisgentium nominatus, in quo bona fide cōtrahentes societatem de rebus honestis ineunt: eo animo, ut res operæue, earumq; rerū lucra & damna inter ipsos communicentur. Socij, inquit Cicero [d], putandi sunt, quos inter res est communicata: uidelicet animo contrahendæ societatis. 1 2

Species † societatis à materia sumūtur. Alia est enim Vniuersalis, id est omniū bonorum [e]. quæ semper cōtrahi intelligitur, nisi de particularibus negocijs actum sit [f]. Alia Particularis alicuius negociationis, uel rei [g]. Deinde alia est societas quæ fit De rebus publicis, ut de uectigalibus: alia uerò De priuatis. 3

Causa † efficiens, est Consensus & animus cōtrahendæ societatis [h], siue Expressus, siue etiam Tacitus [i]. Omnis † enim communio, consensu contrahitur [k]. Materia de qua contrahitur societas, sunt res & operæ honestæ omnes [l], quæ quidem in commercium cadunt [m]. Rerum autem turpium nulla est societas [n], ut monopolij. Vnde nec quæ delicto, ut furto, latrocinijs, iniurijs, &c. parta, uel ob pœnā amissa præstitaq;, inter socios iure communicantur [o]. 4 5

Formam † ex iure ciuili nullam singularem societas habet, utpote quæ Iure gentium consensu perficiatur, 6

BIU Cujas

ciatur, tractatu habitu [a], siue Verbis [b], siue Scriptura [c], uel per Nuncium, aut Epistolam [d]. Contrahitur autem Purè, uel Ex tempore, uel Ad tempus, uel In perpetuũ: hoc est, quoad socij uiuunt [e] (nam nulla societatis in æternũ coitio est [f].) uel sub Conditione [g]. Item partibus societatis aut Expressis, aut non Expressis: quo casu sunt æquales lucri & damni partes, etiamsi quæ conferuntur, inæqualia existant [h]. Nam cum societas sit ius fraternitatis [i], iniquum esset alium plus, alium minus consequi [k]. Et imputet sibi, qui legem contractus non dixit apertius [l]. Portius [m] tamen putat, partibus non expressis si contentio oriatur, à iudice qui partibus boni uiri fungitur [n], analogia Geometrica pro cuiusq; sorte & opera, partes societatis esse statuendas. nam alioqui erit uerè inæqualitas, nisi exigantur partes non ad Arithmeticam, sed ad Geometricam proportionem pro uniuscuiusq; operis atq; opibus, quas in societatem confert [o]: idq; bonæ fidei congruum esse uidetur. Rectè etiam contrahitur societas, uel Vna tantùm parte expressa, puta lucri. quo casu idem seruabitur in altera, uidelicet parte damni [p]: quia cõtrariorum eadem est ratio & disciplina [q]. Neq; † tamen refert, æquales sint partes, an inæquales. Potest enim conueniri, ut alter unam, alter duas lucri damnúe partes sustineat, uel ut nullam damni, aliquam lucri partem consequatur: quæ inæqualitas ita demum recepta est, si tanti opera socij est, quanti uerisimiliter damnũ esse queat [r]: plerunq; enim plus est in manus [s] precio, quàm in re: & ut uulgò dicitur, Hostimentum est opera pro pecunia. Verùm in hoc aduertendum est, si in aliqua re lucrum, in aliqua damnum allatum sit, compensatione facta solum intelligi lucrum esse, quod supereſt [t]. Quòd si operæ æstimatione hæc inæqualitas non compensetur, uerius est propter nimiam inæqualitatem, ne iure quidem pacti societatem ualere [u]. Vsus tamen eiusmodi pacta sustinet. Videmus enim locupletes pecuniam suam in societates mercatorum ita conferre, ut aliquam lucri, nullam damni partem sustineant [x]. Inutilis etiam societas est, si conuenerit, ut quis damnum, non etiam lucrum percipiat [y], quam Leoninam societatem ex fabulis uocant: nam in uniuersum cum societas contrahitur, tam lucri quàm damni communio iniri debet [z]. Maximum enim est uinculum societatis, utilitatum communio, authore Liuio [a]: nec qui sunt sanæ mentis, contrahere uelle in damnum duntaxat, non etiam ut lucrum faciant, intelliguntur. Respuenda igitur pacta tam iniqua sunt, quæ non contrahunt, sed dissoluunt potius societatem, ratione inæqualitatis, & pugnant cum natura, atq; adeò fine huius contractus. Societas † enim ad utilitatem ex coniunctis operibus, communicationeq; rerum comparandam, & quæstus gratia excogitata est [b] (unde nec donationis causa rectè contrahitur [c]) ad utilitatem cùm priuatorum, tum Reipub. magnarumq; negociationum exercitium, pluribus opes operamq; conferentibus. Hoc enim modo uberius res necessariæ importantur, earumque rerum maior paratur copia atq; utilitas: ut contrà monopolijs, caritas annonæ & indigentia: quæ idcirco etiam prohibita sunt [d]. Est igitur hoc societatis proprium, ut iure quodam fraternitatis lucra & damna, periculaq; inter socios communicentur [e]. Quæ † tamen ex causa societatis, non aliunde accidunt. Quid enim si alterutri negociatorum obuenit hæreditas? utiq; non communicanda erit, cùm de quæstu solùm, qui ex opere & negociatione paratur, actum intelligatur [f], nisi in uniuersum omnium omnino bonorum inita sit societas [g]. Quid si ex causis prohibitis uel acquiratur quid à socio, ut furto: uel amittatur, ut alea, aut ex mulctæ condemnatione? Hæc certè in societatis iudicium quod bonæ fidei est, non ueniunt [h]: ut nec illa quæ dolo aut culpa committuntur [i]. Licet econtrariò damnum societati per fraudem neglectionemq; illatum, præstari debeat. Sufficit tamen, talem diligentiam rebus communibus adhiberi, qualem suis [k]: quia iure suo, & tanquam dominus in rebus communibus uersari socius intelligitur [l].

Contraria † societati, sunt Dolus malus, qui contractum nullum facit [m]: Inæqualitas nimia [n], Res turpes [o], pactum Ne liceat renunciare societati [p]. Quanquam hæc pactio non uitiat societatem, sed potius uitiatur. Societas † soluitur ex Personis, ex Rebus, ex Voluntate, ex Actione: ideoq; siue homines, siue res interierint, siue uoluntas, siue actio mutata sit, distrahitur societas [q]. Intereunt autem homines, aut Ciuili morte, id est maxima & media capitis diminutione [r], qua dissoluitur societas [s]: non etiam minima [t], aut morte Naturali. Si igitur uel unus ex pluribus socijs decedat, tota soluitur societas [u]. nõ enim transit in hæredes etiam ex pacto [x]: cùm quia personæ electa intelligitur industria, tum ne quis inuitus ei socius efficiatur cui non uult [y]. quod contrarium esset societati, quæ consensu constat [z]. Hoc in priuatis societatibus obtinet. at in societate uectigalium nihilominus manet societas post mortem socij cum eius hæredibus [a], saltem effectu, ut omnia damna & lucra communicentur [b]. quod propter negocij magnitudinem, & uarios tractatus, ac ne dissoluta societate locatio publica damnũ faciat, receptum est [c]. Rei quoq; quæ nõ amplius existit, uel commercio exempta est, societas nulla durare potest [d]: ut si finis negocio sit impositus, cuius gratia contractum erat [e]. eadem ratione perit societas, si publicata sint, aut à creditoribus distracta socij bona, uel facta cessio [f]. Voluntate etiã distrahitur societas, uidelicet cum societati non fraudulenter renunciatur, uel Expressè [g], uel Tacitè: ut cum separatim socij agere cœperint, & unusquisq; eorum sibi negociatur [h]: sine fraude renunciationem fieri intelligimus, cum res fraude caret [i], hoc est societatis nihil interest eam fieri: alioqui si interſit, ad id tenetur qui renunciat: iure societatis, quod ex consensu tantum durat, nihilominus propter contrariam uoluntatem dissensumq; dissoluto [k]. Actione distrahitur societas, aut Stipulatione interposita animo nouandi, qua alter alteri partem se daturum promittit: aut Iudicio, quo agitur in id ut ea distrahatur: quia mutata est causa societatis, & per Nouationem, & per Mutationem uoluntatis [l].

Ex † hoc igitur cõtractu oritur ultrò citroq; Directa pro socio actio, quæ Generalis est [m], Rei persecutoria [n], Bonæ fidei [o]. daturq; utplurimùm absoluta societate, nonnullis etiã in casibus ea durante [p]:

a l.nam cum.32.hoc t. b l.4. c l.duo.12. d d.l.4. e d.l 1.hoc t. f l.nulla.71.hoc t. g d.l.j.d.l.3.§.fi. h l.5.l.si non fuerint.39.hoc t. i d.l.uerum.in prin. k d.l.uerum.§.si cum tres. l l.ueteribus.de pactis.cũ similibus. m in §.j.Inſt.eod. n l.continuus.37.§.cum ita.de uerb.oblig.Bart. in l.si societatem.§.1.nu.4.hoc t. o l.si societatem.6.hoc t. p §.illud.Inſtit.eod. q l.pen.§.fin.qui satisda.cog.l.j. de his qui sunt sui uel alien.iuris. r d.l.si non fuerint. s l.mulieres.de uerb.significat.l.5.hoc t. t §.j.in fin.Inſt.eod.l.Mutius.30.hoc t. u d.l.si non fuerint.in uerb. quod ita demum ualebit. x Port.Angel.in §.j.Inſt. eod. y d.l.si non fuerint.§.fi. z l.si unus.68.in princ.l. cum duob.52.§.pen.h.t. a Decad.4.lib.6. b arg.l.7.in uniuersis quæ ex quæſt.ueniunt. cum l. seq. c l.5.in fi.hoc t. d d.l.unica.C.de monopol. e l.cum duob.52.§.damna.2.hoc t. f l.coiri.7.cum multis seq. hoc t. g l.3.§.fin.l.si fratres.53.§.fi.hoc t. h l.adeò.60 in fi.d.l.si fratres.§.fin. i l.cum duab.52.§.j.cum seq.l.adeò.59.§.j.l.socius.72.l.sociũ.60.§.j. k d.l.socius.72. l l.meritò.15.hoc t. m l.3.in fi.hoc t. n d.l.si non fuerint.§.fi. o l.quod autem.54. p l.nulla.70.l.uerum.64.§.fi.l.4. q in fi.hoc t. r l.j.§.fi.de bon.possess.contra tabu. s d.l.4.l.uerum. t l.si id quod.59.§.j.d.l. actiõe.§.morte.h.t. u d.l.actiõe.§.morte.d.l.4.l.si fratres.53.§.idẽ respõdit. x l.nemo põt.35.l.adeò.60.h.t. y d.§.morte. z l.fi.C.cõmuni dividun. a d.l.adeò.69.h.t. b d.l.uerũ.63.§.in hæredẽ.6. c d.l.actiõe.65.§.pen. d d.l.uerũ.§.fi. e §.pen.Inſt.eo. f d.l.actiõe.in prin.& §.morte.& d.l.4.in uerb.egestate.§.itẽ ius.eo. g l.si cõuenerit.14.cũ 2.ll.seq. h l.itaq;.64. i ut in l.si quis cũ aliter.de uerb.oblig.l.3.C.com.utr.iudic. k d.l.actiõe.§.manet.Inſt.eo. l d.l.actiõe.in prin. m l.pro socio.36.h.t. n l.sed actiõe.50. o l.unde.70.l.rei cõmunis.45. p l.actiõe.§.pen.

BIU Cujas

in hoc, ut commoda, lucra omnesque societatis res diuidantur [a], & pactiones societatis seruentur [b]: id quod interest præstetur [c], si uel intempestiuè renunciatum sit societati [d], uel dolo, culpa, negligentia socij damnum datum [e]. Petuntur etiam hoc iudicio impensæ in causam societatis factæ [f], & ut in cæteris bonæ fidei iudicijs, fructus & atq; usuræ [g]. Datur autem actio hæc singulis socijs, contra singulos, cum par sit omnium conditio & causa: item horum hæredibus, & in hæredes: ut societatis iam dissolutæ, & lucra antè percepta communicentur [i], utq; hæres præstet si quid dolo aut culpa perperam gesſit [k]. Etsi enim morte dissoluatur societas: tamen inchoata negocia hæres absoluere utilitatis causa debet [l], ut & hæredes tutoris ac negociorum gestoris [m].

a l. rei cõmunis. d. l. actione. §. pen.
b l. cum duob. 52. §. item. 5. l. cum societas. 79.
c l. sed si ex causa. 47. d. l. actione.
d d. l. si conuenerit. 14.
e l. sed nihilominus. 48. cum l. seq.
f l. pro socio. 38. d. l. cum duobus. 31. si quis. 13.
g d. l. pro socio.
b d. l. cum duobus. §. idem respondit. d. l. socium. 60. hoc t.
i d. l. hæredem. l. uerum. §. in actione. §. morte.
k l. nemo. 35. cum l. seq. h. t.
l l. hæres socij. 40. hoc t.
m l. j. l. qui hæredes. C. de hæred. tuto. l. nam & Seruius. 21 §. si uiuo. 2. de neg. gest.

DIGEST. LIB. XVIII. DE CONTRAHENDA EMPTIONE. TIT. I.

1 Frequentia emptionum & uenditionum.
2 Quid sit emptio.
3 Origo emptionis.
4 Partes & species.
5 Causa efficiens.
6 Conciliatio L. quid tamen, & L. cum ab eo.
7 Materia: & quæ res distrahi possint, aut non possint.
8 Quid intelligatur uenditum.
9 Forma, quomodo contrahatur.
10 Quomodo perficiatur: & de gustu ac mensura explicata difficultas: & de pactis emptionum.
11 Finis.
12 Effectus: & an uenditor transferre teneatur dominium.
13 Quando traditione transferatur dominium, habita fide de precio.
14 Differentia inter uenditionem & locationem.
15 Pugnantia cum hoc contractu.

RES † inter homines maximè communicantur Emptione & Venditione, neq; quicquã hoc contractu in commercijs humanis frequentius est, atq; etiam æquabilius: ut non immeritò olim eum Romani tanquam iustissimum, omnibus ferè solennibus familiarium mutationibus, translationibus, alienationibus [a]: ut adoptionibus, emancipationibus, testamentis, adhibere sint soliti. Quod cum ita sit, erit, ut opinor, operæprecium, si paulo diutius, sicuti & ipsos iuris compilatores feciſſe liquet, in tam uberrimæ materiæ enodatione commoremur. Emptio † est contractus [b] iurisgentium [c] nominatus [d], bonæ fidei [e], in quo per consensum res precio commutantur ea ratione: ut uenditor obligetur ad tradendam rem, eiusq; aut transferẽdum dominium, aut prẽstandam euictionem: emptor contrà ad dandum uenditori precium. Dixi, esse Contractum iurisgentium, & Consensu constare [f]. Deinde, in illo Commutari res precio: qua differentia secernitur emptio à permutatione, quæ species speciebus commutat. Ac † olim quidem usu nummi nondum inuento, nullum erat inter hos cõtractus discrimen: nec aliud merx, aliud precium uocabatur, sed unusquisq; secundum necessitatem temporum ac rerum, utilibus inutilia permutabat. Verùm quia nec semper, nec facilè concurrebat, hoc est, usueniebat, ut cum tu haberes quod ego desiderarem, mihi inuicem præstò esset quod tu accipere uelles, neq; res hinc inde extarent æqualis precij & proportionis, sine qua æqualitate rerum permutatio constitui nequit: necessum fuit inueniri medium, quod uice rerum esset, & quædam quasi mensura ac ponderatio, quæ pro rerum uarietate & posſet augeri & minui 8. Electa est igitur materia, cuius publica ac perpetua æstimatio, ut inquit Paulus [h], difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret, eaq; materia forma publica (ne quis priuatim adulterare posſet) percussa, usum dominiumq; non tam ex substantia, id est materia [i] præberet, quàm ex quantitate: hoc est, æstimatione quantitatis & forma [k], nec ultrà merx utrunq;, sed alterum precium uocaretur. Partes † emptionis & uenditionis sunt Res, Pecunia, & Consensus, quo illa permutantur: nisi enim hæc omnia interueniant, erit contractus imperfectus [l].

1
2
3
4

Vnum porrò est commune genus emptionum, nisi quis uelit à forma distinguere eas quæ Sola uoluntate sine scriptura fiunt, ab his quæ In scriptis perficiuntur [m]. Emptio † & uenditio consensu peragitur [n], sine quo consistere nequit [o]: unde si uel in precio, uel in re contrahentes dissentiant, imperfectus erit contractus: puta, Si † error sit, uel in Corpore: ut si ego me fundum Cornelianum emere putem, tu Tusculanum te uendere: uel in Substantia & materia, ut si acetum quod uinum fuit, pro uino, æs pro auro uæneat. In quo distinxisse uidentur admodum subtiliter consulti, ut si non in totum erretur in materia rei quæ uænit, ualeat uenditio: uerbi gratia, si æs quod eiusdem penè est cum auro materiæ, mixtum auro uel inauratum pro auro uendatur [p]. Sin autem planè alia materia sit, quàm de qua dictum est, non ualeat: puta, Si mensa argento cooperta pro solida uæneat. Nihil enim habet commune æs uel lignum mensæ cum argento, nec eadem est horum οὐσία neq; operimentum pars est materiæ (ut nec uestimentum corporis) hoc est, mensæ, quam argenteam præstari conuenit [q]. Circa † omnes autem res uersatur uenditio & emptio, siue corporales siue incorporales [r], quas quidem habere uel posſidere posſumus [s]. nam quæ extra commercium sunt, ut res Sacræ, Publicæ, liber homo, &c. earum nulla uenditio est [t], nisi ab ignorante emantur: quo casu in hoc duntaxat ualet, ut habeat actionem deceptus emptor [u]. Sed etsi res in commercium cadant, tamen nonnunquam earum impeditur uenditio: nam principio in his quæ extincta sunt, nec præstari posſunt, ut sunt domus exusta, equus mortuus, &c. non ualet emptio, quia sine Re fieri nequit [x]: quamuis quæ futura probabiliter sperantur, ut fructus futuri, captura pĩscationis, & similia, rectè emantur [y]. Deinde domos, negociandi causa ut destruantur, uendi interdictũ est: ne ruinis deformetur aspectus ciuitatis [z]. Sanè ut reficiãtur atq; instaurentur, rectè uæneunt, & destruuntur [a]. Prohibitum etiam est, uendi uenena, nisi adiectione alterius materię fieri posſint salutaria [b]. Sed nec res litigiosæ in uenditionem cadunt [c], nec ipsæ lites, nisi iuxta præscriptam formam [d]. Res autem

5
6
7

m l. contractus. C. de fide instrumen.
n d. l. contractus. in fi.
o l. in uenditionib. 9. h. t.
p l. quid tamen. 14. hoc t.
q l. cum ab eod. 41. §. fi. h. t. uide Cuiac. lib. obser. 2. cap. 4.
r l. cum manu. 80. §. j.
s l. si in emptione. 34. §. omnium.
t l. 6. l. qui officij. 62. l. liberi. 70.
u l. 4. & 5. d. l. liberi. d. l. qui officij.
x l. nec emptio. 8. l. domũ. 57. hoc t.
y d. l. nec emptio. l. si iactum. 13. §. de actionib. empti.
z l. senatus. 52. hoc t. l. cæteræ. 43. cum ll. seqq de lega. 1. uide quæ dixi in §. cum in suo. Instit. de rer. diuis.

a uide Cont. lib. 1. disputa. cap. 16.
b l. 3. hoc t. uide Paul. lib. 2. tit. 17.
c l. j. in fi. hoc t. l. iurisgent. 3. de pact.
d l. iurisgent. 8. de pact. l. 3. 5. 6. 7. hoc t.
e l. j. & 3. hoc t.
f l. j. in fi. hoc t.
g Aristot. l. b. 1. Politicor.
b Paul. in d. l. 1.
i l. in uenditionibus. 8. h. t. l. Iulianus. § si quis rem. ad exhibend. l. 4. ubi Cuiac. ad uerb. substantiã. de usucap.
k Duar. ann. disput. l. b. j. cap. 6.
l l. 1 & 2. l. in uenditionibus. 9. l. cum in uenditione. 36. cum l. seq. l. domum. 57. hoc t.

a l. j. & 2. C. de ædificijs priu. b l. quod sæpe. 35. §. ueneni. c l. fi. C. de litigio. d in l. per diuersas. cum ll. seq. C. mandati.

tem alienæ rectè uenduntur, quia sufficit uenditorem pro euictione teneri [a]: quo tamen nihil iuris inuito domino aufertur [b]. Rem uerò propriam frustra emit emptor [c], quia Quod eius est, amplius illius fieri nequit [d], nisi cum possessio aut ius aliquod, quod alteri competit, emitur [e], aut sub cõditione [f]. Et hæc quidem de rebus quæ in uenditionem ueniunt, aut non ueniunt. Cum † autem quæritur, Quid, Quan-
8 tumq; in contractum ueniat: dicendum est, quicquid cohæret rei uenditæ, uenditum intelligi [g], quod quidem tempore contractus fuerit [h]. Vnde fundo uendito, fructus & instrumenta adhærentia, quasi pars fundi uendita intelliguntur [i], & domum distractam sequuntur, quæ terra quæq; opere structili tectorióue continentur, & consequenter etiam census, ac pensitationes: sine quibus, quamuis præteritis & iam cessis [k], fundi ac prædia comparari non possunt [l]. Ruta autem & cæsa, id est, eruta & cæsa à terra, ut arena, lapides, ligna, statuæ, &c. non uæneunt, quamuis olim, ut ostendit Cic. [m] declarationis gratia nominatim excipiebantur [n]. An autem uendito prædio, pisces, ligna [o], animalia & columbaria [p], molendina [q], munitiones [r], iurisdictiones [s], thesauri [t]: an uendito equo, sella & frenum uendita censeantur [u]:
9 non est huius instituti inquirere diligentius. Nunc † de forma, & quomodo contrahatur emptio, agamus. Ea rectè fit, etiam inter Absentes, per Nuncium aut Literas [x]: neq; enim requiritur necessariò, aut Scriptura [y], nisi in scriptis contrahentes perfici contractum uelint [z]: aut Præsentia: sed sufficit quoquo modo contrahentes consentire. Deinde contrahitur emptio interim Sine arrha, interim in argumentũ contractus, Arrha interueniente [a]. Quanquam autem aliàs à perfecta consensu emptione abiri fas non est, ne Principis quidem rescripto [b]: tamen cum arrha interuenit, qui eam amittere, aut duplicatam quã accepit reddere uult, impunè à contractu recedere potest [c]: propterea quòd arrhabo, ut & ipsum nomẽ indicat, dari uidetur in pignus & securitatem contractus. unde si quis eo carere uelit, satisfacere uidetur uoluntati aduersæ partis, quæ conqueri non potest, cum hoc contractus pignore antea fuerit contenta [d]. Mihi tamen placet, idq; probabilius uidetur, ut quod de arrhæ amissione dicitur, de contractu necdum perfecto intelligamus: de qua specie loquitur Imperator [e]: nec absurdum est, eodem modo Iustin. [f] interpretari, præsertim cum disertè addat hæc uerba: IS QVI RECVSAT ADIMPLERE CONTRACTVM. unde intelligi potest, eum de contractu necdum impleto loqui, quod & præcedẽtia conuincunt. Donec enim nequit, aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est (quod est contractus imperfecti) & potest emptor uel uenditor sine pœna recedere ab emptione & uenditione. Ita tamen nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum, &c. Ergo re adhuc imperfecta, puta si uinum uæneat ut deguſtetur, aut si de re conuenit, nondum etiam de precio [g], siquidem arrhæ datæ fuerint, ut essent pignus perficiendi in posterum contractus, pœnitentiæ locus erit, utpote in cõtractu adhuc imperfecto. Arrharum tamen datio, quasi cõtractus quidam per se existens [h], hoc operabitur, ut qui adimplere tergiuersatur, perdat quod dedit: uenditor autem pœnitens, qui arrhas accipit, duplum reddere compellatur. At contractu per consensum omnibus partibus absoluto, pœnitere omnino non erit integrum [i]: & arrhæ nomine datum, in partem precij imputabitur [k]. Secus tamen esset, si arrha non in Argumentum aut securitatem daretur, sed ut Pars precij conuenti: tunc enim Arrha dici nequit, sed potius Precium,
10 neq; emptionem, utpote perfectam infringet [l]. Idq; hodie fieri atq; obseruari uidemus. Perficitur † autem emptio, statim atq; de precio conuenit, & res certa est. Quòd si de rei qualitate aut quantitate nondum constet, imperfectus est contractus. Verbi gratia: Si uinum certo precio, ad certam quantitatem ematur, non prius erit emptum, quàm fuerit gustatum & admensum. Idemq; de reliquis rebus quæ numero, pondere, mensura constant, iudicandum est, ut non aliter quàm si adpensa, admensa, adnumerata sint, perfecta sit uenditio [m]. In quibus omnibus consuetudo regionis erit attendenda [n]. Alia tamen est causa gustandi, quàm metiendi. Gustus enim, puta uini, ad hoc proficit, ut improbare liceat: unde nõ facit uenditionem. Mensura uerò eò fit, ut appareat quantum sit emptum: quocirca argumentum est uenditionis contractæ à qua recedi non potest, quamuis ante mensuram in eo perfecta non habeatur uenditio, ut periculum emptor sustineat [o]. Sed hæc uera sunt cum purè est contractum, alioqui lex contractus seruanda erit, si fortè, ut fieri potest, uenditio facta sit sub Conditione [p], etiam Tacita [q] (non tamen legibus improbata [r]) aut In diem [s], uel Ad diem [t], aut Ex die [u]: quæ dies non suspendit obligationem, sed traditionem, & implementum contractus [x], nisi habeat admixtam conditionem [y]. Conditio autem contractum suspendit, donec existat [z]: ea porrò existente, uenditio ad tempus contractus retrò trahitur [a]. Planè quamuis in arbitrium tertij possit conferri precij æstimatio, aut implementum contractus [b]: tamen si in uoluntatem aut arbitrium alterutrius ex contrahentibus uenditio conferatur, ut,
Vendo tibi, Si uolueris, Quanti æquum putaueris, &c. non contrahitur emptio: quia nulla necessitate astringuntur contrahentes [c], & quia nullum certum precium rei constitutum est, ut pars contractus deficiat. Vbi autem certa res uenditur, & precium definitur, & de eo dando ad certum tempus deliberatio cogitandiq; spacium emptori permittitur: inchoatur uenditio sub conditione contracta, & uendi-
11 tor illi stare cogitur, consensum declarante intra dictum spacium emptore [d], perinde atq; cum uinũ certo precio ad gustum emptoris uenditur. Finis † emptionis est, Vt necessariæ res inter homines cõmunicentur, & ut inquit cõsultus, Perpetua pecuniæ æstimatione difficultatibus permutationum sub-
12 ueniatur. Effectus † est, Quòd à contractu perfecto recedere non liceat [e], sed emptor precium dare cogatur uenditori: hoc est, dominium eius in eum transferre [f], eumq; pecuniæ dominum facere [g]: hic con-

o 3 trà rem

a l.rem alienam.28.h.t. b l.nemo.6. C. de rebus alien.l.mater.9. C. de rei uenditione. c l.sed etsi.15.in fi.cum l. seq.l.ei.21.de usucap. d §.si rem, Inst.de legat. §.sic itaq;.C.de actio. e l.si in emptione.34.§. pen.l.si aliquam.28.de acq.poss. f l.existimo.61. g l.æde.75. h l.Rutil.69.l.in lege.77. i l.qui fundum.44.§.qui agrũ.& §.fin.l.si aquæ ductus.41.cum ll.seqq.l. fistulas.78.Paul.lib.2. tit.17.& ibi Cuiac. k l.2.ubi Sal.C. sine cens. uel rel. l tot.t.C. sine cens.uel rel. m lib.2.de Orat. n l.in uendendo.66.h.t.l. fundi.18.§.si uita.de actio.empt. o l.Iulianus.14.§.fin.cum ll.seq. de act. empt.& ibi Bar.& Alex. Guid. Pap.decis.91.Tiraq.de retr. prox.§.j. gl.7.nu. 116.Molin.in cons. Par. §.j.gl.8.nu.17,18,19. p Moli.præalleg.loc. q Ias.in l.quo minus.num. 120.de fluminib. r Bald.in c.j.§.si quis.de mãso.nu.4. de cont.in uest. s Bart.in l.inter.de acq. rer.dom.Bal.& feud. in c.1.de rap. qui seru. uend.& Dd.in l.beneficia.de const. Prin.in l.1. de iurisd. t Iser.in c.1.Quæ sint regal. Chass. in consuet. Burg.tit.de iustit.§.j. uerb.espaues.nu.15. u Ias.in l.de quib.nu.87. de legib. x l.j.in fi. y l.2.hoc t. z l.contrac.C.de fid.instru.in princ.Instit.de emp.& uend. a l.quod sæpe.35.in prin. b l.3.l.ratas.C.de rescind. uend. c d.l.contractus.Inst.eod. in prin.l.2.C. quando liceat ab empt.reced. d arg.l.3.§.fi.de fideiusso.

l.j.diuo Pio.§.si pignora.de re iud. e d.l.contractus.C.de fid.instr. f in prin.Inst.eod. g ut in l.etsi.15.hoc t. h l.3.C.de spons.& arr. i Inst. eo.in prin.in uerb.in argumentum emptionis contractæ.l.sicut.C.de actio.cum simil. k l.de lege.l.ult.de lege commissor. l d.l.2.C.quando liceat,&c. m l.quod sæpe.35.§.in his quæ pondere. n l.Impp.71.hoc t. o l.si in emptione.34.§.pen.hoc t.l j.ff.de periculo & commod.rei uend. p l.hæc uenditio.7. q l.si quis fundum.37.l.si debitor.39.hoc t. r d.l.si in emptione.34.§.j. s l.cum ab eo.41. t l.cum manu.80.§.sylua. u l.fi.hoc tit. x §.j.Inst.de uerb.obl.l.cedere diem.213.de uerb.sig. y d.l.fi. z d.l.hæc uenditio.7. a l.necessariò.de peric.& commod.rei uend. b l.fi.C.eo. d.l.hæc uenditio.hoc t. c l.in uendentis.C.eo.d.l.hæc uenditio.l.quod sæpe.35.§.j.hoc t. d §.fi.Inst.de empt.& uend.ubi dixi. e d.l.3.l.ratas.C.de rescin.uend. f l.ult.de condict.caus.dat. g l.j.uerb.nummos fecerit accipientis.de rer.permuta.l.si seruos.7.C.de act.empt.

BIU Cujas

trà rem tradere emptori, non simpliciter, sed sic, ut transferat ipsa traditione dominiũ. nàm tale ius tradere debet, quale uendit. Vendit autem dominium: non tamen præcisè rem emptoris facere tenetur [a], cùm ne propter incertitudinem & difficultatem probationis dominiorum [b], impediatur hic cõtractus, usibus quotidianis maximè necessarius: tum quia per euictionis præstationem indemnis seruatur emptor, perinde ac si dominium nactus esset [c]. Id tamen agi necesse est in emptione, ut dominium traditione transferatur: nam si alia sit contrahentium intentio, nõ potest uideri res uendita [d]. Traditio † autem 13
non aliter transfert dominium rei uenditæ, quàm si uacua possessio, ut fieri debet [e], tradatur [f]. Item si cõtrà precium solutũ sit, aut fides de eo habita [g]: cęteroqui non uidetur uoluisse rei dominiũ amittere uenditor, qui spe præsentis numerationis quæ secuta non est, tradidit [h]. Quòd si hanc præsentis precij fiduciam præ se non ferat uenditor, sed simpliciter tradat, uidetur eo ipso traditionis facto fidem de precio habere, nisi aliud ex circumstantijs appareat [i]. Et † hæc quidem in genere de uenditione, satis: si paucis 14
quæ huic contractui maximè sunt Affinia, quæ Aduersaria, attigerimus. Tanta est inter emptionem & uenditionem, locationem & conductionem cognatio, ut sæpe dubites ad utrum contractum species conuentionis sit referenda [k], quod tamen hac regula dijudicari solet: QVOTIES CVNQVE ID AGITVR, VT AB EO QVI REM PRAESTAT, DOMINIVM IN EVM QVI DAT PECVNIAM TRANSFERATVR, EMPTIO EST: QVANDO VERO NVLLA FIT DOMINII TRANSLATIO, LOCATIONIS GENVS EST. Verbi gratia: Dedi uietori lignа, aut aurifabro argentum, ut mihi uas faceret: locatio erit, aut contractus innominatus. Ac si conueniat, ut ex suis lignis, suóue argento uas mihi fabricet, emptio est: nam rei dominium transfertur [l]. Illud tamen sciendum, ubi precium & res inuenitur, ibi in dubio semper potius emptionem, quàm locationẽ aut oppignorationem contractam præsumi [m]. Est † & Adfinis uenditioni Permutatio, de qua commo- 15
dius ad tit. de rerum permutatione paulo pòst dicemus. Pugnant cum uenditione Dolus malus [n], qui cum ab utraq; parte interuenit, ut si uterq; sciat rem furtiuam aut uitiosam esse, indistinctè uitiatur contractus [o]: sin ab alterutra, & dolus causam cõtractui dederit, annihilatur, eo uolente qui deceptus est [p]. Incidens dolus per actionem contractus purgatur [q]. Contrarius est & Error, ut diximus, emptioni, quę consensu constat: cui nihil tam esse contrarium dicitur, quàm error [r]. Item Pactum de non transferendo dominio [s], & Donationis causa facta traditio, sub specie emptionis [t]: imaginaria enim uenditio nulla est [u]. Et plus ualet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur [x]. nec uenditio sine precio fieri ulla potest, sicut dictum est. Planè si donationis causa minoris res uendatur [y], ualet uenditio [z].

De in diem addictione. Tit. II.

1 *Continuatio: & quid sit addictio.*
2 *Quomodo contrahatur in diem addictio.*
3 *Vis & effectus huius conuentionis.*
4 *Quando dicatur melior conditio adferri.*
5 *Quid sit addicere, unde hæc conuentio nomen habet.*

ET hæc † quidem in genere de Emptione & Venditione: nunc quædam specialius exequamur. Ac 1
quia pactis hunc contractum uariari paulò antè indicatum est, ideo uideamus de duabus pactionibus, quæ frequẽter addi solent: uidelicet de In diem addictione, & Lege commissoria. Addicere, secundum Festum, est idem dicere: ut prætor exequendo & approbando, ac eandem quasi quam iudex datus antè tulerat, sententiam dicendo, rem addicit ei secundum quem fuit pronunciatum. Hoc uerbum pòst translatum est ad Auctiones publicas, ubi pluribus ementibus non statim perficitur uenditio, sed post certum tempus, puta 30. dierum, addicitur illi qui plus licitatus est [a]. Nam licitatores ex sua oblatione singuli obligantur, nisi alius quispiam pòst meliorem conditionem attulerit [b]. Ea res postea à publicis hastis ad uenditiones priuatas traducta est, cum ita res uenditur, ut non statim addicatur, sed seruetur futuris licitatoribus certum tempus, ut meliorem conditionem offerre possint. Ita uenditio quidem statim contrahitur, sed addictio fit in diem: hoc est, differtur ad certum tempus rei datio, ni interea meliorem conditionem alius offerat. Addicere enim etiã Dare significat [c]. In † diem addictio 2
ita fit: Ille fundus esto tibi centum emptus, nisi quis intra Calendas Ian. proximas meliorem conditionem fecerit, id est attulerit, quo res à domino, uidelicet emptore, abeat [d]. Hæc † uenditio pura est, nisi 3
aliud sit actum, quæ resoluitur sub conditione, Vbi melior in diem conditio allata est. Vnde omne periculum, lucrum & damnum interea temporis ad emptorem, utpote dominum [e] pertinet [f] unà cum fructibus, si quidem pura fuerit conditio [g]. quod toties uerum est, quoties non offertur melior conditio. nam ea oblata, rescinditur prior uenditio: eoq; & fructus uenditori refundendi sunt [h], tanquam rescisso contractu [i], etiam nunc cum emptor meliorem allatam conditionem ipse acceptat & implet, excluso ferente Intelligitur enim à prima emptione recessum, & contracta noua [k], cum precium aliud, nempe Oblatum maius interueniat [l]: unde fructus ex priore emptione quæ nulla est, deberi & retineri ab emptore non possunt [m]: ut nec pecunia, eiusq; fructus à uenditore [n]. Melior † autem conditio afferri ui- 4
detur, si uel precio sit additum, uel solutio facilior aut maturior, uel quid utilius uenditori afferatur [o]. Licet autẽ uenditori meliore allata conditione, addicere posteriori, nisi paratus sit plus adijcere prior: hoc est, plus quàm antè obtulit, nempe tantundem quantum nunc ab alio offertur: quod ut facere possit, necesse habebit uenditor priorem emptorem facere certiorem, ut si quid aliud adiecit, ipse quoq; adijcere, & licitando uincere possit [p]. Idq; † obtinet, cum reuera of- 5
fertur melior conditio, non quando per simulationem emptor subijcitur [q].

DE

a l.si ita.25.§.fi.hoc t.
b Dd.in l.cum res.C.de probat.
c l.in uendendo.66.hoc t. l.2.l.ex empto.11.de act. empt.
d l.cum manu fata.80.§. fi.hoc t.
e l.2.l.3.infr.de act.empt. l.si pater.8.C.eod.
f Cont.disput.lib.j.cap.8.
g l.quòd uendit.19. l.ut res.53.hoc t.§. per traditionem.§.uenditæ. Inst. de rerum diuis.
h l.3.de pigno.actio.
i l. procuratoris.§.penul i gl.& Dd. de tributoria actio. ita recepta est sententia in §.uenditæ. Inst.de rer.diuis.ubi contrà disputaui.
k Inst.de loca.& conduc. in prin.l.2.§.1.j.locati.
l l.Sabinus.20.l.conuenit.65.hoc t.
m Ias.in l.j.nu.23.C.de iur. emp.Cæpoll.in tract.de simula.contr.
n l.si dolo.C.de rescinden da uenditione.
o l.si in emptione.34.§. item si emptor.l.domũ. 57.hoc t.
p l.& eleganter.in prin. de dolo malo.gl.& Dd. in d.l.si dolo.
q d.l si dolo.l.dolus.cum l. seq.C.de rescind.uend.
r l.nihil.116.de reg.iur.
s l.cũ manu fata.80.§.fi.
t l.cum in uenditione.36. hoc t.uide Cuiac.in l.u lt. j.pro donat.
u l.nuda.55.hoc t.
x t.t.C.plus ualere.
y de quo Bart.Castr.& Dd.l.2.C.de rest.uend.
z l.si quis donationis.28. in prin.hoc t.

a l.4.& tot.tit.C.de fid. inst.& iure hast.fiscal. lib.10.
b Bart.in l.locatio.8.nu. 4.de publican.
c Cuiac.lib.obs.4.cap.15.
d l.j.hoc t.
e l.1.uerb.res à domino abeat.hoc t.
f l.2.& 3.hoc t.
g l.2.& 4.hoc t.
h l.item.6.l.imperator. 16.hoc t.
i l.illud.29.§.1.de ædil. edict.
k l.ab emptione.de pact.
l l.iurisg.7.§.adeò.de pac.
m d.l.6.
n gloss.in d.l.6.uerb.uend.
o l.4.§.fin.cum ll.seqq.hoc tit.
p l.item.§.fin.cum 2.ll.seq.hoc tit.
q l.eum qui.7.§.1.hoc tit. Ias.in l.qui Romæ.§.cohæredes.nu.27.de uerb.oblig.& in l.fin.nu.22.C.de iur.emphyt.

BIU Cujas

De lege commissoria. Tit. III.

SEd & lege Commissoria uenditiones celebrari solent: hoc est, ut nisi intra certum diem precium exoluatur, inempta res fiat [a]: quod pactum uocatur Lex, nam pacta leges sunt contractuum [b], & quidem Cõmissoria: quia nisi solutio ad diem fiat, propter moram & commissum res habetur pro inempta. Cum igitur lege Commissoria uenditur, magis est ut sub conditione Resolui cõtractus quàm sub conditione Contrahi uideatur [c]. Committitur aũt si emptor, quamuis non interpellatus, precium sua die non afferat [d]. Dies enim interpellat pro homine [e], nisi emptor iustas causas probare possit, quibus impeditus sit in explicanda ad diem solutione. Porrò commissa pactione, est in potestate uenditoris, utrum legem Commissoriam exercere, an precium petere uelit [f]: nam in eius commodum & fauorem hæc pactio additur [g], cui renunciare potest [h]. Altera tamen uia electa amplius uariare nequit [i], quia electione ius quæritur emptori, quod uariatione uenditoris interuerti illi nequit [k]. Commissoria autem electa emptor restituere fundum, utpote iam inemptũ cogitur: amittitque quod arrhæ aut alio nomine, puta precij dedit [l]: idq; in pœnam moræ, & propter ueri similem contrahentium uoluntatem, nisi aliud actum appareat [m]. Quod iniquum uideri non debet, cùm econtrario emptor fructus interea perceptos hoc casu lucretur [n]: aliàs non lucraturus, utpote resoluta emptione, ut suprà dictum est [o]. Nam quando emptor non amittit precij partem, tunc nunquam lucratur fructus, rescissa ob non solutum integrè precium uenditione [p].

a l.4.b.t. Paul.lib.2.tit.13. ubi Cuia. l.si hominem. 19.de usucap.
b l.1.§.si conueniat. depositi. l.contractus. de reg. iur. l. iuris §.7. §. adeò. de pact.
c l.1.b.t.
d l.4.§.fin.
e l.magnam. C. de contrah. stipul.
f d.l.4.§.eleganter.
g l.2. & 3.b.t.
h l.pen. de pact.
i d.§.eleganter. & l.pen. hoc tit.
k l.apud Aufidium. de optio. lega.
l l.sed etsi.25.in prin. de pet. hær.
m l.lege.in prin. d.l.4.§. sed quod.
n d.l.4.§.1.
o ad tit. præced.
p Bal. in l.si fundus.4.b.t.

De hæreditate, uel actione uendita.

TITVLVS IIII.

1 *Continuatio.*
2 *Singulare in hac uenditione primum, quòd necessum sit mortuum esse. de cuius rebus hæreditarijs agitur.*
3 *Singulare secundum, quòd uenditor non teneatur de euictione.*
4 *Tertium, quòd emptor uice hæredis sit, & actiones utiles habeat.*
5 *Venditionem eiusmodi non mutare causam debitorum.*
6 *De nominum & actionum uenditione.*

1 SVpra † dictum est iura quoq; Incorporalia, ut sunt Hæreditas & Actiones, uendi posse: sed quia in
2 harum rerum uenditione quædam sunt Singularia, de illis est dicendum. Atq; † in primis si hæreditas uæneat, necessum est mortuum esse eum de cuius hæreditate agitur, alioqui nulla erit uenditio: quia in rerum natura non sit, quod uænierit [a]. Hæreditas enim uiuentis nulla est [b]. Oportet itaq; uerè subsistere hæreditatem: nec enim alea emitur, ut in uenatione [c]. nam Pacta de hæreditate uiuen-
3 tis inita improbantur [d]. Deinde † uenditor hæreditatis, non sicuti reliqui uenditores, tenetur de Euictione rerum Singularium: quia non tanquã dominus, sed ut hæres uendit. Sufficit igitur hæreditatem
4 præstari, qualem adijt, non etiam rerum particularium dominium [e]. Tertiò, † inter emptorem & uenditorem hæreditatis id agi intelligitur, ut neq; Plus, neque Minus iuris habeat emptor, quàm apud hæredem futurum esset [f]. Itaq; omne emolumentum, omneq; periculum rerum perfecta uenditione ad emptorem pertinet [g]. Vicem enim hæredis obtinet [h], & contrà quicquid ex hæreditate peruenit, peruenturumq; est, & actiones earum rerum, quæ nondum peruenerunt, præstare illi uenditor debet [i]: quan-
5 quam & suo nomine intentare Vtiles etiã sine cessione emptor possit [k]. Sed † quod dixi, Vicem hæredis obtinere emptorem, respectu uenditoris intelligendũ est. Nam quod ad creditores attinet & legatarios, eorum ius contrahendo debitor hæres tollere aut mutare non potest [l], nec in aliam personam transferre obligationem, quàm adita hæreditate sponte suscepit [m], quasi contrahendo [n]. Vnde rectè à creditoribus conuenitur, etiam post factam uenditionem: emptor uerò inuitus nequaquam, quia nullum negocium cum creditoribus gessit [o]. In hæreditate uendita, utrum ea quantitas spectetur, quæ fuit mortis tempore: an quæ cum adiretur hæreditas: an ea quæ fuit cum hæreditas uenundaretur, uidendum est. Et uerius est, hoc esse seruandum, inquit Vlp. [p] quod actum est. Plerunq; autem hoc agi uidetur, ut quod ex hæreditate peruenit, in id tempus quo uenditio fit, id uideatur uenisse. Hæc uerba secus accipiuntur à Dd. [q] quàm accipi debeant, eaq; interpretatio magnis tenebris rem inuoluit. Non igitur hoc uult I. C. (ut rem in pauca conferam) intelligi quantitatem uenditam, qualis est tempore contractus, sicut fit in cæteris emptionibus [r]: sed omne id uenditum uideri, quod ex hæreditate ad uenditorem, à morte defuncti cui succeditur, peruenit, in id tempus: hoc est, usq; ad illud tempus quo fit uendi
tio Non enim bona qualia nunc sunt uęneunt, sed uenditur hæreditas: hoc est, ius quod defunctus dereliquit [s]. Quicquid igitur ex hoc iure peruenit ad uenditorem, à morte testatoris usq; in tempus uenditionis, omne id intelligitur uenditum, & est præstandum. Et hoc est quod postea inquit Vlp. [t] Rerum uenditarum ante uenditam hæreditatem precia deberi, quamuis ea consumpserit uenditor: itemq; earum quæ sunt donatæ. Sicut econtrario sumptus etiam ante hæreditatem uenditam factos, non uenditor, sed emptor sustinet, ad quem & emolumenta pertinent [u]. Et hæc quidem de hæreditate uendita: in qua stipulationes ac cautiones emptæ uenditæq; hæreditatis, olim solent frequentari: quarum ho-
6 die non magnus est usus [x]. Nomina † quoq;, hoc est, debita uendi possunt, etiam inuito debitore [y], siue purè, siue in diem, siue sub conditione debeat [z]. Quare in uenditione nõ oportere pręstari Locupletem debitorem, sed duntaxat debitorem esse, certum est [a]. Idem de actionibus tam Personalibus quàm Realibus iudicandum [b]. Perinde enim est, utrum quis nomina an actiones uendat, quæ sunt nominum exactiones [c]. Hæ tamen non aliter quàm ante litem contestatam rectè uenduntur: litigiosas enim res distrahi, & transferre hac ratione iudicium in alium, est interdictum [d]. Sed & ante cœptum iudiciũ actio-

a l.1.b.t.
b gl. in d.l.1.
c l. cum hæreditatis. 7. b.t.
d l.fi. C. de pactis. l. quædam. §. fin. de donat.
e l.1. C. de euictionib. l.2. in prin. b.t.
f d.l.2. in prin.
g d.l.2.§.sicuti.8.
h d.l.2.§.fin.
i d.l.2.§.peruenit.3.
k l.emptor. C. eod.
l l.debitorem. cum l.seq. C. de pactis. l.3. 5. fam. ercis. cum simil.
m §.hæres. Inst. de oblig.
n §.hæres. Inst. de oblig. quæ ex quas. cont.
o l.2. C. eod.
p l.2.§.1.b.t.
q gl. in d.l.2.§.1. ad uerb. uenisse.
r l. Rutilia. l. in leges. 5. de contr. empt.
s d.l. hæreditas. 63. de reg. iur.
t l.2.§.peruenisse.
u d.l.2.§. si quid publici.
x l. in illa. 50. de uerb. obl.
y l.2.l.si ex plurib. 18. b.t. l. liber. §.1. de stip. seruo. §. sed quia hæredes. in fi. Inst. de fideic. hær. de quib. uide Cuiac. lib. 2. obs. c. 50.
z l. nominis. C. eod. l.1. C. de nouat. & deleg.
a l. nomina. 17.
b l.fin. C. eod.

c l.3. C. eod. l. uenditor. 23. d tot. tit. C. de litigiosis. & suprà de aliena. iud. mutand. caus.

BIU Cujas

nes cum uenduntur, usq; ad concurrentem solùm precij quo uenditæ sunt, quantitatem, exerceri à redemptore possunt: quod ad cohibendam sycophantarum & calumniatorum insolentiam, qui paruo precio alienas lites, quamlibet iniustas redimere solent, ut quo iure quáue iniuria quid extorqueant, salutariter est prouisum *.

De rescindenda uenditione. Tit. V.

1 Continuatio.
2 Quomodo rescindatur uenditio.
3 Quomodo accipiendum, quòd dicitur Mutuo consensu dissolui uenditionem.
4 Quatenus liceat in contractu decipere.
5 Re non integra, non dissolui mutuo consensu uenditionem.
6 Quomodo ob dolum, læsionem, metum, &c. retractetur uenditio.

QVIA † diximus, quomodo contrahatur emptio: uidendum est quæ etiam ratione Dissoluatur. 1 Cum † autem quo quidq; modo ligatum est, eo dissoluatur [a], sequitur, quemadmodum emptio 2 mutuo consensu contrahitur, ita contrario consensu dum res est integra, eam distrahi [b]: si uel simpliciter à uenditione recedatur, uel acceptum inuicé feratur, uel noua alterius precij uenditio fiat, dum tamen perinde ualida sit atq; prior [c]. Nam si quod purè emi, sub conditione rursus emam, imperfecta hac uenditione nõ tolli priorem constat [d]. Dixi, † Mutuo dissolui consensu, non unius. nam alter- 3 utra parte inuita abiri emptione non potest: quia ut ab una parte non perficitur, ita nec rescinditur [e], ne rescripto quidem Principis [f]: etiamsi duplum quis reddere paratus sit [g], uel altera pars in implendo contractu moram faciat [h], aut inæquali iniustoq; precio res uenerit [i]. Licet † enim contrahentibus in- 4 uicem naturaliter, id est, iure gentium quadantenus (nam ultra dimidiam partem iusti precij captio propter nimiam inæqualitatem reuocatur [k]) decipere [l]: non quidem dolo malo (is enim contractum uitiat, sicut antea dictum est [m],) sed hactenus re ipsa [n], ut minoris pluríue iustè res uendi possit: alioqui quotusquisq; contractus non esset calumniæ proximus, si ob minimam inæqualitatem in dubium & cõtrouersiam reuocari queat? Dixi † ultimò, Re integra mutuo consensu dissolui emptionem. Nam 5 non poterimus eadem ratione uti post precium solutum, aut rem traditam, emptione repetita uel dissoluta: quia soluto precio & traditione facta, solo consensu recedi à contractu nequit, qui non sola uoluntate, sed etiam implemento ac traditione rei est corroboratus. itaq; opus est, retrò rem tradi ac redhiberi, & precium restitui [o]: neq; enim sola cõuentio ad id sufficit, cum sit nudum hoc casu pactum, nec actionem producere possit, ad redhibitionem impetrandam [p]. Est † & cum ob dolũ, aut metum, aut læ- 6 sionem rescinditur uenditio. Dolus autem aut ineest proposito, aut re ipsa [q]. Cum ineest proposito, quomodo retractetur uenditio, suprà est expositũ [r]. Porrò quando re ineest ipsa, non statim retractatur contractus: quia licet contrahentibus se inuicem decipere [s]. Quare ubi maior pars aut dimidia æqualitatem habet precij & mercis, non est locus rescissioni, ne Vtile per inutile uitietur. Sin autem læsio dimidiam iustæ æstimationis partem excedat, iam quia maior inæqualitas est in cõtractu quàm æqualitas, ideo bona fides iure exigit, ut aut ad æqualitatẽ contractus reducatur, aut eo abeatur [t]. Metu facta emptio etsi ualet, quoniam coacta uoluntas, uoluntas est [u]: tamen quia res mali exempli est, rescinditur [x]. Ob errorem etiam uenditionem annihilari, suprà ostensum est [y]. Interitu quoq; rei, qui perfectionem uenditionis præcedit [z] (nam ea perfecta emptori res perit [a]) item moribus retractu proximitatis uel uicinitatis quandoq; rescinditur uenditio [b]: ut & retractu cõuentionali [c]. quo casu, fructus perceptos nõ restituit emptor [d]: ut nec alius quiuis, qui iure Dominij, uel Quasi, bona fide eos percepit [e]. Hoc interest, quòd petitio retractus proximitatis, anno & die præscribitur [f]: petitio retractus ex contractu, non item, sed durat (ut aliqui g uolunt) in perpetuum: quia iuri offerẽdi, quasi meræ facultati, non præscribitur [h]: ut uerò communius putatum est, 30. annis [i], reliquarum exemplo præscriptionum [k]. nam & hæc petitio est ex contractu, non magis meræ existens facultatis quàm quælibet actio, qua unicuiq; liberum est, aut agere aut non agere [l]. Cum ergo reliquis actionibus præscribatur tanto spacio, consentaneum est, ut euitetur infinitas, etiam huic præscribi. Est enim reuerà actio Personalis, non res Meræ facultatis: quæ neutiquam in absoluta facti facultate, sed obligationis iure consistit: & est ius ab altero debitum, ac respectum ad alium habet, ut exemplo reliquarum actionum meritò præscribatur: ne possessores semper metuere repetitionem rei cogantur, & incerta reddantur rerũ dominia [m]. Quare cum hîc ratio præscriptionum obtineat, meritò obtinet & dispositio: nisi præscriptioni 30. annorum fuerit renunciatum, ut renunciari potest [n]. quo casu immemoriali demum tempore tale ius offerendi præscribetur [o]. Porrò quod dicitur, Ea quæ meræ sunt facultatis, nunquam præscribi [p]: de his quæ sunt absolutè talia, nõ relatiuè est accipiendum. Nam seruitutes, & similia ab alijs debita, quamuis meræ sunt facultatis, tamen per non usum præscribuntur [q]. At quæ absolutæ sunt facultatis, & iure dominij competunt, nec ab alio debentur, sed insunt proprijs dominijs: hæc non præscribuntur, sed unà cum dominio

* in l. per diuersas. cum l. seq. C. mandati.

a l. nihil tam naturale. 35. de reg. iur.
b §. fin. Inst. quibus mod. toll. oblig.
c l. 2. 3. & 5. b. t. §. fi. Inst. quib. mod. toll. oblig.
d l. si id quod. 7. h. t.
e l. 1. in fin. h. t. l. 3. 4. l. ratas. C. eod.
f l. 3. C. eod.
g l. non est. C. eod.
h l. ea conditione. C. eod. l. in ciuile. C. de rei uend.
i l. 4. l. si uoluntate. l. quisque. C. eod.
k l. 2. C. eod.
l l. in causis. 17. §. pen. de minorib.
m l. & eleganter. ff. de dolo malo.
n l. si quis cum aliter. de uerb. oblig.
o l. 2. h. t. l. ab emptione. ubi Dd. ẽ. de pactis.
p l. ab emptione. in fi. de pact.
q §. in fraudem. Inst. de act. l. si quis cum aliter. 36. de uerb. oblig.
r ad tit. de dol. mal.
s l. in causæ. 17. §. pen. de minor. l. ratas. l. si uoluntate. C. eod. tt.
t l. 2. C. de resc. uend. l. 3. C. comm. utr. iud.
u l. si mulier. 21. §. penult. quod met. caus.
x l. 1. C. de resc. uend.
y ad tit. de cont. empt. per l. 8. 9. cum seq. eod. tit.
z l. etsi 15. l. domum. 57. de contr. empt.
a §. cum aũt. Inst. de emp. t. t. seq. & C. eo.
b uide Tiraq. de retract. Chaß. in cons. Burg. eo. tit. Matth. de Afflic. de iure protimis. Land. lib. 1. art. 9. Reinh. dif. 10.
c l. 2. C. de pac. int. emp. et uend.
d Tiraq. de retr. lig. §. 15. gl. 2.
e Panor. in c. at si clerici. de iud. & in c. 1. de feu. uide latè Chaß. in cons. Burg. Rub. 3. de feud. §. 2. in prin. nu. 28. Tiraq. in rep. l. si unquam. ad uerb. reuertatur, C. de reuoc. don. f c. Titius. si de feud. fue. contr. c. 1. §. porrò. qual. olim. feud. pot. alien. Bald. in c. 1. §. hoc quoq;. de suc. feud. Ias. in l. prætor ait. §. 1. de op. no. nunc. uide latè Tiraq. in retrac. lig. §. 1. gl. 10. nu. 3. 4. 5. g Bal. in l. quod si nolit. §. si quid. de ædil. edic. Alc. in l. petens. C. de pac. & in Rub. de præsc. nu. 64. Chaß. in cons. Burg. 1. de rentes. §. 1. gl. 1. uide quos cumulat. Tiraq. in retr. conuen. §. 1. gl. 2. nu. 15. & Mynsi. in obs. Camer. obs. 16. cent. 1. h l. uiam publicã. de uia publ. l. si seruus quoq;. §. ult. de hæred. inst. l. ult. C. de cond. inser. uide ẽ. de usuc. i Ang. cõs. 55. ex pacto. per l. si quis. § 1. C. de præscr. 30. anno. l. 1. C. de ann. ex. Alex. cons. 228. põderatis. lib. 6. Franc. Balb. in tract. præscr. in 3. q. 4. par. 5. partis 5. partis prin. Zas. cons. 12. nobiles. nu. 75. Schurf. cons. 41. cent. 1. & cons. 90. cent. 3. uide latissimè Tiraq. qui dicit hanc esse cõem, & sic in Parlamento fuisse iudicatũ, in retr. conuen. §. 1. gl. 2. nu. 1. 2. uide etiã Mynsi. obs. 16. cent. 1. Cuiac. in l. si pignori. 13. de usuc. 3. 4. 5. 6. 7. cum multis seq. licet cõtra statutũ const. pro par. 2. qua de re dixi copiosius cons. 2. et cons. 8. k l. 3. cũ seq. C. de præs. 30. anno. in prin. Inst. de perpet. et tẽp. act. l l. unic. C. ut nemo accus. uel ag. m l. 1. de usuc. n Bart. et Dd. cõiter. in l. nemo põt. de leg. 1. uide Fr. Balb. & Tiraq. præall. loc. nu. 13. 14. o Bald. & Ang. in l. 1. C. ne rei dom. & in l. oẽs. C. de præsc. 30. ann. & in l. 1. C. de ann. exc. uide Tiraq. præall. loc. nu. 23. p Bart. & Dd. in l. uiam. de uia. pub. & in l. cum notiß. C. de præscr. 30. anno. Panor. in c. quoniam. §. ult. nu. 44. ut lit. no. conteſt. Fran. Balb. præall. loc. q l. pen. C. de seruit.

BIU Cujas

nio posidentur ab animo domini & uoluntate: eoque nec eò trahitur usucapionum ratio: quia posita sunt in cuiusque iure absoluto & facultate: ut quamuis nunquam præscribantur, tamen non reddantur propterea incerta dominia rerũ, sed magis confirmentur. Quare cum in his ratio præscriptionum cesset, cessare debet & dispositio. Atqui aliter se rem habere in iure offerendi, seruitutis, & simili ab alijs debito, ex prædictis intelligi potest.

De periculo & commodo rei uenditæ.

TITVLVS VI.

1 *Perfecta uenditione periculum pertinere ad emptorem.*
2 *Quando intelligatur perfici uenditio.*
3 *Explicata difficultas de gustatione uini, et mensuratione.*
4 *Cuius periculum sit in conditionali emptione.*
5 *Quid in contractu aduersionis.*
6 *Quid in emptione in diem.*
7 *Venditorem custodiam & culpam præstare, non casum.*
8 *Quid si in mora sit accipiendi emptor.*

1 PErfecta † uenditione periculum rei ad emptorem pertinet [a], ut & commodum [b]. Itaque si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uitij sustinuerit, emptoris erit damnum [c]. cum enim uenditor sit debitor speciei, meritò eius speciei periculum ad emptorem cui debetur, pertinet [d], nisi in mora 2 uenditor fuerit [e]. Necessariò † igitur sciendum est, quando perfecta sit emptio: tunc enim intelligemus, cuius periculum sit. Perfecta autẽ intelligitur cum de precio conuenit, & id quod uænit apparet, Quid, 3 Quale, Quantumq; sit, ac purè uænit [f]. Nec † enim priusquam uinum gustatum fuerit, uæniisse dicendũ est: quia difficile est, ut quisquam sic emat, ut non degustet [g], nisi aliud actum sit [h], & proinde uenditoris erit periculum donec gustetur: post gustationem autem emptor periculum sustinet qui uinum probauit, quia cõsensum est in corpore & qualitate: nisi fortè ad certam mensuram emerit, ita ut in singulas amphoras certum precium sit statutum. Hæc enim emptio generis esse uidetur (cuius interitus nõ liberat debitorem [i]) non speciei, & hanc habet conditionem, Vt quantum admensum fuerit, tantum sit emptum. Itaq; usq; ad mensurationem ad uenditorem periculum pertinet, nõ quidem qualitatis, puta acoris aut mucoris (nam illud post gustationem emptori impendet, cui amplius improbare non est integrum [k]) sed substantiæ, ut si uinum pereat, nõ emptori cui nihil est admensum, sed uenditori pereat. 4 Ita intelligenda conciliandaq; sunt iura, quæ hac de re uariè loquuntur [l]. Porrò † si sub conditione uænit, siquidem deficit conditio, nulla emptio est: quòd si extiterit, retrotrahitur ad tempus contractus. unde emptoris esse periculum deteriorationis hoc casu constat, non uerò interitus: nam si pendente conditione res intereat, perimitur emptio: cuius existere conditio non potest. Quia ut rei non existentis nequit fieri, ita nec confirmari aut conualescere emptio. Quare perit uenditori res, non emptori [m]: cui necdum erat debita, utpote imperfecta adhuc uenditione [n]. Sanè in conditionali emptione si conueniat, Vt res emptoris periculo seruetur: puto pactum ualere [o]: quemadmodum & cõtrà ualet, si per- 5 fecta uenditione se periculo uenditor obstringat [p]. Quamobrem † si Aduersione uinum uænit, hoc est, ut qualecunq;, & quantumcunq; esset sine ulla degustatione aut mensura sit uenditum, omne pericu- 6 lum in emptorem redundat, qui ad se eiusmodi emptione illud aduertit [q]. Sed † quid in emptione In diem seruabimus? Et sanè si traditioni tantum dies adiecta sit, cum perfecta & pura sit uenditio [r], emptoris erit periculum [s]: sin ipsi uenditioni, ut si dies degustationi præstituatur, uenditoris: quia sub con- 7 ditione contractum esse uidetur. Etsi † autem periculum nõ sustinet uenditor, sicuti diximus, emptione perfecta: tamen custodiam usq; ad traditionem præstare debet [t]: non qualem suis rebus adhibet, sed penè quam ij quibus res commodata est, aut qui alioqui uersantur in re aliena [u]. Fatale tamẽ damnum aut casum non præstat, ne incendium quidem, uel furtum: quamuis difficile est alterutrum sine culpa & negligentia admitti, dummodo quam debent homines frugi & diligentes custodiam, ipse præstiterit. Non enim si seruorum negligentia quid commissum est, continuò dominus in culpa erit [x]. Quòd si probetur ipsius culpa, meritò ex bona fide tenebitur: ut si cum sciret uinum non esse duraturum, em- 8 ptori nihil renunciauerit ut tolleret [y], aut si in mora tradendi fuerit [z]. Quid † ergo si emptor in mora accipiendi sit, utputa si per eum stet, quo minus uinum mensuretur aut tollatur, an infinitam custodiam præstare uenditor debet? Et siquidem dies præstitutus sit, post illum denunciabit emptori, ut tollat: quod ni faciat, licet illi etiam uinum effundere, si uasis fortè suis habeat opus. idemq; iuris arbitror, si quamuis nulla die præstituta, tantum tempus effluxerit, quo tolli commodè uinum potuit. Denunciabitur enim emptori ut tollat: quòd si cesset, liberatur omni periculo, etiam custodiæ uenditor: ac si uelit, uel per corbes quibus olim mensurabatur, effundere uinum, aut quod humanius est, quanti sua Interest, uinum tolli postulare potest *.

[a] *l. necessariò. 8. h. t.*
[b] *l. id quod. 7. h. t.*
[c] *l. 1. in prin. h. t.*
[d] *l. si ex legati causa. 23. ubi Dd. de uerb. oblig.*
[e] *l. illud. 17. h. t. l. quod te. 5. si cert. pet.*
[f] *d. l. necessariò.*
[g] *l. 4. §. fi. uers. difficile.*
[h] *l. si uina. 15. h. t.*
[i] *l. incendium. C. si cert. petatur.*
[k] *l. si in emptione. 34. §. alia. 5. de contrab. emp.*
[l] *d. l. si in emptiõe. §. alia. l. quod sæpe. §. fin. 5. de contrab. empt. l. 1. l. 4. §. fin. l. 5. l. si uina. 15. h. t.*
[m] *l. necessariò. 8. h. t.*
[n] *l. cedere diem. de uerb. sign.*
[o] *l. si in uenditione. 10. h. t.*
[p] *l. 1. in prin. h. t.*
[q] *d. l. 4. §. fi. d. l. si uina. h. t. uide 5. de exerc. act. et 5. locat.*
[r] *§. 1. Inst. de uerb. oblig.*
[s] *d. l. 1.*
[t] *l. 1. in prin. & l. 2. in fin.*
[u] *d. l. 2. 3. & 4.*
[x] *l. si uẽdita. 11. h. tit. l. quod sæpe. 35. §. si res uendita. 5. de contrab. empt.*
[y] *l. si uina. 15.*
[z] *l. 4. in prin. d. l. illud.*
[*] *l. 1. circa fi. l. 4. §. fi. h. t.*

De seruis exportandis. Tit. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Quæ pacta uenditionibus seruorum soleant apponi.*
3 *Vis horum pactorum.*
4 *Cuiusmodi pacta in hoc genere non ualuerint.*

1 QVia † nihil olim erat frequentius (ut & hodie apud Turcas) uenditionibus seruorum, earumq; 2 uenditionum pactis: ideo tractatus de his hoc loco peculiaris est institutus. Solent † autẽ cum his pactionibus conditionibusq; mancipia distrahi, Ne quo loco morentur, ubi uenditori no cere possint: Vt in alias terras exportentur: Vt manumittãtur post tẽpus, aut contrà: Vt ne prostituantur, &c. ac ni pactis stetur, ut certa pendatur pœna, uel sit manus iniectio: id est, liceat priori domino 3 iniecta manu tanquam suum mancipium uendicare [a]. Id † genus pactorum non erat improbatum, ex ijsq; agi poterat, quòd emptionis aut precij pars essent [b]: adeò ut cessantis uẽditoris uicé fiscus funge- retur [c]. At si de manumittendo erat cõuentum, tantopere libertati leges fauebant, ut nisi ex pacto emptor

[a] *l. 1. & t. t. C. si mancip. ita uend. & l. 2. & t. tit. C. si seruus exportandus uæneat. l. Titius. cũ seq. hoc tit.*
[b] *l. si uenditor. §. fi. h. t. l. si fundi partem. 5. de contrab. emp. l. si sterilis. 22. §. pen. 5. tit. 1.*
[c] *l. 1. 2. 3. C. si seruus exportandus uæneat.*

BIU Cujas

ptor manumitteret, seruus Constitutionibus ipso iure libertatem nanciscereturᵃ. Planè † illa pacta in quibus sola turpitudo aut crudelitas inesset, crediderim non ualuisse, ut si quis mancipium hac conditione uenderet, Vti prostitueretur, Aut obijceretur bestijs, Aut crudeliter sine causa tractaretur ᵇ. Nec enim est malicijs hominum indulgendum ᶜ. Et cum beneficio homines non iniurijs affici ab hominibus oporteat ᵈ, consentaneū non est, eiusmodi pactionum à quibus humanitas & honesti ratiò abhorrent, ullam fuisse uim aut obligationem ᵉ. In eo tamen ualuisse arbitror, ut licuerit petere, Quāti minoris eo nomine mancipium uenditum fuisset, tanquam interesse pecuniarium, idq; uelle uidetur I.C.ᶠ 4

a l.3.h.t. l.1. & t.t. C.si mancipium ita fuerit alien. ut manumittatur. l.diuus. de iure patronatus.
b d.l.si uenditor. in fin.
c l.in fundo. §. de rei uen.
d l.seruus. h.t.
e l.generaliter. 26. de uer. oblig.
f in d.l.si uenditor. in fin.

DIGEST. LIB. XIX. DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI. TIT. I.

1 Actiones empti & uenditi quales sint, quotuplices, directa scilicet, & utilis: & quibus dentur contra quos.
2 Quando utilis detur.
3 Quid ueniat in has actiones: & de materia utriusq;.
4 Ad quid ex natura contractus teneatur emptori uenditor: & an præcisè tradere cogatur.
5 Quatenus de rerum uitijs & ex commendatione teneatur.
6 Quando emptor agere possit.
7 Quando uenditor.
8 Ad quid emptor teneatur uenditori.
9 Forma agendi.

EX Empto † & Vendito oritur actio Empti & Venditi: quarum illa emptori, hæc uenditori competit. Est autem utraque ciuilis ᵃ, bonæ fidei ᵇ, perpetua ᶜ, transitoria & directa, quia contractus hinc inde æqualis est, utpote qui gratia utriusq; ineatur, ut non debeat melior esse alterutrius conditio: utilis tamen ad distrahendam emptionem ᵈ, & ex † contractu procuratoris domino competit ᵉ, non directa, quæ alij nō datur quàm qui contraxit ᶠ, aut hæredibus eius ᵍ: & successoribus uniuersalibus ʰ, non etiam singularibus ⁱ: quemadmodum nec contrà directa uenditi uel empti actio datur, nisi aduersus eum qui contraxit, aut eius hæredem ᵏ, non etiā in singularē possessorem ˡ: nec aduersus dominum ex contractu procuratoris, nisi utiliter ᵐ. Venit † autem in has actiones, quicquid inter contrahentes actum est: quòd si nihil specialiter cōuenit, quicquid naturaliter ineſt huius iudicij potestati ⁿ. Insunt † autem naturaliter hæc, ut uenditor necesse habeat rem tradere unà cum fructibus & reliquis accessionibus, à tempore uenditionis: ut nostri uolunt indistinctè: ut uerò Paulus interpretatur, si ex illo tempore precium fuerit numeratum ᵒ. Nam necessitatem tradendi in se contractus habet ᵖ: quod & Varro libro 2. de Re rustica docet, quamuis etiam emptor in id quod Interest, agere possit ᵠ. Nam non simplex factum est in obligatione, sed etiam Dare, & effectu dominium transferre tenetur uenditor, quia obligatus est pro euictione. Quare ut in reliquis dandi obligationibus potest agi Vt res detur ʳ, ita & in uenditione, Vt cum causa dominij tradatur. Sed & agi potest ad interesse ideo, quia traditio ad quam principaliter obligatus est uenditor, plurimum facti habet ˢ: quo in genere succedit obligatio ad id quod interest, præsertim post moram ᵗ. Cum tamen merum factum est in emptione, ut quando iactus retis est emptus, præcisè ad factum iaciendi cogi uenditor nō potest: quia merum factum est in obligatione, & proinde ut in reliquis facti obligationibus ᵘ, ad æstimationem peruenitur ˣ. Neq; tamen (ut dictum est) iure nostro Ciuili simpliciter tradere uenditor, sed uacuam esse possessionem debet ʸ, in eaq; potiorem facere emptorem ᶻ, ac dominium etiam transferre, si habet, uel eius loco præstare usucapiendi conditionem, unà cum euictionis cautione, ad quam precij solutione obligatur ᵃ: & quæ loco dominij securum facit emptorem ᵇ, unaque cum fructibus, & omni causa, à tempore contractus percepta ᶜ. Quòd † si res uitiosa tradatur, siquidem de uitio certior factus emptor non fuisset empturus, agit ad redhibendum etiam empti iudicio ᵈ: sin alius emisset, & uterq; rei uitium ignorarit, quanto minoris emisset, uitio rei cognito petet, quòd si sciens uenditor uitium astutè celauit, quicquid damni eius fraude accidit, præstare cogetur ᵉ. Quòd si res non uitiosa, sed falsa commendatione pluris iusto uendita sit, in id agetur, ut Quāto pluris res empta est, reddatur ᶠ. Nam ea quæ commendandi causa in uenditionibus dicuntur, uenditorem obligant, nisi palàm sint: ut si dicat, seruum speciosum, aut domum bene ædificatam. at si dixerit hominem literatum, uel artificem, præstare debet: nam hoc ipso pluris uendidit ᵍ. Denique † quidquid dolo uel culpa uenditoris abest, quidquid præstare æquum est, quidquid pactis comprehensum, in hoc iudicium uenit ʰ. Verùm illud sciendum est, non antè ad hāc agendi facultatem admitti emptorem, quàm ex sua parte contractum implerit, & precium soluerit, aut certè obtulerit ⁱ. cum enim ab illo incipiat contractus, ab eo primùm impleri debet ᵏ: & iniquè petat ab alio ut conuentionem impleat, qui ipse necdum satisfecit ˡ. itaq; In pari causa erit potior uenditoris conuenti conditio, qui rem uenditam quasi pignus donec soluatur retinere potest ᵐ. nam & econtrariò si uenditor ad precium prior agat, obstabit illi exceptio rei uenditæ, & non traditæ, donec plenè rem tradat ⁿ. Sed † nec illud prætermittendum est, solere stipulationes duplæ uenditionibus interponi, ex quibus si suum consecutus sit emptor, amplius agi nequit ᵒ: quia contra bonam fidem est, bis idem exigi ᵖ. Econtrariò † actione Venditi agit uenditor, ut soluatur ei precium unà cum usuris, à tempore rei traditæ ᵠ, aut alioqui à tempore moræ ʳ. Traditio enim rei, constituit in mora emptorem: cum qui possidet emptor, ex ipsa fructuum perceptione cōmonefacere se debeat 1 2 3 4 5 6 7 8

a l.proinde. 43. de ædil. edict. in uerb. ex iure ciuili act. est.
b l.ex empto. 11. h.t. §. actionum. Inst. de act.
c Dd. in l.2. C. de pact. in. empt. l.2. C. de resc. uen. l.3. C. de præsc. 30. ann.
d l.ex empt. 11. h.t.
e l. Iulianus. 13. §. si procurator. 21. h.t.
f l.si per eos. C. si quis alteri uel sibi.
g l.non est nouum. 10. l. Lucius. 48. h.t.
h l.2. C. de pact. int. empt. l.3. C. de reb. alien. l. cū à matre. C. de rei uendicat. l. ex depositi. 11. C. ex contractib. 48. de act. emp. l.1. & 2. C. de hær. actio. uide latè Tract. de retract. conuen. §.1. gl.6. per totum. Schurf. cons. 13. Senatus. num. 5. cent. 1.
i Schurff. d. cons. 13. cent. 1. per l.1. & 2. C. de hæred. act. et t.t. C. ut act. ab hæred.
k l.2. de pact. int. empt. l. 3. C. de reb. alien.
l Schurff. d. cons. 13. nu. 5. cent. 1. per l. fin. §. fin. de contra. empt. l.1. §. si hæres. ad Trebell. l. fi. C. de hæred. act.
m d.l. Iulianus. 14. §. si procurator. h.t.
n l.ex empto. 11. h.t.
o l.3. §.1. h.t. l. ex empt. §. si quis. 40. h.t. l. pe. C. eo. uide Paul. lib. 2. tit. 17.
p §.1. Inst. de donationib. Ias. in l. quoties. nu. 34. C. de rei uend. & in l. stipulationes. 72. nu. 35. de uerb. oblig. Paul. lib. 1. tit 13.
q l.1. in prin. ubi Dd. l. si rectum. 12. h.t.
r l. ubi. §. fin. l. stipulationes. 72. ubi Dd. de uerb. obl. Paul. lib. 1. tit. 13. s l. si rem. 26. de uerb. oblig. t l. si quis. 13. §. fi. de re iud. u d.l. si quis. §. fin. l. stipulationes. 72. ubi Dd. de uerb. oblig. x l. si iactu 13. h.t. y l.2. §.1. d.l. ex empt. 11. h.t. z d.l. ex empto. 11. §. idem Neratius. 7. a Paul. lib. 1. tit. 17. b d.l. ex empto. in prin. c l.3. §.1. h.t. l. fructus. 13. l. pen. C. eo. d d.l. ex empt. §. redhibitionem. 1. e d.l. Iulianus. in prin. h.t. f d.l. Iulianus. §. si uenditor. 3. g l. ea quæ. 43. sup. de contrab. emp. gl. in l. nec supina. in prin. de iur. & fac. igno. h l. tenetur. 6. §.1. d.l. ex empto. in prin. h.t. l. pacta. 72. §. de contrab. emp. i d.l. Iulianus. §. offerri. 7. k l. quod uendidi. 19. §. de contrab. empt. l l. si soluturus. 39. de solutionibus. l. cum proponas. 2. cum ibi nota. C. de pactis. m d.l. Iulianus. §. offerri. 7. n l. qui pendentem. 25. h.t. o l. ex empto. 11. §. Cassius. 8. l. prædia. 28. p l. bona fides. 57. de reg. iur. q d.l. Iulianus. §. ex uendito. 17. l. curabit. 5. C. eo. l. euictis. §. fin. quæ de usur. r l. fructus. 13. C. eod.

BIU Cujas

se debeat de precio soluendo. nec enim æquum fuerit, ipsum fructu rei perfrui, uenditorem autem neq; pecuniam, nec eius fructum consequi [a]. Vbi autem nec traditio facta est, neq; mora interuenit, uerum non est, usuras à tempore contractus uenditori deberi [b]. Nec enim hic eadem est ratio, quæ in emptore. Is enim fructus à tempore contractus perfecti lucratur (quanquam & hoc controuersum esse diximus, nisi precium sit solutum,) quia scilicet eius periculo & incommodo res est [c]: at periculo uenditoris non est precium, quia est generis obligatio, quæ non perit interitu speciei [d]. Cum igitur periculum ad eum nõ pertineat, nec fructus usuræ pertinere debet: sed iuxta regulam, usura demum ex mora debebitur [e]. Porrò precium uenditoris facere emptor debet. Etsi enim uenditor, sicuti dictum est, præcisè non obligatur, ut emptorem faciat rei dominum, ne usus & facultas contractus impediatur: quotusquisque enim in promptu dominium rei quam uendit probare possit? liberaturq; obligatione euictionis, & libera rei traditione, quæ super dominio emptorem faciunt securum: tamen emptor nummos facere uenditoris debet [f]: cum in genere consistant, nec usum habeant ullum, nisi in abusu, qui soli domino concessus est. Præterea agit, ut res emptas aut emptor tollat, aut id quod interest præstet [g]: item ut fiat id quod pacto nominatim est conuentum [h]. Ex quibus omnibus facilè iam intelligi potest, qua ratione & forma utraq; hæc actio sit proponenda. Nam empti quidẽ actio duobus temporibus intentatur, uel ante traditionem, uel traditione iam facta. Ante traditionem ea forma proponitur: ut primò dicat emptor siue actor, emptionẽ iure ac legitimè, certo precio, deq; re certa, quæ omnibus notis quibus potest, est designanda [i], fuisse aliquo tempore (quanquam huius expressio non est omnino necessaria [k]) factam, & consensu perfectam. hæc enim contractus, ut loquuntur, substantialia, merx scilicet, precium & consensus, omnino sunt exprimenda [l]: ut fundamentum intentionis quæ ex contractu fluit: quo non subsistente, ipsa actio quæ hinc oritur, subsistere nequit [m]. Deinde subijciat, ex eo se contractu precium soluisse aut obtulisse, uel etiamnũ offerre, aut ad diem dictam soluere paratum esse [n] (nam qui sibi contractum cupit impleri, is ut illi sua à parte ante omnia satisfaciat, uel satisfacere paratus sit, oportet [o]:) neq; tamen uenditorem hactenus frustra interpellatum, uelle secundum contractus fidem rem tradere, sed aliam ex alia moram nectere, & apertè emptorem agentẽ frustrari ac ludificare. Quod cum ita sit, petere ut iudex per sententiam suam uenditorem condemnet, & legitimis remedijs compellat, ad rem uenditam emptori agenti tradendam [p], unà cum omni causa, uacuaq; possessione [q], & fructibus [r] à tempore uenditionis perceptis [s], ac reliquis accessionibus [t], eoque quod interest agentis, traditionem debito tempore factam nõ esse [u], & cum iusta euictionis cautione [x]. Quòd si emptori non sederit ad rem agere, fortè quia nunc illam habere nõ expedit, occasione bene utendi amissa: aut quod illa extincta post moram (nam ante moram periret emptori) aut corrupta sit: ut si uino, bobus, aut carnibus emptis, nunc commodè uti non possit [y]: liberum ei est, ad id quod in totũ interest, agere [z]: quod interdum precium ipsum excedit, si pluris referat, rem traditam suo tẽpore fuisse, quàm illa ualet [a]. In superiore igitur agendi formula, tantum singulare interesse uenit: in hac porrò & ipsius rei æstimatio, & quicquid præterea interest emptoris, rem traditam fuisse [b]. In uenditione animalium, quæ facilè occultis uitijs sunt obnoxia, hoc amplius peti potest, ut præstetur absque uitijs ea esse [c]. Et hoc quidem modo ante traditionem, hac actione agi tralaticium est: post uerò eam factam, interdum etiam utiliter proponitur. ut si res uitiosa uendita sit & tradita, potest agere emptor uel ad omne interesse, si quidem scienter, aut per latam culpam talis uendita est [d]: uel ad redhibendum, si re potius carere expedit [e]: uel quanto minoris, cum scilicet nulla uenditoris culpa argui potest, ut refundatur de precio tantum, quanto minoris res prolato foràs uitio emi potuisset [f]. Item cum petuntur fines & iura rei uenditæ declarari, & instrumenta huc pertinentia restitui [g]: aut quando ob insecutam euictionem, & uenditori prius denunciatam [h], ad totale interesse agitur [i]. Eadem est agendi Ex uendito ratio: scilicet ut intendat uenditor, rem uenditam & traditam esse (ne scilicet obstet rei non traditæ exceptio [k]) eoq; ad precium sibi dandum petat emptorem compelli, unà cum usuris à tempore moræ [l], uel quod perinde est [m], traditæ rei [n] computandis. quæ in locũ interesse quod in pecunia haberi potest, succedunt [o], unaq; cum sumptibus in re uendita post uenditionẽ factis [p], & quanti pluris uendere potuisset, nisi ab emptore deceptus uenditor esset [q]. item ut merces tollat, & interesse hoc nomine præstet [r], & quicquid aut ex natura contractus debetur, aut dictũ conuentumq; fuit expleat [s]. quo casu potest interdũ ad retractandam quoq; uenditionẽ agi, si uidelicet pacti intuitu res uendita sit [t]: sicut & cum ex lege cõmissoria, aut addictione in diẽ res repetitur [u]. Nam etsi ex natura cõtractus, actio utrinq; detur, non ad Rescindendũ, sed ad Implendum duntaxat contractũ [x]: tamẽ utilis etiam est ad eundẽ distrahendũ, cum id scilicet inter partes actũ est & conuentũ [y]: quarũ conuentio, lex est contractus [z]. Est etiã cum utriuis ultra dimidiã iusti precij æstimationẽ decepto, licet alternatiuè agere, ut aut præstetur iustum precium, siue reddatur, aut in quo contractu abeatur [a]. quæ actio à nostris, condictio ex lege solet appellari [b]. datur enim magis ex beneficio legis, quàm ex natura cõtractus, secundũ quam licet contrahentib. se inuicẽ decipere [c]. Sed hæc ultra dimidiã læsio ex cõmuni æstimatione, non pro singulari agentis affectione probanda est [d]: alioqui quamuis duplum offeratur, non tamen ad rescisionem contractus fenestra aperiri debet [e].

LOCA-

a l.5.C.eod.iunct. l.quod te.5.si cert.pet.
b l.initio.5.C.de pact. in. emp.& uend. l.fructus. 13.C.eod.tit. l.cuictis.18. §.si.de usur.
c §.cum aũt. Inst. de empt. l.secundum.de reg.iur.
d l.incendium. si cert.pet.
e l.mora.32.§.in bonæ. de usur.
f d.l.ex empt.
g l.1.§.licet. 3.de periculo & com.rei uend.
h l.qui fundũ.de contrab. empt.d.l. tenetur.6.§.1. d.l.Iulianus.
i l.si rem.6.de rei uend.
k Ferra.in for.lib.uend. ad uerb.de anno.per de Ertinam Innoc. in c.fin. de re iud. Bart. in l.1.in prin.de æden. & in l.1. §.hoc interdictum.ff.uti possidetis.
l Ferra.in d.lib.uend. in prin.l.1.2.8.de cõt.emp.
m l.licet.§ ea obligatio. de procur.
n l.Iulianus.14. §.offerri. hoc tit.
o l.cum proponas.21.C. de pac.l.fine.C.de transact.uide t.tit.de except. rei uend.
p §.perficiuntur. Inst.de donat.
q l.2.§.1.ex empt.in.h.t.
r l.3.§.1.h.t.
s l.fructus.13.C.eod.uide tamen distinctionẽ Ferra.in d.lib.uenditionis. ad uerb.fructus. Aretinum, cons.160.
t l.pen.C.eod.
u l.1.in prin.ubi Dd.l.Lucius.48.cum l.seq.h.t.
x l.quòd si nolit. §.quia assidua.de ædil.edict.l.indubitati. C.de euict.
y l.cum uenditorem. 10.l. sicut.12.C.eo.
z l.1.h.t.l.4.10.12. & passim.C.eo.
a l.1.l.Lucius.48.l.si sterilis.22.§.quamuis.h.t. uide Bart.& Dd.in l.1. hoc tit.
b §. fin.ex.de empt.
c d.l.ex empt.11.§.redhibere.h.t.t.de ædil.edict.
d gl.in l.nõ est.6.C.de rescind.uẽd.per l.precia.ad l.Fal.cũ aliis ibi all.
e l.nõ est.6.C.de rescind.uẽd.
f d.l.Iulianus.
g l.creditor.54.h.t.
h §. fin.ex.de empt.
i uide ĩ.de euictio.& C.eo.tt.
k t.t.supr.de except. rei uend.& non trad.
l l.initio.5.C.de pact.int.empt.l.fructus.13.C.eo.l.euictis.18.§.fi.de usur.
m l.Iulianus.19.§.ex uendito.in uerb.item usuræ precij post diem traditionis. nam cum re emptor fruatur, æquissimum est eum usuras precij pendere.h.t.
n l.curabit.5.C.eo.d.l euictis.§.fin.
o l.fi.sup.de pec.& con.l.cum quis.de in lit.iuran.
p d.l.Iulianus.§.præterea ex uendito.
q d.l.Iulianus.§.per contrariũ.
r l.si fundus.h.t.l.licet.de per.et com.rei uend.l.si lapides.h.t.
s l.1.l.tenetur.6.d.l.Iul.14.§.1.§.si uẽditor.§.ex uẽd.h.t.
t l.sed et Celsus.l.pac.de cõt.empt.
u l.cũ te.C.de in diẽ addic.
x l.si fundus.et t.t. de leg.com.et de in diẽ addic.l.3.et 4.C.de pac.int.emp.
y d.l.ex empto.§.is qui uina.h.t.l.si fundũ.de leg.cũ l.sed Celsus.§.si fundus.l.hæc uẽditio.§.fi.de cõtr.empt.l.cũ te.C.de pac.int.empt.
z l.1.§.si cõueniat.depos.l.ex empto.11.h.t.l.cõtractus.24.de reg.iur.
a l.2.C.de resc.uẽd.
b Salic.et Dd.in d.l.2.
c l.in causæ.17.§.pe.de min.l.4.l.si uolũtate.8.C.de resc.uẽd.
d gl.in l.nõ est.6.C.de resc.uẽd.per l.precia.ad l.Fal.cũ aliis ibi all.
e l.nõ est.6.C.de resc.uẽd.

BIU Cujas

Locati & conducti. Tit. II.

1 Continuatio tituli, à uicinitate contractuum.
2 Quid sit locare, locator, conductor.
3 Quid sit locatio.
4 Causa efficiens, consensus.
5 Materia, quæ res locari possint.
6 Forma.
7 An merces in pecunia consistere debeat.
8 De temporibus locationis.
9 Finis.
10 Adiuncta & adfinia.
11 Differentia inter uenditionem & locationem.
12 De contractu emphyteutico.
13 Quæ actiones ex hoc contractu dentur.
14 Quid ueniat in actionem locati.
15 Quando dolum, culpam, custodiam præstet conductor.
16 Quid in actionem conducti ueniat.

POst † explicatum emptionum & uenditionum tractatum, consequens est, ut de actionibus loca 1
ti & conducti uideamus. Locatio enim proxima est emptioni [a], & quasi quædam usus rei emptio, adeò ut dubitari in quibusdam soleat, emptio an locatio sit contracta [b]. Locare † autem propriè 2
est, in aliquo loco ponere. Hinc locare dicuntur, qui in agro fundóue constituunt aliquem, ad utendũ, uel habitandum: & generaliter usu obtinuit, ut locare dicerentur qui rem alteri fruendam non gratis, sed ob aliquid concedunt. Hinc locare, conducere nummos, apud Horatium: hoc est fœnori dare, & accipere. Locator itaque est, qui pro rei usu mercedem accipit: conductor, cuius ductum res sequitur, & à quo præstita mercede detinetur: quod in locatione operis faciendi cõtrà se habet. Is enim qui operas præstat, dicitur opus conduxisse: quia eius ductu tota constructio peragitur, qui dat mercedem locasse [c]. Nam in uniuersum qui dat utendum uel faciendum aliquid certa mercede, locator est: qui accipit, conductor [d]. Locatio † est contractus nominatus, in quo personarum uel rerum usus pro certa ali- 3
qua mercede conceditur: aut, locatio est personæ uel rei ad usum facta concessio pro certa mercede. Verbum usus, excludit abusum. Nam si res consumatur, ut si locetur pecunia, mutuum est, nõ locatio. Contrahitur † locatio consensu, sicuti emptio & uenditio: quoniam naturalis est, & omniũ gentium [e], 4
eoq; non solum expresso, sed etiam tacito: ut si quis post elapsum locationis tempus, patiatur inquilinum in domo manere [f]. Requiritur autem consensus in duobus ad implendum contractum: uidelicet ut primò conueniat de re quæ fruenda præstetur [g], deinde ut de certa mercede [h]. Res † omnis locari 5
potest, siue mobilis siue immobilis: nec interest propria sit an aliena [i]: quia dominiũ transferri necesse non est [k]: corporalis siue incorporalis, ut ususfructus [l]: prædiales tamen seruitutes quæ fundo debentur, locari per se nõ possunt, nisi cũ ipso fundo [m]. Rem propriam conducere nemo potest [n]. Cum enim proprium sit dominij, posse re sua uti, iniquum esset eius usus nomine cuiquam à domino mercedem præstari. Locatio † & conductio contrahi intelligitur, si de mercede conueniat [o]: sed utrum ea in pe- 6
cunia numerata consistere debeat, an uerò sufficiat alias res fungibiles loco mercedis dari, non leui de causa addubites. Pluribus † placuit nummos requiri [p]: propterea quòd I. C. dicat, nisi pecunia in- 7
terueniat, actionem præscriptis uerbis dari [q]. Sed sciendum est, ibi pecuniam species quidem excludere, complecti tamen res, quæ pondere, numero, mensura constant, ut plerunq; solet [r]. itaq; uerius est, locationis mercedem cõstitui posse uel in nummis, uel pecunia, uel partibus. Nummis, ut fit plerunq;: pecunia, ut si quis certum frumenti aut olei numerum polliceatur loco mercedis [s]: partibus, cum colonus in uicem mercedis, partem fructuum tertiam, aut dimidiam fortè promittit, qui colonus partiarius appellatur: quod tamen genus conuentionis uolunt Dd. in contractum Innominatum incidere [t]. Potest † autem locatio fieri uel in Perpetuum, uel ad Tempus [u]. sed ubi ultra decennium, uel (ut qui- 8
dam uolunt) quinquennium, fit locatio, transire solet in aliud contractus nomen [x], ut Emphyteusin, libellum, censum, &c. [y] Nam de communi nostrorum sententia, ex locatione decennali, aut longiore, semper utile dominium transfertur [z]: quod Connanus improbat [a], cum locationis ea natura sit, ut nihil iuris de dominio transferatur [b]. quare secundum hanc contractus naturam, cõtractum intelligi debet [c], nisi fuerit aliud conuentum: ut in emphyteusi [d], & publicis locationibus conuenire solet [e], item cum superficies locatur ad inædificandum [f]: nam ædificatio nõ rectè fit & commodè, nisi à domino [g]. quare cui ædificandi ius conceditur, utendæ pro arbitrio areæ ius, atq; ita utile dominium concedi uidetur. In alijs autem locationibus, etiam longis, contrà esse ex eo intelligitur, quod conductoribus etiam longissimæ possessionis adimatur præscribẽdi ius tanquã alienæ rei possessoribus [h]: idem quod prætor ex his longi temporis cõductionibus nõ indistinctè dat realem actionẽ, sed causa cognita [i]. Po- 9
test etiam fieri quoad is qui locauit, uoluerit: quæ locatio mutatione uoluntatis, aut quod perinde est, morte finitur [k]. Quòd si nullum tempus expressum sit, quamdiu durare locationem dicemus [l]? & puta- 10
uerim hoc casu in rusticis prædijs in annum factam locationem uideri, ut percipi fructus locationis queant, qui semel tantum quotannis in agris nascuntur: in urbanis tamdiu, quoad alteruter contractui renunciet [m]: quod tamen cũ aliquo interuallo & temperatione erit faciendum, ut usus rei constare conductori possit, neq; subitò migrare cogatur [n]. Finis † locationis est idẽ qui omniũ contractuum: Vt re- 9
rum usus sine alterutrius partis incommodo inter homines communicetur. Effectus ex actionibus, de quibus paulo pòst dicemus, intelligi potest. Adiuncta est huic contractui Pignoris obligatio. Inuecta † enim & illata in urbanis prædijs, tacitè pro mercede oppignorãtur: in rusticis, fructus qui ex præ- 10
dio percipiuntur [o]. qua de re dicemus inf. ad titul. in quibus causis pign. uel hypo. tacitè contrah. Cognata

a l.1.&2.b.tit.
b d.l.2.§.1.
c l.2.C.eod.l.qui insulam. 30.§.pen.l.ea.51.§.fi.b. tit. & de significatione horum uocabulorum ui de plura in titul. ad l. Rhod. de æstimat.act. de præscript.uerb. & in hoc passim. Cuiac. obser.lib.2.c.28.& lib. 4.c.26.& Inst.de loca. in prin.
d uide Cuiac, obser. lib.2. cap.28.
e l.1.b.t.
f l.item quæritur. in fi.13. cum l.seq.b.t.
g l.ex conducto.15.§.1.in fin.b.t.
h d.l.2.in prin.b.t.l.1.§.si quis seruum. 5.depos.
i l.si tibi alienam.7.b.tit.
k l.non solet.39.
l in prin. Inst.de usu & hab.l.7.de usufruct. l.si quis denum.9.§.1.
m l.locare. 44.b.t.
n l.si quis.9.§.fin.b.t.l. neq; pignus.45.de reg. iur.l.qui rem propriam. C.eo.
o d.l.2.in prin.
p gl. & Dd. in l.1.§.si quis seruum. 5. depositi. & in §.1.Inst.eod.
q d.§.si quis seruum.l.naturalis.5.§.at cum do. ff. de præscrip.uerb.
r l.fi.C.de constit.pec.l. 2. §.creditum.ut Dd.supr. si cert. pet. uide supr.ad tit.de constit.pecun.
s text.in l.si olei.C.eod.
t in l.si paciscenda. C. de pactis.
u l.1.& 2.si ager uectig.
x Cuiac.Inst.de locat. per Nou.120. quæ tamẽ tantum de Ecclesiasticis rebus, nec de locatione, sed de emphyteusi agit.
y Dd.in cl.1. de rebus Ecclesiæ non alienand. & in l.codicillis.§.Insti. de leg.11. facit d.l.1. si ager uectig. & c.1.§. donare qualiter olim feudũ alienari poterat in usibus feud.uid.Ias.in l.2. C.de iur.empt.Ferr. in for. lib.ad uerb.inuestiuit. de fi.præstat.
z gl.in l.fin. si ager uect. per l.1.§.quòd autem.de superf.Ferr.in for.lib.ad fict.præst.

Cognata

a lib.6.c.12. b l.2.C.de præsc.30.an. c l.si uno.b.t.l.4.de usur.Iac.in tract.fer. in uerb.ita quod etiam ipsi.nu.1.l. ex empto.11.de act.empt.Ias.in l.ult.nu.29.C.de iur.emph.Cor.cons.390.pluries.in prin.part.3.Soc.cons.19.nu.6.uol.1.
d d.Nou.120.de alien.& empt. e d.l.fi.si ag.uect.t.t.de loc.pub.fruen. f d.l.1.de superf. g §.cum autem.Inst.de rer.diuis. h l.2.C.de præscrip.30.ann. i d.l.1.§.quòd autem.de superf. k l.4.b.t. l l.item quæritur.13.§.fi.b.t. m l.in commodato.17.§.sicut supr.commodati.
n l.si in lege.27.§.1.hoc tit.

BIU Cujas

11 gnata huic contractui est emptio & uenditio [a], etiamsi quibusdam differat. Nam † primò in emptione transfertur dominium rei in perpetuum: in locatione, usus tantum: idq; ad tempus, dominio non mutato [b], imò ne possessione quidem [c]. Deinde periculum rei pertinet ad emptorem, non uerò ad conductorem [d]. Tertiò, emptio precium in nummis requirit: locatio, mercede pecuniæ contenta est. Quartò, quædam uendi possunt, non locari, ut ius seruitutis: quædam locari, non uendi, ut res alienari prohibi-
12 tæ. Reliquas differentias uidere licet apud Dd. in princ. Instit. eo. Est † etiam omnino consimilis huic contractus emphyteuticus & libellarius. Differunt tamen in paucis, ut notatur à Iaſ. & alijs [e]. Pugnat cum hoc nimia inæqualitas mercedis, ut si uno nummo fiat locatio [f], aut ultra dimidiam iusti precij sit deceptio [g]: quanquam alioqui pluris, minorisue locare aut conducere licet, ut & emere [h]: item error
13 in re & mercede [i], & dolus malus [k]: quæ omnia conuentionem hanc uitiant. Oritur † autem duplex hinc actio, locati, & conducti: quarum illa locatori, hæc conductori competit. utraq; bonæ fidei est [l]: & in hæredem transitoria [m] (quamuis iure Sax. non tamen usitato, locatio hæredem nihil obliget [n]:) non
14 etiam in singulare successorem [o]. In † actionem locati uenit persecutio mercedis. etsi enim inquilinus in solutione cessans post biennium etiamsi aliter pactum sit, licitè expellitur [p], nihilo tamen minus potest mercedem suo tempore locator exigere [q]: sed quo tempore, quæstionis est. Et quidem si nõ in annos singulos, sed certo tempore res certa locata est, finito locationis tẽpore: quia dies semper pro debitore est [r]: sin in annos singulos, exacto anno [s]. idq; seruatur consuetudine quæ attendenda est [t]. Qui uerò opus conduxit faciendũ, si pro toto opere pecuniam stipulatus est, nõ nisi opere perfecto & probato petere mercedem potest. Secus si ad mensuram uel in dies pensio promissa sit [u]: qua de re plura Dd. disputant [x]. Petitur autẽ merces unà cum usuris post moram [y]. Deinde & damna hoc iudicio pe-
15 tuntur, quæ culpa conductoris contracta sunt [z]. Vt † si fortè res facta sit deterior [a], aut incẽdio non fortuito corrupta [b]. uti enim re sicut bonus paterfamiliâs [c], & dolum atq; culpam præstare debet [d], etiam eorum quos induxit si in inducendis culpam admisit [e]: atq; adeò inimicorum suorum, si eius odio rem fecerint deteriorem [f]. In hoc iudicium & illud uenit quod cõtra legem locationis factum est: quia culpa est contra pacta uenire [g]. Imperitia quoq; artificis, culpæ adnumeratur [h]. Custodia etiam & leuiss. culpa non ex natura locationis, sed ratione circumstantiarum aut pactionum interdum præstanda est: ut ab ijs qui pro custodia mercedem accipiunt [i], uel si res natura sua exactissimam diligentiam requirat [k]. Item à sarcinatore, & fullone, & cæteris, qui tanquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, custodiendis, reficiendisue quæstum faciunt [l]. Agitur etiam ad id quod interest, si ante finitum locationis tempus sine causa rem conductor deserat [m]. Item in hoc, ut exacto locationis tempore res reddatur [n]. Quo casu contra non restituentem iuratur in litem [o]. Nonnunquã etiam ante finitum tempus, si uidelicet dominus noua necessitate coactus, re sua opus habeat, uel inquilinus ea abutatur [p]. Cõduc-
16 tor † agit in hoc, ut sibi liceat re locata uti, aut soluatur id quod interest [q]: ut reficiat locator domũ, aut mercedem pro rata temporis, quo uti nequit, remittat [r]: ut præstet damna uitio rei locatæ contracta, si facilè sciri uitium potuit, & ad certum usum res quasi ab artifice locata est: ut si uas uitiosum à uietore locetur. secus si lateat uitium, ita ut prudentiss. fallat: nec in ea locanda artificium suum, quasi rei bonæ & integræ locator profiteatur. ut si ager conductus herbas noxias ferat [s]. item in hoc agit ut propter interitum rei, aut sterilitatem fructuum labe aliqua contractam, uel incendium, aut aliud impedimentum usus rei merces remittatur pro rata temporis, quo usus conductor non est [t]. Cum enim ob usum rei illa præstetur, æquum est ut qui uti ea nequit, illi pensionis fiat remissio.

[a] l.1.& 2.h.t.
[b] l.conuenit.65.ff.de contrab. empt. d.l. non solet.39.h.t.
[c] l. complures. 60. in fin. principij. h.t. l. 2. C. de præsc.30.ann.
[d] l.si quis fundum. 9. §. si colonis. 3. cum seq. l. ex conducto.15. §. 1. l. si merces.25. §. uis maior. 5. h.t.
[e] in l.1.& 2. C. de iur. emphyt.
[f] l.si quis.46.h.t.
[g] Dd. in l.2. C. de rescind. uend.
[h] l. item si precio. 22. §. fi. cum l. seq. h.t.
[i] l.si decem.45.h.t.
[k] l. cum in plures. 60. §. mand.4.
[l] l.quæro.54.h.t.
[m] l.sed addes. §. ex conducto. pen. l. uiam. C. eod.
[n] Fachs. diff.2. Rhein. dif. 12. per artic.77. lib.3.
[o] l.qui fundum.32.h.t.
[p] d.l.quæro.53. §. inter. l. l. cum domini.56. l. pen. h.t.
[q] l.legem. C. eod.
[r] l.qui hoc ann.42. de uer. obl. §. omnis. Instit. eo.
[s] text. in l.1. §. si pensio. in uerbis nondum debeatur. ff. de migrando.
[t] l.circa. C. eo.
[u] l.qui insulam.39. §. pen. h.t.
[x] in l.3. C. eo.
[y] d.l. quæro. l. præses. C. eod.
[z] l.si uulnerauerit.42.h.t. Paul. l.2. tit.18.

De æstimatoria. Tit. III.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ex duplicibus contractibus dari actionem præscriptis uerbis.*
3 *Ex qua causa detur æstimatoria.*
4 *Actionem hanc esse ciuilem & bonæ fidei.*
5 *Cuius sit in hoc contractu periculum.*

[a] l.uideamus.11. §. 1.
[b] d.l.si quis. §. si colonis.3.
[c] l.si merces.25. §. conductor.3.

1 ET hæc † quidem de cõtractibus Nominatis, & quæ inde prodeunt iudicijs ordinarijs. Sed † quia
2 natura comparatum est, ut plura sint negocia quàm rerum uocabula, hoc est, agendi formulæ [a]: euenit nonnunquam ut cessantibus proditis ac uulgaribus iudicijs, descendendum sit ad ea quæ sunt in factum generalibus uerbis præscripta, prout cuiusq; facti natura exigit [b]: quod fit uel cum negocium tam ambiguum & multiplex est, ut nescias ad quam contractus speciem sit referendum [c]: uel cum patet quidem & apparet quale sit, sed redigi ad ordinem contractuum nominatorum nequit [d]. Prioris generis est, cum res Æstimata uendenda datur. Hìc enim probabiliter dubitari potest, utrum ex uendito sit actio propter æstimationem, quæ loco precij est, & uenditionem inducit [e]: an ex locato, quasi rem
3 uendendam locasse uideatur, an uerò mandati non interueniente mercede. Itaq; † tollendæ dubitationis gratia, & ne ineptam proponendo actionem periclitaretur actor, æstimatoriam præscriptis uer-
4 bis actionem dare uisum est: quæ † præscriptis aptè uerbis ad quodlibet negocium accommodaretur: ea ciuilis est, quia negocium ciuile unde datur gestum est, & quidem bona fide: quare omnia hîc locum habebunt, quæ in bonæ fidei iudicijs [f]. Hæc actio Vtilis est, etiamsi merces interuenit [g]. nã etsi merces
5 pro opera constituta soleat locationem inducere [h]: tamen quia hìc æstimatio rei quæ uenditionem facit [i], adiuncta est, uisum fuit potius esse, ut æstimatoria actio proponatur. Nam † hanc speciem à locatione recedere uel inde apparet, quòd æstimatio periculũ faciat eius qui suscepit: perinde atq; re uendita,

[d] l.5. ff. de præsc. uer.
[e] l. plerunq; 11. §. si tamen. l. quoties. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eo. Paul. lib.2. tit.4.
[f] l.j.h.t.
[g] l.2.h.t.
[h] l.j sup. mandati. l. rogasti.21. in fi. ff. de præsc. uerb.
[i] l. plerunq; 10. cum ll. seqq. de iur. dot. l. 2. §. ult. ff. pro empto.

eo. d.l.uideamus. §. pen. o l.si cui.48.h.t. p d.l.quæro. §. inter. l.3. C. eo. q l.7.8.9.h.t. r l. ex conducto.15. l. habitatores.27. s l. sed addes. 19. §. si quis dolia.1.h.t. t d.l.si quis. §. Imperator. d.l. ex conducto. §. si uis. & §. ubicunq;. d. l. si merces. §. uis maior. a l.4. de præsc. uer. b l.j. ff. de præsc. uer. c ut in l.1. ff. de præsc. uerb. d l.5. ff. de præsc. uer. e l. plerunq; 11. §. si tamen. l. quoties. ff. de iure dotium. l. quoties. C. eo. Paul. lib.2. tit.4. f l.j.h.t. g l.2.h.t. h l.j sup. mandati. l. rogasti.21. in fi. ff. de præsc. uerb. i l. plerunq; 10. cum ll. seqq. de iur. dot. l. 2. §. ult. ff. pro empto.

BIU Cujas

dita [a], quod non est in locato & conducto. Si tamen res æstimata daretur uendenda, ita ut aut illa, aut precium (non certum, sed iustum, quod nomine precij absolutè posito significatur [b]) redderetur: hoc casu quia nullo certo definito precio, uenditio per incertam æstimationem non potuit perfici, neq; periculum transire quasi in emptorem, adhibenda erit alia distinctio [c].

a l. æstimatæ. 1. soluto matri. l. quòd si per eam. d. l. plerunq;. infr. de iur. dotium.
b l. non dubium. de lega. 3.
c l. si gratuitã. 18. §. si margaritas. 1. infr. de præscrip. uerb.

De rerum permutatione. Tit. IV.

1 Permutatio quare contractus innominatus.
2 Affinitas huius contractus cum uenditione.
3 Differentia 1. inter hos contractus, à forma.
4 Differentia 2. ab effectu & præstationibus.
5 Explicatio L. 1. quæ illas differentias tradit.
6 Ex permutatione propriè oriri actionem præscriptis uerbis.
7 Quando detur condictio.
8 Differentia tertia, à causa efficiente: & quomodo contrahatur permutatio.
9 Explicatio uers. ultimi L. 1.
10 Methodica summa, de rerum permutatione.

HVius † generis est etiam Permutatio, qui contractus iurisgentium perhibetur uetustissimus, innominatus tamen, utpote generalis, & omnia in se commercia includens. Res enim rebus permutare, omnibus conuentionibus tam nominatis quàm innominatis est commune, ut permutatio nequeat ad certam speciem nomenq; contractus reduci: quanquam fuit apud ueteres dubitatũ, an hoc placitum idem cum emptione esset [a]. Videtur † enim uenditio esse [b], quia pro precio res datur, & id agitur ut dominium hinc inde transferatur, aut paretur usucapiendi conditio [c]: & utrinq; debetur euictio [d], ac bonæ inde fidei actio existit [e]: quæ omnia sunt emptioni & uenditioni consentanea. Et huius sententiæ Sabinum & Cassium fuisse accepimus, sed Nerua & Proculus aliud esse permutationem, aliud emptionẽ existimauerunt, quia multis modis hos cõtractus inter se differre palàm est. Nam † primò differunt forma: in uenditione enim aliud est uendere, aliud emere: alius emptor, alius uenditor: aliud precium, aliud merx. At hanc formam non habet permutatio: in qua discernere nequeas, quis sit emptor, quis uenditor, quid precium, qui merx [f]. Secundò † effectu & præstationibus. Emptor enim cogitur facere nummos accipientis, uenditor rem dare non cogitur, sed satisfacit tradendo rem cum euictionis cautione. Itaq; si res euicta non sit, nihil debet. In permutatione uerò si ponas utramq; rem haberi pro precio, uterq; emptoris instar erit: unde sequetur, rem fieri accipientis utrinq; oportere: sin pro merce, quia uterq; personam uenditoris repræsentabit, neutrius fieri rem necesse fuerit: quod quidem longè abhorret à natura huius contractus: itaq; neutrum horum est in permutatione. Nam † cum precium sit quo aliud æstimatur, merx uerò res ipsa æstimata: non potest in permutatione inueniri, quid pro merce, quid loco precij sit habendum. Absurdum autem foret, utramque rem esse, aut mercem aut precium: cùm natura rerum non patiatur, ut una res & uæneat, & precium sit emptionis. Quod † cum ita sit, non hîc obtinent præstationes, in uenditione receptæ: sed si ea res quam accepe-
rim, postea euincatur, in factum agere debeo ad id quod interest: quæ propria est permutationis actio, daturq; ex contractu, quem ego & à mea parte perfici, & perfectum esse uolo: nec potest obijcere aduersarius, quasi contractus sit imperfectus, cum in ipso absolutam uim & obligationem acceperit, in quem dominium rei meæ transtuli [g]. Itaque quod ad ipsum attinet, consummatus est contractus, cum ei dederim quod erat conuentũ. Planè † quia in me perfecta non est permutatio (ea enim rei datione cõpletur) cum euicta mihi res sit tradita, possum iure meo uti, & rem meam repetere, quasi causa non secuta, propter quam data est [h]: quia tibi eam relinquere non sum obligatus, cùm nullius rei datione contractum à tua parte impleueris, neq; me obligaris [i]. Nam † etsi emptio nuda consentientium uoluntate contrahitur, tamen permutatio ex re tantum tradita dataq;, initium obligationi præbet: alioqui si res tradita non sit, nudo consensu constitui obligationem dicemus: quod in his duntaxat receptum est, quæ nomen suum habent, ut in emptione, conductione, mandato, &c. Permutatio autem istiusmodi, nomine & forma speciali aut ciuili caret, & in generali contractuũ nomine consistit, ideoq; non consensu, sed rei datione perficitur: eaq; tertia est à causa efficiente desumpta, horum cõtractuum differentia. Quare † rectè Pædius ait, alienam rem dantem, nullam contrahere permutationem, in hoc ut sibi alterum obliget. Igitur si ego alienam rem tibi tradidero, & tu contrà rem tibi tradere nolis, non utiq; in hoc agam, quod interest mea illã rem accepisse, de qua conuenit. Nec enim donatione rei, quæ requirit dominij translationem [k], te mihi obligaui, ut ex permutatione actio dari possit, cum rem non fecerim tuam [l]: sed ut res tradita contrà nobis reddatur, condictioni locus erit, quasi re non secuta [m]. Quod cum ita sit, liquet, ex hoc contractu, qui nullum habet certum nomen, nullam oriri certam actionem, ut ex empto, locato, &c. Sed recurrendum esse, aut ad iudicium præscriptis uerbis, cõtractu à tua parte impleto, aut ad condictionem causa data, causa non secuta, si rei datione necdum alterũ tibi obligasti. Est † igitur, ut de explicatione legum huius tituli modò facta intelligi potest, permutatio cõmercium [n], contractus [o], seu (ut Impp. appellant) placitum [p] uel conuentio [q] iurisgentium [r] innominata [s], similis emptioni [t], eoq; bonæ fidei [u], qua species rerum certæ cum speciebus cõmutantur [x]. Dico species. nam si genus cum genere, aut cum specie commutetur, non est propriè permutatio, sed magis cõtractus innominatus, do ut des [y]: qui à permutatione distat, quia ex hac actio bonæ fidei oritur, ex illo nequaquam [z]. Vt enim in emptione merx & precium certum esse debet [a], ita & in permutatione quæ huic comparatur, certæ res indiuiduæ. Partes huius contractus possunt dici species rerum, consensus & traditio, ac nonnunquã stipulatio [b]. Genera uaria, ut diuisio, transactio, do ut des: deniq; omnes contractus, ἰρπλάτα commercio permutationis comprehenduntur: sed in specie una tantum est permutatio, scilicet cùm certa res pro re certa commutatur [c]. Causa efficiens, est ius gentium, consensus, & rerũ traditio. Permutare autem possunt, qui alias contrahere. Materia, sunt certę rerum species, non genus,

neque

g l. j. l. rebus. l. fi. C. eo.
h l. j. in fi. b. t. l. 4. l. pen. C. eod.
i l. 3. C. eod.
k l. fin. ubi Iaſ. de cond. cauſ. dat.
l d. l. 3. C. eod.
m d. l. j. in fi.
n l. 5. de iuſt. & iur. Cuiac. ad Vlp. tit. 19.
o l. j. b. t.
p l. 3. 4. C. eod.
q l. fin. C. eod.
r l. j. de cont. emp. l. j. b. t.
s l. j. b. t. & traditur in l. iurisgentiũ. 7. de pact.
t l. 2. C. eod. l. j. de contra. empt.
u d. l. 2. C. eod.
x l. j. b. t. l. emptionẽ. 7. l. 1. 2. 3. 4. & t. t. C. eod.
y l. j. ubi gl. & Dd. hoc t. Iaſ. in l. 2. in princ. nu. 7. ſi cer. petat. uide gl. opt. in l. j. C. eod.
z Iaſ. in d. l. 2. nu. 8. & in l. j. num. 10. b. t.
a uide ſ. de contr. empt.
b l. 3. C. eod.
c uide gl. in l. j. C. eod.

BIU Cujas

neq; precium. Forma, ut aut traditione aut ſtipulatione fiat [a]. Finis, ut cum tu habeas quod ego deſiderem, uiciſsim ego habeam quod tu accipere uelis, fiat utrinq; commutatio rerum, ac quod cuiq; utile & opportunum eſt, quæratur [b]. Effectus idem ferè qui emptionis [c]. nam ex permutatione peræquè atq; ex uenditione, paratur uſucapiendi conditio [d], præſtatur euictio [e], & animantium ſanitas [f]: ac ſit ob uitia redhibitio [g]. Item oritur ex contractu permutationis, actio bonæ fidei [h], præſcriptis uerbis [i]: qua ad exemplũ actionis empti [k], agi poteſt aut ut impleatur quod promiſſum eſt [l], aut id quod intereſt præſtetur [m]: quo reſpectu incerti actio dicitur [n]: quanquam & condici res quæ data eſt, quaſi re nõ ſecuta [o], & adiecta ſtipulatione, ut forè ſit, ex ſtipulatu agi poteſt [p]. Nam aut ex ſtipulatione, aut à traditione, nõ etiam de cõſenſu uim omnem & effectum hic cõtractus trahit & mutuatur, ut paulo antè eſt expoſitũ.

a l.cum pater. 79. §. hæreditatem. de legat. 2.
b l. j. in prin. de pact.
c l. 2. ubi gl. C. eo. l. 2. h. t.
d l. 4. §. de illo. de rer. permutat.
e d. l. j. C. eod. gl. in l. 2. C. eod.
f l. 2. h. t.
g l. ſciendum. §. pen. de ædil. edic. gl. in d. l. 2.
h §. actionũ. Inſt. de actio. Iaſ. in l. 2. in prin. nu. 8. ſi cert. petat.
i l. 4. l. fi. l. rebus. 6. C. eo.
k l. j. C. eod.
l l. 4. l. ult. C. eo.
m l. j. C. eod.
n Cuiac. obſ. lib. 4. c. 7.
o l. j. 4. 5. 7. C. eod.
p l. 3. 4. 7. C. eod.

De præſcriptis uerbis. Tit. V.

1 *Continuatio, & quare hi contractus ſint innominati.*
2 *Genera 4. contractuum innominatorum.*
3 *Do ut des.*
4 *Do ut facias.*
5 *Facio ut des.*
6 *Facio, ut facias.*
7 *Qualis ſit hæc actio.*
8 *Actionem in factum ab hac longè abeſſe.*

1 SEcundo † loco dixi [a], actionem præſcriptis uerbis dari, quoties contractus exiſtunt: quorum appellationes nullæ iure ciuili ſunt proditæ [b]. Hi enim, quamuis nomẽ & formam ſpecialem non habent: tamen quia nuda pacta non ſunt, quæ nullius mutuæ obligationis uinculo colligantur, ſed habent in ſe συμπλεγμα, & negocium aliquod ciuile, nempe rerũ commercium, ciuilem etiam actionem producant neceſſe eſt [c]. Quæ quia non poteſt ad certam aliquam formam accommodari, cum ipſa negocia unde oritur, uaria ſint & incerta, præſcriptis in factũ quodlibet uerbis à prætore informatur. So-
2 lent † autem iſtiuſmodi contractus ad quatuor ferè genera redigi: aut enim do ut des, aut do ut facias,
3 aut facio ut des, aut facio ut facias. Si do † tibi rem, ut contrà rem accipiam, cùm non placeat permutationem rerum emptionem eſſe, naſcitur ciuilis obligatio innominata: indeq; actio præſcriptis uerbis oritur, qua agitur non in id, ut reddas quod accepiſti (condictio enim non datur ex contractu, ad contractum reſcindendum) ſed ut damneris mihi, quanti intereſt mea illud de quo conuenit, accipere. Sanè ex alio capite, quod antequam dederis, tibi obligatus non ſum: ſi meum recipere uelim, condicere poſſum, quaſi re non ſecuta: itaq; periculum eius rei quam dare debes, ad me pertinet, quod quidem ad actionẽ præſcriptis uerbis attinet [d]. Quia cum ſis debitor ſpeciei, interitu eius liberarêre [e]. Sed quo-
4 niam pœnitere poſſum antequã ullius rei datione me tibi obligaſti, nihilominus condicam meam rem quaſi ob cauſam datam, cauſa non ſecuta [f]. At † cum do ut facias, ſi tale ſit factum quod locari ſolet, puta ut tabulas pingas, pecunia data locatio erit: ſi res ſit, quæ mercedis loco datur, non erit locatio, ſed naſcetur uel ciuilis actio in id quod mea intereſt, uel ad repetendum condictio, ſicut in ſuperiore caſu: idemq; iuris eſt, etiam pecunia data: ſi tale eſt factum quod locari non poteſt: quia uſum fruitionis non recipiat: puta, ut ſeruum manumittas. Sed ſi ſeruum tibi dedi, ut tuum manumitteres, & manumiſiſti, & is quem dedi euictus ſit: ſi ſciens dedi, de dolo teneor propter fraudem, ut Iulianus uoluit: non enim uidebatur ciuile eſſe negocium quod fraudulenter geſtum eſſet. Sin ignorãs præſcriptis in factum uerbis, ciuilem putat I. C. dandam: quia manumittendo, me ciuiliter ad dandum obligaſti [g]. Quòd ſi dubitetur ſciens an ignorans dederim, exiſtimabat hoc caſu Iulianus, non poſſe ciuili actione agi, quòd dubitaretur quæ nam danda eſſet: utrum præſcriptis uerbis, an uerò de dolo prætoria: itaq; in factũ actionem ſubſidiariam à prætore concedendam: in quo meritò reprehenſus eſt à Martiano, cum & hoc caſu ſufficiat præſcriptis uerbis ex ciuili obligatione actio. Humanius eſt enim in dubio præſumi ciuiliter,
5 & bona fide potius quàm dolo malo negocium eſſe geſtum [h]. Atq; † hæc quidem interpretatio quibuſdam placet: de qua alio loco quia diximus, non eſt opus hîc eadem inculcare [i]. Explicatus eſt articulus, do ut facias. Quòd ſi faciam ut des, & poſtquã feci, ceſſes dare, nulla erit ciuilis actio [k]: quia nulla ſubeſt obligatio, quæ formam ciuilis contractus habeat: & ideo de dolo ſubſidiaria dabitur. Nec enim negocium hoc cõgruit emptioni, ut in do ut des: nec locationi, ut in do ut facias: nec alij cuipiam ciuili contractui ſimile eſt, ad cuius formam actio præſcriptis uerbis accommodetur [l]. Deinde ex facto non perinde mihi obligaris, atq; ex datione: quia fieri poteſt, ut ex facto meo nihil ad te perueniat: uerbi gratia, ſi ſeruum meum manumittam ut mihi des decem, hîc conſtat nihil ad te commodi ex libertatis datione redire, quo mihi ciuiliter obligeris: de qua ſpecie loqui I. C. exemplum manumiſsionis paulo antè poſitum, oſtendit. Quod cũ ita ſit, ad euitandas has decipulas, & in omnem euentum placuit hoc caſu de dolo actionem dari. Etenim in dolo es, qui ceſſas fraudulẽter in dando, poſtquam ego feci [m]. Nec
6 hoc pugnat cum edicto de dolo [n], quoniam in dubijs caſibus dantur ad præcidendas lites ſubſidiariæ actiones, quæ in certis nõ darentur [o]: idq; de actione doli traditur [p]. Donellus nullam actionem hic interpretatur de condictione, de qua tamẽ non ultimo loco egerat Paulus, ſed de præſcriptis uerbis actione. Deinde actio de dolo non datur, quoties alia quauis actione etiam ab alio res ſeruari poteſt [q]. Sed hæc maioris ſunt diſputationis quàm hic pluribus perſequitur Donellus, unde ſtudioſi petãt. Quòd † ſi facio ut facias, quia utrinq; æqualia præſtãtur, nempe facta, formam res habet ciuilis negocij, cùm propter æqualitatem, quæ iuris ciuilis propria eſt, tum quia ſimile eſt negocium mandato: ut, uerbi gratia, ſi conuenit, ut ego à tuo debitore Carthagine, tu à meo Romæ exigas: itaq; actio oritur præſcriptis uerbis mandati conſimilis [r]. Et ad hæc quidem quatuor genera ferè reduci contractus innominati omnes
7 poſſunt. Sed † tamen quia plura ſunt negocia quàm rerum uocabula [s], fit ut exiſtant interdum contractus, qui nec in hæc quidem genera cadant, & tamen habeant cauſam obligationis ciuilem propter
8 συμπλεγμα. Cuiuſmodi † ſpecies in hoc titulo plurimas inuenire licet, quibus ex omnibus præſcriptis

q l. 1. §. ult. l. 3. l. 4. de dolo mal.
r l. naturalis. §. ſed ſi facio.
s d. l. 4. h. t.

BIU Cujas

uerbis est agendum [a]: quæ actio, utpote ex ciuili obligatione manans, ciuilis est, & similis ordinariarũ; præterquam quòd non certis formulis concepta est, sed tanquam Lesbia regula ad quælibet facta accommodatur: eaq; sic agitur, ut nullum certum actionis genus aut nomen in libello exprimatur. Ab hac † autem longè distat actio in factum Prætoria, quæ deficiente obligatione, & causa ciuili, aut uerbis legis, ex æquitate à prætore datur [b]. nam hæc planè subsidiaria est, ut alijs ciuilibus extantibus nequaquam detur [c]: cuiusmodi sunt ferè omnia prætorum remedia [d]. Præscriptis autem uerbis actio cum sit ciuilis, etiam ciuili ordinariæ actioni adiungi, & cum ea concurrere potest, ut multis ll. apertissimè comprobatur [e]. 9

a l.j.b.t.
b l.quia actionum.u.l. quoties.21.b.t.
c d.l.quoties.
d l.& eleganter.§.non solùm.cum seqq.ẽ.de dolo malo.l.in causis.2.ẽ.de minoribus.
e l.Labeo.ẽ.de contrah. empt.l.si conuenerit.ẽ. communi diuidundo. l. si conuenerit.ẽ. de rescin.uenditio.

DIGEST. PARS IV.

LIBER XX.

De pignoribus. Tit. I.

1 Continuatio tituli.
2 Diuisio materiæ de pignoribus.
3 Quid inter pignus & hypothecam intersit: & quid sint, & species.
4 Quomodo contrahatur.
5 De pactis pignorum & antichresi.

EXPOSITIS † contractuum omnium, quibus in creditum itur, generibus, & actionibus quę inde proficiscuntur, absolutis: uidendum nunc est de his quæ contractibus accedere, adiungiq; solent. Ea autem pertinent aut ad securitatem contractus, ut pignora: aut ad implementum, ut Ædilitium edictum, euictio, usuræ: aut ad probationem, ut testes & instrumenta: de quibus singulis restat ut dispiciamus. De † pignoribus hæc iusto ordine isto libro tractantur. 1 2

Quomodo contrahantur [a].
Quibus de rebus [b].
Quem habeant effectum [c].
Quomodo soluantur [d].

Inter † pignus & hypothecam, quod ad usum attinet, tantum nominis sonus differt [e]: alterum enim Græcum, alterum Latinum uocabulum est. Quare statutum quod de pignore loquitur, etiam in hypotheca obtinebit, & econtrario [f]. Sed si proprietates uerborum exactè limare uolumus, pignus à pugno Latinis dicitur, quòd traditur quasi de manu in manum creditori: hypotheca uerò quicquid supponitur obligationi, manente apud debitorem possessione [g]. Pignus autem dicitur tam ipsa res quæ pignori obligata est [h], quàm ius quod creditor in pignore habet [i]. Propriè tamẽ pignus est ius reale, quo creditor nomine eius quod sibi debetur, rem obligatam tenet: quanquam & ipse contractus quo res creditori obligatur, pignus etiã dici possit [k]. Pignoris autem tres uulgò ponuntur species. Est enim quoddam pignus prætorium [l], quod prætor decreta missione, possessioneq́ue bonorum inducit: quoddam iudiciale, captis à iudice pro re iudicata pignoribus [m]: quod tamen superiori rectè includi potest [n]: quoddam conuentionale, quod consensu & conuentione constituitur [o]. Est etiam quædam hypotheca generalis, uidelicet omnium bonorum: quædam specialis, uidelicet unius rei: item quædam expressa, quædam tacita [p]. Loquimur autem hîc de pignore cõuentionali & expresso, quod contractibus accedit, nec modò rei traditione, uerumetiam consensu & nuda uoluntate contrahitur [q]: quanquam iure Sax. in hypotheca rerum immobilium constituenda authoritas iudicis requiri uideatur [r]. Neq; † ad rem pertinet quibus uerbis fiat, sicuti tralaticium est, in his obligationibus quæ consensu contrahuntur: & ideo etiam sine scriptura, si probari potest cõuenisse, ut hypotheca sit, res erit obligata [s]: pactiones etiam, diemq́; ac conditionẽ, hic contractus recipit [t]: ut † cum conuenit, uti creditor fructus (quos alioqui non lucratur, sed sorti imputat [u]) aut aliud quid supra sortem, pro usu pecuniæ quam debitori promittit, percipiat [x]. Quæ species ἀντίχρησις uocatur [y]: neque semper & indistinctè usuraria est [z]. Sanè pactum legis commissoriæ in pignoribus improbatur: tale scilicet, ut nisi certa die pecunia soluatur, res oppignorata in commissum cadat, addicaturq́; creditori. Cum enim id oneris egentibus & necessitate circumuentis debitoribus multo grauius ac perniciosius accidat quàm ulla usura, meritò ac iure fit, ut hinc procul amoueatur & exterminetur *. 3 4 5

a hoc tit.& seqq.
b tit.3.
c tit.4.& 5.
d tit.6.
e l.5.in fin.
f Neguzan. in tract. pig. part.j.nu. 8.& 9. contra Bart. in l. si rem.§. proprie.de pig. act.
g §. item Seruiana.in fin. Inst.de actio.l.si rem.§. 1.de pigno.actio.l.plebs est,237.§.fi.de uerb.sig.
h tot.tit.de distract.pig.
i t.t.quæ res pig. oblig. et qui pot.in pig. hab.
k l.j.§.fi. uerb. in pignus. de pact.
l tot.t.C.de prætor.pig.
m l.à diuo Pio.15. de re iu. t.t.C.de bon.Auth. iud. poss.
n Cuiac.in l.pe.pro empt. & lib.obs.5.c.30.ut feci sup.de pig.act.
o l.j.de pign.act.uide Iaſ. in §. item Seruiana. in prin.Inst.de act. Neguzan.in tract.pig.par.3.
p l.2.3. 4. de pact.
q l.j.sup.de pig.actio.
r Reinh.diff.23. per art. 30.lib.2.
s l.4.b.t.
t l.si conuenerit. 4. suprà de pign.actio.
u l.j.C.de distract.pign.l. 1.& 2.C.de pign,actio. l.si dominũ. C. de pign.
x l.j.§.pacto. h.t.l.si ea lege.C.de usuris.
y l.si is.11.§.1.h.t.l. si pecuniam.33.ẽ.de pig.actio. uide Cuiac.lib.3.cap.35.
z d.l.si ea lege.17. C.de usur.uide Molin. in trac. usur.quæst.32. Cuic.lib. 8.c.17.gl.num.5. Land. lib.1.art,54.Neguz.in.tra.pig.in 5.memb.5.partis.num.10.cum seqq.

In quibus causis pignus uel hypotheca TACITE CONTRAHATVR. TIT. II.

1 Tacitum pignus contrahit in mutuo refectionis.
2 In inuectis & illatis in prædium urbanum, non rusticum.
3 In renouata locatione.
4 Ratione personæ creditoris, ut pupilli, fisci, &c.
5 Ciuitates & inferiores principes non habere ius fisci.
6 Differentia inter expressam hypothecam & tacitam.

QVia † uerò tacito quoq; consensu conuentiones fiunt [a], fit ut non modò expressa uoluntate, sed in quibusdam etiam causis tacitè pignus contrahatur. Nam in primis quo plures essent, qui ad refectionem ædium quas refici publicè interest, mutuò darent, S. C. pignus insulæ, ei qui ad eã ædifican- 1

* l.fi.C.de pact.pignor. a l.2.& 3.sup. de pactis.

BIU Cujas

2 ædificandam credidisset, datum est [a]. Sed † & inuecta & illata in prædium urbanũ, propensione clàm obligantur: quod primò moris fuit, postea ius factum est [b]. In rusticis prædijs contrà seruatur [c]: quia sufficit in ijs fructus teneri [d]: nisi uoluntate, hoc est, ex conuentione aliqua iure pignoris inferantur [e]: 3 quod alibi uoluit Imperator [f]. Sed † & tacitæ locationi cohæret pignoris renouatio [g]. Item & rei oppignoratæ fructus extantes, quamuis id apertè non sit expressum, pactione tamen subintellecta pignori 4 creduntur inesse [h]. Fauor insuper creditoris facit nonnunquam locum pignori legali. Sic † pupillus hypothecam habet in bonis tutoris [i], uxor in mariti [k], sponsa in sponsi [l], adulti scilicet ætate, non minoris [m] (huius enim bona, dotis nomine non obligari, plerique contendunt:) quæ hypotheca non modò pro dote intelligitur cõtracta [n], sed etiam nomine alimentorum, ac bonorum paraphernalium: quamuis reliqua priuilegia dotis, in his locum non habeant [o]. In bonis tamen mariti, duntaxat allodialibus, ea mulieri hypotheca datur, non etiam in feudalibus [p]. Eandem hypothecam tacitam habet & pupillus in bonis protutoris [q], minor in patrimonio curatoris [r], fiscus in bonis administratorum suorum [s], uel debitorum [t]: filius respectu maternorũ bonorum & hæreditatis, in re patris qui illa administrat [u]. 5 Ciuitates † non habent, nisi in bonis suorum administratorum [x], aut ex priuilegio Principis [y]: quia loco priuatorum sunt [z]: unde arguunt quidam, Duces, Marchiones, & Comites Imperatori subiectos priuilegia Fisci imperatorij non habere, nisi præscripserint, aut à Cæsare impetrarint. Pleriq; tamen aiunt, non modò hos, sed etiam ciuitates quasq; quæ merum imperium habent, moribus ius fisci usurpare [a]: 6 quamuis superiorem recognoscant [b]. Est autem differentia taciti pignoris & expressi. Res † ex cõuentione expressim obligatæ alienari nequeunt, nisi cum suo onere [c]. Quæ uerò secreto nexu tenentur, liberè alienari possunt antequam præcluduntur, hoc est, ut uulgò nũc dicunt, arrestantur [d]: tacitũ enim pignus generale est, & omnia complectitur bona. Generalis autem pignoris obligatio alienationem non impedit [e]. Illud ultimò sciendum, per expressum pignus non tolli tacitum, aut contrà [f].

a l.j.h.t.l.si uenter. 8.§.1. de priuil.creditor. 25. 5. si certum petatur.
b l.2.cum multis seqq.h.t. l.4.5.de pactis.l.ult. C. eod.
c l.4.h.t.
d l.in prædijs.h.t.
e tot.t.de Sal. interd.
f l.certi iuris.C.de loca. & cond.
g l.item.13.§. qui impleto. 10.sup.loca.
h l.3.C.eod.
i l.pen.C. eod.l. pro officio.C.de admin.tuto.
k l.unica.§.1. C. de rei uxoriæ actio.
l Ang.in §. patitur. nu.3. Inst.de iniur.
m gl.in l.pen.uerb. teneri. C.de leg.tut.Bart.in l.si constante.fol. matr.
n Dd. in l.ubi, in prin. C. de iur. dot. l. si cum dotẽ.§.sin autem in sæuissimo. ubi gl. & Dd. ff. solut.matr. uide l.assiduis.§.fi.C.qui pot.in pig. Ias. latè post Angel. in §.fuerat.nu. 41. & 42. Inst. de act. idem Ias. in l.maritus.21.num.14.C. de procur.per gl.singularem in l.si ego. §. dotis,uerb.condici. de iur. dot.
o Ias. in d. l. maritus. 21. nu.14.C. de procur.
p Bald. in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. & in l. j. C. quæ res pig.ob. Spec.de pig.§.1.num. 30. latè in terminis.Bald. in tract. de dot.par.3.quæst.187.
q gl. in l. pro officio. 20. C.de ad.tut.
r d.l. pro officio. in uerb. curatoris.
s l.j.C.de priuil.fisc.
t l.1.& 2.C.eod. uidelicet fisc.prin.
u l. si quis prioris. C. de sec.nupt.Schurf.consil. 56. cent. 1. uide Neguz. in tract.pig.2.partis.4. memb.nu. 13. cum seqq.
x Alex.in l. j. §. si hæres. ad Trebell. per l. 1. C. quo quis.ord.conue.lib.

Quæ res pignori uel hypothecæ datæ OBLIGARI NON POSSVNT. TIT. III.

1 *Quicquid non prohibetur, potest oppignorari.*
2 *Res quæ sua natura non possunt oppignorari.*
3 *Quæ personæ oppignorare nequeant.*
4 *Quando non idoneè res oppignoretur.*

1 SEcundò † uideamus quæ oppignorari non possint: eo enim cognito facilè apparebit, quæ nam rectè & utiliter nectantur [a]. Res pignorari nequeunt, uel quia sua natura nexum nõ recipiunt, uel 2 quòd à non idoneis, aut non idoneè nectuntur. Res † sua natura oppignorationem respuunt, quæ sunt extra commercium, quia nec emi possunt [b]: ut res sacræ, religiosæ, publicæ [c], liber homo, quamuis filius familiâs [d]. Qui tamen ab hostibus redimitur, loco pignoris est apud redemptorem, donec precium reddat [e]. Item quæ lege prohibentur alienari, ut res litigiosæ [f], minorum, fundus dotalis, &c. Nam oppignoratio quædam alienatio est [g]. Vnde nec feudalia, quorum alienatio inuito domino, aut agnatis nõ consentientibus interdicta est [h], rectè subijciuntur hypothecæ: quamuis fructus feudi posse pignori 3 esse, receptum sit [i]. Deinde † fit, ut res non idoneè nectantur, uel quia potestatem nectendi, qui dedit non habet: ut si res aliena pignori detur [k], aut pupillus sine uoluntate tutoris & decreto, seruus sine do 4 mini, filius sine patris, de his quidem rebus quæ patri quæruntur, oppignoret [l]: uel † quòd de rei obligatione actum non uideatur, ut cum secundus creditor in prioris locum succedit, non intelligitur pignus renouari, nisi expressè conueniat [m]. Sic & in generali obligatione non ueniunt, quæ credibile non sit quempiam specialiter obligaturum [n].

a Ias. in d. l. maritus. 21. nu.14.C. de procur.
b Bald. in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. & in l. j. C. quæ res pig.ob. Spec.de pig.§.1.num. 30. latè in terminis.Bald. in tract. de dot.par.3.quæst.187.
c gl. in l. pro officio. 20. C.de ad.tut.
d d.l. pro officio. in uerb. curatoris.
e l.j.C.de priuil.fisc.
f l.1.& 2.C.eod. uidelicet fisc.prin.
g l. si quis prioris. C. de sec.nupt.Schurf.consil. 56. cent. 1. uide Neguz. in tract.pig.2.partis.4. memb.nu. 13. cum seqq.
h Alex.in l. j. §. si hæres. ad Trebell. per l. 1. C. quo quis.ord.conue.lib.
i Spec.de pignor.§.1.Cur.præall.loc.nu.95.
k tot. t. C.si res aliena.
l l.j.in prin.& §.1.h.t.
m l.Arist.3.cum ll.seqq.h.t.
n l.j.C.eo.l.obligationes.cum ll.seqq.sup.de pign.

Qui potiores in pignore uel hypotheca habeantvr, et de his qvi in priorvm creditorum locum succedunt. TIT. IV.

1 *Effectus pignoris, ut creditor habeat ius persequendi & distrahendi.*
2 *Regula, Qui prior est tempore, potior est iure.*
3 *Fallit in pupillo & muliere.*
4 *In eo qui credidit in pignoris conseruationem.*
5 *In redemptore captiui serui.*
6 *In eo qui paratus est priori soluere.*
7 *In eo qui in locum primi creditoris succedit.*
8 *Quomodo priuilegiati concurrentes alij alijs præferantur.*

1 TErtiò † de effectu pignoris est dicendum. Ex obligatione autem pignoris consequitur creditor potestatem, & persequendi pignoris [a], & nisi solutio principalis debiti fiat, distrahẽdi [b]. Sed quia eadem res pluribus nonnunquam obligatur, fit ut disceptari in persecutione distractioneq; pignoris soleat, uter alteri sit præferendus. In quo regula generalis tenenda est, potiorem esse in iure pi- 2 gnoris, cui prius est res obligata [c]. Nec † enim uspiam uerius est quod uulgò usurpatur: Qui prior est tempore, potior est iure [d]. Neq; uerò interest, pignus conuentionale sit an prætorium, (de quo tamen

a l.j.h.t.l.si uenter. 8.§.1. de priuil.creditor. 25. 5. si certum petatur.
b l.2.cum multis seqq.h.t. l.4.5.de pactis.l.ult. C. eod.
c l.4.h.t.
d l.in prædijs.h.t.
e tot.t.de Sal. interd.
f l.certi iuris.C.de loca. & cond.
g l.item.13.§. qui impleto. 10.sup.loca.
h l.3.C.eod.
i l.pen.C. eod.l. pro officio.C.de admin.tuto.
k l.unica.§.1. C. de rei uxoriæ actio.
l Ang.in §. patitur. nu.3. Inst.de iniur.
m gl.in l.pen.uerb. teneri. C.de leg.tut.Bart.in l.si constante.fol. matr.
n Dd. in l.ubi, in prin. C. de iur. dot. l. si cum dotẽ.§.sin autem in sæuissimo. ubi gl. & Dd. ff. solut.matr. uide l.assiduis.§.fi.C.qui pot.in pig. Ias. latè post Angel. in §.fuerat.nu. 41. & 42. Inst. de act. idem Ias. in l.maritus.21.num.14.C. de procur.per gl.singularem in l.si ego. §. dotis,uerb.condici. de iur. dot.
o Ias. in d. l. maritus. 21. nu.14.C. de procur.
p Bald. in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. & in l. j. C. quæ res pig.ob. Spec.de pig.§.1.num. 30. latè in terminis.Bald. in tract. de dot.par.3.quæst.187.
q gl. in l. pro officio. 20. C.de ad.tut.
r d.l. pro officio. in uerb. curatoris.
s l.j.C.de priuil.fisc.
t l.1.& 2.C.eod. uidelicet fisc.prin.
u l. si quis prioris. C. de sec.nupt.Schurf.consil. 56. cent. 1. uide Neguz. in tract.pig.2.partis.4. memb.nu. 13. cum seqq.
x Alex.in l. j. §. si hæres. ad Trebell. per l. 1. C. quo quis.ord.conue.lib.

11.Neguz. in tract. pig.part.2.memb.2. nu.119. y l.simile.10.ad municip. z l.eum qui.16.de uerb.sig. a c.super.24.§.1.de uerb.signif.l. comperit. ubi Dd.C.de præscr.30.anno. b Fachs.diff.35.Reinh.diff.34. c l.si debitor.C.de dist pig. d l. pen. hoc. tit. e l.cum tabernam.34.supra tit. 1. f uide Ias.in §.item Seruiana.nu.70.ubi dicit hanc esse communem.Inst.de act.Dd.in l.ult. C. de pact. conuent. Neguz.in tract.pignor.2.partis.4.memb. nu.82. a Instit.de his qui sunt sui uel al.iu.in prin. b l.j.§.eam rem.h.t. c l.5.C.eod. d l.qui filios. C. eod.l.fin.h.t. e l.si patre. de capt. & postli.reuers.l.2.C.eod.tit.l.Senatus.§.ult.de legat.j. f l.j.§.fi.h.t. g l.ult.C.de reb.alie.non alienand. h c. imperialem. in princ. ubi Dd.de proh. feud.alien.per Fed.uide latè Curt.in tract.feud.par.4.nu.95. i Spec.de pignor.§.1.Cur.præall.loc.nu.95. k tot. t. C.si res aliena. l l.j.in prin.& §.1.h.t. m l.Arist.3.cum ll.seqq.h.t. n l.j.C.eo.l.obligationes.cum ll.seqq.sup.de pign. a l.pignor.17.sup.de pign. b j.tit.1. c l.si pignus.8. l.si & iure.10.h.tit.l.3.l.2.l.licet.C.eod.l.4.C.ad Macedonianum. d l.2.C.h.t.c.qui prior.de reg.iu.in 6. l. qui balneum.l.potior.h.t.uide de hac reg.cum suis limitat. latè Neguzan.in trac.pig.2.memb.5.partis.num.1.2.& per totum.

BIU Cujas

nonnulli dubitant [a]) an iudiciale [b]: res specialiter obligetur, an generaliter [c], an etiam tacitè [d]. Si tamen ex alijs bonis possit creditum redigere, cui generaliter bona sunt obligata, non debet interim secundo creditori suum speciale pignus auferre [e]. Nihil etiam interest, priuati sint creditores omnes, an cum his concurrant priuilegiati: puta pupillus, mulier, ciuitas, fiscus, princeps [f]. Nam regulariter primus secundo, secundus tertio, atq; ita deinceps potior est [g]. Quanquam † enim pupillus, quamuis posterior propter fauorem interdum personæ, ut rem saluam habeat, præfertur prioribus [h], & mulier fauore dotis [i], item fiscus in debitis, non in pœnis [k]: tamen ne hi quidem expressam hypothecam habentibus prioribus regulariter præferuntur [l], sed tantum ijs qui obtinent tacitam. nam in expressis, præsertim specialibus, teneri uolunt regulam, ut qui prior est tempore, potior sit iure: quod tamen ita accipiendum est, nisi lex disertè prioritatem eiusmodi indulgeat [m]: sicut quandoq; indulget: nam (uerbi gratia) pupillus, mulier, miles, fiscus, & similes, etsi (prout dictum est) prioribus non præferũtur, expressam hypothecam habentibus: quòd iniquum sit, ius primo alicui quæsitum, alterius insequente facto auferri: tamen interdum his, & maximè tantum generalem obtinentibus, solent anteponi [n]. Sic qui in morbum, funus, exequias cediderunt, alijs etiam expressam habentibus solent præferri [o]: & iure Sax. mercedes seruorum ac mercenariorum ante omnia detrahi [p]. Ac † iure etiam ciuili, qui credidit in rei ipsius op 4
pignoratæ cõseruationem, puta, ut domus hypothecata fulciatur, eum æquum uisum est, anteire prio-
res, cuius pecunia saluã fecit totius pignoris causam [q]. Item † qui seruũ ab hostibus redimit, om nibus 5
omnino creditoribus, quãuis prioribus, in pignore meritò præfertur [r]. Præterea † si paratus sit poste- 6
rior priori creditori soluere (habet enim ius offerendi [s]) meritò denegãda est huic pignoraticia actio:
cum per eum stet quo minus ei pecunia soluatur [t]. Idem † iuris erit, si uoluntate prioris secundo res sit 7
oblata: qui si recuset accipere, intelligitur pignus sponte remisisse [u]. Sed † & succedit in locum primi 8
creditoris, cui recepto hypothecæ iure soluit, meritò præfertur secundo. [x]. Quomodo autem priuilegiati hi si concurrant, alij alijs præferantur, longum nunc esset disputare, & alibi tractant gl. & Dd. [y]

a Cuiac. lib. 5. cap. 30.
b l. 2. C. eod. Neguzant. præalleg. loc. nu. 6.
c l. 2, 3. §. 1. h. t. d. l. 2. C. eo.
d l. unica. C. rem. alienam ger. d. l. si pignus. ubi Dd. hoc tit. Dynus in d. c. q prior. nu. 12. Neguz. in trac. pig. in 6. parte, memb. 2. nu. 9.
e l. 2. C. de pignorib.
f d. l. si pignus. l. fin. §. fin. h. t.
g l. creditor. 12. §. si simpliciter. 7. h. t.
h l. idemq; 7. l. fi. h. t.
i l. assiduis. cum Auth. sequen. C. eod.
k l. si is qui. 28. ubi Bar. de iur. fiscal. l. j. C. de pœn. fisc. l. j. C. de iur. fisc. uide Neguz. in tract. pig. par. 2. memb. 4. & par. 5. memb. 2.
l in d. l. assiduis. gl. et Dd. adde Schurff. consil. 22. cent. 1.
m §. his consequens. in Authen. de æqualitate dotis. Auth. quo iure. C. eo. h. t.
n uide in Auth. de æqual. dotis. latissimè autem omnium Neguz. in trac. pig. in 5 part. memb. 2. ubi ampliationes et fallentias ponit plurimas.
o Ias. & Dd. in l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. l. 4. C. de petit. hær. uide ſ. de relig. & sumpt. fun.
p gl. lat. art. 22. lib. 1.
q l. 5. & 6.
r l. in bello. 12. §. si pignor. de captiuis et postl. reuersis.
s l. mulier. cum l. seqq. h. t.
t l. potior c. 11. §. fi. l. quærebatur. 20. h. t.
u l. 3. §. pe. h. t.
x l. cred. 12. §. à Titio. 8. cũ l. seq.
y in d. l. assiduis. ad uerb. licet. cum Auth. seqq. & in d. l. si pig. in tit. de priu. cre. Dyn. in c. qui prior. de reg. iur in 6. Neguz. in tract. pig. in 5. par. uide etiam infr. de priu. cred.

De distractione pignorum uel hypothecarvm. titvlvs. v.

1 Effectus pignoris præcipuus, quòd possit distrahi pignus, & eius ratio.
2 Quomodo distrahatur, si pactum de distrahendo sit appositum.
3 Quid si pactum nullum interuenit?
4 Quid si pactum de non distrahendo interuenit?
5 Quid si pactum sit, ne debitor distrahat?
6 Creditorem non obstante denunciatione rectè distrahere.
7 Quid creditor iuris distrahendo transferat.
8 Creditorem de euictione non teneri.
9 De iure dominij impetrando.
10 Quomodo creditori succurratur, si debitor hypothecam teneat.

Præcipuus † pignoris effectus in duobus uertitur. Primò namq; debitore non soluẽte, aut suspecto [a], permissum est ex cõtractu pignoris creditori, actione Hypothecaria pignus persequi, & possessionem eius consequi [b]: secundò postquam illam fuerit consecutus, si nihilominus frustretur debitor, & solutionem extrahat, hoc casu (nam antè nequit [c]) pignus uendere, & sibi de precio satisfacere. Nec enim magna esset huius obligationis utilitas, si creditor perpetuò seruare debitori, quamuis moroso, inutile pignus (nam fructus non lucratur [d]) teneretur. Ac sciendum est, solenne olim fuisse, ut pactum De distrahendo pignore apponeretur [e]: quod ita postea in mores abijt, ut quamuis non sit appositum, pro conuento tamen habeatur: eoq; iure utimur [f]. Itaque † si pactio sit adiecta, potest creditor 2
ex conuentione tanquam ex uoluntate debitoris distrahere [g]: quod tamen ex bona fide facere solenniter, commonefacto prius debitore, ut possit offerre precium, debet: alioqui Pignoratitia tenetur [h]. Si † nullum pactum interuenit, denunciabit creditor Testato [i], idq; ter [k], debitori, se uelle distrahere, ni 3
fiat solutio: post quam denunciationem expectandum est ex lege Iustiniani biennium, antequã uendi possit [l]. Quòd † si pactum De nó distrahẽdo interuenerit, quæstionis est quid seruari oporteat: & sanè 4
distinguendum uidetur, creditori an debitori alienationis adempta sit facultas. Si conuenit, ne creditor distrahere possit, furti uidetur obligari, si uendat: quia inuito domino, & contrà quàm pactum est, rem contrectat alienam [m]. Sed quia hæc pactio tacitam habet cõditionem, Si debitor interpellatus soluat [n]: idcirco hoc non soluente, post ternam denunciationem, & elapso, ut uolunt Dd. biennio, æquum est, ut creditori uenditio permittatur [o]: neq; teneatur debitori cõuentionibus stare, qui ipsius promissa non impleat [p]. Quòd † si contrà pactum sit, Ne liceat debitori uendere: quæritur an alienandi potestas illi sit adempta? Et quamuis improbatum est legibus, sine causa auferre domino potestatem rei suæ 5
alienandæ [q]: tamen quoniã multum interest creditoris, non alium sibi substitui duriorẽ aduersariũ, re-
sponsum est, nullã fore uenditionẽ, ut pactioni stetur [r]. Pacto enim quod iustã habet causam, rectè do-
mino interdici potest rei suæ alienatio [s]. Porrò † creditorẽ pignus publica, ut fieri decet [t], auctio neuẽ- 6
dentẽ frustra denũciationib. impedit debitor, (qui tamẽ ad id citari debet, nisi aliter sit cõuẽtũ [u]) aut
secundus

a l. quæsitum. 14. h. t. b uide de hac actione §. item Seruiana. ubi optimè Ias. Inst. de act. Ferrar. in for. lib. hyp. c l. 4. h. t. d l. 1. & 2. C. de pign. act. l. si dominium. 9. C. de pignor. l. j. C. de distr. pig. l. 3. C. de pac. pig. e l. 3. C. de pign. actio. f l. 3. sup. de pignor. actio. l. creditoris. 8. h. t. l. si mandator. 59. §. creditor. sup. mandati. g §. contra autẽ. Inst. quib. alien. licet. ubi dixi. l. fin. §. 1. C. de iure dom. impetrando. h l. 4. l. quæ specialiter. C. eod. & tot. tit. C. si uendito pig. aga. i l. 4. C. eod. k Paul. lib. 2. tit. 5. l d. l. fi. §. sin autem. m l. si is qui pignori. 65. de furtis. n l. quæro. diui. 11. de legatis. 1. r l. si creditor. 7. §. fi. h. t. s l. si. C. de pactis inter emptorem, & c. d. l. filiusfamilias. §. diui. Dd. in l. 3. C. de condictio. ob causam. & in l. si ita quis. 135. §. ea. lege. de uerb. oblig. t l. edicto. C. si ad fisc. l. si fundum. de rei uend. l. ordo. ubi Dd. C. de ex. rei. iud. de iure Sax. uide Landr. lib. 3. art. 20, Vueych. art. 61. u l. creditor hypo. ubi Bal. C. de dist. pign. & in l. ult. C. de iur. do. Bart. in l. Titio. §. Titius, ad municipal.

BIU Cujas

secundus creditor, nisi quod debetur offerat [a]: in quo sciendum est, referre uendat creditor ius suum,
7 uidelicet ius pignoris, an uerò rem ipsam. Vtrumlibet † enim licet: illud etiam ante moram, hoc non
nisi debitore frustrante, prout ostensum est. Ac priore quidem casu tantundem transfert, quantũ ipse
habet, nempe Ius pignoris: quod postea solutione dissolui potest: in secundo autem transfert ius, qua-
8 le habuit debitor, qui pignori dedit, aut Dominij, aut Quasi dominij, sic ut auocari amplius ab empto-
re res per debitorem, aliumue qui ab eo causam habeat, non possit [b]. Quòd † si tertius aliquis iure do-
minij rem euincat, creditor qui uendidit, de euictione non tenetur: utpote cum non sua, sed aliena, id
est, debitoris fide distraxerit: debitor tamen ne ex aliena iactura locupletetur, Vtili actione conueniri
poterit ad precium, aut iure postulabit emptor cedi sibi pignoratitiam contrariam à creditore actionẽ:
qua in id quod interest, debitorem conueniet, qui rem alienam contra bonam fidem obligarit [c]. Illud
9 † ultimò sciendum est, nemine pignus emente, creditorem ius dominij à Principe (prætor enim do-
10 minum non facit) impetrare posse: iuxta formam à Iustiniano alibi traditam [d]. Et hæc † quidem obti-
nent, cum creditor est in possessione pignoris: quòd si ipse debitor hypothecam teneat, & soluere ces-
set, potest & debet (ut antè dictum est) agere creditor ad possessionem hypothecę consequendam, au-
ferendamq; debitori: ut deinceps suo iure, de quo iam dictum est, utatur [e]. Neq; enim debet sibi ius di-
cere, & possessionem hypothecæ, priuata authoritate inuadere [f]: ne etiam tum quidem, cùm illud con-
uentionis iure fuit permissum. Quamlibet enim uim hoc casu facere non uideatur, si legem conuentã
exerceat: tamen nihilominus authoritate magistratus, possessionem adipisci conuenit [g]: quanquam
hic non actione ordinaria, sed tantummodo imploratione officij iudicis, & summaria cognitione, de-
cretoque opus esse, & in hoc prodesse pactum, sit receptum [h].

Quibus modis pignus uel hypotheca solvitur. TITVLVS VI.

1 *Solutione eius quod debetur, pignus soluitur, uera uel ficta.*
2 *Voluntate creditoris.*
3 *Rei interitu.*
4 *Tempore.*
5 *Mutatione personæ debitoris.*
6 *Sententia uel iureiurando.*

1 PIgnoris nexus uarijs modis dissoluitur. Primò, † solutione eius quod debetur [a]: & Oblatione [b], ac
Depositione [c], Solutioneq; quantumuis ficta: ut si creditor quod debetur, donet debitori [d]: aut
paciscatur, ne petat [e]: aut obligationẽ nouet [f]: aut debiti nomine satisfieri sibi permittat [g]: unde
si cõuenerit, ut fideiussor pro hypotheca detur, satisfactũ intelligitur, & obligatio pignoris euanescet,
2 nisi sit aliud actum [h]: aut nisi pro certa pecunia, non pro omni debito satisfiat [i]. Secundò † Voluntate
creditoris pignus soluitur: uel Expressa, ut per pactionem qua conuenit, ut ab hypotheca discedatur [k]:
uel Tacita, ut si creditor cõsentiat uenditioni pignoris: hoc est, omni alienationi [l], aut nouæ obligatio-
ni pignoris [m]. Nam & hæc uerbo alienationis uenit [n]: si tamẽ eò cõsentit, ut salua maneat pignoris cau
sa, uel ut sibi de precio uenditionis satisfiat, non secuta solutione, ius suum retinet [o]. Non autem uide-
tur cõsensisse creditor, etiamsi sciat rem distrahi, nisi cum agitur de libertate [p], aut re fisci [q], aut alijs cau
sis priuilegiatis [r]. Sed necesse est, alicunde apparere eius consensum: puta ex uerbis, aut ex subscriptio
3 ne contractus [s], aut si reddat chirographum, quo pignus erat obligatum [t]. Tertiò † finitur Rei interitu,
non modò si corporalis sit res, sed etiam incorporalis: ut si ususfructus obligatus extinguatur [u]. Sed
hoc accipiendum est de interitu, quo Tota res absumitur, non aliqua Pars eius. Nam si, uerbi gratia, do
mus oppignorata comburatur, area nihilominus manebit obligata, & quicquid illi deinceps inædifi-
4 catur [x]: nam cum mutatur tantum rei qualitas, dubium non est, hypothecam durare [y]. Quartò, † Tem-
pore [z]: ut si de tempore conuenit, quo uel principalis obligatio duraret, uel hypothecaria. Quanquam
enim non placet, Tempus modum esse finiendæ obligationis: tamẽ finito tempore conuento debitor
exceptione rectè utetur [a]. Item si præscriptio potest obijci. Quamuis enim usucapio proprietatis nõ
extinguit pignus [b], quia aliud est ius pignoris, aliud dominij quod usucapitur: longo tamen tempore
qui rem bona fide possedit, etiam Hypothecariæ actioni, propter diuturnum creditoris silentium præ-
scribit [c]. Præterquam si debitor, aut eius hæres possideat, quos patiẽtia creditoris abuti fuerit iniquis-
simum [d]. Sed hoc tempus postea prorogatum est, in extraneo quidem possessore ad 30. annos [e]: in de-
5 bitore & eius successoribus, ad 40 [f]. Quintò, † Mutatione personæ debitoris [g]. Sextò, † Sententia, uel
6 iureiurando, si iudicatum iuratumue sit nihil deberi, aut pignus non esse obligatum [h].

a l. 1. & 2. C. debitorem uenditio. pig. imped. nõ posse.
b l. 2. h. t. l. si à creditore. C. eod. d. l. 4. §. de pign. actio. l. 1. 2. 3. C. si antiquior creditor.
c l. rescriptum. 12. §. 1. h. t. l. si pignora. 60. l. si plus. 64. §. de euictionibus. l. si ob causam. C. eo.
d in l. fi. C. de iur. dõ. imp.
e l. si cum uẽditor. in prin. de euict. l. fundus. §. creditor. de pigno. Papien. in for. lib. in actio. hypoth.
f l. in possessionem. C. ad l. Iul. de ui. l. extat. quod met. caus.
g l. 3. C. de pig. l. pen. C. de pig. act. l. cum creditor. de fur. l. cum debitoris. C. de iud.
h uide gl. & Dd. in d. l. creditores. 3. C. de pig.
a l. j. in prin. l. 5. §. 1. h. t.
b l. 6. §. 1. h. t.
c l. acceptam. C. de usur. l. obsignatione. C. de solut. Iaſ. & Dd. in l. 2. C. de iur. empt.
d d. l. 1. §. 1.
e d. l. 5. in prin.
f l. nouatione. 18. de nouationib. l. solutum. de pigno. actio.
g l. idem. 6. in prin. & §. 1. h. t.
h d. l. 5. §. 1. l. pen. hoc. t. l. si rem. §. omnis. de pign. actio.
i d. l. item. in fi.
k d. l. 5.
l l. 4. §. 1. l. sicut. 8. §. si uoluntate. 4. & seqq. h. t.
m l. Paulus. 12. h. t.
n l. fi. C. de rebus alien. nõ alienand.
o d. l. sicut. §. illud. 6.
p l. j. C. de remission. pig.
q l. antepen. C. eod.
r Neguzan. in tract. de pign. par. 6. memb. 3.
s d. l. sicut. §. non uidetur. 10.
t l. creditricem. C. de remiss. pignor.
u d. l. sicut. in prin. uel aliud ius quod debitor in re habuit. l. 3. h. t.
x l. domo. 21. de pig. actio. l. Paulus. 19. §. domus pen. l. fi. de pign.
y l. fundus. 16. §. si res. de pigno.
z d. l. itẽ liberatur. 6. h. t.

DIGEST▸ LIBER XXI. DE AEDILITIO EDICTO, ET REDHIBITIONE, & Quanti minoris. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Summa & finis edicti.*
3 *Prima pars edicti.*
4 *Secunda.*
5 *Tertia.*
6 *Explicatio primæ partis.*
7 *Quid sit redhibitio, & quid in eam ueniat.*
8 *Explicatio secundæ partis.*
9 *De actione redhibitoria, & quanti minoris.*
10 *Differentia inter hanc actionem, & eam quæ ex empto datur.*
11 *Vltimæ partis explicatio.*

a l. obligationum ferè. 43. §. placet. 1. de actionib. b l. usucapio. 7. C. de pign. c l. creditor. 12. de diuersis & tempor. præscrip. d l. 1. & 2. C. si aduersus credi. præscr. e l. 3. C. de præscr. 30. uel 40. an. f l. sicut. §. 1. C. eo. tit. g l. j. §. fi. h. t. h l. soluitur. 5. §. fi. l. si deferente. 13. h. t.

BIU Cujas

AD † implendos bonæ fidei contractus ſpectat Edictum Ædilium Curulium, de Redhibi 1
tione, & Quanti minoris actione. Ædiles † enim penes quos erat, non modò ludorum, 2
ædium, & uiarum, ſed etiam annonæ [a], & propter annonam contractuum cura, edictum
propoſuerunt: quod partim ad extirpandas fraudes, coercendasque uenditorum falla-
cias pertinet [b], partim liberum uiarum commeatum tuetur [c]. Ex quo Edicto ius poſtea
dici agiq; cœptum eſt. Quod quidem ius pars appellatur iuris Prætorij [d]: qui nõ ex lege ſcripta, ſed ex
iuriſdictione magiſtratus uenit. Eius † plurib. locis fit mentio [e]. Aiunt Ædiles: Qui mancipia uendũt, 3
certiores faciant emptores, quid morbi uitijue cuique ſit: quis fugitiuus erroue ſit, noxaue ſolutus nõ «
ſit: eademq; omnia, cum ea mancipia uenibunt, palàm rectè pronuncianto. Quòd ſi mancipium aduer- «
ſus ea ueniſſet, ſiue aduerſus quod dictum promiſſumue fuerit cum ueniret, fuiſſet: quod eius præſtari «
oportere dicetur, emptori, omnibusque ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium «
redhibeatur. Si quid autem poſt uenditionem traditionemq; deterius emptoris opera, familiæ, procu- «
ratoriſue eius factum erit, ſiue quid ex eo poſt uenditionem natum adquiſitum fuerit: & ſi quid aliud «
in uenditione ei acceſſerit, ſiue quid ex ea re fructus peruenerit ad emptorem, ut ea omnia reſtituat. «
Item: Si quod mancipium capitalem fraudem admiſerit, mortis conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit, «
inire arenã depugnandi cauſa, ad beſtias intromiſſus fuerit, ea omnia in uenditione pronuncianto: ex «
his enim cauſis iudicium dabimus. Hoc amplius, ſi quis aduerſus ea ſciens Dolo malo uendidiſſe dice «
tur, iudicium dabimus [f]. Deinde † Ædiles aiunt: Qui iumenta uendunt palàm, rectè dicunto, quid in 4
quoque eorum morbi uitijq; ſit: utiq; optimè ornata uendendi cauſa fuerint, ita emptoribus tradãtur. «
Si quid ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis iumentisue ornamentorum nomine redhiben «
dis, in diebus ſexaginta: morbi autem, uitijue cauſa inemptis faciendis, in ſex menſibus: uel quo mino- «
ris cum uenirent, fuerint, in anno iudicium dabimus. Si iumenta paria ſimul uenierint, & alterum in «
ea cauſa fuerit, ut redhibere debeat, iudicium dabimus, quo utrunq; redhibeatur [g]. Poſtremò † aiunt 5
Ædiles: Ne quis canem, uerrem, uel minorem aprum, lupum, urſum, pantheram, leonem, aliudue quod «
noceret animal, ſiue ſoluta ſint, ſiue alligata, ut contineri uinculis, quo minus damnum inferant, non «
poſsint, quà uulgò iter fiet, ita habuiſſe uelit, ut cuiq; nocere damnumue dare poſsit, ſi aduerſus ea fa- «
ctum erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi ducenti: ſi nocitum homini libero eſſe dicetur, quanti «
bonum æquum iudici uidebitur, condemnetur. Cæterarum rerum quantum damni datum ſit, dupli [h]. 6
Huius Edicti tria ſunt capita, aut certè ſunt numero tria Edicta. In † primo agitur de ſeruis: ut ſi ſeruus
morbo, uitioue, aut noxæ obnoxius, aut fugitiuus, uel erro, uenditus ſit, quòd uitium clam emptorem
uenditor habuerit, redhibere liceat [i]. Bonæ enim fidei eſſet contrarium, ſi emptor cogeretur retinere
rem uitio affectam, de quo ſi fuiſſet factus certior, nunquam emiſſet. De corporalibus uitijs loquuntur
Ædiles: nam propter animi uitia non redhibetur ſeruus, ut ſi iracundus ſit, aut uinarius, aut mendax,
aut auarus. Nam hæc uſum ſerui non impediunt [k]. Et ſanè uitia animi, quæ multis ſimulationum inuo
lucris plerunq; conteguntur, præſtare uenditorem iniquiſsimum eſſet. Itaq; hoc caſu ceſſante redhibi-
tione Ex empto, Quanti minoris erit agendum [l]. Excipitur fugæ erroris q; uitium. Etſi enim hæc uitia
animi ſunt, tamen quia corpus quoq; domino reddunt inutile, & ſubtrahunt [m], Edicto diſertè compre-
henduntur [n]. Fugitiuus eſt, qui fugæ cauſa, & ea mente diſcedit, ne ad dominum redeat [o]. Erronem ſic
definimus, qui nunquam fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias con
ſumptis, ſerius domũ redit [p]. Redhibere † eſt facere ut rurſus habeat uenditor, quod habuerat: & quia 7
reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio [q]: quod tum propriè fit, authore Fe-
ſto, cùm redditur quod improbatum eſt, & qui dedit, idem rurſus habere cogitur, quod antè habuit.
Redhitio igitur eſt uenditionis reſolutio [r], qua omnia in integrum reſtituantur, perinde ac ſi neque
emptio, neq; uenditio interceſsiſſet [s]. Itaq; & emptori reſtituere debet uenditor precium unà cum uſu-
ris, & quod intereſt precio non caruiſſe [t], & contrà huic emptor rem, cum omnibus acceſsionibus &
emolumentis, præſtationeq; damni, ſi quod culpa emptoris accidit, redhibere cogitur. Nam ſi quid ca-
ſu damni factum ſit, emptori non nocet: unde & extinctũ corpus poteſt redhibere [u]. Illud quoq; ſcien-
dum eſt, ſi falsò affirmauit quid uenditor, ut equum non eſſe calcitroſum, cum eſſet, ad hunc quoq; ca-
ſum redhibitionem pertinere, ex primo huius Edicti capite, quo tenetur Qui aduerſus dictum promiſ-
ſumue uendidit [x]. In † ſecunda edicti parte agunt Ædiles de Iumentis redhibendis, uel ornamentorũ 8
detractorum cauſa in 60. diebus, uel ob uitium corporis intra ſemeſtre: quo ſpacio omnes Ædilitiæ
actiones finiuntur [y], niſi aliud ſit actum [z]. Quòd ſi redhibere nolit emptor, utpote aliàs etiam emptu-
rus actionem, quanto minoris res cum ueniret fuerit, illi pollicentur [a]. Cauſa huius edicti eadem eſt,
quæ & mancipiorum redhibendorum: & ferè eadem ſunt in his rebus, quæ in mancipijs. Quicquid
igitur illic diximus, huc erit transferendum [b]: quæ autem de iumentis hîc edicuntur, in omni pecude
obtinent [c], & deniq; ex benigna interpretatione ad omnem rẽ tam ſoli, quàm mobilem producta ſunt:
ſi fortè ſint eiuſmodi res, quas propter uitium habere emptas, non expediat. Etſi enim in illis corporis
animiue uitium intelligi aut diſtingui nequit, tamen cum eadem ratio extet, meritò etiam idem in his
ius obſeruabitur [d]. Ex † prioribus his Edicti partibus, duæ oriuntur actiones: altera Redhibitoria, qua 9
agit emptor aduerſus uenditorem, in hoc, ut rem uitio affectam, aut non talem, qualem uenditor eſſe
affirmarit, recipiat reſtituto precio. Quòd ſi uitium necdum appareat, ſed ſuſpicio ſit ſubeſſe, ad hoc
agi poteſt, ut uel caueat de uitio, uel redhiberi patiatur [e]. Econtrariò datur uenditori in emptorem hęc
actio, ut præter rem, fructus & acceſsiones reſtituat [f], & quicquid facto emptoris uel ſuorum damni
in re datum eſt, reſarciat [g], quanquam & Ex uendito his caſibus agi poſsit [h]. Illud in uniuerſum ſciendũ
eſt, redhibitoriæ locum non eſſe, niſi tale ſit uitium, quod uſum rei impediat [i]. Altera actione quæ ex
hoc Edicto deſcendit, uocaturq; Quanti minoris, petit emptor Non reſcindi contractum, ſed ſibi reſti-
tui de precio, quanti minoris res ualuit, cum emeretur.

Quorſum

a Cic. lib. 3. de Leg.
b l. j. §. cauſa. 1. h. t.
c l. bi enim. 40. cũ ll. ſeqq. d. §. prætorum.
d §. prætorum. Inſt. de iur. nat. gentium, & ciuil.
e l. paciſci. 32. §. de pact. Plaut. in Moſtell. Cic. lib. 3. Off. Gell. lib. 4. cap. 2.
f l. 1.
g l. ædiles. 38.
h l. ſi enim. 40. cũ ll. ſeqq.
i l. 1. & 2. h. t.
k l. 4. h. t.
l d. l. j. in fine.
m l. j. C. de ſer. fugit.
n d. l. j. §. fin. cum ll. ſeqq. l. 4. cum ſeqq. h. t.
o l. quid ſit. 17. h. t.
p d. l. quis ſit. §. erronẽ. 13.
q l. redhibere. 21. h. t.
r l. Pomponius. 12. §. præterea. de acqui. poſſ.
s l. facta. 60. h. t. l. ſi homi nẽ. 19. de uſucap. Paul. l. 2. tit. 17.
t l. debet autem. 27. l. illud ſciendum. 29. h. t.
u l. Ædiles. 38. l. ſi homi nem. 47. in fi. h. t.
x d. l. j. §. 1.
y l. ſciendũ. 19. §. fi. l. cum ſex menſes. 55.
z l. quòd ſi nolit. 31. ſi quid ita. 20.
a l. Ædiles. 38. in prin.
b d. l. Ædiles. §. cauſa.
c d. l. Ædiles. §. iumẽtorũ.
d l. j. in prin. l. etiã in fundo. 49. h. t. l. ſi prædiũ. C. eod.
e l. ſi uẽditor. 28. d. l. quòd ſi nolit. 31. §. qui mancipia. 19.
f d. l. quòd ſi nolit. §. reſtitui. 17. & §. ult. l. proinde. 33. h. t.
g l. cum autẽ. 33. in prin. d l. Ædiles etiam. §. 1. d. l. redhibere. §. 1. d. l. quòd ſi. §. mancipium. 10.
h d. l. cum autẽ. l. Iulianus. §. de actionibus empti.
i d. l. 5. h. t.

BIU Cujas

10 Quorsum † autem, inquies, opus erat hac actione, cum eadem Ex empto competat [a]? Respondeo ad Ædiles cum cura contractuũ pertineat, non mirum esse, eos ex Edictis suis speciales actiones proponere [b]. Deinde ab actione Empti hæc Quanti minoris, in non paucis differt, ut nullo modo debeat uideri superuacanea. Nam illa Ciuilis, hæc Prætorij iuris est: illa petit Quanto minoris res empta ab agẽte esset, qui etiã admonitus, potuit pluris emere quàm res reuera ualebat: hæc Quanto minoris fuerit, unde & Æstimatoria uocatur actio, quia rem ipsam æstimat [c]: illa in Simplum rei persecutoria, hæc ex contumacia nonnunquam in Duplum condemnationem facit [d]: illa Perpetua est, hæc Annalis [e]: inter-
11 dum etiam duorum mensium, siue dierum sexaginta [f]. Vltimò † edicunt Ædiles: Ne quis ullum, quod nocere posset animal, solutum ligatumúe, quà uulgò iter fit, habeat, ita ut damnum dare possit [g]: si aduersus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, solidi 200. præstabuntur: si nocitum libero homini esse dicetur, Quanti bonum æquum iudici esse uidebitur, reus extra ordinem [h] condemnatur. Cęterarum rerum Quantum damni datum factumúe sit, dupli. Et in id actione in Factum ex hoc edicto agetur [i]. Huc etiam pertinent edicta de Pauperie [k], & de ijs qui Deiecerunt uel effuderunt, à Prætore prępositа: de quibus suo loco diximus.

a d.l.Iulianus. in prin.
b l. 3. sup. nautæ, caupo. stab.
c l.si quid. 18. l. iustissimè. 44. h.t.
d l. redhibitoria. 45.
e d.l.sciendum. §. fi. d.l. Aediles. 38.
f l.si uenditor. 28. d.l. Aediles.
g l. si enim. 40. cum ll. seqq. hoc tit. §. Inst. si quadru. pau. fe. di.
h Paul. lib. 1. tit. 15.
i l. quà uulgò. 42. h.t.
k d. §. fi. Inst. si qua. pau.

De euictionibus, & duplæ stipulationibus.

TITVLVS II.

1 *Quid sit euictio.*
2 *Quomodo caueatur de euictione.*
3 *De stipulatione simplæ.*
4 *De stipulatione duplæ.*
5 *Quando committatur stipulatio.*
6 *Triplex de euictione actio.*
7 *Duo capita euictionis in actione simplæ.*
8 *De actione duplæ.*
9 *Actio ex stipulatu quando competat.*
10 *Contraria euictioni.*

1 EVictio † est rei nostræ, quam aduersarius legitimo titulo acquisiuerat, per iudicem recuperatio [a].
2 De hac † euictione præstanda, quamuis ex natura contractus teneatur uenditor [b], etiamsi nihil super ea conuenerit [c], quia uacuam bonorum possessionem tradere [d], & indemnem seruare emptorem debet [e], ac precij acceptione, cuius fit dominus [f], ad dominium contra rei uel euictionem hoc nomine præstandam ex ratione synallagmatis se deuincit [g]: tamen plerunq; per stipulationem, sine tamen satisdatione [h] caueri hoc nomine solebat: idq; dupliciter, uel promissione Simplæ, uel Duplæ.
3 In † stipulatione simplæ promittebat uenditor, Si res emptori euicta esset simplum restituere [i]: hoc est simplum precium, & ex natura actionis ex empto quod emptoris interesset [k]. Quæ stipulatio cum congrua sit naturæ uenditionis (ad hoc enim ex ipso contracta tenetur uenditor [l]) semper inest effectu contractui, nisi aliud sit actum [m].
4 Duplæ † stipulatio continet, Vt re euicta uenditor duplum, non quidem bonitatis rei, sed precij cõuenti [n] præstet [o]. Duplũ uenditor inuitus repromittere cogitur, duntaxat in mancipiorũ uenditione, ex cõsuetudine, & Edicto Ædiliũ [p] scilicet à precio soluto [q], & cũ res aliqua non cõtemptibilis uenit [r].
5 Committuntur † hæ stipulationes, cum aut res euincenti iudicio restituta est, aut æstimationẽ præstare coactus emptor, aut possessor ab emptore conuentus absolutus est [s]: in quo necesse est, ut maturè [t] uenditori denuncietur dictatum esse iudicium [u], cuiusmodi illud sit: alioqui non habet regressum aduersus eum emptor [x], nisi notoriè iniusta uenditoris causa fuerit: sic ut frustranea futura sit denunciatio [y]: neq; enim illa momentum affert, si uel nõ necessaria, ut quoties uel nulla debetur euictio [z], uel nulla supereſt contra euictionem defensio.
6 His † autem obseruatis, si euictio sequatur (nam secus si obtineat emptor [a]) aduersus uenditorem triplex datur de euictione actio: uel Ex empto, uel Ex stipulatione simplæ, uel Ex stipulatione duplæ, si hæc interuenit [b]. Etsi autem liberũ est actori, quam uelit actionem proponere [c]: tamen aliquid inter
7 eas interest. Actio † Ex empto, uel Ex stipulatione simplæ (quæ naturalis est, & propria de euictione actio) duo habet capita [d]: quorum primo continetur & petitur Totale interesse, hoc est, æstimatio rei, siue preciũ, quo res æstimata est [e]. Itaq; meritò in hoc capite refertur æstimatio ad tempus quo res empta est [f]. Altero petitur Interesse particulare, id est, quanti interest rem euictam non esse [g]: quod recipit augmentum & diminutionem, prout quandoq; plus minusúe interfuit [h]: & horum capitum distinctio ad multarum ll. quæ pugnare uidentur intelligentiam, diligenter retinenda est [i].
8 Actio † Duplæ non recipit augmentum aut diminutionem: quippe in illa non cõsideratur interesse neq; Totale, nec Particulare, sed utriusq; loco Duplicatum precium ex stipulatione exigitur [k].
9 Actio † ex stipulatu demum competit, cum res euincitur aut tota, aut pro parte, quæ totius nomen retineat [l], & cum specie uẽdicationis euincitur [m]: cęterùm si alia pars euicta sit [n], aut alia actione quàm uendicationis actum [o], actio Ex empto solùm supereſt [p]: ut & tum, quoties res non quidem euincitur, aliquid tamen emptori abest contra fidem conuentionis [q], aut ante euictionem constat rem alienã esse, aut

a l. non tamen. 24. h.t.
b l. non dubitatur. 6. C. de euictio. l. ex empto. 11. C. de actio. empt.
c d.l. 6.
d l. 2. & passim. de act. empt.
e Bald. l. si tibi. 22. num. 23. C. eod.
f l. 1. uerb. nummos fecerit accipientis. de rer. permuta. l. si seruos. 7. C. de act. emp.
g l. Iulianus. 13. §. offerri. 7. de act. emp. Paul. lib. 2. Sentent. tit. 7.
h l. si dictum. 56. h.t.
i l. euicta. 16. h.t.
k l. si in uenditione. 60. l. euicta. 70. h.t.
l d. l. ex empto. de actio. emp.
m d.l. si in uenditione.
n l. si fundo. 53. l. cum fundus. 48. h.t.
o l. uendicantem. 17. h.t.
p l. quòd si nolit. 31. §. quia assidua. 18. supr. t. 1. uide Paul. lib. 2. tit. 17. & ibi Cuiac.
q Paul. d. tit. 17.
r l. emptori. 37. l. 2. h.t.
s l. euicta. 16. §. 1. l. si seruus. 21. l. si mancipium. 34. §. 1. h.t.
t uide distinctionem Bar.

l. qui concubinam. §. si hæres. de legat. 3. & in Auth. & consequenter. C. de sentent. Mynsing. obs. 24. cent. 3. Maran. in spec. aur. u uide Cano. in c. fin. de empt. x l. si rẽ quã. 29. §. 2. l. empt. 37. l. si fundo. 53. l. si ideo. 55. l. Herẽnius. 63. h.t. l. emptor fundi. 8. C. eo. c. ult. ubi Dd. de empt. & uẽd. y l. emptor. 8. ubi Bal. nu. 4. C. eo. Cravet. in cons. 83. nu. 6. cons. 179. nu. 6. z Cravet. cons. 211. nu. 4. a l. si statu. ubi Bal. C. eo. b l. hoc iure. 27. h.t. c l. sed etsi. 28. h.t. d l. ex empto. 11. §. fi. l. Titius. 43. in fin. de actio. empt. l. si in uẽditione. 60. l. euict. 70. l. si plus. 74. uid. Molin. in tract. de eo quod inter. e Dd. in l. 1. de actio. emp. d.l. si in uenditione. d.l. euicta. d.l. si plus. f l. j. l. bonitatis. 13. h.t. g d.l. si in uenditione. h d.l. Titius. de act. empt. l. uenditor hominis. 8. l. sed si quid. 15. l. euicta 17. in prin. & §. fi. d.l. si cum uend. i uide Molin. in tract. quod interest. k l. ex mille. §. si totus. h.t. l. cum & forte. 45. de actio. empt. facit. l. fi. de prætor. stipul. §. fi. Inst. de uerb. oblig. uide de hac materia Molin. in tract. quod inter. Cuiac. lib. obser. 5. cap. 23. & in l. eum qui ædes de usucap. l l. 1. l. naue. 36. h.t. m l. Stipulatio. 38. §. si quis facto. 2. de uerb. oblig. Cuiac. obs. lib. 5. cap. 23. n l. naue. 36. l. si dictũ. 56. §. in stipulatione. 2. h.t. o Cuiac. præalleg. loc. p l. eum qui ædes. ubi Cuiac. de usucap. l. uenditor. l. si prægnans. h.t. q l. si tibi. 22. ubi Bal. nu. 2. C. eo.

BIU Cujas

se, aut dolum uenditorem fecisse [a]. Contraria † euictioni sunt, Si sciens emptor rem alienam emerit [b], nisi pacto euictionis expresso sibi prospexerit [c], Si sponte cum agente pepigit, transegit, cõpromisit [d], Si iustis defensionibus [e] & appellationibus non sit usus [f], Si per iniuriam res ei auferatur [g], aut ex facto culpaúe sua [h], uel negligentia [i]: Si præscriptio à tempore uenditionis cucurrit [k], Si non aliquo tempore litis denunciatum sit uenditori, uel prope ipsam denuncietur cõdemnationem [l], & docere queat uenditor, si sibi denũciatũ opportunè fuisset, se modum defendendi fuisse habiturum [m]: Si non contra formam conuentionis [n], aut si ex natura sua [o], uel facto authorum ipsius emptoris, res euincatur [p]. 10

a Bal. l. libera. nu. 4. C. de fideiuss.
b l. si. fundum. C. eo. c. 1. de inuest. de re alien. fac.
c d. l. si fundum. d. c. 1. Cra uet. cons. 64. in contractu. num. 5.
d l. si dictum. 56. §. 1. l. Herennius. 63. h. t. Lanfr. c. quoniam. uerb. recusationes. num. 4. de probat.
e l. si rem. 29. §. 1. gl. l. sed etsi. 18. h. t. l. quod quis. de reg. iur.
f Bal. l. emptor. C. eo. l. si cum uenditor. 66. h. t.
g l. si per imprudentiam. 53. h. t. Mynsing. obser. 54. 56. cent. 1.
h l. hoc iure. 27.
i l. si duo. 55. l. si cum uenditor. 56. h. t.
k l. si alienam. 54. h. t.
l l. si rẽ. 29. in fi. de euict.
m Cravet. consil. 83. nu. 6. consil. 179. nu. 6.
n Cravet. consil. 211. nu. 1.
o gl. Bar. et Dd. l. si familiæ. C. fam. ercisc. Alex. consil. 21. lib. 1. Aretin. consil. 3. Dec. cons. 411. num. 3. 4. Cravet. cons. 24. nobilis. nu. 1.
p Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 1. de uerb. oblig. Cravet. d. consil. 24. num. 1.

De exceptione rei uenditæ. Tit. III.

1 Quibus contra quos detur hæc excepto.
2 Quem de euictione tenet actio, &c.
3 Hæres eodem iure utitur, quo defunctus.

ACcidit † interdum, ut non tertius aliquis, sed ipse uenditor, aut eius successor Euictionem intentet. Cum autem is eiusq; hæres teneãtur de euictione, sicuti dictum est: meritò, si euincere rem uenditam uelint, obstabit exceptio rei uenditæ & traditæ. 1

Quem † enim de euictione tenet Actio, eundem multo magis agẽtem repellit exceptio [a], quæ est litis finitæ [b]. Itaq; si fundum alienum uendideris, & tuum postea factum petas, exceptione repelleris [c]. Idemq; iuris est in omnibus successoribus ab utraque parte: unde & uenditoris hæredi, aut successori cuicunq;, exceptio obstabit, & secundus emptor eandem exceptionem habebit [d]. 2

Nam † hæredes successoresq;, eadem omnino sunt conditione, qua personæ principales [e]. Quare si domũ filij mater uendiderit ac tradiderit, uendicanti postea filio qui ei successit, obstabit hæc rei uenditæ & traditæ exceptio [f]: scilicet pro ea hæreditaria portione, qua hæres existit [g]. 3

a l. si rẽ. 29. in fi. de euict.
b Cravet. consil. 83. nu. 6. consil. 179. nu. 6.
c Cravet. consil. 211. nu. 1.
d gl. Bar. et Dd. l. si familiæ. C. fam. ercisc. Alex. consil. 21. lib. 1. Aretin. consil. 3. Dec. cons. 411. num. 3. 4. Cravet. cons. 24. nobilis. nu. 1.
e Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 1. de uerb. oblig. Cravet. d. consil. 24. num. 1.
f d. l. uendicantem. 17. ubi gl. sup. tit. 1. l. exceptione. 11. C. de euict. Dd. in l. cum à matre. C. de rei uend.
g l. 6. C. de fid. instr. & iure hast. lib. 10. Franc. c. 1. fall. 29. de lit. cõtest. in 6. Socin. c. 1. quæst. 7. except. 26. eo. tit. Blanc. de compro. quæst. 4.
h l. 1. b. t.
i l. fi. isto t.
k l. si. isto t.
l l. siue possessio. l. cum successores. C. de euict.
m d. l. cum à matre. C. de rei uenditione.
n d. l. cum à matre. gl. in l. fi. §. in computatione. ad uerb. computantur. C. de iure deliber.
o l. Iulianus. 13. §. ex uendito. de actionib. empt. l. curabit. l. fructus. C. eo. tit. l. 2. C. de usuris. l. cum post. 70. §. usuras. & §. in domum. de iur. doti. l. qui solidum. 80. §. etiam. de legat. 2. l. mora. 32. h. t. c. salubriter. extrà eod.
p tot. tit. de usur. & fruc. rei lega. l. cum seruus. §. fructus. de lega. 1. l. Titia. §. usuras. de lega. 2. l. si hæres. ubi Dd. de eo quod cert. loc.
q l. mora. 32. §. 1. l. 3. in prin. b. t.
r l. usuræ. 24. b. t.
s l. si pupillus. 127. de uerb. oblig.
t d. l. mora. in prin.
u l. 3. §. in his quidem. l. lite. 15. b. t. l. cũ fundus. 31. in prin. si cer. peta.
x d. l. uideamus. 38. b. t. l. certum. 22. C. de rei uend.
y l. si tibi decem. 18. in prin. de pact. l. rogasti. 11. §. si tibi. de rebus creditis.
z uid. Molin. in tract. usurar.
a l. cum quidam. 17. §. si pupillo. h. t.
b l. improbum. C. ex quibus caus. infam. uid. Plutar. in lib. de non fœnerando.
c Leuit. 25. Exod. 23. Psal. 15. Ezech. 18. Lucæ 6.
d l. fin. de cond. ob turp. caus.
e l. improbum. 20. C. ex quib. caus. infam. irrog.
f in Auth. de lenonib. Nouell. 14.

DIGEST. LIBER XII.

DE VSVRIS. TIT. I.

1 Quid significet usura.
2 Vsuram largè sumptam, pro omni acceßione capi, & quatenus acceßione debeatur.
3 Mora quomodo fiat.
4 Vsura strictè accepta quid sit.
5 Species usuræ.
6 Vsuræ lucratoriæ quare illicitæ & turpes.
7 Vsura compensatoria permissa.
8 Ratio quare usuræ quadantenus tollerentur.
9 Punitoriæ usuræ licitæ.
10 Taxatio usurarum.
11 Vsuræ Saxonicæ.
12 Vsuræ centesimæ.
13 Differentia inter usuram & interesse.
14 Differentia inter usuram & reditus.
15 De emptionibus usurarijs.
16 De fructibus, causa, & alijs acceßionibus.

VIdeamus † nunc de Vsuris & Fructibus alijsq; quæ accedere implemento contractus solent. Vsura nihil aliud Latinis propriè significat, quàm usum: ut cum usuram uitæ Cicero dicit, & Plautus usuram corporis, uxoremque usurariam, quæ sui corporis usum præbet. Pòst accipi cœpit pro Vsus precio, uel mercede usuræ, secundum Festum. In hac significatione rursus bifariam capitur. Interdum pro omni rei debitæ accessione & augmento, ex quacunq; causa, ut pro fructibus [a], &c. 1

Quæ † quidem accessiones quando, & ex quo tempore præstandæ sint, eleganter exponit I. C. [b] cuius in summa hæc est sententia: In bonæ fidei iudicia, quæq; his sunt similia [c], fructus & omnem accessionem, à tempore moræ uenire [d]: in his, & usuras locum fructuum obtinere [e]. 2

Moram † autẽ fieri non Ex re, hoc est, eius rei quæ debetur dilata solutione, sed Ex persona: si uidelicet interpellatus debitor cum exigi posset [f], opportuno loco & tempore non soluat [g]. In stricti uerò iuris actionibus à tempore litis contestatæ, duntaxat accessiones omnes deberi [h]: si quis tamen quòd suum est, petat sibi restitui, huic indistinctè omnem causam restituendam esse [i]. Crebrius, † & propriè usura capitur, pro eo quod accedit sorti in mutuo: ut toto hoc titulo [k]: quod sic definitur: Vt sit lucrũ, supra sortem ex mutuo exactũ. Huius † tres sunt species: Lucratoria, Cõpensatoria & Punitoria. Lucratoria est, quæ ex mero mutuationis officio, contra naturam contractus lucrum facit. Compensatoria, quæ præstatur, ut compenset iustum interesse, quod habet creditor, eo quòd pecunia caret. Punitoria est, quæ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium, pro pœna, aut à lege, aut ab homine infligitur [m]. 3 4 5

Prioris † generis usurę suo genere improbæ illicitæq; sunt [n]: primùm, quia prohibitæ præcepto Diuino, quo Deus uoluntatem suam, & odium aduersus has exactiones declarauit [o]. Secundò, quoniam est contra officium, pro eo quod gratis erat præstandum, exigere mercedem [p]. Tertiò, quia fœnus non est legitimus modus, Iure gentium aut Ciuili approbatus, acquirendi dominij, sed planè improbatum cõsensione omnium populorum artificium [q]: sicuti & lenocinium [r]: quia est lucrum de alieno, sine iusta causa 6

a Leuit. 25. Exod. 23. Psal. 15. Ezech. 18. Lucæ 6.
b p. l. fin. de cond. ob turp. caus.
c q l. improbum. 20. C. ex quib. caus. infam. irrog.
d r in Auth. de lenonib.

sta causa factum. Quartò, quoniam pugnat cum natura mutui, quod debet esse gratuitum, & paria paribus reddere [a]. Quintò, nam usuræ aduersantur naturæ promiscui usus nummi, qui inuentus est ad subleuandas permutationũ difficultates [b], non ut fructum faciat, aut mercede locetur [c]. Vltimò, quia quærendum non est lucrum ex ea re, cuius damnum aut periculum ad nos non spectat [d]. Pecuniæ autẽ creditæ periculum pertinet ad debitorem [e]. Huic igitur, ut domino, debet adferre fructum, non creditori:
7 quem uelut ignauum fucũ alieno periculo & labore parta deuorare est iniustissimum. Vsuram † Compensatoriam interdictam in uniuersum, aut turpem esse, dici non potest: quia non est lucrum supra sortem exactum propter officium mutuationis, sed precium uel æstimatio usus sortis consumptæ cum da-
8 mno creditoris. Neq; uerò officio contrariũ est, sic alium iuuare, ut te serues indemnem [f]. Itaq; † si quæstum certum facere potuisti pecunia, quam mutuo das, aut ea propter damnũ incurris, non est iniquum eius rationem haberi: cum nemo alteri suo cum detrimento benignè facere cogatur [g]. Ne ipse quidem Apostolus [h] uult sic nos alijs commodare, ut nobis sit afflictio. Atq; hæc quidem causa potissimùm usuras sustinet. Nam quia unusquisq; intelligitur sua pecunia, aut in emptiones agrorum uel redituum permissorum, aut in negociationẽ collocata lucrum facere posse [i]: eò factum est, ut uel ociosam pecuniam ad aliquem mediocrem ac tolerabilem modũ fœnerato dare, etiam Christianorum Imperatorum constitutionibus sit permissum [k]. Quod quidem ius partim necessitas expressit, ut istis anarissimis temporibus, & in hac naturæ deprauatione inueniantur, qui illecti lucello egentibus mutuò dent: partim suasit utilitas negociationum, quas sine argentariarum mensarum usu consistere nõ posse, res ipsa docet [l]. Sed ne hac licentia in immensum propagetur effrenata habendi cupiditas, & usurarum tabes Rerump. ac ciuium præsertim egenorum, facultates ad uiuum depascat: certus modus legibus definitus est, intra quem fœnerari duntaxat liceret [m]. Neq; tamen minus, cum lex Ciuilis non approbet, sed propter communem necessitatem permittat quadantenus usuras, qui fœnebrem exercent, & quæstum hunc solum norunt, in re turpi & odiosa uersantur: quos meritò Cato [n] homicidis cõparat, & pœna quadrupli, atq; etiam existimationis [o], multandos iudicauit antiquitas. Itaq; uero uerius est, toto suo genere has usuras, improbas turpesq; esse, nisi de indubitato & propinquo creditoris damno, uel lucro propter mu-
9 tuationem cessante appareat. Quod quidẽ, quo minus compensetur, nulla ratio prohibet [p]. Multo † autem minus punitoriæ usuræ improbari possunt. Duæ enim causæ has sustinent: à parte creditoris præsumptum damnũ (Interesse uulgò nominant) quod facit, quia sua die pecunia non soluitur: à parte debitoris Mora, quę cum delictum [q] sit, meritò punitur. Itaq; uel creditor in eũ casum sibi pœnali, aut usurarum stipulatione licitè prospicit [r], quæ succedit loco eius quod Interest [s]: uel ipsa lex succurrit, quæ à tempore moræ legitimas, hoc est, semisses usuras iubet præstari [t], iuxta cuiusq; contractus naturam. Ex quo Paulus inquit: Vsuras non propter lucrum petentium, sed propter moram nõ soluentium infligi [u]. Et hæc in genere de usuris dicta sint: in quo id præcipuè aduertendũ est, leges admittere quadantenus usuras, quia præsumunt tanti creditoris interesse, quòd pecunia careat: nam si mutuò non dedisset, aut constituto tempore pecunia reddita fuisset, aliter ea lucrari potuisset. Itaq; cum in certis coniectura locum non habeat [x], quotiescunq; creditoris nihil interest, sciat toties se contra officium facere, & abuti indulgentia legum, si ex officio mutuationis, uel ante uel post etiam moram, lucrum aucupetur. Cuius-
10 modi autem legũ sit taxatio, & moderatio circa usuras, tẽpus est, ut paucis exponamus. Varietas † hac in re apud ueteres fuit mirifica pro uarietate temporum, & rerum necessitate. Nam & centesimis fœnerari potuisse, non incertis uestigijs deprehẽditur [y]. Verùm Iustin. [z] rem ad æquissimam proportionem tandẽ reduxit: permisitq; nobilioribus & illustribus personis dũtaxat trientales usuras exercere, id est, tertiam centesimæ, quæ quolibet mense, trecentesimam partem sortis repræsentat: eamq; tercentum mensibus æquat, pariens annua quatuor in centum, ut nunc rationem subducimus. Cum enim his negociationes sint interdictæ [a], multo magis fœnus prohiberi par erat: quod utinam sic moribus usurparetur. Mercatoribus autem qui alioqui quæstum pecuniæ facere solent, neq; usu fœnoris, & argentariarum mensarum carere possunt, duplicatæ conceduntur, uidelicet bessales: quæ sunt duæ quadrantales centesimæ partes, centesimam quinquagesimam portionem sortis singulis mensibus efficientes, & centum quinquaginta mensibus siue duodecim annis, & semestri æquantes sortem: ac quolibet anno octo in centum producunt. Cæteris hominibus semissem, hoc est, dimidiam tantummodo centesimæ usurarum nomine stipulari permissum est, puta ducentesimam partẽ sortis in singulos menses: quę usuræ quolibet anno, sex in centum reddunt, æquantq; sortem annis decem & sex & octo mensibus.
11 His † ferè æquatæ sunt usitatæ harum regionum usuræ, & reditus. Quanquam existant paulò leuiores. Solent enim annuatim nomine usurarum, aut redituum, pendi quinq; in centum, quę quincunces sunt usuræ, & sorti æquantur annis uiginti: quibus licitè omnes utũtur, cùm leues sint, & interusurium, siue iustum interesse, quod quis probabiliter habet, non excedant. Dubium enim non est, quin tantundem
12 lucri ex emptione redituum uel agrorum, quis consequi facillimè possit. Centesimæ † autem usuræ, quæ quolibet mense centesimam sortis, anno duodecim in centum reddunt, non nisi in traiecticijs contractibus, de quibus in titulo sequente agitur, sunt permissæ. Neq; enim iniuriâ habentur pro gra-
13 uissimis, quòd octo anuis ac quatuor mensibus sortem æquant. Sciendum † autem est, interesse inter Vsuram, & id quod Interest: illa simpliciter lucrum est, & proinde non aliter, quàm ex stipulatione debetur, sine respectu eius quod Interest: hoc, lucrum cessans, aut damnum emergens, propter moram debitoris, & ut inquit I. C. quantum mihi abest, quantumq; lucrari potui [b]. Itaq; non opus est stipula-
14 tione, sed debetur ex æquitate officio iudicis [c]: quia iniquum foret, moram debitoris damno esse creditori. Longius distant Emptiones redituum ab usuris. Nam † usura soluitur supra sortẽ, & unà cum sorte reddenda est. At in uenditione reditus, neq; sors redditur. Est enim uera uenditio, & precium transit perpetuò in uenditorem, ut emptor illud repetere nequeat: neque quid supra sortem soluitur, sed aliud pro sorte, nempe reditus, qui est merx in hoc contractu. Hos igitur reditus emere aut uendere, nihil pre-

[a] d.l.si tibi. d.l.rogasti.
[b] l.j. de contra.empt. Aristo.Pol.lib.1.
[c] l.si unus.67.§.1.l.si igitur.55.ff.pro socio.
[d] l.incendiũ.C.si cert.petat. & Inst.quib.mod. re contrah.obliga.
[e] l.sed si quis ex signatoribus.quemad.testam. aperian. l.sancimus.25. C.de admin.tuto.
[f] l.j.§. de opere.§.idem aiunt.cum seqq.de aqu. plu.arc.uide gl.Sax.li.1. art.54.
[g] 2.Cor.8.
[h] l.tutor.8.§.si post.de admin.tuto.
[i] l.qui semisses.13.§.quæsitum.b.t.l. si fundus legatus.42.de leg.3.l. præfidis.34.ff.si cert.petat. l.eos.26. & h.t. C.de usuris.
[k] l.quod priuilegium.8.ff. depositi.
[l] d.l.eos.§.1. C.eo.
[m] lib.1.de re rustica.
[n] l. improbum.20. C.ex quib.cauſ.infam.
[o] l.unic. C.de sent. quæ pro eo quod inter.l.2. in fi.ff.de eo quod cert.loc.
[p] l.dolus.ubi gl.fi.ff. manuide l.stipulatio.§.alteri.de uerb.oblig.§.oũs. Inst.de uerb.oblig.§.alteri.de uen.sup.& ib Dd.
[q] l.si.j.de prætorijs stip.
[r] d.l.eos.C.eo.
[s] l.cum quidã.17.§.si pupillo.h.t.
[t] l.continuus.137.§.cuius ita.de uerb.oblig.
[u] l.si pro mutua.C.si cert.pet.l.lecta.eo. Cuiac.ad Paul.lib.2.tit.14.
[x] in l.eos.C.de usu.
[y] l.nobiliores. C.de commer.& mer.
[z]
[a]
[b] l.si commissa.rem vitam hab.
[c] l.centum Capuæ.de eo quod cert.loc.l.4.C.de posit.

hil prohibet [a], etiam cum pacto de retrouendendo, dummodo moderatio legum seruetur. Nam † scien- 15
dum est, interdū etiam emptiones esse usurarias, & damnatas, ut cum terminos moderationis & æqua-
litatis nimis excedunt: puta, si quis centum aureis, uiginti aureos annui reditus emat: aut cum propter
temporis solutioni præstituti dilationē arctationemúe, uel enormiter intenduntur, uel minuuntur pre-
cia [b]. Et hæc de usuris. Quoniam autē de fructibus, & causa simul in hoc tit. tractatur, paucis & hæc de-
finiamus. FRVCTVS † cum à ferendo, authore Varrone, dictus sit: omne id quod fertur, dummodo 16
renascituru, propriè significat [c]: sic fructus arborum sunt poma, fundi, fruges &c. [d] ἐμφατικῶς tamen no-
mine fructus quælibet rei fruitio & utilitas uenit [e]. Fructus autem sunt, aut Naturales, qui sine hominis
facto ex ipso rei corpore natura producuntur, ut fœnum, pomum [f]: aut Industriales, qui industriam &
factū hominis requirunt, ut fruges [g]: aut Ciuiles, qui nō ex ipso corpore nascūtur, sed ratione rei perci-
piuntur Iure ciuili: ac proinde propriè fructus non sunt, sed eorū loco habentur, ut usura, pensio, &c. [h]
Causa capitur pro omni accessione, quæ causatur, & proficiscitur uel ex Ipsa re, uel eius Vsu: & genera-
liter quicquid actor habiturus esset, si tempore debito res soluta fuisset, hoc uerbo comprehenditur [i].

De nautico fœnore. Tit. II.

1 *Quare ex nudo pacto usuræ non debeantur.*
2 *De pecunia traiecticia.*
3 *Quare usura ex pacto in traiecticia debeatur, quamuis grauissima.*

VSuræ cum sint odiosæ, non nisi ex solennibus stipulationibus debentur [a]. Itaq; † nudo pacto fru- 1
stra de ijs cōuenit [b]: eo magis quòd actionem hoc casu pactum producere nequeat, cum in usu-
rarum conuentione nullum sit σωάλλαγμα, quod obligationē iustam ac Ciuilem efficere possit [c].
In quibusdam tamen contractibus, etiam ex sola conuentione usuræ debentur, quemadmodū per sti-
pulationem [d]: ut in Pecunia traiecticia. Traiectitia † autem dicitur, quæ trans mare periculo creditoris 2
uehitur [e]. Quæ † quidem periculi susceptio facit, ut creditor pacisci possit usuras sortis, si ea salua per- 3
uenerit, non modò legitimas, sed etiam centesimas [f], atq; adeò infinitas [g]. Quæ usura uocatur Fœnus
nauticum: quia ratione nauigationis, & periculorum maris permittitur. Vnde etiam ex nudo pacto de-
betur, cum habeat in se σωάλλαγμα. Nō enim pro nudo mutuationis officio usura creditori permittitur,
sed propterea quòd periculum in se sortis suscipit: ita ut naue submersa, amissaq; pecunia nihil omnino
debeatur. Qua etiam ratione fit, ut hoc casu centesimę usuræ sint permissæ: quia, ut inquit I. C. sunt pre-
cium periculi [h], quod contra naturam mutui creditor suscipit [i].

De probationibus & præsumptionibus.

TITVLVS III.

1 *Continuatio.*
2 *Vnde dicta: & quid sit probatio.*
3 *Propria.*
4 *Diuisio & species.*
5 *Causa efficiens: & à quo imponantur.*
6 *Quis probare debeat, aut non debeat.*
7 *Materia: quæ probanda sint, uel non sint.*
8 *Forma probandi.*
9 *Circumstantiæ: quando, quo loco probatio facienda sit.*
10 *Finis & effectus.*
11 *Affinia.*
12 *Interpretatio.*
13 *Contraria, & exceptiones, quæ probationi obijci possunt.*
14 *De præsumptione: quid sit, & quotuplex præsumptio.*
15 *Causæ, & effectus præsumptionū: affinia, & contraria.*

REstat, † ut ultimo loco uideamus, de cōtractuum Probationibus: parum est enim scire quomodo 1
contrabatur, nisi & illud constet, quemadmodum res, ut est gesta, probari possit. Nam quæ pro-
bari ostendiq; nequeunt, ea pro non gestis, neq; existentibus habentur [a].
Probare † duplicem significationem habet apud Latinos. Respectu nostri, probamus ea quæ nobis 2
placent, uel accepta habemus: quomodo probatum uel approbatum opus dicitur, quod ædificatū est
ex sententia locatoris, eoq; approbante. Cic. Probatio futura tua est, qui locas. Respectu aliorum, pro-
bare significat fidem alicui aliqua de re facere: quomodo Cicero dicit, probare causam, ualetudinem,
fidem, crimen, & similia. Hoc in significatu hîc accipitur: probare enim, in hoc tractatu, Est probam cau
sam facere seu approbare iudici [b], uel de ea plenam fidem in iudicio facere. Dico Plenam: quia in iure
nostro, probationis appellatio tantùm de perfecta plenaq; accipitur [c]. Probatio, ut uult Azo [d], Est rei
dubiæ per argumenta ostensio. Hanc Azonis definitionem alij probant [e], alij, & quidem pleriq;, impro
bant [f]: cùm quia non tantùm argumentis, sed etiam testibus fit fides [g]: tum quòd non modò rei dubiæ,
sed etiam claræ ostensio, sit probatio [h]. Sed his respondeti potest, argumentorum appellatione ἐμφατικῶς
testes & instrumenta contineri [i]. Nam si argumentum est ratio, rei dubiæ faciens fidem, ut uult Cice-
ro: certè testimonium & instrumentum, quæ fidem rei dubiæ, per rationem & iustam scientiæ causam
astruunt, pro argumentis, saltem minus artificialibus, haberi debent. Quod autem ad rei certæ demon-
strationem attinet, non esse hanc propriè probationem, sed potius probationis exclusionem, notum
est: sicuti dicitur, Notoria non indigere probatione [k]. Et cum ipse Cicero in definitione argumenti e-
ius materiā ponat in Re dubita: certè nulla causa est, cur non & probationes ad res dubias referamus.
Potest & hoc modo probatio definiri, Vt sit actus iudicialis & solennis, quo per instrumenta aut testes,
aut idonea argumenta, de re controuersa iudici fit fides.
Propria † probationis sunt, ut sit Cōformis libello [l], Cōcludens [m], hoc est, quæ necessariò id quod in- 3
tendit

[a] c.1. & 2. de empt. & uendi. in extra.
[b] c. in ciuitate. & c. fin. de usu. c. ad nostram. de empt. & uend. Bald. in Rub. C. eod. Hostien. extrà eod.
[c] l. fructus. 7. §. si uir. 10. solut. matr.
[d] l. j. de glan. leg. l. item. de usufr.
[e] l. fructus. 72. de reg. iur. l. si quis. 24. l. agri. 18. l. arboribus. 12. de usufr. l. usuræ. 34. l. prædiorum. 26. b. t. uide quæ de hac materia satis copiosè dixi, in §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis.
[f] l. fructus. 45. in fi. b. t. l. si nauis. 62. uers. nā etsi. de rei uendic.
[g] d. l. fructus. l. qui scit. 25. §. in alieno. b. t.
[h] d. l. si nauis. l. usura pecuniæ. 12. de uerb. significa. l. usuræ. b. t.
[i] l. restituere. 35. de uer. signif. l. Iulianus. 17. §. 1. l. præterea. 20. d. l. si nauis. de rei uend. d. l. cum fundus. si cert. pet. l. uideamus. 38. §. si actionē. b. t. uide Fel. in c. inter dilectos. nu. 2. de fid. instr.
[a] l. 3. C. de usu.
[b] l. Titius. sup. de præsc. uerb.
[c] d. l. si tibi. in prin. de pact.
[d] l. in quibusdam. b. t.
[e] l. j. b. t.
[f] l. 7. l. fi. C. eo. tit. d. l. eos. §. in traiecticijs.
[g] Paul. lib. 2. tit. 14. uide Cuiac. obs. lib. 3. c. 35.
[h] l. periculi. b. t.
[i] §. item is cui. Instit. quib. mod. re contrab. obl. g.
[a] l. in lege. 77. de contrah. empt.
[b] l. quingenta. 12. b. t. l. 3. de test.
[c] gl. in cle. cōstitutionem. per illū tex. de elec. Bal. in l. peremptorius. C. sent. res. non poss.
[d] in Rub. C. eod.
[e] gl. Bart. ibidem.
[f] Bal. ibidē. Panor. Host. & Cano. ex. eo. in Rub.
[g] j. tit. 1.
[h] l. si irruptione. 8. §. 1. fin. regund. Bal. in. l. contra. nu. 7. C. ad l. Aquil.
[i] Bart. in Rub. C. eo.
[k] c. euidentia. 9. de accus. uide Salic. & Bald. in l. ea quidem. 7. C. de accus. off. deleg. l. ad probationem. 22. ubi Dd. C. eo.
[l] Host. in Rubr. eod. num. 5. per cap. significauerunt. c. de testib. extrà de testib. c. licet. §. idem. de probat. c. cum contingat. de
[m] l. ad probationem. 22. C. eo. c. cum contingat. de off. deleg.

BIU Cujas

tendit inferat, non Impertinens [a], (dicitur autem impertinens, quæ nec per se, nec unà cum alijs admiculis, ad causæ fidem facit [b]) non Dubia [c], neq; Incerta [d], nec Superflua [e]. Probationes autem sua natura sunt Arbitrariæ [f]: hoc est, pendent ab arbitrio iudicis, qui quantum illis fidei sit tribuendum, potest arbitrari [g], quod tamen arbitrium ad legum disposition em, & commune boni uiri iudicium [h], conformatum esse debet [i]: nec enim licet iudici, uerbi gratia, duorum aut plurium testium, omni exceptione maiorum, dictis fidem non adhibere [k]: sed iudicium eius congruere debet cum regula: In ore duorum aut trium, stabit omne uerbum [l].

4 Quod † ad diuisionem attinet, omnium calculum meruit, teste Quintiliano, diuisio probationis ab Aristotele facta, qui eam distribuit in Artificialem, quæ ex ipsa causa, argumentis & iudicijs trahitur [m]: & Inartificialem, quæ extra causam accipitur à Testibus, Tabulis, Cõfessione, Iuramento. Dd. [n] nostri, qui effectum tantũ probationis, & uim quam in iudicijs habet considerãt, hinc alienam diuisionẽ sumpserunt: partiunturq; probationem omnem, in Plenam & Semiplenam. Plenam illam esse uolunt, quæ plenam fidem iudici de re aliqua facit: cuius species effingunt plures, puta Duos testes, Instrumẽta publica (nam testes & instrumenta, probationes indubitatæ appellantur [o]) & etiam interdum Priuata, Confessionem, Iuris præsumptionẽ, Demonstrationem ocularem, Iuramenta, & consimilia quædam [p]. Horum tamen pleraque magis à probationis onere releuant, quàm probant: ut iusiurandum, præsumptio, confessio [q]: quæ autem eiusmodi sunt, probationes dici propriè non possunt [r]. Semiplenam, quæ etiam Imperfecta dici potest, eam nominãt, quæ nõ plenam fidẽ, sed opinionẽ quandã inducit. Eam rursus distinguunt gradibus, ut alia sit maior semiplena [s], nec tamen plena aut perfecta: alia Semiplena, ut quæ fit per unum testem omni exceptione maiorem: alia Minor semiplena, quæ tantùm leuem & modicam præsumptionem inducit. Exempla uerò, seu species huius probationis, ponũt Testes unicos seu singulares, Opinionẽ, Famam, Literas priuatas, Rationes, Confessionẽ extraiudicialem, Præsumptiones modicas [t], &c. Potest & alia probatio dici iudicialis: hoc est, quæ fit in iudicio, post litem contestatam: alia Extraiudicialis, quæ producitur extra litẽ, ut quæ fit ad æternam rei memoriã [u]. Dicitur etiam alia probatio Viuę uocis, ut quę fit per testes, iusiurandũ: alia Vocis mortuæ, ut quę fit per scripturas [x].

5 Causa † inducens probationem, est Sententia interlocutoria iudicis, qui eam decernit, & alterutri parti imponit [y]. Nam nisi à iudice cui probatio faciẽda est [z], per sententiam decreta & imposita sit, probatio fieri non debet [a]: ac meritò stulticiæ damnandus esset, qui tam graue onus ac sumptuosum, nemine imponente neq; cogente in se reciperet.

6 Imponitur † autem ei qui allegat, dicit, agit aliquid in iudicio [b]: non uerò ei qui negat: quia Negantis per rerum naturam nulla est probatio [c] (nisi iuris negationem alleget [d]) cum naturaliter id quod negatur, probari nequeat [e]. Non enim entis, ut loquuntur, nulla sunt genera & propria, nullæ qualitates aut differentiæ [f], à quibus sicuti definitiones, ita etiam probationes sumendæ sunt: quia probatio nihil aliud est, quàm uera facti alicuius definitio & demonstratio. Alleganti igitur incumbit probatio, hoc est, se fundanti in aliquo facto, quod aduersarius negat: ut alleganti fugam serui [g], statum, familiam [h], mutatam uoluntatem [i], pactum [k], solennitatem [l], qualitatem [m], uitium [n], ætatem [o], libertatem [p], emancipationem [q], scientiam [r], tempus [s], casum [t], indebitum [u], & si qua sunt similia. Et in genere, quicunque se fundat in aliqua qualitate, puta diuitijs, paupertate, morte, uita, probare illud suæ intentionis fundamentum debet [x], nisi sit in possessione eius iuris in quo se fundat [y]. Ac quoniam actor plerunq; non possidet, sed petit & aliquid ad suæ petitionis fundamentum allegat: ideo actori [z], non etiam reo [a], regulariter incumbit probatio [b], nisi in exceptionibus, in quibus cum reus aliquid ad sui defensionem dicat & asseueret, actoris partibus fungitur [c]: eoque exceptionem suam meritò probare debet [d]. Mate-

7 ria † probationis, sunt facta [e] (nam quæ iuris sunt, non opus habent probatione [f], cum per se iudici pateant & nota sint [g], nisi cum ius negatur [h]) & facta quidem, nõ ea quæ probationem nullam recipiunt [i], sed quę probari possunt aut Directò, aut saltem Per cõiecturas [k]: ut sunt quę sui natura occultò & clam arbitris fieri solent, in quibus probationes per coniecturas aut iusiurandum recipiuntur [l]. Item facta incerta, & de quibus dubitatur. Nam notoria non egent probatione [m], ut nec illa quę antè decisa, & definita sunt [n], aut per sententiam aut transactionem aut alio modo [o]: nam hæc etiam pro certis & indubitatis habentur [p]. Facta autem illa probari debẽt, quæ allegantur, itaq; se habere, prout allegatum est, dicuntur. Negatiua porrò facti probari nec potest, nec debet [q], nisi cum aut confessione aduersarij, aut per circumscriptionem temporis & loci demonstrari potest [r]. Loquor autem de Negatiua, quam allegatis, qui se in ea fundat: nam negata ab aduersario, illa sunt hæc ipsa, quæ probari debent, quando in

q confes-

a l.matrem.17.ubi Bal.C. eo.l.pen.in fi.h.t.
b Bal.in l.ad probationẽ. 1.C.eod.
c ca.in præsentia.ubi Cano.de probat.l.neq; natalem.C.eod.l.non hoc. C.unde cogna.
d Bald.in l pen.C.de sent. quæ sine cert. quant. & in l.1.C.de furt.Cor.consil.254.præsenti.par.4.
e Schurff.cons.1. cent.1. per l.ad probationem. C.eod.
f Cast.in l.admonẽdi.nu. 39.de iureiur.
g l.3.§.tu magis scire. de testibus. Cast.in l.admonendi.nu.34.de iureiur.
h l.in personam.23. § generaliter.de reg.iur.l.1. de leg.2.
i Bal.in l.certi. C. de iud. & in l.fi. C. de pœ.iud. qui mal.iud.
k l.ubi.de probat.
l c.4.ex. de testib.
m de quib.Aristot.& Cic. in Top.
n in l.admonendi de iureiur.l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.
o l.emancipatione.u. C. de fid.inst.
p Spec.tit.de probat. §.uidendum.Bal. & Hipp. latè in Rub. C.de prob. l.eum qui.de iureiur.l.si ue.12.C.de prob.
q Alc.in tract. præsumpt. in prin.part.3. nu.21.per not.à Bar.Salic.& alys in Rub.C.de prob.& à Bar.in l.1. C. de fid. instrum.lib.10.
r uide Cano.in c.fin.de iureiur. Dd. in d.l.admonendi. & in l.3. C.de reb.cred.
s uide Dd. in c.fi. extr.de iureiur.et in l.admonendi. ubi præcipuè Ias.de iureiur. in l.solam. l. iurisiurandi. C.de testib.
t Auth.sed etsi quis.C.de testib.c.fin.§.1.ext.ut lit.non contest. x gl.in Rub.C.de fid.instr. y l.licet.9.in uerb.interloquendo decreuimus. de probat. uid.l.à procedẽte.& ibi Bart.ac Bal.C.de dilat. z l.quingenta.12.h.t.l.3.uers.tu magis scire.de testib. a Spec.de prob.in prin.Chil.in prac c.69.n.2. b l.2.l.ab ea parte.5.l.quidã.15.l.eum qui.22.l.uerius.21.h.t. c l.actor.23.C.de prob. d l.ab ea parte.l.5.h.t. e uide Bal.Sal.& Dd.in d.l.actor. f l.eius qui.si cert.petat. g l.4.7.h.t. h l.1.h.t.l.6.C.de fid.instr. i l.3.22.h.t. k l.1.8.h.t. l l.5.h.t.l quæcunq;.15.§ fi. de Publ.in rẽ act. Dd.in l.scire debemus.de uerb.oblig. m l.9.l.11.l.23.h.t.l.3.C.eod. n l.11.C.eo. o l.11.13.h.t.l.9.C.eo. p l.8.h.t. q l.8.h.t. r l.21.hoc tt. s l.17.h.t. t l.testium.14.in fi.C.de testib.l.5.C.de fid.instr.l.4.& 5.ubi Dd.C.de pig.actio.& in l.6 § fi.de æden. u l.cũ de indebito.25.h.t. x gl. ad uerb.dubitatur.in l.si uerò.5.§.qui pro rei.ubi Ias.nu.14.& 15.qui satisd.cog. y l.2.l.14.C.eo.l.14.15.h.t. z l.quoties.18.h.t.l.act.29.C.eo.l.23.h.t. l.1.l.actori.23.C.eo.l.qui accus.de æden. a l.frustra.8.C.eo.l.nimis.6.C.de testib. b l.1.de except. c l.9.12.18 §.1.19.25.h.t.l.1.C.eo. d l.in exceptionib.19.h.t. e l.siue.16.C.eo. f uide Bal in addit.ad Spec.de testi.§.nunc uidendũ. g uide Castr.Dd.in l.unic.C.ut quæ des.aduoc. h l.5.h.t. i l.actor.18.C.eo. k l.dolum.C.de dol.mal.gl.l.1.ff.eo. l l.non omnis.6.§.à barbaris.de re milit.gl.in l.si cui.7.§.1.uerb.doceatq;.de accus.Panor.in c.præsentium.nu.3.de testib.Ias.in l.admonendi.num.309 de iure.& l.pen.num.13.de iurisdict.Bal.in l.quicunq;.C.de seru.fug.Euerar.in loc.leg.in proœm. m c.3.de testib.cogen.c.euidentia.ubi gl.c.qualiter.2.ubi Dd.de accus.uide Bal.Salic.latè in l.ea quidem.7.C de accus.ad idẽ uide gl.in l.1.C.qui aduer.quos. Ang.& Imo.in l.2.de ferijs.Dd.in l.non uidetur rogasse.de reg.iur. n l.sub prætextu.1.& 2.C.de transact.l.admonendi.de iureiur. o l.si duo.§.idem Iulianus.de iureiur.Alex.in l.qui iurasse.§.si pater.eo.tt. p l.eleganter.23. §.1.ubi gl.de cond.indeb.l.& post.de transact.l.si causa.34.ubi Ias.& Dd.C. de transact. q l.actor.23.C.eo. r l.optimam.C.de contr.stipu.Lanfr.in c.quoniam.in prin.nu.3.de proba.

BIU Cujas

confeſsis rebus, aut certè non negatis, (nam hoc ipſum in iudicijs pro confeſsione eſt [a]) non opus eſt alijs documentis, cum Aduerſarij confeſsio ſit loco probationis [b]. Ea autem facta probanda ſunt, quæ ad cauſam pertinent, & in quibus quis ſe fundat [c], & quæ probata profutura ſunt probanti [d]. nam impertinentium probatio utpote inutilis ne quidem recipienda eſt [e], nedum decernenda [f], eademque ratione Articuli ſuper ipſius aduerſarij uel tertij alicuius iure fundati uelut impertinentes nō admittuntur [g]. Illa quoq; facti qualitas demonſtranda eſt quam in libello poſuit actor, quamuis non omnino ad cauſæ uictoriam ſit neceſſaria, niſi per clauſulam De ſe non adſtringendo ad ſuperfluas probationes, hanc decipulam euitarit [h].

Forma † productionis ad libelli ſpeciem eſt accommodanda [i], & ita concipienda, ut neceſſariò ad 8
cauſam concludat [k]: impertinentes enim Articuli, ut dixi, meritò reijciuntur [l], ne inanes ſumptus litigatores faciant [m]. Probatio autem non eſt in tranſcurſu facienda [n], ſed citata ad eius expeditionem diuerſa parte, & termino iuſto ad id præſtituto [o].

Terminus autem qui præſtituitur, plerunq; eſt ſeptimanarum ſex, quanquam eundem ex cauſa, puta ob diſtantiam & interualla locorum, unde probationes petuntur, ampliari poſſe conſtet [p]. Datur autem unus & idem terminus Actori & Reo, ſcilicet quando contraria allegāt [q], idq; propter timorem ſubornationis. aliàs (ut cum reus nō directè negat intentionem, ſed excipit [r]) primò datur actori terminus ad probandum intentionem: deinde ea probatione completa [s], alter reo ad fundandam exceptionem [t]. poteſt tamen & ſine termino probatio in iudicijs recipi & fieri, ſiquidem nullus de certo termino intra quem facienda ſit, opponat [u]. Perinde autem eſt utrum fiat teſtibus, an inſtrumentis [x], an alio quouis modo ad id idoneo [y].

Eſt † autem poſt litem demum conteſtatam facienda [z]. Nam antè ignoratur, utrum reus negaturus 9
an confeſſurus ſit, quod intenditur (id enim fit per litis conteſtationem [a].) Quare & quid demonſtrandum ſit, ſciri antea nequit: cum tantum negata documentis habeant opus. Quod uerum eſt in probatione, quæ uerſatur in iudicio: ſecus in ea quæ extra litem fit: nam ubi nulla lis eſt, ibi nulla eius conteſtatio expectari poteſt: quod uſuuenit in examinationibus quæ fiunt ad æternam rei memoriam [b], & per modum ſeu uiam ſimplicis inquiſitionis [c]. Sic ubi ex conuentione citra ſolennem ordinem litigatores procedunt [d], poteſt etiam ante libellum probatio admitti [e], ſicuti quandoque iudex uolentibus partibus decernit, ut præter uſitatam iuriſdictionis rationem utraq; pars ius ſuum intra certum terminum deducat & oſtendat [f]. Id quod potiſsimùm in poſſeſſorijs [g] ac ſummarijs iudicijs [h] uſurpatur [i].

Poſt quartam autem productionem aut poſt publicata teſtimonia non eſt probatio admittenda [k], ut nec poſt concluſionem in cauſa [l], niſi in criminalibus ad probandam defenſionem ſeu rei innocentiā. Nam ea Priuilegiata eſt, nec modò poſt concluſionem in cauſa, ſed etiam poſt ſententiam & rem iudicatam eſt recipienda [m]. Poteſt autem fieri probatio, tam in loco Iudicij, quàm Extra iudiciū, ubicunq; iudici ſederit, qui examinationi præeſt: quin etiam ad egregias perſonas & feminas domū mittere notarium debet, qui inibi eas examinet [n], in ſecreto tamen eſt facienda & remotis partibus [o] examinatio, etiamſi iuſiurandum coram partibus à teſtibus exigatur [p].

IN probatione † facienda teſtibus æquè creditur atq; inſtrumentis [a]. Teſtari utrumq; ſignificat, cùm aliquid aſſerere atq; confirmare ſuis uerbis, ut Cic. in Bruto. Sæpe hoc teſtandum, hoc eſt, dicendũ, confirmandum eſt: tum aliorum fidem conſcientiamq; ad alicuius rei confirmationem inuocare: ut Cic. pro Cluentio, etiam deos de ſuo ſcelere teſtatur, hoc eſt, teſtes inuocat: eoq; ſenſu capitur in iure teſtari [b], & aliquid teſtato, hoc eſt, adhibitis teſtibus facere [c]. Cum autem in teſtibus utrumq; concurrat, ut & eorum fides ad alicuius rei dubiæ confirmationem inuocetur [d], & ipſi de eadem re teſtimonio ſuo aſſeuerent: eò obtinuit teſtes illos appellari, qui ad fidem alicuius rei faciendam arceſſerunt, quos olim ſuperſtites & antiſtites uocatos eſſe quidam uolunt [e]. Teſtes † porrò alij dicuntur locupletes, qui olim uocabantur antiquo uerbo legis 12. aſsidui [f], uel claſſeis [g], hoc eſt, ut nunc loquimur, integri, idonei, & omni exceptione maiores [h], alij uerò ſuſpecti neq; omni exceptione maiores: illi propriè, hi impropriè teſtes nominantur [i]. Ex his rurſum alij dicuntur uiles [k], redempti [l], corrupti [m], mercenarij [n], falſi [o], iniurati [p], ſingulares [q], domeſtici [r], uarij, contrarij, uacillantes [s], inteſtabiles, &c. [t] de quibus ſuo loco opportunius agetur. Quia uerò teſtes ad ueritatem eruendam adhibentur [u], ex cuius occultatione nulli ius ſuum interuerti publicè utile eſt [x], ideo teſtimonij dictio quodammodo iuris publici eſt [y], & pro publico ac neceſſario munere habetur teſtimonium dicere [z], perinde atq; tutelam gerere [a]. Quare ſicuti inuiti tutores coguntur ad ſubeundam tutelam [b], dummodo tutores eſſe poſsint, neq; excuſationem iuſtam [c], habeant: ita & teſtes, etiam aduenæ & peregrini [d], à iudice ad dicendum teſtimonium uocati parére habent neceſſe [e], & captis pignoribus, uel per indictionem mulctæ, eò compelluntur [f]. Ac quidẽ ſatius eſt eò compelli teſtes uelut inuitos, quàm illos ultrò & ſponte ſeſe offerre: ſuſpecti enim hoc ipſo ſunt quòd ſe ingerunt [g]. Cauſa † igitur efficiens eſt citatio & compulſio iudicis [h]: cauſa προσαφορικὴ eſt petitio litigatoris, teſtium examinationem ad cauſam ſuam inſtruendam poſtulantis [i]. niſi enim petitum fuerit, non debet iudex officium in examinando ſuum impartiri [k]. Non tamen omnes aut teſtari aut cogi ad dicendum teſtimonium poſſunt. Teſtimonium enim dicere lege prohibentur impuberes [l], ob lubricum conſilium [m]. Et quia ætas illa ad mentiendum eſt facilis [n], eoq; nec iuſiurandum (ſine quo teſti non creditur [o]) præſtare poteſt [p]. Item furioſi, muti, ſurdi, cæci [q]. Item in criminalibus quibuſdam cauſis minores 20. annis [r]: damnati publico iudicio [s]: qui in uinculis cuſtodiáue publica detinentur [t]: qui cum beſtijs ut depugnaret, ſe locauerit: quæ palàm quæſtum corpore fecerit: qui ob teſtimonium dicendum uel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus uel conuictus erit [u]. Sed hi lege Iulia de ui in reum publici iudicij dicere teſtimonium prohibentur [x]: ex quo non rectè infertur omnes hos ſimpliciter in alijs cauſis à teſtimonio arceri. Nam in publicis iudicijs ſicuti probationes euidentiores [y], ita & teſtes magis idonei atq; integri quàm in cauſis pecuniarijs, requiruntur [z]. Vnde & reus publici iudicij citari in teſtem ab accuſatore prohibetur [a], cui aliàs non inuenitur teſtimonium interdictum. Lege etiam prohibentur teſtari damnati repetundarum [b], aut ob carmen famoſum [c], aut calumniam [d], aut adulterium [e], item ob uitæ turpitudinem ſenatu moti [f], quæ & ipſa tamen prohibitio ad iudicia tantum publica [g], pertinuiſſe uidetur. Sed quia Iuſtinianus hæc in Pandectas ita retulit, ut prohibitionem abſque diſtinctione fecerit generalem: ideo generaliter iſta ualere hodie oportere rectè quis dixerit, etiáſi leges Iuliæ & harum interpretes Iuriſc. diſtinctè hac de re ſint elocuti. Prohibentur etiam teſtimonium dicere liberti in patronum eiusq; liberos [h], ſerui in dominos [i], liberi in parentes aut contrà [k], mulier in teſtamento [l], & cauſis feudalibus [m]. Nam in alijs teſtis eſſe poteſt [n], etiam criminalibus [o]. argumento eſt, quia lex Iulia à teſtimonio uis publicæ (quod ſcelus certè publicum & criminale eſt [p]) duntaxat eam remouet quæ quæſtum corpore fecit [q]: item in iudicio adulterij tantum damnatam eodem crimine repudiat [r], ex quo facilè intelligi poteſt, mulieres ab his flagitijs alienas etiam in criminalibus idoneè teſtari [s]. Præterea nec in ſua quiſq; cauſa teſtimonium dicere permittitur [t]: ut actor, reus, ſocius, debitor, uenditor ad quem periculum euictionis redit, & ſimiles [u]: patronus, executor [x], procurator [y], iudex [z]: item qui in poteſtate ſunt producentis, aut quibus imperari poteſt [a], aut qui ſunt eius domeſtici [b], quos ne interrogari quidem præcipuè in criminalibus placuit [c]: cuiuſmodi ſunt uxor, maritus, colonus, mercenarius [d], niſi utriq; parti æquè ſint domeſtici [e]. unde inferunt quidam neque uaſallum nec ſubditum pro domino uel contra eum, nec ciuem in cauſa uniuerſitatis teſtari poſſe [f]: quod non eſt recipiendum [g], niſi aut iureiurando adhuc teneantur [h], aut de proprio ipſorum teſtium agatur cõmodo [i]. Sunt etiam qui nõ lege prohibẽtur teſtificari, ſed officio iudicis [k], ſeu ut loquitur Papinianus, religione iudicantis,

a l.in exercendis.15.C.de fid.inſtrum.& Nouell. de inſtru.caut.& fide.
b l.curent.22.de teſtam.
c l.qui Romæ.122.in prin. & §.3.de uerb.oblig.l. denũciatio.40.de uerb. ſign.
d c.1.de teſtib.cogen.
e c.forus.10.de uerb.ſig. Alc.lib.Par.2.cap.2.
f Gel.lib.16.cap.10.
g uide de his Feſtum.
h l.optimam.14.in fin.C. de contr.& comm.ſtip. c.1.ex.eo.
i gl.ſing.in l.2.§.pen.ad uerb.audierint.de aq. pluu.arcen.
k c.2.ex.eod.
l l.teſtium.14.C.eod.
m l.diuus.33.de re iud.l.ſi quis.13.C.eod.
n l.reſpiciẽdum.11.§.pen. de pœn.
o t.t.C.ſi ex fal.allega.l. qui falſ.16.hoc t.
p not.in l.ſolam.& l.iuriſiurandi.C.eo.
q c.licet.9.de proba.c. bonæ.de elect. c.cum dilectus.de accuſ.
r l.2.C.eo.§.in teſtib.Inſtit.de teſtam.
s l.1.2.3.l.ob carmen.21.§. fi.hoc t.d.c.licet.
t l.ob carmen.21.in prin. hoc t.l.lex Cornelia.§.ſi quis.de iniur.
u c.1.de teſtib.cogen.
x c.fi.de teſtib.cogen.l.curent.22.hoc t.
y d.l.curent.tot.tit.ex.de teſt.cog.
z Spec.t.de teſtib.§.pen. nu.6.
a Spec.præall.loc.§.fin. Inſt.de ſatiſd.tuto.
b l.1.in prin.de ad.tut.d. §.fi.Inſt.de ſatiſd.tut.
c Inſt.ff.& C. de excuſa. tuto.
d Panor.in c.quoniam.in princ.num.16 ut lit.non conteſt. e tot.tit.de teſtib.cog.ex. f Spec.de teſte.§ pen.nu.6.Ferrar.in for.iura.teſt.ad uerb.citati.nu.1. per l.3.§. exhibere.de tab.ex.l.curent.22.hoc t.l.unic.ſi quis ius dicent.text.bonus in c.2.de teſtib.cog. g l.quæ omnia.25.§.j.de proc.Bald.in l.alia.nu.8. C.de his quib. ut indig.uide Ferr.in for.iura.teſt.uerb.citati.nu.1.per l.3.§.exhibere.de tab.ex. h l.iudices.17.C.eo.c.1.& 2.& tot.t.de teſt.cog.l.3.§.exhibere.de tab. exh. i d.l.iudices.c.2.c.fin.de teſtib.cog. k l.4.§.hoc iud.de dam.infec.ubi Bart.uide Ferr.in for.iuram.teſt.uerb.citati.nu.2. l l.3.§.pen.l.inuiti.19.§.fi.hoc t. m d.l.3.§.lege.hoc t.l.j.de minor. n l.ex lib.15.de quæſt. o l.iuriſiurandi.8.C.eod. p l.qui iuraſſe.16.de iur.Spec.de teſte.§. j.nu.35. q Spec.de teſte.§.j.nu.88.& §.nunc tractandum.num.16.17.18.uide tamen de his Bart.in l.ad teſtium. de teſta.Ang.& Io.de Pla.in §.teſtes. Inſtit.de teſtam. r l.in teſtimoniũ.20.hoc t. s d.l.3.§.pen. t d.l.3.§.pen. u d.l.3.§.pen. x d.l.3.§ pen. y l.ult.C.de probat. z c. teſtimonium.54.ex.eod.Bart.in tract.teſt.§.teſtes.in prin. a l.in teſtimonium.20.hoc t.c.non debet.56.eo. b l.repetundarum.15.hoc t. c l.ob carmen.11 hoc t. d l.quæſitum.13.hoc t. e l.ex eo.18.hoc t. f l.2.de ſenator. g l.quæſitum.13.hoc t.in uerb.in publicis iudic. h l.3.§.pen. & §.fi.hoc t. i l.ſeruos.7.C.eo.l.hoc quod.C.de quæſt. k l.parentes.5.C.eod.l.teſtis.9.hoc t. l l.qui teſtamento.§.mulier.de teſtam. m c.1. qui teſt.ſint neceſſ. n l.ex eo.18.hoc t. o Alex.conſ.11.nu.11.uol.1.& conſ.115.nu.4.uol.4. p tot.tit.ff.& C. ad l.Iul.de ui pub.l.j.ff.de publ.iud. q d.l.3.§.pen. r l.ex eo.18.hoc t. s d.l.ex eo.18.hoc t. t l.nullus.10.hoc t.l.omnib.9.C.eo. u Dd.in d.l.omnib.C.eo.Spec.de teſte.§ j.n.8.9.Ferr. in for.opp.teſt.ad uerb.in facto propr. x l.fi.hoc t. y gl.& Dd.in d.l.fi.Spec.de teſte.§.j.nu.74.uide Cyn.in l.quoniã.C.eo. z Spec.de teſt. §.j nu.74.75.76. a l.idonei.6.hoc t. b l.2.C.eo. c l.pen.hoc t. d Spec.de teſte.§.j.nu.11.& 12. e Spec.d.§.j.nu.22. f uide Ferr.in for.lib.oppoſ.cont.teſt.Lanfr.in c.quoniã.uerb.teſtiũ.uide Iaſ.in l.ſerui.§.Labeo.nu.11.de legat.1.in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.de in ius uoc. g Cyn. in l.eos.C.eo.Spec.§.j.nu.18.Alex.conſ.88.quoniã.n.8.& conſ.99.uiſis.n.6.8.uol.5.Mont.tract.fi.reg.c.58.n.2. h Spec.§.j.nu.19.& 20. i Bald. in addit.ad Spec.§.fi.tit.de teſte.Cæpol.in tract.de ſeruit.ruſt.præd.cap.9.de iure paſcendi.nu.9.10.11. k Bart.in tract.teſt.§ circa.

BIU Cujas

iudicantis [a], ut de calumnia damnatus [b]. quanquam non tam de repellendo teſte quàm de fide non adhibenda, l. C. ibidem agat. Hodie tamen hoc latè patet. Nam infamem infamia iuris [c], damnatum de crimine famoſo [d], hærentem in manifeſtis flagitijs [e], periurum [f], excommunicatum [g], hæreticũ [h], infamem infamia facti in cauſa criminali [i], iudex ſtatim ex officio repellere poteſt, dummodo per confeſsionem teſtis aut aliud documentum, eius rei probatio confeſtim haberi poſsit [k]. Porrò ſi res dubia ſit, nõ propterea examinatio differenda eſt, ſed potius illa exceptio in tempus diſputationum reijcienda [l]. Vbi autem de eiuſmodi crimine aut impedimẽto, quod omnem teſtis fidem eleuet, ſtatim conſtare poteſt, erit iudicis in ipſo examinis aditu teſtem repellere [m]: ne & ipſe ſuperfluo examine, & producẽs litigator ſuperuacaneis ſumptibus, & pars aduerſa non neceſſaria exceptione oneretur: tum quod caput eſt, ne teſti iuſiurandum, quod præſtare alioqui debet [n], abſq; neceſsitate imponatur [o]: ſuperfluo enim iuramento nemo eſt onerandus [p]. Superuacaneè porrò ad ſacramẽtum & teſtimonium adigitur, cuius dictum nullam facturum eſſe fidem in ipſo examinationis exorſu palàm fit. Sed de circumſtantijs quæ authoritatem teſtibus, uel in totum uel aliqua tantum ex parte abrogant, prudentis eſt iudicis exiſtimare [q], & ſicubi nõ extat expreſſa legis prohibitio, neq; planè conſtat teſtem omni fide indignum eſſe, ſatius erit eum admitti, & exceptiones quæ illi obijci poſſunt, in tempus diſputationum reſeruari [r]. Nam & illud uerum eſt, omnes quibus non ſpecialiter interdicitur teſtimonium, neq; qui ulla lege à dicendo teſtimonio excuſantur, admittendos eſſe [s]. Excuſatur autem lege Iulia (quæ etſi de publicis iudicijs loquitur, tamen eam generaliter noſtri interpretes intelligunt [t], quia Iuſtinianus generaliter hæc reſponſa in Pandectas relata ualere uoluit) quiſq; ne inuitus teſtimonium dicat in ſocerum, generum, (etiamſi ſponſalia tantum ſint celebrata [u]) uitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, & horum filios, aut qui propiore his neceſsitudinis loco iunguntur [x]. Ex quo intelligi poteſt, ad ſextum ſeptimumq; gradum excuſationem eſſe [y]: tantum enim ſobrini horumq; filij diſtant [z], niſi ſcilicet utriq; parti æqualiter teſtes ſint coniuncti [a], item in patronum, libertum, uirum, uxorem, horumq; liberos [b], ſcilicet ijs caſibus, quibus alioqui teſtimonium dicere poſſunt [c]. Nam quando prohibentur, non opus eſt excuſatione, cum ne uolentes quidem admittantur [d]: ut parentes & liberi in infinitum [e], item in propria quiſq; cauſa [f], & ſimilibus caſibus. in tranſuerſalibus uerò excuſatio neceſſaria eſt: nam uolentes admittuntur etiam intra tertium gradum [g], etſi nonnulli diſſentiant, maximè in cauſa criminali [h], in quo tamen illud aduertendum, quoties recipiuntur, neceſſe eſſe toties in actis poni uolentes eſſe examinatos, ut impugnatio euitetur [i]. Eadem ergo ratione credimus excuſari uaſallum, etiam ne contra dominum dicat, aut econtrariò, etiam tunc cum hi iure pro teſtibus admitti poſſunt [k]. Inuiti quoq; teſtimonium dicere non coguntur ſenes, maiores 70. annis [l], ualetudinarij, milites, uel illi qui cum magiſtratu Reipub. cauſa abſunt, uel quibus uenire non licet [m], ut in carcere aut alio impedimento iuſto, publico uel priuato detentis [n], item publicani, & qui non detrectandi teſtimonij cauſa domo abſunt, quiq; quid exercitui præbendum tranſportandumq; conduxerunt [o]. Sciendum tamen eſt, pleroſq; horum omnes præſertim ex iure Pontificio compelli poſſe, cum alia probatio ad ueritatem eruendam haberi nõ poteſt [p], (id quod & in ſeruis admittendis receptum eſt [q],) facilius tamen cogi in cauſis ciuilibus, in quibus turpe eſt celare ueritatem, quàm in criminalibus, quo in genere occultare alterius dedecus non eſt reprehendendum [r]: nemo enim legibus tenetur cuiuſquam crimen denudare [s]. Non tamen idcirco cogendus quiſpiam in propria cauſa contra ſe teſtari, aut maritus in uxorẽ, parentes in liberos, uel ediuerſò: hæ enim omnes perſonæ pro una eademq; habentur [t]. quare aduerſum ſe ut ferant teſtimonium, ne in defectum quidem probationis [u], ſunt compellendi [x], cum nimis graue ſit deſtitutam actoris probationẽ in reum deriuare uelle [y]. Ex quo illud quæſitum eſt, an qui ſunt ex uniuerſitate, pro aut contra uniuerſitatem cogantur teſtificari. Non enim uidentur cogi poſſe, quia eorum eſt cauſa quodammodo propria, maximè ſi ex illa commodum, incommodumúe ſingulis accedere poteſt [z], ut in iure paſcendi, in cenſibus, oneribus & ſeruitutibus, atq; alijs id genus. Sed quia cauſa uniuerſitatis alia eſt, alia ſingulorum [a], obtinuit, cogi poſſe, niſi res ad ſingulorum pertineat utilitatem [b], aut detrimentum. quo tamen ipſo caſu nõ deſunt qui putent poſſe compelli, cum aliter ueritas haberi nequit, reſq; tantummodo hominibus uniuerſitatis optimè cognita eſt & explorata [c].

4 Materia † circa quam, ſunt facta ad quæ ſe teſtes referre debent [d] (nec enim ius quod certum eſt [e], opus habet teſtium approbatione [f], niſi quando cum facto aliquo eſt coniunctum, ut in conſuetudine probanda [g]) cauſarum tam criminaliũ quàm ciuilium [h]. in cauſis tamen criminalibus magis idonei requiruntur quàm in pecuniarijs [i]. Eſt & extra iudicium teſtimoniorũ uſus, puta in probanda natiuitate, ſtatu,

a l.quæſitum.13.hoc t.
b d.l.quæſitum.
c c.teſtimoniũ.54.ex.eod. Spec.de teſte.§.j.n.24.
d Spec.§.j.nu.89.
e c.ſuper.13.ex. eod. Bart. in d.l.3.§.lege. Spec. de teſte. §.j. nu.32. & 34. Cano.in d.c.teſtimoniũ. 54. Bald.in Auth.ſi dicatur.C.eo.uide latè Lanfranc.in c.quoniã.uerb. teſtium.nu.77. cum ſeq. de prob.
f c.ſicut.9.ex.eo.
g Spec.d.§.j nu.32.per c. ueniens.2.ex.eo.
h Spec.§.j.nu.59.Bald.in c.i.an remo.teſt.in uſib. feud.
i d.c.teſtimonium.
k Bart.in tract. teſt.§.dic ſi teſtes.in prin. Spec.d. §.j.nu.91.
l Spec.§.j nu.91. Bart.in tract.teſt.§. dic ſi teſtes. nu.1.&2.per l.3.§.ibid. ad exhib.l. ille à quo.ad S.C.Treb. c. ueniens 2. de teſtibus. c.literas.de reſt.ſpol.
m c.ſuper.22.in uerb.teſtimonium eius uidetur ſuſpectum,& ideo nõ eſſe aliquatenus admittendum.ext.de teſtib.
n l.iuriſiurandi.C.eo.c.de teſtib.29.ex.eo.
o Bart.in d.tract.teſt.§. dic ſi teſtes.nu.1.
p c.2.de probat.Spec.de teſte.§.j.nu.41.
q l.2.& l.3.uerſ.tu magis ſcire.hoc t.
r Spec.§.j.nu.41.& §. ſæpe.nu.5.
s l.1.in fi.prin.ff.eo. Spec. de teſte.§.1.nu.96.
t gl.in l.4.in prin.hoc t.
u l.5.hoc t.
x l.4.hoc t.
y glo. in l. pen. C.ad S.C. Turp. Bart.in l.qui teſtimonio.§ per contrarium.de teſta. Lanfr.in

c.quoniam.uerb.teſt.nu.60.de prob. z §.ſexto.Inſt.de grad.cog.l.3.l.ult.de grad.& aff. a Spec.§.1.nu.10.& 23. Bart.in tract.reprobat.teſt.uerb.cõ ſanguineus. b l.4.hoc t. c l.libertum.11.C.eo. d §.item maior.Inſt.de excuſa.tut. e l.parentes.5.C.eo.Lanfr. in d.uerb. teſtium.nu.60. f l. omnib.C.eo. g 10.And.in c.nonnulli.de reſcript.Hipp.ſing.133.affinitas.Ang.conſil.193.uiſis.Lanfr.præall.loc.uerb.teſtiũ nu.60.cum addit. h Bart. in tract.teſt.uerb.conſanguineo.& cap.an frater,&c.uide in l.parentes.C.eo.gl.in c.1.3.9.5.Spec de teſte.§.j.nu.9. i Bal.in l.preſbyteros.C.de epiſc.& cler. k Specul.de teſte.§.j.numer.21 Sburff.conſil.60.cent.1. l l.1.C.qui æta.ſe excuſ.lib.10.l.3.de iur.immut. m l.inuiti.3.hoc tit. n gloſſ.in d. l.inuiti.per l.in eadem.ex quib.cauſ.ma.fac.l.3.§.lege Iulian.hoc tit. o l.inuiti.19.hoc tit. p c.peruenitur.2.c.fin.de teſt.cogen.§.qualiter.num.18.Spec. de teſte.§.pen.numer.1.Schurff.d.conſil.60.cent.1. q l.ſeruí.7.hoc tit. r Spec.§.qualiter.numer.18.per c.1.c peruenit.de teſtibus.cog.c.1.de crim. falſ. s Iaſ.in l.j.§.ſi tibi.de cond.ob turp.cauſ.uid.l.qui furem.49.§.j.de fur.gloſſ.in l.utrum.6.ad l.Pompei.de parricid. t l.fin.C.de impub.ſub. u l.nimis graue.C.de teſtibus. x Specul.§.pen.numer.2. y d.l.nimis.6.C.de teſt.c.1.ex.de prob.l.ſicut.C.de fid.inſt.ubi Caſtr. z l.j.§.propria.quando & intra quæ temp.Dd.in l.omnibus.C.eod. a l.j.quod cuiuſq.uni.uide Bart.in l.aut facta.§.nonnunquam.de pœn. b Cyn.in l.parentes. Caſtr.in l.omnibus.numer.2.& alij Dd.C.de teſtibus. Gæpoll.in ſuo tract.de ſeruit.ruſt.præd.cap.9.numer.28.uide Iaſ.in d.l.ſerui.§.Labeo.num.11.de lega.1.& in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.cum ampl.ac limitat.ff.de in ius uocan. c Lanfranc.in c.quoniam.uerb.teſtium.numer.76.& 77.de probat. d Anchor.conſ. 248.ad prædicta.numer.6.per l.Stipulatio.§.hi quoque.de uerb.oblig. e l.2.de iur.& fac.ig. f Bald.in addit.ad Specul.§.nunc uidendum.in princ. g uide ff.de legibus.& conſ.tot.tit.C.ut quæ deſ.aduo.ubi Caſtr. h l.j.in princ.hoc tit.c.de teſtibus.29.c.teſtimonium.54.de teſtib.6.12.cod.lib.6. i d. c.teſtimonium.54.Bart.in tract.teſt.§.teſtes.in prin.

BIU Cujas

a l.Statum.6.C. de fid.inſtrum.

b Innoc.in c.1.num.10.de fid.inſtru. Spec.de probat.§.j.Panor.in c.poſt ceßionem.de prob.

c gloſſ.in l.ſi quis libertatem.7.de pet. hæred.l.ſi duo.§.idem Iulianus.de iur.ubi Dd.Bar.in trac. teſtium.§ qualiter.nu.3.

d c.de teſtibus.29. ex.eod. uide Dd.præall.loc.

e Spec.§.j.num.64.per l. cum ſcimus.C. de agric. & cenſ.lib.11.

f c.2.eo.lib.6.

g Bar.in trac.teſt.§.qualiter. num. 3. Arch.in c. 2.ex.eo.lib.6.

h l.optimam. antepen.C. de contr. ſtip. l. ait qui. 5.§.j. quod ui aut clàm. c.cum Ioan. de fid. inſt. uid.diſt. Spec. tit.de teſte. c. de inter. num.10. 11.& 12.

i Auth.ſed iudex.C.de epiſc.& cler.

k d.c.de teſtibus.ex.eo. Spec.§.1.nu.63.

l Spec.§.1.nu.63.64.65. & in §.ſequitur.nu.2. & 3.per d.c.teſtib.ex. eo.c.cum dilectus.de accuſat.Ferrar. in for.iuramenti teſtium.uerb.ſuper tota cauſa.Alex.conſil.25.uol.2.& conſil.5. uol.1.uide Bar.nu.8. & 9.in l. ſi duo patroni.§. idem Iulianus. ubi Iaſ.et Caſtr.de iur.

b l.iudices.17.C.eod.l.4.§.hoc iudicium ubi Bart.de dam.inf.Ferrar.in for.iuram.teſt.uerb.citati.nu 2.

ſtatu [a], moribus cuiuſq; [b]. Porrò teſtificari debent teſtes ſuper articulis duntaxat propoſitis [c]. Nam cum ſuper his tantum iurent, eo non creditur ijs uelut iniuratis, ſi de alia re quàm quæ articulis comprehenſa eſt, teſtentur [d]. Quia tamen teſtis ad omnia quæ ad cauſam quomodocunq; faciunt, induci uidetur [e], ideo etiam rectè ſuper interrogatorijs aduerſæ partis [f], item connexis [g], & circumſtantijs loci, temporis [h], atq; id genus alijs examinatur. Et ſanè quoniam interrogari & reſpondere pro utraque parte debet [i], ideo melius eſt petente parte aduerſa, & iuſiurandum præſtari [k], & examinationem fieri ſuper tota cauſa [l], in qua tamen teſtis interrogetur non de re ignota [m], aut facto alieno [n], neq; ueriſimili [o], ſed de proprio facto: hoc eſt, de eo quod per aliquem ſenſum corporis rectè & uerè percepit, & percipere atq; cognoſcere potuit [p]. Nam ex certa ſcientia, non uerò ſuper credulitate [q], aut auditu auditus [r], ſeu ut loquuntur, de auditu alieno [s], teſtimonium perhibendum eſt [t]. Quod † autem ad circumſtantias & formam examinationis attinet, ſciendum eſt teſtes demum poſt litem conteſtatam producendos eſſe [u], niſi cum ad æternam rei memoriam examinantur [x], aut alia iuſta cauſa, puta ualetudinis, ſenij, peregrinationis, acceleration em examinis urget [y]. Aliàs uerò iudex lite demum negatiuè cõteſtata, probationem imponit ac fieri decernit [z], idq; ſumptibus ipſius producentis [a], qui facto eiuſmodi decreto teſtes nominare, & ut examinentur poſtulare [b], ac articulos de quibus interrogentur cõgruentes libello [c], in ſcriptis [d], offerre debet: quo facto iudex per ſe [e], aut ſi teſtes longè remoti ſint per ſubſidiũ iuris implorato loci illius iudice [f], aut ſi perſonæ egregię ſint uel debiles miſſo ad eas notario [g], examinationem ita inſtituet, ut & teſtes citet [h], ijſdemq; ſi neceſſe fuerit, ſecuritatem præſtet [i], & aduerſæ parti examinationem denunciet [k], eaq; præſente uel contumaciter abſente [l], teſtes recipiat, & ab ijſdem iuſiurandum de ueritate citra affectionem ad totam cauſam [m], (quomodo ſuprà eſt expoſitum) dicenda exigat [n], idq; intra terminum productioni præſtitutum: ſicuti terminus præſtitui certus, puta ſex ſeptimanarum, tam actori quàm reo ſolet [o]. Quem intra terminum teſtes produci, & ad ſacramentum adigi neceſſe eſt, ne producenti præſcribatur: quanquam poſt terminum examinari rectè poſſint [p]. Articulos etiam probatorios aduerſæ parti communicet, ut tam ſuper qualitate teſtium, quàm circumſtantijs negocij principalis interrogatoria (quæ tamen producenti communicanda non ſunt [q]) concipere atq; exhibere [r], & proteſtationem de excipiendo contra teſtes facere [s] (ſicut omnino ea facienda eſt [t]) peropportunè queat: quibus perfectis iudex ſecretò & clam partibus [u], adhibito tantum notario qui dicta conſignet [x], ſigillatim, non uerò ſimul omnes teſtes [y], examinet, & reducto in memoriã iureiurando, religioſe ſuper omnibus articulis atq; interrogatorijs & cauſa ſcientiæ [z] interroget [a]. Quanquam his nõ ita alligatum eſt eius arbitrium, ut ſi uideat articulos aut interrogatoria parum rectè cõcepta eſſe, quin poſſit ex officio ſuper tota cauſa (dummodo ſuper tota ſit iuratum [b]) teſtem examinare, & impertinentiũ articulorum uel interrogatoriorum nullam habere rationem [c]. Eademq; ſunt obſeruanda in reproductione, quæ uel ad reaſſumendos (ſi fortè obſcurè uel nulliter examinati ſint [d]) uel ad reprobandos, uel alios inducẽdos iterum atq; tertiò (nam quarta productio nõ niſi ex iuſtiſsima cauſa cõceditur [e]) nõ modò in eodem [f], ſed etiam altero atq; tertio ad id termino dato [g], fieri poteſt. Atq; ita examinatione tam actoris quàm rei integrè peracta, & diligenter per notarium conſignata, operam dare debet, ut partes ulteriori productioni renuncient [h]: & coram illis ad id citatis atteſtationes aperiantur atq; publicentur [i], & copia atteſtationum litigatoribus communicetur [k], quo contrà excipere, aut pro illis dicere alternis poſſint: de qua re utile eſt partes in ipſa quoque publicatione proteſtari & mentionem inferre [l]. Porrò † teſtimoniorum uſus frequens ac neceſſarius eſt [m], ad eruendam ueritatem [n] introductus. 6

c Spec.§.nunc uidendum.nu.1.3.4. d Spec. præall.loc.num.1.& 2. e Spec.§.de examinatione.num.2.per l.3.§.item diuus.hoc tit. f l.iudices. Auth.apud eloquentiß.C.de fid.inſt. Spec.§.1.nu. 45.clem.iudices.de off.deleg.c.1.de teſtib.cog. Ferr.in for.iura uera.falſitate.num.6. g l.ad egregias.15.de iureiuran.c.1.c.cum olim.c.ſi quis teſtium.ex. eod. h l.3.§ fin.hoc tit. i Spec.§.qualiter.num.13. k c.2.ex.eod.tit. Authen.ſed etſi.C.eod.Spec.§.qualiter.num.12.c.2.ex.eod. Chilia.in pract. cap.76.num.4. l Spec.præall.loc.& §.ſequitur.num.9. m Bart.num.8.9.Caſtr.Iaſ.in l.ſi duo pro.in §.idem Iulian.de iur. Spec.§.1.nu.65.& §. ſequitur.num.1.2.3.per c.de teſtib.ex.eo. n l.iuriſiurandi.17.C.eo.c.fraternitatis.c.1.ex.eo.l.iudices.C.de fid inſtr.§. ſancimus.in Auth.eo. uide Bart.in l.ſi duo.§.idem.de iur.Spec.hoc tit.§.ſequitur.c.fraternitatis.ubi gloſſ.& Dd.ex.eo.Chilian.in pract.c.76. o l.1.C.de dilat.uide diſtinct. 5.de probat. traditam. p Spec.§.qualiter.num.13.per l.pen.C.eo.Panor.in c.licet.num.19.ex.de probat.Maran.in pract.parte 6.act.3.nu.19.deciſ. Rot.13.de probat.deciſ.2.de ſequeſt.Roman.conſil.443.Chilian.in pract.c.76. q Spec.§.iam de interrogatorijs.per c.per tuas.ex.eo Bald.in l.2. C.ut lit. pend.Iaſ. in l.2.nu.5.C.de æden.gl.in c.2.uerb.interrogatoria.de teſtib.in 6.Innocent.in c.per tuas.de teſtib.Roma.ſing.266.purp.nu.90.cum ſeq.& alij in d.l.2.C. de æden.Duennas in regul.5.cum fall.Maran.tract.iud.part.6.act.4.nu.19. r c.2.eod.lib.6.Spec.de teſte.§.iam de interrogatorijs.in prin. s Spec. §.1.nu.41.Ferr.in for.iura.teſt.uerb.proteſtante. t c.præſentium.31.ex.eo Spec.§.1.nu.41.Ferr.in for.iuram.teſtium.uerb.proteſtant.nu.2.per c.2.eod. lib.6. u Spec.§.nunc tractandum.num.1.c.uenerabili.52.ubi gl.hoc tit.c.qua 42.ubi gl.ad uerb.ſecretè.de elect.l.nullum.12.C.eo. x Spec.d.§.nunc tractandum.nu.1.& 2.per c.cum cauſam.de appell. y Spec.in d.§.nunc tract.in prin.per §.quia uerò.in Auth.eo. z c.cum cauſam.37.ex.eo.Dd.in l.ſolam.C.de teſtib.Spec.§.j.nu.60.Bart.in tract.teſtium.§.2.Lanfr.in c.quoniam.uerb.teſtium.nu.18.de probat.gloſſ.in l.2.§. idem Labeo. de aqua pluu. Alex.conſil.76.uiſa.nu.12.uol.1.& quomodo olim teſtes deponere ſint ſoliti,uide apud Cuiac.obſer.lib.3.c.26. a l.ſi quis libertatem.in fin.ubi gl.Bart. & alij de pet.hæred.Caſtr.poſt Bart.in l.ſi duo.§.idem Iulian.de iur. b c.de teſtib.29.ex.eod. c Spec.de interrog.§.3.in prin.Ioan.Andr.in c.præſentium.eod.lib.6. d Bart.in l.produci.23.hoc tit.per c.cum clamor.c.12.ex.eod.Spec.§.j.num.72.§.ſatis.nu.3. e c.ultra.52.ex.eod. Auth.qui ſemel. C.de prob.Spec.§.qualiter.nu.8. f Spec.§.qualiter.num.7.per c.in cauſis.c.ſeruaſti.ex.eo.l.1.C.de dilat.l.fin.ff.de fer. g Bart.in tract.teſt.§.& in primis.nu.2.qui dicit ita ſeruari. h Spec.§.ſatis.in prin.& §.ult.per c.cum ueniſſent.ex.eo. i Spec.d.§.ſatis.per d.c.cum ueniſſent.c.in nomine.ex. eod.c.cum I.& A.de re iud. k Spec.§.ſæpe.nu.3.in fin. l Spec.in §.ſatis.num.1.& §.ſæpe.in prin.per c.præſentium.31.ex.eod. m in l.1.hoc tit. n uide Ferr.in for.iur.teſt.uerb.dicere ueritatem.

BIU Cujas

ductus. ideo enim adhibentur testes, ut ueritati testimonium perhibeant [a], pro utraq; parte [b], & probatio rerum gestarum salua sit testibus adhibitis [c]: quorum dicta (siquidem illi sint omni exceptione maiores) æquè magnam fidem faciunt, atq; instrumentum publicum [d]: scilicet quando duo uel tres cum minimum, idem asseuerant [e] (nam in ore duorum uel trium, stat omne uerbum [f]) cumq; idoneam reddunt testimonij & scientiæ suæ causam atq; rationem. Qui enim eam nõ reddunt interrogati, hi ne præsumptionem quidem ullam faciunt [g]. Sin autem de ea interrogati non sint, in his quæ sensibus quidem sunt expositа, fidem merentur: in illis uerò quæ tantum intellectu comprehenduntur, nequaquam [h]. Sed & tum demum fidem faciunt, quando in testimonijs suis consentiunt, & de eadem re affirmant. Nã & uni affirmanti plus creditur, quàm mille negantibus [i]. Et si separata dicant ac diuersa, ita ut eorum dicta cõiungi nequeant [k]: tunc ueluti singulares, etiamsi plures sint, integrè non probant [l]. habentur enim singuli pro teste unico. uox autem unius, uox nullius est [m], & unus testis, ut dicitur, proficit (scilicet ad cumulandam probationem, uel iuramenti delationem, in supplementum probationis impetrandam [n]) sed non sufficit [o]: immò testes singulares, quia in eodem facto plerunq; discrepant, ideo uelut contrarij sibi inuicem fidem compluries derogare reperiuntur [p]. Cæterùm in uniuersum hæc tota res pendet à iudicis arbitrio: cuius est, prudenter æstimare, quantum fidei testibus adhibere debeat [q]: quod ex fide, dignitate, moribus, fortuna, constantia, religione testium [r], non tantum ex testimoniorum uerisimilitudine & congruentia [s] est ponderandum. unde rectè dicitur, testibus non testimonijs credi oportere [t]. Est & illud prudentis prouidiq; iudicis, examinatorum dicta quoad eius fieri potest, conciliare, ut ualeant potius quàm pereãt [u]: & in benigniorem partem [x], ac maximè pro reo, nisi causæ fauor diuersum postulet [y], interpretari [z]: ac ubi aperta est contrarietas, potioribus atq; pluribus potiorem qüoq; fidem adhibere [a]. in quo ut iudex rectè atq; solidè instruatur, usitatum est post publicatas attestationes, etiam post terminum probationis elapsum [b], exceptiones & disputationes contra personas & dicta testium admittere: de quo tamen utile est, partem initiò protestari [c], ne silentio suo personas testium approbasse uideatur [d], & semel approbatas postmodum reprobare non possit [e].

7 Sunt † autem plurima quæ testibus ualidè opponuntur: quorũ alia sumuntur à circumstantijs personæ, alia à qualitate dictorum, alia à forma examinationis. A' persona sumuntur exceptiones: ut si allegetur, testes esse inimicos eius in quem dixerunt [f]: aut amicos [g], domesticos [h], compatres [i], consanguineos & affines eius pro quo dixerunt [k]: criminosos, & in notorijs delictis hærentes [l], falsos [m], redemptos [n], corruptos [o], uiles [p], pauperes [q], leuis opinionis [r], ignotos, obscuros [s], indiscretos [t], rerum ignaros [u], suspectos [x], socios [y], similem habentes causam [z], reos alicuius criminis [a], hæreticos [b], & quomodolibet ab amore, odio, gratia, falsitate suspectos [c]. Contra dicta & testimonia excipitur, dicta esse obscura [d], aut uaria [e], ambigua, uacillantia [f], contraria [g], negatiua [h], non congruentia, neq; uerisimilia [i], falsa [k], præmeditata & composita [l], extra articulos & interrogata [m], absq; idonea scientiæ causa [n], &c. Contra formam excipi potest, testem examinatum esse iniuratum [o], aut super eo de quo non iurauit [p], non ieiunum [q] (quanquam hoc magis iam honestatis est, quàm necessitatis [r]) non rogatum [s], neq; citatum, aut parte aduersa non citata [t]: aut ante litem contestatam [u], uel post publicationem, aut renunciationem, aut sufficientem productionem receptum [x]: non secreto [y], neq; sigillatim [z], nec ad omnia interrogatoria [a], diligenter interrogatum esse. quæ persequi omnia, penè fuerit infinitum, & certè ab hoc nostro instituto longè alienum [b].

DE

a l.cos. 4. C.eo.
b cap.non sine. 14. q.5. Ferr. in for. iur. test. uerb. dicere ueritatem.
c l.curent. 22. hoc t.
d l.in exercendis. C. de fid. de inst.
e l.ubi numerus. 12. hoc t.
f c.4. c.licet. 13. ex. eo.
g l.solam. ubi Dd. C. eod. Spec. §.j. nu. 60. 61. c. præterea. c. cũ causam. c. test. ex. eo. uid. c.j. cum seq. 4. quæst. 4. uer. solam.
h Bart. in tract. test. §.j. et §. conuenticulam. Cyn. Bal. Salic. & Dd in d.l. solam. gl. in l.2. C. idem. de aq. pluu. Alex. consil. 76. uisa. nu. 12. uol. 1.
i gl. in l. diem. 32. §. si plures. ad uerb. cõsenserũt. de recept. arbit. Bald. in l. 1. C. de testa. & in l. act. C. de prob. Soci. in fall. reg. 426.
k Bal. in l. testium. 14. & l. iurisiurandi. nu. 12. C. eod. & in l. 1. C. si unus ex plur. app. gl. in c. duodum. ad uerb. substãtia. de conuers. coniug. & in c. cum Eccles. ad uerb. uacillasse. de caus. poss. Alex. consil. 53. in casu. uol. 1. Chil. in prac. cap. 81.
l c.licet. 22. c.licet. 47. ex. eo. c. cum dilectus. 32. de elect. Hipp. sing. 11. c. licet. de probat.

m l.iurisiurandi in fin. C. eod. n c.fin. de iur. gloss. & Dd. in l.in bonæ fidei. C. de reb. cred. & in l. admonendi. de iur. Spec. de teste. §. restat. numer. 11.
o Spec. in d. §. restat. numer. 11. p l.2. ubi gloss hoc tit. c in nostra. ex. eod. c. licet. de prob. Spec. §. postquam. in princ. uide in c. scripturæ. 14. C. de fid instr.
q l.3. §.1. l. ob carmen. 21. §. fin. hoc tit. r l.j §. fin. l.3. in pr. nc. §. tu magis scire. l. ob carmen. §. fin. hoc tit. ubi Bart. l.4. l testium. 14. C. eod. s l.3. §. j. l. ob carmen. §. fin. hoc tit. t l.3. §. idem. hoc tit. u c. in natura. 32. c. cum tu. ex. eod. c. inter dilect. de fid. instrument. c. abbate. de uerb. significat Specul. de interrog. numer. 11. Ferrar. in for. oppos. test. uerb. uarietas. numer. 4. x c. ex literis. 3. c. in præsentia. de proba. c. ex literis. c. inter dilect. ex. eod, l. Arrianus. de actio. l. fauorabiliores. de reg. iur. Specul. § j. numer. 51. y c. cum tu. ex. eod. z c. fin. de re iud. l. in ambigua. de reg. iuris. l. inter. §. j. de uerb. oblig. l. si pars. de in off. testa. Spec. de testam. §. 1. numer. 51. a uide Specul. in §. postquam. numer. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Bart. in tract. testium. cap. de contrarietate. incip. cum test. Ferrar. in for. oppos. lib. uer. contrarij. b c. cum causam. l. 3. de probat. cap. 3. de testib. Spec. §. qualem. numer. 25. c c. præsentium. 31. ex. eod.
d Ferrar. in form. iuram test. uerb. protestant. numer. 2. per c. præsentium. eod. e l. si quis. 13. C. de testib. f Auth. si dicatur. Auth. si testis. C. eod. c. testium. c. quoties. ex. eod. g l. magis puto in princ. de rebus. eor. Specul. § 1. in princ. per c. quoties. ex. eod. uide Lanfran. in c. quoniam. uerb. testium. de prob.
h l.2. C. eod. i uide Bald. in l parentes. 5. C. eod. & in l. generaliter. de in ius uocan. Alexand. consilio 143. quoniam. numer. 7. uolum. 2. k Specul. §. 1. numer. 9. & 10. Lanfranc. præalleg. loc. numer. 60. l c. testimonium. 54. ex. eod. Bart. in l. 3. §. lege Iulian. hoc tit. Specul. §. 1. numer. 82. Lanfranc. præalleg. loc. numer. 77. m l. qui falso. 13. hoc tit. n l. testium. 14. C. eod. o l. si quis. C. eod. l. diuus. de re iud. c. licet. de probat. p d. l. testium. q l. 3. in princ. hoc tit. c. si qui. ex. eod. Specul. §. j. numer. 61. in Auth. de testib. r c. licet. ex. eod. Spec. §. 1. numer. 28. s Spec. §. 1. numer. 96. t Spec. §. 1. nu. 88.
u Spec. §. 1. num. 81. x l. de accusat. Spec. §. j. num. 81. y l. quoniam. 10. C. eod. l. 3. de fid. instrum. c. ueniens. ex. eod. l. fin. C. de accusat. Spec. §. j. nu. 11. 13.
z c. personas. ex. eod. c. causam. de iud. l. quoniam. C. eod. Specul. §. 1. numer. 73. a c. fin. ex. eod. Specul. §. j. numer. 89. b Specul. §. j. numer. 84. 86.
c c. quoties. ex. eod. c. cum contra. & c seq. de testib. cogen. l. 3. hoc tit. l. quoniam. l. testium. C. eod. Specul. §. j. numer. 82. d c. cum clamor. ex. eod. e c. 3. §. qui falso. 4. q. 2. l. ob carmen. §. fin. hoc tit. ubi Bart. c. cum Ecclesia. de causa poss. c. super. de pœn. f l. qui falso. 16. d. l. ob carmen. §. fin. Specul. §. j. numer. 69. 70. g Specul. §. 1. numer. 70. c. ueniens. 2. ex. eod. c. solicitudinem. de appell. uide Ferrar. in for. opp. testam. uerb. contrarij. item uerb. uarij. h Spec. §. 1. numer. 61. per c. cum Ecclesia. de caus. poss. & propriet. i l. ob carmen. §. fin. hoc tit. c. præterea. ex. eod. Ferrar. §. 1. numer. 67. l. qui falso. 16. hoc tit.
k l. licet. de probat. Specul. §. 1. numer. 44. c. in nostra. c. testimonium. ex. eod. l. diuus. de re iudic. l Bart. in l. 3. §. ideo. numer. 5. hoc tit. Spec. §. 1. num. 81.
m l. si quis libertatem. §. fin. ubi gloss. & Castr. de pet. hæred. l. si duo patroni. §. Iulianus. ubi gloss. Bart. Castr. Ias. de iureiur. c. de testi. ex. eod. c. præterea. de testib. cog. c. 3. de prob. Specul. §. 1. numer. 62. n l. solam. 3. C. eod. c. cum causam. ex. eod. Specul. §. 2. numer. 51. o l. iurisiurandi. C. eod. p c. nuper. c. tuis. ex. eod. Specul. §. 1. numer. 1. §. sequitur. numer. 1. 3. 6. q c. 1. ex. eod. r Spec. §. j. numer. 86. s Specul. §. j. numer. 90. t c. 1. ex. eod. u Spec. §. j. num. 80. x Specul. §. j. num. 80. y Specul. §. j. num. 82. z Specul. §. j. num. 81. a Specul. de interrog. num. 21. Bart. in tract. de testib. §. qualiter. num. 5. per c. cum causam. ex. eod. & Bart. consil. 188. statuto castri. b uide Specul. de teste. §. j. Bart. in tract. de test. §. ad reprob. Ferrar. in for. oppos. test. Lanfr. in c. quoniam. uerb. testium. ex. de probat.

BIU Cujas

De iuris & facti ignorantia. Tit. VI.

1 Continuatio: & ignorantiam præsumi.
2 De duplici ignorantia, iuris & facti.
3 Ignorantia facti quid sit, & quotuplex: & quando, quos excuset, uel non excuset.
4 Ignorantia iuris quid sit, & quotuplex: & quos, quando excuset, aut non excuset.

EST † etiam uice probationis, præsumptio ignorantiæ: quia ab onere probandi releuat [a], donec cõtrarium probetur [b]. allegatio enim & positio ignorãtiæ, est negatiua [c]: negantis autem per rerum naturam nulla est probatio [d]. Est † autem ignorantia duplex: alia iuris, alia facti: ut inscriptio huius tituli ostendit. De facto primùm quæritur, pòst eo cognito, de iure quod ex facto existit [e]. 1 2

Ignorantia † facti est, quando quod in casu uel natura contingenter positum est, accidisse ignoratur: ut si nesciam, mortuum esse illum, cuius mihi lege obuenit hæreditas [f], aut testamentum ab eo conditũ esse [g]. Hæc autem ignorantia uersatur aut circa factum proprium [h], aut circa alienum [i]. In facto proprio non est tolerabilis ignorantia [k], nec licet cuiquam illius errorem prætendere [l]. Nescire enim quod ipse gesseris, non est ignorantis hominis, sed planè stulti & deperditi, ac penè furiosi. stulta autem & supina ignorantia, excusationem non habet [m]. Non igitur præsumitur nec excusat ignorantia facti proprij [n], nisi agatur non de lucro captando [o], sed de uitando damno: ut si quis indebitum repetat, quod supino aliquo rerum suarum errore uel incogitantia soluit [p]: aut nisi quæstio sit de gestu admodum antiquo [q], uel intricato [r]: aut ea negociorum uarietate is qui allegat ignorantiam, sit implicatus, facilè ut alicuius obliuio obrepere in tanta multitudine potuerit [s]. Idemq; dicendum in diuite qui uarias habet facultates & dispersas, ita ut minutissima quæq; recordari non possit [t]. Has tamen circumstantias hactenus prodesse existimo, ut imminuant iuris præsumptionem, quæ obstat sua acta nescienti, & probationem facilem in contrarium admittant, ueluti in ignorantia uerisimili: non etiam ut onus probandi transferant in aduersarium. ac fortasse eo prosunt, ut probatio per iusiurandum admittatur: ut in alijs quæ uerisimiliter putantur latére [u]. quod genus probationis, ueluti priuilegiatum, nullo alioqui modo in facti proprij ignoratione est admittendum: utpote quæ non sit uerisimilis [x], & cui iuris præsumptio aduersetur [y]: præsertim si factum fuerit notatione & animaduersione dignum [z], aut per quod quis alteri obligetur [a]: harum enim rerum nemo sanus facilè solet obliuisci. In re porrò aliena probabilis est ignorantia [b]: cum etiam prudentissimum interpretatio alieni facti sæpius decipiat [c]. Quare excusationẽ meretur, neq; nocet cuiquam in delictis [d], (nisi quis det operam rei, quam scit uel scire debet, esse illicitam [e]) in mora [f], in præscriptionibus [g], usucapionibus [h], transactionibus [i], diuisionibus, contractibus [k], solutionibus [l], condictionibus [m], iudicijs [n]: tam in commodis deniq; adipiscendis, quàm damnis uitandis [o]: & alijs omnibus humanæ uitæ actionibus, quas longum esset percensere. quod uerum est, antequam negocium sit planè finitum [p]. Nam ubi causa ignorantiæ quasi transacta est [q], per rem iudicatam [r], transactionem [s], præscriptionem [t], aut similem modum, negociũ semel finitum ac sopitum, istiusmodi prætextu non instauratur [u]. Verum item est, in ignoratione iusta, quæ etiam prudentem implicari potest: secus est in inscitia negligentiæ supinæ, iniustæ, & non ferendæ [x]. Scientia enim ita existimanda est, ut neq; scrupulosa inquisitio & curiositas exigatur, neq; contrà supina negligentia excusetur [y]. Facti ignorantia, inquit Paulus [z], ita demum cuiq; non nocet, si non ei summa negligentia obijciatur. Quid enim, si omnes in ciuitate, aut in tota uicinia [a] sciant, quod ille solus ignoret [b] (nisi fortè ualetudinarius sit [c], aut absens [d]) aut affectatam, suoq; uitio accersitam obtendat ignorantiam [e]: aut supinam [f], iniustam [g], & homine mediocriter solerte indignam, cumq; aliqua suæ ignauiæ culpa coniunctam [h]: aut si id prætendat se nescire, quod scire [i], uel diligẽter inquirere debebat [k]? Hac tamen in parte ignoscitur plerunq; minoribus 25. annis, fœminis, militibus, rusticis: quibus nõ modò facta, sed etiam iura parum nosse, multis casibus est permissum [l]. Probatur porrò ignorantia regulariter eo ipso, quod non probetur contrarium [m]: quia, ut suprà dictum est, semper præsumitur alieni facti ignoratio, donec probetur scientia [n]. Est tamen ubi ignorantia probanda est: scilicet quando præsumptio iuris illi aduersatur. quo casu probari potest uel per coniecturas [o], uel etiam quandoq; per iuramentum [p]. pendet enim ab animo, qui haud facilè aliter quàm per iusiurandum declaratur [q].

Est

a l. uerius. 21. de probat.
b l. super seruis. 5. ubi Bar. C. qui milit. poss. lib. 12. l. si cui. 7. §. ijdem. ff. de accus.
c Bart. in l. ab eo. in fi. C. quomodo & quando iud. Alex. in l. si cui. 7. §. ijdem. de accus.
d l. actor. 18. C. de probat. l. 2. ff. eod.
e Spec. de teste. §. nunc uidendũ. nu. 4. l. duo sunt testes. de testam. tute. l. ut responsum. 15. C. de transact. dixi 5. de pact. in prin.
f l. j. in prin. l. 3. hoc t.
g l. 4. in fi. hoc t.
h l. quanquam. 7. ad S. C. Velleia.
i l. fi. ff. pro suo. l. 3. hoc t.
k gl. in d. l. fin. text. in d. l. quanquam. 7. ad Vell.
l d. l. quanquã. l. item quæritur. §. si fullo. l. sed ades. § j. locat. l. cum falsum. de acquir. hær. l. in furti. 51. §. rectè. de fur.
m l. 3 l. nec supina. 6. hoc t. l. etsi. 15. de cont. emp.
n d. l. quanquam.
o l. inter. 47. §. fi. ubi Ale. de fur.
p l. sed etsi. 22. in prin. ubi gl. ad uerb. proprio. l. cũ is. 32. in prin. ubi glo. ad uerb. repetere. & Dd. ibid. de condic. indeb. ad idem Bart. in l. cum de indeb. de prob.
q l. peregrè. 44. ubi Dd. de acq. poss. Bart. in l. si quis delegauerit. de nouat.
r Ias. post Bart. in l. quod iussit. num. 52. de re iud. per l. cum fideicommissum. de confess.
s Ias. in d. l. quod iussit. nu. 51. per c. cum olim. de re iud. Alex. cõs. 214. uol. 2.
t Bal. in l. 2. quæst. 7. C. de resc. uend. Bar. & Dd in l. quisquis. eo. t. & in Auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. u c. 2. de testib. lib. 6. gl. Bar. Alex. & Dd. in l. si cui. 7. §. ijdem. ad uerb. doceatq; de accus. Panor. in c. præsentiũ nu. 2. de test. Ias. latè in §. sed istæ. nu. 89. Inst. de actio. x c. ut circa. de elec. lib. 6. c. nulli. uerb. uerisimiliter. eo. t. c. pastoralis. de except. c. præsentium. de testib. gl in c. innotuit. de elec. Bar. in l. atqui. §. cum me absente. de neg. gest. y Alex. in l. inter. 47. §. rectè. per illum tex. de fur. & cons. 71. uol. 1. Fel. in c. quosdam. 7. de præsumptio. Ias. in d. §. sed istæ. nu. 89. Corn. consil. 168. in hac. uol. 3. Cuiac. obs. lib. 5. c. 39. z c. cum illorum. de sent. excom. Ant. de But. in c. ab excommunicato. de resc. Alex. in l. peregrè. de acq. poss. a Alex. d. l. peregrè. & in l. j. ubi etiam Bal. C. de confess. gl. in l. magnam. C. de contrah. emp. b l. fi. ff. pro suo. c l. 2. hoc t. d Bal. in c. j. §. si uasallus. 5. de feud. def. & in l. error. C. de iur. & fac. ig. Bar. in l. fi. ff. si quis testa. lib. & in l. inter omnes. §. j. ff. de fur. in l. genero. de his qui not. infam. e Bar. in l. eum qui. §. pen. de iniur. fac. l. 2. C. de in ius uocan. f Alex. in l. quod te. si cert. pet. g l. pen. ubi Bal. C. qui admit. h l. 4. hoc t. i l. si non. 6. C. eo. k l. non idem circo. 9. C. eo. l l. pen. §. pen. & §. fi. hoc t. l. cum quis. 10. C. eo. m d. l. cum quis. 10. C. eo. l. error. C. ad l. Falc. l. j. ubi Dd. ff. de cond. indeb. l. cuius. 54. de reg. iur. n l. 2. l. cum fideicõmissum. de confess. l. cum putarẽ. ff. fam. herc. o l. error. 8. l. pen. hoc t. l. error. C. eo. p l. error. 7. C. eo. q l. unic. ubi Sal. Ias. & Dd. C. de error. cal. r l. sub prætextu. C. de re iud. s l. sub prætextu. 1. & 2. C. de transac. t l. fi. & t. t. C. de præsc. long. temp. c. 11. de lit. contest. in 6. u l. error. 7. C. eo. x l. 3. l. 6. hoc t. y l. 6. l. pen. hoc t. z l. pen. hoc t. a c. quosdam. 7. c. quanto. de præsumpt. c. cũ in tua. qui matr. accus. poss. b c. j. de postu. præl. c. si qui matr. accus. gl. in c. nulli. de elec. in 6. c Bart. in l. is potest. de acq. hær. d Bart. in d. l. is potest. Bal. in §. conuenticula. de pac. iur. fir. e Card. in cle. 1. 11. 8. quæst. de consang. f Fel. in c. uigilanti. de præsc. l. 3. hoc t. g l. si quis infic. depos. Alex. in l. quod te. si cert. pet. h Bar. in l. genero. de his qui not. infa. Bal. in l. quandiu. C. qui admit. ad bon. i l. quod te. 5. si cert. pet. l. j. C. de fal. mo. Bal. in l. 1. in prin. C. de caduc. toll. & in l. 1. ad Maced. k Bal. in l. j. ad S. C. Maced. gl. in c. innotuit. de elec. l l. pen. in prin. h. t. l. j. l. fi. C. eo. m l. super seruis. 6. ubi Bar. C. qui mili. nõ poss. lib. 12. Bar. in l. si cui. 7. §. 1. de accus. n l. uerius. 5. de prob. c. præsumitur. de reg. iur. in 6. o c. ut circa. de elect. lib. 6. c. si quis. 1. q. 1. Alex. in d. l. si cui. 7. §. 1. de accus. p c. præsentiũ. de test. lib. 6. gl. in d. l. si cui. §. 1. ad uerb. doceatq; de accus. q Bar. Alex. & Dd. in d. l. si cui. de accus. §. 1. Pan. in c. præsentiũ. n. 3. de test. Ias. in l. admonẽdi. nu. 309. de iureiur. et in §. sed istæ. nu. 89. Inst. de actio. et in l. pen. nu. 13. de iurisd. om. iud.

BIU Cujas

4 Et † hæc quidem de facti ignorãtia: nunc de altera tituli parte, uidelicet de iuris inſcitia, aliquid ſubijciamus. Ea eſt ius ſuum ignorare [a]: ut ſi quis neſciat, fratrem ſuum deceſsiſſe, ignorantia facti eſt: ſi uerò ſciat defunctum eſſe, opinetur uerò illius uxorem in ſucceſsione ſibi præferri, iuris eſt ignorantia [b]. Eſt autem alia ignorantia iuris naturalis, ſeu diuini, alia iuris poſitiui [c]: illa indiſtinctè obeſt, neq; excuſationem meretur [d], ne in mulieribus quidem [e], aut militibus [f], aut ruſticis [g]: hæc uerè etſi in compendijs quærendis, & faciendo lucro nocet, hoc eſt, nihil prodeſt [h], nec excuſationem habet [i]: tamen petentibus ſuum, hoc eſt, rem propriam, non incommodat [k]: iuris enim errorem in damnis admittendæ rei ſuæ, nemini obeſſe traditum eſt [l]. Atq; hæc quidem in ciuilibus obtinent: in pœnalibus uerò, error iuris non excuſat à pœnis latæ culpæ [m], ſcilicet cum ea tendit in alterius iniuriam [n]: quia hoc ipſum eſt lata culpa, ius commune ignorare [o]: excuſat autem à pœnis doli [p]: quia error iuris à præſumpto dolo excuſat, & conſequenter ab eius pœna [q]. Eſt tamen præſumptio contra eum, qui iuris ignorantiam allegat [r]: quia quiſq; ius quod ſcire debet, (ſcire autem omnes iura debent [s]) non neſcire præſumitur [t]: exceptis minoribus 25. annis [u], militibus [x], item quandoq; feminis [y], atq; ruſticis [z]: ſcilicet in caſibus iure expreſſis [a], & quando peritiores conſulere non potuerunt [b]. Aliàs uerò error iuris non modò allegandus eſt (ſicuti omnino allegari debet [c]) ſed etiam alicunde probãdus: ut ſi doceatur palàm atq; apertè aliquid contra ius ab ignorante factum eſſe, ſed eum poſtea de iure admonitum deſtitiſſe [d]. Item ſi ius demonſtretur minus eſt frequentatum [e], uel dubium [f], aut ex alia aliqua iuſta cauſa ignoratum [g]. Vt autem iurijurando allegantis probatio eiuſmodi committatur, non eſt admittendum, cum iuris præſumptio illi aduerſetur [h]: eis autem contra quos iuris ſtat præſumptio, non debeat ſacramentum deferri [i].

a l.3.hoc t.
b l.j.hoc t.
c gloſſ.in l.regula.9.ad uerb.regul.hoc t.
d l.2.C.de in ius uoc.§.1. Inſt.de ob.quæ ex delic. l.ſi adulterĩ.38.§.non nunquã.de adult.Card. cle.1.quæſt.6.de cõſan. e d.l.ſi adulterium.38.in prin.de adul.
f l.2.C.de in ius uoc.l.2.de obſeq.à lib.præſtãd. Iaſ.in l.ſi quis.7.nu.32. de iuriſd.per ibi alleg.
g h l.4.l.iuris.7.cum ll.ſeq. hoc t.Cuiac.obſer.lib.5. c.39.& in l.nunquam. 31.de uſucap.
i l.2.ff.de confeſſ.l.cum quis.10.C.eod.l.pen.§. pen.& §.ſi.hoc t.l.error.C.ad l.Fal.
k l.iuris.7.hoc t.
l l.error.8.hoc t.
m l.liberorum.11.§.fin.de his qui not.infam.
n Bart.in l.ſi adult.38.nu. 14.de adult.per l.reſpiciendum.§. delinquunt. de pœn.l.2.§.hac actione.de ui bon.rap.
o gl.in d.l.liberorum.ad uerb. non iuris. Bart.in l.non fatetur.nu.6.& 12.de confeſſ.
p Bald.& Ang.in l.ſicut. C.de præſcript.30.annor. Alexand.in l.quod Nerua.ff.depoſ.& in l. non fatetur.de confeſſ. Cora.conſil.177.in hac. uol.2.
q gloſſ.& Dd.in l.unic.§. ult.ſi quis ius dicẽt.l.igitur.de liber.cauſ.l.2.ſi quis teſt.lib. Alex.in l.ſi quis.7.de iuriſdict.in l. 2.quod quiſ.iur. Caſt.late conſil.412.nu.3.uol.2. per l.ſed etſi.§.ſcitè.de pet.hær.
r Alexan.in l.j.ſi quis teſt. lib. Caſtr.conſil.189.l. quemadmodum. C.de

1 POſtquam † expoſuimus, quomodo ex contractibus rerum obligationes actionesq; oriantur: ſequens eſt, ut ad contractus perſonarum tranſgrediamur: cuiuſmodi ſunt ſponſalia, nuptiæ, pacta dotalia, & quæ his accedunt [a]: item tutelæ, quæ quaſi contractus eſſe perhibentur [b]: neq; profectò ſecundum res creditas, plures aliunde quàm ex coniugijs & tutelarum adminiſtrationibus, inter uiuos exiſtunt actiones [c].

2 Sponſalia † porrò nuptias præcedunt: & à ſpondẽdo dicta, unde ſponſi ſponſæq; appellatio [d]. Spondere à ſponte uenit: ut ſpondeo ſit, quaſi ſponte do uel promitto [e]. Hinc omnis ſtipulatio promiſioq;, ſponſio appellatur [f]. Fuit autem in more poſitum ueteribus Romanis, ut ſibi futuram uxorem ſtipularentur: eamq; ſponderet is cuius in poteſtate illa eſſet [g]: ut in Aululari Plauti, Megadorus ſibi ſtipulatur filiam Euclionis dari: pater deſpondet, ex quo ſponſi ſponſæq; appellatio, & ſponſalia dicta [h]. Sponſalia ſunt mutua repromiſsio (ſic enim rectius legit Hotomanus [i], quàm prout habent uulgaria exemplaria, mentio & repromiſsio) futurarum nuptiarum, ritè inter eos, quibus iure licẽt facta [k].

3 Sponſalia † porrò alia dicuntur de futuro, alia de præſenti [l]. Sponſalia de futuro, ſunt tractatus de futuris in poſterũ nuptijs (cuiuſmodi olim omnia erant) ac ueluti pactũ & cõuentio futuri cõtractus [m], ut cum parentes de ſubſecuturis liberorum nuptijs aliquid conſtituunt [n], aut impuberes inter ſe contrahunt [o], aut arrhæ tantummodo dantur [p], aut uerba alioqui in futurũ tempus uel ſub cõditione cõcipiuntur. Sponſalia de præſenti, ſunt promiſsio coniugij præſentis: ſeu, ut loquuntur, tractatus diſpoſitiuus ſuper matrimonio præſenti, qui uim coniugij habet [q]: quod ex uerbis quæ in præſens tempus ſonant, intelligi poteſt: ut, Accipio te in coniugem [r], &c. Porrò cum uerba ſunt ambigua, ita ut tam ad præſens quàm ad futurum tempus accommodari poſsint, æquius eſt pro matrimonio fieri interpretationem, & haberi ſponſalia pro præſentibus [s]: ut in uerbis, Volo te tenere uel accipere in uxorem [t], & ſimilibus. Nam in actibus qui pendent à mera uoluntate & diſpoſitione loquentis, iſtiuſmodi uerba pro præſentibus accipiuntur [u]: fitq; interpretatio contra eum qui legem cõtractus dicere potuit apertius [x]: cæteroquin multis decipulis, & malitioſis ludificationibus, cõiugiorum promiſſa implicarentur. Neq; tamen ex ſola uerborũ cauillatione hæc res ponderanda eſt: ſed prouidi prudentisq; erit iudicis,

r æſtimare

DIGEST▸ LIBER XXIII▸
DE SPONSALIBVS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Sponſalia unde dicta, quid ſint.
3 Species.
4 Cauſa efficiens: qui cum quibus contrahere ſponſalia poſſint, uel non poſſint.
5 Materia: & de arrhis. Forma contrahendi ſponſalia.
6 Finis & effectus.

agric.& cenſ.lib.11.c.qui contra.de reg.iur.in 6. s l.leges.C.de legib. t Bar.& Ang.in l.ſed etſi lege.§.ſcire.de pet.hæred.per d.l.quemad.c.ſi diligenti.de for.comp.cum ſimilib.& in l.quod te.5.ſi cert.pet. u l.pen.in prin.hoc t.l.2.C.eo. x l.j.C.eo. y l.ſi.C.eo.l.pen.in prin.hoc t. z l.ſi quis.7. ubi gl.ad uer.ruſticitatẽ.ff.de iuriſd. a d.l.ſi.C.eo.gl.in d.l.ſi quis.uide Neguzant.in tract.pign.part.5.memb.2. b d.l.pen.§.2.hoc t.l.iuris.6.ubi Alex.& Bald.C.qui admit. c Bart.in l.ſi adulterium.38.num.14.de adult.c.noſcitur. de his quæ fiunt à maio.parte.gl.in cle. appellant. uerb.notorie.de appell. d Bart.in d.l.ſi in adulterium.nu.13.& in l.2.de confeſſ. e Ioan.And.in c.ignorantia.de reg.iur.in 6. Alex.in l.non fatetur.de confeſſ. f Fel.in c.1.de re iud. Corn.conſil.181.uiſa.parte 3. g c.2.de conſt. Card.in cle.1.quæſt.89.de priu.uide Ang.in l.ſi quis.7.de iuriſd.& in l.ſicut.C.de præſcript.30.annor. Alex.in l.1.ſi quis teſtam.lib. h Iaſ.in §.ſed iſtæ.nu.89. Inſt.de actio. Alex.in l.inter.§.rectè.de fur.& conſil.71.uol.1. Fel.in c.quoſdã. de præſumpt. Corn. conſil.168.in hac.uol.3. i Dd.præall.loc.& in l.admonendi.de iureiurand.ubi præcipuè.nu.300.cum ſeqq.Iaſ.& in l.in bonæ.C.de reb.cred.gl.ſing.in l. fi.ad uerb.præſumptio.de eo quod met.cauſ. a gl.in Rub.C.de ſponſ.81.in Rub.C.de ſer.fugi.ubi Dd. b §.tutores.Inſtit.de obligat.quæ ex quaſi cõtract. c uide Paul.lib.2.tit.20.in Auth.de nupt.gl.lat.art.21.lib.1. d l.2.& 3.hoc t. e Varr.de ling.Lat.lib.4. f l.ſponſio.7.de uerb.ſignif. g l.4.C. de ſponſ. h Gell.lib.4.cap.4. i in Commen.iuris. k l.j.hoc t. l c.pen.ex.eo. m l.ſi pœnam.de uerb.oblig.gl.in l.bonæ.de eo quod cert.loc. n c.1.de ſponſ.duo.c.pen.de ſponſ. o l.quæſitũ.9 hoc tit.c.final.de deſponſ.impub.c.unic.§.idem eod.in 6. p l.3.C.eod. q l.pen.de ſpon. r de his uerbis, præſentis temporis & futuri, uide Ang.& Fab.in §.alien.in prin.Inſt.de don. Dd.in l.tale.41.de pact. s c.tua.26.de ſponſ.c.licet.2.de teſtib.c. fi.de re iud.c.continebatur.de deſponſ.impub. t Panor.in c.quemadmodum met.per illum text.ex.de iureiurand. u Panor.præalleg.loc.per doctrinam Bart.in l.ſi is qui pro emptore.de uſucap.& in l.ſi maribus.§.j.ad l.Iuliam de adult. x l.ueteribus.de pact.

BIU Cujas

æstimare ex circumstãtijs personarum & rerum, quid inter partes uerisimiliter fuerit actum. Deinceps alia dicuntur esse sponsalia iurata, alia non iurata [a]: quædam pura, quædam conditionalia [b].

Causa † efficiens sponsaliorum, olim fuit stipulatio & repromissio mutua, (prout antè dictũ est: nam promissio ad solennem stipulationẽ refertur [c]) hodie uerò sicuti nuptias efficit consensus [d], ita sponsalia etiam absq; uerborũ solennitate cõtrahuntur, solo cõsensu [e], tam eorum qui coniungantur [f], quàm quorum sunt in potestate [g]: filia tamen cõsentire uidetur, quæ non euidenter à patre dissentit [h]: quod & in filio obtinere uult Accurs. [i] Tunc autem dissentiendi potestas est, cum indignum moribus sponsum pater filiæ eligit [k]: aliàs iure ciuili, dissentiendo iustam ingratitudinis atq; exhæredationis præbet causam [l]: quod tamen neq; iure Pontificio, nec moribus nostris obtinet [m], cum omnino libera esse matrimonia debeant [n]. Possunt autem sponsalia contrahere, qui & nuptias. nam ubi nuptiæ interdictæ sunt, ibi sponsalibus, quæ sunt aditus nuptiarum, locus esse non potest [o]: quanquam impuberes etsi non rectè coniungantur [p], tamen sponsalia, dilatis ad pubertatem nuptijs, rectè contrahunt: dummodo id fieri ab utraq; parte intelligatur, id est, si non sint minores quàm septem annorum [q]. 4

Materia † circa quam uersantur sponsalia, sunt futuræ nuptiæ: de quibus ultrò citroq; datis arrhis, solet in ijs tractari & conueniri: arrhæ autem cuius sint materiæ, non multum interest: plerunq; tamen annulos [r], aut cathenas, nummos ue cùm aureos tum argenteos [s], arrharũ loco dari usitatum est. Eaq; consuetudo iam inde à primis patribus ortum habet. Nam & minister Abrahæ, in sponsalibus Isaac, γαμήλια aurea & argentea, arrharum loco distribuisse legitur [t]. 5

Forma † sponsaliorum olim consistebat in stipulationibus, testationibus & cautionibus, de præstanda certa pœna, quæ in stipulationẽ deducebatur, ni statum sponsalibus esset [u]: item interueniente contrahentium osculo, nonnunquam sponsalia cõstituebantur [x]. Hodie qualiscunq; promissio, etiam sine stipulatione, scriptura [y], aut etiam arrha sufficit. Nam ut coniugium sine dote esse potest [z], ita sponsalia citra arrham [a]: quanquam arrhabo plerunq; interuenire solet [b], adeò ut sæpe etiã solis pignoribus ultrò citroq; datis, sine alia stipulatione uel promissione sponsalia cõtrahantur [c]: ut si iuuenis fidei cõiugalis nomine puellæ munus offerat, idq; illa tacẽs accipiat: etenim uidetur in eandẽ causam accipere, in quã oblatũ est [d]. Quia uerò sponsalia solo hodie cõsensu cõstant, ideo nõ modò inter præsentes, sed etiã absentes, per nunciũ, literas, procuratorẽ rectè ineuntur [e]. Sed & in præsens aut in futurũ, purè, in diem, sub cõditione, & similibus modis concipi possunt [f], sicuti & reliqui contractus qui consensu celebrantur [g]. 6

Finis † sponsaliorum est, ut coniugium contrahatur. Effectus eorum qui de futuro sunt, ut spem certam & ius matrimonij futuri inducant [h]: quod illiusmodi est, ut sponsus mariti, sponsa uxoris loco habeatur [i]. Nam cingendus habetur pro cincto [k], ut loquuntur: & destinata ad aliquem finem, eo loco interpretatione iuris sunt, atq; si suum adepta finem essent [l]: ac quod de proximo futurũ est, id utiq; pro iam facto habetur [m]: quod ὑπερβλάτα, & lata quadam interpretatione, in fauorem matrimonij, atq; in causis fauorabilibus [n], item quo ad honestatem affinitatis publicam contrahendam [o], receptum est. in strictis aliud seruatur [p]: quia non propriè, sed per interpretationem tantum sponsa uxoris loco est [q]. Quare neq; in pœnalibus [r], nec in statutis [s], quæ uerbi gratia post mortem mariti certam (ut fit) bonorum partem superstiti uiduæ decernunt [t], sponsa uxoris loco ducetur [u]. quod fortè in sponsalibus de futuro uerum est. nam in ijs quæ sunt de præsenti, contrarium iure communi statui æquius erit, cum pro uero coniugio habeantur [x], quanquam Saxonicum ius ingressum thori maritalis indistinctè requirat [y]. Illud quoq; ad effectum pertinet, quòd licet olim pœnitere alterutri personæ aut eius patri in sponsalibus licuit [z], adeò ut ne quidem pœna promissa deberetur [a] (etiamsi uetustissimo iure ex sponso agi potuerit [b]) tamen nouissimo ciuili iure, qui pœnitet, arrhas quas dedit, amittat, aut acceptas reddere teneatur duplicatas [c]: iure Pontificio ne pœnitere quidem licet [d], nisi mutuo cõsensu sponsalia dissoluãtur [e], aut ex iustissima aliqua causa, puta subsecutæ deformitatis [f], desertionis [g], diuersæ fidei [h], stupri subsecuti [i] (nam ex præcedente non distrahuntur [k]) etiam uiolenti & coacti [l], &c. quæ obtinent in sponsalibus de futuro. Hæc enim non cõstituunt matrimonium & ius spirituale, sed tantum sunt pacta & conuentiones de re futura: quare sicut reliqui cõtractus, ita & ista mutuo consensu, alijsq; modis legitimis dissolui possunt [m]: quæ uerò de præsenti sunt, ne mutua quidem uoluntate, iustãue aliqua ex causa (nisi quæ coniugium rescindat [n]) dissoluuntur: quia in matrimonium transeunt [o], ut & illa quæ concubitus subsequitur [p]. Quapropter hæc ob secutum stuprum uiolentum [q], uel aliam superuenientem deformitatem, non distrahuntur [r]. 7

DE

a cap.2.c.requisiuit.de sponſ.
b eẋ.de condit.appell.
c §.ſi ſcriptum.Inſt.de inutil.ſtipulat.
d l.nuptias.de regul.iur. uide ĵ.tit.1.
e l.4.l.in ſponſalibus.7.l. ſponſalia.11.hoc t.
f l.ſponſalia.11.l.ſi puellæ. 6.l.filiofam.13.hoc t.
g l.in ſponſalibus.7.l.ſponſalia.11.cum ll.ſeq.hoc t.
h d.l.in ſponſalibus.l.ſed ea.12.hoc t.
i in d.l.in ſponſalibus.
k d.l.ſed ea.
l §.ſi alicui.in Auth.ut cũ de appell.cog. uide latè Dec.in l.nuptias.30.nu. 9.& 10.de regul.iur.
m c.l.ubi Dd.de deſponſa. impub.
n c.cum locum.14.c.gemma.39.de ſponſ.
o l.oratione.16.hoc t.c.cũ quis.de reg.iur.in 6.
p in prin.Inſtit.de nupt.l. quæſitum.9.hoc t.
q l.in ſponſalib.14.hoc t.
r c.ſi quis uxorem.27.q.2. Panor.& Dd.in c.1.de ſponſ.duo.
s l.ſi. C.eod.
t Geneſ.24.
u l.in ſponſal.7.hoc t.l.ſi. in fi. C.eo.
x l.ſi à ſponſo.16. C.de donat.ante nupt.
y d.l.in ſponſalib.
z l.ſi. C.de donat.ante nupt.
a c.tuæ.25.eẋ.eo.
b l.3.l.ſi. C.eo.l. ſi legib. 16.C.de epiſc.audien.
c gl.Panor.& Dd.in c. tuæ.25.eẋ.eo.& in c.ſi. de deſponſ.impub.
d uide ĵ.de ſolut.
e l.4.l.ſi.hoc tit.l.quid ergo.13.§.1.de his qui not. infam.
f t.t.de condit.app.ex.c. pen.cum ſimil.de ſponſ.
g uide ẽ.de emp.& uend.& de pact.&c. b l.ſi uxor.13.§.diuus.de adulter. i l.ſi ſponſ.de iur.dot.l.lex Iulia.de fund.dot.l.itẽ apud.15.§.ſponſ.de in iur.l.ſi uxor.l.nõ ſine.C.de bon.quæ lib.l.aßiduis.C.qui pot.in pig.l.2.§.ſi ſponſi.C.de priuil.cred. k l.pen.de teſta.milit. l l.à diuo Pio.15.§.fin.ubi Raph.Fulg.de re iud.l.cætera.§.ſed ſi ſeparauit.ubi hoc diſputãt Dd.de leg.1.§.& quia parũ.in Auth.de nupt. m Bar.Bal.& alij,in l.pen.de milit.teſt. & idem Bal.in l.ſi impuberi,de tuto.& cura.da. n gl.Land.lib.1.art.45. o l.pen.C.de inceſt.nup.uide ĵ.t.1.& t.t.ex.de eo qui cog.conſang.ux.
p l.2.& l.4.ff.ad l.Pomp.de parricid. q l.oratio.ubi Bal.hoc t. r l.ſolet.de his qui not.infam.gl.in cle.1.uerb.cõtrab.de cõſang.& aff.Panor.in c.1. circa fi.de poſtul.prælat.Ias.in l.cum quidam.de lib.& poſth. s tex.in l.ſi à ſponſo.15.C.de don.ant.nupt. t Auth.præterea.C.unde uir & uxor.
u Bal.in l.ult.C.unde legit.idẽ Bal.Salic.Caſt.in l.1.C.unde uir & ux.latè Salic.& Cyn.in l.cũ in te.C.de don.ant.nupt.Bal.in l.Deo.C.de epiſc.et cler. Bar. in l.nihil.rer.amot.l.cũ fuerit.de cõdit.& demõſt.uide latè Tiraq.in ll.cõnub.poſt ll.nu.22.uide gl.Land,lib.1.art.31.& 45.li.3.Dec.cõſil.540.nu.3.Boer. deciſ.22.nu.38.Matheſ.ſing.74. x uide Schurff.conſ.9.ut in præſenti.cent.3.gl.in c.quemadmodũ.24.uerb.teneatur.de iureiur. y uide Zob.gl.lat. lib.1.art.31.gl.lib.3.art.45.num.6.& art.77.per illos textus. z l.j.C.eod.l.in poteſtate.10.hoc t. a l.Titia,134.de uerb.oblig.c.gemma.29.ex.eod.
b Gell.lib.4.cap.4. c l.ſi.C.eo. d c.ex literis.ex.eo. e c.2.ex.eo.ubi Panor.& Fel.dicũt eam cõmunẽ opinionẽ. f c.ult.de coniug.lep. g c. de illo.de ſponſal.l.pen.hoc t.l.2.de diuor. h l.ſi legib.16.C.de epiſc.audien. i d.c.quemadmodũ. k d.c.quemadm.uide ĵ.de nupt.in fi. l Pan. & Imol.in c.quemadmodũ.poſt gl.ibid.ad uerb.oculos.de iureiur. m Fel.nu.16.in d.c.2.per illum tex.ex.eo. n gl.ad uerb.teneatur.Panor.et Imol. in d.c.quẽad.et ita uidẽtur uelle Dd.in d.c.2.de ſponſ.quia illud accipiũt de ſponſalib.de futuro.Hoſt.t.de matr.circa fi. o c.pen.ex.eo.c.1.c.3.de ſpõſ.duo.
p c.is qui fidẽ.c.pen.ex.eo.cap.1.de ſpõſ.duo.Schurff.cõſ.57.cẽt.1.Spec.de præſump.§.ult.nu.5.uide ĵ.t.1. q l.ſi uxor.11.§.ſi quis.uerſ.cæterùm quæ uim patitur.de adul.Pan.7.c.quẽad.n.11.et 12.de iureiur. r uid.Pan.et Imol.in d.c.quẽad.n.11.et 12.ubi gl.optima ad uerb.teneatur.per c.ex publ.de cõuer.cõiug.

BIU Cujas

De ritu nuptiarum. Tit. II.

1 *Vnde dictæ sint nuptiæ, & quid sint.*
2 *Diuisio, & genera nuptiarum.*
3 *Causa efficiens, & origo: & quorum consensus requiratur: & de consensu parentum.*
4 *Qui nuptias contrahere possint, uel non.*
5 *Forma: & quomodo contrahantur nuptiæ.*
6 *Finis & effectus.*
7 *Affinia.*
8 *Contraria: & quæ coniugium uel impediant, uel dissoluant.*

1 SPonsalia † consequuntur nuptiæ: quas à nuptu, id est, opertione & uelamento dictas esse author est Varro: quem sequitur D. Ambrosius, docens de exemplo Rebeccę, ad conspectum sponsi Isaac se obnubentis atq; uelantis, hunc obnubendi ritum fuisse antiquissimum [a]. Et certè apud Romanos, mulier olim nupta & obuoluta, tectaq; uelamine lutei coloris, ut est apud Plinium, in domum mariti deducebatur. Vnde liquet, nuptias nomen ciuile esse, & potius solennitatem celebritatemque contractus coniugalis, quàm ipsum coniugium denotare. Quare non rarò nuptiæ & matrimonium, ut diuersa ponuntur [b]: & hic titulus de ritu, hoc est, solennitate nuptiarum inscriptus est. Hodie tamen ritibus illis pontificijs nuptiarum anti quatis, nuptiæ, coniugia & matrimonia promiscuè dicuntur [c]: quan quam etiam hæ appellationes omnes ciuiles sunt, sicuti & nomen matrisfamiliâs [d], unde matrimonia dicta. Quare non omnis maris & feminæ coniunctio quæ naturalis est [e], dicitur matrimonium aut nuptiæ (ut contubernium seruorum [f]) sed nuptiæ sunt, quas ciues Romani secundum præcepta legum contrahunt [g]. Eas ita definit Modestinus, ut sit coniunctio maris & feminæ, consortium omnis uitæ, di uini & humani iuris communicatio [h]. Iustinianus [i] paulo aliter: Est, inquit, uiri & mulieris coniunctio, indiuiduam uitæ consuetudinem continens. In Ecclesijs & scholis porrò Christianis, ita piè definitur, ut sit legitima & indissolubilis copula unius maris & unius feminæ, instituta diuinitùs, ut agnoscamus Deum esse mentem castam, & ei in castitate seruiamus: & hoc modo propagetur genus humanum, &
2 Ecclesia æterna Deo colligatur. Coniugia † uerò aut publica sunt, quę publicè coram Ecclesia aut multis testibus, benedicente sacerdote contrahuntur: aut clandestina, quæ etsi Canones [k] improbant [l], tamen postquam contracta sunt, dissolui amplius non possunt [m], nec liberi inde nati pro iniustis habentur [n]. Canonibus quoq; aliud coniugium legitimum dicitur, & non ratum: aliud ratum, & non legitimum: aliud legitimum & ratum. Legitimum dicitur, & non ratum, quod inter Iudæos & infideles contrahitur, iuxta leges Mosaicas, ciuiles, & forenses cuiusque loci, quæ inter fideles diuortium ex multis causis aut sine causa concedunt. Sicuti lex Mosi, dato repudij libello, circa causam iustam diuortium permittit [o]. Coniugium ratum & non legitimum, est quod Christiani & fideles citra solennitates Canonicas, puta parentum consensum, publicam benedictionem, &c. contrahunt. Non legitimum, quia destituitur solennitate legum. ratum ideo dicitur, quia dissolui instar Ethnicarum nuptiatum, dato repudij libello non potest. Coniugium portò ratum & legitimum est, quod fideles, seruatis legum & canonum solennitatibus, celebrant [p]. Deinde alia dicuntur uera, quæ uerè existunt, & probari possunt: alia præsumpta, quæ tantum ex coniecturis esse præsumuntur [q]: alia initiata, uidelicet consensu: alia consummata, scilicet carnali copula [r]. Nam per eam, quidam consummari demum matrimonium uolunt: nec antè putant maritum uel uxorem esse participes eorum lucrorum, quæ alterutro moriente, ex statuto superstiti debentur [s]: quod tamen durum est, & meritò ab alijs reprobatum [t]: quanquam uidere licet, in plerisq; id genus statutis, hanc clausulá ferè addi: Postquá ascenderint thorum nuptialem, &c. [u]

3 Quod † ad causam efficientem attinet, coniunctio uoluntatum, affectuum [x], corporum maris & feminæ, est ex communi naturæ iure [y] consensus, quo propriè matrimonium, hoc est, indissolubilis uitæ societas, cuiusmodi non est in coniunctione iuris naturæ communis contrahitur [z], est ex iure gentiũ [a], sicuti & cæteri contractus [b]: institutio, est iuris diuini [c]: solennitas & forma, iuris Pontificij & Ciuilis [d], ex quo & bonæ fidei contractus, matrimonium esse iudicatur [e]. Est igitur coniugium origine & affectione, iuris naturæ. nam eâdem inclinatione naturali, reliquæ quoque animantes coniunguntur (ex quo Cic. lib. 4. de Finibus ait, coniugia uirorum & uxorum, natura coniuncta esse) institutione iuris diuini, consensu iuris gentium, forma & solennitate iuris ciuilis. Cum autem contra institutionem iuris diuini, nulla currat præscriptio [f], facilè intelligi potest, cohabitatione & præscriptione aliqua, ius coniugij induci non posse [g]: sed solum ex ordinatione diuina, præceptisq; iurisgentium & ciuilibus constitui, illud solo consensu [h], & uoluntate eorum qui cõiunguntur, quorumq; sunt in potestate [i], ut patris, aui, &c. Horum enim consensus adeò iure ciuili est necessarius [k], ut uelut authoritas atq; iussum præcedere debeat [l]: cæteroquin iniustæ reputantur nuptiæ, iniustiq́ue ex his suscepti liberi [m]. Consentire tamen pater præsumitur, fauore matrimonij, qui sciens contrahi, non contradicit [n]. Matris, curatorum, & propinquorum, quibus potestas patria in contrahentes non est [o], consensus non eodem modo uidetur necessarius [p]. Nam nec approbatione patris filio filiæ'ue emancipatæ, iure ciuili ad essentiam nuptiarum erat opus [q]: nisi scilicet ætate adhuc minores essent: quo casu lex, patris assensum [r], etiam in uidua [s], propter infirmitatem scilicet ætatis, requirebat. Qua ratione arbitror in minoribus patre orbatis, matris quoq; ac tutorum cõsensum fore etiá hodie necessariũ [t]: aut illis dissidentibus, iudicis authori-

r 2 tatem

a c. nec illud. 30. quæst. 5. Genes. 24.
b §. si aduersus. 11. in uerbis, nec nuptiæ neq; matrimonium. Inst. de nup. uide quæ ibi dixi, et Cuiac. obs. lib. 6. c. 32.
c in prin. Inst. de pat. po. in uerb. nuptiæ seu matrimonium. ubi scripsi.
d Cic. in Top.
e l. j. §. fi. de iust. & iur.
f l. cum ancillis. C. de incest. nupt. gl. in prin. Inst. de nup. ad uerb. ciues Romani.
g Inst. de nup. in prin.
h l. j. hoc t.
i in prin. Inst. de pat. potest.
k uide c. 1. cum seq. 30. quæst. 5.
l t. t. de cland. despon. c. nec illud. 30. quæst. 5. Schurff. consil. 1. nu. 4. & 8. cent. 1.
m c. final. 28. quæst. 1. c. nec illud. §. sed obijcitur. 30. q. 5. Schurff. consil. 1. nu. 4. cent. 1.
n c. quod nobis. de clan. dest. despons.
o c. non satis. 34. quæst. 2.
p c. fi. 28. quæst. 1. c. quanto de diuor.
q c. illud. de præsump. l. 9. & 13. C. eod. Spec. de præsump. §. ult. nu. 5.
r c. 2. de cõuer. conju. c. statutum. cum seq. 27. q. 2.
s Panor. in c. ex publico. nu. 7. de con. coniug. Salic. in l. cum in te. C. de don. ante nupt.
t Bal. Cast. Alex. in l. j C. unde uir & ux. Angel. tract. mal. uerb. adulterauit. num. 16. fac. l. nuptias. de reg. iur. d. c. ex publico commissum. ubi Panor. nu. 3. qui fil. sint legit. uide Tiraq. de legib. connub. leg. 15. n. 22.
u gl. noua. Land. lib. 3. art. 45. & dictum est 5. t. 1.

x l. si quis. 26. C. eo. y l. j. §. fi. de iust. & iur. z l. nuptias. 31. de reg. iur. a l. j. §. fi. de pac. l. j. in fi. de cont. nupt. b l. 5. de iust. & iur. c Gen. 2. d c. tua. 26. de sponsal. e uide Iaf. post Fab. in §. fuerat. nu. 12. & 13. Inst. de actio. f Bal. in l. 2. C. de usur. c. ad audientiam. c. cum uenerabilis. c. fi. ubi Dd. de consue. c. ad nostram. de probat. c. cæterum. de iureiur. cle. 1. de usur. Schurff. consil. 83. prædictæ. num. 11. cent. 3. g l. qua in prouincia. §. diuus. de rit. nupt. Bal. in rep. l. j. nu. 4. C. de emanc. lib. Socin. consil. 39. nu. 3. & 5. uol. 1. h l. non cogitur. 21. hoc t. l. nuptias. 31. ubi Dec. de reg. iur. l. 2. hoc t. in princ. Instit. eod. i in prin. Inst. eo. l. 2. hoc t. k l. 2. l. si pater. l. si nepos. hoc t. l. unic. §. oportet. C. de rap. uirg. l. nec filium. l. si ut proponis. C. de nup. l in prin. Instit. eod. m l. Paulus. 11. de stat. hom. n l. 5. C. eo. l. in sponsal. 7. §. 1. de spons. o §. fœminæ. Inst. de adop. p l. j. l. in copulandis. 8. ubi gl. C. eo. uide quæ dixi in prin. Inst. de nupt. q l. filius. 15. ubi gl. hoc t. r l. in coniunctione. C. de nupt. gl. in d. l. filius. 25. s l. uiduæ. 18. C. eo. t l. j. l. in coniunctio. 20. C. eo.

BIU Cujas

tatem interponendã esse [a]. De iure porrò diuino, & ex præcepto Decalogi, idem debetur honor matri qui patri: ideo Canones recentiores (nam ueteres ius ciuile magis secutos, in primitiua Ecclesia apparet [b]) utrorumq; parentũ consensum indistinctè requirunt [c]: magis tamen ex honestate quàm necessitate. nam ob dissensum parentum, non pronunciant iniustas esse nuptias (etiamsi minus legitimas esse ueteres canones fateantur, nomine tamen magis quàm reuera [d]) neq; iniustos liberos inde natos [e]: cũ tamen nostro olim iure, etsi nuptiæ non dissoluebantur iam contractæ parentibus, quorum in potestate contrahentes erant, dissentientibus [f]: tamen iniustæ nuptiæ, iniusti liberi haberentur [g], quod ad ius ciuile, puta familiæ, patriæ potestatis, successionis attinebat [h]: etiamsi quo ad ius naturæ, gentium, & peregrinorũ, coniugium eiusmodi ratum, & liberi inde nati pro ueris ac naturalibus filijs essent [i]. Moribus autem nostris, utrorumq; parentum suffragium in liberorum, præsertim minorum 25. annis, ut suprà dictum est, nuptijs cõtrahendis necessarium est, nec absq; eo contrahi possunt, contractæ tamen ob parentum dissensum non dissoluuntur [k], si quidem cõsummatæ sint copula, quia res integra esse desijt: sin initiatæ tantùm, non nisi ex iustissima causa retractari possunt: qua de re paulo pòst plura erunt dicenda. Consensus porrò contrahentium, aut expressè interuenit [l], aut tacitè [m]: sicuti & parentum [n].

Consentire † autem in matrimonium, & contrahere possunt illi omnes, qui non aut natura aut lege 4
prohibentur [o]. Prohibentur natura furiosi [p], impotentes [q], impuberes [r]: nisi malitia ætatem suppleat [s]. Lege diuina [t] & naturali, atq; adeò omniũ gentium, prohibentur nuptiæ inter parentes & descendentes, in infinitum [u]: & inter collaterales, primo gradu [x]: item inter plures quàm duos, uno eodemq; tempore [y], iuxta præceptum [z], Erunt duo in carnem unam: quanquam hæc prohibitio nõ omnium temporum neq; gentium fuit: uidemus enim non modò apud ethnicas quasdam gentes, sed etiam in populo Dei, πολυγαμίαν quandoq; receptam fuisse [a]. Lege ciuili cõtrahere nuptias uetãtur serui [b], & peregrini [c], &c. Iustas, inquit Imperator [d], nuptias contrahunt ciues Romani: mares quidẽ puberes, feminæ uiri potentes, hoc est: Iure Romano nuptias iustas & ciuiles constituere nequeunt, nisi qui ciues Romani ac huius iuris participes sunt. Atqui ciuitatis ius penes seruos & peregrinos nequaquam esse, palàm est. non igitur iure ciuili, cũ seruo seruáue cõstat matrimoniũ: maximè cum ex seruo uentre, ingenui familiæ hæredes nasci non queant. Iure tamen gentiũ & naturæ, prohibitionẽ istiusmodi nõ esse, exemplum Abrahæ docet: cui cum ancilla Agar uerè cõiugium fuit: item nec licitè, iure positiuo coniunguntur tutor, curator, aut horũ filius cum pupilla uel minore, cuius cura tutelàue geritur [e]: nec cõiuncti sibi inuicem ex latere, quarto gradu consanguinitatis [f], aut etiam affinitatis [g]: quæ quo ad probationem matrimonij, solo consensu [h], aut illicita cõsuetudine [i] cõtrahitur: quanquam iure ciuili nouo (nam apud ueteres aliter fuisse apparet [k]) hac in prohibitione nulli certi gradus definiti sunt [l]: ut nec iure gentium, quo tantum primus in collateralibus gradus pro incestu habetur [m]. Sed iure Pontificio usq; ad quartũ gradum incluſiuè, cõiugia prohibentur: moribus autem nostris, usq; ad quartum exclusiuè. nam qui in quarto uel affinitatis uel cõsanguinitatis gradu cõstituti sunt, non prohibentur in nostris curijs coniungi, ut nec illi (etiã iure Canonũ) qui in secundo uel tertio affinitatis genere, quamuis priore gradu existunt. primũ enim duntaxat genus affinitatis prohibitionem habet, nõ secundũ uel tertium [n]. Sed & ob præsumptionem uiolẽtiæ atq; metus, saltem reuerẽtialis, raptor cum rapta [o], magistratus, ut præses cũ prouinciali [p] ob inæqualitatem, amplissimus cum humili [q]. Senatorius cum libertina aut uili muliere [r], patrona eiusq; filiæ cum liberto [s], contrahere legibus prohibentur. Sed hæ prohibitiones ciuiles, iure Nouellarum [t] & Pontificio, quod in hac causa spirituali attendimus [u], non considerantur [x]. Hoc tamen iure cum infidelibus [y], & nonnunquam cum ea quæ per adulterium antè fuit cognita [z], nuptias cõtrahi est interdictum. Sed & cognatione spirituali eas Pontifices impediunt [a]: quod etsi ex legibus [b] ortũ habet, tamen moribus nostris, facta eiusmodi cognatio nullum creat impedimentum: alioqui eâdem ratione inter omnes qui Christo initiati sunt, ac nomen dederunt, obicem prohibitionis ponere liceat: cum uniuersi sibi inuicem fratris ac sororis loco, imò eiusdem corporis membra spiritualiter existant. Sed sicuti Christus inquit, regnum suum nõ esse de hoc mundo: ita tota illa spiritualis fraternitas & cognatio, à politicis huius uitæ ordinationibus est separata.

Forma † contrahendarum nuptiarum, olim multiplex & uaria fuit [c]. Tribus enim modis habebatur 5
uxor [d]: aut farre, quod erat Pontificum [e]: aut usu & consuetudine, quod erat uulgare & tralatitium: aut coemptione, ac conuentione in manum uiri, per quam uxor efficiebatur materfam. transibatq; in familiam mariti [f], & alter alteri suus efficiebatur hæres [g]. Sed & mulier solenni pompa in uiri domum deducebatur [h]: quæ omnia temporibus antiquata sunt [i]. Hodie uerò contrahuntur rectè nuptiæ, sine ulla etiam pompa [k], uerbis uel signis, consensum exprimentibus [l], etiamsi scriptura uel instrumentum nuptiale

a d.l.j.d.l.in coniunct.in fi. ubi Bal.& Salic.
b c.aliter.30.q.5.
c c.sufficiat.27.q.1.c.1.de despons.imp.c.cum causa.de rapt.
d c.fi.28.quæst.1.c.aliter 30.quæst.5.
e c.cum causa.de raptor. uide c.1. de desp.imp.
f Paulus lib.Sent.2.c.20.
g d.l. Paulus.
h Cic.& Boet.in Top.
i l.quidam.de pœn.l.si uxor.13.§.planè.de adulter.
k fac.l patre.in fin.de his qui sunt sui uel alie.iur.
l c.licet.de spon.duor.
m c.cum apud.14.de spõs. c.unic.de desp. impub. lib.6.
n l.5.C.eo,d.l.in sponsal.5. tit.1.
o d.c.cum apud.14.de sponsal.
p l.patre.de his qui sunt sui uel alien.iur.c.dilectus.24.exẽ.eo.
q l.in causis.10.C.de repud.t.t.ex.de frigid.& malefic.
r in prin.Inst.eo.l.quæsitum.9.l.in sponsal.14.5. tit.1.
s c.de illis.9.c.ult.de desponsal.impub.
t Gen.2.Leui.20.1.Cor.5.
u l.nuptiæ.53.l.fi.hoc t.l. nemine.57.C.de nupt. uide C.de incest.nupt. per tot.
x l.libertinus 8.hoc tit.§. item.Instit.eo.l.nemini. 17.C.eod.
y l.2.C.de incest. nupt.l. eum qui duas.C.de adulter.l j.de his qui not.infam.§.affinitatis.cum seqq.Inst.de nupt.
z Gen.3.Matth.22.
a Gen.24.exemplũ Abrahæ,Iacob,Dauid,&c.
b l.cum ancillis.3.C.de incest. nupt.
c Cic.in Top.
d in prin.Inst.eo. e t.t.C.de interd.matri.l.libertũ.37.hoc t.l.qui pupillã.7.ad l.Iul.de adult.l.ult.de legat.1. f uide C.de incest.nupt.& Inst.de nupt. c.pen.& c.fi.de consang. g d.c.pen,ubi gl.& Dd.de consang.l.pen.C.de incest.nupt.uide gl.in §.si uxor.et ibi Ang.Inst.de nupt.& in l.4.de gradib. affi. h l.pen.C.de incest.nupt.gl.Ang.& Dd in §.si uxor.Inst.de nup.& in l.4.de grad.aff.c.de illo.de cond.app.c.unic.de despons.imp.lib.6. i l. 4.de nup.uide de his t.t.exẽ.de his qui cog.cõsang.uxo.suæ. k Vlp.tit.5.& 16. l uide Inst.de nup.& quæ ibi dixi. m l.fi.hoc t.uide j.de adulter. n c.non debet.de cõsang.& aff.Gemin.in c.unic.§.quare.nu.3.de sponsal.lib.6. o in Auth.de rap.mul.l.unic.C.de rap.uir. p l.si quis officium.38.l.qui in prouincia.57.hoc t.t.t.C.si qual.præd.dig. q l.humilem.C.de incest.nupt. r l.lege.44.cum ll.seqq.hoc tit.l.oratio.16.5.tit.1. s l.3.C.de nupt. t Auth.sed nouo iure.C.de nup. u iuxta doctrinã Cano.in c.1.& 2.de oper.no.nunc.Cast.in Auth.at qui semel.C.de prob. x c.pen.de rapt.c.pen.ubi Hostien.de secun.nup.c.raptor.28.q.2.& 36.q.1.per tot.Panor.& Dd.in Rub.de cog.lega. y c.caue.28.quæst.c.de infidelib.de cõsang.et affin.c.quanto.de diuort.Panor.in c.fi.nu.3.de transact,uide c.Iudæi.& seq.28.q.1.Nolite iugũ ducere cũ impijs. z t.t.exẽ.de eo qui in matr.dux.quã per adult.poll. quod & prohibitionẽ ciuilẽ cõtinere uidetur.§.si quis uerò accus.in Auth.ut null.iud. a t.t.de cog.spir.l.si quis.26.in fi.C.eo. b l.si quis alumnã.26. C.de nup. c uide Cic.in Top.& Boet.Vlp.t.9.11.25.26.Tac.lib.4.Gell.lib.18.c.6.Arist.lib.j.οἰκονο.Cuiac.ad Vlp.t.11.& obser.lib.6.c.16.et 20.Catull. Plin.Plutar.Lactant.Festũ.Pomp.Alex.ab Alex.in Genial.dier. d uide Boet.prælleg.loc.latè Cont.lib.1.disp.c.13. e Vlp.t.9. f uide de his Tiraq. in ll.conn.in 4.lege.n.4. g Vlp.c.9.11.16.22.& 29.Boet.in Top.Gell.lib.3.c.2.& lib.18.c.6.dixi Inst.de senatusc.Tertyll. h l.5.hoc t. i l.pen.de donat.int.uir.& ux.l.si donat.2.C.de nup. k d.l.si donationum.22.C.de nup. l c.tuæ.25.cum c.seq.ubi gl.de sponsal.

BIU Cujas

ptiale non interueniat [a]. Quare & per procuratorẽ ritè ineuntur [b]: publicè tamen, & coram Ecclesia [c]: aut in cœtu aliquot fidelium, Ecclesiam repræsentante [d], benedicenteq; nubentibus Ecclesiæ ministro [e], sunt celebrandæ. Nam clandestinas nuptias facere, iure improbatur [f]: quanquam si constet contractas (quod licet iure ciuili [g], tamen Pontificio quo in terris imperij hactenus utimur, nõ præsumitur [h]) retractari nequeant [i], neq; filij inde nati, pro illegitimis habeantur [k]. Quod ad formam probandi attinet, matrimonium plenè probari debet [l]. puta per testes [m] non suspectos [n], sed omni exceptione maiores [o], etiamsi aliæ probationes deficiant: cum matrimonium sit eiusmodi, ut testes adhiberi debeant, & per eos probari possit [p]: qui testentur de publico solenniq; contractu, aut qui audiuerint uerba matrimonium inducentia [q], aut affirment de sponsalibus & traductione in domum insecuta [r], nominatione [s], coniugali [t], & tractatione [u] ad matrimonium apta atq; ordinata [x], cohabitatione [y] sesquiannali [z], maximè uerò longi temporis, hoc est, decennali [a], existimatione & scientia uicinorum [b], fama publica [c]. Item per instrumenta, super ipsa matrimonij solennitate confecta [d], non tantùm super dote, aut tractatibus similibus, quæ abesse uel adesse coniugio possunt [e]: eoq; non plenè, satisq; per se probant, nisi alijs adminiculis roborentur [f]. Deniq; per præsumptionem [g]: quæ sumitur ab æqualitate personarum [h], affectione maritali [i], cohabitatione [k], quæ tamen hodie nedum iure canonico [l], sed etiam ciuili [m], sola non sufficit: sed coniuncta cum tractatione maritali, & reputatione, præsumptionem facit, ita ut cõtrarium asserenti probatio incumbat [n]: potest enim semper probari cõtrarium, quia matrimoniũ nullo tempore præscribitur [o]. Probatur etiam ex copula carnali: quæ omnem priorem dissensum, metum, aut aliud quoduis impedimentũ, præsumptione iuris, & de iure cõtrariam probationẽ excludente tollit, purgat & aufert [p]: item deductione & pompa in Ecclesiã uel domũ solenni [q], ac reputatione publica [r]. Præterea & per cõfessionem cõiugium, mutuò se recipientium, & pro coniugibus agnoscentium [s], etiam cum deprehensi, ad euitandam stupri pœnam, fidem & promissionem coniugalem allegant [t]: quæ tamen allegatio, ad euitandam aliorum delictorum pœnam, nequaquam sufficeret, neq; attenderetur [u]. Postremò etiam per iuramentum iudiciale [x], atq; adeò necessarium, quòd in causa matrimoniali, quamuis criminali comparetur [y] (cum in ea de statu & libertate personæ sit quæstio [z], ut hinc delationi locus non dandus uideri possit [a]) interdum, hoc est, cum plus quàm semiplenè probatum est, pro matrimonio, non contra illud, est deferendum [b]. Nonnunquam etiam iusiurandum purgationis [c], cum infirmior est probatio, testesq; inducti minus idonei, ut parentes [d], propinqui [e], domestici [f], proxenetæ [g], &c. quos maximè existimauerim admitti pro matrimonio [h], & regulam suprà traditam de testibus omni exceptione maioribus, accipiendam, cum contra matrimonium producuntur, ad probandum impedimentum, dissensum [i], &c.

6 Fines † coniugij uarij sunt. I. Vt propagetur ad posteritatem Deo Ecclesia: quo sensu Propheta ait, filios & filias Deo generari [k]. Et Plato lib. 6. de Leg. ideo præcipit operam coniugio dandam, ut alios Deo pro nobis cultores relinquamus. II. Vt suscipiantur liberi, reip. & generis humani propagãdi causa [l], sicuti in prima coniugij institutione ordinatum est: Crescite, & multiplicamini [m]. Et in legibus nostris [n] dicitur, liberos Reipub. magis quàm parẽtibus nasci. III. Vt uitentur stupra & adulteria [o]. IIII. Vt gignendis alendisq; liberis uicem mutuam reddamus [p] parẽtibus, quibus alioqui par gratia reponi nequit. Natura enim quemadmodum nascendi, ita & gignendi legem præscripsit: parentesque alendo,

a l.neq;.13. C. eod. gloss. ad uer. instrumentis. ubi etiam Ang. nu. 6. in §. fi. Inst. de nupt. per §. nuptias. in Auth. de nupt. c. tanta. ubi Can. ex. qui fil. sint legi.
b l. denique. 6. l. generali. 34. hoc t. l. fi. de procur. in 6.
c c. 1. 30. q. 1. c. 2. & 3. de cland. despon.
d c. fi. de clan. desp. Schurf. consil. 1. nu. 8. cent. 1.
e c. fin. 28. q. 1. c. aliter. 30. quæst. 5.
f t. t. de clan. desp.
g l. in liberæ. 24. hoc t. l. si uicinis. 9. C. eo.
h c. 1. 35. quæst. 1. gl. et Dd. in c. 2. de clan. despon. gl. in c. illud. uer. uxorẽ. ubi Dd. de præsump. Felin. in c. per tuas. de proba. Socin. consil. 39. uisis. nu. 5. uol. 1. ubi dicit esse communem: quòd etiam in foro ciuili hodie ita præsumatur.
i c. 1. 2. de clan. desp. c. nec illud. §. sed obijciunt. 30. quæst. 5. Schurff. consil. 1. nu. 4. cent. 1.
k c. quod uobis. de clan. desp.
l gl. in l. j. §. si ea. uerb. uxor. de uent. in poss. mitt.
m c. illud. 11. de præsump. c. super. 22. c. licet. 43. de testib.

r 3 nepotum

n c. super. 22. eẽ. de testib. Lanfr. in c. quoniam. uerb. testium. de proba. o c. 1. ubi Ant. de But. de consan. & affin. Alex. consil. 143. quoniam. nu. 6. uol. 2. per doctr. Panor. in c. super. eo. de testib. Hostien. in tit. de teste. §. 2. uide omnino Imol. consil. 130. in causa. uide cons. matr. 48. nu. 90. consil. 70. nu. 4. consil. 72. nu. 5. consil. 74. nu. 10. consil. 75. nu. 3. consil. 82. nu. 21. consil. 86. nu. 4. uol. 1. p Alex. consil. 64. in fine. uol. 5. Alc. de præsump. reg. 1. præsump. 47. nu. 5. cons. matr. 86. nu. 44. uol. 1. ubi respondetur ad c. ueniens. 2. de testib. l consensu. C. de repud. quòd tantum in his procedant, ubi uerisimiliter alij testes intercedere non possunt nec solent. q Alex. d. consil. 143. nu. 2. 3. r Bal. in l. cũ in te. 6. nu. 1. C. de don. ante nup. gl. & Bart. in l. cum fuerit. 15. de cond. & demonst. s uide Bart. in l. filium. de his qui sunt sui iur. Socin. d. consil. 39. nu. 5. uol. 1. Dd. in l. neq;. 5. C. de testam. in l. cum testamentum. 8. C. de iur. & fac. ig. l. fina. de prob. l. nõ epistolis. 13. C. eo. per illos tex. Innoc. c. ex parte. de rest. spoliat. t d. c. illud. l. si uicinis. C. de nup. § quia uerò. in Auth. ut lic. mat. & auiæ. §. illud quibus mod. na. Socin. consil. 39. uisis. uol. 1. u Bart. in l. si uxo. §. sed si ea. nu. 1. de adulter. d. c. illud. d. l. si uicinis. x Socin. d. consil. 39. uisis. nu. 5. 6. 7. uol. 1. y d. c. illud. d. l. si uicinis. ubi Salic. z Spec. de præsump. §. species. nu. 5 per c. ad id quod. c. iuuenis. de sponsal. a Socin. d. consil. 39. nu. 5. b d. l. si uicinis. C. de nupt. c Cano. in d. c. illud. Spec. de not. crim. §. 4 uers. fama. Alex. d. consil. 143. nu. 3. Socin. optimè d. consil. 39. nu. 4. uol. 1. d d. c. illud. Bald. in l. neq;. 13. C. de nupt e d. l. neq;. 13. C. eo. Innoc. in d. c. illud. Bald. in c. 1. §. naturales. si de feud. com. Socin. d. consil. 34. nu. 1. f Soc. d. consil. 39. nu. 1. g d. c. illud. d. l. cum fuerit. 15. de cond. & dem. l. in liberæ. 24. hoc t. l. donationes. 32. de donat. h d. l. donationes. 32. de donat. i d. l. donationes. §. quoniam. in Auth. quib. mod. nat. l. cum quis. 10. cum ll. seq. C. de na. l. b. k d. l. donationes, d. l. in liberæ. d. l. si uicinis. l d. c. illud. m Socin. d. consil. 39. ubi dicit esse communem. per §. quoniam. in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. Bald l. non epistolis. 13. nu. 9. C. de prob. n Socin. d. consil. 39. nu. 5. per doctrinam Bart. in d. l. si uxor. §. sed si ea. de adul. in l. filium. de his qui sunt sui uel alie. iur. o Innoc. in d. c. illud. Bal. in l. 1. C. de emanc. lib. Soc. d. consil. 39. nu. 5. p Spec. de præsump. §. species. nu. 4. & 5. per c. de illis. de desp. imp. c. per tuas. de cond. app. c. super. de eo qui cons. uxor. gl. in c. ueniẽs ad nos. de sponsa. c. significauit. de eo qui dux. in mat. quam per adult. c. insuper. qui mat. accusar. Cæp. caute. 22. q Spec. de præsump. §. species. nu. 5. per c. ad id quod. c. iuuenis. de sponsi. r Alex. in d. l. si uxor. §. sed si ea. de adult. Ang. in §. illud in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. Sal. in d. l. si uicinis. C. eo. s c. super. de eo qui dux. cons. uxor. c. attestationes. de desp. imp. Bal. in l. pen. C. de fideiussor. & l. eam quam. C. de fideic. t Ang. in pract. criminal. ad uerb. che hai adulterato. nu. 58. per doctrinã gl. Bar. Bal. & Dd. in l. pen. C. de fideiussor. & in l. j. C. de confess. Spec. de confessor. §. sequitur. u l. commissum. 27. C. de adult. nota in l. seruos. 8. C. ad l. Iul. de ui pub. Mass. in pract. tit. de pœ. per d. l. cõmissum. C. de adult. l. si ex causa. §. ult. de minor. l. j. §. ult. de quæst. Chass. in cons. Burg. Rub. 1. §. 5. uerb. s'il n'a grace. Tiraq. in tract. de pœ. causa. 56. x c. mulieri. 34. de iureiur. gl. & Dd. in l. 3. in prin. ff. eo. l. in bonæ. C. eo. Schurff. consil. 45. in fi. cent. 2. y Ias. in rep. l. ad monendi. nu. 177. de iureiur. z gl. in c. mulieri. ad uerb, absoluto. de iureiur. a gl. in d. c. mulier. Ias. in d. l. admonẽdi. uide cons. mat. 82. per totum. po. 75. 249. & paßim. Schurff. d. consil. 47. quod in præsenti, in fi. cent. 2. b Ias. in l. 3. in prin. nu. 25. & 26. de iureiur. uide cons. mat. 34. nu. 5. consil. 72. nu. 29. 34. consil. 35. nu. 31. consil. 56. nu. 3. consil. 75. nu. 41. consil. 82. nu. 1. consil. 83. nu. 4. & paßim. Pan. in d. c. mulieri. 39. de iureiur. c c. attestationes. 10. de desponsi. impub. d c. super. 22. de testib. uide cons. mat. uol. 1. e cons. mat. 86. & consil. 59. nu. 35. nu. 93. uol. 1. Alex. consil. 64. nu. 15. uol. 5. f cons. mat. 57. nu. 3. g uide j. de proxenet. h uide Panor. & Dd. præall. loc. c. super. 22. de testib. c. uidetur. qui mat. accus. i De tali casu loquitur c. 1. de consang. c. super. de testibus, cum simil. quæ pro illa regula allegantur. uide etiam tract. de proxenet. k Ezech. 16. 20. & cap. 23. 37. l l. liberorum. 220. de uerb. sign. l. j. l. si cum dotem, 23. §. si maritus. uerb. procreandæ sobolis. sol. matr. l. fi. C. de ind. uide tollen. m Gen. 2. Tob. 8. n l. j. §. si ea, ubi Bar. de uent. in posses. mitten. o 1. Cor. 7. Propter fornicationem, &c. p 1. Tim. 5. Discant domum educare, & uicem rependere parentibus.

BIU Cujas

nepotum enutriendorum debito nos alligarunt [a]. V. Vt homo omnium ſtudiorum ac laborum ſociam habeat, quæ uitæ ærumnas leniat, & laboranti opem præſtet, iuxta dictum: Non eſt bonum homini eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium, quod ſit coram eo. VI. Vt ſit teſtimonio, Deum cõiugij authorem mentem eſſe caſtam, amantem puræ ſocietatis, & uagarum libidinum inimicam: ſchola atq; officina multarum pulcherrimarum uirtutum, inuocationis, fidei, charitatis, patientiæ, &c. Poſtremò, ut ſit imago & typus fœderis ſancti, perpetui, ſpiritualis, inter Chriſtum & Eccleſiam [b]. Quod ad effectum attinet, per matrimonium inducitur perpetua uitæ conſuetudo, conſortium diuini & humani iuris [c] (quanquam alter pro altero conueniri propterea nequeat [d]:) maritus efficitur rerum dotalium dominus [e]: uxorq; in eius poteſtatem etſi non tranſit iure ciuili [f], tamen iure diuino [g], canonico [h], conſuetudinario [i], & Saxonico [k], in eius eſt quaſi poteſtate & cura. Lucratur item maritus fructus dotales, & quicquid conſtante matrimonio acquiritur [l], ſicut & eius induſtria quæſitum præſumitur [m]: quanquam de eo, quo ad ius Sax. dubitari poteſt, cum iſto omnia ſint coniugum communia, eoq; communia quoq; lucra uideri debeant [n]: quod ſanè nunquam mihi placuit, quoniam & iure communi eadem eſt inter coniuges ſocietas [o]: neq; tamen minus omnia conſtante matrimonio quæſita, mariti lucro pro oneribus coniugij quę marito incumbunt [p], cedere debent: maximè cum ei operas debeat mulier [q]: eoq; uel huius quoq; operis comparatũ illi acquiri oporteat [r]. Eſt etiam uir ex euentu coniugij, legitimus defenſor uxoris [s], tum bonorum eius adminiſtrator [t]. Contrà uxor fit particeps domicilij & fori [u], dignitatis & familiæ maritalis [x]: quæ iura etiam uiduis iure ciuili [y] (quamuis non conſuetudine Saxonica [z]) perdurant. Item acquirit ſingulare dominium in donatione propter nuptias [a], & uniuerſalem hypothecam in omnibus mariti bonis [b]: & ſecundum nouellam conſtitutionem, ac ſtatuta plerorumq; locorum, præter alimenta [c], & defenſionem [d], quę illi à marito debentur: certam quoq; bonorum maritalium, ab eius morte (ut & ediuerſò maritus) portionem lucratur [e]: quæ omnia perſequi, noſtri non eſt iam inſtituti.

Affinia † aliquo modo ſunt nuptijs ea coniugia, quæ dicuntur in iure uulgaria [f], & iniuſta [g]: item ſer- 7
uorum contubernia [h], & concubinatus [i]: qui & ipſe contubernium appellatur [k].

Contraria † matrimonio ſunt quàm plurima, quæ uel impediunt illud contrahi, uel contractum diſ- 8
ſoluunt: in quibus præcipuè eminet diſſenſus. Cum enim conſenſu nuptiæ contrahantur [l], ſequitur ex natura contrariorũ, nihil tam contrariũ eſſe nuptijs quàm diſſenſum: & abſq; conuentione nuptias conſtitui & conſtare non poſſe. Eam aũt multa impediunt, ut diſſenſus apertus, error, metus, dolus, ebrietas, furor. Nam principiò quando de diſſenſu liquidò conſtat, coniugium contrahi nequit: neq; in apertis eſt locus coniecturis [m], quæ aliàs ſumi poſſunt pro matrimonio [n], quaſi tacentes uideantur in illud conſenſiſſe, tam contrahentes [o] quàm ipſorum parentes [p]. Si igitur alteruter cõtrahentium, diſſenſum declaret & proteſtetur, non poteſt coire matrimoniũ: nec inuitis liberis obtrudere parentes [q], aut Magiſtratus [r], diſplicentes nuptias debent. De parentum diſſenſu maior eſt dubitatio: præſertim matris, & eorum qui materna linea attingunt. Cum enim non ſint in horum poteſtate liberi, non uidetur eorum uoluntas ad ſubſtantiam eſſe neceſſaria [s]: ut nec curatorum [t]. De tutorum ſuffragatione, iure ciuili non quæritur: cùm qui ſunt in tutela, uidelicet impuberes, contrahere nuptias legibus prohibeantur. Iure porrò canonum, quod maximè in his ſpiritualibus ſequimur [u], quoniam impuberes, in quibus malitia (ut loquuntur) ſeu potius uigor naturæ, ſupplet ætatem [x], rectè coniugantur [y]: ideo hodie de tutorũ etiam conſenſu, quæſtio incidere poteſt. Quare tota res diſtinctione eſt explicanda. Pater igitur, ſeu auus, cuius eſt contrahens in poteſtate, initiò poteſt impedire ſuo diſſenſu, ne coeant nuptię [z]: contractas diſſoluere iure ciuili poteſt, ante copulam: poſt, non item [a]: etiam ſi nuptiæ, quandiu pater diſſentit, iniuſtæ remaneant, quod ad iura ciuilia, puta ciuitatis & familiæ [b]: iure uerò Pontificio indiſtinctè tenet coniugium, nec licet patri illud reſcindere [c]. Cæterùm ius Diuinum per Moſen traditum, filiam in domo ſacriſq; paternis conſtitutam, uoto liberat, patre diſſentiente [d]: ut etiam hoc iure (quod non tam politicum, quàm morale & naturale [e] eſſe uidetur) liberorum de ſe promiſsio, abſq; patris conſenſu non uideatur ſubſtitiſſe. At noſtræ Curiæ mediam quandam uiam inſiſtunt. Etenim à parentibus impediri initiò coniugia permittunt: contracta uerò de præſenti, diſſolui antequam cõſummentur (nam poſt copulam nulla reſciſsio admittenda eſt [f]: quia res deſijt eſſe integra, & parentum authoritas iam uiolata eſt: nec quæſtio eſt de futuro cõiugio, ſed de facto: ac manifeſta fieret iniuria mulieri, ſi cum uirginitate maritum amitteret, ac tum permitteretur diuortium: & deniq; per copulam omne uitium, omniſq; conditio ſublata eſt, & perpurgata [g]) niſi ex iuſtiſsima cauſa non ſinunt. Nec ſufficit, ſi hunc ſolum diſſenſus prætextum, quòd abſq; eorum uoluntate contractum ſit, obtendant. Idemque moribus obſeruatur in matre ac parentibus, quorum nõ ſunt in poteſtate liberi: quia ſcilicet naturali ac Diuino iure, par ijs obedientia ac reuerentia præſtanda eſt [h]: quanquam iure Ciuili, horum diſſenſus non fuerit

coniugijs

a Valer.Max.lib.2.c.4.
b Epheſ.5.
c l.j.h.t.Inſt.de patr.pot. in prin.Land.lib.j.art. 31.gl.art.45.lib.j.
d t.t.C.ne uxor pro marit.
e l.dote.C.de rei uend.l.in reb.C.de iur.dot.
f l.j.cum ll.ſeq.de lib.exh.b.l.2.§.quòd ſi.l.quoties.ſolu.matr.l.j.§.j.de lib.ag.l.j §.ult.l.eũ qui. §.nupta.de iniur.l.ſi uxor.ubi gl.& Dd.C.de cond.inſer.
g Numer.30.
h Bal.in c.1. an mari.ſuccẽſ.uxor. in uſibus feud. Alb.in l.ſi uxorem.C.de con.inſer.Tiraq.in ll.cõnub.n prin.nu.21.
i Tiraq.in ll.connub.in prin.
k Facb.diff.6.& 7.per art.31.et 45.ubi gl.lib.j.
l Bal.in l.2.nu.3.& 4.C. ne uxor pro mar.gloſſ. Lãd.art.45.lib j.Myn. ſing.obſer.26.cent.1.
m Bal.d.l.2.C.ne ux.Alc. tract.præſump. reg.3. præſump.26.
n art.31.lib.j.
o l.j.hoc t.l.ſi cum dotem. 22.§.ſi maritus.7.ſolut. matr.
p l.pro onerib.C.de iure dot.
q uide Tiraq.in prin.de legib.connub.
r §.pen.Inſt.per quas per ſon.nobis acquir.
s l.j.§.fi.l.2.de iniur.§.patitur.Inſt.eo.t.
t uide gl.& Dd.in l.mariti.20.C.de procur.gl. lat.Landr.lib.j.art.31. & 45.
u l.exigere.65.de iud.l.cũ quædã.19.de iurisdict.
x l.mulieres.13.C.de dig. lib.12.l.feminæ.8.cum ſeqq.de ſenat.l.fina.C. de nupt.
y l.filiæ.22.§.uidua.ad municipal.l.fina.C.de priu.leg.ſcholar.lib.12.
z Landr.lib.3.art.45.Facbſ.diff.67. a Bald.in Authen.ſiue.C.ad S.C.Vell. b l.aßiduis.C.qui pot.in pigno. c l.ſi cum dotem.23.§.ſi autem.ſolut. matr.Dd.poſt gloſſ.in l.ſi ab hoſtibus.11.§.fina.eod tit. d §.patuur Inſtit.de iniur.l.j §.fina.cum ll.ſeqq.eod.tit. e Bar.Bal & Dd.in l.j.& Auth. præterea.C.unde uir & ux. Salic.in l.cum in te.C.de do.ant.nupt.Panor.in c.ex public.de conuer.coniug.gloſſ.num.4. Landr.lib.j.art.31. f l.ſi uxor. 13.de adult. g l.Paulus.11.de ſtat.hominum. h l.3.C.de inceſt.nupt.tot.tit.exẽ.de cler.coniuga. i tot.tit.de concub.n.l.diui.9.cum ll.ſeqq.C.de natur.lib.l.in liberæ.24.hoc tit. k d.l diui.9.l.nuper.11.C.de natura lib. l Lnuptias.de reg.iur. m l.continuus.§.cum ita.de uerb.oblig. n l.in liberæ.24.hoc tit.l.ſi uicinis.9.hoc tit. o l.in ſponſa.7.l.ſed ea.11.de ſponſal. p l.ſi pater.5.C.de nupt. q c.1.de deſpon.imp.ubi gloſſ. l.non cogitur.21.hoc tit.l.nec filium.C.eod.l.filiofam.de ſponſ. r l.j.l.in copulan.8.C.de nupt.c.cum loc.14.exẽ.eod. s l.2.de rit.nupt.in prin.Inſtit.de nupt.in uerb.quorum ſunt in poteſtate.l.j.C.de nupt. t l.in copulandis.8.C.de nupt. u uide in cap.1.& 2.de operis nou.nunc.c. fin. de tranſact.Ia.& Dd. in l.admonendi.de iureiur.Caſtr.in Auth.at qui ſemel.C.de prob. x c.de illis.2.c.fin.de deſponſa.impub. y c.2.c.de illis.9.c.fin.de deſponſ.imp.
z uide Kling.in tract.matr.de conſen.paren.per not.in §. ediuerſus.Inſtit.de nupt. a Paul.lib.Sent.2.cap.20.l patre.in fin.de his qui ſunt ſui iur.l.j.in fin. cum ll.ſeqq.de lib.exhib. b l.Paulus.11.de ſtat.hom. c c.pen.de rapt.c.ſufficiat.27.quæſt.1. d Num.30. e l.2.de iuſt.& iur. f c.fina.28. quæſt.1.uide in exam.Theolog.cap.de conſen.parent. g Spec.de præſumpt.§.2.nu.5.uide quæ paulo antè dixi, de form.probat. h l.2.de iuſtit.& iur.l.j.& 2.de obſeq.à lib.præſtan.l.2.C.de in ius uocan.

BIU Cujas

coniugijs impedimento [a], ut nec curatorum [b]: qui ne hodie quidem, moribus noſtris, multum attenditur. De tutorum ſuffragio, magis dubitari poteſt. Etſi enim in horum poteſtate propriè non ſint impuberes, utpote cum ſui iuris hominibus tutores dentur [c]: tamen in quaſi poteſtate exiſtunt, quando tutor perſonæ magis detur, quàm bonis [d]. Quare ut patris, ita etiam tutoris conſenſus, iure Ciuili uidetur fuiſſe neceſſarius in ſponſalibus [e]. Nam nuptias ij quibus tutores præſunt, id eſt, impuberes contrahere nequeunt: ut nequicquam hic de tutoris conſenſu diſputetur. Cæterùm hodie, cum ſublatum ſit pro pemodum omne tutelæ & curationis diſcrimen, & tutores ijdem maneant qui curatores, ſcilicet ad adultam uſque minorum ętatem: ideo idem in his quod in curatorum approbatione, uidetur nunc eſſe ſeruandum [f]. Quod ad Errorem attinet, error in perſona, coniugium & impedit & retractat: puta ſi Titiæ pro Sempronia fides ſit data [g]. Idem olim fuit in errore conditionis: ut ſi quis liberam putans, ancillam duxiſſet [h]: cùm quia iure Ciuili non poterat eſſe cum ſerua connubium [i]: tum, quòd ex illa iuſti liberi (quorum ſpe atque amore coniugia ineuntur [k], ut ſuprà dictum eſt) ſuſcipi nequibant, utpote cum ex ſeruo uentre etiam ſerui homines, quamuis libero patre geniti, naſcantur [l]. Errorem autem Qualitatis, puta ſi quis ignobilem pro nobili, pauperem pro diuite, errans ducat, non uitiare coniugium, deciſum eſt [m]: & rectè quidem. Cum enim hæc facilè ſciri poſsint, nec pertineant ad ſubſtantiã matrimonij, neq; ſit eius cauſa finalis, ſed magis impulſiua (non enim ob dotem aut nobilitatem contrahuntur præcipuè matrimonia: ideoq; hæc abſq; illis adminiculis rectè conſiſtunt [n]) ideo imputare ſibi debet, qui contraxit cum ea, cuius cõditionem exactius explorare debuit [o]. Ac nota eſt regula: Deficiente quamuis cauſa impulſiua, non tamen deficere, neq; ad nihilũ redigi actum ſeu contractũ [p]. Ex quo & illud in diſquiſitionem ſæpe uenit: an qui compreſſam ab alio & uitiatam ducit, uel cum corrupta ignorans ſponſalia de præſenti contrahit, poſtmodum re comperta ſtare promiſsis cogatur, & ad conſummandum matrimonium deinceps urgeri inuitus poſsit. Equidem canon [q] pronunciat, eiuſmodi errorem matrimoniũ non uitiare: ne ſcilicet occulta delicta denudentur, & quieta coniugia diſtrahantur [r]: & ſæpe innocentibus perſonis, à leuibus ſatiatisq; maritis, periculũ ficto eiuſmodi crimine creetur: id quod Curię quoque noſtræ, ſæpius in pronunciãdo ſequuntur. quanquam Theologi [s] huius ætatis doctiſsimi, etſi monent dandam eſſe operam, quo eiuſmodi coniugia concilientur: tamen deſperata reconciliatione, diuortium hoc caſu admittendum arbitrentur: pro quibus facit lex Diuina [t], non modò hoc caſu diuortium permittens, ſed quod ſeuerius eſt, corruptàm capitali ſupplicio iubens affici. Quanquam autem leges Moſi forenſes, ad noſtras politias nihil attinent: tamen cum Diuinitùs latæ ſint, in ijs oſtenditur quid Deus approbet. Deinde in Euãgelica hiſtoria [u], Ioſeph à iuſtitia commendatur, quòd cum Maria coniuge, quam ex alio prægnantem ſuſpicatur, diuortium ſecretò facere inſtituit. Præterea iure Ciuili, etſi emptio mulieris corruptæ, cum pũtatur eſſe uirgo, ſtricto iure nihilominus ualet [x]: tamen ob iuſtiſsimum errorem agi poteſt ad reſoluendam emptionem, ut precio reſtituto, mulier uelut inempta reddatur [y]. Id ſi in emptione uilis ancillæ, æquum & legitimum uiſum eſt: quanto magis in contractu matrimonij, quod perpetuam uitæ communitatẽ inducit, ualere debet? Quid, quòd deficiente aliqua conditione matrimonij generaliter ſubintellecta, deficit coniugij promiſsio [z]? Subintelligi autem & illa conditio meritò iudicatur, Si res in illo duret ſtatu, quo nunc exiſtit [a]. Quòd ſi porrò ulla in iure conditio, in promiſsione fidei coniugalis eſt ſubintelligenda: rectè hanc uirginitatis conditionem antè capi, & huius reſpectu atque intuitu fidem caſti coniugij dari, omnes ſanæ mentis iudicare debent [b]. Quid, quòd etiam dolus quo alterutri parti imponitur, non modò contractus bonæ fidei annihilat [c], ſed etiã matrimonia [d]? Eſt autem manifeſtus dolus improbæ mulieris, quæ ſciens ſe ab altero corruptã, adiungere tamen ſe pro uirgine ignorãti ſponſo nõ ueretur. Quid, quòd ſæpe triſtes cõſequantur exitus, ubi maritus cum polluta, quam peius cane & angue oderit, uiuere & cohabitare cogitur? Sed hæc etſi grauiter & piè diſſeruntur, tamen in caſu dubio, quoad eius fieri poteſt, pro matrimonio uidetur pronunciandum [e]. Nec enim modò id lex ſuadet [f], & præſcripſit iam confirmata multis ſeculis conſuetudo: ſed etiam ratio, non una nec inerudita permittit. Nam primùm, cum ex hac cauſa amiſsi pudoris, ſponſum repudiare ſponſa nõ poſsit: cur nõ idem in uxore iuris admittat maritus, quod in ſe putabit æquum [g]? Deinde nõ minores ſunt labes animi uitiati, quàm corporis: atqui maritus, ſi malè frugi coniugem hæreticam, infidelem, atheam, perditè prodigam, alióue animi morbo quem ignorabat, laborantem comperiat, repudiare tamẽ eam idcirco nõ poteſt [h]: quare nec ob hoc corporis uitium, ut diuortium fiat, eſt admittendum. Et cum D. Paulus [i] iubeat, his caſibus manere coniugium, donec infidelis diſcedat: facilè poteſt intelligi, quid ſequendum præſcribat. Quid, quòd ipſi Theologi reijciant hanc conditionem: Duco te, ſi inuenero uirginem, tanquã turpem & illicitam, & ea reiecta pro matrimonio pronunciẽt [k]? Igitur ſi ne quidem expreſſa, diſertisq; uerbis adiecta hęc conditio, matrimonium efficit conditionale: multo minus tacitè ſubintellecta, id perficere queat. Abſurdiſsimũ enim eſſet, Tacita præualere, plusq; operari expreſsis [l]. Præterea cum cõtractus, ex errore cõditionis uel qualitatis perſonæ, qua cum contrahitur, non reſcindantur: quoniam qui cum alio contrahit, uel ſcit, uel (quod perinde eſt [m]) ſcire debet conditionem eius [n]: certè idem in matrimonio multo magis dicendum eſt: ſibiq; imputare potius debet, qui non diligentius antè ſibi cauit atque proſpexit, quàm ut malis exemplis coniugia rectè conſummata retractentur: maximè cum per copulam, omnes conditiones coniugiorum purificentur [o], & his ualere iuſsis, purè contraxiſſe conuenientes intelligantur. Nam etſi promiſsio coniugij ſub conditione fieri poteſt, non tamen copula: quæ ut ſit ab omni ſtupro, & criminis ſuſpicione libera, omnino puris animis, & coniugij uoluntate ineatur, neceſſe eſt: ut ne in poſterum retractari, néue copula non pro coniugio, ſed pro ſtupro, aut illicita conſuetudine haberi poſsit. Quare etiamſi ſubtilis aliqua ratio in contrarium eſſet: tamen tutius eſt contractas nuptias ob eiuſmodi caſum non reſcindi: quemadmodum in ſpecie ſimili dicitur: Magiſtratum aut honorem, errore & ignorantia conditionis illi delatum,

a l.1. C. de nupt.
b l. in copulandis. 8. C. eo.
c in prin. Inſt. de pat. pot.
d d. l. in copulandis.
e l. 1. C. de nupt. Bald. & melius Salic. in d. l. in copulandis. C. eo. tit.
f de quo Mauſerus ad Rub. C. de nup.
g c. 1. 29. q. 1. tua. 26. de ſponſa.
h c. 2. de coniug. ſeru.
i l. 3. C. de inceſt. nupt.
k l. liberorũ. 220. de uerb. ſig. l. fi. C. de iud. uid. l. ſi cum dotem. 23. §. ſi mari tus. ff. ſol. mat. l. 1. §. ſi in ea. de uent. in poſſ. mitt.
l l partu. l. doc. C. de rei uend. uide Inſt. & ff. de ſtat. hominum.
m d. c. 129. q. 1. Dd. in c. quemadmodum. de iureiur.
n l. fin. C. de donat. ante nupt.
o l. qui cum alio. de reg. iur.
p gloſ. in l. 1. uerb. cauſam. de poſtul. late Tiraq. in tract. reg. Ceſſante cauſa, &c.
q c. 1. 29. q. 1. in fi. c. quemadmodum. de iureiur. ubi Dd. Hoſt. de matr. nu. 26.
r l. conſtante. 26. ff. de adulter.
s Phi. in loc. de con. Be. in epiſt.
t Deut. 22.
u Matth. 1.
x l. alioquin. 11. de contra. empt.
y l. ex empto. 11. §. ſi quis uirginem. de act. empt.
z c. quemadmodũ. ubi gl. ad uerb. conditio. & Panor. nu. 10. de iureiur.
a d. c. quemadmodum. ubi gl. & Dd.
b c. caue. 28. q. 1. ca. fœminæ. 30. quæſt. 5.
c l. & eleganter. ubi Bar. de dol. mal.
d c. tua. 26. in fi. de ſponſ.
e c. fi. de re iud.
f d. c. 1. 29. q. 1.
g t. t. quod qui ſq. iur.
h l. ult. ubi gl. ad uerb. abolito. C. de repud. cum ibi allegat. c. 2. de diuort.
i 1. Cor. 7.
k Philip. in exam. Theol. c. de condit.
l l. 3. ubi Dd. ſi cert. peta.
m l. quod te. 5. ſi cert. pet. l. magnam. C. de conſti. pecu.

n l. qui cum alio. 20. de reg. iur. o cap. ſuper eo. de eo qui con. ux. ſuæ. gloſſ. in cap. ueniens ad nos. de ſponſ.

qui Magistratum gerere non possit, ut seruo: tamen ob bonum publicum, & ex humanitate ratum esse ac ualere, nec Errorem in conditione gerentis, id quod actum est, uitiare [a]: Quod enim bene gestũ est, ut ibi ait Accurs. non debet ex alio euentu retractari [b]. Adde his, quod Vlpian. [c] ait, stupri accusari eam mulierem non posse, quæ post illud ducta est: Serò enim, inquit, accusat mores mulieris, quos ducẽdo probauerit. Cum autem non distinguat inter ignorantẽ & scientem, sed loquatur generaliter: nec nos distinctionem facere debemus [d]. Nam quod ad legem Mosi attinet, fuit ea seueritas etiam apud Ethnicos usitata: neq; tamen inde firmum ad pias conscientias duci argumentum potest. Quanquam enim morte lex puniri corruptam uoluit, non tamen consequitur, ubi mors non imponitur, ex eo delicto diuortium esse concedendum: sic enim homicidia, & alia delicta plurima, morte lex mulctat: quo supplicio, solui coniugium necesse est: neq; tamen inde sequitur, ubi aut à lege, aut Principe, aut consuetudine, ob circumstantias pœna mitigatur, propterea diuortium concedendum esse [e]. Sed nec exemplum Ioseph, præiudicium ad hanc causam magnum afferre potest: non enim exemplis, sed legibus est iudicandum [f]: nec de facto, sed de iure quæritur: quanquam ibi nullum factum propositum est, sed tantùm cogitatio uiri pij & iusti, quæ ad nullũ actum processit: & deniq; illo tempore ualuit etiam lex, & stetit πολιτεία Mosi, ut eius iure rectè uti, & quandam illi ἐπιεικείαν adhibere moderatus homo potuerit. Quod autem de emptione corruptæ mulieris, quæ pro uirgine uenundatur, dictum est, id magis pro hac sententia quàm contra eam facit. Constat enim hunc errorem non impedire, quo minus cõtractus ualeat: nec redhibitioni propterea locum esse [g], cum huic nullum uitia locum faciant, nisi quæ rei usum impediant [h]. Etsi uerò propter illum errorem in uenditionibus datur actio ad pactionem rescindendam: nõ tamen sequitur in matrimonijs idem admitti, cum horum eadem quæ libertatis [i], iurisiurandi, ac reliquarum rerum spiritualium sit cõditio: scilicet ut postquam semel perfecta sunt, & ipso iure ualent, non possint per redhibitionem aut restitutiones [k], aut alio prætextu rescindi [l]: sed maneat in his immota regula: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. Iam quod de conditionibus intellectis dicitur, futurum tempus, non præteritum respicit. Conditio enim hæc subintelligitur, Si maneat in futurũ persona qualis nunc est [m]: non etiam illa, si sit aut fuit talis, qualis esse putatur [n]: hæc enim potius præsumptio quædam est, quàm conditio & propositum in mente retentum, quod nullum parit effectum [o]. Nec uerum est, hanc esse causam finalem cõiugij: alij enim sunt huius fines, ut paulo antè est expositum: sed potius quædam est προκαταρκτικὴ, & impulsiua, in qua etsi sit error, tamen non debet uitiari matrimonium: cum ex errore eiuscemodi causæ, ne legatum quidem minuatur [p]. Iam quod de Dolo dictũ est, primùm hîc non subest dolus qui det causam contractui, sed est tantum incidens: quod genus non uitiat [q]. Deinde in Spiritualibus, puta matrimonijs, & consimilibus, Dolus non annihilat conuentionem [r]: nisi cum res nec substantiam, hoc est, consensum personarum contrahentium, nec formam ullam coniugij habet [s]. Iam quod de euentibus calamitosis dictum est, huic rectè respondetur, non ex euentu, sed ex iure causas decidendas esse. Et si ob tristium euentuum timorem matrimonia soluerẽtur, magnus profectò aditus ad diuortia patefieret: nec inuiti unquam compelli possent, quod promisissent adimplere: cum coacta, ut dicitur, coniugia difficiles plerunq; habeant exitus [t]: quanquam hoc in casu allegare atq; ostendere in contrarium euentus bonos, facile est. Multa enim eiusmodi coniugia & coaluerunt feliciter, & diuina benedictione, quæ fauet charitati, delicta operienti tegentiq;, fuerunt sæpius cumulata. Ex quibus intelligi potest, nihil admodum firmi, in quo pia mens acquiescere possit, contra canonum sententiam adduci: & in dubio pronunciari secundum opinionem quæ fauet matrimonio rectius est [u]. Caput autem est, ut quisq; in animum inducat, à Deo coniugium ordinari: eoq́ue illud secundari sibi, ardentibus uotis postulet: ac eidem fideli patri & domino, euentus qualescunq; sint commendet: qui quidem si non omnes ad uoluntatem fluant, patienter quod à Deo impositum est, in hoc ærumnoso & breui uitæ curriculo perpetiendum ferendumq; sciat.

Dictum hactenus est de errore & dolo: nunc reliqua quæ consensui sunt contraria, persequamur, in quibus est & Furor, qui & impedit & distrahit matrimonium [x]: quando scilicet in ipso contractu interuenit, non etiam si præcesserit coniugium per dilucida interualla contractum [y], aut subsequatur [z]. nam sicut superueniens calamitas uel pœna non soluit matrimonium [a], ita nec furor [b]. Est autem species furoris, Ebrietas: cum scilicet tanta est, ut totam mentis rationem, & iudicandi facultatem omnem sepeliat atq; adimat. In hac enim cum nullus sit consensus, dicendum est, fidem in eiusmodi uinolentia datam, non obligare [c]. Eadem est ratio Violentiæ, seu iusti metus illati. Nam quamuis aliàs per uim metumúe gesta, stricto iure ualent [d]: tamen quia matrimonia debent esse liberrima [e], ideo coacta per uim metúmue, iudicantur ipso esse iure nulla [f], nisi consensus postea à metu perpurgetur [g]. Metum autem etiam per unum testem in matrimonialibus probari uolunt [h]: quem etsi regulariter ita definimus, ut sit eiusmodi qui in constantem uirum cadat [i]: tamen non tantùm in muliere, quantum in uiro requirimus: sed sufficit metus, qui in constantem mulierem cadere possit [k], etiam reuerentialis [l]. Contraria præterea matrimonio sunt, Adulterium subsequens [m] (spontaneum scilicet, non coactum [n]) quæ est iustissima dissoluendi matrimonij causa [o]: item insidiæ & ueneficia, uitæ structa [p]: desertio [q], ligamen prioris

a l.3.ff.de off. prætor. ubi Dd.
b glos. in d.l.3. in uerb. reprobar. per l. sancimus. C. de ad. tut. cum alijs ibi alleg.
c l. si uxor. 13. §. fi. ff. de adulter.
d l. de precio. de Public. in rem act.
e §. deportatio. in Auth. de nupt. l. sed si. 5. de bon. dam.
f l. nemo. 13. C. de sent.
g d.l. ex empto. 11. §. si quis uirginem. de act. empt.
h ad tit. de ædil. edict.
i l. liberos. C. de lib. caus. t.t. C. si ad. liber.
k Auth. sacramenta. C. si ad uend. uide Spec. tit. de rest. in integ.
l c. quanto. 7. de diuort.
m d.c. quemadmodum.
n d.c. quemadmodum.
o l. si repetendi. 6. C. de cõdict. ob caus. dat. l. si maiores. 25. C. de transact.
p uid. ĩ. de condit. & demonstr. gl. in l. 1. uerb. causam. de postul.
q Dd. in d.l. eleganter. de dol. mal. & in l. si dolus. 5. ubi gl. C. de resc. uend.
r gl. in c. tua. 26. ex. eo. per illum tex. & c. ex literis. 7. ex. eo. c. quòd interrogasti. 7. distinct. 27. c. sicut. 30. quæst. 1.
s d.c. tua. 26. in fi. de spõs.
t c. præterea. 12. c. cum locum. 14. c. requisiuit. 17. de sponsal.
u Menoch. cons. 4. ambigitur. nu. 29. Signo. cõs. 37. factum. nu. 6. per cõmunem doctr. Dd. in l. 1. solut. matr.
x c. dilectus. 24. de sponsa.
y c. dilectus. ubi gl. Panor. & Cano. de sponsal.
z l. furor. 8. de sponsal. l. oratione. §. fin. h.t.
a l. sed si. 5. de bon. dam. §. deportatio. in Auth. de nupt.
b l. patre. de his qui sunt sui iur. uid. tamen distin. l. iusto. 44. §. eum. 6. de usucap. l. si cum dotẽ. 23. §. si maritus. sol. mat.
c c. unusquisq;. 22. q. 4. c. sanè. 15. q. 1. gl. Bald. Sal. in l. dolum. C. de dol. & Dec. cons. 112. in præsenti. Tiraq. latè in tract. de pœn. cau. 6. nu. 8.
d l. si mulier. 21. §. pen. de eo quod met. caus. l. 1. C. de rescin. uend. l. interpositas. 14. ubi Ias. in 1. notab. C. de transact.
e l. ult. in fi. C. de sponsal. l. Titio. 134. in prin. de uerb. oblig. l. Titio. 70. §. 1. de condit. & demon. c. requisiuit. 17. c. gemma. 19. de spons.
f c. dilectus. de his quæ ui metusúe caus. c. de muliere. 6. c. ueniẽs. 13. c. eum locum. 14. de spons. gl. in l. si mulier. 21. §. si deb. ad uerb. ullam. ff. de eo quod met. causa, uide Philip. in exam. eccl. c. de consensu.
g c. ad id. 21. c. ueniens. 15. de spons. c. de illis. 9. de despons. imp.
b Bald. in l. obseruare. §. profecisti. 13, quæst. de off. procons. & lega.
i c. de muliere. 6. c. ueniens. 15. c. consultationi. 28. de spons.
k Dd. in l. interpositas. ubi Ias. nu. 4. C. de transact. Dec. in l. in omnib. 39. nu. 3. de reg. iur. glo. in c. cum locum. 14. ad uerb. metus. ex. de spons. Dd. in c. ueniens. c. consulta. eo. tt. Rom. sing. 229. Boer. decis. 100. præsuppono. nu. 2. par. 1.
l c. ex literis. 11. de despons. imp. c. accedẽs. 17. de conuer. coniug.
m uide ĩ. de diuort. l. consensu. C. de repud.
n gl. in d. c. quemadmodum. uerb. teneatur. de iureiur. l. si uxor. 13. §. pen. de adult.
o uide ĩ. de diuort.
p l. consensu. 8. C. de repud.
q c. de illis. ex. de spons. l. pen. h.t. l. 2. de diuort.

BIU Cujas

prioris coniugij, quo durante, secundum contractum non ualet [a]: impotentia naturalis [b]. Hæc enim omnia & impediunt matrimonium, & contractum dirimunt, ut & consanguinitas atq; affinitas [c], de qua antè dictum est: nisi ab infidelibus ante conuersionem, in gradibus prohibitis fuerit contractum [d]: quo casu non dirimitur contractum: ut nec in nostris Curijs post copulam, & postquam res desijt esse integra, inter eos qui tantum iure Positiuo (non etiam Diuino) ob consanguinitatem uel affinitatem contrahere prohibentur. Cum his enim dispensari, in honorem matrimonij solet, etiamsi iure Canon. simpliciter eiusmodi coniugia irrita pronuncientur [e]. Aduersatur etiam coniugio infidelitas, hæresis, & in religione disparitas: quas ob causas & prohibetur iure tam Ciuili [f] quàm Canonico, cum infideli uel Iudæo matrimonium [g], & contractum saltem quo ad cohabitationem dissoluitur: ubi scilicet absq; fidei & conscientiæ periculo diutius unà uiui nequit [h]: in quo tamen Canones inter coniugia in infidelitate contracta, & ea quæ à fidelibus contrahuntur, non satis scienter distinguunt [i]: eiusq; distinctionis causa tracta uideri potest ex legibus Mosaicis: quæ cum alienigenis coniugari prohibent [k], & ex quibus eiusmodi coniugia aliquando memorantur apud Iudæos fuisse dissoluta [l]. Sed eiusmodi leges Mosi politicæ, Christianos non obligant: nec uideo (etiamsi fatear, consultius esse initiò eiusmodi nuptijs abstineri, & ubi res est integra, sequendam potius regulam: Nolite iugum ducere cum impijs) cur tamen minus constet coniugium cum infideli iam consummatum, ita ut deliberationi nō sit locus, re utiq; amplius non existente integra: quàm cum Epicureo (quod sæpe incidit) aut palàm atheo. Et exempla in primitiua Ecclesia extant dissimilia [m]: ut mater Timothei Iudæa Græco, D. Augustini, ethnico uiro, & quidem difficili ac moroso cohabitauit. Itaq; tutius est ad pias conscientias sequi regulam ab Apostolo [n] traditam: ac dicere, eiusmodi coniugium, etiam cum Ethnico aut Iudæo contractum sanctum esse & ratum. Sanctificatur enim, inquit, uir infidelis per mulierem, & sanctificatur mulier infidelis per uirum. Nec excipit casum quenquam diuortij, nisi cum infidelis discedit, ac primus desertionem ipse facit: ac quo maiorem his dictis circumdet authoritatem, addit: Hæc nō à se, sed à Domino præcipi. Quare quod in constitutione [o] dicitur, eiusmodi coniugium uicem adulterij obtinere, durum est, ne dicam impium, nec usu obseruandum: etiamsi uerum sit, hæc coniugia omni iure & Ciuili & Canonico prohiberi. & ex lege Mosi, hanc prohibitionem Diuinæ quoq; uoluntati esse consentaneā, intelligi facilè possit. Atqui multa in Spiritualibus, & præsertim coniugijs initiò prohibentur, quæ cōtracta tamen & perfecta temerè dissolui non debeant.

a *cā. gaudemus. de diuort. c. nuptiæ. 32. quæs. 1. §. affinitatis. Inst. de nupt. l. eum qui duas. C. de adulter. l. 2. C. de incest. nup.*
b *l. in causis. 10. C. de repud. t. t. ex. de frigid. & malefic.*
c *c. 1. de consang. et affin.*
d *c. 4. de consang. cap. pe. & c. fi. de diuort.*
e *c. super. 22. ubi gl. ult. de testib. c. 1. ca. quod super his. de consang.*
f *l. si legib. 16. C. de episc. aud. l. ne quis Christianā. C. de Iud. & cœlico.*
g *c. caue. cum c. seqq. 28. quæst. 1.*
h *c. 2. c. de illa. 6. c. quāto. 7. cum c. seqq. de diuort. uid. 28. q. 1. per tot. uid. c. ult. de con. con.*
i *d. c. quanto.*
k *Exo. 34. Deut. 7. Non sociabis cum eis coniugia.*
l *1. Esd. 9. 10.*
m *uide Phil. in exam. Theol. in quæst. An liceat Christian. &c.*
n *1. Cor. 7.*
o *l. ne quis. 3. C. de Iudæ.*

De iure dotium. Tit. III.

1 *Continuatio: & dotes nuptias sequi, & sine his non esse.*
2 *Quid sit dos, & unde dicta: quæ eius species.*
3 *Causa: à quibus rectè detur, & in qua materia.*
4 *Forma: quomodo constituatur, & an nudo pacto.*
5 *An sine certa quantitate constitui possit.*
6 *Finis & effectus: & quæ actio detur.*
7 *Maritum dominum esse dotis, constante matrimonio.*
8 *Sed eo soluto ad restitutionem compelli.*
9 *Differentia inter res æstimatas & non æstimatas.*
10 *Casus, quo constante matrimonio dos exigi potest.*
11 *Affinia: & de reliquis mulierum bonis.*

1 MAtrimonij † causam sequuntur Iura dotium, quæ ad sustinenda coniugij onera dari maritis solent [a]. Etsi enim nuptiæ sine dotibus esse possunt [b]: tamen constat, dotis causam ita matrimonijs esse coniunctam, ut nulla dos sine coniugio intelligatur [c]: unde & Varro ita dotem definit:
2 Dos est † pecunia, nuptiarum causa data: & Acron Horatij interpres: Dos, est donum puellarū nubentium: qui & etymologiam uerbi indicare uidetur. uerisimile enim est, dotem à dando, sicut & donum esse dictam. Bartol. [d] paulo aliter, reprobata Azonis definitione: Dos, inquit, est ius quoddam uniuersale, in se continens id quod à muliere, uel eius nomine traditur marito, eiúsue patri, ad onera matrimonij sustinenda [e]. Vlpian. [f] simpliciter proprium mulieris patrimonium appellat: quod uerum potissimum, coniugio soluto: nam eo durante, uiri potius est quàm mulieris [g]: cum sit pecunia, quæ marito uxoris nomine donatur [h]. Quanquam & tum etiam respectu huius euētus rectè perhibetur esse in dominio mulieris [i]. Quamuis enim sit in bonis uiri [k], quo ad emolumentum [l], tamē illud minus est quam esse in dominio [m], & nihilominus manet in iure scilicet agendi mulieris seu in iure actionis, qua soluto matrimonio repetere potest [n], ut uel hactenus rem habere etiamnum uideatur quæ actionē ad repetendum habeat [o]. Dos autem diuiditur in Veram, de qua propriè hoc nomen accipitur [p], & in Putatiuam, quæ putatur esse dos, cum reuera non sit: quando scilicet non ualet matrimonium (sine quo dotem esse non posse, iam antè dictum est) cuius causa dos data est [q]. Hæc tamen prerogatiuas & priuilegia eadem habet, quæ dos uera [r]. Dicitur & uariè dos, Promissa [s], Cauta, Numerata [t], Data [u], Dicta [x], Confessata [y], Relegata [z], & (ut pòst dicemus) quædam Profectitia [a], quædam Aduentitia [b]. Subtilius etiam quidam [c] dotem in Naturalem & Ciuilem diuidunt: quæ hîc persequi non est nostri instituti. Origo dotis est ex Iure gentium [d]. & constituitur solo consensu [e], causa coniugij [f], ad onera scilicet huius toleranda [g].
3 Perinde † autem est, siue mulier dotem det, siue quis alius eius nomine: ut pater, cuius officium est (non etiam matris [h], fratrum [i], aut propinquorum) dotare filiam [k], quæ dos Profectitia appellatur [l]: aut etiam extraneus [m]: à quo profecta dos, non Profectitia, sed Aduentitia dici potest [n]. nam promittendo

a *l. si filia. 20. ubi Dd. sup. fam. ercis. l. pro onerib. 20. C. eo. l. dotis fructu. 7. hoc tit.*
b *l. fi. C. de donatio. ante nup. l. fi. C. de repud.*
c *l. 3. h. t. d. l. fi. C. de donat. ante nup.*
d *in Rub. sol. mat. nu. 21.*
e *uid. Bal. in trac. dot. par. 2. per tot. ubi hanc definitionem examinat & impugnat.*
f *l. 3. §. sed utrum. 4. in fi. de minor.*
g *l. in reb. 30. C. eo.*
h *Cuiac. obs. lib. 5. c. 4.*
i *l. in reb. 31. C. de iur. dot.*
k *l. quāuis. 75. de iure dot. l. Lucius. 21. §. idem respondi. ad municip.*
l *d. l. quamuis.*
m *l. 3. & t. t. de bon. poss. §. 1. Inst. eo. tt.*
n *t. t. sol. matr.*
o *l. id apud se. de uerb. sig.*
p *l. fi. ubi Bald. C. de fals. caus. ad.*
q *gl. in l. dotale. 13. ad uer.*

præstaretur. de fund. dot. l. fin. de cond. causa dat. l. si cum dotem. 23. §. fi. ff. sol. mat. r *d. l. si cum dotem. §. fi. l. 2. in fi. de priuil. cred.* s *t. t. C. de dot. pro. t tot. tit. C. de dot. caut. non num.* u *passim in tit. solut. matr.* x *Vlpian. tit. 6. ubi Cuiac.* y *l. 1. ubi Bart. C. de dot. caut. l. pen. §. si uir. ubi Barto. ff. solut. matrimon. Bal. & Dd. in l. assiduis. C. qui potior. in pignor.* z *tot. tit. de dote releg.* a *l. 5. b. t.* b *l. 3. b. t.* c *Bal. in l. 1. sol. matr. & in tract. dot. parte 3. nu. 6. & 12.* d *l. eas. 8. de cap. dimin. Bar. in Rub. sol. mat. nu. 24. ubi Dd. Bald. 1. Nou. de dote. part. 3.* e *l. ad exactionem. l. 1. ubi Bald. C. de dot. pro. Bal. in tract. de dot. parte 3.* f *l. 3. b. t.* g *l. pro oneribus. C. eo.* h *l. neq;. 14. C. eo.* i *uid. glos. in l. 1. C. de alend. lib. Bart. in l. 5. §. utrum. de agnosc. lib. Schurff. consil 8. num. 2. & consil. 24. cent. 1.* k *l. qui liberos. 19. supr. tit. 11.* l *l. profecticia. 5. isto. tit. l. auia. 6. C. eo.* m *l. auia. 6. C. eod. l. unic. §. extraneus. C. de rei uxor. act. l. fin. C. eo.* n *l. 3. cum ll. seqq. hoc tit.*

BIU Cujas

do dotem, omnes cuiuscunque sexus aut conditionis, obligantur [a]. Quare nihil interest, à quo dos aut promittatur, aut detur. Nec illud etiam refert, quacunq; in materia dos constituatur, quæq; res in dotem dentur: siue Mobiles, ut quæ pondere, numero, mensura constant, uelut pecunia, &c. siue res Soli, ut domus lapidicinæ [b], &c. siue etiam Iura incorporalia, puta nomina [c], seruitutes, actiones, iurisdictiones, feuda [d]: siue Proprietas, siue Vsusfructus [e]: siue Omnia bona, quæ tamen sine conuentione nō censentur doti data, siue Pars eorum [f]: siue Æstimatæ res, siue Inæstimatæ [g]: quanquam commodius est uiro, non æstimatas accipere, ne earum periculum subeat [h].

Constituitur † autem dos, aut Stipulatione, aut etiā solo Pacto: quòd hoc casu actionem contractis 4
nuptijs, quasi insecuta traditione [i] parit: quia nudum non est, sed habet in se συνάλλαγμα [k], nempe ipsas nuptias, quarum gratia conuentio fit.

Nec † refert, Certa dos promittatur, an Quantum quis arbitratus fuerit [l]. nam tunc in arbitrium bo- 5
ni uiri collata dotis constitutio uidetur [m]. Quòd si sine mentione arbitrij simpliciter promittatur, patrē quidem ea promissio obstringit, quia pro modo facultatum suarum, ad quantitatem legitimæ & congruæ alimentationis [n], proq; mariti dignitate dotare filiam debet [o]: reliquos non item, quando incerta sit promissio, & minimum, puta nummum dando, debitor liberetur [p].

Finis † dotis est, & ideo dos datur, Vt subleuetur maritus in oneribus matrimonij perferendis [q], & 6
apud illum maneat coniugij causa [r]. Effectus est, quòd ex promissione dotis oriatur actio Bonæ fidei [s], annexum habens ius tacitæ hypothecæ [t], qua maritus dotem ab eo qui promisit, exigere potest: item quòd habeat eundem qui promisit, & eius bona, nomine Euictionis obligata, si forte res in dotem datas euinci contingat [u]. Amplius uolunt quidam, etiam domo exigi à marito uxorem posse, si dos promissa non exoluatur [x]: quod mihi neutiquam admittendum uidetur: non enim matrimoniū à Dote dependet, sed contrà [y]: neque propter conditionem dotis Non impletam, ius matrimonij posse imminui, antea dictum est [z].

Porrò † dotis iam constitutæ & traditæ, dominus iuris interpretatione fit maritus: propter utilita- 7
tem, quo liberius & commodius uti frui ea possit [a]. nam fructus eius lucratur, & arbitro suo ea Vti frui potest [b]: quod uerum est, constante matrimonio [c].

Nam † eo soluto, dos quæ sine causa apud maritum aut eius hæredem est, repeti iure quidem nouo 8
potest [d]: qua † in parte refert, Æstimatæ res in dotem datæ sint, annon: nam inæstimatæ restituuntur, 9
quatenus præstari per rerum naturam possunt. Neq; enim periculum & interitus fortuitus maritū debitorem obligat, sed res domino & creditori perit [e].

At † rerum Æstimatarum etiam quæ interierūt, precium reddendum est: quia uenditæ quodammo 10
do uidentur [f]. Est etiam, quando constante matrimonio dos repeti potest: cum uidelicet uergente ad inopiam marito, periculum est ne mulieri ad dotem soluto matrimonio petendam, inanis relinquatur actio [g]. Sed & prouentus earum rerum quæ nunquam renascuntur, ut fodinarum & metallorum, non putantur cedere marito, sed doti: quanquam usum & fructum horum prouentuū, pecuniæq; quæ inde redigitur, habeat: à morte uerò uxoris hæc ut mobilia, pleno iure maritus lucretur.

Affinia † doti sunt, Donatio quam sponsus sponsæ facit [h]: quæ impropriè donatio Propter nuptias 11
dici potest [i]: item Donatio propter nuptias, propriè sic dicta, quam Græci ἀντιφώνλω appellant: quæ etiā constante matrimonio fieri potest [k], & potissimùm fit in securitatem dotis, ad inducendam inter coniuges æqualitatem [l]: cuius dominium consequitur statim mulier iure singulari, hypothecam iure communi: fructus tamen non lucratur, qui marito pro oneribus cedunt [m]. Distat igitur hæc donatio à donatione Ante nuptias. Nam hæc rem uerè facit uxoris, ita ut constante matrimonio ea fruatur, siquidē suis usibus illam retinuerit (aliàs enim est in usu & fructu mariti [n]) & eo dissoluto, repeti à muliere aut eius hæredibus donata nequeant. At donatio Propter nuptias tantum iuris fictione rem facit uxoris, non re ipsa. nam neq; fructus hinc lucratur mulier, neq; proprietatem: sed soluto matrimonio, postquā sibi de dote satisfactū est, restituere debet quicquid hoc nomine datum est: ut potius hypotheca quædam sit, quàm uera donatio [o]. Huius autem donationis species est & Dotalitium [p], pars bonorum mariti, assignata ex consuetudine uel conuentione mulieri, ut pro dote eam habeat obligatam, & post mortem lucretur (nisi se per adulterium aut iniustam separationem, aut turpitudinem uitæ, alijsq; modis etiam post mortem mariti, illa fecerit indignam [q]) aut proprietatem eorundem, aut usumfructum [r]. quanquam etiam casu quo tantum usumfructum ad uitam habet, ipsam dominij non ususfructus iure uti, pleriq; contendant [s]. Affinia etiam doti sunt bona mulieris Parapherna, hoc est, extra causam dotis cōstituta, quæ proprium sunt mulieris peculium [t], tunc ipsi relinqui solitum, cum maritus tenuior est, quàm

a l. promittendo. 42. b.t.
b l. res. 43. cum ll. seqq. b. t. l. unic. §. cum aūt. C. de rei uxor. act. l. si ante. 6. cum ll. seqq. sol. mat. l. in rebus. 30. C. eo.
c l. 2. C. de actio.
d c. 1. de eo qui sibi & hæred. c. 1. de inuestit. uide Dd. in cap. 1. §. donare. qual. olim feud. Curt. in tract. feud. 1. part. 4. nu. 93.
e l. res. 17. cū ll. seqq. C. eo.
f l. nulla. 4. C. eod.
g l. 5. l. pen. C. eo.
h l. plerunq;. 11. cū ll. seqq. hoc tit.
i l. in traditionibus. 49. de pact.
k l. ad exactionem. 6. C. de dotis promiß.
l l. 3. C. de dotis promiß.
m l. in personam. 23. §. generaliter. de reg. iur. l. 1. de leg. 2.
n Salic. et Fel. in Auth. res quæ. C. commu. de lega. Ang. cons. 357. dominus. Alex. cons. 7. uol. 2. cons. 83. uolu. 4. Bal. in tract. de dote. parte 6. Castr. cons. 108. dubitatio. nu. 1. & 2. uol. 2. Æmil. cōs. 1. num. 12.
o l. cum post. 69. §. gener. 4. hoc tit.
p l. 1. C. de dotis promiß.
q d. l. pro onerib. 20. C. e.
r l. si pater. 79. b. t. l. fi. C. de donat. ante nupt. l. 3. b. t. l. fi. de cōd. caus. dat. l. si donaturus. 9. cum ll. seqq. eo. tt.
s gl. fi. in l. de diuisione. 5. ubi Bart. & Dd. ff. sol. mat. Ias. post Fabr. in §. fuerat. n. 14. Inst. de act.
t Ias. in d. §. fuerat. nu. 31. per text. in l. unic. §. 1. uerb. ab utraq; parte. C. de rei uxor. act.
u Bar. & Dd. in l. unic. §. 1. C. de rei uxo. act. latiſo simè Bal. in l. 1. post glo. Cod. de iur. dot. Ias. in §. fuerat. nu. 32. Inst. de act. tit. de ritu nupt. in fi.
x Bar. in l. si donaturus. in prin. de cond. ob caus. Ias. in §. fuerat. nu. 98. Inst. de actio.
y l. fi. C. de donat. ante nupt.
z ad l. in rebus. 30. C. de iure dotium. l. doce ancillam. 9. C. de rei uend.
a municipalem. d t. t. j. sol. matr. ubi dixi. & in §. fuerat. Inst. de actio.
b l. pro oneribus. C. eo. l. dotis. 8. b. t.
c l. Lucius. 23. ad
e l. pignus. C. de pig. act. §. cum aūt. Inst. de empt. l. si ex legati causa. de uerb. oblig.
f l. plerunq;. 11. cum ll. seqq. b. t. l. ex conuentione. C. de pact.
g l. ubi adhuc. 29. C. de iur. do.
h de hac uide in §. est & aliud. 3. Inst. de dona.
i in Auth. ut sponsi. larg. gl. in Auth. eò decursum. C. de don. propter nup.
k l. si constante. 19. l. cum multæ. 20. cum ll. seqq. C. de donat. ante nup.
l t. t. in Auth. de æqual. dot. Bal. in Auth. dos data nu. 3. C. de donat. propter nupt.
m Bal. in Auth. siue. C. ad S. C. Velle. & in Auth. promissa. & Auth. data C. de donat. ante nup. uide gl. Land. art. 21. lib. 1. Vueych. art. 22. gl. art. 76. lib. 3. art. 44. lib. 1.
n l. si ego. 10. in fi. b. t.
o l. fi. cum Auth. seqq. C. de donat. ante nup. nouell. 61. ut immob. ante nupt. uide quæ dixi Inst. de dona. §. pen.
p c. ex parte. de for. comp. c. plerunq;. de dona. int. uir. & uxo.
q Bar. Bal. Sal. Ias. in l. fideic. 27. C. de fideic. Chas. in cons. Burg. tit. de iur. mar. §. 6. uer. est douée. nu. 3. per doctrin. Bald. in l. quod in uxorem. C. de neg. gest. gl. in l. ab hostib. §. si uir. ubi Cast. Ias. & cōmuniter Dd. ff. sol. mat. Aret. cons. 130. Fr. Curt. Iun. cons. 6. feud.
r uide Guid. Pap. deciſ. 566. Chass. cons. Burg. tit. de iure mar. §. 4. nu. 6. & §. 6. uerb. est douée. nu. 1. 2. 3. uide Feud. in c. 1. §. hoc quoq;. de suc. feud. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. gl. Land. lib. 1. art. 21. Paul. de cit. in pact. iur. patr.
s uide latiß. Buerhard. cons. 217. præsuppoſito. per totum per Auth. permissa. C. de donat. ante nupt. & Auth. donationē. ubi gl. Cyn. & alij. C. de iur. dot. Bar. in l. libertis. de alimen. legat. Ias. in l. cum hi. §. si uni. de transact. uide Zob. qui habet pro usufructu. lib. 1. art. 21.
t l. si ego. 10. §. dotis. b. t. l. fi. C. de dona. ante nup. gl. in Rub. C. de pact. conuen. Ias. in §. fuerat. nu. 40. 41. Inst. de actio.

BIU Cujas

quàm ut pro omnibus mulieris bonis dotalitium ei constituere aut uelit aut possit. Ea bona cùm marito traduntur utenda fruenda, dici solent Parapherna: cum ab ipsa uxore possidentur & seruantur, proprium eius peculium [a]. Iure tamen Sax. hæc quoq; sunt in usufructu mariti, quando hoc iure uxorem cum omnibus bonis in tutelam & potestatem quandam uir recipiat [b], nec quippiam habeant inter se coniuges non commune [c]. Puto tamen & hoc iure dotem tantum transire in bona mariti [d], reliqua manere cõiugis, sicut iure Ciuili secundum quod statutum est interpretandum [e]. Vtilius autem est eius manere propria, quàm alienari in maritum, cum satius sit Dominium habere & ius In re, quàm Actionem & ius Ad rem. Itaq; bona licet tradita marito, non fiunt dotalia, nisi sit hoc actũ, etiamsi fructus eorum suos maritus faciat. Habet igitur mulier multiplex patrimoniũ [f]: cui iure Sax. accedit Morgengabe, gerada siue supellex, & si qua sunt similia [g]: quæ aut ex donatione mariti habet, aut sit nobilis, generali lege patria: uel etiam ignobilis, uigore statuti particularis aliquando ex eius bonis, post mortem capit [h]. Affinia etiam doti sunt legitima & aliméta: quorũ in locum illa succedere putatur: maximè cum statuto uel pacto (ut fit inter nobiles) mulier accepta dote à successione parentum excluditur [i].

a d.l.si ego.10. §. dotis. Bar. in l. maritus. 21. nu. 3. C. de procur.
b Land. lib. 1. art. 31. et 45.
c Land. lib. 1. art. 31.
d l. quãuis. 75. de iure dot. l. Lucius. 21. §. 1. ad municip.
e l. 2. C. de noxal. act.
f uid. gl. Bart. Bal. et Dd. in l. maritus. 21. Cod. de procur.
g uide iur. Sax. lib. 2. art. 30. gl. lib. 1. art. 31. et lib. 3. art. 71. & 75.
h art. 20. 21. cũ seqq. lib. 1.
i l. quoniam. 29. C. de inoff. testa. Cast. in l. Titia. §. Titio. de cond. & demonst. & cons. 108. nu. 2. uol. 2. Alexã. cons. 79. uol. 5. Gem. Fran. et Dd. in c. 2. de pact. in 6. Æmil. latè cons. 11. nu. 18.

De pactis dotalibus. Tit. IIII.

1 *Pacta dotalia seruanda.*
2 *Quæ pacta non ualeant.*
3 *Æqualitatem iure nouissimo requiri.*
4 *De forma & effectu.*

1 ET hæc † quidem ita se habent, nisi aliter Pactionibus fuerit conuentum: quæ in hac materia uà-
2 lent, & seruandæ sunt [a]: dum † ne aut repugnent legibus, aut bonis moribus, aut occasionem delictis præbeant [b], aut indotatas reddant mulieres adhuc superstites [c] (nam ut post mortem earum dotem maritus lucretur, quod olim iuris communis erat, conuenire potest [d]) uel conditionem
3 dotis faciant deteriorem [e]. Quin † & nouissimum ius in istiusmodi pactis æqualitatem requirit, ut do-
4 tis & donationis nuptialis pares utrinque sint conditiones [f]. Ad † formam harum conuentionum, non arbitror scriptura opus esse, quamuis § dotalium sæpius instrumentorum fiat in iure mentio [h]: cum hęc ad solennitatem, neq; in pactis [i] neq; in dote [k] uel etiam matrimonio [l] requirantur. Quinque tamen testium præsentiam esse necessariam iudico, si (quod plerunque fit) in his de futura successione mariti & coniugis agatur [m]. nam pacta eiusmodi de futura successione, sapiunt [n] donationem causa mortis, & ultimam uoluntatem [o], præsertim si non retractentur testamento [p]. In omni aũt uoluntate ultima, quinq; testium præsentiam exigi, notissimum est [q]: atque ita memini iudicatum. An autem Insinuatione opus habeant, siquidem summam quingentis aureis maiorem complectantur? Sanè in persona mulieris, opus habere non uidentur [r]: respectu autem uiri, insinuatione egent [s], nisi pacta sint de Futura successione, aut donationes Causa mortis factæ: tunc enim uelut ultima uoluntas, hanc solennitatem non requirunt, dummodo quinq; testium præsentia comprobentur [t]. Est & illud quæstionis, an dotalibus pactis conuentum, possit postmodum alterutrius aut utriusq; cõiugum uoluntate mutari, & ius quæsitũ ex pacto alterutri auferri? Et puto posse [u], exemplo ultimæ uoluntatis [x], & donationis causa mortis [y], in quam incidit [z]: etiamsi quæ ex lege uel statuto debentur, auferri æquè nequeant [a], ut nec ea quæ in fauorem dotis sunt constituta [b]. An etiam Ab intestato hæc pacta ualeant, iure dubitatur. Et communiter responsum, ne quidem ab intestato ualere [c], nisi inter liberos [d], aut futuros alioqui hæredes [e]. Quod in simplici pacto [f], item cum hæreditas ita relinquitur, obtinere potest [g]: iure uerò Donationis causa mortis quin ualere possit, nihil causæ est: quod etiamsi iure Ciuili dubium esset [h], tamen moribus passim usurpatur: dum tamen quinq; testes interueniant, sicut in donatione mortis causa [i].

a l. in traditionib. 49. cũ ibi notat. de pactis. l. legem. C. eod. tit. l. 1. C. de pact. conuen. l. penul. C. de dot. promiss.
b l. 5. l. Pompon. 6. h. t. l. hæreditas. 5. C. de pact. conuen.
c l. 2. & 4. h. t.
d l. 2. h. t.
e d. l. Pompon. l. de die. 14. cum ll. seqq. h. t.
f Auth. æqualitas. C. de pact. conuen.
g §. fi. ubi gl. fi. Ang. nu. 3. & 4. Inst. de nupt.
h l. hæreditas. 5. C. de pact. conuen. l. 1. & l. 3. C. de dot. caut. l. pactum. 15. C. de pact.
i l. pactum. 17. C. eo.
k l. fi. §. 1. de pact. Salic. in Auth. eò decursum. nu. 1. C. de donat. ante nupt.
l uide sup. de rit. nupt. gl. & Ang. in d. §. fin. Inst. de nupt.
m l. fi. in fi. C. de codicill. l. fi. C. de dona. caus. mor.
n Ias. in l. nemo. nu. 22. de legat. 2.
o l. tale. 40. §. ult. ff. de pact.

De fundo dotali. Tit. V.

1 *Maritum quamuis dominum, non tamen posse res dotales alienare.*
2 *Sententia legis Iuliæ.*
3 *De quibus rebus L. Iulia loquatur.*
4 *Fundum Italicum & dotalem duntaxat L. Iulia prohiberi: & quis sit dotalis.*
5 *De qua alienatione L. loquatur: & quid hoc uerbo ueniat.*
6 *An consentire mulier alienationi ualidè possit.*
7 *De oppignoratione rei dotalis.*

1 ETsi † maritus constante matrimonio subtili quadam ratione dominus rei dotalis efficitur [a], dominij autem proprius sit fructus, Vt res alienari possit [b]: tamen fundum dotalem lege Iulia alienare prohibetur [c]: cuius legis hæc erat sententia.

2 Fundum † Italicum dotalem maritus ne alienet inuita uxore, ac ne ipsa quidem consentiente obli-
3 get. Fundum, inquit: id est, res Soli. Nam † mobiles quę minoris reputantur [d], qui soluendo est maritus, hoc iure alienare potest [e]. Italicum: id est, iuris Italici, cuiusmodi sunt prædia, quæ olim sola erant Man cipi,

p l. fi. ubi Ias. nu. 11. C. de pact. fac. l. ab intestato. 16. l. conficiuntur. 8. de iur. codicill. q l. fi. C. de cod. l. ult. C. de don. caus. mort. r l. minorib. 17. Auth. eò decursum. C. de donat. ante nupt. l. fi. §. . C. de donat. int. uir. l. pen. §. 1. ubi gl. C. de donat. s d. l. fin. C. de donat. int. uir. d. l. pen. Salic. in Auth. eò decursum. t uide Dd. in l. data. C. de donat. in l. fi. C. de donat. int. uir. & uxor. Scburf. cons. 6. cent. 1. per totum. u l. pactum. 15. C. de pact. ubi dixi. l. fi. eo. tt. x uide ff. de adimen. legat. y uide infr. de donat. caus. mort. z l. licet. 19. ubi Cyn. & gl. 1. C. de pact. a Bal. in l. si quando. C. de inoff. testam. Boer. decis. 244. C. rem. sing. 154. uide Ias. & Dd. in Auth. præterea. C. unde uir. b l. de die. 24. cum seqq. h. t. l. 1. §. illo. C. de Lat. lib. Cuiac. lib. 7. c. 26. c l. hæreditas. 5. C. de pact. conuen. Salic. & Dd. in l. pactum. 15. C. de pact. Ias. in l. stipulatio. nu. 12. & l. si ita. §. ea lege. nu. 13. de uerb. oblig. Alex. cons. 28. ponderatis. nu. 3. & 4. uol. 2. per l. licet. 19. C. de pact. l. 4. C. de inut. stipul. d d. l. pactum. 15. C. de pact. e l. ult. C. de pact. f d. l. pactum. d. l. ult. g d. l. licet. C. de pact. d. l. hæreditas. b d. l. licet. in uerb. nec donationis quidem causa mortis. C. de pact. gl. pen. d. l. hæreditas. C. de pact. conuen. i l. ult. C. de donat. caus. mort. a d. l. in rebus. 30. C. de iur. dot. b l. fructus rei. 72. de reg. iur. l. pen. de pact. c de hac uide Paul. lib. 2. tit. 21. Cuiac. lib. 7. obs. c. 23. gloss. Landr. lib. 1. art. 52. & quæ dixi Inst. quib. alien. lic. §. 1. d l. si rem mobilem. 47. de acquir. poss. e l. 1. C. de seruo pig. dato. l. 3. C. de iur. dotium. l. res in dotem. 43. §. de iur. dot.

BIU Cujas

cipi, & plenè alienari poterant: ut & Cicero pro L. Flacco ostendit. Sed † hoc Iustinianus ad Prouincia- 4
les etiam fundos, & (ut pleriq; [a] existimant) ad res etiam mobiles, quæ seruando seruari possunt, pro-
duxit [b]. Dotalem, id est, in Dotem datum [c], nō tamen æstimatum [d]. Dotalis autem etiam is uidetur, qui
ex pecunia dotali comparatus est [e]. Maritus: idem ius obtinet quoq; in Sponso [f].

Ne † alienet. Verbum alienationis latè patet [g]. Itaq; omnis actus prohibetur non modò transferen- 5
di dominij [h], sed etiam diminuendi: ut seruitutis impositio uel ademptio [i], usucapionis patientia, &
consimilia [k]. Sed hoc de alienatione uoluntaria, non necessaria est accipiendum [l]. Quid enim si æs alie-
num, non quidem mariti (nam hoc de suo dissoluere debet [m]) sed uxoris (pro quo maritus non tene-
tur [n]) alio modo quàm uenditione prædiorum explicari nequit? certè causa cognita, cum cōsensu mu-
lieris & curatoris eius, quem iure Sax. habere debet, potestatem alienandi iudex faciet [o]. Prohibitio au-
tem hæc eò pertinet, ne ualeat contractus in uxoris damnum, non etiam ne obligetur maritus, qui rem
alienam uendendo se obligat [p].

Additur, † Inuita, ac ne ipsa quidem cōsentiente, iure nouissimo: idq; propter fragilitatem sexus, ma- 6
ritorum suasionibus aut minis facilè obnoxij & cedentis, Iustiniano placuit [q]: nisi accesserit iure Pon-
tificio Iusiurandum [r]. Eaq; non modò in uxore, sed etiam in sponsa obtinent [s].

Vltimò † ait lex: Ac ne ipsa quidem consentiente obliget. Noluit enim lex, etiam consensu mulieris 7
posse fundum eius obligari: quia facilius oppignorationi quàm alienationi assensura credebatur [t]: cum
sit restrictum & tenax fœminarum genus, nec perinde rerum suarum distractionem facilè admittat, at-
que obligationem [u]. An autem consensu mariti, mulier alienare extra dotem bona sua mobilia aut im-
mobilia possit, controuerti solet: quanquam plerisque placet, posse [x]: id quod & Saxones sequuntur [y].
Cæterùm ego crediderim, quandoquidem hoc casu cum marito mulier contrahit, aut saltem ad eius
utilitatem, eum in propria uelut causa [z] authorem esse non posse [a]: sed alium tunc mulieri curatorem es-
se adiungendum [b]. Cum tamen maritus & uxor simul alienant, non mulier, sed ille totum contractum
facere, & solus alienare intelligitur, ut quidam uolunt [c]: quod uerum est cum de re sua, aut in matrimo-
nio quæsita, maritus & uxor aliquid disponunt [d]. In hac uerò materia, quando res mulieris alienantur,
contrà quis opinetur uideri potius fœminā cuius de re agitur, quàm coniugem qui Verbo tantùm con
sentit, totam alienationem facere [e]: nisi precium bono mariti cedat, & in rem eius, ut uerisimile fit, con-
uertatur [f]. Sed hæc in reliquis eius bonis obtinent, in dotalibus non item: in quibus prohibitionem hu
ius legis etiamnum durare, uerius est [g] (utcunque Saxones inter se dissentiant [h]) nec consensu mulie-
ris alienari res dotales, absq; interuentu iurisiurandi posse: quando & aliàs publicè interest, contractus
dotibus detrimentosos annihilari [i]: & nedum dotem, sed ne dotalitium quidem mulieris alienari aut
repudiari posse, sit receptius [k]: quasi in prohibitam coniugum donationem, aut saltem legis Iuliæ pro-
hibitionem ea res incidat. Etiam textus iuris Sax. lib. 1. art. 31. & 45. qui dum uetant bona mulieris sine
consensu mariti tanquam curatoris alienari, à contrario sensu ex utriusq; uoluntate alienationem eo-
rum admittunt: diserte loquūtur de fœminæ bonis. Ihr eigen gut. At dotalia nō sunt uxoris propriè,
sed uiri [l]: ut illud statutū ad hæc extendi non debeat cum totius huius Iuris correctione. Hæc omnia ui
dentur accipiēda, cū repetitioni dotis est locus [m], hoc est soluto matrimonio, quoties actione dotis re-
petitur [n], ad quē casum pertinuit lex hæc Iulia de adulterio lata. Cōstante matrimonio uidetur aliena-
tio & obligatio ualére, ex iure mariti: quo soluto cū soluatur ius datoris, resoluitur etiā ius accipiētis [o].

a gl. et Bar. in Auth. siue. C. ad Velleian. & in l. 1. nu. 18. & l. si æstimatis. sol. matr. tex. in c. pen. de consuet. Bal. in l. iubemus. 22. C. ad Velleia.
b l. unic. §. & cum lex Iulia. C. de rei uxor. act. Inst. quib. alien. licet uel non.
c l. dotale. 13. & l. si maritus. hoc tit.
d l. 2. C. eo.
e l. res quæ. 55. supr. tit. 2.
f l. lex Iulia. 4.
g l. fi. C. de reb. alien. non alien.
h l. 1. C. eo.
i l. 5. 6. 7.
k l. alienationis. de uerb. sign.
l l. 1. h. t. l. 2. C. eo.
m l. assiduis. C. qui potio. in pig. t. tit. C. ne uxor pro marit.
n t. t. C. ne uxor pro marit.
o Auth. siue à uiro. Auth. si qua mulier. ubi Bar. Sal. & Dd. C. ad Vell. Zob. art. 21. lib. 1. uide Cuiac. etiam obs. lib. 7. c. 23.
p Schurff. cons. 9. cent. 1. per l. cum uir. 42. de usucap. l. rem alienā. 14. de contrab. empt. l. 4. C. de rei uend.
q d. l. unic. §. & cum lex Iulia. Inst. quib. alien. lic. uel non. in prin.
r c. cum contingat. de iureiur.
s Ang. in §. patitur. nu. 3. Inst. de iniur.
t Theoph. Inst. in prin. quib. alien. lic.
u l. si à sponso. 16. ubi glo. in uerbo, raro accidit. C. de donat. ante nupt.
x Bar. in l. fi. de iur. dot. et in l. 1. §. cum lex. C. de rei uxo. act. Cyn. in l. si prædium. C. de iur. dot. Bal. & Alex. in l. cum lex. C. de fideic. Bald. in l. si prædium. C. de iur. dot. Ferr. in sor. l. b. respons. in act. Hyp. uer. excussionis. Chass. in cō-

DIGEST. LIB. XXIIII. DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM.

TITVLVS I.

1 Quare prohibitæ inter coniuges donationes.
2 Oratio Antonini.
3 Ad quas donationes hæc prohibitio non spectet.
4 Quatenus reuocentur donationes.
5 De confirmatione tacita & expressa.

QVAMVIS in dotem marito dari, constante quoque matrimonio [a], potest, sicuti hactenus
dictum est: quia ea donatio non ob nullam fit causam (quod genus non prohibetur [b]) sed
ad toleranda coniugij onera [c]: tamen reliquæ donationes, quas sine causa faciunt inter se
coniuges, contractis iam nuptijs, prohibitæ sunt. Quod † primò moribus ita inductum 1
receptumq; fuit [d], quia indignū uidebatur concordiā maritalē precio, sicuti adulteria, con
ciliari, & se inuicem nimia largitatis profusione spoliare coniuges. Vnde & illud mali sequebatur, ut me
lior liberaliorque in paupertatem decideret, deterior locupletaretur. Itaq; ut appareret, amorem con-
iugalem sine precio stare, & omnia inter uirum & uxorem iure indiuiduæ societatis citra peculiarem
liberalitatem esse communia, desitum est moribus facere in matrimonio donationes [e]: ut pulchrè Plu-
tarchus

sset. Burg. de iur. mar. §. 4. in fi. nu. 5. fac. text. in l. constante. 8. C. de donat. uide etiam l. uultis. 6. C. de reuoc. donat. y Land. lib. 1. art. 31. 45. uide j. de donat. Fach. diff. 6. & 7. Reinbar. diff. 8. z l. 1. quand. & intra quæ temp. appell. ubi propria causa dicitur, cuius utilitas ad aliquem spectat. a l. 1. l. 5. j. de author. tut. §. uls. Inst. eo. b arg. art. 43. lib. 1. Fach. diff. 7. c Chass. in consuet. Burg. tit. de iur. mar. §. 4. in fin. nu. 6. d Salic. in l. si liqueat. pen. C. de inoff. testam. e Salic. in d. l. si liqueat. in fi. per illum text. & l. 2. C. si aduer. donatio. f arg. l. si non singuli. 5. C. si cert. pet. l. uir uxori. 17. §. ult. ubi gl. ad S. C. Velleia. g uide Bald. in l. fi. de fund. dot. Dd. in l. unic. §. cum tuæ. C. de rei uxor. act. in l. si æstimatis. solu. matr. Bald. in Auth. si qua. C. ad S. C. Velleia. h D. Reinbar. diff. 7. Fach. diff. 6. & 7. gl. Land. art. 30. nu. 11. lib. 3. art. 45. Zob. lib. 1. art. 20, 21. & 31. et lib. 3. art. 75. i l. 5. cum ll. seqq. de pact. dotal. k uide Bald. Salic. & Dd. in Auth. siue à me. & Auth. contra. C. ad S. C. Velleia. Ferr. in for. act. Hyp. uerb. exceptionem. nu. 25. Chass. in cons. Burg. Rub. 4. §. 4. in fi. Land. lib. 1. art. 21. ubi gl. lat. litera b. l l. doce. C. de rei uend. m l. 1. C. eo. n l. 7. h. t. o l. lex. de pignor.

a dixi in §. pen. Inst. de donat. b l. inter. l. quod autem. §. si uir. hoc tit. l. 1. ad l. Iul. rep. Bart. in l. si uoluntate. Cod. de do. pro. per gloss. & ibi Bal. in l. 2. §. fin. si cert. pet. Imol. in Rub. solut. matr. Pan. in cap. ultim. extr. hoc tit. Cuiac. obser. lib. 6. cap. 18. c l. pro oneribus. Cod. de iur. dot. uid. supr. de iur. dot.
d l. 1. hoc tit. uide Paul. lib. 2. tit. 23. Vlp. tit. 7. e l. 1. 2. 3. hoc tit.

BIU Cujas

2 tarchus [a] explicat. Qua † ex usurpatione ius postea ortum est: eaque de re nouissimè orationem Antoninus in senatu habuit. cuius duo sunt capita: alterum de Donationis inter coniuges prohibitio-
3 ne [b], alterum de eius Confirmatione [c]. Prohibitio † autem hæc ad sponsos non pertinet [d], neq; ad illas donationes, quas parẽtes & propinqui die nuptiarum faciunt sponso sponsæue: quæ utrilibet cui donator sanguine cõiunctus est, acquiruntur [e]: ob enim propinquitatem uidentur dari, ab extraneis ue-
4 rò donata eiusmodi sunt comunia [f]: sicut & iure Sax. eiusmodi indistinctè omnia [g]. Sed † nec ad illas donationes refertur, quæ neq; donantẽ pauperiorem reddunt [h], ut si res aliena detur [i]: neq; accipientem locupletiorem: puta si uxori detur ad mundum, uel sepulturam, uel eleemosynam, aut manumissionem, aut emptionem, pro necessitate rei familiaris faciendam, &c. [k] aut ad perfruendas rei utilitates, percipiendosq; fructus [l]. Nam & eatenus tantùm hæc donatio reuocatur, quatenus inuenitur accipiens factus locupletior [m]: sed nec ad illas prohibitio pertinet, quæ referuntur in tempus soluti con-
5 iugij, puta in casum diuortij uel mortis [n]. Qua † ratione etiam tacitè confirmatur inter coniuges facta donatio, si ea nondum reuocata donator decesserit [o]. Quæ tamen quingentos aureos excedit, non aliter in eo quod excedit confirmationem meretur, quàm si expressa morientis contestatione, uel facta in actis insinuatione sit stabilita [p]. Ex quo & illud Dd. inferũt, quòd licet donatio Reciproca inter coniuges uiuentes non ualeat [q] (quanquam ualere confirmet Tiraq. [r]) tamen quando confertur in casum mortis, ut uidelicet alter ex coniugibus superstes alteri succedat, eam donationem uelut ultimam uoluntatem ualere [s]. Quo tamen casu, quinq; testium præsentiam, uelut in ultima quauis uoluntate [t], requiri arbitror. Addunt & illud Dd. non modò morte, sed inter uiuos etiam iureiurando, quamlibet inter coniuges donationem confirmari [u]. Hoc etiam nouissimè adijciendum, donationem rerum Mobilium iure Sax. inter coniuges sustineri & ratam esse: Immobilium uerò, nisi reliquis solennitatibus destituatur [x], morte cõfirmari [y]. Ego malim indistinctè nec hoc iure talem donationem recipi: cum standum sit iuri communi, nisi quid disertè statuto contrà reperiatur cautum [z], quod hîc abest: & alioqui receptum sit, quæ sunt Geradæ (hæc autem sunt mobilia uel mouentia [a]) non posse à muliere donari marito, nec inter uiuos, ob prohibitam inter coniuges hac lege donationem, nec causa mortis, quia hoc pacto cognatæ proximæ, cui tempore mortis acquiritur, interuerti non potest [b].

De diuortijs & repudijs. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Matrimonium soluitur morte.*
3 *Captiuitate, & diuturna absentia.*
4 *Seruitute.*
5 *Diuortio.*
6 *Quid sit diuortium, quid repudium.*
7 *Quomodo fiat diuortium.*
8 *Diuortium hodie non concedi.*
9 *Nisi ex causa adulterij, insidiarum, desertionis.*
10 *Pœna iniustè diuertentis.*
11 *Disputatio de thori separatione, iure Pontificio inductæ.*

1 HActenus † quomodo contrahantur, nũc qua ratione Dissoluãtur coniugia, uideamus. Dirimitur, inquit Paulus [a], matrimonium, Morte, Captiuitate, uel alia Cõtingẽte seruitute alterutrius
2 eorum, uel Diuortio. Ac † dubium quidem non est, quin morte dirimatur cõiugium, permittaturq; superstiti personæ nouam conditionem quærere [b]: nisi quòd mulier intra annum luctus nubere prohibetur [c]. quod postea Pontifices antiquarunt [d].

3 Captiuitate † soluitur, si alteruter in hostium potestatem uenerit [e]. hæc enim seruitus mors Ciuilis est [f]: ei tamen qui remansit secundis nuptijs, altero uiuente, interdicitur, si constet captiuum uiuere. Quòd si incertum sit, exacto quinquennio facultas nubendi redit personæ relictæ [g], etiamsi Iustinianus [h] & Pontifices nuncium mortis certum requirant [i]. Is uerò qui in militiam profectus est, & utrum captus, an mortuus, aut ubi sit ignoratur, quandiu expectare debeat, etsi uariatũ est cõstitutionibus [k]: tandem tamen Iustiniano placuit, operiendũ absentem esse, quoad de eius morte aut captiuitate constaret [l]. Sed sciendum est, illa dici de legitima & necessaria militia, quã subire olim Romana iuuentus cogebatur, nihil ad errones nostri temporis, qui desertioni iniustæ prætextum militiæ non necessariæ obducunt, pertinere: in quibus solẽt pij Magistratus sequi illud, ut post quinquennium aut quadriennium, citato literis publicè ad templa affixis desertore, personæ desertæ noua uota permittant [m]. Quin etsi intra illud tempus non continuerit, tamen pœna adulterij mitigari solet [n], nec facilè concedi redeunti marito, ut propterea uxorem repudiare possit: quando ille causam eius lapsus præbuerit, eoque delictum cum delicto sit compensandum [o].

4 Seruitute † soluitur: ut si quis ob ingratitudinẽ redigatur in seruitutem [p], aut propter crimen seruus fiat pœnæ [q]. quod hodie correctum est: Pœna enim coniugia [r] distrahere non debet.

5 Postremò † dirimitur Diuortio, & Repudijs. Diuortium à diuersitate mentium dictum uult Caius:
6 uel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimoniũ. Rectius Cicer. lib. 3. de Orat. Diuortium, inquit,

a in Proœm.
b l. 3. in princ.
c l. cum hic status. 32.
d l. si sponsus. 5. l. inter eos. 27. hoc tit. l. si à sponso, C. de donat. ante nuptias.
e Bart. in l. sed etsi plures. §. in arrogato. nu. 4. de uulg. & pupill. subs. Iaſ. in l. ut liberis. num. 17. C. de colla. do.
f Bart. & Iaſ. præalleg. loc.
g Landt. lib. 1. art. 31.
h l. fructus. 8. C. eo. c. nuper. ext. eod. gl. lib. 1. arctic. 31.
i l. sed etsi constante. 26.
k d. l. si sponsus. §. conceſſa. l. quod autem. 7. §. si maritus. cum similibus.
l l. de fructib. 18. hoc tit. l. fructus. 5. de usur. l. fructus. 8. l. de ijs. 17. C. de donat. int. uir. & uxo. uid. quæ dixi Inſt. ad §. si quis à non domino. de rer. diuiſ.
m d. l. quod autem. §. si maritus. d. l. de ijs. 17. C. eo.
n l. si eum. 9. §. fin. cum l. ſeq. l. ſed interim. 17. §. fi. l. uitricus. 60. l. inter. 43. cum ſimil. hoc tit. uide Vlp. tit. 7.
o d. l. cum hic ſtatus.
p l. donationes. 25. C. eod.
q Iaſ. in l. ſtipul. 41. de uer. oblig. Panor. conſ. 48. lib. 2. gloſ. add. articul. 44. Land. lib. 1. uide tamen Schurf. conſ. 46. num. 5. cent. 1.
r in l. ſi unquam. uerb. donatione. num. 94. C. de reuocan. donat.
s Cyn. Bald. Salic. Caſtr. Iaſ. in l. ſi pater. C. de inoffic. teſtam. Boer. in cõſuet. Biturg. tit. de conſt. concer. mar. §. 1. col. 6. uide Socin. in fal. reg. 104. Lu. Rom. in ſing. per l. quod autem. §. ſi uir. l. quæ itã nuptæ. h. t.
t l. fin. C. de condic. l. fin. C. de don. cauſ. mor. gl. & Cyn. in l. licet. C. de pac.
u c. cum contingat. de iureiur. c. 1. 2. eod. in 6. Decius conſil. 202. per tot. Panor. in c. fin. de iureiur. Imol. in c. quinta uallis. eod. tit. Bald. in Auth. ſiue. C. ad S. C. Velleian. Schurff. conſ. 46. numer. 8. cent. 1. Boer. in conſ. Biturg. de conſ. conc. mar. §. 1. in prin. x l. donationes quæ. C. de donat. prop. nupt. l. pen. de donat. y uide gl. Zob. lib. 1. art. 21. & lib. 3. art. 75. z d. l. ſi extraneus. 6. de condic. cauſ. dat. l. 3. ubi Bald. C. de inſtitut. a art. 19. art. 24. lib. 1. cum ſimil. b Landt. lib. 1. art 31. Reinhar. diff. 9. a l. 1. h. t. b c. fin. 31. q. 1. c l. liberorum. de his qui nota. infa. ubi dixi ſ. l. 1. C. de ſecund. nupt. d c. ult. de ſecund. nupt. e l. non ut à patre. 8. l. bello. 12. §. medio. de cap. & poſtli. reuer. l. ſi quis ſic ſtipuletur. 57. ſ. tit. 11. f l. 4. cum ibi notat. ſ. qui ſatiſda. cog. gl. in l. uni. §. ſin autem. ad uerb. ſuperſtite. C. de cad. toll. g l. uxores. h. t. §. ſed etiam. in Auth. de nuptijs. h Auth. hodie. C. de repud. i c. in præſentia. de ſponſ. k l. uxor. 7. C. de repud. §. nouimus. in Auth. de nuptijs. l §. q. aũt nobis. Nouell. ut lic. ma. & auiæ. Auth. hodie. C. de repudijs. m d. l. uxor. 7. C. de repudijs. d. §. nouimus. in Auth. de nuptijs. n l. miles, 11. §. pẽ. in uerb. iudicari debet pro admiſſi criminis qualitate. de adulter. o l. uiro. 40. ff. ſol. mat. l. ſi uxor. 13. §. iudex. ff. de adult. uid. Tiraq. de pœnis, cauſ. 62. p §. ſi uerò decretũ. in Aut. de nuptijs. q l. res uxoris. 24. C. de donat. inter uir. et ux. r §. q. aũt. in Aut. de nupt.

inquit, in uxore necessitas coegit sumere cum non esset proprium. Repudium uerò à pudore, authore Festo, appellatum est: quòd sine aliqua pudoris reiectione siue iactura, tam arcta honestaq; inter coniuges coniunctio dissolui nequeat. Inter hæc uerba autem hoc interest, quòd Repudiari futurum etiã matrimonium possit, sponsa autem non rectè Diuertisse dicitur [a]. Diuortium † fit aut Mutua uolunta- 7
te, aut Alterutrius. Mutua uoluntate, & consensu apud ueteres ex lege 12. tabul. dissolui poterat coniugium [b]. quia secundũ naturam putabant, ut quo quid colligatum esset, eodem modo solueretur [c]. Contrahitur autem matrimonium consensu: ergo contrario consensu rectè solui posse ratiocinabantur.

Sed † hoc Iustinianus tantum ex causa castitatis, & amore cœlibis uitæ concessit [d]. Canones indi- 8
stinctè sustulerunt [e]. & meritò quidem, ut maneat immota & æterna regula: Quod Deus coniunxit, homo ne separet [f]. Alterutrius † uoluntate diuortiũ fit, non solo quidem animi impetu [g], sed certa for- 9
ma adhibita [h], & hodie ex cognitione magistratus, propter certas duntaxat causas iure expressas [i]: quarum præcipuę sunt, Adulterium, insidiæ & Inimicitiæ capitales, sæuitia intolerabilis, idq; ut maius euitetur malum [k]: sicuti & Moses propter σκληροκαρδίαν Iudæorum conniuente Deo ex certis causis diuortium ijs concessit [l]. Item Desertio, de qua Paulus 1. Corinth. 7. Si incredulus, inquit, discedit, discedat: non est seruituti subiectus frater, aut soror in eiusmodi [m]. Cæterum † qui sine causa (nã aliàs secus est) 10
diuertit, dotem donationémue amittit [n]: qui aliud etiam matrimonium contrahit, uel ex Christi sententia [o], reus adulterij est [p]. Porrò † Canones ob Hæreseos [q], uel dũtaxat Adulterij causam [r] permittũt 11
diuortium: non uinculi, sed tantummodo quoad separationem thori [s], contra quos aliqui disputant: quia Deus, non homo, per manum Magistratus separat, quando iustas & legitimas ob causas publico iudicio soluitur coniugium [t]. Neq; uerò Canonibus suffragatur illud dictum Christi [u]: Quicunq; repudiauerit uxorem, nisi propter fornicationem, &c. Nõ enim ijs uerbis prohibentur in casu ueri diuortij nouæ nuptiæ, imò permittuntur potius innocenti personæ, ob adulterium alterius. neq; enim diuortium uerè est, ubi persona innocens manet obligata. Sed nec excludit Dominus delicta adulterio grauiora aut paria, quæ scilicet substantiam coniugij euertunt. Nam & nomen πορνείας, quo usus est, latius patet, præsertim apud Hebræos, qui omne crimẽ quo abalienamus nos ab eo cui obedientia debetur, uerbo πορνείας, siue fornicationis comprehendunt: ut cum Deut. 31. populus dicitur fornicari post deos alienos: & Iudicum 19. fornicata aduersus maritum uxor, quæ ab illo diuertit sine adulterio. Nec aliter acceptũ fuisse illud Christi dictũ in ueteri Ecclesia, cùm ex Origene [x], Augustino, Hieronymo, Iustino martyre, Ambrosio, alijsq; perspicuum faciunt: tum cõstitutionibus Christianorum Imperatorũ, præsertim Iustiniani [y], declarant. nam quod ad locũ Pauli [z], quo Canonistæ nituntur, attinet: Quòd si decesserit, maneat innupta, &c. uolunt eum non de legitimis diuortijs, sed de discessione iniusta, quam Corinthi homines alioqui leues & luxurioſi, sine legitima causa pro more illis temporibus usitato, ob disidia, simultates, odia, &c. temerè faciebant, esse accipiendum. Cui separationi iure hæc lex præscribitur, ut qui ob odium, aut simultatem, aut fastidium, etiam ob furorem, morbum, &c. discedit, aut reconcilietur personæ à qua discessit, aut uiuat absq; alterius spe cõiugij, quoad prius adhuc durat, neq; dum solutum est ex iusta causa de qua nemo sibijpsi ius dicere [a], sed Magistratus legitimè cognoscere debet [b]. Cæterùm ad legitimam diuortij causam, id dictum trahendum non esse. Nam cum ipse Dominus in casu adulterij, disertè permittat innocenti personæ aliam uxorem ducere [c]: cumq; dissolutio, quam authoritate Diuina ex iustis causis Magistratus facit, uera esse debeat, nec innocenti personæ captiosa [d], meritò huic in eiusmodi casu, alterius uoti potestatem esse faciendam: ita ut damnata adulterij uxore, maritus si continere nequeat statim: & dãnato contrà uiro, mulier perinde atq; eo mortuo, post annum saltem luctus, liberam habeat nouas sequendi nuptias facultatem [e]. In casu porrò Desertionis, usitata tempora, de quibus paulo antè diximus, obseruentur [f]. Vtuntur exemplis etiam uetustatis. Vt quod Eusebius lib. 4. narrat, matronam Christianam ab adultero marito diuertisse: & D. Hieronymus Fabiolam defendit, quòd à coniuge polluto separata, alteri nupsisset. De persona porrò nocente, an ei noua uota permittenda sint, magis solet dubitari. Et sanè cum relegetur etiam quando leuissima pœna præstituitur, non uidebatur prohiberi, iam interuallo locorũ segregata, uti iure noui coniugij, cùm priore quod aiunt, non teneatur [g], & obligata legi sit Diuinæ: quæ non uult hominem esse solum, sed unumquemq; iungi compari ad euitandam scortationem, & ob alios fines suprà expositos. Ac quando matrimonium sit mutuum uinculum, & mutua relatio, non posse alteram personam liberam declarari & solutam, alteram uerò teneri amplius: ne claudicet distractus [h], & altera ex parte efficax sit, ex altera non item. quod dicere, fuerit perabsurdum [i]: maximè cum iure spiritualia coniugiorum, &c. sint indiuidua [k]. Præterea Matth. 5. 32. Qui dimissam à priore marito uxorẽ ducit, dicitur adulterare, excepta adulterij causa. Ergo postquam ob causam hanc dimissa est, & à primo marito liberata, non committit aiunt, adulterium qui eam ducit: & consequenter etiam nocenti personæ, putandum hoc casu liberum esse coniugij alterius usum. Huiusmodi quidem disputari possunt copiosius, dijudicari ab Ecclesia debent, cui iudicium istud relinquimus [l]. Certè momentosa est regula diuinitus tradita: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. & Iustinianus noluit ob ullum delictũ coniugia dissolui [m]. Et in dubio pro coniugio tutius est pronunciari [n]. Itaq; Canones rationẽ excogitarunt: qua nec delicta relinquerentur impunita, neq; facilè solueretur coniugiũ: & spes reconciliationis uelut ex quadã necessitate maior remaneret. Atq; hæc de iustis diuortij causis. Quando porrò ob dissensum, metũ, dolum, affinitatem, propinquitatem, impotentiam, cõiugia separentur, suprà ad tit. de ritu nupt. est expositum, quanquã ex his causis nõ tam dissoluuntur, quàm pronũciantur esse nulla, nec unquã fuisse cõtracta [o].

Soluto

a l. inter diuortium. 10. de uerb. significat.
b Cic. Philip. 2. l. pen. de adult. l. si constante. 9. C. eo.
c l. ab emptiõe. 59. de pac. l. nihil. 36. de regul. iur.
d §. quia uerò ex consensu, ut liceat matri & auiæ, &c. Auth. quod hodie. C. de repud.
e c. fi. cũ ibi not. de transf.
f c. quos Deus. 33. q. 2.
g l. 3. h. t.
h l. 2. l. nullum. 9. l. si pœnituit. 7. Cuiac. obs. lib. 8. c. 26.
i l. consensu. 8. l. in causis. 10. l. ult. C. eod.
k d. l. consensu. C. eod. Schurf. cons. 42. cent. 1.
l Mat. 19. Mar. 10. Deut. 24.
m d. l. uxor. d. §. nouimus.
n d. l. consensu. c. 1. 2. 3. de don. in uir. Land. lib. 1. art. 21.
o Luc. 16. Matth. 19.
p Auth. hodie. C. de repu.
q c. 2. c. quanto. 7. de diuort. c. si infidelis. 28. q. 2. c. de illa. de diuor.
r ca. 4. & 5. de diuor.
s c. 2. de coniu. leproso. c. ult. de con. coniug. Bar. in l. rerum. nu. 1. inf. rer. amota. c. dixit dominus. 32. q. 1. c. si uxorem. 32. q. 5. c. 1. 32. q. 7.
t d. c. quos Deus. uide Orig. in Matth. hom. 7. Tert. lib. 4. in Mar. Amb. in 1. Cor. 7. Theo. Bez. in confess. cap. 5. distin. 39.
u Matth. 5. 19. Luc. 16.
x in Matth. cap. 7. & 19. et 1. Cor. 7. uide Philip. in exam. Theol. de coniug. cap. de diuor. uide Bezam præall. lo.
y in tit. C. de repud. l. uxor. 7. cum Auth. seq. l. consensu. 8. in uerb. nec intra quinquennium nubendi. cum seq. & in Auth. de nupt.
z 1. Cor. 7.
a l. unic. C. ne quis in sua causa iudic.
b l. nullus. 13. C. de Iudæ.
c Mat. 19.
d l. meminerint. C. unde ui. l. Paulus. 8. de prætor. stipul.
e l. consensu. 8. uerb. nubendi post annum, & uerb. statim ducere. C. de repud. f l. uxor. 7. cum Auth. sequen. C. de repud. l. 2. C. de secund. nupt. g Hemmingius in Enchirid. claſs. 4. tit. de coniug. h l. Iulia. 14. §. si quis. ubi gl. ad uerb. obligatus. de act. empt. l. de tutela. C. de in integ. rest. i l. ius nostrum. de reg. iur. k in princ. instit. de patr. potest. uerb. indiuidua. l c. 5. qui fil. sint leg. l. 6. C. de sacros. Eccles. Bal. l. 4. 5. C. de nup. c. 3. de ord. cognit. m §. deportati. in authent. de nupt. n Menoc. cons. 4. num. 29. o ut in l. sicut. §. sed si. si ser. uend.

Soluto matrimonio quemadmodum

DOS PETATVR. TIT. III.

1 Continuatio.
2 Dominium rei dotalis ad mulierem redire ipso iure, non possessionem.
3 Cui, aduersus quos detur actio repetendæ dotis nomine.
4 Quid ueniat in hanc actionem.
5 Quæ causæ exactionem dotis impediant.
6 Quo die res dotales sint restituendæ.

1 2 POstquam † dictum est, quomodo dissoluatur matrimonium: uideamus nũc eo dissoluto, quemadmodum Dos repetatur. Etsi † enim dominium rei dotalis ipso iure ad mulierem redit, soluto matrimonio: non tamen possessio quæ facti est, transfertur [a]: eoq; iure & legibus repetenda est, 3 non uiolenter auferenda [b]. Siue † itaq; morte, siue diuortio dirimatur coniugiũ (neq; enim interest [c]) competit statim actio mulieri, & eius patri cuius in potestate est [d]: nonnunquá etiam extraneo, si dotẽ quam dedit sibi reddi stipulatus est [e], aduersus maritũ aut eius hæredem [f]: uel patrem mariti, si dotem 4 accepit [g]. Hęc † actio est Ex stipulatu Bonæ fidei, quam Iustinianus substituit actioni Rei uxoriæ [h], quę olim tantùm uxori eiusq; patri, non etiam reliquis mulieris hæredibus dabatur. nã ex causa matrimonij maritus dotem (ut nunc iure Sax. mobilia [i]) lucrabatur, coniuge eiusq; patre demortuis [k]: nisi initio per stipulationem De dote alijs reddenda cautum fuisset [l]. Sed quia Iustiniano uisum est iniquũ, dotem ut proprium fœminarum patrimoniũ absq; causa, soluto quippe coniugio apud uirum remanere: ideo uoluit semper intelligi ac fingi stipulationem De reddenda dote interuenisse, atq; ita indistinctè hæredibus (non etiam extraneis, in quibus tacitæ stipulationis fictio cessat [m]) actionem dari [n]. Qua petitur dos restitui, unà cum fructibus, pro proportione anni, quo diuortium factum est [o], & reparatione damni, si quod dolo, culpa, negligentia mariti rebus dotalibus accidit [p]. Huic † autem actioni solidè satisfaciendũ est [q], nisi maritus ex aliqua causa dotẽ retinere iure queat, uel propter liberos susceptos ex muliere quæ dotem attulit, ut uolunt Dd. [r] quorũ opinio recepta est iuré Saxonum [s]: uel propter adulterium, desertionem, aut aliud mulieris delictum, quod diuortio causam dedit [t]: uel ratione pacti [u], uel quia maritus soluendo non est [x], ita ut reddita dote egestatẽ sit passurus [y]: uel quia sine culpa mariti aut post moram mulieris res dotales perierunt [z]. Exceptis his atq; alijs retentionum [a] casibus, dos reddi debet [b]: & quidem res immobiles statim [c]. Mobiles † uerò, præcipuè fungibiles quę difficilius conquiri colligiq; subitò possunt, olim quidem annua, bima, trima die, hoc est, tribus pensionibus annuis [d], hodie intra annum [e]: quo temporis interuallo, mulier ab hæredibus mariti alenda est, si aliunde exhibere se nequeat [f]. ac potest interea manere in domo & bonis mariti, pignoriq; incumbere suo, donec ei dos integrè persoluatur [g]. Iure porrò Sax. maritus dotem quæ in pecunia consistit, lucratur soluto matrimonio: nec tenetur reddere, nisi liberis pro Rata legitimæ [h], aut nisi se dote indignum fecerit, puta quòd uxorem deseruit, aut in morbo necessaria alimẽta non suppeditauit [i], &c. Est & quo ad fructus, differentia. nam fructus ultimi anni quo matrimonium dissolutum est, iure communi inter maritum & uxorem aut eorum hæredes diuiduntur, pro rata temporis quo matrimonium durauit [k]. Moribus autem Sax. fructus industriales, quorum semina iacta ultimo anno fuêre, omnes maritus lucratur, uelut usufructuarius [l], & eius hæres, sicut & hæres Vasalli, aperto Feudo uel ad agnatos reuertente. quanquam in terris Imperij alibi hoc casu, nempe feudis domino apertis, feudalis distinctio seruetur [m]. ubi uerò ad agnatos ea redeunt pro rata fructus ultimi anni, secundum tempus quo uasallus uixit, inter hæredes uasalli Allodiales & Feudales diuidantur [n].

DIGEST. LIB. XXV. DE IMPENSIS IN RES DOTALES FACTIS. TIT. I.

1 Cuiusmodi impensæ dotem minuant.
2 De necessarijs impensis.
3 De utilibus.
4 De uoluptuarijs.

1 2 VIN † & Impensæ non in fructus, aut culturam agri (tales enim cũ fructibus compensantur [a], & de his deducuntur) sed ad perpetuam rei dotalis utilitatem factæ, actionem dotis aut tollunt, aut minuunt [b]. Earum autem tres sunt species: nam quædam sunt Necessariæ, quædam Vtiles, quædam Voluptuariæ [c]. Necessariæ † hæ dicuntur, quæ in se habent necessitatem impendendi: quibus non factis dos minuitur, & deterior futura est: ut sunt refectiones, instaurationes q; rerum, propagationes uitium: item quæ curandæ ualetudini, & ad consequendas res dotales litibus impenduntur [d]. Hæ impensæ ipso iure dotem minuunt, adeò ut dote integra soluta, 3 Condictio indebiti concedatur [e], uel actio Mandati, aut negociorũ gestorum [f]. Vtiles † sunt, quas maritus utiliter facit, quibus q; non factis deterior quidem dos non fieret, factis autem fructuosior effecta est: ueluti si nouelletum fecerit, aut tabernam ædibus adiecerit [g]. Harum autem nomine fit deductio, si uoluntate mulieris factæ sint, & aliunde solutio explicari possit. Nam iniquũ esset, eam com-

a l.cum hæredes.23.de acq.poss.
b l.dotis.9.C.eod.
c l.cum quærebatur.240 de uerb.sig.
d l.2.3.4.l.si ab hostibus. 11.h.t.l. unica. §. uidea mus. & §.ex hoc. C. de rei uxor.actio.
e d.l.unica.§. accedit. l. auia. C.de iur. doti.
f l.2.l.13. cũ l.seq.l. etiam. 19.h.t.
g l.rei iudicatæ.15. §. fin. hoc tit.
h in l.unica.in prin. C. de rei uxoriæ actio. §. fuerat.Inst.de act.
i Sax.lib.1.art.31.ubi gloss.num.4.
k Vlp.tit. 6. de dotib.l. 2. in fin.prin.de dot.præleg.l.4.C.de pact. conuent.l.1.2. C. Theod. de inoff.dot.
l d.l.4. iunc. l.si pactum. 9. de probat.
m l.unic. §. accedat. C. de rei ux.ac.
n d.l.unic. in princ. & §. maneat.§.illo.cum seq.
o l.2.l.fructus.7. l. si aliena.11. l.si marito.31.§. fin.
p l.pen.l.fin.h.t.
q l.2.in princ.hoc tit.
r in d.l. dos à patre. C.soluto matrim.
s artic.31. & 37. lib. 1.gl. art.21.nu.2.lib.1.
t l.Lucius.38. l. cũ mulier. 47.hoc tit.d.l.consensu. d. l. fin. Chass. in cons. Burg. titul. de iur. mar. §. 6. uerb. est don. her. num. 3. per doctrinam Bald. in l. quòd in uxorem. C.de neg. gest.Ias. in l.ab hostib.§.si uir.solut. matrim. ubi etiam Castr.Aret. consil.130. Franc.Curt. iunior consil.6.feud.Bald. in trac. de dot.part.7. priuileg. 11.num.8.glo.Land.lib. 1.art.21.
u l.si dotali.48.hoc tit.l.si pater.12.de pactis dotalibus.
x l.maritum.12. cum mulsequent.
y l.in cõdemnatione. 134.

de reg.iur. z l.semel mora.l.Mæuia.49.hoc tit. a uide Vlpian.tit.6. b d.l.2. c Vlpian.tit.6.d.l.unic.§.ex actis. d Vlpian.tit.6.d.l.unic.§. cumq;.iunc.l.3.inf.de ann.legat.l.iuris gentium.7.§.ut puta.l.si unus.§.pactus.de pactis. e d.l.unica.§.autem. C.de rei uxoriæ actio. f uide Ias. in d.§. fuerat.num.23.& 24.Instit.de act.Bald.in tract.de dot.part.2.quæst.16.num.1. g Bald.in l.penult.num.2.C.de pigno.actio.Bald.in tract.de dot.part.8. quæst.6.nu.21.Moder.in l.diuortio.7.§.ob donationes.ff.solut.matr.uide Land.lib.1.artic.22.& gl.artic.45.eod.lib. h artic.31. lib.3. Dec.cons.19.part.1. Reinbar.different.35. i gl.in l.si ab hostib.11.uerb.lucrifacere.ubi Dd.h.t.gl. Land. lib.1. artic.21. k l.fructus.§.1.h.t. l lib.2.art.58. m §. his conseq.hic fini.lex. n Alexand.in.l.diuortio.h.t. & uide addit.ad Bald. in d. §. his consequen. & ita iudicatum est sæpius. a l.3.l.neque.13.l.fin.h.t.l. fructus.7.§.fin.sup.tit.1.l.si à domino.36.§.fin.de pet. hær. b l.1.l.5.l. quod dicitur. 15. h.t. uide Vlpian.titul.7. c l.1.h.t d l.1.2.3.4.ubi Bart.l.impensæ.14.h.t. e l.5.in princ.& §.fin.h.t. f l.fructus.§.fin.sup.tit.1. g l.5.in fin.l.impensæ.14.§.utiles.uide exempla in l.utiles.39. de pet.hæred.

BIU Cujas

pelli rem uẽdere, ut impensas in rem factas soluat [a]. Quanquam Iustinianus fauore dotis, ne ea mulier diutius carere cogatur, ob has impensas retineri aut imminui dotem prohibuit: sed ea restituta marito actionem Mandati (si uoluntate uxoris factæ sint) aut Negociorum gestorum, ubi mandatũ deficit, ad eas repetendas concessit [b]. Voluptuariæ † sunt, quibus neq; omissis deterior fieret, neq; factis fructuosior res effecta est: quæ speciem quidem ornant, fructum autem non augent [c]. Cuiusmodi sunt, balnea non necessaria [d], picturæ [e], tectorium, incrustationes, pauimenta [f], uiridaria, aquæ salientes in hortis, &c. § Pro his nisi parata sit mulier pati maritum tollentem, patitur Exactionem compensationis [h], exceptione opposita. Nam si uult habere rem mulier, æquum est ut reddat quæ impensa sunt à marito: aut si non uult, pati debet tollentẽ: si modò recipiant separationem. Cæterùm si non recipiant, relinquenda sunt [i]. Ita enim permittendum est marito auferre ornamentum, si profuturum est ei quod abstulerit [k]. neq; enim sic est malicijs hominum indulgendum, ut cuiquam sine suo commodo alijs officere liceat: puta tectoria inducere, picturas corradere, conscindere uiridaria, nullo fructu, &c. [l] Quòd si dos integrè soluta sit, non habita harum impensarum ratione, condici non possunt [m]: quia nullo obligationis iure debentur, etiamsi uoluntate mulieris factæ sint [n]. Itaq; principali extincta per solutionem obligatione, unà intereunt [o].

a l.utilium.8.b.t.
b l.unica.§.taceat.in fi.C. de rei uxoriæ act.
c l. impensæ. 79. de uerb. signif.
d l.impensæ.14.b.t.
e l. utiles. uers. uideamus. de petit.hæred.
f l. bactenus. de usufruct.
g d.l.impensæ.de uerb.signif.
h de compensationib.quæ fiunt ex causa dotis, uide l.fructus.7.§. ob donationes. 4.l.si constante.24.§.si uxor.6. l.penult.§.1.sup. t. 1. Cuiac. ad Vlp.tit.6.
i l.utiles.39. de petit. hæred.
k l.pro uoluptuarijs. 9. b. t.d.l.unic.§.3.in fi.
l l.in fundo.de rei uendic.
m d.l.utiles.uers.uideamus. de pet.hæred.
n d.l.in uoluptuarijs. 11.b. t.d.l.unica. §. taceat. in fin. l. si non sortem.26. ubi Dd.de condi.ind.
o l.4.C.depo. l. centum.l. fi.de eo quod cert. lo.

De actione rerum amotarum. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Res amotæ quæ dicantur.
3 Quando locus sit huic actioni.
4 Eius ratio & causa: & quibus contra quos detur.
5 Quid in hanc actionem ueniat.
6 Effectus.

OBijci † actioni dotis & Exceptio Rerũ amotarum solet: quáquam eo nomine etiam actio competit tam marito, quàm uxori [a]. Amotæ † res dicũtur cælatæ, absconditæ, asportatæ, cõsumptæ dolo malo [b]: hoc est, cogitatione diuortij, quod postea secutum est, interuersæ [c]. Sed † etsi spe mortis surreptum quid est, utiliter agi potest [d]. Atq; etiá Hæreditatis petitionem simul & Ad exhibendum actionem hoc nomine hæres habet [e]. Vt autem huic Rerũ amotarum actioni locus sit, necesse est constante matrimonio amotas res esse: nam eo soluto si quid subtrahatur, Furti non actione quidem [f], sed condictione contrectans tenetur [g]. Est † enim hoc iudicium singulare introductum aduersus eam quæ uxor fuit: quia non placuit cum ea furti agi posse, quibusdam existimantibus ne furtum quidem eam facere, quòd uitæ societas quodammodo dominam eam faciat: alijs furtum quidem eam facere, sicuti filia patri facit [h], sed non esse Turpem fúrti actionem in honorẽ matrimonij aduersus uxorem [i], ut nec econtrariò aduersus maritum [k], aut socerum [l]. Itaq; ignominiosa actione cessante, ab his personis res ablatæ aut uendicantur [m], aut condicuntur hac actione ex iure gentium, & æquitate naturali [n]. nam & hæc neminem uult cum alterius damno locupletari [o]: & iure gentium (quo distincta sancitaq; sunt dominia) furto ac malis artibus aliena aucupari fas non est [p]. Quamobrem sicuti reliquæ condictiones ex naturali æquitate manant [q], ita hoc quoq; casu cum naturalis ratio, tum Ius gentiũ actionẽ domino suppeditat personalem, quæ ex delicto furti oritur: quod etsi dissimulatur, tamen dissimulanter ostenditur, proposita rerum amotarum petitione (nam in hac & allegari, & probari debet, res dolo malo amotas esse) quæ nihil aliud est quàm condictio rei persecutoria [r]: eoq; & in hæredes transit [s].

Non † enim uenit in hoc iudiciũ ulla pœna, sed id duntaxat, ut res restituantur: quanquam respectu rei pœna esse potest. Tenetur enim etiam de ijs quæ ad ipsum non peruenerunt [t], neque in ueram æstimationem, sed Quãti in litem actor iurauit, interdum condemnatur [u]. Etsi † autem hæc actio, quę delictum non arguit, notam infamiæ non inurit, ut nec cæterę condictiones [x]: tamen quia ex delicto oritur, quod excusationem non habet, & solidè obligat [y], in solidum datur: etiamsi aliàs hæ personæ tantum In id quod facere possint, conueniantur [z]. Admonendi postremò & illud sumus, etiamsi actiones pœnales his in personis cessent, iudicem tamen ex officio ut alia delicta [a], ita & hoc uindicare posse [b].

a l.1.& 2.b.t.
b d.l.contra.§.item.
c l.nihil.15.§.final.
d l.ob res amotas. 24.
e l.rerum.25.b.t.
f l.nam hoc natura.14.de condictio.ind.
g l.1.in fin.de furt.
h l.indebiti.15. de cond. indeb.
i l.rerum.26.b.t.
k d.l.contra.§.fin.
l l.sed etsi.19.b.t.
m l.8.§.fi.cum l.seq.b.t.
n l.cessat.de actionibus.
o l.si quis.7.cum seq.de iuris.om.iud.
p l.si mulier.21.§.fi.

De agnoscendis & alendis liberis, uel parentibus, uel patronis, uel liberis.

Titulus III.

1 Continuatio.
2 Senatusconsulta de liberis agnoscendis.
3 Partum subijcientem de falso teneri.
4 Patrem intelligi, quem nuptiæ demonstrant.

HActenus † de matrimonijs, & iure dotium: nunc uideamus de Liberis, qui fructus sunt cõiugij. De his autem tractari solet, uel iam natis, uel adhuc in utero existentibus. De natis agitur, ut agnoscantur & alantur: de nõ natis, ut in possessionem missi nutriantur. De agnoscendis liberis duo Senatusconsulta sunt facta. Primò † Plautianum, quod duas factorum diuersas species definit. In prima cauetur, Debere mulierem, facto diuortio, intra triginta dies nũciare marito, se esse prægnantem: maritum autem custodes ad uentrem seruandum mittere, aut renunciare, quòd ex se non sit prægnans: alioqui partum cogitur agnoscere, & alere [a].

In † secunda parte, de Ijs quæ falsum partum subijciunt, agitur: quod Senatusconsulti caput nõ extat: constat tamen has pœna falsi teneri [b]. Alterum Senatusconsultum quod temporibus Adriani factũ est, pertinet ad partum qui constante matrimonio æditur, ut is agnoscatur [c].

Sciendum

a l.congruit.de off.præs.l.illud.ad l.Aquil. b Bart.in l.1.num.4.b.t. a l.1.hoc tit.Paul.lib.2.tit.24. b l. qui falsam.19.§.1. l. lege 30. ad l.Cornel. am de falsis.l.cum suppositi.10.C.eod.tit. c l.3.§.1.hoc t.t. Vlpian.tit.16.

BIU Cujas

4 Sciendum † autem est, patrem intelligi, quem nuptiæ demonstrant [a], cogiq; & ut agnoscat partum: nisi euidentissimis rationibus ostendat ex se procreatum non esse [b]: & ut etiam alat. Naturalis enim ratio suadet, ut pater educet liberos pro modo facultatum [c], præsertim triennio maiores [d]. Imò necare uidetur qui non alit [e]. Alimentorum autē nomine non modò uictus, sed cætera quoq; onera, omnesq; uitæ necessitates comprehenduntur [f]. Quòd si pater ipse egeat, necessitas facit, ut mater & reliqui parentes idonei alimenta præstare cogantur [g]: sicut econtrariò liberi parentibus ἀντιπελαργίαν, ijsq; egenis alimenta [h], non etiam æs eorum alienum dissoluere debent [i]. Hoc nutricationis onus in hæredes In subsidium transit [k]: & cum descendat ex iure naturæ [l], charitateq; sanguinis [m], nullo pacto aut statuto tolli potest [n]. Ac qui illud detrectat & refugit, etiam pignoribus captis, aut alio modo, per officium iudicis cogitur [o]: nisi qui alimenta petit, suis se operis ac industriâ adhibita alere possit [p]. Pigris enim & negligentibus iura non subueniunt [q]: aut nisi iusta exhæredationis causa extet. qui enim exhæredare, etiam alimenta denegare potest [r].

a l.5.de in ius uocan.
b l.filiū. 6. de his qui sunt sui uel alien. iur.
c l.5.h.t.l.pen.& fi. C.de alen. lib. uide gl. Land. art.21.lib.1.nu.3.
d l.nec filium.C.de patria potest.
e l.necare.4. h.t.c. pasce. 85.distinc.
f d.l.5.§.si parens.3.in fi. l. uerbum uictus. 43. de uer.signif.l. legatis. l.fi. de alim.leg.
g d.l.5.h.t.
h d.l.5.l.1. & 2. C.de al. lib.l.2. 5. de fer. & dilat.
i d.l.5.§.si mater.7.t.t. C.ne filius pro patre. per tot.
k d.l.5.§.item rescriptum est.8.
l l.1.in fi. de iusti.& iur.
m d.l.5.§.1.uersi & cum ex æquitate.
n Decius in l. iura sanguinis.8.in prin.de reg.iur.
o d.l. 5. §. si uel parens.l. nec filium. ubi gl. C. de patria potestate.
p d.l.5.§.deniq;.2.
q l.non enim.16. ex quib. caus.ma.l. pupillus. 24. quæ in fr.au.cred.
r d.l.5.§.si uel parens.

De uentre inspiciendo. Tit. IIII.

1 *Edictum de uentre inspiciendo, custodiendoq; partu.* 2 *Rescriptum eadem de re.*

1 DE liberis † adhuc in utero existentibus, deque uentre inspiciendo, & custodiendo partu, ita ait Prætor [a]: Si mulier mortuo marito prægnantem se esse dicet, his ad quos ea res pertinebit, procuratoriue eorum bis in mense denunciandum curet, ut mittant si uelint, quæ uentrē inspiciēt. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinq;: hæq; simul omnes inspiciant, dum ne qua earum dum inspicit, inuita muliere uentrem tangat. Mulier in domo honestissimæ feminæ pariat, quam ego constituam. Mulier ante dies triginta, quàm parituram se putat, denunciet his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsue eorum ut mittant si uelint, qui uentrem custodiant. In quo conclaui mulier partura erit, ibi ne plures aditus sint quàm unus: si erunt ex utraq; parte, tabulis præfigantur. Ante hostium eius conclauis, liberi tres & tres liberæ cum binis comitibus custodiant: quotiescunque ea mulier in id cōclaue, aliúdue quod, siue in balneum ibit, custodes si uolent, id antè prospiciant, & eos qui introierint, excutiant. Mulier cum parturire incipiat, his ad quos ea res pertinet, procuratoribúsue eorum denunciet, ut mittant, quibus præsentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinq;: ita ut præter obstetrices duas, in eo conclaui ne plures mulieres liberæ sint quàm decem, ancillæ quàm sex. Hæ quæ intus futuræ erunt, excutiantur omnes, in eo conclaui ne qua prægnans sit. Tria lumina ne minus ibi sint, scilicet quia tenebræ ad subijciendum aptiores sunt. Quod natum erit, his ad quos ea res pertinet, procuratoribûsue eorum si inspicere uolent, ostēdatur. Apud eum educatur, apud quem parens iusserit: si autem nihil parens iusserit, aut is apud quem uoluerit educari, curam non recipiet apud quem educetur, causa cognita constituam. Is apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium mensium sit, bis in mense: ex eo tempore, quoad sex mensium sit, semel in mense: à sex mensibus quoad anniculus fiat, alternis mensibus: ab anniculo quoad fari possit, semel in sex mensibus, ubi uolet ostendat. Si cui uentrem inspici custodiriue, adesse partui licitum non erit, factúmue quid erit, quo minus ea ita fiant, uti suprà comprehensum est: ei quod natum erit, possessionem causa cognita nō dabo, siue quod natum erit, ut suprà cautum est, inspici non licuerit. Quas ubiq; actiones me daturū polliceor his, quibus ex edicto meo Bonorū possessio data sit: eas si mihi iusta causa uidebitur esse, ei non dabo. Hoc edictum cum sit manifestissimum, interpretatione nō indiget [b]: quam si quis requirat, con-
2 sulere Iurisconsultos potest [c]. Quia † uerò tantum de mulieribus quæ asserunt se prægnantes, Prætor loquitur, in ijsq; Senatusconsulta de liberis agnoscendis duntaxat locum habent [d], ut paulo antè est ostensum: ideo temporibus Diuorum fratrum, cū hoc incidisset, ut maritus quidem prægnantem mulierem diceret, uxor negaret: Consulti Valerio Prisciano, Prætori urbano rescripserunt in hæc uerba: Nouam rem desiderare Rutilius Seuerus uidetur, ut uxori quæ ab eo diuerterat, & se non esse prægnantem profiteatur, custodem apponat: & ideo nemo mirabitur, si nos quoq; nouum consilium & remedium suggeramus. Igitur si perstat in eadem postulatione, commodissimum est eligi honestissimæ feminæ domū, in qua Domitia ueniat: & ibi tres obstetrices probatæ artis & fidei, quæ â te assumptæ fuerint, eam inspiciant: & si quidem uel omnes, uel duæ renunciauerint prægnantem uideri, tunc persuadendum mulieri erit, ut perinde custodem admittat, atq; si ipsa hoc desideraſſet. Quòd si enixa non fuerit, sciat maritus ad inuidiam, existimationemq; suam pertinere, ut non immeritò possit uideri captasse hoc ad aliquam mulieris iniuriam. Si autem omnes, uel plures non esse grauidam renunciauerint, nulla causa custodiendi erit.

a l.1.§.de inspiciendo.4.
b l.1.§.quamuis.5.
c d.l.1.2.3.4.h.t.
d d.l.1.§.ex hoc rescripto.1.

Si uentris nomine in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur. Tit. V.

1 *Ratio huius edicti.* 3 *Quomodo prætor edicto parere cogat.*
2 *Cui, in quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*

1 HOc † edicto rectissimè Prætor prospexit, ne dum in fauorem partus possessionem facilè pollicetur, alijs prædæ occasionem præbeat. Idcirco † constituit actionem in Factum in mulierem, quæ in alium hanc possessionem dolo malo transtulit: qua petitur, Quanti interest eius qui experitur, fortè cohæredis aut substituti, possessionem non esse translatam. Deinde necessariò Prætor
3 adiecit, Vt qui per dolum uenit in possessionem, cogatur decedere. Coget † autem eum non Prætoria

BIU Cujas

potestate, uel manu ministrorum: sed melius & ciuilius faciet, si eum per interdictum fortè quorum bonorum, aut actionem in Factum ex hoc edicto, ad ius ordinarium remiserit.

Si mulier uentris nomine in possessione calumniae causa esse dicatur. Tit. VI.

1 Ratio edicti.
2 Quis per calumniam dicatur in possessione fuisse.
3 Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc edicto actio detur.

QVEMADMODVM † Prætor facilis est, circa Bonorum possessionem mulieri dandam Ventris nomine: ita Calumniam eius impunitam relinquere non debet. 1

Per † calumniam in possessione fuisse uidetur, quæ sciens prudensq; se prægnantē non esse, uoluit in possessionem uenire [a]. Aduersus † hanc actio datur illis, quorum interfuit missionem nō decerni: ut cohæredibus, substitutis proximis ab intestato, legatarijs, &c. ad Id quod interest: cuius in æstimationem etiam alimenta, in uentrem erogata, ueniunt [b]. Et mulier ex hac causa damnata, notatur ignominia [c]. Debet enim coerceri, quæ Prætorem decepit [d]. 2 3

De concubinis. Tit. VII.

1 Continuatio tituli.
2 Quid sit concubina, concubinatus, & quare permissus.
3 Quam in concubinatu habere liceat, uel non.

ET hæc † quidem de Legitimis nuptijs: nam coniunctio quæ extra nuptias fit, plerunq; in Concubinatum incidit. Concubina † est, quæ cum uxor non sit, cum aliquo tamen uiuit, & uxoris loco in domo est, ac corpus miscet [a]. Cōcubinatus autē ex sola animi destinatione æstimatur [b]: uidelicet cum quis mulierem uoluptatis, & concubitus (unde & nomen) causa, in contubernio, & consuetudine diuturna habet. quod iure Ciuili, extra pœnam & infamiā [c] est [d]: ijs scilicet qui uxores non habent [e], permissum, ad euitanda maiora adulterij & cōstuprationum mala: & quia obsisti hominum nequitiæ non omni ex parte potest. In † concubinatu potest esse non modò liberta, sed & ingenua, si obscuro loco nata sit, uel pudorem uulgarit: alioqui si honestæ uitæ lociq;, ingenuam quis in concubinatu habere maluerit, id sine contestatione ea de re apud Ædiles facta, sicut ex Tacito conijcitur [f], fieri nequit: sed necesse est uel uxorem eam habere, uel hoc recusantem cum ea stuprum cōmittere [g]. Concubinas tamen habere plures, improbatum est [h]: ut & illud, consuetudine eius uti, quæ patris aut filij fuit in concubinatu [i]: quia propè nefaria est huiusmodi coniunctio, & quædam naturalis honestatis uiolatio: quæ nemini concedenda est [k], nec concedi potest, utpote cum affinitas per consuetudinem eiusmodi sit contracta [l]: quare eiusmodi scelus prohibendum [m], & quantū existimo arbitrariè puniendum est [n]. Et hæc iure Ciuili ita se habent. Iure autem Diuino & Canonico, concubinatus in totum est damnatus [o]: sicuti & à Philosophis [p]. Eademq; in damnatione sunt lupanaria, ac meretricum consuetudo [q], quamuis iure Ciuili extra lenocinium [r] permissa [s]. 1 2 3

DIGEST. LIB. XXVI.

INFORTIATI. II.

DE TVTELIS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Dispositio sequentium titulorum.
3 Quid sit tutela.
4 Explicatio definitionis.
5 Diuisio & causæ.
6 Finis & effectus.
7 Affinia & contraria: & de cura, nonnulla.

NON † modò alendi sunt qui ex matrimonio procreantur liberi, sed etiam continendi authoritate, & consilio gubernandi, cum se per ætatem regere necdum queant. Itaq; uiuentis quidem patris sunt in potestate & manu, qui eos honestè & pudicè educare debeat [a]. Quòd si is moriatur, succedit alter quasi parēs, Lex & authoritas Magistratuū, qui fidei & curæ idoneorum hominum imbecillam ætatem gubernandam committunt: quæ gubernatio Tutela & Cura appellatur, à tuendo & curando [b]. Quod cum ita sit, reliquum est, ut postquam de coniugijs, & alendis liberis est dictum: de Tutelis deinceps, sicuti erat propositum, uideamus. Qua † in parte ordine exponendum est: Quid sit tutela, & quotuplex, Quomodo & quādo constituatur: tum de Officio & administratione tutorum: deinceps de Fine, ac abdicatione tutelæ: ac de Excusationibus tutorum, postremò de Actionibus, quæ finita tutela, ultrò citroq; competunt. 1 2

Tutela † est, ut Seruius definit, ius & potestas in caput liberum, constituta ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data & permissa [c]. Est † enim ius Publicum authoritate [d], quod inuito in inuitum datur [e]: utilitate Priuatum [f]. In caput liberum, pupilli, qui sui iuris est, & caput prorsus liberum habet: nam ijs qui sunt alieni iuris tutores non dantur. Constituta ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere nequit. Differentia à fine, effectu & officio tutelæ sumpta, qua hoc ius à patris & curatoris potestate secernitur. Nam tutelæ uis omnis, in Tuendo personam & bona pupilli uertitur & consistit [g]. Patris uerò potestas, ista maior est, atq; amplior. Maius enim tuitionē ius habet pater, tam in caput liberorum (nam olim ius uitæ & necis habuit [h], & punire etiam hodie potest [i]) quàm in bonis, cum eorū fiat dominus, aut quo ad proprietatem, aut quo ad usumfructū [k]: ita ut non modò tueri, sed etiam absumere possit. Curatorum autem potestas minor est quàm tutorum. 3 4

Curator

a l.1.§.1.b.t.
b d.l.1.§. competit. cum seq.
c l.notatur.15. cum l.seq. de his qui notant. infa.
d l.debuit.16.eod.tit.
a l. Labeo. 144. de uerb. signif. uide Cuiac.lib. 5. cap.6.
b l.4.b.t.
c Bald. in l. 3.C. de cond. inser. l. unic. C. de concubin.
d l.3.in fi.b.t.
e l. unic. C. de concubi. l. ult. de diuor. Paul. lib.2. tit.20.
f Conna.lib.8.cap.13.
g l.3.b.t.in fi. l. in liberæ. 24. de ritu nupt. gl.in l. 1.uerb.stuprum.b.t.
b in Auth.quibus mod.natur.eff.sui.circa fin. Nouell.74.§. consideraui-mus.in Auth.de trien.et semiß.gl.in l.unic. C.de concub.
i l.1.in fi.b.t.
k l.2.C. de in ius uocan.
l uide ext.t.t. de eo qui cō sang. ux. suæ. & 5. de rit.nupt.gl.17.l.1. uerb. prohibendum.b.t.
m l.1.in fi.b.t.
n ex doctrina gl.in l.3.C. de sacro.Eccles.
o extrà de cohabita. cle. & muli.1. Cor. 5. cum simil.gl. & Bart. in l.1. hoc tit.
p Arist.lib.7. Polit. c.17.
q c.nemo.c.meretrices.32. q.4.Panorm. & Dd.in c.inter opera.de sponsa.
r Nouell.de lenon.
s l.quæ adulterium.29.C. de adul.l.2. C. de dona. int.uir. & ux l.si ea.22. C.de adult.l. si uxor.13. §.1.ff.ad l. Iul. de adult. l.ait,et Alex.in l.si adulterium. de adult. gl. & Dd.in l. quid ergo.§. pœna grauior. de his qui not.inf. Alex. conf. 157. in fin.uol.5.
a tot.tit.de lib.agn. 5. & tit.C.de alen.lib.
b uide Vlpia.tit.11.
c l.1.b.t. uide quæ dixi Instit.eod.in prin.
d l. filiusfamilias.9. uerb. tutorem. de his qui sunt sui uel alier. iur.
e Instit. de excus. tuto. in prin.l.2.b. t.
f l.pupillus.239.§.munus. de uerb. signif. l. athletæ.8.§.tutela.5. de excusa. tuto. 2.& t.t.C.de pat.pot.
g l.qui fundum.7.§.si tutor.de usuc.l.tutor.33.de furt.l.tutor.28.de adm.tut.
h l.in suis.de lib. & posth.
i uid.l.
k Instit.per quas person.nob.acq.l.fin. & tot.t.C. de bon.mater.

Curator enim Bonis curandis tantum præficitur [a], uel in totum, uel in aliqua parte, aut etiam re certa [b]. Tutor porrò principaliter tuendæ (ut dictum est) Personæ datur, non Rei [c]: secundariò autem ad uniuersum personæ patrimonium administrandum datus esse creditur [d]: nec certæ rei dari potest [e]. Nam ut persona non recipit diuisionem, ita nec tutela quæ personæ datur: & sicut partitionem respicit in principali, ita & in administratione bonorum accessoria, quæ ex natura principalis debet æstimari [f]. Additur, Iure ciuili data & permissa. quæ particula causam efficientem denotat, uidelicet legem 12. tab. & alias: quæ partim dant tutelam, scilicet Legitimam: partim dari à testatore & Magistratu permittunt, uidelicet Testamentariam & Datiuâ. Propria tutelæ sunt, esse officium, seu onus [g], siue munus [h] necessarium [i], uirile [k], personale [l], publicum [m] authoritate, & ciuile [n], sed utilitate priuatum [o]: item (ut reliqua munera ciuilia) sua natura gratuitũ, quia non honos est, sed onus [p]: eoq; tutela lucrosa esse potius pupillo quàm tutori debet [q], quanquam ex iusta causa, puta propter inopiam, peregrinationes litium causa subeundas, &c. salarium tutori constitui authoritate, decreto q; Iudicis possit [r]. Tutela quoq; sua natura Generalis est: unde & Generale iudicium nascitur [s], & Bonæ fidei [t].

5 Tutela † alia Testamentaria est, quæ testamẽto: alia Legitima, quę à lege: alia Datiua, quę dãte & decernente Magistratu, qui summus quasi tutor est [u], defertur: ut in sequentibus exponetur [x]. Dicitur & alius tutor Administrans, seu uerus: alius Honorarius, testamẽto scilicet datus (nam lex aut iudex eius modi nõ dat) cui nulla incumbit administratio, sed tantum honoris causa interponitur: uelut persona dignior & honoratior, quá pupillus præ reliquis timeat & reuereatur, & qui sit uelut inspector, ac obseruator totius administrationis [y]. uulgò Supremum tutorem nominãt. Sunt etiam qui Protutores & Falsi tutores nominẽtur: de quibus suo loco opportunius [z]. Est etiã iure Sax. tutor Iudiciarius, qui ad iudicia similes q; solennitates mulieri datur [a], uelut & olim [b]. Causa efficiens tutelam, est Lex (non ius Prætorium [c]) uidelicet Lex 12. tab. quæ partim per se defert tutelas proximis agnatis [d]: partim parentibus, ut in testamẽto liberis quos in potestate habent, dent tutores, permittit [e]: mater autem, quæ in potestate non habet liberos [f], nunquam aliter quàm si eos hæredes instituerit, tutores ijs dare ex Constitutionibus hodie potest [g]. His porrò tutelis deficiẽtibus, ex alijs legibus olim Magistratus, ad quos cura pupillorum meritò refertur, debant tutores [h]: hodie ex Constitutionibus Principum [i], & præsertim Iustiniani [k]. Causa igitur efficiẽs remota, est Lex: propinqua, Testator & Magistratus. Causa προκαταρκτικὴ Indigẽtia pupilli [l], & Ius naturæ: quo unumquodq; quod ad se gubernandũ suapte ui non sufficit, id præstãtioris alicuius ductu regitur [m] & gubernatur: spectata deniq; tutoris fides, probitas [n], atq; rerum notitia [o]. Possunt autem omnes fungi tutela, qui non prohibentur: imò etiã inuiti ad id oneris subeundum, captis pignoribus à Magistratu competente coguntur [p], quando publicum sit & ciuile munus [q]. Prohibentur autem tutelam gerere, qui pupillo id præstare nequeunt, cuius causa tutela est inducta, uidelicet Defensionem & Tuitionem: ut surdi & muti [r], minores [s], furiosi [t], omnes q; alij qui ipsimet cura indigẽt aliena [u]. Mulieres regulariter tutelæ munere, quod uirile est, fungi nõ possunt [x], nisi ex Principis indulgentia [y], matribus & auijs exceptis: quæ amissis uiris, nedum legitimorum [z], sed etiam naturalium suorum liberorum [a] legitimæ præ reliquis agnatis sunt tutrices, etiamsi creditrices aut debitrices liberorum sint [b]: quin moribus Sax. etiam iure paterno administrãt, & fructus lucrantur, donec liberi adolescant, & ab ijs separentur [c]. Nã in his affectionis ratio suspicionẽ remouet [d]: scilicet quamdiu in casta uiduitate permanent. cõtractis enim secundis nuptijs, uel pudore prostrato [e], desinunt esse ipso iure tutrices [f]: & succedit tutela Datiua [g]. Exceptis autẽ istis & consimilibus personis, in queis suspicionem tollit propinquitas, non potest debitor uel creditor sui creditoris debitorisue tutor esse [h], nisi sit testamẽto datus [i]. Eademq; in causa est is qui cum pupillo litigat [k], qui bona eius possidet [l], qui illi cohæres est, aut multorum bonorum socius, resúe cum pupillo communes obtinet [m] (quanquam hoc olim excusationem non habebat, sed dato curatore inter tutorem & pupillum, hæreditas aut alia res communis diuidebatur [r]) qui iurisdictioni subiectus non est, cui pupillus subest [o], qui uitricus sit pupillo, ducta eius matre uidua [p]. Hi enim tutores esse nõ possunt, nec à Magistratu ad id eligi, præterquam si testamento fuerint dati [q]. Nam testamẽto etiam istiusmodi dari possunt: quia suspicio fraudis, purgatur per approbationem & iudiciũ defuncti patris, qui præsumitur optimè liberis suis prouidere uoluisse [r]. Eademq; est causa seruorum, scilicet ut cum libertate in testamento, nõ etiam à Præside, tu-

a l. in copulã. 8. C. denupt.
b Inst. de curat. in prin.
c l. quia. 14. infr. tit. 1. §. ad certum. Inst. qui testam. tut. da. poss.
d §. datus. Instit. de excus. tuto.
e d. §. ad certum. l. certarum. 12. j. tit. 1.
f l. cum principalis. 139. de reg. iur.
g l. tria onera. de excus. tut. §. item tria onera. Inst. de excus. tut.
h in princ. Inst. de excus. tut. l. pupillis. §. munus. de uerb. sig. l. 1. §. illud. de mun.
i l. fi. in prin. ubi Bart. & de adm. tut. in prin. Inst. de exc. tut.
k l. tutela. ubi Bart. h. t. l. 1. C. quand. mul. tut.
l l. 1. §. illud. de mun.
m §. 1. Inst. de exc. tut.
n l. athletæ. 8. in prin. dè excus. tut. l. 2. de reg. iur.
o gl. in d. l. athletæ. per illum tex. et in princ. Inst. de excus. tut. Spec. de appell. §. 2.
p Bald. in l. meminimus. in fi. C. de legit. hær. & in l. cum quidam. in 2a opp. C. de uerb. signif. tex. in d. l. tria onera. de exc. tut.
q l. qui negociationẽ. 59. de adm. tut.
r Bart. in l. in eos. de tut. per l. 1. §. si pupillus. de tut. & rat. dist. & l. à iudice. §. final. de adm. tut. Bald. in l. cum oportet. 6. in prin. nu. 16. C. de bon. quæ liber. bonus text. in l. idemq; 10. §. idem Labeo. ff. mand.
s uide §. de iud. glo. in l. 1. de æden.
t §. actionum. ubi glos. ad uerb. tutelæ. Instit. de a-

ctio. u gl. lib. 1. Land. art. 41. per l. si infanti. §. final. C. de iur. del. l. bonorum. C. qui admit. x l. fin. in fin. C. de auth. præstan. l. generaliter. 40. C. de epis. uide tit. seq. & Instit. eod. y l. iure. 26. §. 1. de test. tut. l. 3. de adm. tut. z j. de eo qui pro tuto. & quod falsf. tut. auth. a art. 47. lib. 1. b Vlp. tit. 11. 20. Boet. in Top. Cuiac. obs. lib. 7. cap. 11. c Bart. in l. iure. §. honõris. de testam. tut. d Inst. ff. & C. dẽ leg. tut. e l. 1. de testam. tut. f §. fin. Instit. de adoptio. uide de his qui sunt sui uel alien. iur. g l. 4. de testam. tut. h Inst. de Attil. tut. in prin. i §. sed ex his leg. b. Inst. de Attil. tut. k §. nos autem. Instit. de Attilia. tut. l §. fin. Inst. de Attil. tut. m Arist. lib. 1. πολιτικῶν. §. pen. Inst. de Attil. tut. n in prin. Instit. de satisd. tut. in uerb. fides & diligentia. o l. quæro. 32. §. 1. de testa. tut. p art. 47. cum gl. Land. lib. 1. l. 5. C. qui dare tutor. q l. 1. de administr. tut. r l. 1. §. fin. l. pen. h. t. s §. item maior. Instit. de excus. tut. §. fin. Instit. de fid. tut. §. furiosus. Instit. qui testamen. tuto. l. fin. C. de legit. tut. t d. §. furiosus. u l. fin. C. de legit. tuto. d. §. furiosus. minor. & §. pen. Inst. de excus. tut. l. 2. C. quã. mul. tut. off. Spec. de tut. §. fi. in prin. x l. 1. C. quã. mul. tut. off. l. iure nostro. de test. tut. y l. fin. ff. de tut. gl. in d. l. 1. C. quã. mul. uide Vlp. tit. 11. z l. 2. cũ auth. seq. C. quan. mul. tut. off. a l. fi. C. quan. mul. tut. off. auth. ad hæc in fi. eod. t. b Auth. ad hæc. C. quan. mul. tut. off. c art. 11. lib. 1. d l. non solũ. 67. §. denuò. ff. de rit. nupt. e gl. in Auth. sacram. ad uerb. cõtractis. C. quan. mul. tut. off. per §. fi. Auth. de restit. & §. si aũt. in Auth. de nupt. f Auth. sacram. C. quan. mul. uid. late Bar. in l. si quis sub. de test. tut. g gl. in d. Auth. sacram. per l. si quis sub conditione. de test. tut. Bar. in d. l. si quis sub conditione. nu. 3. h in Auth. ut hi qui ob. se hab. perhib. res minor. Spec. de tut. §. fi. nu. 12. i uid. Bald. & Dd. in l. cred. 8. C. qui dar. tut. uel. cura. Bar. in l. quoties. §. sicut. de adm. tut. Bar. in l. pater filio. de proc. Cast. in l. cũ in eo. de pac. Bal. in trac. de pace. in princ. k d. Auth. ut hi qui oblig. se hab. perh. Spec. de tut. §. fi. nu. 12. tex. in l. idẽ. 27. §. cũ aũt. de test. tut. ubi Bart. l. si ut allegas. 16. C. de excus. tut. Bart. in Auth. minor. nu. 1. & 2. per illũ tex. C. qui dar. tut. poss. l Bar. in d. Auth. minor. nu. 7. C. qui dar. tut. poss. m uid. dict. Bar. in d. Auth. minor. n l. quod res. 21. C. de excus. tut. o l. etiam municeps. ubi Bar. de tut. Land. art. 47. cũ gl. lib. 1. t gl. in l. 1. ad uerb. uitricum. C. ubi pup. educ. l. 3. ubi Bald. & Dd. C. de contr. iud. tutel. Bal. in l. omnem. C. ad S. C. Tertul. uid. Bar. in l. nonnunquam. de adopt. q Dd. præall. loc. r l. nec in ea. 23. de adult. l. fi. in prin. C. de curat. furios. Bal. in l. 3. C. de patr. potest. Bal. in l. precib. 8. num. 40. C. de impub. substit. uide Alc. trac. præsumpt.

BIU Cujas

tores dari posſint [a]. Qui etiam in dignitate aliqua, aut priuilegio ſunt, ut miles [b], colonus Principis [c], exempti à iuriſdictione [d], & deniq; ſimiles, quibus adiunctis pupilli conditio deterior futura eſt, quia pares potẽtioribus eſſe nõ poſſumus [e]: his tutela delegari prohibetur: ut & marito cura uxoris [f]. Quod tamen iure Sax. non obtinet [g]. Extra hos autẽ qui uel ob ætatem, uel ſexum, uel ſuſpicionem tutela arcentur, omnes gerere tutelam poſſunt, atq; etiam uel inuiti debent [h]: ſiue paterfamiliâs, ſiue filiusfam [i], qui in publicis muneribus pro patrefam. habetur [k]: ſiue locuples, ſiue pauper [l], ſiue bonæ famæ, ſiue infamis [m], ſiue nobilis, ſiue plebeius [n], etiã Rex aut Princeps [o]: atq; adeò & ex locis uicinis, nõ tamẽ ultra centeſimum miliare [p], quando idoneus in loco pupilli non poteſt haberi, aſſumi debet [q]. Materia circa quam tutela uerſatur, eſt præcipuè Caput liberum (nam ijs qui ſunt in alieno iure & familia, tutor non datur) pupilli [r] (neq; enim tutor principaliter rebus, ſed etiam perſonæ & moribus pupilli [s] præponitur) hoc eſt, eius qui cum ſit impubes, deſijt tamen eſſe in poteſtate patris, uel per eius mortem, uel per emancipationem [t]. item qui alium tutorem non habet. Nam habenti tutorem, tutor dari nequit [u]. Nec intereſt, cuius ſit fortunæ aut dignitatis pupillus. Nam & Regi, Illuſtribusq; perſonis tutores dantur [x], & contrà naturalibus ac ſpurijs [y]: non tamen filijs bannitorum aut captiuorum ab hoſtibus: his enim non tutor, ſed curator ſolet præfici [z]. Cæterùm & pluribus unus tutor dari poteſt [a]: & plurium liberorum qui in una ſunt familia, tutela non pro pluribus, ſed pro una reputatur [b]. Alterum, & uelut ſecundarium obiectum circa quod tutela uerſatur, ſunt Vniuerſa pupilli bona. Nec enim partem unã facultatum, ſed totum corpus tutela reſpicit [c]. Forma ſuis locis explicabitur, nẽpe tutelæ Petendæ [d], Decernendæ [e], Adminiſtrandæ [f]. Id tamen in genere ſciendum eſt, tutorem ſiue legitimum ſiue datum non aliter poſſe tutelam gerere, quàm ſi decreto Magiſtratus ei adminiſtratio ſit commiſſa [g]: quæ non antè decernitur, quàm tutor Inuentarium cõficiat, & Iuſiurandũ Cautionemq; præſtet, Rem pupilli ex bona fide defenſum iri [h], ſubiecta bonorum ſuorum omnium hypotheca [i]: ut illa uetus ſatiſdationum diſtinctio de non exigenda cautione à teſtamentario tutore, uel ex inquiſitione dato [k], hodie non multum, niſi in dandis fideiuſſoribus, attendatur.

Finis † eſt, Vt impubes ætas paterno cõſilio & præſidio deſtituta, tutelæ beneficio regatur & defendatur. Impuberes, inquit Imperator [l], in tutela eſſe, naturali iuri conueniens eſt, ut is qui perfectæ ætatis non eſt, alterius curatione regatur. Effectus, Quòd ſimulatq; tutor datus eſt, poteſtatem gerendi liberam habeat [m], atq; ad adminiſtrandũ ſtatim obligetur, & ſuo periculo ceſſet [n]: & de Dolo, Lata ac Leui etiã culpa teneatur [o]. Itaq; ſtatim conficere inuentariũ, & ut ſibi decernatur à Magiſtratu adminiſtratio, petere debet: non neglectis etiam interim ijs quæ moram non patiuntur, & tempore detrimentum capere poſſunt [p]. Nam quoties periculum ex mora extimeſcendum eſt, receditur à communibus iuris regulis [q]. Obligat etiam tutela & tutorem, ad reddendam tutelæ geſtæ rationem, ſuſcipiendasq; actiones quæ ex tutela oriuntur [r]: & contra pupillũ Contrario iudicio tutelæ [s]: eidemq; ſuæ rei adminiſtrandæ poteſtatem aufert, nihil ut deinceps abſq; tutoris authoritate gerere poſsit [t]. Nam tutela, quaſi dominum rerum pupillarium tutorem facit [u]: in adminiſtrando ſcilicet (non in dilapidando [x]) ſeu quantum ad prouidentiam pupillarum attinet [y]. Nam ut in definitione dictum eſt, tutela eſt Ius tuendi, non Conſumendi: ad Tuendum pupillum conſtituta, non ad Deglubendum. 6

Affinis † tutelæ, eſt Cura. Nam quæ de tutoribus cõſtituta ſunt, eadem & in curatoribus qui adultis dantur [z], obtinent [a]. In quibuſdam tamen differunt. Nam tutores dantur impuberibus: curatores puberibus [b]. Illi inuitis, hi extra litem tantùm uolentibus [c]. Illi perſonæ præficiuntur, hi bonis [d]: etiamſi perſonam cui bona ancillantur, neglectui habere non debeant [e]. Illi ad uniuerſum patrimonium [f], hi ad ſingula etiam negocia, ſingulasq; cauſas [g]. Illi tutorem habenti non dantur, hi dari poſſunt [h]. Sed ut diſcrimen hoc melius intelligatur, definitionem ac diuiſionem curæ ſubijciamus. Eſtigitur Cura ſeu curatio [i], uis & poteſtas, ad curanda bona minorum, uel eorum qui ſuis rebus præeſſe nõ poſſunt, iure Ciuili conſtituta. Atq; hæc quidem in duas ſpecies diſtribui poteſt, quarum altera ſit Legitima: nam ex lege 12. tab. furioſi & prodigi in legitima ſunt agnatorũ cura [k]: altera uerò Datiua, quæ minorib. 25. annis præficitur, authoritate magiſtratus [l]. Teſtamẽtaria uerò cura nulla eſt, uelut tutela: cùm teſtamento curator non detur, ſed datus à Prætore confirmetur [m]. Ex quibus intelligi poteſt, quantum à tutela officium 7

a l. in ſeruili. 7. C. qui dare tut. §. 1. Inſtit. qui teſt. tut. dar.
b l. 4. C. qui dar. tut.
c l. fin. C. eo. tit.
d l. neque. 5. C. eo. t.
e l. 3. in princ. de alie. iud. mut. cauſ. fac.
f l. 2. C. qui dar. tut. l. uirum. de cur. fur.
g Landr. lib. 1. art. 31. Fachſ. dif. 7. & 8.
h l. 3. C. de ſuſp. tut. l. 1. in princ. de adm. tut. §. pen. Inſtit. de ſatiſd. tut. l. ſi quis. de mu. & hon.
i in princ. Inſtit. de ijs qui tuto. teſtamen. dari poſſ. l. antepen. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
k l. nam quod. 14. ad Senatuſcon. Treb. l. quippe. 78. de iud.
l §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut. l. paupertas. de excuſat.
m l. qui eorum. ubi Bart. de poſtul.
n l. decreto. ubi Bart. qui pet. tut. l. ubi. de tut. dat. ab his.
o Bart. in l. iure. §. 1. numer. 1. de teſtament. tut. & in l. quòd ſi forte. §. ſunt quidam. quæſt. 1. de ſolut.
p §. pen. Inſtit. de excuſat. tut. l. non ſolum. 10. ff. eo. tit. l. 1. C. eo. tit.
q l. diuus. de tut. dat. ab his.
r l. 1. hoc tit.
s l. cum plures. 13. §. fin. de admin. tutor.
t l. pupillus. 239. de uerb. ſign.
u l. ſi ſub conditione. §. 1. de teſta. tut. l. ſi ſororis. C. qui dar. tut. §. fi. Inſt. de cur.

x l. 1. C. de tuto. illuſt. perſon. y uide gloſſ. & Bart. in l. 1. de teſtament. tutel. & in l. fin. C. de confirm. tuto. z l. muto. 6. §. ei cuius. de tutel. Bald. in l. 1. numer. 14. C. de hæred. inſtit. a §. item. 3. uerſi. item tria. Inſt. de excuſat. tutor. b l. 3. l. ſi is qui. 34. §. fin. de excuſat. tutor. l. accipientis. 35. leg. inter. 20. de auth. tuto. l. 2. uerb. liberos. C. quan. mul. tut. off. c §. ad certum. uerſic. certæ rei. Inſtit. qui teſtament. tuto. da. §. datus. Inſtit. de excuſat. tut. leg. propter litem. 21. de excuſa. tutor. d qui pet. tut. uel. curat. ff. & Cod. e de tut. dat. ab his. l. 1. de adm. tut. f de adm. tuto. ff. & C. g l. 3. §. fin. de adm. tut. l. cui eorum. de poſtul. leg. legitimos. 5. §. penul. de leg. tuto. h leg. fin. §. pen. Cod. de adm. tutor. Bart. in dict. leg. legitimos. Angel. Inſtit. de leg. tut. numer. 6. Alexandr. conſil. 129. ponderatis. numer. 3. uol. 1. Mathef. ſing. 107. nota caſum, per tot. Zobel. art. 23. Landr. lib. 1. Kling. Inſtit. tit. de leg. ag. tut. i Spec. de tutor. §. fin. numer. 1. per leg. de creationibus. Cod. de epiſcop. aud. leg. fin. §. in prouincia. Cod. de cur. fur. k uid. Inſtit. de ſatiſd. in princ. l §. pen. Inſtit. de Attilia. tut. leg. quod ſi forte. 14. in fin. de ſolut. leg. 4. in fin. ff. rem pup. ſal. fore. m gloſſ. finalis in leg. mandato. 60. de procur. leg. tutor. 35. in princ. de iureiur. not. in leg. præſes. 12. Cod. de tranſ. Ia. in leg. 1. §. item acquirimus. de acq. poſſ. gloſſ. lib. 1. art. 47. Land. n leg. 1. in princ. de adm. tut. o leg. quicquid. 7. Cod. arbit. tutel. p Angel. Inſtit. de legit. agnat. tut. numer. 8. & 9. per leg. fin. Cod. de tut. qui ſatiſd. leg. qui dum decedens. §. uſque adeò. de adm. tut. q Ia. in leg. naturaliter. §. nihil. numer. 174. de acq. poſſ. per l. 5. §. ſi quis riuos. de oper. no. nunc. tex. etiam in leg. 2. & 3. de ſer. in leg. unic. Cod. quan. lic. unic. ſine iud. ſe uin. r uid. infr. de tutel. & rat. diſt. s de cont. iud. tut. t uid. infr. de Authent. tuto. u leg. interdum. 58. §. pen. de furt. x leg. qui fundum. 7. §. ſi tutor. ff. pro empto. y leg. tutor. 28. de adm. tut. y uid. Inſtit. de curat. a leg. 1. de adm. tut. leg. ſi tutori. 23. Cod. eo. tit. de adm. tuto. leg. 4. C. de peric. tut. leg. 1. Cod. arb. tut. b in princ. Inſtit. de curat. c §. 1. Inſtit. eo. tit. de curat. ubi dixi. Land. lib. 1. art. 42. d leg. in copulandis. 8. Cod. de nupt. quod quomodo accipiendum ſit, Inſtit. de curat. dictum eſt. e l. conſilio. 7. de curat. fur. f §. fin. Inſtit. de excuſ. tut. g l. non tantum. 7. de tut. & cura. §. 1. Inſtit. eod. h §. interdum. 3. Inſtit. de curat. i §. furioſi. uerb. in curatione. Inſtit. k §. furioſi. Inſtit. eo. leg. ſi furioſi. 25. Cod. de nupt. in Authent. ut qui ſe obligat. hab. perhib. l in prin. Inſtit. de curat. m in princ. Inſtit. de curat. ubi huius rationem ſup. uide.

BIU Cujas

officium curatorum distet. Affine est tutelæ, & officium orphanotrophorum, ac similium, qui pia loca, eorumq; reditus & bona procurant [a]. Item actorum, qui ad lites peragendas à tutoribus surrogari solent. De quibus alibi agitur [b], & suo loco dictum est copiosius [c]. Contraria tutelæ, sunt excusationes quibus ea euitatur [d]: dolus malus, ob quem tutores, ut suspecti, à tutela quæ bonæ fidei est [e], remouentur [f]: item pubertas [g], minutio capitis [h], & similes modi quibus tutela finitur [i]. Est etiam cum legitima transfertur ab agnato remotiore, in proximiorem qui adoleuit. Verbi gratia: si fratribus omnibus existentibus minoribus, patruus proximior tutelam ex lege administret, & interea maior fratrum ad ætatem perueniat uirilem: certè à patruo in hunc reliquorum tutela deferetur [k].

a l. orphanotrophos. ubi Bart. Bal. cum simil. C. de epis. & cler. uide cle. 1. de relig. domib.
b §. fin. Inst. de curat. uid. §. de proc. & quod cuiusq; uniuers. l. neq; 11. C. de proc.
c ad tit. §. quod cuiusq; uniuers.
d tot. tit. ff. de excus. tut.
e §. actionum. ubi gl. ad uerb. tutel. Inst. de actio.
f de suspec. tut. ff. Inst. C.
g in prin. Inst. quib. mod. tutel.
h §. 1. et 2. Inst. quib. mod. tutel. fin.
i uid. Inst. quib. mod. tutel. fin.
k l. si tutor. 9. §. si duobus. ubi gl. & Bart. de tutel. & rat. distrah. per l. nō solum. §. pen. de excusa. tutor.

De testamentaria tutela. Tit. II.

1 *Testamentaria tutela quid sit, & unde originem habeat.*
2 *Qui testamento tutores dari possint.*
3 *Præcipuam esse hanc tutelam.*

1 TVtela † triplex est: Testamētaria, Legitima, ac Datiua [a]. Testamentaria est, quæ in testamēto constituitur. nam lege XII. Tab. permissum est parentibus, ut liberis suis, non etiam extraneis, siue masculini siue feminini sexus, quos quidem in potestate habent, tutores dare possint [b]. Verba legis ita se habent: Vt quisq; legassit super pecunia, tutelaue rei suæ, ita ius esto [c].

2 Testamento † tutores dari possunt ij, quibus cum est testamenti factio [d]: hoc est, qui ex testamento
3 capere possunt. Horum † tutorum causa prima est (quia quamdiu testamentaria speratur, legitima tutela cessat [e]) & satisdare non coguntur, quòd iudicio testatoris probati uideantur [f].

a Cic. pro Maure. Cuiac. obs. lib. 7. cap. 11.
b l. adopt. 38. de adopt.
c l. 1. l. si filio. l. fi. h. t. l. pater. sup. tit. 1.
d l. 2. h. t.
e l. 4. h. t. l. qui tutelam. 28. §. fin. h. t.
f l. 4. & 5. h. t.

De confirmando tutore uel curatore.

TITVLVS III.

1 *Causæ ex quibus confirmatio fiat.*
2 *A patre datos confirmari sine inquisitione aut satisdatione.*
3 *A matre datos, per inquisitionem confirmari.*
4 *Ab extraneo datos, inquisitioni & satisdationi esse obnoxios.*

1 NOnnunquam † euenit, ut tutor quamuis testamento datus, authoritate tamen Magistratus sit confirmandus: uel quia datus, quibus non oportet, ut ei qui nō est in potestate, aut puberi: uel non quomodo oportet, ut si non personæ, sed rebus sit datus: quin nec maritus uxori tutorem nisi optione relicta [a], nec pater curatorem filio certè relinquit, quia inuito nō datur. His igitur casibus opus est Confirmatione magistratus, ut quæ desunt testamento, suppleat [b]. quod quidem fit, non uno
2 modo. Nam † qui à patre minus legitimè dati sunt, citra ullam Inquisirionem aut Satisdationem cōfir-
3 mantur [c]: qui † à matre, ex inquisitione, citra tamē satisdationem [d]: ut & hi qui à patrono [e]. Quos † au-
4 tem extranei dant, & ex inquisitione confirmari debēt, & satisdare, Rem pupilli saluam fore: nec aliter admittuntur, quàm si is impubes cui dantur, in testamento sit hæres institutus [f].

a l. generaliter. 40. C. de epis.
b l. 1. in prin. hoc tit. uide Cuiac. obs. lib. 7. cap. 11.
c in prin. Inst. de leg. Falc. l. uerbis. 120. de uerb. sig.
d l. testamento. 21. h. t.
e in prin. Instit. de legit. agnat. tutel.
f in prin. Instit. de satisd. tuto. ubi dixi.

De legitimis tutoribus. Tit. IIII.

1 *Vnde descendat hæc tutela, quare introducta, quibus detur.*
2 *Cognatis etiam hodie tutelam deferri.*
3 *De successione in tutela legitima.*
4 *De fiduciaria tutela.*
5 *De legitima patronorum tutela.*

1 INtestato † parente mortuo, uel si testamento tutor datus non est, agnatis defertur tutela, lege Tab. XII [a]. & quidem proximis, siue uni, siue pluribus pariter qui in eodem gradu sunt [b]: quamuis iure Saxo [c]. maior natu præferatur. Sunt autem Agnati, qui per uirilis sexus personas cognatione iuncti sunt [d]. Et hoc quidem summa prouidentia constitutum est, ut qui sperarent habere successionē, ijdem
2 tuerentur bona, ne pessum irent [e]. Qua † ratione cum hodie eadem sit cum agnatis in successione cognatorum causa, dicemus iure nouo ad hos quoq;, Legitimam tutelam pertinere [f]. nō tamen in causis & negocijs Feudalibus: in quibus dominus feudi, tutor est sui uasalli, moribus Sax. & Iure cōmuni proximus agnatus, qui in feudo successurus est [h]. neq; etiam eodem Sax. statuto, in allodialibus & hæreditarijs. nam licet non in successione, attamē in tutela agnatos cognatis Saxones indistinctè præferunt [i].
3 Est † autem in tutela legitima locus successioni, ut si proximior mortē aut capitis diminutionem patiatur, qui post eum est, succedat in tutelæ administratione [k]. Quare defuncto parente, qui filij emancipati tutor est, non quidē legitimus (quia nō habebat olim dissoluta agnatione spem successionis, nisi eam sibi solennibus pactionibus reseruasset [l], sed quasi legitimus [m]: si liberi qui in potestate patris ad mortem usq; fuerunt, perfectæ ætatis existāt, Fiduciarij tutores fratris emancipati, uel sororis efficiuntur [n]. Quæ † tutela Fiduciaria dicta est, non ob ius successionis, aut agnationē, quæ emancipatione erat sublata: sed ut Dd. interpretantur, propter fiduciam diligētiæ & fidei fraternæ introducta est [o], uel
5 potius ob fiduciā in emancipatione, & solēni huius actus ritu cōtractam [p]. Patronis † quoq; lege XII. libertorum tutela mandari uidetur, non quidem specialiter, sed ex sententia legis per consequentias hæreditatum [q]. Hoc interest, quòd agnatos sine distinctione lex satisdare iubet: patronos non itē, nisi causa cognita [r]. Hodie uerò quia patroni libertis, parentes etiā matres [s] liberis, fratres fratribus emancipatis, ex Constitutionibus, atq; ita ex legibus nouis [t] succedunt [u]: ideo hæ omnes tutelæ indiscriminatim legitimæ hodie uocantur & sunt [x], ut iam legitimarum tutelarum quinq; genera numerentur [y].

a Reinh. diff. 11. tutel. per Lehenr. c. 26. cum gl. et in art. 58. lib. 2. Landr.
b Kling. Instit. de tutel. & de legit. agnat. tut. per c. 1. §. filia. de feud. succ.
c Land. lib. 1. art. 23. Reinhard. de tutel. diff. 1.
d l. 3. §. fin. h. t.
e tot. tit. si quis à par. l. fi.
f uide quæ dixi Instit. de fiduc. tut.
g l. 1. cum seq. de pet. hær.

De l

C. de emanc. m uid. Inst. de leg. paren. tutel. n l. 3. §. fin. l. 4. h. t. o arg. l. liberto. 31. §. penul. de neg. gest. p uide quæ dixi Instit. de fiduc. tut. q Inst. de legit. patro. tut. r L. legitimos. h. t. s l. omnem. C. ad Tertull. Bart. in Auth. matr. num. 9. C. quan. mult. tut. off. t l. 1. cum seq. de pet. hær. u uide Inst. de hær. quæ ab intest. x l. 4. C. de leg. tut. §. ex his. in Auth. du hære. ab intest. y Bart. in d. l. 4. Ang. Inst. de leg. ag. tut. num. 2.

BIU Cujas

De tutoribus & curatoribus datis ab his qui IVS DANDI HABENT: ET QVI, ET IN QVIBVS causis specialiter dari possint. Titul. V.

1 Quando magistratus tutores, & quibus dare debeat.
2 Quibus det curatores.
3 Quomodo hi dentur.

TVtelis, † Testamentaria & Legitima deficientibus uel excusatis, Magistratuũm est, impuberibus 1
etiam inuitis tutores curare [a]: puberibus uerò dare curatores, non tamẽ inuitis [b]: nisi ad litem [c].
Item † mulieribus [d], & prodigis, ac furiosis, quamuis maioribus [e]. Interdum tamen impuberi 2
quoque datur curator, ut cum tutor rebus superesse non potest [f]. Tum enim additur ei curator, quia
Tutorem habenti tutor alius haud facilè adiungitur [g]. Hi autem omnes dantur etiam inuiti ex Inqui-
sitione [h]. Quòd † si citra inquisitionem dati sint, satisdare coguntur [i]. Ex inquisitione dati non satis- 3
dant, quia idonei electi sunt [k]. Iure porrò Sax. indistinctè omnes satisdant: exceptis legitimis, qui pu-
pillo morienti hæredes sint futuri [l].

a l.2.l.3.l. nec non.l. in omnem.h.t.
b uide rationem differentiæ, Instit. de curat. in prin. ubi dixi.
c l.1.C.qui petant.tut.etc.
d l.non tantum.h.t.
e l.his qui.h.t.
f l.solet.sup.de tutelis.
g §.interdum.Inst.de cur. ubi dixi.
h l.in dando.b.t.
i l.fi. C.de auth.præstã.l. impub.h.t.Inst. de satisf. tuto. in prin.
k in prin.Inst. de satisd. l. 3.C. qui tut. non satis.l. bonorũ.8. de curat.fur.
l Rein.diff.de tutel.2. per art.23. Land.lib.1.

Qui petant tutores uel curatores, & VBI PETANTVR. TIT. VI.

1 Qui nam tutores necessariò petere debeant.
2 Qui pro arbitrio petant.
3 Curatores non necessariò peti.
4 Quando petendi sint tutores.
5 Quo loco.

QVia uerò Magistratus non solet officium suum impertiri in dandis tutoribus, nisi postuletur [a]: 1
rectè & illud cautum ordinatumq; est, Quinam tutores petere debeant. Sunt † autem quidam
quibus Necesse est petere: alioqui aut lucro priuantur, aut puniũtur: quidam ex Voluntate, &
pro arbitrio petunt. Necesse habet petere mater [b], cæteroquin hæreditate se indignam facit [c]: item li-
berti impuberis, qui cessantes etiã pœnas luunt [d]. Requi † cognati pro arbitrio & uoluntate petunt [e]. 2
Curatores † sibi ipsi minores, cũ postulare possint, nemo ijs necesse habet petere [f]. Statim † autẽ atq; 3
opus est, puta deficiẽtibus, aut reiectis, aut excusatis prioribus tutoribus, & copia haberi Magistratus 4
potest, scilicet Ordinarij, qui omnimodam in pupillum & tutorem iurisdictionem habeat [g], petitio est
facienda [h]: & quidem † eo loco, unde originem ducit pupillus, uel ubi maior est facultatum pars [i]. 5

a l.4.§.hoc autem.ubi Cuiac.de dam.inf.
b l.1.b.t.
c l.2.3.l.fin.b.t.
d d.l.2.in fin.
e d.l.2.
f d.l.3.§.fin.
g Port. in §. sed hoc iure. Instit.de Attilia. tut. gl. no. Land. lib. 1. art. 21. 45.47.l.5.C.qui da.tut.
b d.l.2.3.
i l.pupillo.5. tit.1.l. unic. C.ubi pet.tut.uide Lãd. gl.art.45. & 47. lib.1.

De administratione tutorum, & periCVLO, &c. TIT. VII.

t Continuatio tituli.
2 Tutorem statim gerere necessariò oportere.
3 Cui administratio inter plures sit credenda.
4 Quomodo tutor administrare debeat, & ad quid teneatur.
5 Quo ordine tutores, fideiussores, & magistratus conueniantur.
6 Quatuor remedia, quibus tutoribus subueniatur.
7 De beneficio diuisionis.
8 De beneficio ordinis.
9 De beneficio cedendarum.
10 De beneficio actionis utilis: & quare fideiussori non detur.

NVnc † uideamus de Officio & Periculo tutorum uel curatorum. Nam quæ de tutoribus hîc di- 1
cuntur, eadem ferè omnia etiam in curatoribus obtinẽt. Tutorum officium partim in Adminis-
tratione, partim in Authoritate præstanda consistit. Administrare † tutor & quidem cum libe- 2
ra potestate, ac uelut dominus potest [a], & uerò statim ex quo scit se tutorem datum, debet: nam exinde
periculo suo cessat, atq; etiam Extra ordinem pignoribus captis cõpellitur [b]. Quanquam hodie ante-
quam administret, Iusiurandum dare, Inuentarium cõficere, Cautionem hypothecamq; facere, & à iu-
dice decernendam bonorum administrationem petere debet, ut ad tit. de tutel. paulo antè est dictum.
Quòd † si plures dati sint, curæ erit magistratui, ut unus tantũ gerat: quia facilius actiones & excipe- 3
re & exercere, aliaq; negocia explicare poterit, quã si per multos tutela spargatur. Quod enim multo-
rum commune est, id nemini curæ esse solet: ut ait Arist. lib. 2. Politi. Eligendus autem est, quem testa-
tor gerere uoluit, aut cui maior pars tutelam decernit, aut qui Prætori maximè probatur. Planè si non
consentiant tutores Prætori, sed uelint omnes gerere, quia fidem non habent electo, nec uelint succe-
danei esse alieni periculi: aut si diuidi inter se tutelam petãt partibus, uel regionibus [c], audiendi sunt [d].
Is † autem qui administrationem suscipit, primo quoq; tempore Repertorium facere omniũ bonorum 4
pupilli, eiq; postea etiam quæsita inscribere debet: alioqui in dolo malo esse præsumitur, & tenetur in
id quod Interest, quod iureiurando in litẽ æstimatur: quin & remoueri, ut suspectus, potest [e]. Fieri au-
tem inuentarium debet publicè [f], id est, in præsentia personæ publicæ, puta tabellionis [g], & testium.
Pupillum autem debet ipse ex facultatum fructibus alere [h], eiusq; patrimoniũ tueri, augere, æris alie-
ni habere rationem, actiones exercere, suscipere tanquam bonus & diligens paterfamiliâs [i]. Pecuniam
etiam pupillarem si suppeditet, in emptiones prædiorum collocare. Tutius enim est aduersus omnem
fortunæ iniuriam & amissionem, facultates pupilli in solo consistere. Itaq; si cesset in emendo, & pecu-
niam relinquat ociosam, ad usuras tenetur [k]. Et in summa, quicquid dolo, culpa, negligentia tutorum
(nam casum non præstant [l]) damni factũ est, siue pupillo abest, ad id finita tutela tenentur [m]. Et † primò 5
quidem

a gl.ult.in l.mandato.60. de procur. Dd.in l.præses. 12. C. de transf. cum simil. uide sup. de tutel. l. tutor. 35. de iureiur. l. 4. de in lit. iuran. l. interdum.58.§.pen. de furt.
b l.1.hoc.t .l.4.C.de susp. tut.§.pẽ.Instit.de satisf. tuto.
c uide l.2.& t.t. C. de diuiden.tutel.
d l.3.cum.l.seq.h.t.
e l.tutor qui repertorium. 8.h.t.l.3.§.pen.j. de suspect.tuto. l. tutores. C. eod.l.fin.§.fin. C. arbitrium tutel.
f d.l.fin.§.fin.
g d.l.tutores.C. eod.l. orphanotrophos.C.de episcopis & cleri.uid. Dd. in l.ult.C. de iure delib. §.ultim.Instit.de hær. qual. ubi dixi.
b l.3.§.tutor.b.t.
i l.generaliter.11.l. à tutoribus.34.h.t. l. consilio. infrà de curatori.furios.
k d. l. tutor qui repertorium.§.si post depositionem.
l l.si res.l.tutoribus.C.de periculo tuto.
m d.l.tutor qui repertorium.§.competit.tot.tit.C. arbitri. tutel.

BIU Cujas

quidem ij qui gesserunt, singuli in Solidum [a]. Deinde ijs non sufficiẽtibus, fideiussores, pòst Magistratus, qui idoneè caueri non curarunt [b]. Et postremò, tutores Honorarij [c]. Nam cum sint dati tanquam obseruatores administrationis, & custodes, imputabitur eis, cur si malè tutorem gerere uidebant, suspectum non fecerint [d]. Etsi † autem tutores singuli in solidum teneantur, tamẽ quatuor remedijs succurri ijs solet: nẽpe Diuisionis, Ordinis, Cedendarũ, & Actionis utilis. de quibus Dd. alibi fusius dispu-
6 tant [e]. Diuisionis † beneficiũ competit pluribus tutoribus, qui non diuisam tutelam simul administrarunt, dummodo soluendo omnes sint. Petũt enim ut diuidatur inter eos obligatio, & pro portionibus uirilibus exigãtur [f]. Dico, Non diuisam tutelam: nam si à testatore uel lege (ipsi enim tutores diuidere alioqui pro arbitrio nequeunt) distributa in partes sit tutela, ipso iure tuti sunt, ne ultra suá portionem conueniantur [g]: quemadmodum & fideiussores, qui in partes spoponderunt [h]. Addo, Si omnes soluendo sint, aut fideiussores habeant idoneos: nam alicuius inopia, non pupilli, sed contutorum periculo
8 est [i], exemplo fideiussorum [k]. Secundum † est beneficium Ordinis: quod locum habet, cum alter gessit tutelam, alter non gessit, neq; geri mandauit: nam Mandans perinde habetur, ac si gessisset [l]. Ordo autem est, (ut sicut dictum est) prius excutiãtur bona, fideiussores q; eius qui gessit: ac tum demum quatenus non inuenitur soluendo, magistratus qui parum idoneè dedit, tutores q; honorarij teneantur [m].
9 Tertium † est Cedendarũ beneficium. Tutor enim qui in solidum pro collega exigitur, potest à pupillo petere, Cedi sibi actiones aduersus contutorem, quibus contra eum experiatur, si fortè is ad meliorem
10 fortunam perueniat [n]: Quartum † est Vtilis actionis negociorum gestorum: qua omissa, cessionis petitione collegam, is qui soluit, conuenire potest [o], etiamsi hæc actio fideiussoribus denegetur [p]: quia fideiussor soluens, pro reo principali soluit, non pro confideiussore, cuius nullum negocium geritur: ut mirum non sit, si hoc nomine confideiussores neutiquam habeat obligatos.

De authoritate & consensu tutorum

VEL CVRATORVM. TIT. VIII.

1 Quid sit authoritatem præstare.
2 An pupillus naturaliter sine authoritate tutoris obligetur.
3 Causa efficiens: qui, quib. authores esse possunt.
4 Materia: quibus in causis authoratio necessaria, uel non.
5 Forma & solennitas authorandi & differentia inter authoritatem & consensum.
6 Finis & effectus.

1 AVthoritatem † præstare tutor dicitur, cũ probat id quod agitur [a]: si modò quale esset quod age-
2 retur, intellexerit [b]. Necesse † est autem in omnibus pupilli obligationibus tutorem intercedere, & suo consensu obligationẽ approbare: alioqui pupillus non obligatur [c], ne naturaliter quidem, hoc est, Iure gẽtium, sic ut nec exigi possit pupillus, & si exactum soluerit, habeat repetitionem [d]: etiamsi naturaliter obligetur, quod ad cõsensum naturalem attinet [e], & quatenus factus est alieno damno locupletior: qua ex causa etiam Ciuilis actio datur [f]. Et hæc quidem fauore pupillorum, ne imbecillis & improuida ætas facilè capiatur, introducta sunt. Itaq; potest meliorem quidem conditionem suam pupillus facere, ut stipulari, & alterũ sibi obligare [g]. Nullum enim periculum est, ut inquit Plautus, stipularier. Deteriorem uerò non aliter, quàm cũ tutoris authoritate: qui si authoritatem præstando res pupillares diminuat, extra damnũ est pupillus: cùm quia tutor rem illi Saluam præstare debet [h],
3 tum quòd In integrum restitui potest [i]. Est † autem hæc potestas authorandi à lege introducta, sicut & ipsa tutela [k]. Sufficitq; etiam unius tutoris interuenire authoritatem, quamuis plures dati sint [l], & licet de plurium pupillorum re tractetur [m]: nisi cum de communi tutelæ negocio, quod omnes tangit, agitur [n]: aut nisi tutela diuisa sit: tunc enim quisq; in sua administratione author fieri debet [o]. In parte aũt administrationis, quæ collegæ incumbit, pro extraneo est [p], qui author fieri nequit: quoniam administratio illi decreta non est [q]. Quare neq; pater cuius in potestate est pupillus [r], nec honorarius tutor, author rectè fit [s]: quia pro extraneo habetur [t]. Illi autem solummodo authoritatem ritè interponunt, quibus administratio commissa est [u], quiq; uolentes & sponte ijs quę geruntur, præsunt: nam inuiti, ne decreto quidem Magistratus cogi possunt. Damnũ enim & res ipsorum uertitur [x]: quia iudicio tutelæ tenẽtur, si rei inutilis sint authores. ex quo liquet Magistratum uicem tutoris supplere, & authorem
4 fieri non posse [y]. Materia, † sunt omnes contractus & obligationes: in quibus pupillus quia obligatur, rem suam facere deteriorem potest [z]: ut emptio, locatio, hæreditatis aditio [a] transactio [b], iudicia [c]. ná & in his quasi contrahitur [d]. Item distractus, qui detrimento esse pupillo possunt: ut solutio, liberatio, accceptilatio [e]. Quod enim obtinet in cõtractibus, idem etiam seruari debet in distractibus, à paritate contrariorũ [f]. In contractibus tamen illis, aut distractibus, qui effectu Meræ sunt donationes, per quos non administrantur, sed dilapidantur pupillorum bona [g], tutor author fieri pupillo non potest [h]. Non enim nisi rerum utilium author esse debet [i]. Eadem ferè obtinẽt in minore, eiusq; curatore [k]. Nam minori curatorem habenti in bonorum administratione consensu eius perinde opus est, atq; pupillo authoritate tutoris [l]. In obligatione personæ, cui curator non datur, non item [m]: ut nec in factione testamenti [n]. Quòd si curatione destituatur, extra quidem iudicium per se sua curare, non tamen liberè & absque

a l.tres tutores. 58.
b l.1. §. usq; adeò. infr. de tutel. & ratio.
c l.tutores qui post. 40. §. in eum.
d d.l.3. §.1.
e in l.1. C. de transactionibus.
f l.1. §. nunc tractemus. de tutel. & ratio. dist. d.l.1. C. de diuid. tute.
g l.2. C. de diuiden. tute.
h l. inter eos. 52. in prin. de fideiuss.
i d.l.1. §. nunc tractemus.
k §. si plures. Instit. de fideiuss. l. fin. C. de const. pecu. l. fideiussor. C. de fideiuss.
l l. 5. §. gessisse. de admi. tuto.
m d.l.1. §. nunc tractemus. & §. usqueadeò.
n d.l.1. §. nunc tractemus. & §. planè. uide Bart. & Dd. in l. Modestinus. circa finem. de solutio.
o d.l.1. §. nunc tractemus. l. ex facto.
p l. ut fideiuss. de fideiussor. l. Stichum. §. pen. de solutio.
a l.3. h.t.
b l. non multum. 14. h.t.
c l.5. §.1. h.t. in princ. Instit. eo.
d l. quod pupillus. de condictio. indeb. l. pupillus. iuncta l. naturales. de actio. uide quæ dixi Inst. de inutil. stipulat. & quib. mod. toll. oblig.
e l.1. in fin. de nouatio.
f l.1. §. an pupillum. ff. de positi.
g in prin. Instit. eod.
h tot. tit. rem. pup. sal. fo. l. pupillorum. 21. l. si tutoris. 23. C. de adm. tut. l. 1. & 3. C. si tut. uel cur. inter.
i l.2. & t.t. C. si tut. uel cura. inter.
k l.1. in uerb. regula iuris ciuilis. h.t.
l l.4. h.t. l. fin. C. eo.
m l. inter. 20. h.t.
n l. fin. C. eo.
o l. fin. C. eo.
p l. si duo. 52. de adm. tutor. l. si. C. si ex plur. tut.
q l. tutores. h.t.

r l.ult. §.1. de uerb. obl. s l.4. h.t t d.l. tutores. 6. u l.5. h.t. l.1. C. si ex pluribus tut. x l. si tutor. 17. h.t. y Cuiac. obs. lib. 7. c. 13. uide Landr. lib. 1. art. 41. 44. 45. 46. z l. pupillus. 5. l. obligari. 9. h.t. a §.1. & 2. Inst. eo. l. pupillus. 9. de acq. hæred. b l.1. & 2. C. eod. c l.4. C. eod. d l.3. §. idem scribit. de pecul. e l. obligari. 9. hoc tit. f l. item ueniunt. §.1. de pet. hæred. c. de illis. de desp. imp. c.1. §. idem. cod. lib. 6. uide gl. in l.3. §. contrariũ. de cont. tut. act. Euera. in loc. à contr. ad distrac. g uide quæ dixi ad tit. de pact. Dd. in l. pactum curatoris. C. de pac. Bal. in l.1. C. si ad donat. h l. obligari. 9. h.t. l. ab agnato. 12. de curat. fur. pro. dan. uide in l. pactum. 22. C. de pact. l. præses. 12. C. de transl. item 14. cum l. seq. ubi gl. l. contra. 28. de pact. Dd. in l. ciuitas. 27. si cert. petat. i in prin. Instit. de auth. tutor. Vlp. tit. 11. k l. pactum. 22. C. de pact. l. præses. 12. C. de transl. & utrobiq; Dd. l. ab agnato. 12. de cur. fur. l l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. minor. m l. puberes. 101. l. ult. §.1. de uerb. obligat. uide quæ dixi Instit. de curat. n l. Aurelio. 20. §. ult. de lib. leg. Bal. in l.3. num. 12. C. de cond. ob. caus. Tiraq. in ll. connub. uerb. contr. gl.3. num. 93.

BIU Cujas

absq; authoritate alienare poterit [a]: in iudicio uerò ut omnino sibi curatorẽ adiungat, opus est [b]. In sua causa tutor curatórue fieri author non potest, puta dum ipse cum pupillo contrahit [c]: sed palàm & bona fide, alioq; tutore authore cõtrahere cum pupillo, sicubi usus est, debet [d]. Nam ipsum sibi authorem fieri, ac quasi ius dicere, suspicioſum fuerit [e]. Vnde nec moribus nostris Sax. maritus qui uxoris tutor est, potest illi author esse in donatione, uel emptione, uel ultima uolũtate, quam in commodum, & rem mariti facit: sed ad hoc ut alius à Iudice tutor detur, opus est [f].

Quod † ad formam attinet, oportet tutorem In ipso negocio authorem fieri: alioqui postea consentiens, nihil agit [g]. Nã quæ sunt solennitatis, in ipso actu interueniant necesse est [h]. Authoritas autẽ pars solennitatis est [i]. Non enim commodo tutoris, sed ad integrandam pupilli personam interponitur [k]: ideo intelligitur pars esse actus, & in ipso contractu interueniat necesse est [l]. Nam actus non potest celebrari, nisi personæ sint habiles & integratæ. Integratur autem persona pupilli, per authoritatem: alioqui (ut suprà dictum est) ne Naturaliter quidem obligari potest [m]. Authoritatem igitur partem esse actus seu solennitatis, quæ ab actu diuidi nequeat [n], sequens est. Aliud seruatur in consensu. Hic enim quia non ad Integrandam contrahentis personam, sed ad Confirmationẽ actus interponitur, qui etiã ex interuallo per ratihabitionem confirmari potest [o], ideo post rem gestam sequi potest [p]: sicuti & ipsa authoritas, quando tantum pro confirmatione actus requiritur [q], aut ad commodum eius qui confirmat [r]: ut est consensus domini, in alienatione rerum feudalium quam uasallus facit [s]: mariti, in contractu uxoris [t]. Quid igitur de consensu quem curator minori præstat, dicendum: utrum is uelut authoritas in ipso actu interponi debeat, an uerò ut consensus sequi possit? Et communiter est traditum, quoties suffragatio alicuius requiritur non ad Suum ipsius commodum, sed Vt personæ contrahenti adsit, citra suam utilitatem: tunc uideri, eum consensum ad integrandam contrahentis personam requiri [u]. Apparet tamen, non sine causa l. C. distinxisse Authoritatẽ tutoris, à Cõsensu curatoris [x]: & minor certè habet personam integram ad contrahendum: quia licet non alienare bona, quorum curatio ad curatorem pertinet, attamen personam suam (cui non datur curator) obligare potest [y], & inuitus extra litem subdere se curæ non cogitur, ut uideatur tantummodo consensu curatoris opus esse, eumq; ex interuallo posse subsequi [z]: quod tamen nunc in medium relinquo, ut multa alia: quæ in Commentarijs nostris Deo secundante accuratius limabuntur. Illud etiam ad formam pertinet, quòd authoritas disertis uerbis exprimenda sit, contestante tutore, Sibi placere quod geritur: quamuis ut per stipulationem interrogetur, nõ sit opus [a]. Finis † authoritatis est, Ne pupillus minorúe damnũ faciat [b]. Effectus, 6
Quòd authoritate consensuq; interueniente, contractus ualeat: (quamuis restitutione In integrũ ob læsionem interdum rescindatur [c]) non interueniente sit nullus [d]: nec interuenisse præsumatur authoritas, nisi probetur [e]. Tutor etiam uel curator authoritatem consensumúe interponens, tantum de re pupilli minorisúe agere, non etiam suum ius remittere aut imminuere uelle intelligatur [f].

a uide Cuiac. in l. 1. & 2. de mino. & quæ dixi Instit. de curato. in princ. per tex. in d. l. 2. ff. de minor.
b l. 3. §. pen. de tutel. l. 4. C. de Auth. præstan. in prin. Instit. de curator.
c l. 1. in princ. l. 5. hoc tit. §. fin. Instit. eod.
d l. 5. C. de cont. emp. l. 1. 5. hoc tit.
e l. qui iurisdictioni. de iurisd. tot. t. ne quis in sua causa.
f uide Fach. diff. 7. & 8.
g l. obligari. 9. §. tutor. h. tit. §. pen. Instit. eod.
h c. auditis. c. quia propter. de elect.
i l. quicunq; §. fin. ubi gl. & Bart. de Public. in rem. act.
k l. 3. C. de integr. restitut.
l c. edoceri. ubi Cano. post gl. ad uerb. sequi potest. de rescript. & in c. cum consuetudine. de consue. l. si quis mihi. 6. §. iussũ. ubi Bar. de acq. hæred.
m l. 5. §. 1. h. t. in prin. Inst. eod. l. quòd pupillus. 41. de cond. indeb. l. pupillus. 58. de actio.
n l. cum authoritas. C. de testament. l. hæredes. ff. eo. l. furiosum. ubi Bart. C. qui testam. fac. Bald. in cap. 1. de alie. feu. pa.
o l. semper. 62. de reg. iur. cap. ratihabitionem. eo. lib. 6.
p l. fi. ad S. C. Maced. l. j. §. prodest. quor. leg. cap. cum nos. de his quæ fiũt à præl. cap. suggestum. de iur. patr.
q Bal. in l. j. C. qui admitt. & in l. ult. C. de ser. rei pub. manu. per l. fin. C. arb. tut. Bal. Imol. Alex. & alij in d. l. si quis. 6. §. iussum. de acq. hær. Ro. consil. 54. idem.
r l. j. §. sed si filius. de legat. 3. l. filio præterito. de inoff. test. l. si impubes. de Carbo. edict. Castr. in leg. si cum dotem. §. eo autem. sol. matr. Felin. d. cap. edoceri. uid. Tiraq. de ll. connub. in fi. uerb. consentement. gl. 4. in prin.
s And. Iser. Aluar. in c. 1. de proh. feud. alien. per Fed. Iacob. in trac. feud. ad uerb. & cum pacto. num. 19.
t Tiraq. præall. leg. loc. num. 37. cum seqq.
u Bart. & Dd. in d. l. si quis. 6. §. Iussum. de acq. hæred. per l. quid ergo. in princ. de his qui notan. infam. Bald. in l. j. C. qui admitt. & in l. si uxorem. C. de condit. inser. late Tiraq. præall. loc. num. 7. cum seqq. & communiter Dd. in transactionem. C. de transact.
x in Rub. hîc. de Authent. tut. & consen. cura. l. cum quædam. 26. uer. authoritatem uel consensum. C. de ad tut.
y l. puberes. 101. de uerb. oblig. uide quæ dixi Inst. de curat. & de Authent. tut.
z uid. Bart. in l. obligari. 9. §. tutor. hoc tit.
a l. etiam. 3. hoc tit. uid. Ang. in §. tutor. num. 2. cum seqq. Inst. eo.
b Inst. eo. in princ. in uer. ne damnum habeant.
c tot. tit. C. si. tut. uel cur. inter. l. impuberes. 13. hoc tit.
d l. 3. C. de in integ. rest.
e l. quæcunque. 15. §. fin. de Pub. in rem act. l. sciendum. 30. ubi Dd. uerb. oblig.
f l. cum quædam. 26. C. de adminis. tuto.
a l. tutores. 15. l. contra. 28. de pact. l. tutor. 25. de iureiur. l. 4. de in lit. iuran. gloss. in l. mandato. 60. de procur. Vlpia. tit. 11. uid. Dd. in l. si infante. C. de iur. delib. l. ult. C. de cur. fur. l. pupillus. 9. de acq. hær.
b l. quo tutela. 74. §. fi. de reg. iur.
c l. 2. hoc tit. l. pen. C. eo.
d l. 1. l. 3. hoc tit.
e l. 3. C. eod.
f d. l. j. §. an pupillum. ff. de positi.
g l. 4. C. de neg. gest.
h l. fin. C. de peric. tut.
i l. pen. hoc tit. l. j. C. eo. l. 4. §. 1. de re iud.
k l. tutor. 6. hoc tit.
l uide Bart. in l. j. §. hoc edicto. ff. ne uis fiat ei. gloss. in l. neq; interdicto. de reg. iur. Dd. in l. Polla. C. de his quibus ut indig.

Quando ex facto tutoris uel curatoris MINORES AGERE, &c. TIT. IX.

1 *Quando pupillo ex facto tutoris detur actio.*
2 *Quando contra pupillum detur.*
3 *Finita tutela, finiri molestias & onera tutelæ.*

SCiendum autem est, Ex gestu tutoris nonnunquam agere & cõueniri pupillum posse, de eo quod non ipse tutore authore, sed solus tutor gesit: sicuti gerere liberè potest [a]: etiamsi ex contractu alterius, alteri actio regulariter nõ detur [b]. Nam † si tutor, uel in rebus pupillaribus, uel nomine pupilli utiliter cõtraxerit, ex eo Vtilis datur pupillo actio [c]: sicuti etiam cum pecunia pupillari quid emit, licet non pupillari nomine. Contrà, † si quid Ob dolum malum, uel Culpã tutoris acquisiuit, & factus est locupletior, meritò in id conueniri potest: quia æquum est, Dolum tutoris pupillo neq; nocere, neque prodesse [d]. Idemq; erit, si in rem impuberis contraxit: ut si mutuam pecuniã in eius utilitatem conuertit [e]: Naturà enim æquum est, ne hunc quidem cum alterius damno locupletari [f]. Eodem modo si mandato tutoris, negocia pupilli administrata sint, inter hunc & gestorem Directa & Cõtraria dabitur negociorum gestorum actio [g]. Sed † etsi tutor uel curator, pupilli minorisúe nomine condemnatus sit, 3
cõsentaneum erit, finito officio molestias ac pericula finiri [h], & actionem in ipsum minorem, cuius res gesta est, dari [i]: ut contrà impuberi quæritur actio, si secundum tutorem aut eius actorem res sit iudicata [k]. An autem & quando ex facto delictoúe tutoris pupillus teneatur & conueniri possit, & An cedendo actionibus liberetur, alibi à Dd. disputatur: quos consulere studioſi possunt [l].

1 2

a uide Bart. in l. j. §. hoc edicto. ff. ne uis fiat ei. gloss. in l. neq; interdicto. de reg. iur. Dd. in l. Polla. C. de his quibus ut indig.

BIU Cujas

De suspectis tutoribus uel curatoribus.

TITVLVS X.

1 Continuatio.
2 Quis dicatur suspectus.
3 Quare, & qua lege inducta sit suspecti accusatio.
4 Quis de suspecto cognoscat.
5 Qui à quibus accusari de suspecto possint.
6 Quando iudex sine accusatione remouere suspectum queat.
7 Causæ iustæ propter quas quis redditur suspectus, & amoueri potest.
8 Effectus huius accusationis.

1 REstat, † ut uideamus quemadmodum tutela finiatur: quod fit duabus potissimùm ex causis: uel
2 cum amouentur tutores, ut suspecti: uel cum excusatione iusta onus deprecantur. Suspectus † is dicitur, quem suspicio est fraudulenter, aut perperã, & non bona fide, in tutela gerenda uersari [a].
3 Suspecti crimen ex xij. Tab. descendit [b]. Visum † enim fuit, etiamsi tutor satisdedisset, tamen expedire
4 rem saluam esse pupillo magis, quàm tabulas cautionis habere [c]. Et † huius criminis cognitio pertinet ad Prætorem in urbe, ad Præsidem in prouincia [d]: item ad Procos. & eius legatum [e]. Ex quo liquet, maiorem fuisse Procoss. quàm Præsidum potestatem. nam Præsidem solum ut qui legato careret, potuisse,
5 & uerò debuisse pro tribunali de suspecto cognoscere, palàm est [f]. Accusari † autem possunt omnes, ut suspecti, cuiuscunque etiam sint generis aut conditionis tutores [g], ab omnibus omnino, quibus uidebitur: est enim Popularis & quasi Publica actio etiam mulieribus, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt, concessa [h]. Impuberibus autem non permittitur suspectos tutores facere: etiamsi ado-
6 lescentes de consilio necessariorum ad accusandum admittantur [i]. Sed † & sine accusatione quandoq; ex Officio remouet Magistratus, si apertissimis rerum argumentis liqueat esse suspectum [k]: quin & In-
7 cidenter de suspecto quæri potest [l]. Causæ † autem suspicionis iustæ sunt: dolus in tutela commissus [m]: uel lata culpa [n], aut quandoq; etiam leuis [o]: inimicitiæ cum pupillo, uel eius parentibus susceptæ [p]: denegatio alimentorum [q]: item si tutor repertorium non faciat [r], si nimis magnos sumptus insumat, aut res pupilli sine iusta causa alienet [s]. Est & cum propter segnitiam, rusticitatem, inertiam, simplicitatem uel ineptiam tutor remouetur [t]. Item si cum collega rationes administrationis nõ communicet [u], si admonitus non administret [x], si malè conuersetur [y], si citatus ad se purgandum non compareat [z]: & denique si qua alia causa iudicem iusta ad suspicandum commoueat [a]. Suspectum etiam tutorem esse putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimuerò quamuis pauper tutor suspectus non est [b]: adiun-
8 gi tamẽ curator ex causa ei potest [c]. Effectus † autem huius accusationis est, Vt probata suspicionis causa (sicuti ab accusatore probanda est [d]) remoueatur tutor, etiamsi cautionem offerat [e]: & siquidem ob Dolum amotus sit, subit ignominiam: sin ob Culpam etiam latam, negligentiam, aut aliam causam, non æquè [f]. Itaq; si tutor aliquo necessitudinis uinculo sit pupillo iunctus, humanius erit, curatorem ei potius adiungi, quàm eundem cum nota fidei & existimationis amoueri [g]: nisi tamen melius sit pupillo, eum motum esse [h]: quo casu in Factum dissimulato nominetenus crimine est agendum, ut existimationi eorum quibus charitas & reuerentia debita est, parcatur [i]: unde apparet, quinq; modis [k] posse de suspecto quæri: 1. per Accusationem, 11. per Actionem ciuilem, 111. per Actionem in factum, 1111. per Viam inquisitionis, v. Incidenter.

a §. suspectus. 3. Inst. eo. tit. uide methodũ huius accusationis informatam. 5. Inst. eod.
b l. 1 in prin. h.t.
c l. suspectus. 5. h.t.
d l. 1. §. 1. h.t.
e l. 1. §. 1. h.t. Inst. eo. in prin.
f l. 1. §. suspecti. ad S. C. Turp. uide quæ dixi. §. 1. Inst. eo.
g l. 1. §. ostendimus. h.t. in prin. Inst. eo.
h l. 1. §. pen. & fi. h.t. §. 2. Inst. eo.
i l. impuberib. h.t. l. pietatis. C. eo. §. impuberes. Inst. eo.
k l. 3. §. præterea. l. fi. h.t.
l d. l. 3. §. præterea. d. l. in puberib. 7. h.t. l. 3. C. eo. uide Bar. in d. l. 3.
m d. l. 3. §. nunc uideamus. & §. Seuerus.
n d. l. impuberibus. §. 1.
o l. fi. ubi gl. C. eo. l. 3. §. fi. hoc tit.
p d. l. 3. §. si tutor.
q d. l. 3. §. tutor qui ad alim.
r d. l. 3. §. pen.
s Bart. in l. in cos. de tut.
t d. l. 3. §. fi.
u l. actus. 20. ubi Bart. de adm. tut. & in l. 1. eo. tit.
x l. 3. C. eo.
y l. 3. § const. cum §. seqq. de adm. tut.
z l. impuberib. 7. §. ult. h. t. Land. lib. 1. art. 41. ubi gloss.
a l. 3. §. si tutor. ff. eod. uid. Paul. lib. 3. tit. 6. gloss. d. art. 41. lib. 1.
b l. suspectum. 8. h.t.
c d. l. pietatis. C. eo.
d l. quoties. §. qui dolo. de probationib. d. l. pietatis.
e d. l. suspectus. cũ ll. seqq. h.t. § pen. Inst. eo.
f §. suspectus. Inst. eo. ubi dixi d. l. 3 §. fin.
g l. si tutor. h.t.
h l. pietatis. 6. C. eo.
i l. 1. §. ostendimus. h.t.

DIGEST▸ LIB▸ XXVII▸ DE EXCV= SATIONIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM.

TITVLVS I.

1 Excusatio quid sit, & quotuplex.
2 Causa efficiens.
3 Quæ causæ iustam pariant excusationem.
4 De materia & forma proponendæ excusationis.
5 De fine & effectu.
6 Quibus modis tutela finiatur.

1 EXcusatio † est alicuius iustę causæ allegatio [a], uel professio [b] seu contestatio [c], propter quã quis tutelam deprecatur, & eius onere se liberari petit [d]: qua omnino opus est, postquam alicui iure ea est decreta [e]. Constat enim necessarium esse tutelæ munus [f]: adeò, ut suo periculo cesset tutor, postquam datus est, nisi excusetur [g]. Excusatio aũt alia dicitur Propria, alia impropria [h]. Propria est, qua nisi tutor utatur, necessariò administrare & obire iniunctam prouinciã debet [i]. Impropria est, cuius allegatio non est necessaria, sed propter quam ipso iure tutor ab onere liberatus est, adeò ut ne uolens quidẽ admitti possit: cuiusmodi est excusatio Minoris ęta-
2 tis [k], Militiæ [l], &c. Potest & in Veram [m], Friuolã [n], ac Falsam [o] diuidi. Causa † efficiens excusationum, est
3 lex: προνοητικὸν, ęquitas [p]. Porrò † multiplices causę excusationẽ à tutela iustã pariũt, ut Ætas, liberorũ & tutelarũ Numerus, Professio, Dignitas, Inimicitia, Fortuna, Absentia, Valetudo, Priuilegium, & Lis.

Ætas, quæ uel infra 25. aut supra 70. annum est [q].
Numerus trium liberorum Romæ, in Italia quatuor, in Prouincia quinq; [r].
Numerus trium tutelarum, aut curarum [s].
Professio Philosophiæ, Grãmaticæ, Rhetorices, Dialecticæ, Medicinæ, etiam Iuris, aliarumq; artium t in

k de his omnib. uid. Bart. in l. 1. & 3. h.t. & in l. 1. nu. 6. l. accusatore. 12. §. ad crimen. num. 3. 4. de pub. iud.
a l. 1. & tot. tit. C. si tut. uel curat. ex fals. alleg.
b l. quinquag. 6. C. eo. tit.
c l. scire. 15. §. oportet. h.t.
d uid. Alb. in Rub. de munerib. nu. 14.
e l. scire etiam oportet. 13. §. fin. h.t.
f l. nullus. C. de decur. lib. 10. Inst. eo. in prin.
g l. 1. si tut. uel cur. app.
h gl. in §. item propter. & §. minores. Inst. eo.
i l. test. 11. C. eo. l. 2. C. si tut. uel curat. ex fals. alleg.
k d. §. minores.
l §. item & in milite. Inst. eo.
m de qua hoc in tit.
n de qua in l. 1. 7. 8. 9. 13. C. eod. cle. 1. de sent. exc.
o de qua in tit. C. si tut. uel cur. ex fals. alleg.
p l. 1. de uac. mun.
q l. 3. de iure immunita. §. item maior. ubi dixi. Inst. eo. l. 2. de excus. tut. l. unic. C. qui ætat. se exc.
r in prin. Inst. eo. l. 2. de uacatione mune. t. t. C. de his qui nu. libero. lib. 10.
s §. item tria. Inst. eo. l. diximus. 4. cum ll. seqq. h.t.

BIU Cujas

in scholis approbatis [a]: quáuis extra eiusmodi professionẽ Iurisprudẽtia fauore pupillorũ nõ excuset [b].

Dignitas, ut præfecturæ, consiliariatus, magistratus cum imperio, legatio [c], &c.

Inimicitiæ cum patre pupilli exercitæ [d]: aut tutela, inimicitiæ causa imposita [e].

Fortuna, ut rusticitas, & interdum paupertas [f] tutoris, non pupilli [g]: ut si fideiussores satisdationis ob paupertatem inuenire nõ possit [h].

Absentia, non modò iusta, ut militiæ: sed etiam iniusta, ut deportationis, exilij, desertionis, &c. [i]

Valetudo, ut si quis furore, aut sontico morbo ita adfectus sit, uel ea imperitia, socordiaq; animi laboret, uti suis rebus superesse uix possit [k].

Priuilegium, ut militum ueteranorum [l], athletarum, qui in sacris certaminibus coronati sunt [m]: qui tamen aduersus filios eorum qui eiusdem sunt ordinis, excusationem non habent [n]: pistorum, mensorum, frumentariorum: quia quotidiana horum opera, propter annonam Resp. carere nõ potest [o]. Item Ilienſium, quibus tanquam parentibus Romani plenissimam immunitatem concesserunt [p].

Lis, ut si de hæreditate, uel uniuersis bonis inter tutorem & pupillum controuersia oriatur [q].

Et hæc etiam in curatoribus obseruantur: qui insuper alia etiam ratione à cura excusari possunt, ut maritus aut sponsus iustè recusat curam uxoris sponsæue [r], imò eam curationem iure subire prohibetur: quamuis iure Sax. ipso coniugio tutor uxoris legitimus, siue curator fiat [s]. Item excusare se quis potest, ne ultra centesimum lapidem tutelam gerat [t]: & qui tutor fuit, non est temerè curatoris onere grauandus [u]. Materia † circa quam uersatur hæc excusatio, est tutela uel cura Delata, sed nondum Inchoata: nam ab inchoatis & incœptis excusatio non datur [x]. Forma est, ut à creatione tutelæ tutor non appellet, ut fit in alijs munerum publicorum excusationibus [y]: sed intra quinquagesimum diem, à tempore scientiæ computandum [z] (nam hoc tempore elapso, excusationi præscribitur [a]) apud iudicem ordinariũ pro tribunali sedentẽ [b], ipse tutor, uel idoneus procurator eius nomine [c], excusationem proponat [d] aut uiua uoce, aut in scriptis & oblato libello [e], in modum actionis, non etiã libello supplice. nam per hunc excusare se nemo potest [f]: cum excusatio opus habeat causæ cognitione, eoq; per supplicem libellum expediri non possit [g]. Ex quo facilè apparet, impropriè à Dd. excusationem uocari Exceptionem [h]: cum potius sit quædam officij iudicis Imploratio, & Protestatio in modum actionis proposita. Quia uerò causæ cognitionem requirit, ideo ad audiendam impugnandamq; excusationem, citandus est pupillus, eiusq; propinqui [i]: uel quod potius est atq; tutius, dandus pupillo ad hanc litem est curator [k]: ne si minor parum idoneè defensus sit, tota cognitio euertatur [l]. Hoc autem iudicium intra quatuor menses, fauore pupillorum est finiendum [m] (etiamsi aliæ lites diutius durare possunt.) quo in [n] iudicio si contra excusantem pronuncietur, tum demum poterit appellari [o]. Finis † excusationis est, Vt tutor liberetur: effectus: Vt aut approbetur excusatio, atq; ita liberetur excusans, Aut reijciatur, atq; ita munus impositum obire cogatur: quo casu periculum cessationis sustinet [p]. 4

Et his † quidem duobus modis potissimùm tutela finitur: de reliquis alibi tractatur [q], qui cum nihil dubitationis habeant (cui enim dubiũ esse potest, quin puberi ætate, morte, capitis diminutione tutela expiret?) non fuit uisum operæprecium iuris compositoribus, singularem de ijs instituere tractatum. 5 6

Vbi pupillus educari uel morari debeat, &

DE ALIMENTIS EI PRAESTANDIS. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Vbi, & apud quem pupillus sit educandus.*
3 *Quomodo alimenta pupillo sint decernenda.*

ANtequam † ad actiones tutelarum perueniamus, obiter exponere non est alienum, Vbi pupillus educari, uel morari debeat, & quæ illi præstanda sint alimenta: interea fortè, dum de suspecto tutore aut excusationibus litigatur. Sciendum † autem est, pupillum qui iam patre orbatus sit [a], potissimùm esse educandum apud matrem, nisi uitricum superinduxerit [b]: aut alium necessarium maximè idoneum, minimeq; obnoxium suspicionibus: quod ex persona, conditione, tempore, ex successionis etiam spe magistratus statuit, & nonnunquam à uoluntate patris recedit. Id enim agere magistratum oportet, ut sine ulla maligna suspicione pupillus educetur [c]. Alimenta † quoq; pro modo facultatum pupilli, à Prætore aut Iudice sunt decernenda [d]: quæ quidem sic statuentur, ut nõ uniuersum reditum patrimonij exhauriant, sed ut aliquid ex reditu supersit. Ad institutionem quoq; sumptus decernendi sunt [e]. Solent tamen interdum suo arbitratu pupillum tutores alere, si fortè expediat, secreta patrimonij non diuulgari, eosq; sumptus pro arbitrio Boni uiri reputabunt [f]. Sanè si egenus sit pupillus, de suo eum alere tutores non compelluntur [g]. 1 2 3

De tutelę & rationibus distrahendis, & utili

CVRATIONIS CAVSA, ACTIONE. TIT. III.

1 *Duplicem actionem pupillo in tutorem dari.*
2 *Quid sit actio tutelæ.*
3 *Quando detur.*
4 *Cui, aduersus quem detur.*
5 *Quid in eam ueniat.*
6 *Actio de rationibus distrahendis.*
7 *Quæ actiones minori contra curatores dentur.*

Nunc

a l.6.§.fin.l.iurisperitos. 30.b.tit. §.item Romæ. Inst.eo.l.fi.C.eo.
b uid.§.item Romæ.ubi Fab.& Ang.Inst.eo.tt. Boer.in cons.Bitu,ti.de stat.pers.§.13.in prin.
c l.administrantes.41.d.l. iurisperitos.b.t. §.& qui.Inst.eo.
d §.item si propter.Inst. eo d.l.6.in fin.
e l.si duos.b.t.§.itẽ si propter.Inst.eo.l.unic. C.si propter inim.lib.10.
f d.l.6.§.fin.l.paupertas. 7.b.t.§.propter.Inst.eo.
g l.tutores.18.C.eo.
h l.si quis.18.in prin.b.tt. Cæp.in trac.caut.caut.16.
i l.sed etsi milites.8.cum ll. seqq. l.planè.28.l.propter.23.b.t.d.§.item.
k §.item propter aduersam.Inst.eo.l.nõ solùm. 10.in fin.
l d.l.sed & milites.
m d.l.athletæ.in princ.
n l.sed & milites.20.b.t. uid.Boer.præall.loc.
o l.non tantùm.17.§.non omnia.l.mensores.26.l. qui in collegio.46.b.t.
p d.l.non tantùm.§.1.
q d.l.propter.b.t.§.item propter litem.Inst.eo.l. si ut allegas.C.eo.tit.
r l.maritus.C.qui dari tut. §.pen.ubi dixi Inst.eod.
s uide ſ. de rit.nupt.& ſ. de cur.fur.
t §.pen.Inst.eo.l.non solùm.10.ff.eo.
u §.qui tutelam.Inst.eo.
x l.2.ubi Bar.si tut. uel curat.ex fals.alleg.
y l.2.C.de decur.lib.10.l. 4.7.11.C.de appel.cuius rationem uide apud Io. de Plat. in Rub. C. quẽ. ciuil.mun.ind.et in d.l. 2.C.de decur.lib.10.
z l.quinquaginta.6.C.eo. §.qui autem.4.Inst.eo. d.l.scire.§.2.b.t.
a l.testa.11.C.de excus.tut.
b l.2.C.eo.d.l.scire.§.oportet.
c l.excusare.28.ubi gl.& Bar.b.t.per l.3.§.geßisse.de administ.tut.
d l.tutores.18.C.eo.l.scire.13.b.t.
e d.l.scire.§.oportet.
f l.excusare.28.b.t.
g l.nequicquam.§.ubi decretum.de off.proconſ. h Bar.in d.l.scire.§.oportet. i Ang.in §.qui autem.nu.2.Inst.b.t.tex.in l.1.C.si tut.uel cura.ex fals. alleg.gl.l.1.C.de appell. k §.fi.Inst.de author.tut.§.fi.Inst.de curat.l.1.si tut.uel curat.ex fals.allegat. l Ang.præalleg.loc.Mathes.singu.135.incip. nota practicam.per l.acta.45.§.fin.l.contra.54.de re iud. m l.quinquag.48.ff.eo.l.quinquaginta.6.C.eo. n l.properandum.C.de iud. o l.tutores.18.C.eo.d.l.scire. p l.1.si tut.uel curat.app. q Inst.quib.mo.tut.fin.ubi est dictum. a l.pupill.239.de uerb.sig. b l.1.C.eo. c l.1.b. tit.l.2.C.eo. d l.2.b.t. e l.3.b.t. f l.2.b.t.l.ult.de alimen.pupill.præst. g d.l.3.§.fin.

BIU Cujas

1 NVnc † uideamus de Actionibus tutelę. Et sciendum est, duplicem dari pupillo aduersus tutores actionem: quarum altera Tutelæ actio, altera De distrahendis rationibus uocatur.

2 Est † autem Tutelę actio personalis, quę finita tutela pupillo datur, aduersus tutorẽ, ut actus
3 sui & administrationis rationes reddat [a]. Finita † demum tutela datur: nam absurdum esset, rationem administrationis reposci ab eo, qui etiamnũ in ea perseueraret [b]. Cæteri tamen administratores, singulis annis rationem reddere tenentur [c]: quod ius Sax. in tutoribus etiam sequitur: qui si pupillo ipsi non existant proximi hæredes, coguntur proximioribus successoribus hoc iure quotannis calculum admi-
4 nistrationis ponere [d]. Datur † autem hæc actio pupillo, & eius hæredi, aduersus tutorem, eiusque suc-
5 cessores [e]. Veniunt † in hanc actionem hæc ferè: rationum confectio, & exhibitio [f]: res minoris necdũ restitutæ, & reliqua [g]: item quicquid dolo, culpa, negligentia tutoris, uel abest commodi, uel adest damni [h]. Est autem hæc actio Bonæ fidei [i], & famosa, si quis condemnetur ob dolum [k]: in qua etiam in litem cõtra tutorem iuratur [l], si fortè rationes minus idoneè exhibeat: neque enim eius sacramento creditur, in ratione dati & accepti, nisi in modicis expensis [m]. item quando res casu est amissa, ut se dunta-
6 xat hac in specie per iusiurãdum à negligentia purget [n]: id quod & Saxones sequuntur [o]. Altera † actio ex l. 12. Tab. [p] De rationibus distrahendis, hoc est, iam distractis, conturbatis, finitis [q], datur aduersus tutorem, de ijs rebus quas ex bonis pupilli, durante tutela, abstulit [r]. Daturq; propter furti nec manifesti speciem, quam factum habet [s], in Duplum [t]: unde quia Pœnalis est, in hæredes non transit [u]. Tum autẽ datur, cum & actio tutelæ: finito scilicet officio: nam cum ea concurrit, licet altera tollat alterã [x]. Vtra-
7 que † autem hæc actio Vtilis, datur minori aduersus curatorem [y], etiã durante, ut uidetur, administratione [z]: quanquam & utili Negociorum gestorum rectè experiatur [a]. Super hæc, & Cõdictione furtiua & Furti tenentur administratores, ijs de rebus, quas dolo malo in officio interuertisse probantur [b].

De contraria tutelæ & utili actione.

TITVLVS IIII.

1 *Qualis sit hæc actio, unde oriatur.*
2 *Quibus detur.*
3 *Quis sit protutor.*
4 *Aduersus quos, & ad quid hæc actio detur.*

1 COntrariam † tutelæ actionem Prætor proposuit, induxitq; in usum, ut facilius tutores ad administrationem accederent, scientes pupillum quoque sibi obligatum fore ex sua administratione. Quanquam enim sine tutoris authoritate pupillus non obligatur, nec in rem suam tutor deuincire sibi impuberem potest: attamen receptum est, ut tutori suo pupillus sine alia hactenus authoritate ciuiliter obligetur: ut promptius de suo tutores impendant aliquid pro pupillis, dum sciunt se rece-
2 pturos quod impendissent [a]. Hæc † actio non solùm tutori, sed etiam Vtiliter Protutori, & curatoribus
3 datur [b]. Protutorem † dicimus, qui cum non sit tutor, quasi tutor negocia gerit: sicuti Proconsulem,
4 Proprætorem, &c. Datur † autem hæc actio, finito tutoris officio [c], aduersus pupillum, uel adolescentem, ad ea consequenda, quæ propter tutelam absunt: dummodo ex officio, & bona fide sumptus facti obligationesque susceptæ sint [d], quamuis contrarium exitum habuerint: ut si bona fide litem mouit, & sumptus fecit, ac succubuit [e]: est enim actio Bonæ fidei [f], in qua bona fides agnoscenda est. Quare & eorum quæ tutor pupillaribus negocijs impeditus lucrari non potuit, meritò habebitur ratio: non enim contra suam utilitatem tenetur pupillo prouidere [g]. Quòd si iniustã litem moueat [h], aut mala fide sumptus impendat: ut si eques cum comitatu in causa pupillari iter ingrediatur, quò in propria solus & pedes ire est solitus, certè huiusmodi non reputabuntur [i]: ut nec illud in quò persequendo plus sit detrimenti, quàm in obtinendo futurum emolumenti [k]. Hanc actionem, cum sit rei Persecutoria, perpetuã esse, & hæredibus contra hæredes dari, palàm est [l].

De eo qui pro tutore uel curatore negocia gessit. TIT. V.

1 *Quare hæc actio sit introducta.*
2 *Cui, aduersus quos, ad quid detur.*

1 PRotutelæ † actionem de Negocijs gestis necessariò Prætor proposuit. Nam cum plerunq; incertũ
2 sit, utrum quis tutor, an uerò Quasi tutor pro tutore administrauerit tutelam: idcirco in utrunq; casum actionem scripsit, ut siue tutor sit, siue non sit qui gesit, actione tamen teneatur. Pro † tutore autem negocia gerit, qui munere tutoris absque illius mandato [a] fungitur, in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse, fingit tamen. Cum hoc etiam ante pubertatem agi potest, quia uero tutor non est [b], licet aliud in actione tutelæ obseruetur: à qua hæc multum differt, cum sit Negociorum gestorum actio [c], quæ pro tutore curatore ex re ipsa & complexu personarum atque rerum uocatur, ut Noxalis, Institoria, Exercitoria, &c. Hanc in actionem uenit, quicquid gestum est, & quod nõ est gestũ, dummodo alius gesturus erat [d]. Nam eandem fidem & diligentiam præstabit quam tutor, qui pro tutore negocia gerit [e]: eoq; & bona eius, nomine tutelæ sunt pupillo obligata [f]. Contrarium etiam exemplo tutoris, huic iudicium de impensis competit [g].

a l.1.in prin.& §.officio. hoc tit.
b l.si tutor. 9. §. absurdũ. et §.ult.cum ll.seqq.h.t.
c clem.2.§.1. ubi gloss.ad uerb.singu.annis, de rel. domib.
d Land.lib.1.art.23.41. 44.45.Fachs.diff.17. Reinh.diff.de tutel.2.7. & 8.
e d.l.1.§.planè. in fi.l.tutelæ.C.arbitrium tute. l.ex depositi.l.ex contractib.de action.
f d.l.1.§.officio.
g l.tutorẽ. l.3. C.arbitriũ tutel.l.Lucius.supr.de adm.tuto.
h l.1.b.t.l.cũ interdictæ.l. quicquid. C.arbitrium tutel.
i d.l.1.§.1.
k l.1.de his qui not.infam. §.suspectus. Instit.de suspect.tuto.
l l.1.C.de in lit.iuran.glo. in l.1. §.officio.ad uerb. tenetur.b.t.Bart.consil. 150.cum præd.cta. n.5. Soci.cons.213.cum præsente.nu.3. & 4.uol.3.
m Ias.in rep.l.admonendi. nu.126.de iureiur.Bart. in l.1.§.officio.nu.2.h.t. Castr.in l.antepe.de cõdit.& demonst.
n arg.l.fi.C.de fid. inst.uide gl.& Dd.in l.si quis. 6.§.fin.de æden.
o gl.lat.noua.art.23.lib.1.
p l.tres tutores.55. de ad. tutor.l.1.b.t. Paul.lib.2. tit.30.
q Cuiac.ad Paul.lib.2.tit. 30.
r d.l.1.§.pen.l.2. §.fi. h.t. l.2.ff.tit.1.
s l.tutor.33. de furt.l.1.§. fin.l.2.h.t.uide Dd.in l. etiam.8.& l.si seruum. 16.C.de furt.
t d.l.1.§.pen.d.l.2.§.fi.
u d.l.1.§.fi.
x d.l.1.§.pen.& fi.
y l.si curator.C.arbit.tut. l.3.l.alterius.20.h.t.
z l.cum curatore.27. de adm.tut.uide gl.uariè se implicantem in l.2. & ibi Dd.C.de adm.tutor.
a d.l.quicquid.l.si curatoris.C.de neg.gest.

b l.1.§.pen.& fi.cum ll.seqq.l.etiam furti.8.cum ibi notat.l.si seruum.16.C.de furt.l.tutor.ff.eo.Ord.Imp.cap.170.uide Ias.in l.eius.§.quas actiones.& ibi Zas.si cert.peta.Chass.in cons.Burg.de iust.Rub.1.gl.5.nu.6. a l.1.in prin.h.t. b d.l.1.§.hæc actio. c d.l.1.§.finito.l.4.h.t. d l.1.§.pen.l.3.in prin.& §.1.cum seqq.l.fin.h.t. e Bart.in l.3.§.sufficit.h.t. f Bart.in l.1.in prin.h.t.l.sancimus.28.C.de admin.tut.l.si bonam.11.C.eo.tt. g gl.pen. & Cyn.ac Dd.in l.quicquid.7.C.arbit.tut.per l.uideamus.§.sed nec tutorem.de in lit.iuran.l.Lucius.2.§.Sempronius.de adm.tutor. h l.non est ignotum. 6.C.de adm.tuto. i Bart.in l.1.§.si pupillus.de tutel.& rat.distrah. k l.mediterraneæ.8.C.de anno.& trib.lib.10. l d.l.3.§.fi.l.pen.h.t. a l. 4.C.de neg.gest. b l.1.in prin.& §.1.h.t. c l.4.C.qui dar.tuto.Paul.lib.1.tit.4.l.1.§.si quis.h.t.l.pe.de tut.& rat.distra. d d.l.1.§.fi. e l.pe.h.t. f gl.& Bal.in l.pro officio.20.C.de adm.tut.per l.dabimus.§.1.de priuil.cred.Soc.cons.85.uiso.uol.1.Neguz.tract.pig.2.part.4.memb.nu.7. g l.fi.h.t.

BIU Cujas

Quod falso tutore authore gestum esse dicetur, &c. TIT. VI.

1 Ratio huius edicti.
2 Edictum.
3 Ex primo edicti capite dari restitutionem.
4 Ex secundo actionem: et cui, aduersus quos, ad quid ea detur.

DE eo † quod falso tutore authore gestum est, actionem pollicetur Prætor: ne contrahentes cum pupillo, facilè decipiantur, dum falsus tutor per dolum adhibetur. Falsus tutor à protutore differt. Nam Protutor is dicitur, qui plerunq; bona fide, & aut putans se tutorem, aut ut amicus impedito fortè uel absente tutore administrat: falsus autem tutor dicitur, qui falsò & dolo malo administrat, quemadmodum & falsus procurator [a]: de quo propriè hoc Edictum agit, in dolum utique malum conceptum. Verba autem huius edicti ita se habent: QVOD † EO AVTHORE QVI TVTOR NON FVERIT, GESTVM ERIT, SI ID ACTOR IGNORAVIT, DABO IN INTEGRVM RESTITVTIONEM: IN EVM, QVI CVM TVTOR NON ESSET, DOLO MALO AVTHOR FACTVS ESSE DICETVR, IVDICIVM DABO, VT QVANTI EA RES ERIT, IN TANTAM PECVNIAM CONDEMNETVR [b]. Ex priore † igitur huius Edicti capite, Prætor dat in Integrum restitutionem ei, qui ignorauit se cum falso tutore rem gerere. Scienti † enim non subuenit, quia seipse decepit [c], nisi minori [d]. In secundo Actione porrigit aduersus falsum tutorem, qui in dolo malo fuit, ad Id quod interest deceptum non esse [e]: in quam etiam uenient sumptus quos facturus est actor, Restitutoria agendo, hoc est, petendo in integrũ restitutionem [f]. Si plures sint qui authores fuerunt, omnes quidem in solidum, propter dolum tenentur: sed perceptione, id est, solutione quam percepit creditor, ab uno facta, cæteri liberantur, non electione [g]. Hæc actio datur hæredibus, non etiam in hæredes: quia ex delicto est [h]. Porrò istius actionis exemplo, hoc est, ex interpretatione Edicti, datur actio aduersus dolosum, etiã ipsi authori, qui inscius alterius dolo inductus est ad authorandum [i]: item ipsi minori, uel pupillo, si quid ex gestione falsi tutoris damni accepit [k].

1 2 3 4

a l. falsus. C. de furt. uide ẽ. de procurat.
b l. 1. §. 1. & §. fi. l. nouissimè. in prin. h. t.
c d. l. 1. §. fi.
d l. 4. h. t.
e d. l. nouissimè.
f d. l. nouissimè. in fin.
g d. l. nouissimè. §. fin. cum ll. seqq.
h l. huius. 9. h. t.
i d. l. huius.
k l. pen. & fi. h. t.

De fideiussoribus & nominatoribus, & hæredibus tutorum et curatorum. TITVLVS VII.

1 Continuatio.
2 Fideiussores quando & quomodo conueniantur.
3 Qui pro fideiussoribus habeantur.
4 Quomodo hæredes tutorum conueniantur.

ET hoc † quidem modo conueniuntur, qui tutelam aut curam gesserunt: nunc uideamus, quemadmodum personæ Quæ his accedunt, succedũntue, in subsidium exigantur. Et † quia diximus, datis fideiussoribus satisdari à tutoribus solere, Rem pupilli saluam fore [a]: sciendum est, factis nõ soluendo tutoribus, eorum fideiussores teneri, ac conueniri eodem modo, quo tutores [b]: hoc etiã deteriore loco constituti, quòd beneficium Diuisionis pupillo obijcere nequeant [c], nisi ex persona & causa tutorum, pro quibus fideiusserunt [d]. Fideiussores † autem non illi tantùm existimandi sunt, qui promiserunt [e], sed qui præsentes fuerunt, & non contradixerunt, nominaq; sua referri in acta publica passi sunt [f]. Eadem causa uidetur Adfirmatorum, qui cum idoneos esse tutores adfirmauerint, fideiussorũ uicem sustinent [g]: item Postulantium, Nominantiumq; aliquem in tutorem: uidentur enim idoneum præstare uelle [h]. Hæredes † etiam tutorum actione Tutelæ tenentur, & defuncti tutoris nomine, & etiã suo, si fortè negocia inchoata à defuncto, ut debent, absoluerint, uel res pupillares possideant [i].

1 2 3 4

a l. 5. & 7. h. t. l. 1. §. exigere. ẽ. tit. 1.
b d. l. 5.
c l. fi. ff. rẽ pupill. sal. fore.
d l. 6. & 7. h. t.
e l. blanditus. C. de fideiuss.
f l. 4. §. fin. h. t.
g d. l. 4. §. fin.
h l. 2. h. t. uide Paul. lib. 2. tit. 28. & 29. l. 1. C. de pot. ad mun. nom. l. ad subeunda. l. bonores. C. de decur. lib. 11.
i l. 1. 4. & fin. h. tt.

De magistratibus conueniendis, & eorum haeredibus. TITVLVS VIII.

1 Quo ordine conueniantur magistratus.
2 Ex quibus causis.
3 Quatenus singuli teneantur.
4 Quatenus hæredes & fideiussores eorum teneantur.

EXcusis † tutorum, curatorum & fideiussorum facultatibus, si ne sic quidem pupillo satisfactum reperiatur: Vtilis subsidiaria actio in Magistratum dari solet, non in totum ordinem, sed eos qui dederunt [a]. Quod † ita uerum est, si dolus uel culpa ijs imputari potest: uel quia tutores appellati non dederunt, uel quia dederunt, aut nominarunt minus idoneos, uel quòd cautionem non exegerunt [b]. Quòd si in his magistratui nihil imputari potest, non debet casus futuros, & fortunam pupillo præstare [c]. Probatio † autem, dolum & culpam abesse, non pupillo, sed Magistratui incumbit [d]. Tenentur autem singuli in Solidum [e]: sed si omnes soluendo sint, nec dolus eorũ arguatur, æquius erit in Viriles portiones exigi [f]. Hæredes † porrò eorum eatenus conueniuntur, quatenus dolus aut lata culpa arguitur [g]. Fideiussores Magistratuum non tenentur, qui Remp. non pupilli saluam fore promiserunt. In patrem tamen de Peculio actio datur [h]: aduersus Prætorem, aut alium cui ius dandi tutoris est, hac actione agi nequit, propter dignitatem: & quoniam non suo arbitrio, sed ex relatu Magistratuum municipalium plerumque cõstituere tutores solent [i].

1 2 3 4

a l. 1. in princ. h. t.
b l. 1. §. si præses. cũ mult. seqq. §. sciendum. Inst. de satisd. tutor.
c d. l. 1. §. quòd si.
d d. l. 1. §. probatio.
e l. pen. h. t.
f l. in magistratus. 7. h. tt.
g l. 4. l. 6. h. t.
h d. l. 1. §. fin.
i l. 1. §. si præses.

De rebus eorum qui sub tutela uel cura sunt, sine decreto, &c. TIT. IX.

1 Continuatio.
2 Oratio Seueri, de non alienandis minorum rebus.
3 Exten-

BIU Cujas

3 Extensio orationis ad res mobiles.
4 Quæ sint necessaria in alienatione rerum minorum.
5 Quæ actiones hoc nomine minori competant.

1 ETHæ † quidem actiones, ex tutelæ curæue administratione, ultrò citroq; nascuntur. Sed quia interdum ne sic quidem res salua pupillo est propter inopiam debitorum [a]: restat, ut aduersus eos, in quos res pupillares alienatæ dicuntur, ultimo loco eatur. Nam sciendum est, oratione D. Severi, quæ in Senatu, Tertyllo & Clemente Coss. recitata est, prohibitos esse tutores & curatores, prædia rustica uel suburbana distrahere, sine decreto Prætoris, & euidenti necessitate. Verba orationis hęc
2 sunt: PRAETEREA † PATRES CONSCRIPTI, INTERDICAM TVTORIBVS ET CVRATORIBVS, NE PRAEDIA RVSTICA VEL SVBVRBANA DISTRAHANT, NISI VT ID FIERET, PARENTES TESTAMENTO VEL CODICILLIS CAVERINT. QVOD SI FORTE AES ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBVS EXTERIS NON POSSIT EXOLVI, TVNC PRAETOR VRBANVS VIR CLARISSIMVS ADEATVR, QVI PRO SVA RELIGIONE AESTIMET, QVAE POSSINT ALIENARI, OBLIGARIVE DEBEANT: MANENTE PVPILLO ACTIONE, SI POSTEA POTVERIT PROBARI OBREPTVM ESSE PRAETORI. SI COMMVNIS RES ERIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCET, AVT SI CREDITOR, QVI PIGNORI AGRVM A PARENTE PVPILLI ACCEPERIT, IVS EXEQVETVR, NIHIL NOVANDVM CENSEO [b].

3 Hanc † orationem, quæ de rebus duntaxat Soli loquitur [c], Iustinianus postea ad omnes omnino res pupillorum extendit: exceptis ijs Quæ seruando seruari non possunt: cuiusmodi sunt animalia super-
4 uacanea, uestes, fructus, &c. [d] Præter † hæc, nihil ex rebus minorum, etiam emphyteuticis [e], alienari irreuocabiliter potest [f], nisi tribus concurrentibus: uidelicet Ære pupilli alieno, quod dissolui sit necesse, nec aliunde solui potest [g]: aut Alia necessitate iusta, quæ euitari non potest: puta si diuidere cum maiore prouocante habeat necesse, Aut aliunde nisi rebus distractis, ali pupillus non possit [h]: deinde Decreto magistratus, qui cognoscit iustáne subsit distrahendi necessitas, annon [i]: tertiò, Authoritate ueri tu-
5 toris [k], non falsi, nec protutoris [l]. Horum † aliquo deficiente, nulla est alienatio [m]: & habet minor non modò Personalem tutelæ actionem [n], sed Rei quoq; uendicationem, ad res suas à quocunq; possessore absq; precij restitutione [o] reuocandas [p]. Nam si obreptum per falsam causam probetur Prætori, uel sine necessitate Prætor decernit, nullum est decretũ [q]. Eodemq; modo irrita est alienatio, quamuis cum decreto facta, si tutoris authoritas non interceserit [r], aut (quod perinde est [s]) si non debitè interceserit: puta quia tutor deceptus uel coactus est [t]: quia uerè tutor non fuit, qui alienationem interposuit [u], &c. nisi uitium Principis confirmatio suppleuerit [x], quæ ex interuallo sequi potest [y]. Quòd ut omnia hæc rectè intercedant, tamen si appareat postea læsum esse minorem, in Integrum restitutionem postulare potest [z]: nisi uidelicet aut expressè alienationem ratam habuerit iam maior factus [a], aut saltem tacitè. Tacitè autem ratificatur alienatio à tempore adultæ ætatis, quo ad excludendum Extraordinariũ restitutionis quidem beneficium, intra Quadriennium [b]: quo ad excludendam Rei uendicationẽ, quæ extraordinarijs diutius durare debet, per Quinquennium [c] in onerosis: per Decennium in lucratiuis [d].

a l. nam is nullam. de dol. mal.
b l. 1.
c l. 1. C. si ad donat. l. 1. C. Greg. si aduers. don.
d l. 1. x quæ. C. de admin. tuto. l. ult. C. si ma. fac.
e l. 3 §. si uis. h. t. l. etiam. 13. C. de præd. minor.
f l. 1. C. de fund. do. l. fi. C. de reb. alien. non alien.
g l. ob æs. C. de præd. min.
h l. 1. §. si communis. l. 5. l. si pupillorum. 7. h. t. l. pen. C. eo.
i l. siquidem. C. eo. tt.
k l. ult. §. si autẽ. C. si propter publicas pẽsitatio.
l l. qui necq; 8. ubi Bart. Bald. Alber. Cuman. de rebus. eor. l. 2. de eo qui pro tutor. l. 3. C. de tuto. qui sat. isd.
m l. 5. C. de præd. minor.
n l. 3. l. cum interdictæ. 6. C. de præd. minor.
o l. 4. l. prædiorum. 10. C. eod.
p l. magis puto. §. si ijs. & §. manet. l. quamuis. h. t.
q d. l. 1. in prin. h. t. l. 5. C. eod.
r Bald. in l. 3. nu. 6. C. de rest. minor. l. si tutor. 17. l. 1. §. fi. de author. tut. l. 5. C. eo. uide Bart. in l. si curatorem. num. 6. C. de in integ. rest. Bald. in l. quicunq; in princ. C. de bo. quæ lib. Bart. in l. 2. C. de in integ. rest. Ioan. And. ad Spec. de instr. edit. § porrò. uer. donatio. uid. tex. cũ gl. Land. lib. 1. art. 44. 46. 47.
s l. 2. de author. tut. C. si prop. pub. pens.
t d. l. 1. § fi. de auth. tut.
u l. fi. §. de illa. C. arb. tutel. Spec. tit. de tutor. §. fi. nu. 6. per l. parui. de recept. arb. l. fi.
x l. 2. C. quan. decret. non est opus. Alber. nu. 3. Cuman. nu. 6. & 7. in l. 1. §. pen. sup. de eo qui pro tutor. l. 2. ubi Alb. nu. 3. h. tt. Alb. in l. magis puto. §. non passim. nu. 2. h. t. Alex. cons. 79. circa nu. 20. uol. 1.
y Alb. in d. l. magis. §. non passim. nu. 2. z l. siquidem. C. de præd. minor. a tot. tit. C. si ma. fac & t. t. si maior fac. alien.

De curatoribus furioso & prodigo, uel ALIIS EXTRA MINORES DANDIS. TIT. X.

1 Continuatio.
2 Furioso curatorem, non tutorem dari proximum agnatũ.
3 Idem in prodigo: & quis sit prodigus.
4 Quibus præterea curator detur.
5 An detur mulieribus.
6 Qualis hæc sit cura.
7 De officio horum curatorum.
8 Quando hæc cura finiatur.

1 DIsseruimus † hactenus de tutoribus & curatoribus, qui minori ætati dantur: nunc, ne quid omit-
2 tatur, quibus extra minores ijdem præfici soleant, breuiter admoneamus. Ac † sciendum est, furioso ipso Iure interdici bonis [a], & ex Magistratus cognitione curatorem (bonorum enim præcipuè habetur ratio, ne dissipentur, quamuis interim & personæ curatio non est negligenda [b]: eoq; curator qui bonis datur [c], non tutor adhibetur) illi dari proximum agnatum maximè idoneum: puta pa-
3 trem, filium [d], &c. Idem † iuris est in prodigo: qui nec tempus, neque finem expensarum habens, furiosum facit, quod ad bona attinet, exitum [e]. Cui quidem eodem modo lex XII. Tab. bonorum administrationem, ipso Iure interdicebat. Sed quia ignorari probabiliter potest, quando quis pro prodigo haberi debeat: meritò obtinuit, ut inquisitione à Magistratu facta, prodigus declaretur, & in agnatorum curam tradatur [f].

4 Sed † & alijs dabit Proconsul curatores, si qui rebus suis superesse non possunt: ut mente captis, sur-
5 dis & mutis, & qui perpetuo morbo laborát [g]. Item sexagenarijs iure Sax. si petant [h]. Mulieribus † etiá olim indiscriminatim tutores dati fuêre: præsertim in solennibus coniugiorum, testamento cõdendo, alienationibus bonorum faciendis [i]. Quod etsi postea obsoleuisse apparet [k]: tamen moribus Saxonicis passim instauratũ uidemus, ut mulier quamuis adulta sit contra iuris ciuilis dispositionem [l], in tutela,

t 3 & cura

b l. fin. C. de temp. in integr. rest. it. c l. fin. C. si maior fac. alien. sine dec. fac. rat. habu. uide iure Saxon. Reinh ir. de tut. l. differ. 5. d d. l. ult. a l. 1. hoc tit. uide Vlpian. tit. 11. Paul. lib. 3. tit. 4. b l. consilio 7. in fin. hoc tit. c l. in copulandis. C. de nupt. d § furiosi. Inst. de curato. l. 1. hoc tit. l. ult. C. eod. e l. is qui. §. fin. 5. de tut. & cur. da. ab his. d. l. 1. h. t. f d. l. 1. d. l. is qui. l. is cui bonis. ubi Dd. de uerb. oblig. g l. 2. hoc tit. §. sed & mente captis. Inst. de curat. l. 2. de postul. h Land. lib. 1. art. 44. i Cic. pro L. Flacco, & pro Mur. Cato apud Liui. deca. 4. lib. 4. Vlp. tit. 11. 20. 26. Cuiac. lib. obser. 7. c. 11. & ad Vulp. tit. 11. Boet. in Top. Cicero. k l. uirum. l. & mulierem. h. t. l l. 2. C. qui dar. tutor. poss. l. uirum. h. t.

BIU Cujas

& cura mariti [a]: non tamen in potestate [b], cum testamentum condere possit [c]: quæ uerò sui iuris est, tutores eligat: in litibus certè, & alienationibus maioribus, omnino habere cogatur [d]. Sed quod de curatoribus dandis dictum est, obtinet in ijs qui sui sunt iuris. Nam in potestate constitutis paterna, nihil attinet curatorem dari [e].

Hæc † cura consimilis est ei quæ in minoribus locum habet. Itaq; † & satisdare curator debet, Rem 6
saluam furiosi fore, nisi prædia idonea habeat pro prædibus [f], & inuentarium facere, ac fortunas omnes 7
bona fide administrare [g], nihil etiam alienare sine decreto iudicis [h], & ex Iustiniani constitutione iusiurandum de officio fideliter exequendo dare [i].

Finitur † autem Ipso iure, cum furiosus sanam mentem, prodigus sanos mores recipit, uel alia causa 8
curationis cessat [k]. Solenne est etiam, ut à creditoribus curator detur hæreditati iacenti, aut bonis debitoris minus idonei: qua de re alio loco commodius sermo instituetur [l]. Affinis huic curationi est, Coadiutor, qui Principibus, Episcopis, & alijs gubernatoribus, si quando sufficere imperio non possunt, adiungi moribus consueuit [m].

a Sax.lib.1.c.31. Fachs.dif fer.8.per art.45.lib.3.
b Fab. Ang. Port. Inst. ad S.C. Trebell. Alex. cons. 133.nu.3.uol.4. Zobel. d.art.45.lib.3.
c uide de ea materia Tiraq. in legib. connub. uerb. contracter. glos.3. nu.93.
d eo.lib.art.46.cum simi.
e l.ult.C.eod.
f d.l.ult.§.& inuentariũ. cum seqq.C.eo.
g d.l.ult.§.& inuentariũ.
h l.pignus.l. ab agnato. l. curator furiosi. h.t. l.2. C.eod.
i d.l.fi.§.sed cum antiquitas.
k d.l.1.uers.& tamdiu.
l ĩ.de cur.bon.dan.
m Spec.de feud.§.1.n.74. per c.grãdi.de supplen. neg.prælat.lib.6.c.bo ni.96.distinct.

DIGEST. PARS V.

LIBER XXVIII.

De testamentis *. qui testamenta facere possint: et quemadmodum testamenta fiant. Titulus I.

1 Continuatio.
2 Dispositio sequentium titulorum, ac huius V. Partis.
3 Testamentum unde dictum.
4 Quid sit.
5 Quotuplex. Tria testamentorum antiquorum genera: 1. calatis comitijs. 2. in procinctu. 3. per æs & libram.
6 Testamentum prætorium.
7 Duo hodie testamentorum genera: in scriptis unum, alterum nuncupatiuum.
8 Causa efficiens.
9 Materia, in qua & de qua testamenta fiant.
10 Forma utriusq; testamenti, & de tertia Rubricæ parte.
11 Qui testes in testamento esse nequeant.
12 Finis & effectus.
13 De secunda Rubr. parte: qui testamentum facere non possint.

* Prior inscriptionis pars in Florentino exemplari deest.

POstquam † exposuimus, quemadmodum & quibus actionibus petãtur res uel nostræ, uel nobis debitæ, aut ex contractibus, aut reliquis uiuentium actionibus: tempus est pergere ad ea quæ Morientes gerimus, & quomodo exijs res debeantur, existantq; iudicia & actiones, consequenter explicare. Nam omnia iudicia descendunt uel ex causis Inter uiuos contractis, quæ aut Rerum sunt, aut Cõtractuum, aut Personarum, de quibus est dictum: uel ex Vltimis morientium uoluntatibus, & successionibus: quas restat ut deinceps exponamus. Successio † contingit aut ex Vltima uolũtate, aut Ab intestato. Ex ultima uo- 2
luntate succeditur uel Iure ciuili, uel iure Prætorio. Primò autem tractandum est de successione Ciuili, uelut antiquiore & digniore: quæ aut est Vniuersitatis, aut rerum Singularium. Vniuersitates † bo- 3
norum aut Testamento dantur, aut Codicillis. Testamentum ex eo appellatum uult Iustinianus, quòd sit testatio mentis [a]. Verbum Mentis, hîc adiectum est explicandæ rei gratia, & ad differentiam aliarum testationum. Testamentum enim à Testatione duntaxat dicitur [b]. Sed quia uariæ & multiplices sunt testationes, quę ex diuersis oriuntur causis: adiectum est Mentis, id est, ultimæ uoluntatis, esse testationem. Idq; & alibi in definiendis uerbis obseruasse Iurisconsultos, animaduertere licet [c]. Testamentum est, † authore Vlpia. [d] Voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit. 4
aut, ut in Enchiridio suo idem definit: Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram ualeat. Testamentorum † olim tria erant genera. Vnum quod Cala- 5
tis comitijs coram populo fiebat, ut pleræq; omnes solennes actiones [e]. Alterum minus solenne, quod faciebant in Procinctu, hoc est, exituri iam in prælium, ac iuxta Festum expediti præcinctiq; togis, more ueterum, unde & Procinctum testamentum dictum, quod nunc uocant Militare: cuius etiam meminerunt Plutarchus [f], & Cicero [g]. Accesit tertium genus testamentorum, quod per Æs & Libram dicebatur. Nam cum sæpe extra tempus comitiorum, quæ tantum bis in anno, authore Theophilo [h], indicebantur, homines obire contingeret: inuentum est genus testamenti, quod per Emancipationem, id est, imaginariam uenditionem (mancipare enim uendere & alienare significat) condebatur, coram quinq; testibus ciuibus Rom. puberibus, qui populum uniuersum repræsentabãt, & libripende, id est, ponderatore [i], atque eo qui familiæ, id est, hæreditatis emptor dicebatur. Nam hæc imaginariæ uenditionis solennitas omnibus ferè familiarum translationibus, mutationibus, rerumq; maioris momenti mancipationibus adhibebatur [k]: quòd nullam iustiorem esse alienationem, quàm quæ per uenditionẽ fieret, ueteres arbitrarentur. Aliud † autem deinceps testamenti genus ad euitandas has iuris antiqui 6
subtilitates, Prætor per subscriptionem testium inuenit: ut si quis testamentum septem testium signis consignari curasset, perfectum esset iure Honorario testamentum [l]. Sed hæc genera omnia iam pridem exoleuerunt, nisi quòd solennitatum uestigia manent. Nam † ex ijs alia duo defluxerunt, quæ Constitu- 7
tionibus Principum conformata hodie sunt in usu: alterum fit in Scriptis, alterum citra scripturã Voce uiua nominato hærede nuncupatur [m]: unde & Nuncupatiuũ dicitur [n]. Aliter etiam à forma testamenta diuiduntur. namq; alia appellantur Solennia, quæ formam ciuilem perfectamq; habent: alia quibus

ea

a in prin. Inst. eo. ubi dixi.
b Gell. lib.6.c.12.
c l.1.de nouationib. l. senatus.35.§.1. de don. caus. mor.
d l.1.h.t. uide Cuiac. lib. obs.4.c.16.
e Gell. lib.15.c.27.
f in uita Coriolani.
g lib.1.de Orat.
h in prin. Inst. eod.
i l.2.& t.t.C. de ponderatoribus. lib.10.
k l.fin.C.de emancipatio. l.fin.C.de adoptio.
l Inst. eo. in prin. ubi post Theop. uide quæ scripsi.
m Pl.n.lib.14.c.22.
n l.hac cõsultissima.§.per nuncupationem. l. in testamentis.26. l. iubemus. 29. C. eod. §. ult. Inst. eo.

BIU Cujas

eà forma deest, Minus solennia, iniusta, imperfecta, &c. ut est testamentum militis, de quo paulo pòst di
8 cemus, & testamentum inter liberos, ac ad pias causas [a]. Causa † efficiens testamenti est uoluntas testatoris, (nec enim ab alieno pendêre arbitrio, imò ne quidem ad alterius interrogationem & instantiam fieri [b] potest [c]) moribus primùm atq; usurpatione hominum, deinceps legibus, ac iure Ciuili confirmata [d]. Apud omnes enim gentes semper in usu fuit testamenti factio, uoluntatesq; morientium ratæ habitæ, etiamsi formæ testandi passim fuerint dispares [e]: ut rectè Theophilus testamenti factionem ad Ius gentium retulerit [f], licet formam & solennitatem ac ciuilem factionem à iure ciuili habeat §. Ma-
9 teria † in qua scribitur testamentum, nihil refert cuiusmodi sit [h]. De omnibus autem suis rebus testari quis potest: legare etiam res non modò suas, sed etiam hæredis, aut prorsus alienas [i]. Attamen testari, hoc est, hæredem instituere in re aliena nequit [k]. Nam cum hæreditas ius sit, non potest testator plus iuris in alium, uidelicet hæredem institutum transferre, quàm ipse habet [l]. Nihil autem iuris habet in re aliena: relinquitur ergo, in ea nec institui hæredem posse [m]. Ac si instituere posset, uideretur alij nempe domino testamentum condere posse. Atqui nemo alteri testamentum rectè facit, præterquam pa-
10 ter filio suo impuberi [n]. Forma [o] † testamenti quod in scriptis fit, hæc est, Vt scriptum integris literis [p], testamentum in quo sit hæredis institutio, quæ totius actus fundamentum est [q], subscribatur & consignetur à testatore, uel ab alio eius nomine, præsente [r] tamen testatore (nam in eius absentia, per procuratorem condi testamentum non potest, quanquam donatio Causa mortis fieri posit [s]) coram septem testibus, ad id propter solennitatem rogatis: quos necesse non est scriptioni adesse, si fortè testator sciri uoluntatem suam nolit, sed subscribere ac consignare, & audire à testatore, hanc esse eius uoluntatem sufficit [t]. Nuncupatiuum fit sine solennitate scripturæ, etsi in scriptis redigi potest [u], hoc modo: Vt testator coram septem testibus rogatis [x] hæredem nuncupet, & ultimam suam uoluntatem aperiat [y]. Vtrunq; autem testamenti genus uno actu & cõtextu absolui debet [z]. Ea est enim solennium natura, ut diuidi nequeant [a]. Etsi autem regulariter in omni testamento septem testes, præter & supra notarium [b], sunt necessarij; tamen sufficiunt interdum pauciores: ut in testamento inter liberos [c], ad pias causas [d], rustici [e], & eo quod fit tempore pestis aut belli [f], & quod Principi aut magistratui oblatum est, & actis insinuatum [g]. Apud acta autem factũ intelligi debet, nõ modò quod fit in iudicio, sed etiã quod domi ab ægroto, cõuocato ad hoc Magistratu, & Actuario publico: ijsq; rogatis, ut eiusmodi testamentum in publica acta referri curent [h]. Apud acta enim dicuntur fieri, quæ geruntur coram iudice, etiam extra locum iudicij [i], maximè in his quæ sunt Voluntariæ iurisdictionis [k]: ut est factio testamenti. nam in illis quæ sunt iurisdictionis Contentiosæ, & causæ cognitionem requirunt, uerius est locum publicũ solennem seruandũ esse [l]: & apud acta fieri intelligi, quæ in loco publico fiunt, ac fieri debent [m]: de quibus hîc nõ agitur, sed tantùm de factione testamenti, quæ est (ut dixi) iurisdictionis uoluntariæ: eoq; ubiuis perfici eam posse, est existimandũ. Et sanè lex nõ postulat, testamentũ apud acta publica, publicoq; loco fieri, sed tantũ uult offerri, & quamuis priuatim absolutũ insinuari [n]: idque dicere est æquius, propter infirmos, qui plerunq; testantur, nec comparere in publico possunt: maximè cum curare ma-
11 gistratus oporteat, ut tam ipsi quàm testes præstò sint, testari uolentibus [o]. Sciendum † autem est, quasdam personas ius testimonij ferendi in testamento non habere. Cuiusmodi sunt mulieres, quæ neque ius comitiorum, unde testamenta oriuntur, habent [p]: nec solennibus iuris publici rectè adhibentur [q]: item impubes [r], seruus [s], mutus & surdus [t], furiosus [u], prodigus [x], hæres, quia eius negocium geritur [y]. In proprio autem negocio nemo testis est idoneus [z]: Eademq; ratione, qui est in potestate testatoris [a]: quia cum pater & filius pro una persona reputentur [b], non potest quodammodo sibijpsi & in sua causa testis esse [c]. Item qui non habet testamenti factionẽ passiuè, ut improbi, & intestabiles [d]: qui sunt domestici testatoris [e]: ut maritus, uxor, colonus, minister [f], pater, frater, & similes §. Legatarius, & execu-
tor [h] testes esse possunt, quia non principaliter eorum causa uertitur, sed hæredis. An eodem modo in cõdicillis fideicommissarius aut donatarius in donatione causa mortis? & cum hîc non hæredis (quippe hæreditas hoc modo dari nequit [i]) sed horum præcipuè negocium agatur: non putauerim eos uelut in propria causa testes esse idoneos [k]. Illud sciendum, si testes inidonei adhibeantur, testamentum nullum reddi: nec ex eo adiri hæreditatem posse, etiamsi uel unus tantum sit inhabilis [l], nisi clausula sit
12 adiecta codicillaris [m]. Finis † & effectus testamenti est, ut quod testator post mortem de bonis suis fieri uelit, certò constet: eaq; uoluntas tanquam Lex aliqua conseruetur [n]: quocirca & iuxta legem ac ius commune recipit interpretationem [o], ita ut uerba omnia præsumantur Legaliter ac Rectè scripta [p]: & executionem etiam habet, instar legum Paratam [q]: & prohibitio testatoris, similis est prohibitioni

t 4 legis:

a l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. C. eo. l. j. & t. t. j. de inuist. testa.
b uide Ias. l. iubemus. C. de testa. Cast. l. hac consultiss. C. qui testam. fac. lac. Molin. consil. 31. 32. cũ seq. & quæ dixi Inst. de testam. ordinand. §. ult. l. illa institutio. de hær. inst. Tiraq. pri. piæ cau. 21. 78. Mar. Man. sing. 68. uide tamen in c. cum tibi. de testam.
c l. j. C. de sacros. Eccles.
d Cic. lib. 3. de Fin.
e in §. j. Instit. de iu. nat. gen. & ciui.
f uide de eo Ias. in l. nemo potest. in j. lect. nu. 65. de leg. 1.
g §. nihil. Inst. eo.
h §. non solùm. Inst. de legatis. l. cum alienam. 10. C. eo. tit.
i Tiraq. in priuil. piæ caus. 20.
k l. nemo. 55. de reg. iur.
l Bald. in c. 1. nu. 3. de succes. feud. per c. filius. de testam. gl. fi. in Auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. per l. conficiuntur. §. si post. de iure codicil. text. in l. cum pater. 79. §. mando. in uerb. de pecunia sua testari. de legat. 2.
m Bald. in c. 1. nu. 3. de succes. feud. per c. filius. de testam. gl. fi. in Auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. per l. conficiuntur. §. si post. de iure codicil. text. in l. cum pater. 79. §. mando. in uerb. de pecunia sua testari. de legat. 2.
n uide j. de uulg. & pup. & j. tit. de hæred. inst.
o de hac uide Cuiac. in l. qui testamento. h. t. Vlp. tit. 25. Paul. lib. 3. t. 4.
p l. hac consultiss. §. ex imperfecto. C. eo. in Auth. de imperf. testa. Cuiac. lib. 3. c. 3.
q §. ante. Inst. de lega. l. j. j. de hæred. inst.
r d. l. hac cõsultissima. l. iubemus. C. eo.
s uide j. de don. caus. mort.
t §. sed cum paulatim. cum seqq. Inst. eo. d. l. hac consultiss. l. cum antiquitas.

28. l. iubemus. 29. C. eo. u Imol. in c. cum esses. nu. 5. de testam. x l. hæredes. 21. §. pen. hoc t. d. l. hac consultiss. 21. C. eo. y d. l. hac consultiss. §. per nuncupationem. §. ult. Inst. eo. z l. hæredes. 21. §. ult. hoc t. d. l. cum antiquitas. C. eo. uide Tiraq priuil. piæ caus. 6. Socin. consil. 142. uol. 1. & quæ dixi §. ult. Inst. eo. a l. continuus. 137. in prin. cum ibi not. de uerb. oblig. b Bald. in Rubr. C. de fid. instrum. nu. 19. per d. l. hac consultiss. 21. C. de testam. & an notarius sit pro teste, dixi Inst. eo. de testa. c d. l. hac consultiss. § ex imperfecto. latè Tiraq. priuil. piæ caus. 1. 2. d c. cum esses. eẽ. eo. Tiraq. in priu. piæ caus. præall. lo. e l. ult. C. eo. f Ang. & Bauer. nu. 23. in §. sed hæc quidem. Inst. de testam. Fulg. in l. conficiuntur. §. codicill. de codicill. Alex. consil. 70. & 177. uol. 2. Ias. nu. 3. & Dd. in l. ult. C. eo. g l. omnium. 19. C. eo. h Schurff. consil. 71. honesta. nu. 1. cent. 2. Salic. in l. pacta nouissima. nu. 2. & 7. C. de pact. i Ias. in l. 2. nu. 4. C. de æden. Bald. in l. illud. nu. 3. C. de sacr. Eccl. tex. in l. 3. C. de eman. lib. fac. l. j. C. de his qui in Eccl. manu. k §. præterea. Inst. quib. mod. pat. pot. solu. l. 3. C. de emanc. l. j. C. de off. cons. l. actus. C. de fer. l l. pen. de iust. & iur. m gl. in l. 2. C. de æden l. 6. C. de sent. n d. l. omnium. l. 2. l. consulta. l. testa. C. eo. o l. curent. 22. de testib. p Gellius lib. 5. c. 16. q l. qui testamento. 20. §. mulier. 6. hoc t. l. alienam. 18. C. de procur. l. 2. cum ibi no. de regul. iur. r §. testes. Inst. eo. s d. l. qui testamento. §. mulier. uers. seruus. t d. l. testes. u d. l. qui testamento. §. ne furiosus. 4. x l. is cui. 18. hoc t. d. §. testes. y §. sed neq; hæres. Inst. eo. d. l. qui testam. hoc t. z l. omnib. 9. C. de testib. a §. pater. Inst. eo. b l. fi. C. de impub. substit. c l. parentes. 5. l. omnib. 9. C. de testib. d d. l. is cui. §. fi. l. cum lege. 6. hoc t. d. §. testes. e §. in testib. Inst. eo. f gl. Fab. Ang. Bauer. & alij in d. §. in testib. g d. §. in testib. ubi præter alios latè Bauer. h §. legatarius. Inst. eo. i Bauer. post Ang. in d. §. legatarius. nu. 5. k uide j. de codicill. & Inst. eo. t. l l. nullus. 10. de testib. m l. scio. 14. cum ll. seqq. de testib. l si unus. C. de testa. n uide j. de iure codicill. o §. disponat. in Auth. de nuptijs. p l. 2. ubi Bal. C. de cond. inser. & in l. quanquã. C. de testa. milit. Dec. in l. ius nostrũ. nu. 7. de reg. iur. q Soc. cõsil. 98. alias n. 13. uol. 3. r Ias. in l. pactũ. 47. n. 7. de pact.

BIU Cujas

legis [a]: quæ uera sunt, quando legi non aduersatur. Nemo enim potest facere, quin lex in suo testamento locum habeat [b]: quare testator in testamento non potest derogare iuri publico [c], aut iurisdictioni [d], solennitatibus [e], statutis [f], nec auferre alicui ius ex statuto debitum, ut legitimam liberis [g], dotalitium, aut quotam hæreditariam uxori [h] statutis municipalibus aut lege [i] assignatã, nisi disertè tantum ab intestato [k], & non simpliciter tributa esset: causa enim intestati cessat, neq; admittitur condito testamento [l]. Et hæc quidem de testamentis. Nunc † pauca de secunda huius tit. parte, & Qui testamentum facere non possint, exponamus. Nam ijs cognitis planum erit, quibus sit testamenti factio. Testamentum facere nõ possunt quidam, Quia sunt in aliena potestate, nec liberam habent bonorum administrationẽ: ut filijfamiliâs [m], serui [n], captiui ab hostibus [o], obsides [p], item qui de statu suo dubitant [q]. Quidam propter iudicij carentiam: ut impuberes [r], furiosi [s], nonnulli Ob morbum animi, ut cui bonis interdictum est [t]: aut corporis, ut surdi & muti [u]: qui tamen ex certis causis, iuxta formam à Iustiniano traditam testari possunt [x]: (reliquos aũt mentis compotes, quamuis ægrotos, ut senes, cæcos ualetudinarios testari posse, certi iuris est [y]) nonnulli propter pœnam: ut ad mortem damnati, atq; ita serui pœnæ effecti, nisi appellatione damnationem suspenderint [z]: passi maximam & mediam capitis diminutionem, quæ adimit ius ciuitatis, in quo inest ius testandi [a]. Nec modò sic damnati [b], testamentum facere nõ possunt, sed etiam si quod antè fecerunt, id Ipso iure ad nihilum recidit & irritatur [c], quoniam tempore mortis serui sunt. Quod tamen moribus ferè obsoleuit [d] ijs in locis, ubi publicatio bonorũ damnationi nõ adhæret, nec per pœnam liberis adimitur libertas. Quorum utrunq; cùm nouo iure Iustin. noster induxerit, scilicet ut damnato neq; bona [e] nec libertas [f] auferantur: uidetur eorum [g] sententia probabilis, qui putant ex hoc iure eiusmodi reis permissam testandi facultatem non solùm ante, sed & post sententiam mortis. Quod ergo quoq; Saxonibus obseruandum puto, cum circa damnatos ius illud Iustinianeum sequantur. Item lege intestabiles, ut damnati ob carmen famosum [h], & hæretici [i]. Relegari tamẽ condere testamẽtum possunt [k], quia ius ciuitatis, & bona retinent [l]. Possunt etiam plures in eodem testamento simul testari: ut pater & filius [m], maritus & uxor [n], & quot sunt personæ, tot esse testamẽta intelliguntur [o]. Ex quo & illud sciri potest, moribus nostris uxorem quamuis sit in cura tutelaq; uiri, tamen non esse in potestate: cæteroquin testamenti factionem non haberet [p]. Habere autem existimo, cum & donare causa mortis possit [q]: nec obstat, quòd citra mariti cõsensum alienare uel cõtrahere nequeat [r]: eiusmodi enim statuta non extenduntur ad ultimam uoluntatem [s]: nam nec minor curatorem habens, alienare absq; eius cõsensu potest: non eo tamen testamentum condere prohibetur [t]: imò si extenderentur eò statuta, ipso iure non ualerent, quia auferrent liberam testandi facultatem: ut pleriq; uolunt [u].

a l.fi.C.de reb.alien.non alien. Ias.in l.nemo potest.in 2.lect.nu.14.de legat.1.
b l.nemo potest.58.de legat.1.
c Ias.ibidem, in d.l.nemo. nu.1.in 1.lect. & nu.2. in 2.lect.
d Ias.præall.loc.
e Ias.in d.l.nemo. nu.13.in 1.lect.et nu.15.in 2.lect.
f Ias.ibid.nu.28.& in 2. lect.nu.42.
g uide Dec.in l.iura sanguinis.de reg.iur.
b Bald. in l.si quando. in prin.C.de inoff.testam. Boer.decis.144.Cremo. sing.154.uide Salic.in l. cum te.C.de donat.ante nup.Bal.in l.j. C.de suis & leg.& in l.2.C.de hæred.act.
i Ias.in Auth.præterea.C. unde uir & ux.
k ut in Auth.præterea.C. unde leg.
l uide Inst.de hæred.quæ ab intest.in prin.
m l.qui in potestate.6.l.filiusfam.16.h.t.l. pen.C. qui testa.facer.possunt.
n l.filiusfam.19. d.l.si filiusfam.hoc t.
o §.fi.Inst.eo.
p l.obsides.11.hoc t.
q l.de statu.15.hoc t.
r §.præterea. Inst.eod.l.à qua ætate.5.hoc t.
s d.§.præterea.l.2.hoc t.l. 2.l.furiosus. C.eo.
t d.l.is cui.18.§.item prodigi.Inst.eo.
u l.qui in potestate.§.j.l. si mutus.7.hoc t.
x l.discretio.l.hac consultiß.C.eo.§.item surdis. Inst.eo.
y l.senũ.C.qui testa.fac.
z l.qui à latronib.13.§.j. hoc t.
a l.eius.8.h.t.uide omnino Ferr.in for.inquisit.n.3.
b l.eius qui.8.§. si cui.ubi Bar.h.t.et in l.certa forma.C.de iur fisc.Bal.in l.et in priuatorũ.n.11.ubi hãc dicit esse cõmunẽ.l.si nõ com.uid.Ferr.in for.inquisit.in fi.n.3.

De liberis & posthumis hæredibus instituendis, vel exhaeredandis, vel praeteritis. TITVLVS II.

1 Continuatio tituli.
2 Qui sint posthumi, qui liberorum appellatione ueniant.
3 Quare præteritio testamentum uitiet.
4 Quid hodie ueterum sublatis differentijs circa institutionem liberorum obseruetur.
5 De causis exhæredationis.

NOn † tamen ut omnino ualeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam suprà posuimus: sed liberi etiam, & posthumi hæredes sunt instituendi. Nam inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur, principale ius est De liberis hæredibus instituendis [a]. Liberorũ appellatione filij, nepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur [b]. Posthumos † hîc accipimus, qui post testamentum factum, aut mortem patris Sui hæredes agnascuntur. Hi † igitur omnes si gradu proximi sint, aut instituendi sunt, aut exhæredandi. Nam si prætereantur, non consultò, sed quadã oblitione omissi præsumuntur [c]: quia uerisimile non est, quempiam liberis suis, quos etiam natura ad successionẽ uocat [d], extraneos uelle præferre: & nisi instituti sint, uel expressè exhæredati ex lege, Sui atq; Necessarij hæredes existunt [e]. Itaq; testamentum in quo nec Instituti, nec Nominatim exhęredati inueniuntur liberi, ipso Iure corruit. Nominatim autem exhæredare est, expresso Nomine, aut designatione Certa & disertè [f] exhæredare [g]. Etsi † autem olim differentia hac in parte uaria & multiplex extitit, inter Masculos & Feminas, Suos & emancipatos [h]: tamen in uniuersum sciendum est, hodie nominatim omnes indistinctè liberos, aut instituendos etiam in testamento inter liberos [i], idque titulo Institutionis [k] esse, aut exhæredandos [l]: ac ne exhæredari quidem posse (quòd debita sit hæreditas [m], nec auferri idcirco

1
2
3
4

c l.eius.8.§.1.h.t.l.si quis.6.§.irritũ.de inuest.rup.test.Bar.in Auth.sed hodie.C.de donat.int.uir.et ux.Ang.in §.j.nu.1.Inst.de cap.dimin. d Clarus de testa.quæst.29. Tiraq.de priui.piæ caus.priu.79.Imol.in c.quia.n.30.de testa.Natta cõs.178.n.4. e Auth.bona.C.de bon.damna. f Nou.const.22.de nup.§.deportati.Auth.sed hodie.C.de dona.int.uir.& ux. g Sal.n.2.& alij, in d.Auth.sed hodie.uide Clar.præall.loc. h l.cum lege.26.d.l.is cui.§.si quis.hoc t.

i l.4.C.de hæreticis. k l.eius qui.8.§.j.hoc t. l l.2 de pub.iud. m l.2.cum ll.seq.de uulg.& pup. n uid.Boer.in consue.Bitur.de conf.conc.mar. §.j.Bal.n.1.Ias.n.3.et Dd.præcipuè Alc.ad uerb.huiusmodi.in l.licet.19.C.de pact.per l.eo quòd.si cert.prtat.Raph.cõmen.in l.captatorias. de hæred.inst. uid.Nouell.1.Valent.Cuiac.ad l.unũ.h.t. o l.patris & filij.de uulg.& pub.ubi Dd.l.scire.de uerb.oblig. p l.qui in potestate.6.h.t.uide Cuiac.obs. lib.7.c.11.Vlp.t.11. q uid.j.de donat.caus.mort. r Land.lib.1.art.31.45. s l.uerba cõtraxerũt.20.ubi Bar.de uerb.sign.l.testamentũ.ubi gl.uerb. cõtractus.et Bal.C.de testa.per l.patex filiũ.de leg 3.uide latè Tiraq.de ll.cõnub.in fi.gl.3 uerb.cõtract.n.86. t l.Aurelio.21.§ fi.de libe.legat.Bal.in l.ea lege.nu.3.C.de cõdict.ob caus.§.fi.Inst.quib.ex caus.manu.nõ lic.§.fi.Inst.de leg.Ael.Sent.l.qua ætate.h.t. u uid.Cast.in l.ex facto.de uulg.et pup.Zas. in l.Stipulatio.41.n.5.et 6.de uerb.oblig.Bal.in l.si quãdo C.de inoff.testa.Salic.in l.cũ te.C.de donat.ante nup. a l.inter.30.h.t. b l.liberorũ.220. de uerb.sign. c §.posthumi.in uerb.ne per obliuionẽ præteritæ uiderentur.Inst.de exhæred.lib. d l scripto, in fi.j.unde libe. e uide quæ dixi in prin.Inst.de exhær.lib.Bar.Ias et Dd.in l si filius.7.l.in suis 11.h.t. f l.nominatim.24.de manu.testa. g l.j.& 2.h.t.§.nominatim.Inst eo. h uid. per tot.hoc t.& Inst.de exhib.lib.ubi dixi. i Bald.nu.1.& 2.in l.hac consultiß.§.ex imperfecto.C.de testa. k gl.mag.& Dd.in Auth.nouißima.C. de inoff.test.per §.aliud.in Auth.ut cũ de app.uide Ias.n.8.et 9.Soc. et Dd.in l.inter cætera.30.h.t. l §.antepen.Inst.eo. m l.et quia.10 pro socio.

BIU Cujas

idcirco sine iusta causa debeat) nisi ex certis & iure expressis causis [a]: (quæ tamen tantum in testamento, non etiam ab intestato momentũ ad exhæredationẽ habent [b]) quas quatuor & decẽ numero Iustinianus Nouellis suis [c] & his uersiculis, quos paulùm emendauimus, superior ætas comprehendit:

Bis septem ex causis exhæres filius esto,
Si patrem feriat, uel maledicat ei:
Carcere detrusum si negligat, aut furiosum:
Criminis accuset, uel paret insidias:
Si dederit damnum grauc; si nec ab hoste redemit:
Testarive uetet: se societ úe malis:
Si mimos sequitur: uitiet 'ue cubile paternum:
Non orthodoxus: filia si meretrix.

5 Hæc † tamen ultima causa, quæ ob turpem filiæ uitam exhæredationi defert, iure Sax. non obtinet [d]: quo iure scorta existimatione, non etiam hæreditate priuantur. Illud sanè sæpe etiam quæsitum memini, an si quis liberorum contra parentis uoluntatem nuptias contrahat, ab eo exhæredari possit: & Cõmunis est conclusio, Non posse [e]: quam Saxones sequuntur [f]. Alijs tamen contrà placuit [g]: quorum opinionem Carolus V. Imp. secutus est, facta ea de re in suis hæreditarijs terris constitutione. Sed an præter illas quatuordecim causas iure expressas, nulla recipietur, etiamsi æquè momentosa sit? Et quamuis Iustinianus taxatiuè loquatur [h], tamen communius placuit, ex similibus aut maioribus causis exhæredationem fieri posse [i]. Has tamen ueras esse, probare hæres institutus cogitur [k]: cæteroqui testamentũ respectu institutionis annihilatur [l], in quo communiter ita distinguitur: ut si filium pater prætereat siue expressa causa siue non expressa, sit testamentum indistinctè ipso iure nullum [m] quo ad institutionem (nam reliqua relicta ex communi sententia sustentantur [n]) & ad 30. annos proposita nullitatis quæstione (quæ tamdiu durat [o]) impugnari potest [p]. Sin autem exhæredet, distinguendum sit utrum causa Inserta sit, an Non sit. Causa Nulla inserta, aut Inidonea inserta, testamentum eodem modo irritum fiat. Inserta autem causa Sufficiente & legitima, ualeat indistinctè, ita ut si probetur, uera constet exhæredatio: sin Falsam insimulet exhæredatus, ex eo rescindere testamentũ Querela inofficiosi intra quinquennium debeat, testamento alioqui ualituro. Idemq; in Præteritione materna, quæ pro exhæredatione est, & emancipatis liberis sit obseruandum [q].

a §. aliud quoq; in Auth. ut cum de appell. cog.
b Ias. in l. in arenam. nu. 11. C. de inoff. test.
c d. §. aliud.
d Land. lib. 1. art. 5. ubi gl.
e Ias. post alios. in Auth. non licet. C. de lib. præter. Innoc. in c. accedẽs. de procur. Dec. in l. nuptias, 30. nu. 10. de reg. iur.
f d. art. 5. lib. 1.
g Cast. in l. si filium. C. de inoff. testam. uide Dec. præal. loc. Chas. in cons. Burg. tit. de succes. §. 2. uerb. si non. nu. 2.
h in Auth. ut cum de app.
i Ias. in d. Auth. non licet. Felin. in c. pastoralis. de rescrip. Aluar. & Dd. in c. 1. §. præd. etis. & §. porrò. quæ sunt princip. caus. bon. amitt. Alex. cõsil. 203. super. uolum. 2. Hipp. sing. 78. Chass. in cons. Burg. de succes. §. 2. uerb. si non. nu. 2.
k §. siue igitur. in Auth. ut cum de appell. cog.
l Auth. ex causa. C. de lib. præter.
m uide Bar. in C. concl. & Dd. in d. Auth. ex causa. l. 7. hoc t. & ibi Socin. ac Dd.
n Dd. in Auth. ex causa. ui de quæ dixi Inst. de exh. lib. & de inoff. testa.
o Bart. in l. si expressum. nu. 12. de appell. Ferr. in for. appell. uerb. esse nullam. nu. 4.
p Guid. Pap. quæst. 597.
q hæ sunt cõmunes concl. in Auth. non licet. Auth. ex causa. C. de lib. præt. Salic. in l. si mater. C. de inoff. test. Ias. in d. l. si filius. Bald. consil. 98. & 112. uol. 5.

De iniusto, rupto, & irrito facto testamento. TITVLVS III.

1 *Continuatio.*
2 *Testamentum iniustum.*
3 *Nullius momenti.*
4 *Ruptum.*
5 *Irritum, Destitutum.*
6 *Testamento rupto omnia corruere.*
7 *Quomodo reconualescat testamentum ruptum.*

1 QVandoquidem † Contraria iuxta se posita, magis (ut dicitur) elucescunt: ideo postquam dixi-
2 mus qua forma testamenta ordinentur, uidendum iam est, Quemadmodum infirmẽtur, & corruant: ac de Iniusto, Rupto & Irrito testamento nonnihil differendum. Testamentum † iniustũ,
3 siue nõ iure factũ, quod impropriè testamentũ nominatur [a], est cui solẽnia iuris desunt [b]. Nullius † mo-
4 menti est id, in quo filius præteritur [c], quod etiã Iniustum dici potest [d]. Ruptum, † quod posteriore te-
5 stamento perfecto, uel agnatione Sui hæredis, qui non inuenitur institutus, rumpitur [e]. Irritum † testamentum constituitur qualibet capitis diminutione, quæ testatori accidit [f], uel non adita ex testamento hæreditate [g]. Destitutum autem, siue Desertum, ex quo nemo hæreditatem adit: quod ob non factã ab hærede additionem, aut quia non uoluit, aut quia non potuit, uiribus & effectu destituitur [h]. Quocun-
6 que † autem modo testamentum infirmetur, totum corruit: nec legata debentur, sed ab intestato succeditur, perinde ac si nullum factum esset [i]: quia testandi actus est indiuiduus, nec pro parte ualere potest [k]. Hodie tamen quibusdam casibus legata, & reliqua ultimæ uoluntatis capita, quamuis annihilata
7 institutione ualent, ac effectum habent: qua de re alibi fusius tractatur [l]. Adde † etiam, quòd licet natiuitate liberorum rumpatur testamentum, tamen illis ante patrem testatorem discedentibus, testamentum reconualescat ac redintegretur, ita ut ex eo succedatur [m]: quia neq; uerè ruptum fuit, nec uires aut effectum habuit ante mortem testatoris, ut satis sit illo tempore neminem extare qui rumpat.

a uide Bar. in C. concl. & Dd. in d. Auth. ex causa. l. 7. hoc t. & ibi Socin. ac Dd.
b Dd. in Auth. ex causa. ui de quæ dixi Inst. de exh. lib. & de inoff. testa.
c Bart. in l. si expressum. nu. 12. de appell. Ferr. in for. appell. uerb. esse nullam. nu. 4.
d Guid. Pap. quæst. 597.
e hæ sunt cõmunes concl. in Auth. non licet. Auth. ex causa. C. de lib. præt. Salic. in l. si mater. C. de inoff. test. Ias. in d. l. si filius. Bald. consil. 98. & 112. uol. 5.

De his quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribvntvr. TIT. IIII.

1 *Delata quando seruentur, quando secus.*
2 *Quatenus.*
3 *Inducere quid sit.*

1 EVanescit † etiam testamentũ, si illud testator conscindat, rumpat, cancellet, deleat, &c. [a] nam quæ consulto & sciente testatore delentur, effectum iuris non habent: quę uerò eius iniussu, ualent, &
pro nihilo est deletio [b]: dummodo legi, aut sanè intelligi utcunq; scriptura possit [c]. Sanè Eate-
2 nus, † quod consulto deletur, pro nihilo est, Quatenus est deletum. Cætera salua manent, etiamsi insti-
tutio sit deleta: quod ex æquitate placuit, nisi appareat testatorem eo animo induxisse, ut totum testa-
3 mentum corruat [d]. Inducere † aũt propriè est, ducto per cæras, in quibus olim scribebatur, stylo, memoriam scripti interlinere ac obliterare: & idem est, quod delere [e], seu cancellare [f].

a l. 2. §. j. quem. test. aperian.
b l. j. in prin. hoc t.
c d. l. j. uers. 1.
d l. 3. §. 2. uers. illi iniustũ. hoc tit.
e d. l. j. d. l. 3. hoc t.
f §. alio. Inst. quib. mod. test. infir. ubi dixi.
g d. l. j.
h §. cum autem. 8. in uerb. destitutum & deseritũ.

DE

&c. aut quia uoluit, &c. ubi Theoph. Instit de hæred. quæ ab intestat. ubi dictum est. §. quantitas. Instit. de leg. Falcid. l. filium. 20. de bon. poss. cont. tab.
i l. filio. 17. hoc tit. in princ. Instit. de hæred. quæ ab intest. k l. ius nostrum. ubi Dec. de reg. iur. l. furiosum. ubi Cyn. C. qui test. fac. l in Auth. ex causa. C. de lib. præter. in Auth. hoc amplius. C. de fide. m l posthumus. 12. de iniust. rupt. irr. test. hoc tit. uide gloss. & Angel. in §. posthumi. Instit. de exhær. lib. quo loco exposui in §. j. gloss. in l. si à primo. ubi Angel. & Imol. de lib. & posthum. Ias. in l. posthum. in 2. no. C. de bon. possess. sec. tab. late Tiraquell. in repet. l. si unquam. uerb. susceperit. numer. 137. C. de reuoc. donat. a l. 21. hoc tit. b l. j. hoc tit. c d. l. j. d l. 2. 3. 4. hoc tit. e l. j. in princ. hoc tit.
f l. inductum. 22. C. de solut.

BIU Cujas

De hæredibus instituendis. Tit. V.

1 Continuatio.
2 Vnde dictus: quid sit hæres, hæreditas, hæredem instituere.
3 Diuisio, differentia hæredum, species institutionum.
4 Causa efficiens: qui quos instituere possit, uel non.
5 Materia: quibus in rebus.
6 Forma: & quomodo fiat institutio.
7 Finis & effectus.
8 Hæreditatis diuisio.

QVoniam † expositum est, quomodo testamenta fiant & infirmentur: ultimo nunc loco de præ- 1
cipua testamenti parte, nempe de Hæredibus instituendis agamus. nam hæredis institutio fundamentum est totius testamenti, unde uires accipit [a], & quo collabente, cætera corruunt [b]. unde & olim ab hac ueluti basi, testamentum erat inchoandum [c].

Hæres, † ut quidam opinantur, ab Herus uenit [d]: ueteres enim hæredem dominum uocabant [e]: alij, 2
ab Ære seu pecunia in quam succedit (Hæreditas enim, authore Cicerone [f], pecunia est à defuncto relicta, hoc est, eius patrimonium [g]) dictum uolunt: tertij ab Hærendo, quia hæres defuncto adhæret & adiungitur, deducunt [h]. Vtcunq; sit, constat antiquissimam esse appellationem hanc: quando & Varro author est, agros à Romulo primùm uiritim diuisos, Hæredium esse dictos, quòd hæredem sequerêtur. cuius etiam Plinius, Columella & Festus meminerunt. Hæres est, qui suo nomine, siue per se siue per alium hæreditatem est adeptus [i]. Hæreditas Ciceroni in Topicis est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure: nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Iulian [k] Hæreditas nihil aliud est, quàm ciuilis successio in uniuersum ius quod defunctus habuit [l]. Successio generis loco ponitur. Latius enim patet quàm uocabulum hæreditatis, cum etiam Bonorũ possessio sit successio [m]. Successionis autem nomen Passiuè accipiendum est [n], ut sit successio, Ius in quo succedatur. Apelles, qui id Actiuè interpretatur, post Alc.[o] ait, I.C. potius hæreditatis aditionem quàm hæreditatem definiuisse: cum hæc propriè sit uniuersitas bonorum quam defunctus reliquit. Atqui aditio non Ius est, sed Factũ: quare rectius est existimare, I.C. hæreditatem definiuisse, utpote subiecti loco positam, quàm aditionem, cuius nulla inibi fit mentio, quæq; in facto, non in iure uersatur. Ac ut etiam actiuâ significationem huic nomini successionis tribuamus, nõ tamen incommoda erit definitio: quippe cum hæreditas statim à morte defuncti sit actiuè Successio, etiã absq; hæreditatis aditione: statim enim succedit in locum defuncti Per se, & fictione iuris eiusdem personam repræsentat, ac loco domini habetur [p]. Meritò additur in definitione, Defuncti: nam uiuentis nulla est hæreditas [q]. Adde autẽ particulã, Ciuilem, differentiæ gratia: ut hanc successionẽ à Prætoria bonorũ possessione secernã, cui alioqui hæc definitio accommodari possit. Subijcitur, In uniuersum ius, &c. ad exclusionem scilicet titulorum Singulariũ, puta legati, fideicõmissi, donationis, &c. quibus aliqua in parte & titulo speciali defuncto succeditur. Theophilus [r] ita definire maluit: Hæreditas est ius quoddã, certis modis constitutum, intellectu comprehensum, quod alieni patrimonij uniuersalem dominũ iure efficit. Hæredem porrò Instituere, nihil aliud est quàm certum sibi successorem nominare, qui post mortem in uniuersum ius succedat [s]: & uerbum Institutionis, Directum est non Obliquum, sonans in testamentum, nõ in codicillos, ut Dd. loquuntur [t]. Est igitur Institutio nihil aliud quàm hæredis futuri in testamento facta nominatio.

Hæredum † differẽtia hæc est, quòd alij sint Necessarij, ut testatoris serui hæredes instituti [u]: alij Sui, 3
hoc est, pprij & domestici [x]: sic enim loquebatur antiquitas. Plautus in Mercatore: Iubet saluere Suus uir uxorem Suam. Idem in Sticho: Rex Suus reginæ placet. Et: Quibus ipsis nulla res est quã procurêt Sua. Cic. lib. 2. de Inuent. cap. 3. Hunc pater Suus, &c. Et cap. 11. Alexandrum uxor Sua interemit. Huiusmodi autẽ sui hæredes, sunt liberi qui in potestate morientis fuerunt. Hi enim tam iure Naturali quàm Ciuili [y], item ex communi parentum uoto [z] proprij & domestici hæredes existunt, quia sunt ex domo & familia paterna. & quia cum patre ob potestatis nexum, una persona esse finguntur [a], & etiã uiuente patre domini rerum paternarum existunt [b]: ideo Sui, hoc est, quodammodo sibijpsis sunt & fiunt hæredes. Cæteri omnes hæredes, qui non sunt in potestate & familia defuncti, uocantur Extranei [c]. Hæreditas porrò aut est Legitima, quæ ex lege ab intestato defertur: aut Testamentaria, quæ ex testamento [d]. item alia dicitur Directa, alia Fideicommissaria [e]: impropriè tamen. nam fideicommissa etiam uniuersalia, non ueniunt propria appellatione hæreditatis [f]. Quædam etiam hæreditas Delata dicitur, scilicet quæ adiri potest [g]: quædam Iacens, nempe quoad spes est adeundi [h]: quædam Vacans, in qua deficit spes adeundi, nullo se ad successionem offerente [i]. Hæreditas porrò adita amplius propriè non est neq; dicitur hæreditas, sed Hęredis patrimonium [k]. Institutio hęredis aut est Vniuersalis, scilicet in tota hæreditate, aut quota eius parte, aut est In re certa [l]: item aut Pura, aut Conditionalis [m], aut Directa, aut Obliqua, quæ in codicillis, uel per fideicommissum relinquitur [n]. Est & quædam institutio Captatoria, scilicet cuius conditio confertur ad secretum alienæ uoluntatis, ut definit Papinianus [o]: uel, ut interpretantur Dd quæ non fit gratuitò, sed spe alicuius lucri [p].

Causa † efficiens institutionis, est Voluntas testantis [q]: nec enim potest ortum habere, & dependere 4
ex uoluntate aliena [r]: προαγγελίαν testatoris erga hæredem Affectio: προκαταρκτικὴν, Meritum aliquod hæredis [s], uel necessitudo [t]: Instrumentalis, Testamentum [u]. Possunt autem omnes hæredes instituere, qui habent

[a] l. quod per manus. 10. de iure codicillo.
[b] l. j. in prin. hoc t. §. ante. ubi Dd. & ibidem dixi. Inst. de legat. l. Papinianus. 8. §. fin. de inoff. testã. uide Dd. in Auth. ex causa. C. de lib. præter.
[c] d. §. ante. Inst. de lega. l. j. hoc t.
[d] Cuic. Inst. de hæred. qua. & ob. lib. 5. cap. 10.
[e] §. fi. Inst. de hær. qual. et diff. Plautus in Menech. Festus.
[f] in Topicis.
[g] l. nã quod. 14. ad Treb. l. pecuniæ. 222. l. 4. l. pecuniæ. 178. de uerb. sig.
[h] uide Hotoman. in commẽt. iur. in uerb. hæres.
[i] l. 2. 3. de pet. hæred. l. fin. C. de hær. inst.
[k] l. hæreditas. 62. de regul. iur.
[l] l. nihil. 24. de uerb. sign.
[m] l. 3. §. bonorum. ubi Bar. de bon. poss. Dec. in d. l. hæreditas. in prin.
[n] gl. in d. l. hæreditas.
[o] in d. l. nihil.
[p] l. hæreditas. 34. de acq. rer. domin. l. mortuo. de fideicom. liber. uide Inst. de stipul. ser. Bart. in Rub. nu. 1. de acquir. hæred. l. cũ hæreditas. ubi Bald. C. depos.
[q] l. j. de hæred. uend.
[r] Inst. de reb. corpor.
[s] l. j. §. j. l. quoties. 9. §. hæredes. 3. hoc t.
[t] Bald. in l. extraneum. C. de hær. inst. & in l. non codicillum. C. de testam. per illum text.
[u] §. j. Inst. de hær. qual. & diff.
[x] §. fi. Inst. de hær. qual. et diff. l. in suis. 11. de lib. et posthum.
[y] l. scripto. §. fi. unde lib. l. fi. de bon. dam.
[z] l. nam etsi. 15. in prin. de inoff. testam.
[a] l. fi. C. de impub. substit.
[b] l. in suis. 14. de lib. & posthum.
[c] Inst. de hær. qual. et diff. ubi dixi.
[d] l. legitimam. 10. de petit. hæred.
[e] t. de fideicom. hæred. petit. [f] l. si Titius. 94. de leg. 3. Bar. in l. liberto. §. filiũ. n. 5. de ann. legat. et in l. Marcellus. §. q̃dã. ad S. C. Treb. l. cũ uirũ. C. de fideicõ. Corn. cõs. 94. cõsuluit. n. 6. uol. 4. [g] l. delata. 151. de uerb. sig. Bal. in l. potuit. quæst. 7. C. de iur. li. [h] Bar. in l. si qs. 23. de hær. inst. [i] l. 1. §. an bona. de iur. fis. l. post quã. ubi Bar. ut lega. no. caue. [k] Bar. in l. Titius. in prin. ad S. C. Treb. et in l. si quis seruũ. §. 1. de lega. 2. Ias. late in Rub. de acq. hær. et in l. 1. §. ueteres. de acq. poss. Dec. in l. hæreditas. 77. n. 4. et 5. de reg. iur. Corn. cõs. 206. uis. uol. 3. [l] l. quoties. 13. C. de hæred. instit. [m] t. de cõd. inst. [n] l. 1. § fi. ubi gl. et Dd. de iur. codicil. l. 2. C. eo. §. fi. Inst. eo. [o] l. captatorias. 70. de hæred. instit. l. captatoriæ. de lega. 1. l. captatorias. C. de milit. testa. l. mulier. §. fi. de condit. instit. uid. Ant. Augemen. li. 4. c. 15. [p] uide post alios Iason. in l. licet. n. 10. C. de pact. [q] l. interdũ. 13. b. t. [r] d. l. captatorias. 70. l. illa institutio. 32. ubi Bar. b. t. et dixi ẽ. t. de testa. [s] l. nec adiecit. 6. l. idẽq; §. fi. mãda. [t] l. Titius. 25. ubi Ias. n. 9. de li. et post. facit l. si seruus. 37. de don. int. uir. et ux. [u] l. nõ codicillũ. 14. C. de testa.

BIU Cujas

habent testamenti factionem [a]: instituí omnes, qui ex testamento capere possunt, tam liberi quàm serui [b]: nõ tamen deportatus, quia peregrinus est [c]. nec damnatus in metallum [d], eâdem ratione: neq; hæretici [e], liberi incestuosi [f], collegia illicita [g], neq; incerta persona [h], quoniam certum esse consilium testantis [i], & certus hæres designari debet [k]: quod tamen postmodum ex æquitate Iustin. temperauit [l].

5 Potest † aũt institutio fieri de Omnibus bonis testatoris [m], tam mobilibus quàm immobilibus (quorum tamen expressione non comprehenduntur nomina [n]) etiam emphyteuticis [o], non tamẽ feudalibus [p], neq; de alienis [q]. Nam etsi alienæ res legari [r] possunt, tamen titulo institutionis relinqui non possunt [s]: quia institutione tribuitur hæreditas, quæ debet esse ius defuncti, non alienum [t]: unde hæredes etiam Iuris successores uocantur [u]: nemo autem plus iuris in alium transmittere potest, quàm ipse habet [x]. Item potest institutio fieri uel de Tota hæreditate, uel Quota eius parte [y], uel etiam de Re certa [z], atq; adeò in minimo quoq; nummo [a]: dum tamen in testamento fiat. nam in codicillis fieri directo nequit [b]. Semper autem tota hæreditas in institutionem uenit, siue ex partibus plures sint instituti, siue unus tantum, siue de quota tantum, uel re etiam singulari sit dispositum. Nam si alij hæredes non concurrant ei qui institutus est in aliqua parte, reliquæ de quibus nihil actum est, accrescunt [c]: quia Nemo potest pro parte testatus decedere, pro parte intestatus [d].

6 Institutio † autem fieri potest Quibuscunq; hodie [e] uerbis, non modò Directis seu recto iure, ut: Hęres esto, hæredem te instituo [f]: sed etiam Communibus atq; Obliquis, ut: Hæredem te facio, hęreditatẽ tibi relinquo [g], successionẽ meam hoc atq; illo modo inter liberos meos diuido [h]. Directa uerba sunt, quæ sui natura hoc importãt, ut ille cui relinquitur, sua authoritate à testatore Immediatè accipiat, nec ad alterius factum trahatur, ut ait Bart. [i] ut: Hæres esto, hæredem te instituo, &c. Obliqua uerba sunt, per quæ disponitur, ut alieno facto successio ad aliquẽ perueniat Mediatè: & quæ sonant in id, ut quis de manu alterius accipiat [k]. ut: Rogo ut à Titio hæreditatem meam accipias: rogo te fili, ut Seium hæredem facias [l]: uolo ut tibi hæreditas restituatur [m], detur [n], reddatur [o]. Cõmunia dicuntur, quę utramq; significationem habere possunt, scilicet ut quis Per se uel Per alium capiat: ut est uerbum Substituere [p], Peruenire, Pertinere, Habere, Remanere, Succedere, Reuerti, Deuolui, & si qua sunt similia [q]. Verbis tamẽ idoneis facienda institutio est [r] (nam solo nutu uel signis, hæreditates non rectè relinquuntur [s]) & quidem Affirmatiuis, non etiam Negantibus uel Priuatiuis. Nam, exempli gratia, si quis filium exhæredet: Si intra annum non redierit, haud eapropter uidetur instituisse, illo intra definitum tempus reuertente: cum Ex dispositionibus priuatiuis non resultet habitus, nec Ex negatiua induci possit affirmatiua, ut ait Bald. [t] An autẽ in contractu fieri possit institutio, alibi disputatur [u]: quanquam existimem fieri nõ posse directo, cum ne in codicillis quidem rectè fiat [x]: sed tantum per modũ fideicõmissi, legati, uel donationis causa mortis: ut fit in pactis dotalibus, quibus disponitur quid post mortem inuicem expectare cõiuges, & quomodo succedere debeant [y]. Hæres autem & Purè, & Sub cõditione rectè instituitur, & In diem incertũ: ut, Cum Titius morietur: uel, Cum capere poterit [z]: quia Dies incertus pro conditione habetur [a]. Ex certo tempore, uel ad certum tempus institutio fieri non potest [b]: sed uitio temporis sublato, pura manet institutio [c]. Non ex certo tempore: quia Ius nostrum nõ patitur, alio tempore aliquem esse testatum, alio intestatum [d]: non Ad certum tempus: quia Qui semel hæres factus est adeundo, non potest desinere esse hæres [e]: nec hæreditas ex testamento adita, ad causam intestati redire [f], quæ ratio cessat in cõditione adiecta. Nam siue ea extiterit, siue defecerit, semper ad tempus mortis res hæreditaria retrotrahitur [g]: ne diuersis scilicet temporibus, in causam testati atq; intestati diuidatur. Potest autem testator uel Vnum uel Plures hæredes instituere [h]: & intelligitur, eos æqualibus partibus instituisse, nisi diuersas & inæquales expresserit [i]: etiã casu quo successuri ab intestato instituuntur. ut, uerbi gratia: Frater & alterius fratris liberi, qui ab intestato tantum partẽ patris per successionẽ in stirpes, nouissimo iure Ciuili caperent [k], instituti in testamẽto unà cum fratre testatoris, in capita [l], non in stirpes succedũt [m], quod tamẽ non obtinet, si pater filios unà cum eorũ nepotibus instituat: intelligitur enim uoluisse, ut iuxta naturæ ordinẽ, & cõmunem parentũ affectũ, successiuo ordine admittantur [n].

Finis

a Vlp. tit. 22.
b Inst. eo. in prin. & §. j.
c l. j. C. de hæred. instit.
d l. si in metallum. de his quæ pra. nom. scri. ba.
e l. Manichæos. 4. Auth. credentes. cum simil. C. de hæret.
f §. fi. in Auth. quib. mod. nat. eff. sui.
g l. collegium. 8. C. eod. uide Vlp. tit. 22. & 14.
h Vlp. tit. 22.
i l. quoties. 9. §. fi. hoc t.
k d. l. quoties. §. fi. l. in tempus. 26. §. quoties. l. nemo. 58. hoc t.
l §. incertis. cũ §§. sequent. Inst. de legat.
m l. testandi. 13. in uerb. de pecunia fra. C. de testa.
n Bar. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. de pecul.
o uide Ias. in l. fi. nu. 55. cũ seqq. & 76. C. de iur. emphyt.
p c. 1. de success. feud. c. 1. in prin. de consil. rec. feud. c. 1. in fi. de feud. cognit.
q l. cum pater. 79. §. mando. in uerb. de pecunia sua testari. de legat. 1. Bald. in c. 1. nu. 3. de successf. feud. per c. filius. de testam.
r uide j. de lega. 1. l. cum rem. C. de lega. §. non solùm. Inst. eo. tit.
s gl. fi. & Dd. in Auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccles. per l. conficiuntur. §. si post. de iur. codic.
t l. nihil. 24. de uerb. sign. l. hæreditas. 67. de reg. iur.
u l. quoties. 9. §. fi. hoc t.
x l. nemo. 55. de reg. iu.

y §. hæreditas. cum seqq. Inst. eo. z l. quoties. 13. C. de hæred. inst. a §. cæterùm. §. aliud. ubi gl. in Auth. ut cum. de app. cognos. gl. in l. 2. §. sed utrum. de minor. l. antequam. ubi Bal. in fi. C. com. de success? b l. non codicillum. 14. C. de testam. l. ea quæ. de cond. inst. l. si quis. Si quis omiß. caus. testa. l. unic. §. fin autem. C. de cad. toll. l. ut hæredib. de lega. 2. l. ei cui. de donat. l. cum patre. §. à te peto. de leg. 2. Goue. a. in tit. substi. in prin. nu. 3. §. ult. ubi uide quæ dixi. Inst. de codicill. c d. l. quoties. C. de hæred. inst. d l. ius nostrum. 7. de reg. iur. e l. quoniam. C. de testam. f l. j. §. 3. & 4. hoc t. l. non codicillum. 14. C. de testam. ubi Bal. Caius Inst. lib. j. tit. 16. g l. quoniam. 15. C. de testam. Dd. in l. bis uerbis. ubi gl. & Bar. in prin. 48. hoc t. & in l. hæreditatis. & l. humanitatis. C. de impub. & aljs substit. & in l. quoties. 13. C. de hæred. inst. h l. quoties. 10. ubi Bal. C. famil. ercisc. gl. in Auth. si qua. ad uerb. diuidere. C. de sacrosan. Eccles. i Bar. in l. centurio. nu. 42. de uulg. & pupill. per l. eam quam. ubi gl. super uerb. directis. C. de fideicom. & in l. omne uerbum. C. communia. de lega. k Bart. in d. l. centurio. nu. 45. de uulg. & pup. l l. pater filium. §. fi. l. Lucius. §. fi. de legat. 3. Bar. in d. l. centurio. nu. 44. 45. m l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. substit. n l. fundi Trebatiani. de usufr. lega. o l. cum quidã. de legat. 2. l. uerbum reddendi. 94. de uerb. sign. Bart. in d. l. centurio. nu. 46. p de hoc uide Goue. de substit. in prin. nu. 5. & ad l. iam hoc iure. eo. tit. q uide gloss. & Bart. nu. 47. 48. 49. cum seqq. de uulg. & pup. cum ibi per eum al leg. r l. quoniam. 15. ubi Dd. C. de testam. s l. iubemus. ubi Dd. C. de testam. & in l. nutu. de legat. 3. Alex. in l. discretis. C. qui testam. fac. & in l. fraudẽ. §. j. ubi Ang. etiam & alij. de testam milit. t Bald. in l. 2. per illum text. C. de cond. inser. & per l. ex facto. hoc tit. u Bart. Bald. Castr. in l. tale pactum. 41. §. fina. de pact. x d. l. non codicillum. 14. C. de testam. Bald. & Castr. in d. §. fi. contra Bart. l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. licet. ubi dixi. C. de pact. y d. l. licet. ubi Dd. C. de pact. d. l. hæreditas. C. de pact. conuen. z l. in tempus. 62. l. qui filio. 38. hoc tit. l. extraneum. C. eod. l. hæres meus. de cond. & d. l. si mater. de uulg. & pup. Cuiac. obser. lib. 3. cap. 34. a l j. l. dies incertus. de cond. & demon. dixi Instit. eod. & de legat. b §. hæres. Instit. eod. ubi uide l. hæred. 34. hoc t. c l. hæreditas. 33. de hær. inst. d l. ius nostrum. 7. de reg. iur. e l. etsi. 8. §. sed quod. de minor. §. restit. cum seq. Inst. de fideicom. hæred. ubi dixi. f d. l. ius nostrum. g l. hæres 54. de acq. hær. l. quod dicitur. 39. de mil. testam. l. necessario. 8. de peric. & com. rei uend. h §. & unum. §. si plures. Instit. de hæred. inst. i d. §. si plures. l. interdum. l. quoties. 9. §. hæredes. hoc tit. k uide Auth. post fratres. C. de leg. hæred. & in Auth. de hær. ab intest. Instit. de leg. ag. success. l l. interdum. 13. in princ. hoc tit. Bald. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthum. Angel. consil. 28. Alexan. consil. 13. & seq. & 24. attentis. per totum uol. 3. m c. Raynutius. ubi Anton. de But. de testam. Ias. post alios, in l. Gallus. §. quidam nu. 24. de lib. & posthum. n Bar. & Dd. in d. §. quidam rectè. Bald. in l. fin. C. de impub. substit.

BIU Cujas

Finis † institutionis est, Vt hæres hoc digniore titulo [a] honoratus, in ius testatoris, exclusis hæredibus ab intestato succedat [b]. Testator enim honorare, non grauare hæredẽ uelle præsumitur [c]. Effectus est, Quòd hæres statim à morte testatoris, adire etiam animo hæreditatem [d], eaq; aditione in ius defuncti uniuersum succedere possit [e]. 7

Hæreditas † plerunq; (nam testator suo arbitrio plures pauciores ue partes rectè constituit [f]) in 12. uncias diuiditur, quæ Assis appellatione continentur [g]. Habent autẽ hæ partes propria nomina, ab uncia usq; ad assem, utputa hæc: Vncia: Sextãs, duę uncię, quasi sexta pars assis: Quadrãs, tres unicæ, quasi quarta pars assis: Triẽs, quatuor unciæ, quòd sit tertia pars assis: Quincũx, quasi quinq; unciæ: Semis, quasi semi as, dimidia pars assis: Septunx, septem unciæ: Bes, octo, quasi bis triẽs: Dodrans, nouem unciæ, quasi dempto quadrante as: Dextans, decem unciæ, quasi dempto sextante as: Deunx, undecim unciæ, uelut as dempta uncia: As, qui omnes partes, hoc est, 12. uncias complectitur [h]. 8

a uide gl. & Dd. in Auth. nouissima. C. de inoff. test.
b l filium. 5. §. sed si portio. de legat. præst. d. l. hæredit. 71. de reg. iur.
c l. unum. 69. §. si rem. de legat. 2.
d uide ĵ. de acq. hær.
e l. hæreditas. de reg. iur.
f § hæreditas. Inst. eo. ubi dixi.
g l. seruum. 50. §. fi. hoc t.
h d. §. hæred. d. l. seruum. §. fi.

De uulgari & pupillari substitutione.

TITVLVS VI.

1 Continuatio.
2 Quid sit substitutio.
3 Species, & num. 8.
4 De uulgari.
5 De pupillari.
6 De obliqua.
7 De compendiosa seu militari.
8 De exemplari.
9 Diuisio substitutionum Duareni.

EXposito † primo institutionis gradu, uideamus de secundo, tertio, & consequentibus. Potest enim plures institutionis gradus testator facere, sed omnes post primũ uocantur Substitutiones [a]. 1

Substitutio † itaq; nihil aliud est, quàm secundo gradu, uel deinceps hæredis in locũ præcedentis institutio. Substitutio, inquit Caius [b], est quæ post institutionem à testatore fieri solet: id est, secundi hæredis appellatio. Huius † autem substitutionis, quę quidẽ uerbis ciuilibus concipitur: duæ præcipuè ponuntur species [c]: quarum † altera simplex est, quæ Vulgaris appellatur, quia uulgò ex lege & directis uerbis (quanquam interdũ tacitè etiam subintelligitur [d]) fieri solet: & quidem omnibus cuiuscunq; ætatis uel ordinis hæredibus potest, cum uidelicet puberi hæredi instituto, substituitur: aut Simpliciter, hoc modo: Si Lucius Titius hæres nõ erit, Caius Seius hæres esto: aut Reciprocè, ut cum plures hæredes sibi inuicẽ substituuntur [e], quæ Reciproca substitutio appellari solet [f]: uulgaris tamẽ est & simplex, quia unum tantũ casum non aditæ hæreditatis complectitur. Altera † duplex est, quæ Pupillaris dicitur: qua liberis in potestate constitutis impuberibus, & post mortem testatoris futuris pupillis, prouidemus de hærede, si fortè intra pubertatem moriantur, antequã ipsi sibi hæredes aut facere testamento, aut habere natura possint: interdicta enim est usq; ad pubertatem, & testamenti & nuptiarum conficiendarum potestas. Ea hoc fit modo, Filius mihi hæres esto: si hæres non erit, siue hæres erit, & intra pubertatem decesserit, Seius hæres esto. quæ substituendi forma cum duos casus cõplectatur, & non aditæ hæreditatis, & aditæ, meritò duplex appellatur [g]. Planè cum ea pubertate expiret, quamuis testator ulterius substitutionem protulerit [h], quia non potest filio liberam testandi facultatem, quam à pubertate consequitur, auferre, inuitoq; obtrudere hæredem [i]: eò † solenne est, ut obliquè per fideicõmissum ulterius quodammodo substitutio fiat, hoc modo: Rogo te hæres, ut si ante 25. annum decesseris, uel post mortem tuam, restituas hæreditatem meam Lucio Titio [k]. Sed hæc propriè substitutio non est: quia fideicommissarius non est hæres, nec eiusmodi fideicommissum hæredis institutio [l]. 2 3 4 5 6

Militem † tamen directò substituere posse ultra pubertatem, priuilegio militari receptum est [m]: quam Compendiosam substitutionem uocant Dd. ex corrupto textu [n]: cum rectius militaris substitutio dici possit, sicuti testamentum militare [o]. Ad † exemplum pupillaris hoc quoq; introductum est, primùm singulari Principum beneficio [p], postea generali Iustiniani constitutione, ut parentes substituere queant furiosis, mente captis, prodigis liberis, qui neq; testamentum, nec hæredes facere sibi possunt, si in eo alienatæ mentis statu decedere eos contingat [q]. Quam Exemplarem, ut exemplo pupillaris inductam, uocant, cum rectius Quasi pupillaris possit appellari: quomodo eadem ratione quasi castrense peculium dicitur, quod ad castrensis peculij exemplum est inuentum [r]. Itaq; † non displicet Duareni diuisio, ut quatuor ponamus substitutionum species: Vulgarẽ, Pupillarem, Quasi pupillarem, & Militarem. Nam reciproca quin eadem sit cum uulgari, dubium non est [s]. Duæ tamen priores propriæ sunt substitutionum species: quia directò, & ciuilibus uerbis fiunt. Tertia constitutionibus Principum, contra subtilitatem iuris, & humanitatis, ut inquit Imp. [t] intuitu introducta est. Quarta, ad ius duntaxat militare pertinet. Et hęc quidem, quod ad præsens institutum attinet, de substitutionibus dicta sufficiant: cùm quia eadem hîc obseruantur, quæ in institutione, de qua paulo antè satis est dictum: tum quòd tanta est huius materiæ subtilitas & altitudo, ut compendiaria interpretatione exhauriri non possit [u]: ea desuetudo & insolentia, ut pigeat in re ab usu nostrorum iudiciorum remotissima, multum operæ collocare. Turpe est enim, ut inquit Catullus, difficiles habere nugas, & stultus labor est ineptiarum. 7 8 9

a l. potest quis. 36. hoc t.
b Inst. lib. 2. cap. 4. Paul. lib. 3. tit. 4. & l. ex facto. §. Lucius. hoc t. Vlp. tit. 23.
c Caius in d. tit. Inst. tit. de uulg. subst. et tit. de pub. subst. ubi dixi, uide Gouea. in prin. de subst. nu. 11. et Lect. lib. 1. c. 28.
d l. 4. hoc t. l. si Titius. de hær. inst. Gouea. 7. d. l. 4. nu. 15. & 16.
e §. & plures. Inst. eo.
f ex l. iam hoc iure. 4. h. t.
g l. j. hoc t. in prin. Inst. eo.
h §. masculo. Inst. de pup. subst.
i t. t. si quis aliq. test. prohi.
k l. cohæredi. 41. §. cum filiæ. hoc t. §. fi. Inst. de pupillari, t. t. ff & C. ad S. C. Treb. Inst. de fideicom. hæred.
l §. restituta. cum ibi not. Inst. de fideicom. hær.
m l. centurio. 15. hoc t. l. precibus. C. de impub. substit. l. miles ita. ĵ. de militar. testa.
n d. l. cum precib.
o Duaren. lib. Disputa. 2. cap. 7.
p l. ex facto. 41. hoc t.
q l. humanitatis. C. de impub. & al. §. j. Inst. de pupill. sub. ubi dixi.
r l. fi. C. de inoff. test. Inst. per quas perso. nob. acquir.
s d. §. j. Inst. eo.
t l. humanitatis. C. de impub. substit.
u uide quæ dixi Inst. de uulg. & tit. de pup. subs.

De conditionibus institutionum.

TITVLVS VII.

1 De conditione impossibili.
2 De possibili, & eius generibus.
3 Extraneum sub omni conditione rectè instituí.
4 Quibus sub conditionibus possit institui suus.

ET hæc † quidem de institutione pura: quia uerò etiam sub conditione ut dictum est, institui potest, de Conditionibus institutionum uideamus. Conditiones institutionum aut sunt Possibiles, aut Impossibiles: uel iure, quia turpes aut contra leges, quæ tamẽ magis nullius momenti & pro 1

non scri-

non scriptis sunt quàm impossibiles: Vel natura, quia eas hæc non admittit [a]. Quocunq; autem modo impossibilis sit conditio, pro non scripta habetur [b]. Cui similis est illa, quæ necessitatem iurandi hæredi imponit: ut, Esto hæres, si iuraueris te Titio daturum centum. Ne enim temerè quis iuraret, aut timidè iusiurandum fugeret, uoluit Prætor amoto iureiurando, dari aut fieri quod testator censuisset, dummodo fieri posset [c]. Possibilis † conditio aut confertur in Potestatem hæredis, ut: Si Titio decem dederis, hæres esto: aut in Casum, ut: Si nauis ex Asia redierit: aut in Vtrumq;, quæ Mixta conditio dicitur, cum uidelicet partim ab animo pendet hæredis, partim ab euentu fortunæ: ut, Filius hæres esto, si in patriam redierit [d]. Est igitur omnis conditio aut Potestatiua, aut Casualis, aut Mixta [e]. Sub † omnibus his extraneus rectè instituitur: & deficiente conditione, deficit institutio: existente, existit. Existere autem potestatiua etiam tum uidetur, cùm non stat per hæredem, quo minus impleatur [f]. Filius † autem aut alius suus hæres, non nisi sub conditione potestatiua institui potest [g]. Nam si instituatur in incertum casum, non existente conditione, quod euenire potest, inuenietur contra legem præteritus. Itaq; non expecto euentu statim pro præterito habetur: quippe cum nec certò inueniatur hæres institutus, nec expressim sicut opus est [h], exhæredatus. Cum autem sub impossibili conditione instituitur, potest quidem sicuti extraneus dicere conditionem nullam: sed quia satius est illum ab intestato, sine legatorum onere succedere, hoc habet præcipuum, ut testamentum nullum dicere possit [i].

a Paul. lib. 3. t. 4.
b l. j. l. conditiones. 14. l. cõditiones. 9. l. filius. 15. l. quidam. 27. l. mulier. 20. hoc t. l. reprehendenda. C. de inst. & sub. §. impossibilis. Inst. de hæred. inst.
c l. quæ sub conditione. 8. hoc t.
d l. si pater. C. de inst. & sub. l. suus. 4. §. pen. 5. de hæred. inst.
e l. unica. §. sin autem. C. de cad. toll. l. ult. C. de necess. hæ. instit.
f l. 3. C. de inst. & sub. st. d. l. quæ sub conditione. §. pen. hoc t. l. sororem. C. de his quibus ut indig. l. j. ad Trebellia.
g l. filius. 15. l. si. h. t. l. suus. 4. 5. de hær. inst.

De iure deliberandi. Tit. VIII.

1 De conditione cretionum.
2 Quale fuerit olim ius deliberandi.
3 Edictum.
4 Quæ res pendente deliberatione alienari possint.
5 Ius deliberandi nouum.
6 Beneficium L. final. C. de iur. delib.

1 INter † alias institutionum formas, erat olim frequens Cretionum conditio [a]: qua certorum dierum spacium instituto hæredi à testatore præstituebatur ad deliberandum, uellet adire hæreditatem, an non: ut, uerbi gratia: Titius hæres esto, cernitoq; in diebus centum proximis: nisi ita creueris, exhæres esto [b]. Sed hoc cretionum ius postea est abolitum [c]. Et † siue testator ius deliberandi dedisset, siue non, cœpit Prætor authoritatẽ suam interponere, & hæredibus tam scriptis quàm ab intestato petentibus concedere certum temporis spacium, ne actiones scilicet creditorum nimis diu differantur [d]: intra quod tempus perpensis exactè rebus hæreditatis, inspectisq; rationibus atq; instrumẽtis, quæ illis communicanda sunt, deliberarent, adiréne uellent an repudiare [e]: pauciores autem quàm centum dies non sunt dandi [f]. Iterumq; peti tempus potest, si probetur prius non suffeciſſe [g]: ne uidelicet præcipitata deliberatione, cuius comes solet esse pœnitentia, temerè quis adeundo hæreditatem damno adficiatur, emergente postea ære alieno. Nàm ante Iustinianum, hæredes in solidum creditoribus & legatarijs, adeundo obligabantur [h]. Edictum † autem Prætoris hac de re ad hunc ferè modum fuit conceptũ:

„ Si tempus ad deliberandum petet, dabo [i]. Si pupilli pupillæue nomine postulabitur, tempus ad delibe-
„ randum, an expediat eum hæreditatem retinere: & hoc ei datum sit, si iusta causa esse uidebitur bona
4 interea diminui: nisi causa cognita, boni uiri arbitratu, uetabo [k]. Hæc † altera pars edicti etsi præcipuè ad pupillos pertinet, ut miseratione ætatis iustis de causis diminui & alienari, pendente deliberatione ex bonis hæreditarijs ad utilitatẽ pupilli possit [l]: tamen in maioribus etiam locum quandoq; habet: ut cum in hæreditate inueniuntur res sumptuosę, aut tempore perituræ. has enim duntaxat alienari Prætor permittit [m], reliquas non item [n]. Sciendum autem est, desitum esse peti à Magistratu deliberandi spacium, postquã Iustinianus ipso iure deliberandi ius ad annuum spacium indulsit, idq; etiá transmitti uo
6 luit [o]. Qui † tandem salutari constitutione aliter quoq; prouidit, ut hoc deliberandi beneficio hodie ne opus quidẽ habeat, sed intra tricesimum ab adita hæreditate diem cõficere possit inuentarium [p], eoq; confecto, nõ ultra uires hæreditatis creditoribus & legatarijs obligari [q], & sua iura atq; actiones, cõtra defunctum integras seruare [r]. quod apud nos Sax. uel non confecto inuentario hodie obtinet [s]: quorũ etiam moribus intra trigesimum à morte testatoris diem nulla exactio, petitio, diuisio hæreditatis nomine, nec familiæ eius mutatio aut ablegatio fieri potest [t].

a uide Vlp. tit. 22.
b Vlp. tit. 22. & 17.
c l. cretionum. C. eod.
d §. pen. Instit. de bon. succeſſ.
e l. 1. iuncta. l. 5. hoc t.
f l. 2. hoc t.
g l. 3. & 4. hoc t.
h l. quæ dotis. 34. soluto matr. §. extraneis. Inst. de hær. qua. & diff. ubi dixi. & §. hæres. Instit. de obligatio. quæ exq. con. l. fi. C. eod.
i l. j. circa fi.
k l. ait prætor. 7. l. Aristo. 5. in fi. l. igitur. 6. l. filius. 9. hoc t.
l d. l. ait prætor.
m d. l. 5.
n l. si sciens. 26. de cont. emp.
o l. cum in antiquiorib. C. eod.
p gl. in Auth. sed cum. C. ad l. Fal. gloss. lat. ar. 22. lib. j.
q l. fi. C. eo.
r l. fi. §. in computatione. ubi gl. mag. & Dd. C. de iur. delib. uide quæ dixi. §. fi. Inst. de hær. qual.
s Land. lib. j. art. 6. gl. lat. lib. 1. art. 22. Reinhar. diff. 38. Henn. God. cõsi. 15. de succeſſ. feud.
t Landr. lib. j. art. 22. ubi gl. nu. 3. & art. 28. lib. j.

DIGEST▸ LIB▸ XXIX▸ DE TESTAMENTO MILITIS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Ratio & forma militaris testamenti.
3 Quatenus Iustin. priuilegium militare restrinxerit.

1 ET hæc † quidem in solennibus paganorum testamentis seruanda sunt. Militibus † autem
2 cùm propter occupationes publicas, iurisq; ignorantiam, tum fauore militiæ, omissa hac solennitate testamentum aliter condere, ex constitutionibus est permissum: nempe quomodo uelint, quomodo possint, nuda semper testatoris uoluntate sufficiente [a]: quod priuilegium ex antiquo illo in procinctu testandi iure [b] defluxit. Nec interest factionem nec ne testamenti habeat miles [c], dum tamen mentis sit compos [d]: incapaci relinquat, an non, quanquam id exceptiones recipiat [e]: purè an in diem, an ex die, an ad diem, an sub cõditione instituat: quia pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest [f]. Quod † cum antea passim omnibus militibus sine discrimine esset indultũ, Iustinianus restrinxit ad eos q in expeditione essent: ceteros in hybernis aut alijs locis, uel suis in ædibus degẽtes, uoluit quidẽ priuilegiũ testãdi de castrẽsi peculio habere, sed ita, ut iure cõmuni testamentũ cõdere habeãt necesse [g]: secundũ quod ius etiam in dubio testari præsumuntur [h].

a l. j. hoc t. uide quæ dixi Inst. eo. b §. j. Inst. de testa. ubi dixi. c l. 3. l. ex militari. 7. §. similes. hoc t. §. ult. Inst. eo. d l. fi. C. eo. e l. miles ita. 41. §. mulier. 1. hoc t. f l. si miles. 6. §. j. & l. miles ita. hoc t. g l. pen. C. eo. in prin. & §. j. Inst. eo. h Dec. in l. ius nostrum. 7. nu. 8. de reg. iur. uide plura Inst. eo.

BIU Cujas

De acquirenda uel amittenda hæreditate. TIT. II.

1 *Continuatio, & dispositio titulorum sequentium.*
2 *Quid sit immiscere, adire, &c.*
3 *Quid sit adire.*
4 *Causa efficiens aditionis, quomodo adeatur.*
5 *Forma & solennitates aditionis.*
6 *Finis & effectus aditionis.*
7 *Aditionem esse perpetuam, & retrotrahi.*
8 *De amittenda hæreditate.*

POsteaquam † ea quæ ad testamentorum conditionem pertinere uidebantur, absoluimus: deinceps exequamur, quomodo post mortem testatoris, ad finem ea & exitum perducantur. quod in eo uertitur, ut adeatur hæreditas, aperiantur tabulæ testamẽti, prẽstentur ea quæ relicta sunt: nisi indignos se beneficio fecerint hi quibus relictum est: de quibus ordine dicendum. In † tractatu adeundæ hæreditatis, obseruanda phrasis est cõsultis usitata. Nam hæredem Suum (qui ipso iure hæres est [a], quamuis non possessor [b]) se Immiscere hæreditati cum succedit, Abstinere cum repudiat: extraneum autem Adire, aut Repudiare dicimus [c]. Adire † hæreditatem nihil hodie (nam olim inter aditionem solennem uerbis constantem & pro hærede gestionem quæ facti esset, nonnulla fuit differentia [d]) aliud est, quàm illam capessere, & se Pro hærede, id est domino gerere [e]. Id † fit solo animo, quo & acquiritur hæreditas, & amittitur [f]: siue is uerbis explicetur, siue aliquo facto (hoc enim non minus quàm uerbis uoluntas declaratur [g]) quod tanquam ab hærede geritur [h]: nisi quis protestetur, se nõ animo adeundi facere, sed pietatis fortè gratia, aut aliam ob causam. Cæteroquin qui gerit negocium hæreditatis, ipse hæres institutus, uel ab intestato proximus, præsumitur animo adeundi feciſſe [i]. Forma † igitur adeundi est, Vt liberè minimeq; coacta uolũtate adeatur [k]. Nam ne suus quidem hæres cogitur [l]. Aut seruus: qui si metu compellatur, non tenet aditio [m], nisi cum domino hæres necessarius existit [n]. Cum autem uoluntas nequeat esse certa, nisi de re certò constet [o]: ideo dubitantibus, aut ignorantibus hæreditas non acquiritur, nisi Suis [p]: nec aditio neq; repudiatio rectè fit, nisi certò constet, utrum ex testamento an ab intestato, & quota ex parte delata sit hæreditas [q]. Id quoq; ad formam pertinet, ut Purè adeatur hæreditas, sine Die aut Conditione [r]: & quidem in Solidũ. Pro parte enim adiri, & hæreditas scindi nequit [s]: unde & inuitis deficientium portiones accrescunt [t]. Finis † & effectus aditæ hæreditatis est, Vt omne ius quod habuit defunctus, hæres acquirat, & in eum omnes actiones transeant, quæ defuncto aut in defunctum competebant: utq; omnia hæreditatis onera subire, creditoribus & legatarijs satisfacere cogatur [u], nisi cum beneficio inuentarij adierit: ut suprà ad tit. de iure deliber. dictũ est. Illud † etiã admonendi sumus, Hæreditatis aditionem perpetuam esse, sicuti & petitionem [x]: hoc est, posse & peti & adiri hereditatem intra 30. annos: etiamsi creditores & legatarij petere possint, ut statim, uel intra annum saltem adeatur [y]. quæ petitio post nonum à morte defuncti diem, primùm facienda est iure Ciuili [z]: iure Sax. post dies triginta [a]. Pertinet & hoc ad effectum, quòd aditio non modò efficax sit in futurum, sed etiam retrotrahatur ad tempus mortis defuncti [b]. Et hæc quidem de acquirenda hæreditate. Vt † autem acquiritur, ita & amittitur solo animo, puta repudiatione [c]: facta scilicet ab ijs qui & adire possunt [d]: & super hæreditate quæ adiri potest, scilicet defuncti, non superstitis [e] (nam uiuentis nulla est hæreditas [f]) & eadem forma qua aditur: scilicet ut in totum, non pro parte repudietur hæreditas [g]. cuius repudiationis effectus est, ut hæreditas semel renunciata, amplius adiri non possit [h]: sicut contrariò, semel adita amplius repudiari nequit [i].

a *§. sui. 4. Inst. de hæred. quæ ab intest.*
b *uide ĩ. ad tit. quor. bonor. & ĩ. Inst. de hære. quæ ab intest. §. sui. 4.*
c *§. extraneis. 6. Instit. de hæred. qual. & diff.*
d *l. eum qui. 51. l. si quis mihi. 25. §. sed quid. 4. h. t. Vlp. t. 22. Gouean. lib. 1. lec. cap. 25. Cuiac. obs. lib. 7. cap. 18. & quæ dixi. Inst. de hære. qual. in fi. & ad Cod. hoc t.*
e *l. pro hæred. 20. l. gerit. 187. hoc t. §. antepe. & pen. Instit. de hær. qua. & diff.*
f *§. fi. Inst. de hæred. qua.*
g *l. Paulus. 5. rem rat. hab. l. de quib. 31. de leg. l. recusari. 91. hoc t.*
h *d. l. pro hær. §. Papinianus. & §. quid tamen. d. l. gerit. d. §. fi.*
i *d. l. pro hæred. l. si quis extraneus. 27. §. interdum. hoc t.*
k *l. nec temerè. C. de iur. delib.*
l *l. quæsitum. 40. cum ll. seq. §. 2. in fi. Inst. de hæred. que.*
m *l. 6. §. ult. si metus causa. 84. hoc t. l. nec emere. C. de iur. de.*
n *l. si seruus. 65. cum seq. hoc t.*
o *l. fi. C. de cond. indeb.*
p *§. suis. 4. Inst. de hæred. quæ ab intest. l. furiosus. 63. de acquir. hær. l. fi. §. 1. C. de cura. fur.*
q *l. is qui putat. 15. cum ll. seq. l. si quis. 21. §. fi. cum ll. seq. l. pater. 92. hoc t.*
r *l. eum qui. 51. §. fi. hoc t. l. actus. 78. de reg. iur.*
s *l. 1. & 2. hoc t. l. ius nostrum. 7. de reg. iur.*
t *l. si quis. 35. hoc t.*

Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur, et describantur. TIT. III.

1 *Summa edicti.*
2 *Ratio.*
3 *Quibus exhibendæ sint tabulæ.*
4 *Solennitas apertionis.*
5 *Effectus.*

DE aperiendis † testamentis Paulus sic ait [a]: Omnibus quicunque desiderant tabulas testamenti inspicere, uel etiam describere, inspiciendi describendiq; potestatem facturum se Prætor pollicetur: quod uel suo uel alieno nomine desideranti tribuere eum, manifestum est. Ratio † autem huius Edicti est euidens: neq; enim de ijs controuersijs, quæ ex testamentis proficiscuntur, transigi aliter potest, quàm inspectis cognitisq; uerbis testamenti [b]. Deinde tabularum testamenti instrumentum non est unius hominis, hoc est, hæredis, sed uniuersorum, quibus quid illic ascriptum est: quin potius publicum est instrumentum [c]. Itaq; † omnibus exhibendæ sunt tabulæ: & nisi patiatur inspici & describi, penes quem eæ sunt, omni modo ad hoc officio magistratus compelletur [d]: quanquam hæredi adeundicandas tabulas, etiam ad Exhibendum, & In rem actio competat [e]: & si quis neget se tabulas habere, interdicto de Tabulis exhibendis rectè conueniatur [f]. Cum † autem aperiendæ sunt tabulę, quod iure communi intra tertium aut 5. à morte diem fieri debet [g], iure Sax. intra triceſimum, ut dictum est, peti nequit: Prætoris aut alterius Magistratus officium est, ut cogat signatores cõuenire [h], & sigilla sua recognoscere,

u *l. fin. C. de iur. delib. §. extraneis. Instit. de hæred. qua. & diff. §. j. de oblig. quæ ex q. cont. §. restituta. Instit. de fid. com. hæred.* x *l. hæred. C. de petitio. hæred.* y *l. unus. & tot. tit. quib. ex causs. in poss. eat. l. cum antiquioribus. l. fin. C. de iur. deliber. uide rationem in §. pen. Instit. de bonor. poss.* z *Auth. sed neq; C. de sepulc. uiolat.* a *Landr. lib. j. artic. 22. lib. 3. artic. 15. Reinhar. diff. 43. dixi ĩ. de iur. delib. in fine.* b *l. omnia. 154. l. omnis. 181. de reg. iur. l. si ex re. 34. §. fin. de stipulat. seruor.* c *l. recusari. 94. hoc tit.* d *l. 4. l. is qui. 13. l. is potest. 18. hoc tit.* e *l. qui superstitis.* f *l. j. de hæred. uend.*
g *l. 2. hoc t. uide quæ scripsi in §. ult. & tot. tit. de hære. qual. & diff.* h *l. 4. C. de repud. hæred.* i *§. fi. Inst. de hær. qual. ubi uide notata. & in l. ult. C. de repud. uel abs. hæred.* a *in l. j.* b *l. de his. 6. de transactionib. l. 1. 2. hoc t.* c *l. 2. in prin. hoc t. uide inf. de tab. exh.* d *d. l. 2. §. fi.* e *l. 3. h. t.*
f *d. l. 2. §. fi. l. j. §. j. & t. t. de tab. exhi. ubi uide.* g *Paul. lib. 4. t. 6.* h *l. testa. C. de testa. l. in hac. C. de donat. l. ult. de app. rer.*

BIU Cujas

recognoscere, uel negare se signasse [a]. Publicè enim expedit, suprema hominũ iudicia exitum habere [b]: ut mirandũ non sit, si Magistratus authoritatem suam interponat. Si quis se neget sigillum suum agnoscere, non eo minus aperientur tabulæ [c], quemadmodum & cum aliquis abest [d]: suspectæ tamen hac ratione tabulæ fiunt [e]. Publicationis † autem tabularum effectus est, ut deinceps earum publica & rata constet fides atq; authoritas [f], & de relictis transigi possit [g], & quamuis tabulæ intercidant, nihilominus relicta ualeant & debeantur [h].

a l.4.& 5.hoc t.
b d.l.5.
c d.l.j.§.fi.
d l.6.l.7.hoc t.
e d.l.j.in fi.ubi gl.& Dd. latius.
f l.publicati.C.de testam. uide ff.de fid.instr.
g l.j.h.t.l.de his, de transactio.
h d.l.publicati.2. C.de testam.l.unic.ff.si tab.test. ext.glo.& Dd.in l.cum instrumentis.10.cum l. seq.C.de fid. instrum.ui de de forma & ui publicationis plura apud Paul.lib.4.tit.6.

Si quis omissa causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat haereditatem. Tit. IIII.

1 Ratio huius edicti.
2 In quem, ad quid actio ex hoc edicto detur.

1 VT autem † inspectis cognitisq; uerbis testamenti præstentur ea quæ relicta sunt, rectè facit Prætor, cum uoluntates defunctorũ tuetur, & eorum calliditati occurrit, qui omissa causa testamenti, ab intestato hæreditatem totã partem ue eius possident, in hoc, ut eos circumueniant, quibus 2 quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si non ab intestato possideretur hæreditas. Et † in eos actionem Vtilem pollicetur, perinde ac si hæreditas ex testamento adita esset [a]: ut quæ relicta sunt, præstentur [b]. nam alioquin iure scripto quæ in testamento relicta sunt, ab intestato nequaquam debentur, neq; peti possunt [c]. Cæterùm ubi testamento clausula codicillaris est adiecta, uel alioqui nulla fraus subest, permissa est omisso testati iure ab intestato aditio [d].

a l.j.hoc t.
b l.de libertat.12.§.ult. hoc t.
c l.eam quam.ubi Dd.C. de fideicom.
d l.ult.C.de codicill.Bart. in l.licet.nu.2.& l.ult. nu.2.hoc t.l. controuersia.de transact.

De S. C. Sillaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur. Tit. V.

1 Continuatio tituli.
2 Ratio S.C.
3 Summa S.C.
4 Qui S.C.comprehendantur.

1 SEd non † omnibus indiscriminatim, quæ relicta sunt, præstabuntur: quidam enim se indignos relictis faciunt, ut qui in S.C.Sillanianum & Claudianum [a] committunt, de quibus sic ait I.C. Cum 2 nulla † domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui dominis custodiam, tam à domesticis quàm extraneis præstare serui cogãtur: ideo S.C introducta sunt, de publica quæstione à familia necatorum 3 habenda [b]. Itaq; † si quid ad causam testamenti pertinens relictum erit, ab eo qui occisus esse dicetur: id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendum ue curet, edicto Prætoris cauet, priusquã de familia eius quæstio ex S.C.habita, suppliciumq; de noxijs sumptũ fuerit [c]. Noxij † autem sunt, siue ipsi occidisse, siue auxilium non tulisse conuincantur [d]. Quòd si hæres legatarius ue contra Edictum ante quæstionem sciens testamentum publicarit aut audierit: aufertur illi quod relictum est, & in fiscum redigitur [e]. Sin alius cui nihil relictum est id fecerit, in centum aureos condemnatur [f]: sed & alioquin hęredi, qui sciens qualicunq; tandem modo cæsum testatorem, neglecta cædis uindicandæ cura adijt, hæreditas à fisco aufertur [g]. At moribus nostris hæc uindicandæ necis defuncti cura, ad solos mares hæredes pertinet, eoq; feminæ hoc S.C. non tenentur [h]: ut nec contrà partem lucri capiũt ex transactione, non uindicandæ cædis nomine ab agnatis aliquo accepto facta [i].

a de hoc uide Paul.lib.3.t. 5.Tac.lib.13.& 14.l.in cognitione.l.Senatusc. h.t.l.pen.C.de his quib. ut indi.Cuiac. lib.obs.1. cap.18.
b l.j.in prin.hoc t.
c l.3.§.quod ad causam.ff. hoc t.Paul.lib.3.t.5.
d l.cum dominus.19.hoc t. Tacitus lib.14.
e l.necessarios.5.§.1.hoc t.
f l.lege.25.§.ex hoc edicto.hoc t.
g l.cum fisco.9.l.si sequẽs. 15.hoc t.l.si ea.l.cum frater.C.de his quib.ut indig.
h Fachs.diff.63.per Land. lib.1.art.42.& 64.
i Fachs.præall. loc.Reinhar.diff.46.Hen.God. cons.de homicid.

Si quis aliquem testari prohibuerit, uel coegerit. Tit. VI.

1 Quæ teneantur hoc edicto.
2 Quare fisco locus fiat.
3 Limitatio edicti.

1 EOdem † modo, qui dum legitimam captat hæreditatem, (quæ & ipsa ab alieno arbitrio pendere nequit [a]) prohibet, uel impedimento dolo malo est, quo minus testamentum fiat, aut mutetur, aut contrà qui testatorem cogit testamentum facere: meritò D. Adrianus constituit denegari ei debere actiones, denegatisq; actionibus fisco locum fore [b], in parte uidelicet delinquentis. Nam si alij 2 cum illo succedant, eius factum cæteris insontibus nocere non debet [c]. Remotiores † autem agnatos fiscus excludit, ne pœna unius sit alterius præmium [d]. Cum enim ius publicum uiolet [e], qui aufert morienti liberam testandi uoluntatem, meritò pœna quoq; eius publica esse debet: & delinquentis omne 3 ius, non in priuatorum agnatorum utilitatem, sed in publicum conuerti. Sanè † uirum qui non per uim nec dolum, quo minus uxor contra eum mutata uoluntate codicillos faceret, interceserat, sed ut fieri assolet, offensam ægræ mulieris maritali sermone placauerat, in crimen nõ incidisse responsum est: nec ei quod testamento fuerat datum, auferendum [f].

a §.at hi.10.Instit.de hær. quæ ab int.
b l.1.in prin.hoc t.
c l.2.hoc t.
d l.si sequens.15.ff.tit.1.
e l.3.de testam.
f l.3.hoc t.

De iure codicillorum. Tit. VII.

1 Continuatio.
2 Quid sit codicillus, unde dictus.
3 De codicillo nuncupatiuo: & an in scriptis fieri debeat.
4 Forma codicillorum.
5 Quare hæres aut hæreditas in his relinqui nequeat.
6 Causæ codicillorum.
7 Quare ab intestato relinqui possit.
8 Effectus codicillorum.
9 Quomodo codicilli & testamenta reuocentur.

BIU Cujas

ET hactenus † quidem de testamentis. Quoniam autem uniuersitas bonorum etiam Codicillis dari potest, non quidem ut hæreditas, sed tanquam fideicommissum [a]: sequitur, ut De iure codicillorum, qui lata testamenti significatione comprehenduntur [b], tractemus [c]. Codex † siue caudex dicitur crassior arboris pars, quæ à radice supra terram assurgit, ex qua tabulas antiqui faciebant, scriptioni illeta cæra aptas: hinc codices, & codicilli dicti pro omni scriptura [d], sicut liber & libellus, à cortice arborum. Hoc autem in tractatu codicillus accipitur pro scriptura, qua moriens leuiter ac sine ulla testamenti solennitate, aut hæredis institutione testatur, de eo quod post mortem suam fieri uelit. Dico † esse Scripturam, ut & nomen ipsum indicat. Nam codicillus qui sit sine scriptis (ut fieri potest [e]) abusiuè tantum codicillus dicitur, ut rectè adnotauit Azo [f]. Addo, Sine solennitate testamenti, & hæredis institutione: quibus duabus differentijs codicillus à testamento secernitur. Nam † illæ testamenti solennitates, & septem testium numerus & rogatio, item subscriptio, & subsignatio, hîc non requiruntur [g]. unde ait Iustinian. [h] codicillos nullam solennitatis ordinationem desiderare: sed sufficit quinque testes etiam non rogatos, ad probationis duntaxat fidem adhiberi [i]. quæ tamen probatio paucioribus quàm quinq; testibus, ne facilè committatur falsum, impleri non potest [k]: ut appareat, hunc numerum ad solennitatem saltem probationis pertinere [l]: cum scilicet probationi testium, codicilli committuntur, non etiam quando hæredis conscientiæ & iuramento, quod pro idonea quoq; probatione hîc reputatur [m]. Deinde † nec dari nec adimi hæreditas, & proinde nemo hæres instituí codicillis potest, ne confundantur iura testamentorum & codicillorum [n]: unde qui hæredem instituit, codicillos uelle facere non uidetur: & si desit testamenti solennitas, ne iure quidem codicillorum ea testatio ualebit [o], nisi adiecta sit uulgaris clausula: Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum [p]. quæ institutionis ius ad causam fideicommissi trahit [q]. Planè si quis nuncupet hæredem, ut in testamento nuncupatiuo, & postea legata in tabulas conferat, codicilli potius quàm testamentum hæ tabulæ existimandæ sunt, in quibus hæres nullus scriptus est [r]. Originem † codicillorum tradit alibi Iustinianus [s]. Causa efficiens & materialis, excepta tamen hæreditate, eadem est quæ in testamento. De forma suprà dictum est, ad quam etiam pertinet quod ait Paulus [t]. Conficiuntur codicilli 4. modis. aut enim in Futurum cõfirmantur testamento, aut In præteritum (quanquam hodie neutro casu speciali confirmatione opus est [u]) aut Per fideicommissum, testamento non iure facto: ut si non ualet iure testamenti, &c. aut Sine testamento ab intestato. Nam † ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, codicilliq; ualent, sine alia confirmatione: quoniam creditur paterfamiliâs sponte sua his hæredibus relinquere legitimam hæreditatem [x]. Quocirca grauare eos potest, quos hæreditate sponte relicta honorauit [y]. Effectus † codicillorum est, quòd toties ualeant & perducãtur ad exitum sicuti testamentum, quoties quis testamentum quoq; facere potuit [z]. Reuocantur † autem aut per Subsequens testamentum, aut Codicillos contrarios. Nam si diuersi tantum sint, utriq; sustinentur, sicuti diuersa legata [a]: etiamsi posterius testamentum omni casu semper rumpat prius [b]. Quia plenam de omnibus rebus, & ultimam continet uoluntatem, quæ una tantum esse potest: eoq; derogat reliquis præcedentibus, ueluti à quibus testator ipse recesserit. Clausula quoq; codicillaris frequentissimè testamentis apponitur, quæ facit testamentũ ualere, etiam iure codicilli, si testamenti solennibus destituatur: siue ea clausula specialiter sit adiecta [c], siue generatim [d], siue etiam tacitè: deq; præsumpta testatoris uoluntate, alijsq; circumstantijs intelligatur adiecta [e].

1 2 3 4 5 6 7 8 9

a §.pen. Instit. eo. l. 2. §. fi. hoc t.
b l. j. §. hoc interdictum. t. tit. de tab. exh. Paul. lib. 4. t. 7.
c uide hac de re methodũ, positã. 5. Inst. de codicil.
d l. administrantes. de excusat. tuto. §. filiusfamilias. Instit. quib. mod. ius pa. potest. uide quæ dixi in Oecono. Cod. in prin. j. & Inst. eo. de codicill.
e l. fin. C. de bonis libert. l. fi. in fi. uerb. siue in scriptis siue sine scriptis. C. eo. l. generaliter. C. de sacrosanct. Eccles.
f ad tit. C. eo. nu. 4.
g l. diuus. 6. §. j. hoc t.
h §. fi. Inst. eo.
i l. fin. C. eod. uide de hoc Inst. de fideicom. hæred.
k l. fi. C. de fideicom.
l Fin. in uerb. testium solennitatem. C. de fideicomm. l. fi ueritas. 23. in uerb. solennitas iuris. eo. tit.
m d. l. final. uide quæ dixi in § ult. Inst. de fideic. hæred.
n l. 2. C. eo. §. pen. Inst. eo.
o l. nõ codicillum. C. de testam.
p d. l. fi. ubi Dd. C. eo. l. cõficiuntur. 8. in prin. hoc tit.
q Cor. consil. 62. uol. 2. & dixi Inst. eo.
r l. fi. hoc t.
s Inst. eo. in prin.
t in d. l. 8.
u §. j. Inst. eo. l. siue ab initio. C. eo.
x d. l. 8.
y l. cum filiofamiliâs. 11. ubi Dd. j. tit. 2. l. 6. & 5. infrà, de legat. 3.
z d. l. conficiuntur. §. j. uide Inst. eo.
a l. 3. C. eo. §. fi. Inst. eo.
b §. posteriore. Inst. quib. mod. testamentum. infrà uide Dd. in l. pacta nouissima. C. de pact. ubi dixi.
c l. eam. 14. C. de fideic.
d l. ex ea scriptum. §. j. de testam. Molin. consil. 35. uisis. nu. 8.
e Ias. d. l. eam quam.

DIGEST▸ LIB▸ XXX▸ DE LEGATIS ET FIDEICOM. LIB. I. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Quid sit legare.
3 Quid sit legatum.
4 Genera legatorum.
5 Causa efficiens.
6 Materia: & quæ res legari possint.
7 Forma.
8 Finis.
9 Effectus.
10 De fideicommissis, tam particularibus quàm uniuersalibus: & quatenus à legatis discrepent.

POSTQVAM † de testamentorum & codicillotum iure, quo uniuersitates bonorũ transferuntur, actum est: nunc ordine ita exigente, de rebus singulis per legatum aut fideicommissum relictis, est differendum. Legare † idem significat quod mandare aut decernere: unde legatio, & legati dicti. itaq; illa legis XII. Tabularũ uerba, Vti quisq; legassit suæ rei, ita ius esto [a]: latè patent in ultimis uoluntatibus, & quamlibet potestatẽ hæredis instituendi, aut libertates legatáue dandi aut tutelas constituendi, complectuntur [b]. Strictim autem, & propriè, ut hîc, legare dicitur, qui res particulares directis uerbis in testamento relinquit. Legatum porrò & legare, à legendo deducta uidentur, sicuti lex. qui enim legat, delibat [c] aliquid, seu deligit ex tota hæreditate, quod mauult ad legatarium quàm ad hæredem pertinere [d]. Legatum, † inquit Iustinianus [e], est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda [f]. Florentinus paulo aliter describit [g]: Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator, ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum uelit. Sed hæ definitiones non satis distinguunt legata à fideicommissis. Rectius itaq; Vlpianus [h]: Legatum est, quod legis modo, id est, instar legis imperatiuè, & directis uerbis testamento relinquitur: ut, Do lego, &c. Etenim ea quæ uerbis precarijs relinquuntur: ut, Rogo, peto, &c. fideicommissa ex re appellantur. Nec hæc differentia hodie sublata est: altera abrogata. Nam olim, ut indicat Vlp. tantum testamento poterant legata relinqui, hodie uelut fideicommissa qualibet uoluntate rectè dantur [i]. Genera † legatorum

1 2 3 4

a l. uerbis. 120. de uerb. sig. in prin. Inst. de l. Falcid. uide de hac materia quæ scripsi ad t. Inst. eo.
b d. l. uerbis legis. 120. de uerb. sig. c l. legatũ. 116. de leg. 1. d Vlp. t. 4. e §. 1. Inst. eo. quæ definitio ex Mod. sumpta est. l. legatũ. 39. j. t. 1. f de hac clausula uide quæ dixi Inst. eo. g in l. legatũ. 119. h. t. h in Enchiridio. t. 24. i §. pen. uerb. cũ legata nisi ex test. nõ ualeãt. Inst. de fideicõ. hær. ubi dixi. & Inst. & ad Cod. hoc t.

BIU Cujas

torum olim erant quatuor: per Vendicationem, ut cum his uerbis relinquebatur: Do, lego, capito, sumito, habeto, &c. unde nascebatur Rei uendicatio, cùm ex reliquis legatorum formis tantum Personales actiones darentur. Alterum per Damnationem, ut hoc modo relictum: Hæres meus damnas esto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo, &c. Tertium Sinendi modo, cum hac uidelicet forma legatur: Hæres meus damnas esto sinere Titium sumere illam rem, sibiq; habere. Quartum per Præceptionem, quomodo solis hæredibus rectè prælegatur: ut, Lucius Titius illam rem præcipito, id est, habeto præcipuam [a]. Quid autem inter hæc legatorum genera fuerit olim discriminis, consulti alibi ostendunt [b]. Sed hodie quibuscunque uerbis cum indifferenter legari possit [c], horum generum discrimina sublata sunt, quod quidem ad effectum attinet [d]. Vnus igitur est legandi nunc quidem modus: nam fideicommissum & mortis causa donatio, legati appellatione tantum impropriè ueniunt [e]. Causa † efficiens προηγουμένη legatorum, est benigna uoluntas testatoris [f]: προπαροξυτόνως in coniunctis ipsa propinquitas [g], in extraneis meritum aliquod legatarij [h]. Materia † In qua, olim erat testamentum [i]: materia Circa quam legata uersantur, sunt omnes res quæ in commercijs hominum existunt, siue eæ sint testatoris, siue hæredis, siue alienæ: nam has legatas redimere hæres cogitur, aut æstimationem soluere [k]. Forma † legatorum certa & solennis hodie quidem [l], nulla est: nam & Nutu relinqui possunt [m], dummodo quinq; testes relictum probent [n], qui in omni ultima uoluntate, quamuis non solenni, requiruntur [o]. Et Purè, & In diem, & Sub cõditione rectè legatur [p]. Causa † finalis, quæ in legatis præcipuè attenditur [q], est ut benignè fiat legatario [r]: est enim legatum titulus lucratiuus [s], unde & donatio appellatur [t]. Effectus † legati est, Quòd statim à morte testatoris dominium iuris fictione transeat in legatarium [u], & ad legatum consequendum tres competant actiones: Rei uendicatio, Hypothecaria, & Personalis [x], ut uidelicet laxior sit agendi facultas [y]. Legatum, ait Papinianus, ita dominium rei legatarij facit, ut hæreditas hæredis res singulas [z]. Fideicommissorum eadem est ratio: sunt enim exæquata legatis [a]. Quanquam † ea regula plures olim exceptiones habuit, ut uidere licet apud Dd. [b] Hodie nõ item, post quam hæc Iustinianus prorsus exæquauit [c]. Sanè fideicommissa uniuersalia etiam hodie distãt à legatis. Nam fideicommissarius cui hæres rogatus est restituere hæreditatem, loco hæredis (nam is hæres esse semel factus non desinit [d]) est, omnesq; actiones suscipit [e], adeò ut etiam hæredem inuitum ad adeundum cogere possit [f]: quod legatario nequaquam est permissum [g], nisi in casu speciali ex Constitutione [h]. Singularia autem fideicommissa, sicuti dixi, non effectu, sed uerbis à legatis distinguuntur. Nam hæc directis, illa precatiuis uerbis: hæc immediatè, illa mediatè à testatore relinquuntur, Vnde & fideicommissa dicta, quòd fidei & pudori hæredis rogando committãtur: de quorum origine uidere licet Iustinianum [i]. Ad effectum autem & illud pertinet, quòd res legato uel fideicommisso etiam sub conditione subiectę, non possunt ualidè alienari [k].

a §. sed olim. Inst. eod. ubi exposui.
b Theo. §. j. Inst. eo. Caius Inst. eo. Vlp. tit. 24.
c §. nostra. Inst. eo.
d l. j. C. communia. de leg.
e l. & fideicõmissum. 85. de lega. 3. l. fi. C. de donatio. causa mor.
f d. l. j. C. cõmunia. de leg.
g l. Titius. 25. ubi Iaſ. n. 9. de lib. & posth. & in l. cætera. 8. §. si quis. nu. 9. l. si domus. §. si fundus. nu. 22. l. qui filiab. num. 26. de legat. 1. fac. l. si seruus communis 37. de donat. int. uir. & uxor.
h l. nec adiecit. 9. §. pro socio.
i d. §. pen. Instit. de fideicom. hær. Vlp. cap. 22.
k §. non solum. ubi dixi. Inst. eo. l. unum ex fam. 69. §. si rem. j. tit. 1. l. cũ alienam. C. eod.
l l. in legatis. 21. C. eod. l. 1. & 2. C. com. de leg.
m l. nutu. 21. j. tit. 2.
n l. & in epist. 22. C. de fideicom. uide Bart. & Dd. in d. l. nutu. 21. de leg. 2.
o l. fi. C. de codicill.
p l. fi. C. eo. tit. tot. tit. C. de condit. inser.
q l. cũ pater. 79. §. omnia. ubi gloss. ad uerb. discordijs. de leg. 2. per l. illis libert. de cond. & dem.
r d. l. nec adiecit.
s l. legatum. 36. j. tit. 1. l. si hæreditatem. 32. suprà mand.
t §. j in uerb. donat. Instit. de leg. l. legat. 37. j. tit. 1.
u l. à Titio. 66. de furtis.
x l. j. & 2. C. comm. de legat.
y l. cum filius. 78. §. uarijs. j. tit. 1.
z l. legatum. 82. j. tit. 1.
a l. j. hoc t. l. j. Inst. eo.
b in d. l. j. dixi. §. j. Instit. eod.
c l. 2. C. comm. de legat. §. sed non. Inst. eo.

DIGEST▸ LIB▸ XXXI▸ DE LEGATIS ET FIDEICOM. TIT. II.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio trium horum librorum.*
3 *Quibus legari possit.*
4 *Quare domino sua res non rectè legetur.*

QVIA † latissimè patet materia legatorum, ideo tribus Pandectarum libris in genere de ijs disseritur: quorum in primo † præcipuè agi quidam uolunt, de rebus quæ legari possunt, aut non: in secundo, de personis, quæ quibus utiliter legent: in tertio, de uerborum & rerum, quæ quidem ad legata pertinent, significatione. Quod † ad personas attinet, sciendum est, ijs duntaxat rectè legari posse, cum quibus est testamenti factio: hoc est, qui ex testamento capere possunt [a], siue uni legetur, siue pluribus, qui coniuncti re, aut uerbis, aut etiam disiuncti dicuntur [b]. Hæredis autem seruo purè inutiliter legatur: quia hæres sibijpsi (cui seruus acquirit) soluere nequit [c]. Qua † ratione, nec domino sua res, nisi sub conditione, rectè legatur, quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri nequit [d].

DIGEST▸ LIB▸ XXXII▸ DE LEGATIS ET FIDEICOM. TIT. III.

1 *Qua de re hoc in libro tractetur.*
2 *Eius explicatio in aliud tempus reiecta.*

HOC † in libro potissimùm tractatur de significatione uerborũ & rerum, quæ ad legata pertinent: cui similis extat & in Codice succinctus & elegans titulus, de Verborum & rerum significatione. Harum rerum cognitio magnum habet usũm in interpretandis instrumentorum omnium clausulis atq; uerbis. Sed † quoniam ad certas regulas redigi, pro instituto nostro omnia nequeunt: malo nihil de his, quàm pauca hoc quidem tempore dicere, copiosiorem eorum omnium explicationem in Commentarijs facturus.

a l. ait prætor. §. sed quod. de minor. e l. 1. ad Trebell. f l. 4. ad S. C. Trebell. g l. 3. in princ. ad S. C. Trebellian. §. ergo. in fin. Instit. de fideicomm. hære. h Authen. hoc amplius. C. de fideicomm. i in prine. Instit. de singula. re. per fid. rel. quo loco nonnulla adieci. k l. ult. §. antepenult. & §. seq. & Authen. res quæ. C. commun. de legat.
a §. legari. Instit. de legat. b §. si eadem. Instit. eod. ubi exposui. l. re coniuncti. j. tit. 1. l. planè. 5. t. 1.
c §. in seruo. Instit. eod. d §. sed si rem. Instit. eod.

BIU Cujas

DIGEST. LIB. XXXIII. DE ANNVIS ET MENSTRVIS LEGAT. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Natura annui legati.
3 Quare non transeat ad hæredem.
4 Quando præstandum, & nu. 2. art. 5.
5 Quatenus simile sit usufructui, quatenus dissimile.

POSTQVAM † de legatis generatim tribus libris est expositum: nunc quædam legatorũ genera specialius sunt attingenda: ac de annuis legatis primo loco & menstruis quomodo alimenta plurimum relinqui solent. Si † in singulos annos aliquid alimentorum scilicet nomine legatum sit, Sabinus, cuius sententia uera est, plura legata esse ait, & primi anni purũ: quia initio anni statim debetur, sequentium conditionale. Videri enim hanc inesse conditionem, Si uiuat: quandoquidem in plures præstationes, ad alendum legatarium diuisisse legatum testator præsumitur [a], & ipsi legatario, non etiam ipsius hæredibus uoluisse consulere, cum legata propter benemerita relinquantur [b]: ideoq; † mortuo legatario ad hęredem legatum, ueluti alimentum defuncti, non transire [c]: etiamsi in contractibus, in quibus quisq; hæredibus suis intelligitur consulere [d], alia fiat interpretatio [e]. Si † legatum sit annua, bima, trima die, triginta fortè, per singulos annos decem præstanda sunt, æquis pensionibus [f]. In † singulos annos relictum personæ nimirum alendæ legatum simile est usufructui, cum morte finiatur, nisi quòd capitis diminutione nõ extinguitur, etiamsi hoc modo usus fructus pereat [g]. Nam cum diuersa sint cuiusq; anni legata, initio anni per singula legata ius capiendi inspicitur, ut interueniens capitis diminutio nihil obsit [h]. Illud etiam amplius est in hoc legato, quòd in ingressu cuiuslibet anni, si decesserit legatarius, eius anni legatum hæredi suo relinquit. Quod in usufructu nõ ita est, cum usufructuarius etiamsi maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, hæredi suo ad eos fructus actionem non relinquat [i]: quamuis aliter moribus Saxonum obseruetur [k]. Sed & usufructu præscribitur [l], annuis istiusmodi præstationibus scilicet quæ ex ultima uoluntate debentur [m] (nam secus si ex contractibus [n]) non item [o]: nisi tempore immemoriali [p]: constitutio tamen prouincialis hæc exæquat. const. 2. part. 2. sicut & l. cum notissimi. §. illud. C. de præscr. 30. ann. ac fortasis ubiuis, quando est una obligatio, currit præscriptio in his conditionalibus. glo. & Dd. l. 4. hoc tit. non item, cum ne possit quidem præscribi quod non est, sed incerta conditione suspensum hæret. ut dixi consil. 2. & 8. Nec uerò omne annuum relictum ita suspenditur. l. nec semel. l. si cum præfinitione, l. firmo. quand. dies leg. cedit. sed tum demum cùm in alimenta relinquitur, l. in singulos. 8. hoc tit. quod in dubio præsumetur. d. l. in singulos. l. Caius. 12. l. si cui 14. & passim, hoc tit. ex cõmuni usu. ut in l. quod si nolit. §. quia assidua. de æd. edic. Alimenta aliter relinqui possunt quàm hac forma, ut inf. de aliment. leg. & in annuo menstruo legato aliud contineri potest quàm alimentum, ut dixi, ut hic titulus iure discernatur à tit. inf. de alimen. leg.

1 2 3 4 5

a l. si cum præfinitione. 20. ĵ. quando dies lega. ced.
b l. nec adiecit. 5. pro socio.
c l. 4. l. cum in annos. 11. hoc tit. l. 10. 11. 20. 23. 26. ĵ. quando dies lega. uel fid. ced.
d l. ueteris. C. de contrah. stipula. l. si pactum. ĵ. de probat.
e l. si Stichum. 16. §. ĵ. de uerb. oblig.
f l. 3. hoc t. Vlp. tit. 6.
g l. corruptionem. C. de usufruct.
h l. cum in annos. 11. hoc t. uide Paul. lib. 3. tit. 6.
i l. in singulos. 8. hoc t.
k uide ĵ. de usufruct.
l l. corruptionem. C. de usufruct.
m secundum communem distinctionem in l. cum notissimi. §. in ijs. C. de præsc. 30. annor. Boer. decis. 336. Mynsing. 13. obser. Cent. 3.
n c. olim. de censib. c. de quarta. de præscr. Dd. d. l. cum notissimi. & hanc communem dicit Schurff. consil. 10. centur. 1. Balb. de præscr. 4. quæst. 4. partis prin.
o d. l. cum notissimi. §. in ijs. Guid. Pap. quæst. 406. 407. 408.
p Boer. d. decis. 336. Cranet. de antiq. temp. parte 4. materia. mihi. fol. 204.

De usu & usufructu, & habitatione, & operis PER LEGAT. VEL FIDEICOM. DATIS. TIT. II.

1 Continuatio.
2 Forma legandi usumfructum multiplex.
3 De legato reditus.
4 De legata habitatione.
5 De operis serui legatis.

ANnuo † legato simile est legatum usus fructus [a], sicuti dictum est. Non enim solum pactionibus, sed etiam testamento usus fructus rectè constituitur & legatur [b]. Itaq; † potest uel usus fructus solus, uel sola proprietas legari, aut alteri proprietas, alteri usus fructus: sed si usufructu legato, fundum leget testator, quia hoc uerbum etiam usumfructum comprehendit [c], is inter duos legatarios communicabitur [d]. Cum ita legatur, Fructus annuos fundi Corneliani do lego: perinde putat accipiendum Labeo, ac si usus fructus fundi legatus esset: quòd hæc mens fuisse testatoris uideatur [e], in fructu autem id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductum est [f]: consimile enim est usus fructus legato, si quis reditum fundi annuum leget [g]. Vnde † si bonorum meorum reditum omnibus annis uxori meę dari uolo, Aristo respondit, ad hæredem uxoris legatum non transire: quando aut usufructui simile esset, aut legato in annos singulos [h]. Habitationis legatum in singulos annos ab initio anni deberi constat [i]. Tale † legatum, Damnas esto hæres, Titium sinere in illa domo habitare, quoad uiuet, unum legatum est [k]. Hominis etiam operæ, tam serui quàm liberi, legari possunt [l]. Quod † legatum ab alijs distat: quoniã hic legatarius pro fructuario non est: ideoq; nec capitis diminutione, uel non utendo, nec morte legatarij legatum extinguitur [m]. Quia cum operæ in rerum natura non sint priusquam præstentur [n], non possunt capitis diminutione aut morte legatarij amitti. Priuatio enim præsupponit habitum, ut loquuntur [o]. Omnium bonorum usus fructus legari potest [p], nec id impedit quo minus hæres adeat [q].

1 2 3 4 5

a Paul. lib. 3. tit. 6.
b §. constituitur. Instit. de usufr.
c l. locus. 60. l. quæstio. 115. de uerb. sig.
d l. si alij. 19. hoc tit. l. 4. §. non solum. de usufr. accres.
e l. cum ita legatum. 41. hoc t.
f l. in fructu. 42. hoc t.
g l. patrimonij. 22. l. legatum ciuitati. 16. l. quidã. 17. hoc t.
h d. l. patrimonij.
i l. habitationis. 11. hoc t.
k l. damnas esto. 15. hoc t.
l l. 2. & 3. hoc t. m d. l. 2. uide sup. de oper. ser. n l. operæ. de oper. liber. o l. decem. 116. de uerb. oblig. ut Dd. uide sup. tit. de oper. seruo. p l. ĵ. l. 5. C. de usufr. q l. usufr. 9. C. eod. tit. de usufr. de quo disputant Angel. §. hæres. num. 4. Instit. de hær. inst. Alexan. Salic. l. extraneus. C. de hær. instit.

De seruitute legata. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Dupliciter legari seruitutes.
3 Qui, quibus legare seruitutem possint.
4 Quare usus seruitutis non rectè legetur.

SIcuti † personales seruitutes, ita quoq; reales ultimis uoluntatibus rectè constituuntur [a]. Dupliciter † autem legatur seruitus: aut principaliter, ut, Viam per fundum meum tibi lego [b]: aut in consequentiam [c]. Legant † rectè seruitutem, qui inter uiuos constituere eam possunt: & ijs utiliter legatur,

1 2 3

a l. 1. 2. 3. & tot. hoc tit. b l. 2. hoc tit. c l. ĵ. hoc tit.

BIU Cujas

4 gatur, quibus inter uiuos utiliter constituitur, puta prædiorum dominis. Porrò † usus seruitutis uel ususfructus non rectè legatur, quia seruitus seruitutis esse nulla potest. Itaque incerti cum hærede erit agendum, ut legatario quoad uiuet (uidetur enim personalis quidam usus relictus, qui cum persona extinguitur [a]) facultatem seruitutis præstet [b].

a *uide ſ. de uſuſr. & de uſu & hab.*
b *l.1.ſ.tit.1.*

De dote prælegata. Tit. IIII.

1 *Quid amplius in legato sit, quàm actione dotis.* 2 *Quomodo dos legetur.*

1 SI uxori † maritus dotem leget, quamuis ea domina sit dotis, mortuo marito: tamen ualet legatum, quia plenius est quàm de dote actio [a]. Primò propter commodum repræsentationis. Nam licet immobilia statim, tamen mobilia iure ueteri annua, bima, trima die, hoc est tribus annuis pensionibus [b]: hodie post annum demum actione dotis exiguntur [c]. At legatum statim peti potest [d], & quidem pluribus actionibus [e]. Quare rectè prælegari dos, antequam solui scilicet debeat, perhibetur [f]. Deinde in quantum facere potest debitor, condemnatio fit in iudicio dotis, etiam aduersus hæredem [g]: at actio ex testamento solidum legatum persequitur, nisi Falcidia quid detrahat [h]. Postremò pacta quæ dotibus adijci solent, in legatis non obtinent [i]: ut non parum commoditatis in eiusmodi legato insit. Legatur † autem dos, aut expressa quantitate, aut non expressa. Si expressim legetur, ut, Centum aureos dotis nomine, uel quos in dotem dedisti, tibi uxor do lego: etiamsi nihil in dotem datum sit, nihilominus legatum debetur [k], quia falsa demonstratio illud non uitiat [l]. Sin autem legatum sit non expressa quantitate, sed simpliciter, ut, Dotem lego: nihil amplius, quod quidem ad quantitatem attinet, inest legato, quàm actioni dotis [m]. Itaq; si nihil reperiatur in dote, inutile erit legatum [n]. Si mille legentur supra uel ultra dotem, etiam ipsa dos legata uideri debet, ob dictionem implicatiuam [o].

2

a *§. sed ſi uxori. Inſt. de leg. ubi dixi.*
b *l.3.ſ. de ann. leg.*
c *l. unica. §. ex actio. C. de rei uxor. actio. uid. Vlp. tit. 6.*
d *§. ſi quis debitori. uerſ. e contrario, Inſt. de legat. ubi dixi.*
e *l.1. & 2. C. com. de leg.*
f *Cuiac. obſ. lib. 4. c. 23.*
g *l. etiam. ſol. matrim.*
h *l. cum dotem. ſ. ad l. Falcid. l.2. §. idē quæritur. & §. idem Iulianus. h.t.*
i *l.1. h.t.*
k *l. cum ſcriptum. 6. l. uir uxori. 8. cum ſim. h.t. l.1. 2. 3. C. de falſa cauſa adiecta.*
l *l. demonſtrato. 17. l. falſa. 33. ſ. de cond. & demonſtr.*
m *l.1. l.2. l.5. h.t.*
n *d. l.1. §. ſed ſi uxori. Inſt. de leg. ubi uide poſitam diſtinctionem.*
o *Bart. in l. qui ita, 4. nu. 2. hoc tit.*

De optione uel electione legata.

TITVLVS V.

1 *Quare in legato optionis electionem habeat legatarius.* 3 *In optione quare non sit locus pœnitentiæ.*
2 *Quando optio facienda.* 4 *Optionis legatum esse transitorium.*

1 EST & cum testator legat optionem, siue electionem seruorum, aut aliarum rerum [a]. Optio † olim solenniter fiebat [b], & actus erat legitimus [c], nec per procuratorē ideo fieri poterat [d]: electio uerò facultatis erat arbitrariæ [e]. itaq; hic in inscriptione, tanquā diuersa præponuntur. Cæterùm hodie quando sublatis solennitatib. [f] sint exæquata [g], de utroq; promiscuè agamus. Quo in legato electio defertur legatario [h], ut is eligat quam rem uolet, etiam optimam. quod inductum est, partim fauore ultimarum uoluntatum, quas interpretamur plenius [i]: partim quia testator uerba ad legatariū dirigens, uidetur hanc illi facultatem concedere: partim quòd, ut inquit Aphricanus [k], meritò electio eius esse debeat, cui potestas sit, qua actione uti uelit. Nam actio in rem quæ datur legatario, ne intelligi quidem explicariq; potest, non demonstrato corpore quod petatur [l]. Si igitur ei damus actionem in rem, certè ut largiamur ei electionem rei in quam actionē dirigat, necesse est. Sed hæc in ultimis duntaxat uoluntatibus obtinent. Nā quia hæ rationes cessant in contractibus, meritò in obligatione generis aut alternatiua debitoris est electio [m]. Optio † porrò ante aditam hæreditatem frustra fit [n]: adita autem hæreditate, si cesset legatarius eligere, prætor decernit tempus, intra quod optandum sit: ne hæres dum diu-
3 tius in incerto habet, quid suum, quid legatarij sit, incommodo aliquo adficiatur [o]. Semel † autē optione facta, mutare uoluntatem legatarius nequit: quia omne ius legati prima testatione consumitur [p].
4 statim enim atque legatarius elegit, iuris fictione transfertur in illum dominium [q]. Optionis † legatum etsi conditionem personæ adhærentem contineat, nec uideatur per alium posse impleri [r]: tamen fauore ultimarum uoluntatum transire illud ad hæredem legatarij uoluit Iustinianus [s].

a *l.1, 2. 4. 6. & t. h.t.*
b *l.5. l. Iulianus. 10. de leg. 1. l. ſi cui. 25. de lib. cauſ.*
c *l. actus. 77. uerb. ſerui optio. de reg. iur.*
d *l. nemo. 123. de reg. iur.*
e *l. ſi ſtipulatus. 76. ubi oēs Dd. de uerb. obl. l. ult. C. com. de legat.*
f *l.1. 2. C. com. de lega.*
g *l. ult. C. eo. tit.*
h *d. l. 2. §. ſi generalē. Inſt. eo. cum ibi nota.*
i *l. in teſtamentis. 12. de reg. iur.*
k *l. ſi ſeruus. 108. §. cū hoc mo. 2. ſ. de leg. 1.*
l *l. ſi in rem. de rei uend.*
m *l. plerunq; in fin. de iur. dot. c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. not. in l. ſi unus. 27. §. 5. de pact.*
n *l. optione. 16. h.t.*
o *l. mancipiorum. 6. h.t.*
p *l. apud Auſidiū. 20. h.t.*
q *l. à Titio. de furt.*
r *l. qui hære. 44. ſ. de condit. & demonſt.*
s *§. optionis. Inſtit. eod. ex ſententia Pauli, in l. illud aut illud. 19. h.t.*

De tritico, uino, & oleo legato. Tit. VI.

1 *Quid uini legato contineatur.* 2 *De tritici & olei legato.*

1 VINO † legato omne continetur, quod ex uinea natum est, & defunctus reliquit, etiam acetum ex uino factum, & quicquid testator uini numero habuit [a]. Item uasa [b], in quæ diffusum est: cuiusmodi sunt, amphoræ & cadi. cum enim hæc uasa non magnæ sint amplitudinis, ac unà cum uino uendi soleant, uidentur etiam largiore interpretatione simul legari. Secus est in dolijs maioribus, quæ ad perpetuum usum seruantur, neque loco aut cellis moueri, nec distrahi cum uino solent [c]. Certè zythum, quam ceruisiam hodie uocant, in hoc legatum non uenit [d]. nec enim de genere uini est: cum uinum natura nascatur, & unius sit substantiæ: ceruisia uerò potus sit ex pluribus speciebus, puta aqua,
2 hordeo, lupulo, &c. factus & commixtus. Si † quis tritici modios centum, qui singula pondo centum ponderent, leget, nihili legatum erit: quia eiusmodi triticum in rerum natura non est [e]. Cum autē certa mensura tritici, aut certum pondus olei, non adiecta qualitate legatur: liberum est hæredi, cuius generis uelit frumentum aut oleum legatario soluere [f]. Qua de re extat alibi distinctio [g]. Cum quis damnat hęredem, uxori uinum, oleum, frumentum dare, recepta est Tuberonis sententia: ut non quantum hęres uellet, sed quantum testator reliquit, legatum putetur [h]. Porrò moribus Sax. etiam absq; legato mulier nobilis dimidiam annonæ partem (comestibilia uocant) accipit [i].

a *l.1. l. ſi quis uinum. h.t.*
b *l.3. §.1. hoc tit.*
c *l.3. l. uinum. 4. l. cui uinum. 6. l. uino. 14. cum l. ſeq. hoc tit. l. ſi quis. 2. de aur. & argent. leg.*
d *l. ſi quis uinum. 9. hoc tit.*
e *l. quidem. 7. in fin. hoc tit.*
f *l.4. hoc tit.*
g *in l. legato. 37. ſuprà, de legat. 1.*
h *d. l. quidam. 7. hoc tit.*
i *Landtr. lib. 1. art. 24. cum ſimilibus.*

BIU Cujas

De instructo uel instrumento legato.

TITVLVS VII.

1 *Quid sit instrumentum.*
2 *Quomodo instrumenta legentur, & quid eo legato comprehendatur.*
3 *Dotes prædiorum non comprehendi.*
4 *Instrumentorum uaria genera.*
5 *Regula de interpretatione horum legatorum.*

a *l.quæsitum.12.in prin. hoc tit.*
b *l.instrumenta.8.in prin. cum.§.seq.h.t. d.l.quæsitum.*
c *l.1.l.5.h.t.uide quæ scripsi Inst.de legat.§.idem est si fundus.*
d *in l.pen. d.l.quæsitum. 12.l. fundi instrumento. 25.l.dolia.26.§.fi.l.cum de lanionis.18.§.cum de uillico.h.t.& in l.2.ubi Dd.C.de uerb.sig.*
e *l.9.§.1.de usufr.*
f *l.2.§.fi.l.cum fundus.21. d.l.dolia.h.t.*
g *l.uillæ.16.in princip.l.si mancipia.19.§.pen.h.t.*
h *d.l.quæsitum §.si duob. cum seq.l.si ita.15.§.domo.l.Seiæ.20.§.pe.h.t.*
i *d.l.si ita.h.t.*
k *d.l.uillæ.§.uinea.h.t.*
l *d.l.quæsitum.§.sed si fundum.*
m *l.item pictoris.17.h.t.*
n *d.l.cum de lanionis.§.1.*
o *d.l.cũ de lanionis.in pr.*
p *d.l.cum de lanionis.§. medici.*
q *l.tabernæ.13.§.fin.d.l. item.§.2.h.t.*
r *d.l.cum de lanionis.18. §.asinam.2.*

1 INstrumentum † fundi est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri possessio nequit [a]: hoc est, quæ aut quærendi fructus, aut cogendi, aut conseruandi gratia parantur [b]. Nihil † autem interest, siue quis fundum cum instrumento, siue instructum fundum, siue fundum & instrumentum leget. tantundem enim effectu in uno est, quantum in alio [c]. Quid autem, & cuiusmodi in hoc legatum ueniant, longum est enumerare: & apud I.C. tractatum [d]. Illud † constat, si simpliciter fundus legetur, dotes prædiorum, id est, eas fundi accessiones & emolumenta, quæ ad culturam eius ex alio fundo paterfamiliâs sumere solet [e], non uenire [f]. Est † autem aliud instrumentum uillæ [g], aliud domus [h], aliud tabernæ aut cauponæ [i], aliud uineæ [k]. Sunt & instrumenta hominum, ut patrisfamiliâs [l], pictoris [m], pistoris [n], lanionis [o], medici [p], balneatoris, piscatoris [q], &c. In † omnibus autem istiusmodi legatis, optimum esse Pædius ait: non propriam uerborum significationem seruari, sed in primis quid testator demonstrare uoluerit: deinde in qua præsumptione & consuetudine sint, qui in quaque regione commorantur [r].

2 3 4 5

De peculio legato. Tit. VIII.

a *l.antepen.h.t. l.unic. C. de pecu.eius qui lib.mer. §.peculium. Inst. eo.ubi uide.*
b *l.6.l.si Sticho.l.dominus.cum sim.h.t.*
c *l.1.& 2.h.t.*

QVid sit peculium, diximus supr. de pecul. Quoniam autem seruo simpliciter legato, aut libertate data, non etiam intelligitur legatum peculium, nisi exprimatur [a]: fit ut peculium expressè legari soleat. de quo tamen deducit hæres, quod testatori, & eius liberis, ac sibi debetur: id enim non est in peculio [b]. Peculij legatum accessionis uicẽ obtinet: itaq; extincto seruo simul extinguitur [c].

De penu legata. Tit. IX.

1 *Quid propriè penus.*
2 *Quid in legatum penoris ueniat.*

a *Gellius lib.4.c.1.*
b *l.3.h.t.*
c *d.l.3.§.fi.l.4.h.t.*
d *l.1.h.t.l.cum sine.l.si penum.quan.di.lega.l.ita. 115.de uerb.oblig.*
e *l.fin.comm.præd.*
f *art.22.lib.1.*
g *d.art.22.24.lib.1.*

QVi † penum legat, quid legato complectatur, uideamus. Et quamuis propriè penus sunt ea esculenta & poculenta, quæ non in dies singulos cœnæ causa apparantur, sed quæ contrahuntur longæ uisionis gratia, & reconduntur: ex eo quòd non in promptu sint, sed intus & penitùs recondita habeantur, penus dicta [a]: tamen † in ultimis uolũtatibus, in quibus benignior fit interpretatio, rectè Mutius scripsit, penu legata contineri, quæ esui potuiq; sunt. Quin & ea quæ non esse: sed per quæ esse solemus, ut oleum, garum, muriam, & similia, legato contineri Proculus opinatur: nisi contraria mens testatoris appareat [b]. Vasa quoque penuaria quin contineantur, nulla dubitatio est [c]. Quòd si aliquid penoris dare iussus, & ni dedisset pecuniam soluere, hæres damnatus est, penus erit in præstatione: pecunia uerò in petitione, postquam hæres est in mora dandi [d]. Transfunditur enim legatum penoris, in obligationem pecuniæ post moram: cùm quia uoluntates defunctorum non debent in suspenso manere [e], tum quòd illa est penoris natura, ut facilè corrumpatur. Ne igitur ex mora hæredis fiat deterior legati causa, meritò pro penore post moram pecunia debetur. Moribus Sax. ut antè dictum est, absque legato penus intra trigesimum à morte diem à uidua ac familia defuncti in necessarios usus consumitur [f]: quod superest hæredem sequitur, aut si de nobilis successione agatur. inter hæredes & uiduam ita diuiditur, ut illis semis, altera pars comestibilium dimidia uiduæ cedat [g].

1 2

De supellectile legata. Tit. X.

1 *Supellex quid, & quas res contineat.*
2 *Vnde dicta.*
3 *Tuberonis definitio.*
4 *De gerada Saxonum.*

a *l.3.h.t.*
b *l.1.h.t.*
c *l.2.h.t.*
d *l.supellectilis.6.h.t.*
e *d.l.Labeo.7.h.t.*
f *ex l.3.4.5.h.t.*
g *d.l.Labeo.h.t.*
h *Land.lib.1.art.19.24. 27.*
i *uide Fachs.diff.21.*

SVpellex † Pomponio est domesticum patrisfamiliâs instrumentum, quod nec argento auróue facto (nam olim seuerioribus moribus aurum, argentumq; in quotidiano usu non erat [a]) nec uesti adnumeratur [b]. Et in rebus, non in animalibus consistit [c]. Alphenus supellectilis eas esse res putat, quæ ad usum communem patrifamiliâs paratæ essent, neq; nomen sui generis separatum haberent [d]. Huius † originem uocabuli Labeo ab eo ducit, quòd olim ijs qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus usui ad quotidianam uitæ necessitatem forent. Hinc supellex dicta. Tubero † autem hoc modo demonstrare supellectilem tentat: instrumentum quoddam patrifamiliâs, rerum ad quotidianum usum paratarum, quod in aliam speciem, aliámue appellationem non caderet [e]: ut, uerbi gratia, in penum, argentum, uestem, ornamenta, instrumenta agri aut domus, &c. Sed quæ legato supellectilis in uniuersum cõtineantur, intelligi aliunde licet [f]. Id tenendum, speciem potius rerum quàm materiam intuendam: & in ijs de quibus dubitari potest, supellectilis potius, an argẽti, an uestis sint, eius sententiam qui legauit, inspiciendam, & quomodo is sit usus. Ea uerò de quibus non dubitatur quin in alio genere sint, legato non contineri. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent [g]. Iure † Sax. introducta est & alia supellectilis species, gerada aut utensilia uulgò dicta: quæ omnem mundum, uestimenta, ornamenta, & quicquid mulieres in usu atq; possessione habent, complectitur [h]: proximæque cognatæ ex linea materna, filiabus nimirum, quarum hîc prima causa est, non extantibus, inter nobiles debetur [i]: quemadmodum contrà maribus hæredi-

1 2 3 4

bus,

BIU Cujas

bus, arma, quas res expeditorias appellant [a]. Habet & uxor nobilis in bonis mariti geradam paulo copiosiorem, ut & alia quædã. Cæterũ quæ sunt geradæ seu supellectilis, alienare inter uiuos, eoq; oppignorare etiam in præiudicium proximæ, quæ luere tenetur, non hæres donare quoq; (marito excepto) coram duobus saltem testib. traditione statim facta (quanquã usum sibi ad uitam retinere queat) mulier non prohibetur. Per ultimam uoluntatẽ, uel donationem causa mortis, nõ idẽ ei licet: quoniam hæc tantũ ualere incipiunt tempore mortis, quo eiusmodi sunt iam aliena, nempe proximæ cognatæ.

a art. 22. 27. 28. lib. 1.

DIGEST▸ LIB▸ XXXIIII▸ DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS LEGATIS.

TITVLVS I.

1 *Quid legato alimentorum contineatur.*
2 *De diarijs legatis.*
3 *De pecunia in alimentum legata.*
4 *De prædio in alimentum legato.*

1 LEGATIS † alimentis, cibaria & uestitus & habitatio debebitur [a]: quia sine his ali corpus non potest. Cætera quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur, nisi aliud sensisse testatorẽ probetur [b]. Diarijs, † id est quotidiano uictu, uel cibarijs relictis, neq; habi-
2 tationem, neq; uestiarium, neq; calcearium deberi, palàm est, quando de cibo tantum testa-
3 tor sensit [c]. Si certa pecunia relinquatur in alimenta, ea est præstanda [d]. Si † non adiecta quantitate, inspiciendum est, quid defunctus præstare sit solitus: deinde quid cæteris eiusdem ordinis reliquerit. quòd si neutrum apparet, tunc ex facultatibus defuncti, & charitate eius cui fideicommissum datum est, modus statui debet [e]. Neq; enim hîc incertitudo legatum uitiat, cũ facilè declarari possit [f]. Legatum hoc morte legatarij finitur: nisi aliud defunctus uoluerit [g]. Ex certo prædio alimentis re-
4 lictis, à quolibet possessore ea præstanda sunt: quia prædium est obligatum [h]. Prædio † legato, ut inde legatarius alatur, proprietas, uel certè ususfructus prædij ad uitam magis quàm alimenta legata uidentur [i]. Cibariorum quoq; nomine apud Sax. uenit **mußtheil**, hoc est, dimidia pars esculentorum & poculentorum, quæ post 30. à morte nobilis uiri diem in eius domo supersunt, uiduæq; debentur: scilicet quæ in domo, tempore obitus fuerunt, non quæ intra 30. diem collecta, & in ædes allata sunt. Tempus enim mortis consideratur: quo quidem cum fuerint pars fundi fructus pendentes, unà cum fundo hæreditatem sequuntur, nec mulieri participantur.

a l. quos nos hostes. 233. de uerb. sign.
b l. legatis. 6. cum l. seq.
c l. diarijs. 21. h. t.
d l. Lucius. l. cum unus. §. fin. hoc tit.
e l. pen. in prin. h. t.
f Ias. & alij in l. si Stichũ. 16. §. 1. de uerb. oblig. gl. 7. l. si cui. 14. de ann. legat. j.
g l. Mela. in princip. l. Stichus. §. Titia. l. Caio. §. fin. cum simil. h. t.
h l. 2. l. Lucius. h. t.
i l. solent. §. quæro. l. cum alimenta. §. fin. h. t.

De auro, argento, mundo, ornamentis, VNGVENTIS, VESTE VEL INSTRVMENTIS & statutis legatis. Titulus II.

1 *Quid auro legato ueniat.*
2 *Quid mundo legato.*
3 *Quid ornamentis.*
4 *Quid inter ornamenta & mundum intersit.*
5 *De uestimentis.*
6 *De unguentis legatis.*
7 *De statuis & picturis.*

1 CVm † aurum uel argentum legatur, quicquid auri argentiq; relictum est, legato continetur, siue factum, siue infectum sit. Pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri, quia transit in aliam appellationis speciem [a]. Quòd si certum pondus auri sit legatum uel argenti, magis
2 quantitas legata uidebitur, nec ex uasis tangetur [b]. Mundus † muliebris est, quo mulier fit mundior. Itaq; omnia quæ ad mundum pertinent, ut specula, unguenta, lauatio, riscus, &c. legato mundo conti-
3 nentur: exceptis his, quæ ualetudinis causa parantur [c]. Ornamenta † muliebria sunt, quibus mulier ornatur: ueluti inaures, armillæ, uiriolæ, annuli præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa [d]. Vestes autem muliebres appellatione ornamentorum non con-
4 tinentur [e]: quia non ornandi, sed tegendi corporis causa comparatæ sunt [f]. Inter † mundum autem & ornamenta interest. Potest enim mulier esse munda, non tamen ornata: ut solet contingere in ijs quæ se emundarunt in balneo lotæ, neq; se ornarunt: & contrà esse aliqua ex somno statim ornata, non ta-
5 men emundata [g]. Itaq; † legata etiam mundi & ornatus inter se differunt: & alia hoc, alia illo continentur. Vestis an uestimenta legentur, nihil refert. Vestimentorum sunt lanea omnia lineaq;, uel serica, uel bombicina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, inijciendi, incubandiue causa parata sunt: & quæ his accessionis uice cedunt, ut sunt insitæ picturæ, clauiq;, qui uestibus insuuntur [h]. Vestimenta omnia aut uirilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut cõmunia, aut familiaria: in quibus & cœnatoria, quorum in cœnis usus olim erat. Martialis:

Pugnarum rebus ebriæq; noctis, *Cœnatoria mittat aduocato.*

6 de quibus uidere licet I. C. [i] Vnguentis † legatis non tantum ea legata uidentur, quibus ungimur uolu-
7 ptatis causa, sed & ualetudinis [k]. Si † statuam legaro, & postea ex alia statua brachiũ ei adiecero, omnino statua à legatario uendicari potest [l]. Si imaginem hæres legauit, & tabulam soluit, potest dici actionem ex testamento durare: quia imaginis legatum, non tabulæ fuit [m].

a l. cum aurum. 19. h. t. uide Cuiac. obs. lib. 6. c. 31.
b d. l. cum aurum. l. 1. §. fi. l. cum certum. 10. h. t.
c l. argento. 25. §. fi. & §. mundus. l. pediculis. 34. §. pen. l. si uxori mũdus. 39. hoc tit.
d d. l. argento. §. ornamenta. §. ornamentorum.
e l. ornamentorum. 37.
f l. quamuis. 26. h. t.
g d. l. argento. §. pen.
h l. uestis. 23. l. uestimentũ. 22. l. cum. & 24. cum l. seq. hoc tit.
i in d. l. uestis. & l. 1. l. inter uestem. 33. d. l. ornamentorum. h. t.
k l. in argento. 23. §. 1.
l l. si statuam. 14. h. t.
m l. si imaginem. 11. h. t.

De liberatione legata. Tit. III.

1 *Quare debitori res sua rectè legetur.*
2 *Pignore legato non uideri ius crediti remissum.*
3 *Varij modi liberationis legandæ.*
4 *Remedia, quib. ut liberationi legatæ satisfiat, uti cõcessum est.*

Omni-

BIU Cujas

a l.1.3.h.t.§.si quis debitori. Inst.de legat.ubi dixi.
b l.nō uidetur.52.de reg. iur. l.id apud.143. de uerb.sig.
c d.l.1.l.quod in rerum.§. 1.ſ.de legat.1.l.2.& 3. de pactis.
d d.l.3.h.t.
e l.3.§.nunc de effectu.2. ubi Bart.h.t.
f in d.§.nunc de effectu.

OMnibus † debitoribus etiá eæ res quæ debentur, rectè legantur, licet domini earum sint [a]: cum enim debeantur, uidentur non esse domini [b]. Itaq; † & res sua oppignorata debitori legari potest: quo casu ius pignoris quod habebat testator, remissum, non liberatio debiti legata uidetur, nisi alia fuerit testantis uoluntas [c]. Varijs † autem modis liberatio legatur: ut si uel liberatio nominis expressè, uel chirographum legetur, uel damnetur hæres ne agat [d]. Liberatione † legata, non modò exceptione tutus est debitor, sed potest agere aduersus hæredem, ut se acceptilatione liberet [e]. Addit Bart. [f] tertium remedium, quo nunc utimur: ut imploretur iudicis officium in hoc, uti is pronunciet nihil deberi, & silentium perpetuum hæredi imponat. 1 2 3 4

De adimendis uel transferendis legatis.

TITVLVS IIII.

1 Dispositio titulorum sequentium, & continuatio.
2 Quomodo & quare permittatur legatorum ademptio.
3 De ademptione expressa.
4 De tacita.
5 De translatione legatorum.

a l.si quis.22.de legat. 3.l. diui.§.licet.de iur.codic.
b l.4.h.t.
c l.3.de re iud.l.3.de reg. iur.
d l.si quis argentum.C.de don.§.perfi.Inst.eod.tt.
e l.2.C.de reuoc.donat.
f l.2.3.h.t.Inst.eo.in prin.
g l.nihil interest.16.h.t.
h Inst.eo.in prin.
i l.fideicommissi.22.ubi Bart.Castr. Sal. C.de fideicom.
k Bart.Castr.Salic.in l. fideicommissum.C.de fideicom.l.si iure.18.de leg.3.
l l.3.§.ult.l.ex parte.22. hoc tit.
m l.nec adiecit.pro soc.
n l.rem legatam.18.h.t.
o l.si seruo.h.t. l.fideicommissa.§.si rem. de leg.3. §.si rem.Inst.de leg.
p §.si coniunctim. Inst.de leg.l.unic.§.& cum triplici.C.de cad.toll.
q uid.ī.quand.dies legat. ced.
r l.cedere diem.de uerb. signific.
s uide ī.quand.di.leg.l. unic.C.de cad.toll.& tit.C.de his qui ant.a per.tab.l.1.ī.de cond. & demonst.
t l.si quid.5.h.t.
u l.translatio.6.h.t.
x l.quod si.7.h.t.

POstquam † expositum est, quemadmodū legata relinquantur: restat ut dicamus quomodo amittantur, diminuantur, & acquirantur. Amittuntur legata ademptione, translatione, dubio scripturæ, adiectione pœnæ, per regulam Catonianam: si quid pro non scripto habeatur: si legatarius indignū se reddat legato: si conditio, uel causa legati deficiat: de quibus omnibus est exponendū. Ademptio † legatorū fit aut expressè, aut tacitè: quæ testatori permissa meritò est, etiamsi dixerit se reuocare nolle [a], quando supremi sententia iudicij ambulatoria sit usque ad mortem [b]: possitq; adimere is, qui & dare [c]: præsertim cum uoluntas ultima nullam obligationem inducat ante mortem, qua sola confirmatur. quamuis inter uiuos secus sit, ubi donatio statim à consensu uires accipit [d], nec pœnitentia reuocatur [e]. Fit † autem ademptio expressè, cum disertis uerbis adimitur, aut contrarijs: ut, Non do, non lego: aut alijs quibuscunq; [f]. Aut si inducat testator quod scriptum est [g]: neq; refert, utrum in testamento an codicillis fiat ademptio [h], in scriptis, aut sine scriptura, coram tamen testibus [i] saltem duobus [k]. Tacitè † adimitur, cum inimicitiæ capitales inter testatorem & legatarium ortæ sunt [l]: nec enim inimico benefacere quis uelle præsumitur, & legata propter benemerita ac beneuolentiā dari solent [m]. Item, cum testator uiuus alij rem legatam donauit [n]. Quòd si alio ex contractu alienet, distinguendum erit, utrum uoluntate fecerit, an coactus necessitate: ut hoc casu legatum debeatur, illo nequaquam [o]. Sed & moriente ante testatorem legatario, legatum extinguitur [p]. dies enim primò cedit à morte testatoris [q]. Quod autem cessum non est, neq; dum debetur [r]. ea uerò quæ non debentur, nemo ad suos hæredes transmittere potest [s]. Sicut † adimi legatum potest, ita & ad alium transferri: ueluti hoc modo: Quod Titio legaui, id Seio do lego: quæ res in persona Titij tacitam ademptionem continet [t]. Translatio legati fit quatuor modis. aut enim à persona legatarij, in personam transfertur, sicuti dictum est: aut ab eo qui dare iussus est, transfertur, ut alius det: aut cum res pro re datur, ut pro fundo decem aurei: aut quod purè datū est, transfertur sub conditione [u]. Quòd si alij legetur sub conditione, quod alij purè legatū est, non planè recessum uidebitur à primo: sed ita demum, si conditio sequentis extiterit [x]. 1 2 3 4 5

a l.si ita.11. l.si quis de plurib.28.h.t.l.apud Iulianum.§.Seio.de legat.1. ibi notat.ī.de legat.2.
b l.5.h.t.
c l.nec adierit.ī.pro socio.
d l.in tempus.ī.de hær.inst.fac.l.duo.de testa.tut.
e l.in lege.77.de contrah.empt.
f l.1.h.t.
g l.1.cum

De rebus dubijs. Tit. V.

1 De dubio & ambiguo scripturæ.
2 De incertitudine personæ, cui legatum est.

a l.2.ī.de ijs quæ pro non script.hab.
b l.3.h.t.
c l.Labeo. de supellect. legat.l.si alij de usu & usufr.lega.
d l.non aliter.de legat.3.l. ille aut ille. §.ult.ī.de cond.& demō.l.ubi.l. quoties.h.t.
e §.incertis.Inst.de leg.
f l.si quis argentum.C.de don.§.perfi.Inst.eod.tt.

DVbium † etiam scripturæ annihilat legatum. Quæ enim in testamento scripta sunt, neq; intelliguntur quid significent, ea perinde sunt, ac si scripta nō essent [a]. Sed & in ambiguo sermone non utrunq; dicimus, uerùm id duntaxat quod uolumus. Itaq; qui aliud dicit quàm uult, neq; id dicit, quod uox significat, quia non uult: neq; id quod uult, quia id nō loquitur [b]. Quare etiamsi utcunq; constet de uoluntate, tamen si ad eam uerba accommodari nequeant, uoluntas utplurimùm deficit [c]: secus, si uerba quamuis impropriè eò possint extēdi [d]. Sic † si circa personam legatarij sit ambiguitas, ut nesciatur cui relictum sit, infirmabitur legatū: puta, si incertæ omnino personæ legetur [e], uel si legetur maximo natu filio, & duo pari ætate sint, uel Sempronio amico, & duo inueniantur pari charitate coniuncti [f]. Nam & institutionem hæc incertitudo uitiat, nedum legatum [g]. Perinde itaq; habetur, atq; si nullum nomen adscriptum esset [h]: quoniam paria sunt non esse, & non apparere [i]. 1 2

De his quæ pœnæ causa relinquuntur.

TITVLVS VI.

EX Antonini Pij constitutione, sicut est apud Capitolinum, etiam pœnæ nomine legata relicta deficiebant, adeò ut ne à patre quidem, aut domino legata, pœnæ nomine relicta, hærede filio, aut seruo instituto, ualerent [a]. Pœnæ nomine relinquitur hoc modo: Hæres meus si filiam Titio in matrimonium collocarit, uel non collocarit, Seio decem dare damnas esto. Hæc legata ideo non ualuisse uerisimile est: primò quòd penderent à uoluntate hæredis, cuius in potestate esset, legati conditionem implere, aut non. Eiusmodi autem legata obligationem non habent, cum ea ad defuncti, non hæredis uoluntatem referri, indidemq; uim accipere debeant [b]. Deinde, quia non ex pœna hæredis, sed beneuolentia & amore legatarij proficisci legata oportet [c]. Postremò, quòd non ad pœnas irrogandas, sed ad ultimam uoluntatem contestandam, testamentorum iura inuenta sunt. Verùm Iustinianus etiam

a l.1.h.t.
b l.1.cum

BIU Cujas

etiam hæc legata ualere uoluit, nisi conditionibus probrosis & illicitis sint adiecta [a]: quem casum etiam Africanus hic [b] excepit.

a §.fin.Inst.de leg.
b in l.1.h.t.

De regula Catoniana. Tit. VII.

1 *Summa & ratio regulæ Catonianæ.*
2 *Explicatio l.1.*
3 *Quare regula non pertineat ad legata conditionalia.*
4 *In institutionibus etiam regulæ esse locum.*

a Cuiac.lib.obs.4.cap.4. & l.3.h.t.
b l.1.h.t.
c l.quod ab initio.30.de reg.iur.
d §.in extraneis.Inst.de hæred.qual.& diff.
e §.sed si rem.Inst.de leg. l.cætera.41.§.1.de leg.1.
f in l.1.in fin.
g d.l.1.l.3.h.t.l.cætera.41. §.1.de lega.1.Cuiac.obs. lib.4.cap.4.
h l.quæ legata.de reg.iur. l.cedere diem.de uerb. sig.l.2.§.id quoq;.de collat.bonor.
i l.3.h.t.
k l.unica.§.in nouiss.C. de cad.tollen.
l l.pen.de reg.iur.l.si à primo de lib.& posthu mis.l.4.h.t.§.in extraneis. Inst.de hæred.qual. & diff.
m l.pen.h.t.
n l.3.h.t.
o l.ult.h.t.
p Cuiac.lib.obs.4.c.4.

1 CAtoniana † regula pertinet ad ius antiquum, quo dies legatorum à morte testatoris cedit [a]. Ea sic definit: Quòd si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret id legatum: quandocunq; decesserit, non ualere [b]. Quia quod ab initio nullum est, tractu temporis non conualescit [c]: & tempus testamenti in legatis est inspiciendum [d]. ut si rem tuam tibi lego, non ualet legatum,
2 etiamsi eam postea alienaueris: quia ab initio non ualet [e]. Nec † obstat quod hic Celsus [f]: Si tibi legatus est, inquit, fundus, qui scribendi testamẽti tempore tuus est, si eum uiuo testatore alienaueris: legatum debetur. Nam loquitur Celsus, ut ex præcedentibus uerbis liquet, non de puro, sed de conditionali le-
3 gato: si uidelicet res legatarij ipsi legata sit sub hac cõditione, si uiuo testatore alienauerit. Ad † conditionalia enim legata, regula Catoniana non pertinet [g]: nam conditionale legatum etiamsi statim testator decedat, non redditur inutile, sed pendet ex tempore conditionis existentis aut deficientis, quod inspicitur: cedit enim eius dies non à morte testatoris, quò pertinere hanc regulam diximus, sed condi tione demum existente [h]. Eademq; ratione regula Catoniana non pertinet ad hæreditates aut legata, quæ non à tempore mortis, sed post aditam hæreditatem cedunt. Quoniam etsi testator statim decedat, nõ tamen ius ullum legati existit aut oritur, priusquam adita sit hæreditas [i]: cuiusmodi legata sunt
4 libertatis & ususfructus: quia frustra antè dies cederet, cum non transeant hæc ad hæredes [k]. In † puris institutionibus perinde ut in legatis, regulam Catonianam locum habere, non similitudo tantum rationis docet, sed etiam legibus probari potest [l]. Ad hæreditates porrò cõditionales [m], aut quarum dies à tempore mortis non cedit [n], minimè pertinet: unde nec ad nouas leges, puta Papiam & Iuliam porrigitur [o]: quia ex his dies, post apertas demum tabulas cedit [p].

De his quæ pro non scriptis habentur.

TITVLVS VIII.

a l.pen.h.t.
b l.3.h.t.
c l.2.h.t.
d l.1.& fi.h.t.tt.C. de ijs qui sibi adscri.in test.
e Cuiac.obs.lib.7.c.31.
f l.1.de iur.fisc.l.3.C.ad l. Falcid.

PRo non scriptis habentur, quæ ijs adscripta sunt, qui in rebus humanis esse desierunt [a], aut seruis pœnæ [b]: item quæ intelligi nequeunt [c]. Sed & quod sibi quis adscribit in testamento alieno, pro non scripto est, propter falsi suspicionem [d]. Quæ incapacibus expressim relinquuntur, eapropter non scriptis apud hæredem manent [e]: quæ tacitè in fraudem, fisco uendicantur [f].

De his quæ ut indignis auferuntur.

TITVLVS IX.

1 *Differentia inter hunc titulum & superiorem.*
2 *Quibus auferantur relicta, & num.4.*
3 *Tutori excusanti se, quare auferatur relictum, nec tamen quæratur fisco.*

a Schurff.cons.41.cent.1.
b l.Papin.§.meminisse.de inoff.testam. l.quidam. 30.§.fin.cum ll.seqq.de donat.l.1.de iure fisc.
c Bald.l.4.nu.9.C.eo.per l.1.C.de bon.uac.lib.10.
d l.Lucius Titius.de iur. fisc.l.cum ratio.§.fin.de bon.dam.Bald.& Dd. in l.eam.14.C. de fid. et l.4.C.eo. Schurff. cons. 43.cent.1.
e l.3.h.t.uide gl.4.Ias.& Dd.in l.si ab hostib.10. §.1.sol.mat.gloss.art.31. lib.1.
f l.nihil.15.ad l.Corn.de sicar.
g l.1.l.si sororem.ubi Bal. C.eo.deci.Thol.s.41.
b l.hæredem.17.l.ei qui mortem.20.h.t.l.1.&

1 EST † cum relicta neutiquam pro non scriptis habentur, sed rata ita sunt, ut auferantur quibusdam
2 successoribus, eorumq; hæredibus [a], tanquam † indignis, & applicentur fisco [b], non ciuitatibus, quæ tale ius non habent [c]: ut si quid relictum sit ei qui defunctum occiderit, qui nõ modò defuncti, sed omnium eius descendentium etiam successione excluditur [d]: aut qui causam mortis culpa, uel negligentia præbuit [e]: nihil enim interest, occidat quis, an causam mortis præbeat [f]. Qui necem testatoris intra terminum à iudice dandum, & antequàm ab alio præueniatur [g], ulcisci supersedit [h], nisi cædis authores reperiri nequeant [i]. Qui testamentum tanquam inofficiosum aut falsum [k], aut alio probroso nomine [l] accusat: nisi quis iure factum esse negat [m]. Qui defunctum grauis delicti reum facit, aut status controuersiam [n] ei mouet. Qui contra tabulas bonorum possessionem petijt [o]. Qui uxorem contra leges duxit, puta damnatã adulterij: ei enim quasi indigno aufertur illius mulieris successio [p]: ut & mere
3 trici relicta à milite, in cuius contubernio fuit [q]. Qui † se à tutela testamentaria excusat, ei relictum ueluti ob onus tutelæ, non debetur: quanquam hoc casu ad fiscum nihil transfertur, cum non delinquat, qui iure excusationis concesso utitur [r]. Auferuntur etiam legata ei qui inimicitias cum testatore capitales exercuit, aut illi malè dixit [s], aut uxorem eius corrupit [t]. Qui in fraudem iuris promittit se restituturum personæ, quam capere fas non est [u]. Item qui hæreditatem compilauit, quatenus tamen compilauit [x]: nec enim pœna debet egredi delictum [y]. Qui de hæreditate uiuentis improba facta fecerunt [z]. Et hi quidem sunt, quibus ut indignis à fisco auferuntur relicta: quod uerum est, si in dolo hæreant [a], & nisi ante testatorem moriantur [b]: item quatenus apud eum remanst, aut remanere debet.

Nam illius delictum nec substituto, neque quibus ex fideicommisso restituendum est, nocere oportet [c].

DI-

3.C.eod. i l.cum fratrem.9.C.eod. k l.5.in prin.& §.si pater.& §.fi.l.hæredi.15.h.t.d.l.Papin.§.meminisse. l l.cum secundis.16.h.t. m l.si testamentum.24.h.t. n l.1.l.si inimicitiæ.9.h.t. o l.2.h.t. p l.2.in fi.l.Claudius.13.cum ll.seqq.h.t. q l.mulierem.14.h.t. r l.5.§.admittere.h.t. s d.l.si inimicitiæ. t gl.in l.fideicommissum.27.in fin.ubi Dd.C.de fideic.Guliel.de Ludo.sing.90.nu.1.gl.in l.sororem.& ibi Dd.C.eo. u l.in fraudem.10.l.hæres.11.l.eum qui.18.h.t. x l.rescriptum.6.h.t. y l.scimus.§.ille.C.de iure delib. z l.quidam.30.§.fi.cum ll.seqq.de donat. a Bal.in l.alia.nu.8.C.eo. b Bal.in l.eam.nu.9.C.de fideic. c l.Papin.8.§.meminisse,& §.4.de inoff.test.Paul.lib.4.tit.5.

BIU Cujas

DIGEST▸ LIB▸ XXXV▸ DE CONDITIONIBVS ET DEMONSTRATIONIBVS, ET CAVSIS, & modis eorum quæ in testamento scribuntur. Tit. I.

1 *Legata pura esse, nisi dies aut conditio tacitè uel expressè sit adiecta.*
2 *Legatum in diem quare ante diem solui possit.*
3 *Natura legati in diem incertum.*
4 *Natura legati sub tacita conditione.*
5 *Natura legati sub expressa conditione.*
6 *De cautione Mutiana.*
7 *Differentia inter conditionem & demonstrationem.*
8 *Differentia inter causam & modum.*
9 *Causa falsa, uel modus, quare non uitiet legatum.*
10 *Differentia inter modum & conditionem.*

DEficiunt † etiam legata deficiente conditione, sub qua relicta sunt. Nam sciendum est, legatis diem aut certum aut incertum, aut cõditionem adscribi: aut si nihil horum factum sit, pura esse, nisi ipsa re tacitè conditio insit [a]. Quibus † dies certus adscriptus est, ea solui ante diem possunt: quia certum est, debitum iri [b], & dies gratia debitoris hæredis adijcitur [c]: ut nulla causa sit quare is renunciare suo fauori, & citius soluere nequeat [d]. Dies † autem incertus est, cum ita scribitur: Hæres meus cum morietur, dato. Nam diem incertum habet mors hæredis, respectu legatarij [e], qui ante hæredem mori potest. Eoq; conditio tali legato inest [f]. Et si legatarius ante hæredem decesserit, ad suos nihil transmittit: quia non cessit dies legati, uiuo eo [g]. Ineſt † conditio tacitè legatis, ueluti cum legamus fructus qui ex eo fundo nascentur [h]: si enim nihil natum fuerit, nihil debebitur [i]. Hoc tamen legatum, quod ad transmissionem attinet, conditionale non est: quia extrinsecus, non ex testamento, conditio accedit [k]. Cum † expressa est conditio, eam impleri nisi impossibilis aut turpis sit, necesse est, alioqui deficit legatum [l]: nisi impossibilis aut turpis adiecta sit conditio [m]: aut stet per hæredem, uel cuius interest, impleri, quo minus impleatur [n]: aut per eum, in cuius persona posita est conditio [o]. Illud sciendum est, si tempus conditioni præfinitum non fuerit, liberum esse legatario, quando cunq; uelit implere [p]. Quòd † si in non faciendo conditio posita sit, puta, Lego decem, si in Italiam non ieris: non aliter soluetur legatum, quàm si cautionem præstiterit legatarius, se legatum restituturum, si contrà fecerit. Quæ cautio ab authore Mutio I. C. Mutiana uocatur [q]. Est † & cum demonstratio, aut causa, aut modus legato adijcitur. Quæ omnia cùm à conditione, tum inter se multum distant. Conditio in liberam legatarij uoluntatem, aut in euentum rei futuræ incertũ confertur: ut, Si hoc feceris, si nauis ex Asia uenerit, &c. Demonstratio autem factam rem ostendit, non quemadmodum conditio futuram: ut, Fundum Tusculanum quem Seius mihi dedit, do lego [r]. Causa † est, quam Dialectici προκαταρκτικὴν uocant, quæ animum testatoris ad legandum commouet, siue antecedat, siue sequatur: ut, Titius, quia negocia mea curauit, uel curabit, ei centum do lego: quanquam particula quia, aliàs in contractibus causam ostendat finalem [s]. Modus † est pars ordinationis, & ideo pro causa habetur finali: ut, Titio lego centum, ut mihi monumentum extruat [t]. Neq; demonstratio falsa legatum uitiat [u], nec falsa causa [x]: quia, ut inquit I. C. ratio legandi legato non cohæret, ut ea cessante legatum cessare debeat [y]: præsertim cum hæc causa, sicuti dixi, impulsiua magis sit quàm finalis: cuiusmodi etsi cesset, non solet effectum rei impedire [z]. Modum implere legatarius necesse habet, ut conditionem: quia modus ascriptus pro conditione obseruatur [a]: & utrumq; ad formam pertinet [b], etiá modus, ut dixi, est causa finalis legati: qua cessante, meritò cessare debet dispositio [c], ac relictis legatarius carere [d]. Si tamen per eum non stat quo minus impleatur, erit excusandus [e]. Illud † inter conditionem & modũ interest, quòd legatum sub modo statim peti potest, præstita cautione de modo implendo, quoniam pura est obligatio [f], respectu conditionalis [g]: & actionem statim suppeditat [h]: conditionale non item, quia nihil pendente conditione debetur [i].

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Ad legem Falcidiam. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *A quo Falcidia lata.*
3 *Ex qua causa lata.*
4 *Duo capita legis Falcidiæ.*
5 *Ratio l. in quartam: quare in Treb. imputentur legata, in Falcidiam non item.*
6 *Etiam ab intestato Falc. habere locum: & an in donationibus causa mortis.*
7 *Quare non detur legatarijs hoc beneficium Falcidiæ.*
8 *Quibus casibus hæredi non detur.*
9 *Quomodo ineunda l. Falcidiæ ratio.*

VIdeamus † secundo loco, quemadmodum legata minuãtur: quod fit aut per l. Falcidiam, aut per S. C. Trebellianũ: hoc ad fideicommissa, illa ad legata pertinet: cum lata sit ijs temporibus, quibus fideicõmissorum nullum adhuc esset ius, quod iam potito rerum Augusto, demum celebrari cœpit [a]. Cæterùm † lex Falcidia à P. Falcidio tribuno plebis, sub triumuiratum Augusti, & ita multo antè, quàm de fideicommissis ulla esset suspicio, & ante tribunitiam potestatem in Augustum translatam, lata est [b] hac occasione. Cum † lege XII. Tab. libera esset testandi legandæq; rei suæ facultas, ita ut liceret uel totum patrimonium erogare: sæpenumero fiebat, ut recusantibus hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditatem adire, intestati morerentur, qui plurimum legassent. Itaque † ipsorum testatorum gratia, ne ex hac causa testamenta collaberentur, post alia nequidquam inuenta remedia [c], lege tandem Falcidia prouisum est, ne plus legare liceat, quàm dodrantem bonorum: id est, ut quarta pars apud

1 2 3 4

a *l.1.h.t.§.omnis. de uerb. oblig.*
b *l.1.hoc tit.*
c *l.eum qui calendis. 41. in fi. de uerb. oblig.*
d *l.quod in diem. de sol. l. quod quis. 49. de act.*
e *d.l.1.*
f *l.dies incertus. h.t.*
g *d.l.1. §.si coniunctim. Inst. de lega.*
h *d.l.1. in fi.*
i *l.interdum. 37. ubi Dd. de uerb. oblig.*
k *l.conditiones. 98. h.t.*
l *l.Titio centũ. 70. §. ante nuptias. l. quib. diebus. 40. l. in testamento. 27. hoc tit.*
m *l.3. l. nõ dubitamus. h.t.*
n *l.iure ciuili. 24. l. quæsitum. 56. h.t.*
o *d.l. Titio. §. fi. d.l. in testamento. l. filiæ. 28.*
p *l.hæc conditio. 10. h.t.*
q *l. Mutianæ. 7. h.t.*
r *l. Stichum. 6. §. de legat. 1. Cuiac. obs. lib. 2. c. 39.*
s *Bal. in l. 1. nu. 3. C. de fer. per l. si is qui animo. de acq. poß. l. ita autem. de admin. tuto.*
t *l.demonstratio. 17. in fi. hoc tit.*
u *§. huic proxima. Inst. de legat. l. falsa demonstratio. 33. h.t. d.l. demonstr.*
x *d.l. demonstratio. §. 1. §. longè. Instit. de legatis. l. 2. C. de falsa caus. adiec.*
y *l. cum tale. 72. §. falsam. 4. hoc tit.*
z *l. si mulier. 25. C. de iur. doti. l. 1. § secundo loco. ubi gl. ad uerbũ causam. §. de postul.*
a *l. 2. & 1. C. de his quæ sub mod.*
b *l. Mæuius. l. qui hæred. h. t. Blanc. de compro. q. 1. nu. 9. Dec. cons. 11. quoniam. nu. 9. & 16. Tiraq. de retract. prox. §. 3. gl. 3. nu. 2.*
c *l. generaliter. 40. ubi gl. ad uerb. derelictis. C. de episc. & cler. & in l. 1. §. 2. uerb. causam. de postul. c. cũ cessante. de appel. Euerar. in loc. legal. à uirtute finis. Tiraq. in tract. reg. Cessante causa.*
d *uide glos. in l. 1. C. de his quæ sub mod. & in l. 1. C. de don. quæ sub. mod.* e *d.l. 1. C. de his quæ sub.* f *l. libertus. §. hæc scriptura. de manu. testa.* g *Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 2. nu. 32.* h *l. liberto. §. Lucius. de ann. lega. l. si tibi legatum. de lega. 3. l. quib. dieb. §. ult. ubi Bar. l. eas. h. t. l. cùm in testamento. de fideic. lib.* i *d. l. 2. C. de his quæ sub mod. l. qui hæredi. 44. §. ult. h. t. l. 1. §. sin autem. C. de cad. tollen. latè Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 2. nu. 21. 22. 23. 24. 32.* a *Inst. de sing. reb. per fid. & de codicill.* b *c. quædam. 2. dist. Dion in Augusto. Appia. uide Inst. eo.* c *Theophil. in tit. Inst. eo. ubi dixi, & Vlp. tit. 1.*

BIU Cujas

apud hæredem hæredesúe remaneat [a]. Huius legis etsi quatuor articulos Duarenus [b] faciat: tamen nul
lam probabilem rationẽ inuenio, quare recedere debeamus à Paulo, qui [c] duo tantum eius capita con-
stituit: quorum uerba cum in uulgatis codicibus satis corruptè legantur, non erit inutile paulo emen-
» datius referre. Primum ergo ita se habet: QVI CIVES (pertinet igitur hoc plebiscitum ad omnes)
» ROMANI SVNT (nec enim alij ius testandi ciuile habent [d]) QVI EORVM POST HANC
» LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM (nam hoc solo olim poterant relinqui legata [e]) FA-
» CERE VOLET, VT QVAM PECVNIAM (hæreditariam scilicet) QVASQVE RES (etiam
» extra hæreditatẽ positas [f]) DARE (per modũ uindicationis) LEGARE (alijs legandi formis) QVI-
» BVSQVE VOLET, IVS POTESTASQVE ESTO, VT HAC LEGE SEQVENTI
LICEBIT. Hoc priore capite cõfirmatur (ne putetur abrogatũ) ius 12. Tab. ita tamẽ ut sequẽti capite
determinetur, cuius in priore fit mentio: & tollitur lex Voconia, quæ eũ qui census esset plus cuiquam
legare uetabat quàm hæredi relinqueret [g]. Secundo capite modũ legatorũ constituit lex his uerbis.
» QVICVNQVE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM ROGATAM TE-
» STAMENTVM FACIET, IS QVANTAM QVIQVE CIVI ROMANO PECVNI-
» AM IVRE PVBLICO (testamenti scilicet [h], quo solo legari poterat) DARE LEGARE VO-
» LET, IVS POTESTASQVE ESTO: DVM ITA DETVR LEGATVM, NE MI-
» NVS QVAM PARTEM QVARTAM HAEREDITATIS EO TESTAMENTO HAE
» REDES CAPIANT: (hoc est lucrẽtur [i], & habeãt liberã [k]) EIS QVIBVS QVID ITA DA-
» TVM LEGATVMVE ERIT, EAM PECVNIAM SINE FRAVDE SVA) hoc est, sine
» pœna quadrupli ex lege Furia, aut dodrantis diminutiõe ex l Voconia [l]) CAPERE LICETO: IS-
» QVE HAERES QVI EAM PECVNIAM DARE IVSSVS, DAMNATVS ERIT,
5 EAM PECVNIAM DEBETO DARE, QVA DAMNATVS EST. Ex † his uerbis le-
gis apparet subobscura & à multis quæsita uariè ratio, quare in quartam legis Falcidiæ tantummodo
res quæ hæreditario iure capiuntur, debeant imputari, non etiam illæ quas iure legati, uel fideicom-
missi hæres capit, cum aliter in Trebellianica obseruetur [m]. Nam lex Falcidia uetat ultra dodrantem le-
gari: uultq; quartam partem hæreditatis apud hæredem manere [n]. Prudenter ergo Iurisconsulti ne im-
pingerent in uerba antiquæ iam legis, & sic usu roboratæ, ut de eius ratione disputandum non fuerit [o],
ita eam ex ipsis uerbis sunt interpretati, ut nihil quod non esset hæreditarium, posit in Falcidiam im-
putari. Successit longo pòst tempore sub Nerone S.C. Trebellianum [p], ætate Vespasiani S.C. Pegasia-
num [q]: quibus simpliciter cautum fuit, ut quartam partem retinere de fideicommissis hæredi liceret [r].
Quibus ex uerbis cum appareat, non prohiberi S.C. ne ultra dodrantem fidei committatur, sed id so-
lummodo caueri, ut de excedentibus dodrantem fideicommissis, retineri quarta posit: rectè putaue-
runt Iurisconsulti, si quid fideicommissi, aut legati nomine acciperet hæres, id ei in Trebellianicam es-
se imputandum, perinde atq; deductum de fideicõmissis: præsertim cum hæc interpretatio benignior
sit ad conseruandam defuncti in fideicommissis uoluntatem. Hæc de ratione obscuræ legis [s], Alc. [t] &
Duar. [u] disputant: quanquam non desint, qui hæc aliter interpretentur [x], putentq; disputandam uerba
in d.l. in quartam hær. Quod conditionis implendæ: eoq; in utramq; quartam imputari pariformiter,
6 quicquid iure hæreditario percipitur, quod iure legati non item [y]. Etsi † autem testantium gratia in-
ducta est Falcidia, tamen & ab intestato locum habet [z], ut in fideicommissis (nam legato ab intesta-
to relinqui non poterant [a]) quæ per codicillos, aut alio modo ab intestato relinquuntur. An etiam in
donationibus causa mortis? Puto & his detrahi Falcidiam [b], quando (ut ait Imperator [c]) fideicom-
missi partibus fungantur: de quibus Falcidiam detrahi, etiam cum tota hæreditatis uniuersitas relicta
est, constat [d]. Nec obstat, quòd de donationibus inter uiuos nihil decerpatur per Falcidiam [e]. nam illæ
non pertinent ad causam successionis: at donationes causa mortis, pro ultimis uoluntatibus haben-
tur [f]. Vltima uoluntate porrò, nulla extra testamentum potest hæreditas relinqui [g]. Ex quo sequitur,
donationes & fideicommissa, quibus tota uniuersitas hæreditatis donatur (ut fit inter coniuges quan-
doq;) ab intestato relinqui: & per consequens, ab hæredibus ab intestato, quibus tantum testamento,
& non alia uoluntate ultima hæreditas auferri, & exhæredatio fieri potuit [h], Falcidiam detrahi posse [i].
7 Hæredibus † autem, siue uni siue pluribus [k], illorumq; hæredibus [l], & in sua duntaxat parte [m], solum
datur hoc beneficium, non etiam grauatis legatarijs [n]. Nam etiamsi illi repudient legatum, ualet nihilo
minus testamentum: ut cessante ratione legis, non necesse sit contra testatoris uoluntatem his succur-
8 ri. Fideicommissario † tamen uniuersali competit, quia loco hæredis est [o]. Sed ne hæredibus quidem
hodie datur duobus casibus: uidelicet in pijs legatis [p], & cum testator expressè prohibet Falcidiam de-
9 trahi [q]: quamuis iure ueteri aliter obseruabatur [r]. In † ponenda autem ineundaq; l. Falcidię ratione, bo-
na considerandа sunt, sicuti fuerunt tempore mortis [s]. Et prius omne æs alienum, dos [t], funeris impen-
sa, precia seruorum manumittendorum, & quicquid hæredibus debetur, est deducendum [u]: ac tum
demum æstimatione residuorum bonorum facta, de singulis legatis pro rata cuiusque,
quarta Falcidiæ detrahetur [x]: olim iure tantum retentionis [y],
hodie etiam uindicationis [z].

a in prin. Inst. eo. Vlp. elegan ter, tit. 24.
b lib. 1. Disputa. cap. 38.
c in l. j. b. t.
d §. fi. Instit. quib. non est permis. uid. 5. de testam.
e §. pen. Inst. de fid. hære. l. rei. 5. de uerb. signif.
f uide Inst. de leg. Falc. & ibi Theoph. ac quæ ibi dem dixi.
g l. 3. de testam.
h l. 8. l. 12. de donat. caus. mort.
i l. 2. l. 6. l. ult. C. ad Falc.
k uide quæ dixi Instit. de fideicom. hæred. §. sed quia. Vlp. tit. 24.
l uide Gouean. in l. 1. b. t. Cuiac. obser. lib. 7. cap. 33.
m l. in quartam. 91. b. t.
n Vlp. tit. 24.
o l. non omnium. de legib.
p §. restituta. Inst. de fidei commiss. hæred.
q §. sed quia. Inst. de fideic commiss. hæred.
r d. §. sed quia. cum seqq. ubi Theophilus.
s l. in quartam. 91.
t lib. 6. cap. 4.
u lib. Disputa. 2. c. 10.
x Gouea. & alij, in d. l. in quartam. 91. Cuiac. obs. lib. 8. cap. 4.
y Cuiac. præall. loc. Cont. Disput. lib. 1. cap. 3. per l. qui non militabat. 78. de hæred. inst.
z l. filiusfamilias. 18. b. t. c. Raynucius. & c. Reinal dus. de testament. l. 3. 5. C. eo.
a §. penult. Instit. de fid. hær.
b l. si mortis. 5. C. ad l. Fal. l. j. § si quis. quor. bono.
c l. in donationib. 11. C. eo.
d l. 2. §. fi. de iur. codic. §. pen. Inst. eo.
e gl. in d. l. in donationib. per l. si sponsus. 5. §. con cesso. de donat. int. uir. l. si ususfructus. 80. b. t.
f l. fin. C. de dona. caus. mort.
g uide 5. de hær. inst. & de iur. codicill.
h §. fin. Inst. de codicill.
i uid. j. de dona. caus. mor.
k l. 3. C. eo.
l l. quanquam. 10. C. eo.
m l. in singulis. 77. b. t. §.

Si

& cum quæsitum. Instit. eod. n l. lex Falc. 47. in fin. hoc tit. o l. 1. §. si is qui. 400. leg. 4. & tot. tit. ff. ad Senatusconsult. Treb. nota. in leg. 4. Cod. eo. uide infr. ad Senatusconsul. Trebell. in fin. p in Authent. de Ecclesiast. tit. §. si autem hæredes. q Authent. sed cum testator. C. ad l. Falc. r d. l. quod de bonis. §. 1. hoc tit. s §. quantitas. Instit. eo. t l. si ususfructus. 80. hoc tit. l. si prædiorum. 15. C. eo. u l. qui fundum. 87. §. si quis hæredem. 1. hoc tit. l. irritum. 8. C. eo. §. sin autem. instit. eod. ubi dixi. x l. 2. l. penul. C. eod. l. in quantitate. 73. hoc tit. y l. pater. 14. l. quod de bonis. 15. l. acceptis. 93. ad l. Falc. Nouell. 1. §. sed quia. Instit. de fid. hær. z l. pen. C. eod.

BIU Cujas

Si cui plus quàm per l. Falcidiam licuerit, legatum esse dicatur. tit. iii.

a l.j.h.t.
b l.error.C.eo. §.si uerò expresse.in Auth. de hæred.& Falc.
c uide l.hæres.ad Trebell. l.j.§. si legatarius. ad l. Falc. Cuiac. lib.8.cap.2. & 5.

SI cui plus quàm licuerit, legetur, & dubitare iustè possit, utrum lex Falcidia locũ habitura sit, nec ne: subuenit Prætor hæredi, ut ei legatarius satisdet, ut si apparuerit, eum amplius legatorũ nomine cepisse, quàm ex l. Falcidia capere licebit, quãti ea res erit, tantam pecuniam det, dolusq; malus ab eo abfuturus sit [a]: quod ideo inuentum est remedium, quia si sine cautione hęres legata soluat, uidebitur agnouisse iudicium defuncti: nec Falcidiæ beneficium [b] poterit amplius implorare [c].

DIGEST. LIB. XXXVI. AD S. C. TREBELLIANVM ET PEGASIANVM. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quando sit factum.*
3 *Verba S.C.*
4 *Summa & ratio S.C. Trebelliani.*
5 *Summa & ratio S.C. Pegasiani.*
6 *Trebelliano soli omnem uim alterius S.C. attributam esse.*
7 *Hæredem ex sua quarta, legata non præstare, si portio fideicommissarij ad ea sufficiat.*
8 *Hæredem cogi ad adeundum.*

a l.j.in prin.hoc tit.

EXplicato † tractatu qui ad legata singularum rerum pertinet, transeamus nunc ad interpretationem S.C. Trebelliani. Factũ † est enim S.C. temporibus Neronis, VIII. Calend. Septemb. Annæo Seneca & Trebellio Maximo (unde Trebellianum dictum) consulibus. Cuius uerba hæc sunt [a]: CVM † ESSET ABQVISSIMVM, IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS, SI QVA DE HIS BONIS IVDICIA PENDERENT, EX HIS EOS SVBIRE, IN QVOS IVS FRVCTVSQVE TRANSFERENTVR POTIVS, QVAM CVIQVE PERICVLOSAM ESSE FIDEM SVAM: PLACET, VT ACTIONES, QVAE IN HAEREDEM HAEREDIBVSVE DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS, NEQVE HIS DARI QVI FIDEI SVAE COMMISSVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVISSENT: SED HIS ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEICOMMISSVM RESTITVTVM FVISSET: QVO MAGIS IN RELIQVVM CONFIRMENTVR SVPREMAE DEFVNCTORVM VOLVNTATES. Hoc † igitur S.C. cautum est, ut actiones quæ in hæredes hæredibusúe dari solent, post restitutam ex fideicommisso hæreditatem, eis & in eos darentur, quibus ex testamento fideicommissum restitutum esset: uisum enim fuit, eos onera & lites hæreditatis obire oportere, in quos ius fructusq; eius transferentur [b]. Quo S.C. sublata est eorum dubitatio, qui adire hæreditatem recusabant, seu metu litium, seu alio prætextu [c]. Sed † quia ne sic quidem hęredes scripti ad adeundum induci poterant, cum aut totam hæreditatem, aut penè totam restituere plerunq; rogarentur, atque ob id extinguebantur fideicommissa: ideo Vespasiani temporibus, Pegaso & Pusione Consulibus, Senatus censuit, ut ei qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia in legatis retinetur [d]. Ex singulis quoq; rebus quę per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est [e]. Post quod S.C. hæres onera hæreditaria sustinebat, fideicommissarius autem legatarij partiarij, hoc est, cui pars bonorum legata esset [f], loco habebatur: nisi quòd onera hæreditaria pro rata solennibus stipulationibus in se recipiebat [g]. Sed † postea cum stipulationes usitatæ inter hæredem & fideicommissarium, de oneribus pro rata sustinendis, displicerent, uis omnis huius S.C. in Trebellianum translata est: sic ut ex eo quartam nunc retinere liceat, actionibus nihilominus pro rata portione tam hæredi, quàm fideicommissario, & in eos competentibus [h]. Quod † in actionibus creditorum duntaxat uerum est [i]. Nam si hæres nihil ultra quartam habeat, & fideicommissarij portio legatis sufficiat, præstare is ea solus cogetur: & hęres quartam sine onere habebit (ut pleriq; putant [k]) nisi aliud testator uoluerit [l]. Si enim legata hæres de quarta soluere teneretur, quartam non retineret, & fraus fieret S.C. ac rursus in antiquum statum res rediret, & ultimæ uoluntates intercederent, nullo adire uolente. Sed † & illud S.C. inest, ut si hæres nolit adire, possit eum officio iudicis implorato fideicommissarius uniuersalis cogere ad adeundam & restituendam hæreditatem [m]. Quo casu hæres quartam detrahere nequit [n]: sed eius loco detrahit fideicommissarius, aliàs non detracturus [o]. Nam planè loco hæredis hoc casu est, omnesq; actiones integrè in eum transeunt [p]: ita ut hæres adire coactus omnino & habeat exceptionem, si conueniatur: & repellatur exceptione, si actiones hæreditarias intentare uelit [q].

1
2
3
4
5
6
7
8

b l.secũdum.10. l. ex qua. 191. de reg. iur.
c d.l.j.§.1.
d de hoc uide quæ s. dixi. in Inst. §. restituta. cum seqq. de fideicom. hær.
e §.sed quia. Inst. de fideicom.hæred. ubi dixi.
f ut in l. non amplius. 26. §.fi. s. de legat.1.
g §.ergo.ubi scripsi. Inst. de fideicom. hæred. l.2. C.ad Trebell.
h d.§.sed quia.
i uide quæ dixi in §. sed quia.6. s. Inst. de fideicom.hæred.
k in d.§.sed quia. 5. & §. si quis.8. s. Inst. de fideicom.hære. quo loco exposui.
l l.j. §. si is qui quadringenta.9. & §.fi.l.3.h.t. l.fi.C.eo.
m l.ille à quo.13.§. tempestiuè. l.nam quod 14. l. Imperator.50.h.t.
n d.l.nam quod.§.qui cõpulsus.2.
o d.l.j.§. inde Neratius. l. ex asse.28.l.facta.63.§. si eum suspecta.
p l.quamuis.40.
q d.l.j.§.quando.

Quando dies legatorum uel fideicommissorum cedat. tit. ii.

1 *Continuatio.*
2 *Cedere diem quid sit.*
3 *Quando cedat legatorum dies.*
4 *Quare conditionale legatum non cedat à morte testatoris.*
5 *Item usus fructus, legatum etiam libertatis.*
6 *Quare hæreditatum dies non cedat, sicuti in legatis.*

a l.cedere diem. 213. de uerb. signif.
b l.j.§.in nouissimo. C. de cad. tollen.
c l.qui duos. de manu. test.

ABsolutis † ijs quæ ad amissionem diminutionemq; legatorum pertinent: restat ut exequamur, quomodo legata acquirantur, quæ in ademptionem uel diminutionem non cadunt. Acquiruntur autem iuris interpretatione, cum dies eorũ cedit. Cedere † enim diem nihil aliud est, quàm incipere ḍeberi [a]. Cedit † autẽ legati dies à tempore mortis testatoris [b], quia antè nihil debetur [c]. cum

1
2
3

uoluntas

BIU Cujas

uoluntas sit eousque ambulatoria & incerta, siue purè, siue in diem relictum sit: quamuis in diem relictum, antequã ea ueniat, peti non possit [a]. Itaq; ab illo primùm tempore moriens legatarius ius suum
4 ut debitum transmittit ad hæredem [b]. Secus † est in legato cõditionali, aut in diem incertam relicto [c].
5 quia eius dies non cedit ante euentum conditionis [d]. Porrò † nec ususfructus, aut alterius personalis seruitutis aut libertatis legatum, cedit à tempore mortis, sed adita demum hæreditate: frustra enim antè cederet, cum ad hæredes non transmittatur [e]. In annuo legato sic obseruatur, ut primi anni legatum quod purum est, transmittatur, & eius dies cedat à morte testatoris: sequentium uerò nequaquam, sed
6 singulis duntaxat annis, cum sit conditionale [f]. Et hæc quidem in legatis obtinent. Hæreditates † autem non aditæ regulariter (quidam enim casus excepti sunt) non transmittuntur, neque antè quàm adeantur, earum dies cedit [h]: quippe cum hæredi solutum sit, statim à morte hæreditatem cernere i. Ius tamen deliberandi hodie indistinctè transmitti, Iust. uoluit [k]. Legatarius porrò etsi à morte testatoris, fictione iuris dominus rei legatæ fiat [l], eoq; & rei uendicationem intentare possit [m]: tamen hoc uerum esse incipit, postquam hæres adijt: qua aditione demum ius legatarij confirmatur & retrotrahitur. nam hærede non adeunte, pendent & deficiunt legata [n]. Cum igitur capere petereue ante hæreditatem aditam nequeat legatarius [o], meritò prouisum est, ne per moram hæredis deliberantis extinguatur legatum: scilicet moriente ante aditionem legatario, ut dies legati statim à morte testatoris cedat, quò transmitti possit [p].

a d.l.cedere.
b l.5.h.t. §.si coniunctim. Inst. de legat.
c l.4.& 5.l.si dies. 21.h.t.
d l.unica.§.sin autem.d.l. cedere.
e l.2.& 3.h.t.d.l.unica. §.libertatis.
f l.cum in annos singulos. 23.h.t.
g l.unic.C. de his qui ante aper.tab.
h Bald.consil.264. ad euidentiam.nu.1.uol.5.
i d.l.unic.t.t. C.de his qui ante aper. tab.
k l. cum in antiquioribus. 19.C.de iur.delib.
l l.à Titio.de furt.
m l.1.& 2.C. cõ. de legat.
n l.eam.14.l.ex testamento.29. C. de fideicomm. l.Papinian.8.§.fi.de inoff. testam.
o t.t.quor.legat.
p leg.unic. §.1.& 2.C.de cad. tollen. uide Paul. lib.3.tit.6.& ibi Cuiac.

Vt legatorum seu fideicommissorum seruandorum causa caveatur. TIT. III.

1 Quare satisdationes inductæ, & quid contineant.
2 Quomodo & à quo satisdationes exigantur.
3 Qui satisdare non cogantur.
4 Qui præter hæredes satisdare cogantur.
5 Quibus satisdandum sit.
6 Quando cesset, & in quibus casibus, satisdatio.
7 An in puris legatis caueri oporteat.

1 QVoniam † propter adiectam conditionem aut diem mora nonnunquam inijcitur, quo minus legata confestim soluantur, legatorum nomine satisdari oportere prætor putauit: quo tutiore loco res legatarijs essent, ut quibus testator dari fieri uoluit, his diebus & detur & fiat, dolumq; malum abfuturum stipulentur [a]: quam in stipulationem uenit res legata, & quicquid in actione ex testamento inest [b]. Nam cùm hoc in bonæ fidei iudicijs receptũ uideamus [c], ut debitore pro debitis tam
2 præsentibus quàm in diem, atq; adeò conditionalibus, exigi satisdatio ob securitatem possit [d]: quan-
3 to magis in hæreditaria causa admittendum fuit, quæ bonæ fidei iudicijs affinis est [e]? Semper † autem satisdare hæres cogitur, datis fideiussoribus [f], cuiuscunq; sit dignitatis, uel † quarumcunq; facultatũ [g]: excepto fisco [h], qui perpetuò idoneus est, & soluendo [i]: & ciuitatibus hactenus tamen, ut non quidem
4 satisdare, sed cauere tamen cogantur [k]. Nec † modò hæres satisdat, sed etiam substitutus fideicommis-
5 sarius, quamuis singularis: & deniq; quicunq; sit à quo relictũ est, & horũ omniũ hæredes [l]. Omni † etiá
6 legatario siue fideicommissario, horumq; successoribus satisdandũ est [m]. Cessat † autem hæc cautio, si eam testator exigi nolit [n]: si manifestum est, non ualere legatum [o]: uel in continenti probare paratus est
7 hæres, nihil deberi [p]: quia antè de legato quàm de satisdatione constare potest. Qua † ratione placuit, puris legatis satisdationem opus non esse [q]: cum ipsum legatum statim exigi queat, nisi hæres dare tergiuersetur. Tum enim propter moras iudicij, locus erit satisdationi [r].

a l.j.l. hæc stipulatio.14. uide Cuiac.obser.lib.4. cap.39.
b d.l.j.§.uel sine.§.item si quis.§.item quæritur.
c l.in omnib.41.de iud.
d Bart.in d.l.in omnibus. per l.gregẽ.§.si sub conditione.de pignorib.
e l.in minorem.cum gl.C. ex quib. causis in integ. rest. non est nec. l.cum res.in prin.l huiusmodi. §.si hæres. de leg. 1.
f d.l.j.l. prætoriæ, j. de prætor. stipulatio.
g d.l.j.circa prin.
h d.l.j.§.si ad fiscum.
i l.2.de fund.dot.l.3.§.idẽ sciẽdũ, si eia plus quàm per l.Falc.
k l.6.§.1.h.t.
l d.l.j.§.7.& §.non solũ.
m d.l.hæc stipulatio. d.l.j. in prin.& §.1.
n l.licet.12.h.t.
o d.l. hæc stipulatio.§.diuus.

Vt in possessione legatorum uel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat. TITVLVS IV.

1 Continuatio.
2 Quid hic significet bonorum possessio.
3 Quando locum habeat, & quatenus extendatur.

1 NOn † sine ratione prętori hoc uisum est, ut sicuti hæres incumbit possessioni bonorum, ita quoque legatarij carere non debeant bonis defuncti. nam, ut uerè dixit Æschines, nullius momenti esse ciuitatem, quę non habeat neruos executionis in contumaces: ita ridicula & nullius momenti fuerint prætoris edicta, quibus ius legatorum tuetur, si non munita sint executione & pœnis, quibus ad obedientiam refractarij compellantur. Quocirca rectè prætor aut satisdari legatarijs, aut si
2 satis non detur, in possessionem bonorum iri uoluit [a]. Bonorum † hic appellatio continet omnes res,
3 quarum proprietas pertinet ad hæredem ex hæreditate [b]. Itaq; † quamuis minima res legata sit, uel per fideicommissum relicta, tamen si non soluatur ab hærede, uel eo nomine caueatur, cum caueri oportet, de quo summatim cognoscitur [c]: in possessionem omnium bonorum quæ ex ea hæreditate sunt, legatarium siue fideicommissarium prætor legatorum seruandorum causa mittit [d]: quod tamen hodie Iust. in Nouell. de exhibend. reis, correxit, & pro quantitate legati missionem fieri uoluit. Porrò missione decreta, uel inuito hærede per uiatorem aut officialem præfecti, aut ex interdicto, ne uis fiat ei, &c. legatarius introducendus est in possessionem [e], ut custodiæ causa simul cum hærede possideat: donec is tædio perpetuæ custodiæ affectus, cautionem præstet, aut legatum soluat [f].

a l.j.§.fi.de inoff. testam.
b t.t.quor.legat.
c leg.unic. §.1.& 2.C.de cad. tollen. uide Paul. lib.3.tit.6.& ibi Cuiac.
d l.j.l. hæc stipulatio.14. uide Cuiac.obser.lib.4. cap.39.
e d.l.j.§.uel sine.§.item si quis.§.item quæritur.
f d.l.j.l. prætoriæ, j. de prætor. stipulatio.
g d.l.j.circa prin.
h d.l.j.§.si ad fiscum.
i l.2.de fund.dot.l.3.§.idẽ sciẽdũ, si eia plus quàm per l.Falc.
k l.6.§.1.h.t.
l d.l.j.§.7.& §.non solũ.
m d.l.hæc stipulatio. d.l.j. in prin.& §.1.
n l.licet.12.h.t.
o d.l. hæc stipulatio.§.diuus.
p l.si is à quo.j.tit.1.
q Azo in Rub.hic nu.2.
r l.etiam.15.h.t.
a l.j.in prin.5.tit.1.
b l. is cui. 5. §. qui in possessionem.5.cum §.seqq.
c l.1.C.eod.
d l.quamuis.13.h.t.
e d.l.is cui. §. in possessionem.20.
f d.l. is cui. in prin. & §. qui legatorum. 16. cum similibus.

BIU Cujas

DIGEST. PARS VI.

LIBER XXXVII.

De bonorum possessionibus. Tit. I.

1 Continuatio ex dispositione integra Pandectarum.
2 Quare bonor. poss. introductæ.
3 Definitio.
4 Quid significet hîc bonorum appellatio.
5 Quid possessio.
6 Quid ius.
7 Quomodo petatur bonorum poss.
8 Quomodo hæc possessio ab alijs differat.
9 Diuisio possessionum.
10 Causa efficiens & materialis.
11 Forma decernendæ & petendæ poss. bon. & de edictali ac decretali bonorum poss.
12 Finis & effectus.

CRedo † uos meminisse initio huius Operis, iudicia, in quorum omnium ordine partibus, progressu atq; effectibus explicandis, Pandectæ consumuntur, ita fuisse distributa, ut alia sint ordinaria, alia extraordinaria: ordinariorum autem, partim ciuilia, partim criminalia: ciuilium rursus alia propriè ciuilia, alia Prætoria. De ciuilibus hactenus uidemur abundè pro instituto nostro tractasse. Transeamus ergo ad iudicia Prætoria: eo quidem commodiore loco atq; ordine, quòd postquam tradidimus quemadmodum ex testamentis iure ciuili succedatur, tempus sit demonstrare, quibus modis Prætor tam ex ultima uoluntate quàm ab intestato, successiones deferat: quæ quidem omnes generali nomine appellantur bonorum possessiones, sicuti quæ iuris ciuilis sunt, hæreditates. Nam † sciendum est, à prætore neminem effici hæredem [a], ne derogetur apertè iuri ciuili, quod alios hæredes constituit: nec dari dominium aut familiam, quæ in hæredem transit [b], quod solius est legis [c]: sed per indirectum, & quadam circumductione nonnullos ad successionem uocari, data bonorum possessione: in quam prætor mittere uice dominij occurrente aliqua æquitate solet [d]: de qua primùm in genere, pòst sigillatim erit disserendum. Bonorum † igitur possessionem, quod quidem ad præsens argumentum attinet, ita rectè definiemus: ius persequendi, retinendiq; patrimonij, siue rei quæ cuiusq; cum moritur, fuit [e]. Bonorum † appellatio non hìc capitur deducto ære alieno, ut aliàs semper [f]: sed comprehendit omnia commoda & incommoda hereditaria, dominiumq; rerum quæ in his bonis sunt, saltem prætorium, si non ciuile, tribuit, non minus quàm iure ciuili hæreditatis aditio [g]. Possessionem † hìc intelligimus, non nudam rei detentionem, sed ius & utile dominium rerum quæ in hæreditate sunt [h]. In omnibus enim uice hæredum, bonorum possessores habentur [i]. Ius, intellige Prætoriũ: neq; enim est ulla istius generis possessio, quæ non à Prætore detur [k]. Est † igitur ius, id est, facultas à prætore concessa persequendi: in hoc habes differentiam, qua bonorũ possessio ab hæreditate secernitur. Hæc † enim petitur actione ciuili, illam uerò persequimur officio iudicis extra ordinem, quod uerbum persequendi denotat [l]. In † uerbo retinendi, altera latet differentia, qua à reliquis possessionibus, de quibus alibi [m] prolixè agitur, ista possessio separatur. Illæ enim plurimum facti habent, & ipsum duntaxat detinendi ius denotant [n]: hæc uerò uim obtinendæ retinendæq; proprietatis, iure successionis cõplectitur. Itaq; & qui corporaliter possidet, nihilominus petet à prætore bonorum possessionẽ, hoc est, ius successionis: & cui à prætore bonorũ possessio decreta est, is eo non ius corporale detinendi, sed ius successionis & utile dominium rerum quæ sunt in hæreditate, cõsequitur: ac proinde in corporalem possessionem adhuc erit mittendus [o]. Bonorum † possessiones etsi iuris ciuilis respectu omnes extra ordinem dentur, tamen ex iure prætorio unde fluunt, aliæ sunt ordinariæ, quæ partim secundum aut contra tabulas, partim ab intestato dantur: aliæ extraordinariæ, quæ nulla certa edicti parte, uel ad testamentum, uel ad causam intestati adiunguntur, sed ex nouis legibus, prout quæq; res incidit, extra ordinem dantur [p]. De quibus singulis speciebus pòst uidebimus. Perhibentur & aliæ cum re, aliæ sine re esse [q], quod nunc in medium relinquo. Causa † efficiens huius possessionis, est Prætor qui eam defert [r], & uoluntas eius cui defertur: nulli enim inuito bonorum possessio acquiritur [s]. Materia in qua decernitur possessio, sunt omnes res, omnia commoda & incommoda hæreditaria [t]. Forma † qua prætor bonorum possessionem generaliter defert, extat in edictis: unde & edictalis possessio bonorum appellatur. Ea uerò qua prætor possessionem ex edicto petenti particulariter decernebat, quæ possessio decretalis appellabatur, antiquata hodie est: sufficitq; qualicunque testatione apud iudicem bonorum possessionem agnoscere [u], sicuti in ciuilibus quocunque animi & uoluntatis indicatione potest adiri hæreditas [x]. Hęc tamen contestatio, agnoscentis poss. intra legitimũ tempus facienda est: quod in liberis & parentibus annuum, in reliquis agnatis & cognatis, centum est dierum [y]. Finis † est, ut is qui iure ciuili contra æquitatem naturalem hæreditate excludebatur, beneficio bonorum possessionis Prætorij successionem sibi debitam acquirat. Vis & effectus in eo uertitur, quòd is qui bonorum poss. agnouit, fit uice hæredis, omniaq; iura hæreditaria, perinde ut hæres, consequatur [z].

a §. quos autem. Instit. eo.
b §. ult. Inst. de hær. qual. §. 2. Inst. eo.
c §. 2. Inst. eo. ubi dixi.
d tot. tit. quibus ex caus. in bon. possess. & passim de damn. infect.
e l. 3. §. bonorum. 2. b. t.
f leg. subsignatum. 39. §. 1. de uerb. significatio. leg. non possunt. de iure fisc. l. fi. de usufruct. lega. l. cum emancipa. §. 1. de collat. bono.
g l. j. b. t.
h d. l. 1. 2. 3. b. t. §. 1. Inst. eo.
i d. l. 2.
k §. 7. Inst. eo.
l l. pecun. 178. §. persecutionis. ubi Alcia. l. actionis. 34. cum ibi notat. de uerb. significat.
m in tit. de acqui. poss.
n l. deniq;. 19. ex quib. cau sis maio. l. j. §. Scæuola. si is qui test. lib. esse iuss. d. l. 1. 2. 3. §. 1. b. t.
p §. sunt autem. iuncto §. septima. Inst. eo.
q Cuiac. Instit. quib. mod. test. infi. & obs. lib. 4. cap. 24.
r l. 1. l. 3. cum simil. de iurisdict.
s l. 3. §. bonorum. 2. in fin.
t d. l. 1.
u l. fi. C. qui admitti ad bonorum possess.
x l. pro hærede. cum sim. s. de acquir. hæred.
y §. cum igitur. Inst. eo. d. l. fin.
z d. l. 2. 3. cum similibus.

BIU Cujas

Si tabulæ testamenti extabunt.

TITVLVS II.

1 *Continuatio.* 2 *Quare prætor deletis uel non extantibus tabulis, bon. poss. non decernat.*

1 ET hæc † in genere de bonorum possessionibus dicta sufficiant: nunc quædam sigillatim attingamus. Ac † cum petitur bonorũ poss. in primis uidendum erit, an tabulæ testamenti extent. Nam
2 si non appareant, aut appareant quidẽ, sed in ijs ita deletum sit, quamuis inconsultò, nomen hæredis, ut penitùs legi non possit: bonorum poss. ex testamento non dabitur, cum prætor iustam dubitandi causam habeat, utrum qui petit possessionem, hæres scriptus sit, an non: sed si prolatis semel publicatisq; integrè (ut moris est) tabulis [a], de uoluntate testatoris constiterit, etiamsi hæ postea intereant, competet bonorum possess. quia uerum est tabulas extitisse [b].

a *l. publicatæ. C. de testamentis.*
b *l. unica. h. t. uide in l. 2. C. de testa.*

De bonorum possessione furioso, infanti,

MVTO, SVRDO, CAECO, COMPETENTI.

TITVLVS III.

1 *Intra quod tempus bonorum possessio petenda.* 2 *Quare hoc tempus furiosis & infantibus non currat.*

1 BOnorum † poss. à liberis intra annum utilem, à reliquis agnatis intra centum dies utiles ex quo
2 res comperta fuit, petenda est. Eo tempore elapso, ius petitionis deperit, neq; quisquam ignorantia iuris excusatur [a]. Habent † tamen excusationem quædam personæ, quibus tempora non cedunt: cuiusmodi sunt furiosi [b], infantes [c], etiamsi horum tutores uel curatores petere potuerint: quod eam habet rationem, quia spacium illud scientibus, non ignorantibus præfinitum est. Scire autem neque furiosi, neq; infantes possunt [d]. Muti, surdi, cæci, dummodo quid agatur intelligant, nihil causæ est, quare iure communi uti non debeant.

a *l. si plures. 9. l. in bonorum. 10. ff. de bon. poss. l. iuris. l. fi. C. qui admit. §. liberis. Inst. de bono. poss.*
b *l. 1. h. t. l. non est ambigendum. ff. tit. 2.*
c *l. seruus. ff. de bon. poss.*
d *l. 1. h. t.*

De bonorum possessione contra tabulas.

TITVLVS IV.

1 *Continuatio.* 3 *Quare non detur exhæredatis.*
2 *Tam suis quàm emancipatis hanc bon. poss. dari.*

1 BOnorum † poss. ex ultimâ uoluntate dupliciter datur: aut contra tabulas, aut secundum tabu-
2 las. Contra † tabulas testamenti dat Prætor possessionẽ liberis præteritis [a], non solùm emancipatis, qui iure ciuili præteriri poterant, ut prætor eis meritò hac bonorum possessione succurrat: uerùm etiam suis. Etsi enim hi iure ciuili testamentum dicere nullum possunt [b]: tamen si malint uerecundius cum paterno iudicio agere, dat eis prætor bonorum possessionẽ contra tabulas, eodem o-
3 mnino iure atque ordine, quo uocantur ad successionem iure ciuili [c]. Liberis † exhæredatis hæc possessio non datur [d]. Quia non temerè uoluit prætor rescindi tabulas testamenti, cum iusta exhæredationis causa esse possit: itaq; ijs recurrendum erit ad querelã inofficiosi testamenti. Idem obtinet, cum præteritio pro exhæredatione habetur, ut est materna [e].

a *l. 1. h. t.*
b *in prin. Inst. de exhæred. libero. ubi expos.*
c *d. l. 1. l. 2. C. eod.*
d *d. l. 1.*
e *l. 4. §. ad testamenta. h. t. §. ult. ubi dixi Inst. de exh. lib.*

De legatis præstandis, contra tabulas

BONORVM POSSESSIONE PETITA.

TITVLVS V.

BOnorum possessione contra tabulas petita, sciendum est, rescindi totum testamentum, & institutiones, libertates, legata, & fideicõmissa omnia corruere: quamadmodum fit, cum per querelam inofficiosi rumpitur [a]. Placuit tamen ex æquitate prætori, ut qui iudicium patris rescindunt, per contra tabulas bonorum poss. ex uoluntate eius, quibusdam personis legata & fideicõmissa præstarẽt: hoc est, liberis & parentibus utriusq; sexus in infinitum, & uxori nuruiq; dotis nomine legatum [b]. Hodie euacuato quacũq; ex causa præteritionis testamento, legata omnia deberi, rectè Azo [c] adnotauit [d]: etiamsi quidam putent, Iustin. constitutionem in bonorum poss. non obtinere.

a *l. Papinianus. 8. §. fi. de inoff. testa.*
b *l. 1. 2. 3. l. 8. §. ult. l. is qui. 15. §. pen. h. t.*
c *in tit. C. de bon. poss. contra tab. in fi.*
d *Auth. ex causa. C. de lib. præter.*

De collatione bonorum. Tit. VI.

1 *Quare emancipati suis conferre debeant.*
2 *Vnde ortæ collationes: quid sint, quæ causa efficiens.*
3 *Varia collationum iura.*
4 *Tantum inter descendentes collationi esse locum.*
5 *Materia: quænam conferantur.*
6 *Forma: quomodo fiat collatio.*
7 *Finis & effectus.*

1 CVm † prætor ad bonorũ poss. contra tab. emancipatos admittat, participesq; faciat cum his qui sunt in potestate bonorum paternorũ: consequens esse credidit, ut sua quoq; bona in medium conferant, qui appetunt paterna [a]. Conferre, est aliquid in medium ferre & contribuere [b]. Collatio, authore Baldo [c], est rei propriæ in commune illatio, ut hæreditati cõmuni permixta, inter omnes cohæredes æqualiter diuidatur [d]. Hęc autem collationis ratio manifestam habet æquitatem, & æqualitatem facit inter liberos, quæ mater est concordiæ, ut dicitur: τὸ ἴσον φίλιππον ἐστιν. Nam cum filij qui

a *l. j. in princ. h. t. uide de hac materia Cuiac. obs. lib. 3. cap. 29. & 30.*
b *l. j. tot. tit. ad l. Rhod. de iact. uerb. contributione. & tit. de trib. actio.*
c *in l. si emancipati. 9. nu. 11. C. de collat.*
d *uid. gl. et Dd. hic in Rub. & Ias. C. eod. nu. 1. & Dd. in d. l. si emãcipati.*

BIU Cujas

manent in potestate, omnia adquirant patri, eaq; re paternam augeant hæreditatem: æquum est, ut emancipati quæ sibi acquisiuerunt, in communem hæreditatem conferant, atq; ita omnia æqualiter pro uirilibus portionibus diuidantur. Et † ab hac quidē causa initiò profecta est contributionis æquitas, 2
quæ postea propter æqualitatis rationem latius est extensa. Sed † quoniam hac in materia, multa tem 3
poribus uariata innouataq; sunt, ut omnia breui comprehendi nequeant: quid iure nouissimo cautum sit & obseruetur, attendamus. Et † sciendum est, in successione descendentium, tantummodo esse lo. 4
cum collationi, nō in ascendentibus, aut collateralibus: in quibus communicationis ratio cessat, quia nullus horum defuncto, de cuius hæreditate agitur, sed sibi acquisiuit, ut alibi Dd. explicant [a]. Moribus tamen Sax. mater marito succedens cum proprijs liberis, dotem illis & reliqua bona conferre cogitur: dum tamē tantū sit in hæreditate, ut ex diuisione tota illi dos obuenire queat [b]. Quod putauerim obtinere, quando ex statuto Saxonico succedit, & tertiā accipit bonorū à marito relictorū partem. Nam si iure ueniat cōmuni [c], quartam, aut plurib. liberis extantib. portionē capiēs filialē: æquius fortè fuerit, eam collatione nō grauari, quam ius non imponit: quanquam fateor, legem tantum inopes ad successionem uocare mulieres: ut hoc beneficio uti non posse uideantur ditiores, quæ sua uelint habere præcipua, nisi ex statuto conferant. Sed uerius uidetur, ubi ex lege succeditur, ius collationis lege non expressum, & quod alioqui stricti iuris ac restringendum est, induci interpretatione non oportere: cæterùm quoniam tantum de indotatis constitutio loquitur, ideo dotatas mulieres quæ illo beneficio uti uelint, dotem in quartam, ut & reliqua prælegata, imputare debere [d]. Porrò † descendentes omnes, 5
hoc est, liberi, eorumq; hæredes (nam collationis beneficium in hæredes transit [e]) sine ulla emancipationis aut suitatis distinctione sibi inuicem conferunt, duntaxat quæ sunt profecticia: quæ quidem facta essent hæreditaria, nisi data fuissent: cuiusmodi sunt, dotes, donationes propter nuptias, &c. Idque tam ex testamento, quàm ab intestato, nisi testator collationem sustulerit [f]. Fit † autem colla- 6
tio aut re ipsa, hoc est, ipso facto inita collationis ratione: aut cautione, datis fideiussoribus uel pignoribus de conferendo [g]. Quæ quidem cautio siue stipulatio committitur, cum interpellatus post aliquod spacium, quo potuit conferre non fecit: & condemnationem quanti ea res erit, continet [h]. Quòd si quis neq; conferre nec cauere uelit, denegantur ei actiones hæreditarię, puta hæreditatis petitio, donec consilium mutet [i]. Sed & implorato officio iudicis eò potest cōpelli: quid enim si non opus illi sit actionibus, utpote possidenti, & conferre supersedeat [k]? Agenti quoq; obijci potest exceptio, nisi conferat, quæ impedit litis ingressum [l]: quòd etiamsi sine exceptionis obiectu admissus sit agens, & diuisio cum ipso facta, poterit nihilo tamen minus pòst officio iudicis implorato [m], collatio peti. Moribus etiam nostris, conferens iusiurandum dare debet, non plus se habere reuera quàm conferat [n]. Finis † col- 7
lationis est, ut seruetur æqualitas [o]: effectus, ut collata communiter diuidantur [p].

[a] Iaſ. in l. ſi emancipati. nu. 26. C. de collatio. gl. in l. j. C. de legit. hæred.
[b] Fachſ. diff. 20. uid. j. unde uir & uxor.
[c] ex Auth. præterea. C. unde uir & uxor.
[d] Caſt. nu. 6. Bal. in fin. in d. Auth. præterea.
[e] l. ſi maritus. 14. C. eod. ubi Iaſ.
[f] Auth. ex teſtamento. l. ſi emancipati. 9. l. ut liberis. 17. l. fi. C. eo. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. illud. l. filiæ. C. fam. erciſc. l. filius. C. de inoff. teſta.
[g] l. j. §. iubet. 7. h. t.
[h] l. ſi quis. 5. §. ult. h. t.
[i] d. l. j. §. ſi frater. 8. §. ſed ſi tui. 10. l. nōnunquam. 8. h. t.
[k] l. ſi ſoror. 8. C. eod. l. j. j. tit. 1. Dd. in l. emācipati.
[l] Iaſ. in l. poſthumo. nu. 3. C. eod.
[m] l. ſi ſoror. 8. C. eod. Iaſ. in l. ea demum. num. 7. C. eo. tit.
[n] D. Reinhar. diff. 6.
[o] l. illud. 20. ubi Bar. C. eo.
[p] l. illam. 19. §. fi. C. eo.

De collatione dotis. Tit. VII.

1 *Quare dos conferatur.*
2 *Donationes ſimplices non conferri.*
3 *Impenſas ſtudiorum, & ſimilia, non conferri.*

CVm † pater ex necessitate pro modo suarum facultatum teneatur dotare filiam [a], & in necessi- 1
tatibus nemo liberalis existat, nec donare uideatur [b]: meritò placuit, non uideri patrem uoluisse dotem filiæ esse præcipuam, & propterea eam, sicuti reliqua bona & donationes, in commune esse conferendam [c]. Sed † an uera simplexq; donatio, facta filiæ aut filio, à parente erit conferenda? 2
Placentinus [d] iudicat, conferri oportere: quod Azoni, Accursio, & reliquis Dd. meritò displicuit [e]. Qui putant, ut legata [f], ita nec donationes simplices, quæ quidem inofficiosæ non sint, in collationem uenire: quia pater uoluisse uidetur, ut eas præcipuas haberent, quibus essent factæ [g], exceptis aliquot casibus qui alibi numerantur [h]. Atq; † hæc quidem sententia ut communior est, ita usu quoq; præualuit. 3
Sed an quæ studijs filiorum pater impendit, sunt conferenda? & cum alere & instituere pater liberos cogatur, ut suprà [i] dictum est, cumq; hæc impēsa sit quodammodo æs alienū, ac filijs debeatur: æquius est, conferri non oportere [k]. Qua etiam ratione placuit, uestimenta, libros, arma, equos, sumptus doctorales [l], & si quę sunt similia, filios non communicare [m]: neq; filiam mundum, uestes, ornamenta à patre accepta, sumptus nuptiarum, & similia, quæ suo quodam iure à patre ei debentur, & à patre sunt præstanda, uelut quædam alimentorum accessio [n]. Illud ultimò notandum, ius quidem collationis pacto tolli non posse [o], testamento paterno posse [p].

[a] l. qui liberos. de ritu nup. l. cum post. §. gener. de iur. dot. l. fin. C. de dot. promiſſ.
[b] l. rem legatā 18. de adimen. lega.
[c] l. Pomponius. 5. fam. erciſcun. l. filiæ. l. illam. C. de collatio.
[d] in tit. C. de collatio. pro quo l. ſi donatione. 13. C. eod.
[e] in Auth. ex teſtamento. C. eod. ubi Iaſ. & in l. ſi donatione. eo. tit. & in Auth. unde ſi parens. C. de inoff. teſtam.
[f] l. filiæ. 2. l. filiam. C. de collat. uide Cuiac. lib. 3. c. 30.
[g] §. illud. in Auth. de trien. & ſemiſſ.
[h] in d. Auth. ex teſtamento. et in l. pen. C. de coll.
[i] ad tit. de agnoſcen. lib.
[k] l. quæ pater. 51. 5. famil. erciſc. Iaſ. in Auth. quod locum. nu. 3. & 4. C. eo.
[l] Rauenn. de teſt. in fi. gl. Lat. lib. 1. art. 13.
[m] uide Land. lib. 1. art. 10. & 15.
[n] Bal. in l. filiæ. nu. 14. C. fam. erciſc.
[o] l. pactum, 15. C. de pact.
[p] l. ſi quis. 5. §. fi. h. t. l. j. cum Auth. ſeqq. ubi Iaſ. nu. 1. & 2. l. filiæ, l. filiam. C. eod.

De coniungendis cum emancipato liberis eius. Titvlvs VIII.

EMancipato filio, nepotes in potestate retenti, iure ciuili patris locum occupant: fiuntq; auo sui & proximi hæredes, excluso patre [a]. Quoniam autem emancipatus iure prætorio per bonorum possessionem uocatur, neq; æquum est emancipatum uenire solum, & excludere nepotes, suos hæredes, aut nepotes contrà iure suitatis obijci patri suo, qui iure naturæ prior est gradu: Prætor ita rem temperat, ut emancipato bonorum poss. eius partis det, quæ ad eum pertineret, si in potestate permansisset: sed ita ut ex ea parte dimidiam ipse, reliquam liberi eius habeant, ijsq; bona sua conferat [b]. Hoc edictum hodie locum non habet, sublata suitatis & emancipationis differentia. Itaq; pater quamuis emancipatus, præfertur suis liberis, tanquam gradu proximior [c].

De

[a] §. ſui Inſtit. de hæred. qua. & diff. [b] l. j. h. t. [c] §. 1. in Auth. de

De uentre in possess. mittendo, & curatore eius. Titulus IX.

1 *Continuatio.* 2 *Quibus, quando hæc possessio decernatur.* 3 *Ius nouum.*

1 SIcuti † liberorũ eorum qui iam in rebus existunt humanis, curam prætor habuit: ita etiam eos qui
2 nondum nati sunt, propter spem nascendi non neglexit. Nam † ex hac parte edicti eos tuitus est, dum uentrem mittit in possessionem, uice contra tabulas bonorum possessionis, ut de bonis defuncti alatur [a]. Prægnantem autem esse mulierem oportet omni modo: nec dicere se prægnantem sufficit. Quare nec tenet datio bonorum poss. nisi uerè prægnans fuerit, & mortis tempore, & eo quo se mitti in poss. petit. ac si abortum fecerit, finitur missio, quasi prægnans nõ fuerit [b]. Toties autem mittitur uenter in poss. si nõ est exhæredatus: & id quod in utero est, inter suos hæredes futurũ erit [c]. Quod
3 iure † nouo locum non habet: nam nec exheredari potest uenter, utpote quem impossibile sit aliquam ingratitudinis præbuisse causam, quamobrem sit exhæredandus [d]: & iura suitatis ac emancipationis sunt sublata [e], ut perinde emancipatorum, ac suorum habenda sit ratio.

a *l. j. in prin. & §. sed etsi. hoc tit.*
b *l. j. 7. fin. h. t. l. 2. C. de post. hær. Paul. lib. 4. tit. 9.*
c *l. j. §. 1. h. t.*
d *l. si quis. 33. §. 1. C. de inoff. testam.*
e *uide quæ dixi Inst. ad ti. de hær. qual. de exhære. lib. & de hære. quæ ab intest.*

De Carboniano edicto. Tit. X.

IMpuberibus, quorum ætas iniurijs insidijsq; obnoxia est [a], bonorum patris possessionem petentibus, edicto Carboniano consulitur: ut si cui impuberi quæstio status moueatur, an inter liberos sit, causa summatim cognita, perinde possessio detur, ac si nulla ea de re controuersia esset, & iudicium in tempus pubertatis differatur [b].

a *l. j. de minor.*
b *l. j. l. 3. §. summatim. h. t. C. eod.*

De bonorum possessione secundum tabulas. Titulus XI.

TRanseamus ad bonorum possessionem secundum tabulas, cui locus sit, cum cõtra tabulatio cessat [a]. Hanc prætor introduxit, confirmandi iuris ciuilis gratia: quo plures uiæ conseruandæ hæreditatis paterent [b], & iustius possidere uideretur, qui authore prætore possideret [c]. Datur hæc possessio scriptis hæredibus quibuscunq; [d].

a *l. j. §. æquissimum. h. t. l. illud. 5. de bonorũ poss. contra tab. l. is qui in potestate. 15. §. sed si scriptus. 5. de lega. præstan.*
b *in prin. Instit. de bonor. poss. l. suum hæredem. C. de iur. de ib.*
c *l. iustè. de acquir. poss.*
d *§. sunt autẽ. Inst. de bon. poss. l. j. §. defertur. & §. primo gradu. l. bi de mum. l. cum tabulæ. h. t.*

Si à parente quis manumissus sit. Tit. XII.

1 *Continuatio.* 2 *Ratio quare pater admittatur.* 3 *Quare pacto pater possit excludi.*

1 VT filius † præteritus potest contra tabulas patris bonorum poss. petere: ita pater aut auus paternus præteritus contra tabulas filij, ad exemplum patroni in bonis libertorum admittitur: quod
2 æquissimum prætori uisum est: quia † à parente beneficium habuit acquirendorum bonorum, emancipatione facta. Quippe si filius familiàs esset, quodcunq; sibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret, castrensi, uel quasi peculio excepto. Et ideo itum est in hoc, ut pater exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poss. admittatur [a]: nisi accepit pecuniam ut emanciparet, uel postea uiuus in
3 eum filius quantum satis est, contulit, ne iudicia eius inquietaret. Nam † tunc exceptio doli mali obstabit [b]. Istiusmodi enim pacta ualent, cum nõ sint de futura successione repudianda [c]: sed remittatur tantum in ijs id quod patri non iure successionis, sed in remunerationem & authoramentum emancipationis debebatur [d]: id quod relinqui pactis, repudiariq; potest [e].

a *l. j. & t. h. t.*
b *d. l. j. §. si parens.*
c *sicuti in l. si quando. §. illud. C. de inoff. test. in l. pactum. C. de collatio.*
d *l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis quæ lib.*
e *l. fi. C. de emancip. lib.*

De bonorum possessione ex testamento militis. Titulus XIII.

ETita quidem se bonorum possessiones in paganorum testamentis habent: in ultimis autem militum uoluntatibus id singulare est, quòd secundum tabulas, non etiam contra, detur bonorum poss. ratæ enim debent esse eorum uoluntates, quomodocunq; factæ [a]. Quòd non solùm in militibus, sed omnibus omnino obtinet, qui in hosticolo seu hostico, id est, hostili agro decedunt, & supremа iudicia sua quoquo modo ordinarunt, etiamsi iure militari testari nequeant: ut præses, legatus, &c. Quoniam in hostico uersantes, cùm paria cum militibus pericula experiantur, iura quoq; eadem meritò sibi uendicant.

a *l. j. & tot. tit. de testam. milita.*

De iure patronatus. Tit. XIV.

POstquam expositum est, quomodo liberi & parentes bonorum poss. petant: uideamus qua ratione patronis consulatur, eo magis quòd ad exemplum patroni, parentes petere bonorum possessionem diximus. Itaq; sciendum est, in authoramentum datæ libertatis, patronum succedere ab intestato, duntaxat liberto, si sui hæredes non existant: idq; ex lege XII. Tab. [a] Quis enim hoc illi inuideat, cùm si non manumisset, omnia iura dominicæ potestatis sibi quæreret? Qua ratione moti prætores, etiam contra testamentum bonorum possessionem decreuerunt, si liberi nõ essent instituti. Qua

a *in prin. Instit. de successio. libert.*

quidem bonorum poss. olim dimidia, hodie ex constitutione Iustiniani, tertia hæreditatis pars institutis hæredibus aufertur: dummodo libertus ultra centum aureos in bonis habeat *.

* §. sed nostra. Inst. de succeſſ. liberto.

De obsequijs, parentibus & patronis præstandis. TITVLVS XV.

PRæter succesſionem, obsequiũ etiã parentibus & patronis debetur [a]. Nam liberto & filio, semper honesta & sancta persona patris ac patroni uideri debet [b]. Quandoquidẽ ab altero uita naturalis, ab altero ciuilis, nempe libertas (serui enim pro mortuis habentur [c]) accipitur. Et quoniam hoc ius in natura consistit [d], etiam militibus & rusticis pietatis ratio constare debet [e]. Natura enim omnib. cõmunis est [f]: si contrà faciant, delictum ad publicã pietatem pertinens, pro modo eius uindicabitur [g]. Ex quo apparet, hanc pœnam arbitrariam esse [h]: etiamsi lege Mosi, contumaciam eiusmodi Dominus capitis pœna sanciuerit, Deuter. 21. Quinetiam libertus ingratitudinis conuictus, in seruitutem retrahitur [i], ut filius emancipatus in potestatem [k]. Præter obsequia, honori parentũ ac patronorũ illud etiã tribuendum est, ne in ius sine uenia uocentur [l], neúe quã famosa actio aut exceptio in illos detur [m].

a l. generaliter. 5. de in ius uocan.
b l. antepen. h.t.
c l. quod attinet. de reg. iur.
d l. 2. de ruſt. & in l. ſi nõ ſortem. §. libertus. de cõdict. ind.
e l. j. h.t. l. 2. C. de in ius uocand.
f l. hos accuſare. §. omnib. de accu. l. 5. de in ius uoc.
g d. l. j. h.t. l. unica. ſup. de off. præf. urb.
h l. 3. & 4. C. de patr. poteſt. gl. l. 3. C. de ſac. Eccleſ.
i l. 4. h.t. t. C. de libert. & eorum lib. in Auth. ut liberti decæterò eſſe.
k l. unic. C. de ingrat. lib.
l d. l. 2. C. de in ius uoc. l. 3. cum ſeqq. ff. eod.
m l. 2. 5. 6. 7. h.t. apud Celſum. §. aduerſum de dol. mal. except. l. nõ debet. de dol. mal.

DIGEST. LIB. XXXVIII. DE OPERIS LIBERTORVM. TIT. I.

1 Quare operæ à liberis, non à liberis exigantur.
2 Differentia inter obſequia & operas.
3 De officialibus & fabrilibus operis.
4 Quando operas libertus debeat.
5 Quomodo finiatur operarum obligatio.

OBsequia † non modò liberti, sed & liberi debent, operas non item [a]: quia ingenuis imponi nequeunt, cum habeant speciem seruitutis [b]. Multum † autem inter hæc interest. Nam obsequia in exhibitione honoris, & pietate consistunt [c]: ideoq; præceptis omnia includi nequeunt [d]. Operæ † autem sunt diurnum officium: quia luce & per diem explicantur [e]. Hæ diuiduntur in officiales & artificiales, siue fabriles [f]. Officiales sunt, quæ in officio personæ consistunt, & ad personam patroni referuntur: ut adesse, comitari [g], curare mensam, domum, &c. [h] Fabriles siue artificiales sunt, quæ ex artificio aliquo præstantur: ut pingere, scribere, architectari [i]. Operæ fabriles in præstatione pecuniæ consistunt: officiales nulla pecunia redimi possunt, quia sunt personales [k]. Sed † operas libertus patrono non debet, nisi promissas: solent autem promitti tempore manumissionis, uel iureiurando, uel stipulatione [l]. Soluuntur † & desinunt operę ex lege Iulia de maritandis ordinibus, si libertus duos filios, uel unum quinquennem in potestate habeat [m]: item infirmitate, uel senio liberti [n], & uoluntate patroni [o]. 1 2 3 4 5

a l. pen. 5. tit. 1.
b uid. j. ad tit. de fideiuſ. ex l. ſi quis. 57. illo tit. tot. ti. de oper. ſeruor.
c l. j. 2. l. parens. 5. tit. 1.
d c. 1. quibus mod. feud. amitta.
e l. j. h.t. l. 2. de annu. lega. l. ſi pro eo. de fideiuſſor. uide de his Zaſ. in intellect. ſing.
f l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. de cond. indeb.
g l. operæ. 19. l. quod niſi. 20. l. hæ demum. 38. h.t.
h l. legatis. 63. §. 1. de legat. 3. d. l. hæ demum.
i d. l. legatis. d. l. ſi nõ ſortem. §. libertus.
k l. fabriles. 6. h.t.
l l. ut iuriſiurand. 17. h.t. l. ult. de libera. cau.
m l. qui libertinus. 37. h. t.
n l. liberti. 15. l. nec audiendus. 17. l. interdum. 24. l. liberta. 35. h.t.
o l. liberta. 46. h.t. l. liberta. C. eod.

De bonis liberti. Tit. II.

CVm soliti essent à libertis durissimas res patroni exigere, scilicet ad remunerandum tam grande libertatis beneficium [a], quando ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur: propositum est edictum à prætoribus, de bonis libertorum, honoris qui patronis debetur, moderandi gratia. Cuius edicti summa fuit, ut non alia daretur patrono aduersus libertum actio, quàm alimentorum, operarum, & societatis bonorum: uidelicet si hoc pepigisset, ut nisi obsequium licitum & permissum [b] præstaret libertus, in societatem patronus admitteretur: item bonorum possessionis, quæ à posterioribus prætoribus, exemplo illius societatis inducta est, ut quod uiuus libertus societatis nomine præstare solebat, id post mortem etiam data bonorum possessione patrono præstaretur [c]. Sed hoc ius bonorum poss. uariè est à Iustiniano, ut suprà diximus, temperatum, redactumq; ad æquitatem naturalem [d]. Illud etiam sciendum est, competere patrono, eiusq; liberis, actionem in libertos eorumq; bona, alimentorum nomine, quæ egentibus debentur [e].

a l. operæ. 19. l. quod niſi. 20. l. hæ demum. 38. h.t.
b l. legatis. 63. §. 1. de legat. 3. d. l. hæ demum.
c d. l. legatis. d. l. ſi nõ ſortem. §. libertus.
d l. fabriles. 6. h.t.
e l. ut iuriſiurand. 17. h.t. l. ult. de libera. cau.

De libertis municipum & aliarum uniuersitatum. TITVLVS III.

IDius quod patrono priuato debetur, etiã defertur municipibus: quamuis dubitari poterat, an possint petere bonorum poss. cum consentire facilè nequeant. Sed quemadmodũ S. C. hæreditates & fideicommissa consequuntur, ita & bonorum possessionem petere posse dicendum est [a].

a l. liberti. 15. l. nec audiendus. 17. l. interdum. 24. l. liberta. 35. h.t.

De asignandis libertis. Tit. IV.

ASsignare libertos dicitur patronus, cùm alicui ex filijs, unum uel plures libertos assignat, ut is tantummodo solus, quod quidem ad succesſionem de qua hic agitur, attinet, ius patronatus, quod in liberos alioqui æqualiter transit, consequatur. Quod hactenus fieri posse S. C. Claudij temporibus cautum est [a]: ut explicat alibi Iustinianus latius [b]. Verba S.C. ita se habent: SI QVI DVOS PLVRESVE LIBEROS IVSTIS NVPTIIS QVAESITOS, IN POTESTATE HABERET, DE LIBERTO LIBERTAVE SVA SIGNIFICASSET, CVIVS EX LIBERIS SVIS EVM LIBERTVM EAMVE LIBERTAM ESSE VELLET: IS EAVE, QVANDOQVE IS QVI EVM EAMVE MANVMISIT INTER VIVOS;

a l. j. & t. h.t.
b in tit. Inſt. eod.

BIU Cujas

„VIVOS, VEL TESTAMENTO FACTO IN CIVITATE ESSE DESISSET, SO
„LVS EI PATRONVS, SOLAVAE PATRONA ESSET, PERINDE ATQVE SI
„AB EO EAVE LIBERTATEM CONSECVTVS CONSECVTAVE EST: VT-
„QVE SI EX LIBERIS (ijs uidelicet quibus asſignatio facta eſt) QVIS IN CIVITATE
„ESSE DESISSET, NEQVE EI LIBERI VLLI ESSENT, CAETERIS EIVS LI
„BERIS, QVI MANVMISIT, PERINDE OMNIA IVRA SERVENTVR, AC SI
„NIHIL DE EO LIBERTO, EAVE LIBERTA IS PARENS SIGNIFICASSET*. * *l.j.hoc tit.*

Si quid in fraudem patroni factum ſit.

TITVLVS V.

1 *Quomodo reuocentur alienata.*
2 *Ex qua cauſa.*
3 *Quare in mortis cauſa donatione non requiratur dolus.*
4 *Legitimæ portiones ſunt æs alienum.*
5 *Quæ, cui, aduerſus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*

1 SI quid † dolo malo liberti factum eſſe dicetur, ſiue teſtamento facto, ſiue inteſtatus is deceſſerit,
2 quo minus quàm pars debita bonorum ad patronum peruenirẽt, cognoſcit prætor, & operam dat, ne ea res patrono fraudi ſit: idq; ad hunc modum. Si † alienatio dolo malo, ad diminuendam uidelicet patroni portionem facta ſit, non quærimus, utrum mortis cauſa facta ſit, an non ſit: omni enim modo reuocatur. Si uerò non ſit dolo malo facta, ſed aliàs: puta, ſi uendidit, donauit alia ex cauſa:
3 tunc actori probandum eſt, mortis cauſa factam alienationem. Si † enim proponas mortis cauſa eam factam, nihil intereſt utrum dolo facta ſit, an non ſit, ſicuti in legatis [a]. Hæc enim non debentur, niſi
4 prius deducto ære alieno [b]. Quod † autem patrono debetur, eſt æs alienum, ſicuti legitima quælibet [c]. Meritò igitur de legatis & donationibus id eſt deducendum. In alienatione autem inter uiuos facta,
5 neceſſum eſt fraudem patrono factam doceri. Patronus † igitur qui intendit, uel in fraudem ſuam, uel quod perinde eſt, mortis cauſa alienationem à liberto factam, ut ipſe portione debita fraudaretur, agit actione Fabiana, à Fabio, ſiue Caluiſiana, à Caluiſio prætore dicta [d], aduerſus bonæ malæ̃ fidei poſſeſſores, earum rerum nomine quæ in fraudem alienatæ dicuntur [e]: ut eas res patrono reſtituant, unà cum fructibus [f]. Quod exemplo creditorum inductum eſt, qui Pauliana actione repetũt ea quæ in eorum fraudem à debitore ſunt alienata [g]. Hæc actio in perpetuũ datur: quia continet rei perſecutionẽ [h].

a *l.j.h.t.*
b *l.j.§.pẽ.ad Treb. l.fi.§. licentia, C. de iure delib.*
c *l.ſi patronus. de donat. l. Papin. §. ſi quis. de inofic. teſtam.*
d *l.3. §. ſi inteſtatus. cum ſeqq. l.4. & 5. h.t.*
e *d.l.j.§. dolum. §. ſi liber tus. §. ſi pluribus.*
f *d.l.j. §. quamuis. & §. ult. cum ll. ſeqq.*
g *t.t. quæ in fraud. credi to. infr. ubi dicemus.*
h *d.l.3. §.1.*

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt,

VNDE LIBERI. TIT. VI.

1 *Continuatio.*
2 *Quando locus ſit bonorum poſſeſſionibus ab inteſtato.*
3 *Gradus ſucceſſionum ab inteſtato.*
4 *Primum gradum eſſe liberorum.*
5 *Quid plus ſit in hoc edicto quàm in ſucceſſione iuris ciuilis.*

1 POſteaquam † prætor locutus eſt de bonorum poſſeſsione eius qui teſtatus eſt, rectè tranſitum fecit ad inteſtatos: eum ordinem ſecutus qui in l. 12. Tab. extat. Fuit enim ordinarium antè de iudicijs teſtantium, ac ſic deinde de ſucceſsione ab inteſtato loqui. Nam † quamdiu ſecundum aut cõ
2 tra tabulas exiſtere poſſeſsio poteſt, ab inteſtato non ſucceditur [a]. Sed † ſucceſsionem ab inteſtato in
3 plures partes diuiſit, fecitq; gradus uarios: primum liberorum, ſecundum legitimorũ, tertium cognatorum, deinde uiri & uxoris. Rectè † autem prætor à liberis initiũ fecit. Vt enim iure ciuili prima cauſa in ſucceſsione eſt liberorum: ita & hos prætor nõ modò ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato ad bonorum poſſ. primo loco uocat, quos naturæ ſimul & parentum commune uotum ad bona admittit [b].
5 Sed † in hac poſſeſsione id amplius ineſt, quòd ius uetus ciuile emancipatos non agnoſcat, prætor uerò hos perinde ut ſuos in iure ſucceſsionis, data hac bonorum poſſeſsione tueatur [c].

a *§.1. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. in prin. Inſt. de leg. agn. tut. l. ultim. §. 1. de grad. l.2. de ſuis & leg.*
b *§. 2. in uerb. legitimas perſonas per uirilem ſexum deſcendentes. Inſt. de leg. ag. ſucceſ. l.5. h.t.*
c *§.1. & 2. Inſt. de leg. ag. ſucceſs. tot. t. de ſuis & leg. & tit. C. de leg. hæred.*
d *§.1. Inſt. de l. ag. ſucceſ.*
e *l.j.§. poſt ſuos. de ſuis & leg. §. 1. in uerb. improprie conſanguinei. ubi dixi. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ. l. ſi is qui. 44. de adopt.*

Vnde legitimi. Tit. VII.

1 *Qui legitimi & agnati.*
2 *Quid conſanguinitas, & qui conſanguinei.*
3 *Quando & quomodo ſuccedant.*
4 *Parentes & patronos etiam legitimo iure ſuccedere.*

1 SEcundo † loco atq; ordine uocat prætor legitimos, hoc eſt, agnatos [a] per uirilem ſexum deſcendentes [b]. Nam hi lege 12. Tab. ad ſucceſsionem poſt ſuos uocabantur: unde & legitimi ſunt dicti [c],
2 qui aliàs etiam conſanguinei ſolent appellari [d]. Nam † etſi propriè conſanguinitas eſt uinculum perſonarũ, quæ propterea quòd ex eodem ſtipite ortæ ſunt, ſanguinis & naturæ ſocietate propius iunguntur: & conſanguinei ij, qui ſanguinis iure nexi ſunt [e]: tamen uſitatum eſt, eos duntaxat conſanguineos appellari, qui ob ius propinquitatis & agnationis, ex lege ad ſucceſsionem uocantur [f]: unde & cõ
ſanguinitas ſpecies agnationis eſſe iudicatur [g], & adoptiui conſanguinei perhibentur, ſcilicet quòd legitimi ſint hæredes [h]. Proprijſsimè tamen conſanguinei iure ueteri dicebantur fratres & ſorores (nam ultra ſororem, quæ ſuæ familiæ finis eſt [i], conſanguinitas non porrigebatur [k]) qui legitimos ideo excludere feruntur [l]: iure autem nouo, fratres & ſorores ex eodem patre, non eadem matre nati, hoc nomine conſanguinei appellantur [m]. Sed de appellatione ſatis: nunc de iure ſucceſsionis quod his defer-
3 tur, agamus. Hi † ergo conſanguinei & legitimi, ſecundo ordine atque loco ad ſucceſsionem uocãtur, uidelicet

a *l.2. §. ſi ſit. 13. l. ſi quis. 7. ad S. C. Tertyll.*
b *l. pronunciatio. 195. in fi. de uerb. ſignif.*
c *Vlp. Inſtit. cap. 26. Paulus lib. Sent. 4. cap. 8. §. 2. ubi dixi. Inſtit. de leg. ag. ſucceſſ.*
d *l.j.§. poſt ſuos. l.2. §.1. de ſuis & legit. §.1. & 2. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ.*
e *§.1. §. hoc etiam. 3. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ. Auth. itaq; C. com. de ſucceſſ.*
f *d.§.1. d. l.j. uide quæ dixi Inſt. de leg. ag. ſucceſ.*
g *§. pen. Inſtit. de ſucceſs. cognat.*
h *l.2. §. ſi ſit. 13. l. ſi quis. 7. ad S. C. Tertyll.*
i *l. pronunciatio. 195. in fi. de uerb. ſignif.*
k *Vlp. Inſtit. cap. 26. Paulus lib. Sent. 4. cap. 8. §. 2. ubi dixi. Inſtit. de leg. ag. ſucceſſ.*
l *l.j.§. poſt ſuos. l.2. §.1. de ſuis & legit. §.1. & 2. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ.*
m *§.1. §. hoc etiam. 3. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ. Auth. itaq; C. com. de ſucceſſ.*

BIU Cujas

uidelicet post suos. nam quamdiu sui sperantur, puta prægnante defuncti uxore, locus non est agnatorum ordini [a]. Cum igitur fratres & sorores, à latere nemo præcedat: in ordine legitimorum primò uocabantur, etiam ante parentes [b], reliquis omnibus remotioribus exclusis [c] Nam quamdiu consanguinei, ut inquit I.C. hoc est, fratres supersunt, reliquis legitimis non defertur hæreditas [d]: quod ita accipiendum est, ut ijs etiam adire nolentibas non deferatur. Lex enim XII. Tab. quæ ad hæreditatem legitimos uocat, nullum successorij ordinis ius agnoscit: ideo priore gradu extante, reliquis aditum precludebat, etiamsi postea prior gradus deficeret [e]. Sed hoc in legitimis hæreditatibus obtinuit. Prætor autem ex bono & æquo [f], in suis bonorum possessionibus, successorio edicto gradum gradui, & personæ deficienti subsequentem personam substituit [g], ac subiecit: id quod & Iustinianus postea est secutus, ut iam iuris ciuilis ea sit successio [h]. Post cõsanguineos autem legitimi reliqui, etsi longissimo gradu sint, admittuntur, scilicet ubi nullus in gradu propiore præcedit [i]: etiamsi id nonnulli ad decimum gradum constringant [k]. Inter † legitimos autem in hoc edicto recensentur & illi, qui licet non ut agnati, tamen alia ex causa, lege uel S.C. ad successionem uocantur [l]: ut patroni [m], parentes [n], &c. 4

a l.pen.b.t.l.1. et 2. de suis & legit.
b l.scripto. 7. si tab. test.l. 2.C.ad S.C.Tertyll. uide in §.fin. Instit.de leg. agn.successf.
c l.j. §. post suos. de suis & leg.
d l.2.§.1. de suis & leg.
e §. placebat. 6. Instit. de leg. ag. successf. ubi exposui.
f §.1.in fin. Instit. de bon. poss.
g j.tit.de successf. edict. d. §.placebat.
h §.placebat. Inst. de leg. ag.successf. uide j. tit. de successf.edict.
i §.2.& 3.Inst.de leg.ag. successf.
k in §.fin. Inst. de successf. cog.
l l.2.§. ult. cũ l.seqq. b.t.
m Inst. de leg. pat. tut. & de bon.lib.
n §.si Inst.de leg. ag. successf.& de S.C. Tertull. &c.

Vnde cognati. Tit. VIII.

1 Summa edicti.
2 Quinam sint cognati: & quàm uariè hoc nomen accipiatur.
3 Discrimen inter agnatos & cognatos.
4 De successione cognatorum.

HÆc † bonorum possessio nudam habet prætoris indulgentiam, neq; ex iure ciuili oritur. Nam [1] eos inuitat ad bonorum possessionem, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt: id est, cognatos. Cognati † autem appellati sunt, quasi ex uno nati: &, ut ait Labeo, quasi commune nascendi initium habuerint [a], ac ab eodem orti sint [b], ac quos Græci συγγενᾶς, nos cognatos appellamus [c], quasi simul, cum natos. Itaq; propriè cognati sunt, qui sibi inuicem uiuentes agnoscuntur [d]: nec qui mortuo eo cuius de hæreditate agitur, animal nondum fuit, illius successionem tanquam cognatus consequi potest [e]. Cognatos ergo propriè in hac materia intelligimus, qui sibi uiuentes connascuntur [f]. Hi autem rursum dupliciter sumuntur. Vno modo ὁμογλάκτους, pro omnibus natura & sanguine coniunctis [g]: altero modo speciatim, pro ijs qui per lineam duntaxat fœmineam coniunguntur [h]. Nam agnatio à patre est, cognatio à matre [i]. Vnde & spurij inter cognatos numerantur, scilicet quia per matrem cognati sunt [k]. In hac tamen successionum materia, etiam agnati, hoc est, per lineam masculinam iuncti, iure cognatorum admittuntur. Nam † agnatus qui non potest ut agnatus succedere, admittitur [3] ut cognatus [l]. Vnde dicitur, inter agnatos & cognatos hoc interesse, quod inter genus & speciem. Nam quo ad ius successionis, qui agnatus est, utiq; & cognatus est: nõ autem qui cognatus est, contrà agnatus est [m]. Et ita accipiendum est quod dicitur [n], in agnatis cognatos (hoc est, cognatorum ius) contineri, in cognatis non utiq; agnatos. Cognatorum † porrò ordo tertius est: admittuntur enim demum [4] post suos & legitimos: admittuntur autẽ gradu proximi [o], ordine successiuo [p]. Vnde & agnati ex hoc edicto, ordine successiuo uocantur ut cognati: qui ut agnati non recipiuntur [q]. Admittuntur autem in hoc ordine cognati ad sextum usq; gradum communiter [r], interdum ad septimum usq; [s] (quod hodie in feudalibus sequimur [t]) & octauum [u] gradum: quanquam agnati in infinitum, uelut & descendentes, succedere uideantur [x]. Sed hodie sublato agnationis & cognationis, emancipationis & suitatis discrimine [y], omnes indifferẽter ad decimum usq; gradum, ex communi sententia admittuntur [z]: & quidem in stirpes, non in capita [a]: quia omnes ex paritate gradus, & suo iure ueniunt. Diuersum est in descendentibus, præter filios qui non in capita, sed stirpes capiunt maiorum successionem [b]: non modò quia iure suitatis [c] (si enim hæc sola esset ratio in emancipatis, uel ex emancipato natis, non obseruaretur hic succedẽdi modus: id quod aliter se, saltem iure nouissimo, & præsertim ab intestato, habet [d]) sed etiam quia iure repræsentationis, ex natura sumpto [e], nepotes neptesúe, item pronepotes pronepteſue, in parentis sui unde nati sunt, locum succedunt [e]: ut etiamsi plures ex uno propagati sunt, non aliam aut uberiorem quàm pater eorum partem esset adeptus accipere debeãt. Ideo autem iure repræsentationis, in locũ patris succedunt: quia filij statim atq; in familia paterna ut semper (loquimur enim de his qui ex iustis nascuntur liberis) nascuntur, una reputãtur esse persona [f] cum patre: & proinde dominii fiunt rerum paternarum, & ius habẽt iam quęsitum [g], quasi in bonis proprijs [h]: eoq; post mortem non habent opus aditione hæreditatis, sed cõtinuatur in eos dominium [i]: quare cum moriuntur ante patrem, hoc ipsum ius in suos liberos transmittunt [k]. Cùm autem nemo plus iuris transmittere possit quàm ipse [l] habet: sequitur, liberos in locum patris succedentes, in stirpem partemque patris, non pro numero suorum capitum succedere. Id quod & in emancipatis seruatur, ut dictum est.

o l.j.& tot.h.t. & tit. de successf.edict.
p infr.de successf.edict.
q l.j.de successf. edic. §. placebat. Inst.de leg.ag.successf.
r §.ult.Inst.de succes.cog. s d.§.ult. t c.1.§.1.de succeß.feud.c.1.§.1.de ijs qui feud.dar.uide gl. & Dd.in c.1.de nat. successf.feu.Bal.in c.1.de feud.Mart.& in l.j.C.quand.non pet.part.Dec.cons.85.D. Reinhard.diff.40. u l.Octaui.pen.h.t. x §.2.& 3. Instit.de leg.ag.succeß. y §.nullam.in Authent.de hær.ab inteſta. z gl.& Dd.in §.ult.Inst. de succeß. cog. ubi plura de hac succeßione uide. a l.2.C.de suis & leg.l.2.§.1.ff.eo. b §.cum filius.6. ubi uide quæ dixi.Inst.de hæred.qual.& diff. c l.scripto.unde lib. d in Auth.ut cum.de appell.§.nullam.de hær.ab inteſt.& ut lic.mat.& auiæ.§.fi.d.ea.13.§.fi.Inst.de hær.quæ ab inteſt.Dd.in l.Gallus. §.& quid si tantum.ubi Iaſ.num.54.de lib.& poſt. & in leg. cum emancipatum. C. qui admitt. e d.§.cum filius. in uerb. quia placuit nepotes, &c. in parentis sui locum succedere. f l.fin.C.de imp. subſtit. g l.in suis. de lib. & poſthum. h leg.j.§. largius. de succeß.edict. i Instit.de hær.qual.& diff. k tot.tit.C.de his qui ant.aper.tab. l leg. traditio. de acqui. rer. dom.

De

BIU Cujas

De successorio edicto. Tit. IX.

1 Ratio edicti. 2 Summa edicti. 3 Quare dictum successorium.

1 CVm † plures species successionum prætor introduxerit, & in unaquaq; specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne alio alium expectante actiones creditorum differrẽtur, sed haberent quos cõuenirent: ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit, 2 liberis quidem & parentibus anni spacium, cæteris cẽtum dierum. Quòd † si intra hoc tempus aliquis bonorum poss. non petat uel moriatur, eiusdem gradus personis petentibus eius pars accrescit: uel si nullus in eo gradu amplius sit, deinceps cæteris in proximo gradu existentibus bonorum poss. ex hoc 3 edicto pollicetur: quod † successorium uocatur, quia ordinem ordini, gradum gradui, personam personæ, quasi per successionem substituit [a]. Qua substitutione omnino fuit opus, cùm lege XII. Tab. à successionis ordine, legitimorum successio omnis fuerit exclusa [b].

a t.t. Inst. & C. eod.
b l.2. de suis & leg. Vlp. tit. 26. Paul. Sent. lib. 4. §. placebat. 6. Instit. de leg. agn. success. l. si ex pluribus. de suis & leg. tut.

De gradibus & affinibus, & nominibus EORVM. TIT. X.

1 Continuatio.
2 Gradus unde dicti.
3 Definitio graduum.
4 Diuisio.
Regulæ ad dignoscendum quoto quisq; sit gradu. 3. & 6.
5 Superiorem & inferiorem lineam incipere à primo gradu.
6 De secundo gradu.
7 De tertio, & deinceps.
8 De transuersali linea.
9 De computatione canonum.
10 Regula can. in linea æquali.
11 Ratio differentiæ inter ius ciuile & cano.
12 Regula cano. in linea inæquali.
13 De ordine successionum.
14 De successione descendentium.
15 De successione ascendentium.
16 De successione collateralium.
17 De affinitate, explicatio methodica.

1 SEd † quia cognatorum & uaria est ratio, & ad proximum gradum tam hæreditates [a] quàm tutelæ redeunt [b]: gradus cognationũ nosse oportet, ut quis cui præferatur & proximior sit, intelligi possit [c]. Gradus † autem, de quorum notis distantijs q; cognationes dignoscuntur, dicti sunt ad simi- 2 litudinem scalarum, locorúmue procliuium: quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, 3 in eum qui quasi ex illo nascitur, trãseamus [d]. Est † igitur gradus, de proximo in proximum cognatum transitus: siue, est interuallum quo cognoscitur, quæ persona stipiti propior sit: & quot sunt transitus 4 in remotiorem, tot sunt gradus. Horum † autem alij superioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex transuerso siue à latere. Superioris ordinis existunt parentes, inferioris liberi, ex transuerso fratres & sorores, horumq; liberi [e]. Hi ordines lineæ etiam uocantur, quę cognationes separant, & quasi distinguunt, 5 in superiorem, inferioremq;, quæ ambæ directæ sunt, & transuersam [f]. Superior † & inferior cognatio à primo gradu incipit [g]: quia pater superioris cognationis, filius inferioris initiũ facit. Necessum igitur est, hos primum constituere gradũ, cum primus transitus quaqua uersum de patre fiat in filiũ, & con- 6 trariò [h]. In † secundo gradu, suprà sunt auus, auia: infrà nepos, neptis ex utroq; parẽte, & ita deinceps. Nam in his seruatur regula, ut quot sunt personæ generationis remotioris, tot sint gradus, dempto sti- 7 pite: id est, ea persona, de cuius cognatione quæritur. Sic † suprà in tertio gradu, proauus proauia: infrà, pronepos proneptis. in quarto, abauus abauia, abnepos abneptis. quinto, atauus atauia, atnepos atneptis. sexto, tritauus tritauia, trinepos trineptis: ac deinceps ordine reliqui. qui quoniã speciale no- 8 men non habent, maiores illi, hi posteriores appellantur [i]. Ex † transuerso siue à latere nullus est iure ciuili primus gradus, & ideo incipit à secũdo [k]: nam cum pater & filius omniũ ordinum primum constituant gradũ & transitum, necessum est, ut quaqua uersum te uertas, ulterius transeas, atq; ita secundum facias gradum. Itaq; frater & soror sunt in secundo gradu: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera: fratris filius filia in tertio, & hi cõsobrini sibi inuicem in quarto, atq; ita deinceps [l]. Nã 9 & hic quot sunt generationes remotiores, tot sunt gradus, stipite dẽpto. Canonistæ, † qui propter matrimonia, ne inter prohibitas personas contrahantur, gradus computant [m], cum ea sine duorũ copula constare nequeant, duas uno gradu personas in linea transuersali complectuntur: eamq; cõstituunt in 10 linea æquali regulam: Quoto † gradu utraq; persona distat à stipite, eodem gradu distant inter se. uerbi gratia: Frater distat à stipite. id est, patre communi, gradu uno: ergo eodem distat à sorore, atq; ita conquoto gradu collaterales secernũtur à communi stipite, eo gradu duplicato inter se distant. At iure ciuili 11 libet persona ab utroq; latere facit gradũ in transitu. Ius † enim ciuile singulas personas numerat, quia 12 singulæ hæreditatem cernere possunt: cuius rei gratia, gradus hoc iure constituti sunt. In † linea porrò inæquali hac regula Canonistæ utuntur: Quoto gradu remotior distat à communi stipite, eodẽ transuersi inæquales inter se distant. ut, uerbi gratia: Frater meus ex patre communi distat ab eo primo gradu, eius filius secũdo, neptis tertio: ergo & à me tertio hæc gradu distabit. nam à persona neptis remotiore, usq; ad stipitem fit computatio: ut hæc latius explicat Ioan. And. in arbore consanguinit. Sed nos relictis canonibus, quorum tamen rationem passim obtinere & seruari uidemus, pro instituto nostro 13 ad ius ciuile reuertamur: quod præcipuè hæreditatum causa gradus considerat. Qua † in re admonendi sumus, si quando de hæreditate, uel bonorum poss. quæstio incidat, non semper eos qui eiusdem gradus sunt, concurrere. nam qui est in proximiore ordine, quamuis quarto gradu sit, cæteris præfer- 14 tur, licet in primo aut secundo gradu existant. Primus † autem ordo in succedẽdo est descendentium:

a leg. 2. de suis & leg. §. 2. cum seq. Institut. de legit. agnat. success.
b uide Inst. de leg. agn. tut.
c l. fin. in prin. h. t.
d d. l. fin. §. gradus.
e l. i. h. t.
f l. stemmati. 9. h. t. Paul. lib. 4. tit. 11.
g d. l. 1.
h d. l. fi. §. primo gradu.
i d. l. fin. §. parentes.
k l. 1. §. 1. h. t.
l d. l. fin. tot. tit. Inst. eod.
m c. ad sedem. 35. q. 5.

qui

qui omnibus tam ascendentibus quàm transuersis, quamuis propinquioribus, præferũtur [a]. Itaq; pronepos, quantumuis in tertio sit gradu, præfertur patri & fratribus, in primo secundoq; gradu existentibus. Sed nec inter se descendentes, semper utuntur gradus prærogatiua, propter ius repræsentationis [b]. quod tamen plerique ultra pronepotes non extendi uolunt [c]. Nam filius quamuis in primo sit gradu, nepos ex altero filio in secundo, nihilominus hic patris sui personã repræsentans, cum patruo hæreditatem cernit [d]. Quamobrem sine graduum respectu descendentes, in gradibus non modò inæqualibus, uerumetiam æquis constituti, in stirpes, non in capita succedunt: id est, tantum nepos unus uel plures authorum liberi capiunt, quantum ipsorum parens in diuisione accepisset [e]. Deficientibus † porrò descendentibus, iure nouo (nã in ueteri secus fuit [f]) locus fit secũdo ordini, nempe ascendentibus, secundum gradus prærogatiuam. Nec enim hîc repræsentatio locum habet: cum contra naturam sit, ut auus repræsentet patrem suum filium, tanquam ab illo genitus. Qui autem in eodem sunt gradu, ex æquo diuidunt hæreditatem: ita tamen, ut dimidiam accipiant à patre ascendentes, alteram à matre, etiamsi sint dispares numero: atq; ita diuisio fiat in stirpes non in capita [g]. Ascendentes autem excludunt hodie (nam olim à fratribus excludebantur [h]) omnes collaterales, exceptis fratribus & sororibus ex utroque latere (etenim uno tantum latere coniuncti, nedum ab ascendentibus, sed etiam à fratribus utrinque coniunctis excluduntur in allodialibus: quamuis secus in feudalibus seruetur [i]) & horum liberis: quamuis iure Saxonum omnibus etiam his collateralibus ascendentes præferantur [k]. Porrò cum fratribus & sororibus proximior ascendens, siue pater, siue auus, atq; ita consequenter, ut rectè uolunt Dd. [l] diuidit in capita hæreditatem. Liberi autem fratris sororisue, in stirpem succedunt: hoc est, eam accipiunt partem, quamuis plures, quàm parens eorum esset consecutus [m]. Iure tamen Saxonum hi planè à patruis excluduntur: cũ eo iure in collateralibus repræsentatio locum non habeat [n]. 15

Deficientibus † autem ordinibus sursum deorsumue uersus rectis, & non extantibus fratribus aut eorum liberis, proximiores ex latere admittũtur, obtinetq; hîc regula: Qui propior est gradu, propior est iure successionis. Quòd si plures in eodem gradu existant, in capita, non in stirpes succedunt, secundũ personarum numerum [o]. Quod & in liberis duorum fratrum obtinere uerius est, ut si inter se succedãt æqualiter, non autem in stirpes, capiant hæreditatem: ut ex opinione Zasij [p] Carolus V. in Comitijs constituit, & iure Saxonum ita etiam obseruatur [q]. Quanquam sunt alia quædã hoc in iure singularia: ut, alia graduum computatio [r]: item quòd frater ex uno latere coniunctus, cum fratris filijs ex utroque latere coniuncti admittatur [s]: quamuis iure ciuili hi illum excludant [t]: item quòd patruo defuncti, filij fratris, quamuis in eodem gradu existentes [u], item frater defuncti ex uno tantùm latere coniunctus [x], puta consanguineus uel uterinus, præferantur: quod tamẽ more magis quàm certa ratione inductum est, eoq; in quibusdam Curijs repudiatur. Et hæc dicta sufficiant de gradibus cognationum, quæ in successione considerantur: nunc aliquid de affinitate iuxta huius tituli inscriptionem, subijciamus. 16

Affinia † dicuntur quæ coniuncta sunt [y]: unde affinitas pro qualibet coniunctione necessitudineq;, 17
poni solet [z]. Affines tamen in iure propriè dicuntur uiri & uxoris cognati, dicti ab eo quòd duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit [a]. Est igitur affinitas, ius quoddam inter unum coniugem, & alterius cognatos institutum: seu, ut Theophilus [b] uult, propria quædam personarum qualitas, quæ citra cognationem nobis ex nuptijs coniunguntur. Potest & hoc modo definiri, ut sit propinquitas personarum, ex nuptijs, non ex sanguinis coniunctione orta. Numerantur autem tria genera affinitatis, à Canonistis [c]: primum, quod per personam adiunctam carnis copula contrahitur: secundum, quod per personam primo generi additam: tertiam, quod per personam secundo additam. Verbi gratia: uxoris meæ cognati, sunt mihi in primo genere affinitatis: ea mortua, si alteram duxero, prioris cognati erunt huic secundo genere affinitatis coniuncti. si me mortuo illa Titio nupserit, erunt prioris cognati, Titio affinitatis tertio genere coniuncti. Item: uxoris meæ frater mihi primo est affinitatis genere coniunctus, illius uxor secundo. quod prohibitionem non habet, ut quidam uolunt [d]: quia affinitas non extenditur ad affines personæ coniunctæ [e], sicuti nec ad cognatos uiri & mulieris inter se [f]. Gradus autem affinitatis nulli sunt, iure ciuili [g]: sed iure Canonico, eodem modo computantur, quo gradus cõsanguinitatis [h]. Causa efficiens, iure ciuili sunt legitimæ nuptiæ [i] (unde uir & uxor dicuntur principiũ affinitatis [k]) uel legitima sponsalia: quibus etsi propriè affinitas non conciliatur, tamen quo ad prohibitionem matrimonij, illam inducunt [l]: dummodo pura sint, non conditionalia [m]. Etsi autem iure ciuili affinitas non contrahitur, ubi nuptiæ sunt interdictæ [n]: tamen iure Pontificio, ex quauis etiam illicita coniunctione quædam affinitatis uerecundia existit, coniugium impediens [o]. Effectus huius coniunctionis est, quòd impedit matrimonium [p], ad quartum usq; gradum iure Pontificio [q]: scilicet in primo genere. nam secundũ & tertium, prohibitionem non habet [r]: quod quidem impedimentũ etiam soluto matrimonio durat [s]. Item

reddit

a in Auth. de hæred. ab intestat. in prin.
b §. cum filius. Inst. de hæred. quæ ab intest.
c Angel. Bart. & Dd. in §. cũ filius. Inst. de hær. quæ ab intest. Bart. in l. 1. §. si quis. de suis et leg.
d l. Papinian. §. quoniam. in fi. de inoff. test.
e in Auth. de hæred. ab intest. d. §. cum filius. ubi dixi.
f l. scripto. 7. si tab. testa. l. fi. C. com. de succes.
g §. 1. in Auth. de hæred. ab intesta.
h l. scripto. 7. si tab. testa. §. fin. Inst. de leg. agna. succes.
i Auth. itaq;. Cod. com. de succes. Fachs. diff. 26. Land. lib. 2. art. 20. Aluar. & Dd. in c. 1. de suc ces. frat. Bald. in c. 1. de succ. feud. et l. 1. C. de legit. hær. Ang. cons. 108. Schurf. cons. 8. in fin. cent. 1. Iacob. in tract. feud. uerb. præsente. nu. 11. uide Sax. lib. 2. artic. 20. Lehenrecht cap. 32. Fachs. diff. 20. 25. 29. Reinhar. diff. 30. Curt. trac. feud. part. 3. nu. 56. Zas. in fin. partis 8.
k Landt. lib. 1. art. 17. Fachs. diff. 24.
l in Auth. defuncto. C. ad Tertyllia.
m §. 1. in Auth. ut filij fra. d. Auth. defuncto.
n Fachs. in differ. 25. per tex. Landt. lib. 1. art. 3. in fin. eo. art. 17.
o §. si uerò. in Auth. de hæred. ab intest.
p singula. respon. lib. 1. cap. 7.
q Fachs. in diff. 28.
r Land. lib. 1. art. 3. Fachs. diff. 30. Chil. in pract. de diff. grad.
s Fachs. diff. 26. per art. 20. lib. 3. Reinh. art. 30.
t Auth. cessante. C. de legit. hæred.

u Fachs. diff. 25.
x Fachs. diff. 26. Reinh. diff. 33.
y leg. eos. 12. fin. regund.
z leg. quod Seruius. 8. de cond. caus. da. l. non ideo. 5. C. de hære. instit.
a leg. 4. §. 3. hoc tit.
b §. affinitatis. Instit. de nupt.
c gloss. Panor. numer. 6. & alij in c. non debet. penul. de cons. & affin.
d Berengar. in arbore Gemmia. in c. unic. §. quare. numer. 3. de cons. lib. 6.
e d. c. non debet. ex. eo.
f §. mariti. ubi gloss. ad uerbum, postea. Instit. de nupt. c. penult. c. quod super. ex. de cons.
g leg. 4. uers. grad. hoc tit.
h c. penul. & fin. ex eo.
i leg. 4. §. affines. & §. sciendum. hoc tit.
k gloss. in dict. leg. 4. hoc tit. Bald. in leg. affinitatis. Cod. com. de succes. fac. leg. 1. ubi gloss. & Dd. Cod. unde uir & uxor. leg. non ideo. C. de hæred. instit. Bart. & Dd. in d. l. affinitatis.
l leg. penul. C. de incest. nupt. gloss. in l. 4. uerb. per nuptias. hoc tit. per l. & nihil. de rit. nupt. c. discretionis. de eo qui consang. ux. gl. in l. quod Seruius. de cond. caus. dat. & in §. si uxor. ubi Dd. Instit. de nupt.
m c. de illis. de cond. appo. c. unic. §. fin. de despons. imp. lib. 6.
n l. 4. §. sciendum. hoc t.
o c. discretionis. ubi gloss. ad uerb. nec affinitas. & Pano. de eo qui cogna. consan. ux. c. ex literis. eo. tit. c. unic. ubi gloss. uerb. affinitatis. de spons. in 6. Dd. communiter in d. c. non debet. ex. eo. uide latè Michae. de Mille. cons. matri. 18. numer. 1. uol. 1.
p §. affinitatis. Instit. de nupt.
q c. penult. & fin. ex. eo. Bal. in l. affinitatis. C. com. de succes.
r uide gloss. & Dd. in d. c. pen. & fin.
s l. auunculo. fi. de cond. sine caus. leg. 2. §. affinitatis. ubi Bart. de postu. & in leg. affinitatis. Cod. com. de succes.

BIU Cujas

reddit ſuſpectum teſtimonium [a] & iudicium [b], in cauſa affinis: nam ex hac neceſsitudine inter coniunctos, præſumitur naſci affectio [c]: non tamen defert affinitas ſucceſsionem, ſicut conſanguinitas [d].

Vnde uir & uxor. Tit. XI.

1 *Quando uocentur uir & uxor.*
2 *Hodie melius coniugibus prouideri.*
3 *Quomodo iure Sax. coniuges ſuccedant.*

1 POſt † agnatos & cognatos ad decimum uſq; gradum [a] prætor, excluſo fiſco, ad bonorum ſucceſ-
2 ſionem uirum & uxorẽ uocat: qui quæũe mortis tempore in iuſto matrimonio fuerit [b]. Sed † his perſonis hodie prolixius conſuli uidemus, cùm iure communi [c], tum etiam paſsim municipali-
3 bus. Sic † iure noſtro Saxon. maritus omnia bona mobilia uxoris lucratur [d], etiam extantibus liberis, quibus tamen legitimam de ijs ſupplere cogitur: mulieri uerò tertia pars bonorum mariti, cum plurimùm ex conſuetudine locorum cedit: ubi ea deficit, quarta. Quo tamen caſu bona ſua propria, cum liberis ſuccedens, & tertiam partem accipiens, conferre cogitur, etiam inuita, ſi tamen tantum in tertia parte acceptura eſt, ut ei de ſuis bonis ſatisfieri poſsit: cæteroqui ſi nihil aut parum maritus reliquit, æquius uidetur ut poſsit ſua retinere, & illius ſucceſsione abſtinere [e]. Vbi uerò illa conſuetudo de tertia deficit, communi, & etiam iure (quantum arbitror. nam ſunt qui tertiæ ſemper locum relinquant apud Sax. niſi de quarta ſpecialiter ſtatutum reperiatur) Sax. abſq; onere collationis [f] (quanquam in eam iure ciuili dotẽ, & reliqua quæ de marito lucratur, ac ut relicta accipit, imputare cogatur [g]) debetur mulieri pars hæreditatis quarta. Ita ſi duo trẽſue duntaxat extent liberi: quòd ſi plures, tantum portionem filialem, quantam ſcilicet quiſq; liberorum, accipit [h]. Illud ultimò ſciendum, hoc ius quod coniuges ex ſtatuto in alterius bonis habent, non poſſe illis per teſtamentum auferri, cum ſit uelut legitima pars debita [i]. quod admittendum puto, cum certa pars ex ſtatuto defertur, non etiam cum omnia bona, non extantibus ſcilicet liberis. eiuſmodi enim ſtatutum tantum ab inteſtato poteſt obtinere, nec ad cauſam teſtamenti eſt trahendum, ne libera auferatur teſtandi facultas. Si enim omnia bona ex ſtatuto indiſtinctè ſuperſtiti relinquẽda eſſent, ſequens eſſet de nulla re cõiugem teſtari poſſe, cum omnia debeantur: quod admittere uerè fuerit perabſurdũ [k]. Quare & cum expreſſum eſt ſtatuto, deferri certam partem tantum ab inteſtato, eam teſtamento auferri poſſe certum eſt, quemadmodum & partem iure ciuili ab inteſtato (legitima excepta) aſsignatam [l]. Nam ex cauſa inteſtati, ubi teſtamentum factum eſt, nihil peti aut deberi poteſt [m]. Quartam tamen ex conſtitutione debitam, ne quidem iure ciuili per teſtamẽtum coniugibus auferri poſſe, communiter receptum eſt [n]. Quamobrem nec lucra coniugum, quæ moribus Sax. conſequuntur, auferri per ultimam uoluntatem poterunt, ſed tantum per ſtatutum: quod ut ſpeciale, derogat iuri Sax. generali [o].

a Dd. *in l. parentes. C. de teſtib.* Bart. *in l. aut affinitatum. de procur.* Bal. *in l. qui teſtem. §. quod autem. in fin. de teſtam. & c. in literis. de teſtib.* gl. & Dd. *in c. accedens. 1. ut lit. non conteſt.*
b *d. c. accedens. ubi* glo. *ut lit. non conteſt.*
c glo. *in l. 1. C. de ſicar.*
d *l. affinitatis. ubi* Bart. *et* Bald. *C. com. de ſucceſſ.*

a §. *fin. Inſt. de ſucceſ. cognat. ubi* gl. & *in Auth. in ſucceßione. C. de ſuis & legit. hæred.*
b *l. unic. h. t. §. aliam. Inſt. de bono. poſſ.*
c Auth. *præterea. C. unde uir & uxor. in Auth. ut lic. mat. & auiæ.*
d Landtr. *lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 76.* Fachſ. *diff. 34. & diff. 18. & 20.*
e *uide* Fachſ. *diff. 20.*
f *uide 3. de collat. bonor.*
g Caſtr. *nu. 6.* Bald. *in fin. in d. Auth. præterea. & ibid.* Iaſ. *nu. 20. cum ſeq. qui dicit eſſe communẽ.*
h d. Auth. *præterea. C. unde uir & uxor.*
i *uide* Bal. *in l. ſi quando. in prin. C. de inoff. teſt. & in l. 1. n. 5. C. de legit. hæred.* Boer. *deciſ. 244.* Cremo. *ſing. 154.* Chaſſ. *in conſuet. Burg. tit. des droitz appart. §. 4. in fi.* Boer. *in conſ. 20. tit. §. 1. & 4.*
k *uide* Bald. *in d. l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. l. pactum. 15. ubi dixi. C. de pact. uide* Tiraq. *in ll. connub. uerb. contr. & quæ dixi 3. de don. cauſ. mort.*
l *uide in Auth. de hær. &* Falc. *& de hære. ab inteſt.* Dd. *in d. Auth. præterea.*
m *l. in prin. cum §§. ſeq. de hære. quæ ab inteſt.*
n Iaſ. *et communiter* Dd. *in d. Auth. præterea. ubi* Iaſ. *nu. 17. dicit hanc eſſe communem.*
o *l. in toto. de reg. iur.* Iaſ. *l. placuit. in fi. C. de iud.*

De ueteranorum & militum ſucceſsione.

TITVLVS XII.

1 *Continuatio.*
2 *Duo ſingularia in ſucceßione militum.*

1 ATque † ita quidem petuntur poſſ. bonorum, quę pagani relinquunt. In † militum hæreditatibus
2 duo ſunt ſingularia: nam ſi inteſtati decedant, agnati cognatiq́ue ad finem quinti duntaxat gradus, fiſcum excludunt [a]. Deinde ſi ex delicto militari capite puniri meruerunt, non modò teſtamentum facere poſſunt, ſed etiã ab inteſtato, bona ad cognatos pertinent [b]: quod non eſt in paganis [c].

a *tot. tit. ff. & C. de condict. ex lege.* b §. 7. *Inſt. de bon. poſſ.* c *l. 1. hoc tit.*

Quibus non competit bonorum poſſeſſ.

TITVLVS XIII.

QVibuſdam tamen nõ competit petitio bonorum poſſeſſ. ut ei qui renunciauit, qui tempore excluſus eſt, qui ſe indignum hæreditate reddidit: ut pater aut dominus, qui dolo fecit, ne teſtamentum mutaretur, in quo ſeruus aut filius eius hæres erat inſtitutus [a].

a *l. 2. h. t.*
b *l. 1. h. t.*
c *tit. de bonis damna. 3.*

Vt ex legibus ſenatúſue conſultis bonorum poſſeſſio detur. TIT. XIIII.

1 *Quare detur hæc poſſeßio.*
2 *Cur dicatur extraordinaria.*
3 *Edicti uerba.*

1 QVemadmodum † condictiones ex lege dantur, ſi quid noua lege introducatur [a]: ita prætor no-
2 uiſsimè extraordinariam bonorum poſſeſsionem ijs pollicetur, quibus ut detur, lege, uel S. C. uel conſtitutione comprehenſum eſt. Dicitur † autem extraordinaria, non quòd ius non tribuat, ſed quia neque bonorum poſſeſsionibus quæ ab inteſtato ueniunt, neque ijs quæ ex teſtamento
3 ſunt, connumeratur [b]. Ait † prætor: VTI ME QVAQVE LEGE SENATVSVE CONSVLTO BONORVM POSSESS. DARI OPORTEBIT, ITA DABO [c].

a *l. unica. h. t.*

BIU Cujas

Quis ordo in bonorum posſeſsione detur. Tit. XV.

ORdo in petenda bonorum posſeſsione hic ſeruatur, ut primùm ab inteſtato uocentur ſui, ſecundò legitimi, tertiò proximi cognati, deinde uir & uxor. Tempus petendi bonorum posſeſsionem utile eſt, ſcilicet ut non alij dies computentur, niſi quibus quis ſciuit posſeſsionem ſibi delatam, & agere potuit [a].

a l.2.hoc tit.

De ſuis & legitimis hæredibus. Tit. XVI.

1 Continuatio.
2 Ordo ſucceſsionum iuris ciuilis.
3 Quando opus aditione, quando non.

QVo † ordine prætor ad bonorum posſeſ. uocat, eodem ferè ius ciuile hæredes facit ab inteſtato. Nam † primò uocat ſuos, id eſt liberos in poteſtate conſtitutos [a]: deinde conſanguineos, qui ſanguine defuncto connexi ſunt, puta parentes & fratres [b], tum agnatos proximos [c]. In † ſuis hæredibus aditio non eſt neceſſaria, ſed ipſo iure hæredes exiſtunt: quod non eſt in reliquis, qui adire hæreditatem, & petere bonorum posſeſsionem compelluntur, ut latius alibi traditur [d].

1
2
3

a l.1.b.t.§.1.cum ſeq. Inſt. de hær. quæ ab inteſt.
b d.l.1.in fin.
c l.1.& 2.b.t.
d in l.in ſuis.11. §. de lib. et poſth. & in tit. Inſt. de hær. qua. & diff. & §. tit. de acq. hæred. uid. §. ad tit. unde cognati. ubi de ratione ſucceſsionis huius diximus.

Ad S. C. Tertullianum & Orficianum.

TITVLVS XVII.

1 Cur matrem l.xij. Tab. non uocet.
2 Ius prætoriũ & S.C. de ſucceſsione matrum & liberorũ.
3 Conſtitutio Iuſtin. de eadem re.
4 De S.C. Orficiano.

LEx XII. Tabularum † nullum ius ultrò citroq; capiendæ hæreditatis matri & liberis dedit, quia nulla agnatione ſibi inuicem iunguntur. Sed † prætor eos ſubinde per edictum, unde liberi, uocabat. Poſtea ætate Adriani etiam S.C. hæc aſperitas iuris ciuilis mitigata eſt. Itaque S. C. Tertulliano cautum eſt de liberorum ſucceſsione, matri, non etiam auiæ deferenda, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad inteſtatorum bona admitteretur. Sed † Iuſtiniani conſtitutione, mater & parentes indiſtinctè ſuccedunt [a]. E contrariò † ex Orficiano S.C. liberi ad matris ſucceſsionem admittuntur: quod ad auiam & ad liberos uulgò quæſitos productum eſt [b]. quanquam iure Sax. filia ſpuria non poſsit utenſilia matris petere, uelut legitima [c]. Inter ſpurios autem & uulgò quæſitos non ſunt numerandi inceſtuoſi, & ex adulterio concepti. hi enim nullum ſuccedendi, ſed tantùm petendi alimenta, ius habent [d].

1
2
3
4

a §.ſed nos. Inſt. eo. ubi uide quæ dixi. §.1. in Auth. de hæred. ab inteſt.
b in tit. Inſt. de S.C. Orficia. ubi expoſui. uide Facbſ. diff. 27. §. 1. Inſt. de S.C. Tertull. §. uulgò quæſitos. Inſt. de ſucceſs. cognat.
c D. Reinh. diff. 49. per art. 51. lib. 1.
d c. cum haberet. de eo qui dux. in matri. D. Reinh. diff. 50.

DIGEST▸ LIB▸ XXXIX▸ DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Diſpoſitio titulorum ſequentium.
3 Summa edicti de oper. nou. nunc. propoſiti.
4 Duo interdicta quæ ex hoc edicto dantur.
5 Primum interdictum.
6 Quid ſit nouum opus, quid nunciare, nunciatio.
7 Cauſa efficiens nunciationis: & qui quibus nunciare poſſint remiſſiuè.
8 Materia circa quam, & in qua fit nunciatio.
9 Forma nunciandi triplex.
10 Finis nunciationis.
11 Effectus.
12 Secundum interdictum de nunciatione.

EXPOSITIS † iudicijs prætorijs, quę ad ſucceſsionem pertinent: nunc reliqua deinceps edicta atq; interdicta, quæ partim ex uarijs cauſarum figuris, partim ad conſeruanda posſeſsionum iura prætor propoſuit, exequamur. In † quibus primum locum ea meritò obtinent (ſunt enim quotidiana) quæ ad ſarciẽda damna, coercendasq; iniurias, aut ex priuata cauſa, aut publica illatas pertinent. Ex priuata cauſa, cùm uel iniuria facta, damnúmue datum eſt, uel timetur fieri per ædificationes: nam ſi uerbo aut uerberibus fiat, iniuriarum legisq; Aquiliæ actio præſtò eſt, nec extraordinario prætoris remedio erit opus. Ex publica, cum ſupra bonum & æquum publicani illicita uectigalia extorquent. Ac † in primis de iniuria priuata per nouũ opus facta uideamus. Solent enim uicini ædificando uicinis iniuriam non rarò facere, uel auaricia, uel errore, uel temeritate quadam impulſi. cui malo prætor hoc edicto occurrit [a]: quo expreſsit, ut ſiue iure, ſiue iniuria opus fieret, per nunciationẽ inhibeatur: donec uel nunciatio miſſa fiat, uel uice nunciationis miſſæ ſatisdatio de opere reſtituẽdo fuerit interpoſita [b]. Ex † hoc edicto prætor pro more ſuo duo interdicta reddit, quibus agitur ad ius edicti conſeruandum. Priore conſulitur ijs, quorum cum damno & iniuria aduerſus prohibitionem opus factum eſt. Alterum ædificatoribus ſuccurrit, quibus ſatisdare paratis, ſine iuſta cauſa impedimẽtum præſtatur, quo minus ædificare poſsint. Prius † ita habet: QVEM IN LOCVM NVNCIATVM EST, NE QVID OPERIS NOVI FIERET, QVA DE RE AGITVR, QVOD IN EO LOCO ANTEQVAM NVNCIATIO MISSA FIERET, AVT IN EA CAVSA ESSET, VT REMITTI DEBERET, FACTVM EST, ID RESTITVAS [c].

1
2
3
4
5

a de oper. nou. nunc.
b l.1. in prin. l. Prætor. 20. §.1. b.t.
c d.l. prætor. in prin.
d gl. in l. ſi procur. 10. b.t.
e l.1. §. opus nouum. 5. l. ſtipulatio. 21. §. opus nouũ. 3. hoc tit.

Nunciare † ſignificat hîc prohibere [d]: & nunciat nouum opus, qui denunciat uicino ne ædificet. Nouum autem opus facit, qui priſtinam operis faciem mutat [e]. Nunciatio igitur noui operis, eſt ſolennis prohi-

6

prohibitio uicino facta, ne in opere nouo exædificando pergat, donec de iure ædificationis constiterit,
7 aut præstita sit eo nomine satisdatio. Causa † huius efficiens Prætor est, qui hoc nunciandi ius intro-
duxit [a], & uoluntas eorum qui eo iure utuntur: qui autem uti, & aduersus quos possint, eleganter & or
8 dine Iurisconsulti ipsi exponunt [b]. Materia † circa quam uersatur nunciatio, sunt structuræ, & res soli,
non etiam mobiles [c]: res prophanæ, non religiosæ: & opera futura, non etiam facta. Nam hæc ad inter-
dictum quod ui aut clàm pertinent [d]. Materia in qua fit nunciatio, est opus quod ædificatur. in re enim
9 præsenti fieri nunciationem oportet [e]. Forma † nunciandi triplex est: nam fit uel authoritate magistra-
tus per personam publicam, uel per iactum lapilli: quibus quidem modis nunciamus cum in no-
stro ædificatur, nec possessionem amittere uolumus, quæ alioqui per uerbalem nunciationem amit-
titur [f]: uel per uerbalem nunciationem, cum in suo quidem ædificat uicinus, sed contra ius seruitutis [g].
Nunciatio autem aut nostro, aut alieno nomine fieri potest, & omnibus diebus: & aduersus absentes
10 etiam atq; inuitos procedit [h]. Finem † nunciationis tradit Vlpian. [i] Nunciatio, inquit, fit aut iuris nostri
11 conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. Effectus † nunciationis extat
in ipso interdicto. Nam post eam factam cessare ædificator debet ab opere, & cum nunciante cõmitte-
re se prætoriæ iurisdictioni, ut ius ædificationis examinetur [k]: alioqui si in ædificando pergat, quicquid
operis fecerit, antequam missa facta sit nunciatio, aut in ea causa existat ut mitti debeat, uidelicet satis-
datione oblata, demoliri & auferre iussũ magistratus cõpelletur: nulla facta cognitione, ius ædificandi
12 nec ne ædificator habeat: quia semper contra edictum & ius nunciationis fecit [l]. Sed † quoniam ini-
quum est, impediri in ædificando eum qui satisdare paratus est de opere demoliendo, si contra ius ædi-
» ficatum constiterit, ideo prætor alterum interdictum ad hunc modum protulit: QVEM IN LO-
» CVM NVNCIATVM EST, NE QVID NOVI OPERIS FIERET, QVA DE RE
» AGITVR, SI DE EA RE SATISDATVM EST, QVOD EIVS CAVTVM SIT,
» AVT PER TE STET, QVO MINVS SATISDETVR, QVO MINVS ILLI EO
» IN LOCO OPVS FACERE LICEAT, VIM FIERI VETO [m]. Hoc interdictum tam
luculenter I. C. interpretantur [n], ut nostra expositione minimè opus habere uideatur.

a d.l.1.d.l.prætor.
b in l.1.§.fin.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.& 14.
c l.1.§.hoc aũt edictum.6.
d l.1.§.1.hoc tit.
e l.de pupillo.5.§.nunciationem.2.hoc tit.
f d.l.1.§.in operis.3. d.l. de pupillo.§.meminisse.10.
g d.l.1.§.nunciatio.2.d.l. de pupillo.§.meminisse.
h d.l.1.§.nunciatio.2.
i in d.l.1.§.10.
k d.l.1.§.potest.4.
l d.l.prætor.§.1.
m d.l.prætor ait.§.deinde.7.
n in d.l.prætor.& ll.seq.

De damno infecto, & proiectionibus, & SVGGRVNDIS. TIT. II.

1 *Quid sit damnum infectum, suggrunda, proiectiones.*
2 *Ex qua causa, & quando prætor iubeat caueri.*
3 *Quomodo ad cautionem cogat.*
4 *De primo & secundo decreto.*
5 *Quæ actio in contumacem detur.*
6 *Verba edicti: & de primo & secundo decreto, explicatio methodica.*

1 DAmnum † infectum, est damnum nondũ factum, sed quod futurum ueremur [a]. Suggrunda siue
2 suggrundæ, sunt eminentes tecti partes, ad auertendum stillicidium. Proiectiones sunt proiec-
ta, quibus tectum & parietes defenduntur [b]. Qui † igitur damnũ ex ruinosis uicini ædibus aut
tecto timet, huic si iuret, se non calumniæ causa petere, iubet prætor dominum aut possessorem earum
ædium, unde damnum timetur, cauere: suo quidem nomine per stipulationem, alieno uerò per satis-
3 dationem de damno sarciendo si quod datum erit [c]. Cui † ita non cauebitur, eum prætor mittit primo
decreto in possessionem eius rei, cuius nomine ut caueatur, postulatum fuit, ita ut pignoris loco rem
4 detineat [d]. Cuius † causa iusta esse uidebitur, eum etiam possidere, & fructus lucrari prætor secundo
decreto iubet: scilicet causa cognita, cum æquũ esse uidebitur, & ex temporis diuturnitate, puta anni
spacio, quod post primum decretum elapsum est [e], & contumacia eius qui rem pro derelicto habet [f].
5 In † eum qui neque cauerit, neq; in possessione esse, possideréue passus est, iudicium datur, ut tantum
præstet, quantum præstare eum oporteret, si de ea re ex decreto magistratus cautum fuisset, ut planum
6 fit ex edicto, quod in hæc uerba extat [g]. Prætor † ait: DAMNI INFECTI SVO NOMINE
» PROMITTI, ALIENO SATISDARI IVBEBO EI QVI IVRAVERIT NON
» CALVMNIAE CAVSA ID SE POSTVLARE: EVM'VE, CVIVS NOMINE
» AGET POSTVLATVRVM FVISSE, IN EAM DIEM QVAM CAVSA COGNI-
» TA STATVERO. SI CONTROVERSIA ERIT, DOMINVS SIT NEC NE
» QVI CAVEBIT: SVB EXCEPTIONE SATISDARI IVBEBO DE EO OPOR-
» TERE. QVOD IN FLVMINE PVBLICO, RIPA'VE EIVS FIET, IN AN-
» NOS DECEM SATISDARI IVBEBO. EVM CVI ITA NON CAVEBITVR,
» IN POSSESSIONEM EIVS REI, CVIVS NOMINE VT CAVEATVR PO-
» STVLABITVR, IRE, ET CVM IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, ETIAM
» POSSIDERE IVBEBO. IN EVM QVI NEQVE CAVERIT, NEQVE IN
» POSSESSIONE ESSE, NEQVE POSSIDERE PASSVS ERIT, IVDI-
» CIVM DABO, VT TANTVM PRAESTET, QVANTVM PRAESTARE EVM
» OPORTERET, SI DE EA RE EX DECRETO MEO, EIVS'VE CVIVS
» DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, QVAE MEA EST, CAVTVM FVIS-
» SET. EIVS REI NOMINE, IN CVIVS POSSESSIONEM MISERO,
» SI AB EO QVI IN POSSESSIONE ERIT, DAMNI INFECTI NOMINE
» NON SATISDABITVR, EVM CVI NON SATISDABITVR, SIMVL IN POS-
» SESSIONE ESSE IVBEBO. Hoc edictum copiosè ab ipsis I. C. explicatur, ut nos in eo interpretando diutius hærere non debeamus. Potius igitur aliquid quod usum habeat potiorem, de primo & secundo decreto subijciendum uidetur.

a l.2.h.t.Paul.lib.5.tit.10.
b uide in l.malum.242.§.inter.de uerb.sig. l.si uerò.§.prætubi Bud.de his qui deiecer.uel effud.
c l.damni infecti.18. l.5.l. prætor.7.h.t.
d l.4.§.1.l.si finita.15.§. ex hoc edicto.4.
e ca.pen.de eo qui mitt.in poss.Spec.de secun.dec. §.iuxta.num.2.per l.si quis.§.fin.C.de præscr. 30.annor.
f d.l.si finita.§.non autẽ. 10.cum seq.h.t.
g in l.prætor.h.t.

BIU Cujas

Primum decretum ita definit Specul.[a] ut sit iussum iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam possideri. Paulo aliter Bart.[b] Mihi placet esse decretũ iudicis, quo ob contumaciam rei, actor in possessionem bonorum, custodiæ causa mittitur, ut ea pignoris uice detineat, donec reus ueniat responsurus. Causa efficiens, est iudex qui habet mixtum & merum imperium[c]. Causa προκαταρκτικὴ à parte agentis, petitio[d]: petere autẽ possunt omnes creditores, quibus uel purè, uel in diem, uel sub conditione aliquid debetur[e]: à parte rei contumacia[f]. Materia circa quam, sunt actiones, tam personales[g] quàm reales[h]. Materia in qua decretum fit, sunt bona contumacis qualiacunq;, etiam feudalia & emphyteutica[i], atque adeò spiritualia[k]. Ita tamen in his missio, eoq; ordine decerni debet, ut primò fiat in possessionem bonorum mobilium: pòst, si illa non sufficiant, in immobilium[l]: tertiò, in rerũ incorporalium, atq; nominum[m]. nam & in iuribus incorporalibus, decretũ primum & secundum interponi potest[n]: prout in executione rei iudicatæ solet obseruari[o]. In nominum tamẽ possessionem propriè non fit uera missio: sed iudex cõuocat debitores, eisq; interdicit, ne soluant creditori: & ut respondeant agenti, iubet[p]. Neq; uerò interest, quod & antè dixi, utrum pleno iure reus earum rerum dominus sit, an tantum utilis, uel usufructuarius etiam[q]. In alienis autem rebus quas detinet contumax, nõ rectè fit missio[r]. Forma & modus quo ad primum decretum peruenitur, hic ferè est. Offerendus est ab agente petitionis libellus[s]. huic ut respondeat, citandus est reus absens, tribus edictis, aut peremptorio uno[t]. eo non comparente, si actor contumaciam absentis accusarit, (iudex enim non impertit officium nisi postulatum[u]) contumacem esse declarabit iudex[x]. Nam nisi præcedente contumacia, non ualet decretum[y]. & pòst ad petitionem agentis (quam tamen libello comprehendi non est necesse[z]) possessionem ei decernet[a], absq; alia ulla causæ cognitione[b], in realibus[c]: cum summaria uerò, in personalibus[d]: in eamque mittet aut per executorem, nunciumúe publicum, aut facta agenti ingrediendi potestate[e]: & mittet quidem non in omnia bona, sed ordine seruato, de quo paulo antè dixi, ut primò apprehendantur mobilia, pòst immobilia, ultimò iura[f], idq; pro mensura debiti seu quãtitatis petita[g]: licet olim in omnibus indistinctè bonis fieri sit solita missio[h]. In realibus eodem modo, si tota res petatur, in totius rei possessionem missio facienda est: si pars, in partem petitam[i]. Absurdum enim esset, quenquam in plus mitti, plusq; ei adiudicari, quàm petat[k]. Finis decreti duplex est. Primùm, ut creditor seu actor rem suam, hoc est, sibi debitam seruet, & consequi possit[l]: alter, ut tædio affectus reus, ueniat ad respondendum[m]. Quod ad effectum attinet, unius missio quandoq; alteri prodest[n]: & missio quæ fit ex primo decreto, non priuat dominum possessione[o], sed infert ius pignoris[p]: efficitq; simul, ut cum domino missus rem detineat, custodiat, seruet, nihil ut in ea sine ipso geri fieri possit[q]. Si tamen metus sit, ne in ea communione peruenietur ad arma, potest iudex cõstituere, quis solus possidere debeat[r], aut possessionem sequestrare[s]. Fructus porrò non lucratur, neque participat in bona missus creditor: cum tantum custos rerum sit, non etiam possessor[t], quanquam in realibus actionibus uideri possit, statim eum possessionem consequi, sed nõ incommutabiliter, quin scilicet reus eam recuperare intra annum possit[u]. Neq; tamen fructus, etiam in realibus, neq; ius usucapiendi[x] (utpote cum custodiæ causa, non ut dominus possideat) ante annum elapsum acquirit[y]: licet percipere fructus interea temporis, & custodire, aut eosdem uendere, cum seruando seruari nequeunt, nõ prohibeatur[z]. Cur autem aliud in personalibus, aliud in realibus obtineat, pulchrè exponit Spec.[a] Quòd si porrò in possessionẽ à iudice decretam non admittatur missus, habet in factum actionem, quanti sua interest, impeditum non fuisse[b]. quanquam & introduci per manum militarem potest[c]. Tollitur autẽ primum decretum, si intra annum ueniat reus, & iudicio se offerat, cautionemque iudicio sisti, ac damna ob id passa actorĩ præstet[d]. Quod maximè obtinet in realibus petitionibus. nam ibi secundo decreto opus non est, sed tantum expectatur annus[e]: quo exacto, uerus possessor, qui missus est, efficitur[f]. In personalibus non uidetur ea res ad anni spacium alligata: sed post interuallum aliquod ad arbitrium iudicis moderandum,

a *in tit. de primo decret. §. n.*
b *in l. si finita. 15. §. Iulianus. nu. 2. b. t.*
c *Spec. de secund. decret. §. restat. num. 2. uide Panor. in c. si quis, de for. comp. et in c. contingit. n. 22. de dol. et cont. Innoc. in c. dilecto. de uer. sign.*
d *Bart. in d. §. Iulianus. nu. 2. & 3. per l. 4. §. hoc autem. b. t.*
e *Spec. tit. de prim. decr. §. sequitur. nu. 11.*
f *l. si finita. 15 §. ex hoc. §. si fortè. b. t. c. quoniam. ut lit. non contest. l cum proponas. 9. C. de bon. auth. iud. poß. Bart. in d. §. Iulianus. nu. 18.*
g *d. l. cum proponas. 9. et l. fi. Cod. de bon. auth. iud. poß.*
h *l. 2. C. ubi in rem act. c. 2. & 3. de eo qui mitt. in poß. Bart. poßt gl. in d. §. Iulian. nu. 40. Spec. de prim. decre. §. restat. nu. 20. cum seq.*
i *Bal. in l. si finita. §. si de uectigalib. nu. 5. 6. b. t.*
k *c. contingit. ubi Panor. nu. 11. de dol. & cont.*
l *c. quoniam. §. fin. ut lit. non contest.*
m *Spec. §. restat. num. 1. de prim. decr.*
n *Bal. in d. l. si finita. §. si de uectigalib. nu. 11.*
o *l. à diuo Pio. de re iud.*
p *Spec. præall. loc. nu. 2.*
q *Spec. d. §. restat. nu. 7. 8. 9. cum seq.*
r *l. 1. §. si quis. ĩ. ne uis fiat ei qui in poß. Specul. d. §. restat. num. 7.*
s *Bart. in d. §. Iulianus. num. 6.*
t *Bar. in d. §. Iulianus. num. 3. & 4. Specul. de prim. decret. §. sequitur. in princ.*
u *l. 4. §. hæc autem. hoc tit.*
x *Specul. præalleg. loc.*
y *Bart. in d. §. Iulianus. num. 18.*
z *Bart. d. §. Iulianus. num. 20.*
a *l. consentaneum. 8. C. quomodo & quand. nu. cap. 4. de dolo & contumacia. Spec. d. §. restat. in princ.*
b *ut uidetur uelle Specu. in d. §. sequitur. num. 8. quamuis obstat Auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poß.*
c *Panorm. in cap. quoniam. §. ult. num. 31. ut lit. non contest.*
d *d. Authent. & qui iurat. Bart. Rebuff. & Dd. in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11. l. per hanc. C. de erog. mil. anno. lib. 12. Panorm. in d. cap. quoniam. §. ult. num. 31. & in cap. 2. num. 28. de prohib. sequestr. Alex. consil. 6. num. 9. & 10. uolum. 4. Angel. consil. 107. num. 1. Anchor. consil. 248. num. 1. & 2.*
e *Bart. in d. §. Iulianus. num. 21. cum sequen.*
f *uide Panorm. in d. cap. quoniam. §. ultim. num. 7. & 34. ut lit. non contesta.*
g *cap. quoniam. §. frequenter. ut lit. non contest. Auth. & qui iurat. C. de bon. author. iud. poßid. Bartol. in d. §. Iulianus. num. 7.*
h *gloss. in l. cum proponas. 9. C. de bon. auth. per l. 1. quibus ex caus. in poßeß.*
i *d. cap. quoniam. ca. 2. in uerb. in possessionem rei petitæ. de eo qui mitt. in poßeß. l. si finita. 15. l. si places. hoc tit.*
k *Spec. de secund. decret. §. uidendum. numer. 5.*
l *l. 3. in uerb. fideicommißi seruandi causa. ĩ. ne uis fiat ei qui in poßeß. tot. tit. extrà, de eo qui mitt. in poßeß. caus. rei seruand. l. 13. §. final. de bon. auth. iud. poßid.*
m *l. is cui. 5. ut in poßeß. leg.*
n *l. final. C. de bon. auth. iud. poß.*
o *dicta l. si finita. §. si quis. d. l. is cui. Specul. §. iam de effectu. num. 6. Panorm. in cap. contingit. per illum text. num. 13. ubi dicit hanc esse communem. de dol. & contum. licet Legistæ contrà disputent. ut Ias. in l. 3. §. final. nume. 20. de acquir. poßeß. uide Socin. in c. quoniam. §. fin. num. 95. ut lit. non contest. ubi indistinctè dicit hanc esse communem.*
p *l. non est mirum. de pign. act. l. 2. C. quæ pot. in pign. hab. l. si poßt. C. ut in poßeß. lega. l. fin. C. de præt. pign. Spec. d. §. iam de effectu. in princ.*
q *d. l. si finita. §. si quis autem. hoc tit. l. is cui. §. ut in poß. leg. l. 3. §. final. de acquir. poßeß. l. si duo. §. creditores. glo. in d. l. si finita. §. si plures. ad uerb. prius cum fi. Spec. de secund. decreto. §. nunc dicam. 7. num. 12.*
r *Spec. de prim. decret. §. iam de effectu. num. 6.*
s *cap. 2. ubi Panorm. cap. 1. ubi Panorm. num. 18. de sequestr. cap. 2. ubi Panorm. nu. 12. 13. de dol. & cont. Spec. de secund. decret. §. iam de effectu. uers. sed utrum.*
t *d. l. si finita. §. non autem. d. l. is cui. Bartol. poßt gloss. in d. §. Iulianus. num. 50.*
u *l. 2. in fin. ubi gloss. C. ubi in rem act. d. l. si quis emptionis. §. penult. cap. pastoralis. de off. ord. cap. 1. de eo qui mitt. in poßeß. Spec. d. §. iam de effectu. num. 9.*
x *Panorm. in c. quoniam. §. ult. num. 33. ut lit. non contest.*
y *Spec. præall. loc. Barto. poßt gl. in d. §. Iulianus. num. 51.*
z *d. l. is cui. Spec. præall. loc. num. 13. uide Bart. in l. ult. in prin. ut in poß. legat. & in d. l. si finita. §. Iulianus. Ang. in §. quia uerò. in Authen. de exhere.*
a *Spec. præalleg. loc. num. 12.*
b *d. l. si finita. §. fin. ubi glo. l. 4. §. in eum. & l. fin. §. prætor. ne uis fiat ei.*
c *l. is cui. §. missus. ut in poßeß. lega.*
d *d. l. si quis. 8. §. pen. C. de præscr. 30. annor. Auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poß.*
e *Soc. in d. c. quoniam. §. fi. num. 45. ut lit. non contest. ubi dicit hanc communem esse Legist. & Canonist.*
f *c. 1. de eo qui mitt. in poß.*

BIU Cujas

dum, si cesset reus ad iudicium uenire, & causam persequi, potest peti & decerni secundũ decretum [a]. Doctores tamen communius, & hîc annuum spacium putãt attendendum [b]: ut in hoc tantum maneat differentia, quòd in personalibus interpositione secundi decreti sit opus [c], in realibus nequaquam, sed solus anni cursus pro decreto sufficiat [d].

Secundum decretum, est alterum prætoris seu magistratus iussum, quo ob contumaciam & moram absentis debitoris, eum qui ad rem detinendam in possessionem missus fuerat, causa cognita uerum possessorem decernit, aut etiam dominum esse iubet [e]. Causa efficiens est (ut in præcedente decreto) magistratus, qui imperium saltem mixtum habet [f]. nam qui primum decretum interponere potest, potest & secundum [g]. Causa quoq; προκαταρκτικὴ eadem est, nempe petitio ex primo decreto possidentis, & nimia contumacia non respondentis [h]. Materia circa quam, sunt omnes actiones personales [i], non etiam reales [k], nam in realibus (ut antè dictum est) secundum decretum non decernitur, quoniam per hoc possessio uel dominium possidenti adiudicatur. At qui dominum se esse professus est, & rem uendicat: is postquam ex primo decreto possidere cœperit, frustra dominium petat sibi adiudicari, quod habere intendit: frustra item postulet, sibi potestatem distrahendæ rei secundo decreto fieri. Nam si dominus est, ut præ se fert, hanc potestatem suo iure habet [l]. Præterea lex in realibus tantũ possessionem contumaci aufert, salua ad longum tempus proprietatis quæstione [m]: quod illi ius per secundũ decretum auferri, perquàm fuerit iniquum: ac etiamsi non rei uendicatione, sed alia quauis reali actione sit actum: tamen ratio semper erit, cur secundum decretum interponi non sit necesse. Qui enim, uerbi gratia, hypothecaria egit, etsi se non esse dominum professus sit: tamen quia ex iure pignoris quod prætendit, distrahendi [n] aut dominij impetrandi [o] facultatem habet, ideo alio ei decreto non est opus. Etsi autem hæc ita se habeant, potest tamen qui reali egit, si de dominio controuersiam in futurum probabiliter uereatur, petere à iudice, ut certũ terminum statuat, intra quem ueniat ius suum deducturus reus, aut alius quiuis qui dominium prætendit: quo elapso, nemo deinceps audiatur [p]. Sed de hoc personalium & realium actionum discrimine, plura Accurs. [q] & Specul. [r] ad quos breuitatis causa studiosos remitto. Forma perueniendi in personalibus ad secundum decretum hæc est [s]. Post elapsum annum [t] (de quo paulo antè dixi) petit actor se ex secundo decreto uerum possessorem aut dominum declarari & constitui. Ad eam petitionem contumacem reum iudex citat. nam citatio hîc necessaria est [u], quia causæ cognitione & præsentia partium est opus. ubicunq; autem requiritur causæ cognitio, ibi necessaria est citatio [x]: & quidẽ terna uel peremptoria una pro tribus [y] opus est. Citatione porrò facta, si reus non compareat, neq; se ad iudicium cum debita cautione, & refusione sumptuum offerat [z], quod & ipsum pro contumacia habetur (paria enim sunt, non comparere, uel non debito modo [a]:) iam quia eius contumacia pro præsentia est [b], de causa iudex cognoscet. In causæ autẽ cognitione uersatur, num reus sit Reipub. causa absens, num pupillus, num alio impedimento iusto detentus: nec enim ad secundũ decretum est properandum [c]: alioqui dabitur restitutio [d]. Quòd si nihil obstet, satisq; de contumacia absentis constare iudici uidebitur, tum ex officio suo nobili [e], secundum decretum interponet, & actorem in uera deinceps possessione esse, eaque frui, fructusq; suos facere iubebit. Ex quo intelligi potest aliud esse mittere in possessionem, aliud iubere possidere: illud custodiam tribuit ex primo decreto, hoc possessionem non nudam, sed cum causa bonorum ac dominij ex secundo decreto, quemadmodum in iurisdictione prætoris bonorum possessio ius dominij complecti solet [f]. Finis est, ut & contumacia nimia latitantis ac fugientis debitoris puniatur, & consulatur agenti creditori, cui frustrator alioqui reus copiam agendi, hoc est, ius suum iudicio persequendi, nullam facit. Effectus, quòd iure ueteri prætor non faciebat possessorem dominum [g], ut nec hæredem [h], sed rem in bonis eius esse iubebat, ut uelut dominus iure Prætorio fructus lucraretur, & quia iusta erat possessio etiam legitimo tempore usucapere, atq; ita iure ciuili effici dominus posset [i]. Sed hodie secundum decretum non tantum possessorem facit eum qui mittitur in possessionẽ, ita ut fructus lucretur [k], deiecto & excluso uero domino [l]: sed etiã dominum [m], si uidelicet dominium fuit penes debitorem [n]: aliàs præstat usucapiendi conditionem [o], ut quiuis titulus dominij translatiuus [p], perinde atque cum res in solutum creditori datur [q]. Sed in solutum tum demum dari res solent, cùm emptorem non inueniunt [r]. At secundum decretum quandoq; ita interponitur, ut etiam sine uenditione statim fiat iure prætorio dominus qui possidet. Quod potissimùm in materia damni infecti puto usitatũ fuisse: quia non expediebat, per dilationes emptionum, in ruinosis ædibus (quæ haud facilè etiam emptorem, propter ædificationum sumptus & molestias inueniunt) spacium ad ruinas prorogari: & satius erat, uicinum fieri dominũ qui de damno infecto egisset, ob uicinitatem periculi, quàm alium quemuis emptorem, cuius nihil interesset.

a Bar. in d. §. Iulianus. nu. 39. text. in d. l. si finita. §. non autem. 12. §. si plures. ubi gl. ad uerb. prin. l. 3. §. fi. uerb. longo tempore. de acq. poss. d. Authent. & qui iurat.

b Spec. de secund. decr. §. iuxta. nu. 2. Innoc. in ca. dilecto. de uerb. sig. Instit. in tit. de eo qui mitt. in poss. Bart. d. §. Iulianus. nu. 39.

c d. l. si finita. §. Iulianus.

d gl. in d. l. si finita. §. si plures. ad uerb. prius. ubi præsentis differentiæ rationes exponit. & optimè Spec. de secund. decre. §. uidendum. nu. 2. per c. cum contingit. de dol. & contum. cap. pastoralis. de offic. ordinar. cum alijs ibi præallegat.

e c. 1. de eo qui mitt. in poss. sess. l. prætores. 5. l. prætor. 7. §. 1. h. t.

f l. 1. & 4. de iurisd. Spec. præall. loc.

g l. fulcimus. 7. §. fin. quib. ex causis in possess. eat. Spec. tit. de prim. decr. §. restat. num. 14. & de secund. decr. §. iuxta. nu. 9. 10.

h Bart. post gl. in d. §. Iulianus. nu. 42. per l. cum proponas. Cod. de bon. auth. iud. poss. id. d. l. fidecimus. §. 1. l. properandum. §. fin autem. C. de iud. Spec. de secun. decr. §. uidendum. nu. 16.

i Bart. post gl. in d. §. Iulianus. nu. 41. & 43.

k l. in re mãdata. C. mand. t. t. Inst. quib. alie.

l l. 2. in fin. ubi gl. C. ubi in rem act. d. l. si quis emptionis. §. pen. c. 7. uerb. saluo iure. de eo qui mitt. in possess. c. quoniam. §. quod si. ut lit. non contest. c. prout. de dol. & contum.

m tit. ff. & C. de dis. pign. n tot. tit. C. de iur. dom. impet. o l. ult. C. de iur. dom. impet. Auth. hoc nisi. C. de solut. uide gl. Bart. & Dd. in l. si finita. §. si plures. ad uerb. prius. hoc tit. Specul. de secund. decret. §. uidendum. numer. 20. 21. Panorm. d. cap. quoniam. §. final. num. 12. p l. 1. & 4. de iurisd. q in d. l. si finita. §. si plures. uerb. prius. r in d. tit. de secund. decret. §. uidendum. numer. 20. & 21. s uide omnino Panorm. in cap. quoniam. §. fin. numer. 34. & 41. 46. ut lit. non contest. & ibidem Socin. t Bart. in d. §. Iulianus. numer. 39. u Specul. de secund. decret. §. nunc dicamus. numer. 1. x l. nam ita diuis. de adopt. l. de unoquoque. ubi Alexand. de re iudic. Socin. in tract. cita. act. 7. numer. 6. y c. quoniam. §. fin. ut lit. non contest. Bart. in d. §. Iulianus. numer. 27. z l. si quis. 8. §. penult. C. de præscript. 30. annor. Auth. ei qui iurat. C. de bon. author. iudic. poss. l. prætor. §. quod ait prætor. de bon. auth. iudic. poss. cap. pastoralis. de off. ordin. cap. 1. c. cum contingit. de dol. & cont. tot. tit. ex. de eo qui mitt. in possess. caus. rei ser. Specul. de prim. decret. §. iam de effectu. num. 22. a l. 1. §. fin. ubi gloss. ad uerb. inhabilis. quod cuiusq; uniuers. nam. & l. 1. §. penult. quor. legat. b c. ueritatis. 8. de dol. & contum. l. contumacia. 53. de re iud. Spec. hoc tit. §. 1. num. 1. c Specul. præalleg. §. 1. num. 1. d d. l. si finita. §. si fortè. §. postea. l. eorum. 19. hoc tit. Bart. in d. §. Iulianus. num. 36. e Bart. d. §. Iulianus. num. 40. Panorm. in c. quoniam. §. ult. num. 46. ut lit. non contest. f l. 3. de bon. poss. g l. qui usumfructum. Si usus fruc. peta. h §. 1. Instit. de bon. poss. i Vlp. tit. 1. d. l. si finita. §. Iulianus. k Spec. de secund. decret. §. 1. num. 13. l d. l. si finita. §. ubi autem. m Dd. in d. l. si finita. 15. §. Iulianus. & §. posteaquam. & in d. c. quoniam. fac. l. 1. de fund. dota. l. sed si res. com. diui. n l. 1. de fund. dotal. uide Cont. Dissput. lib. 1. c. 8. o d. l. si finita. §. Iulianus. l. prætoris. l. dies. l. ijs. h. t. p tot. tit. de Public. in rem act. §. sed istæ. Instit. de actio. q tot. tit. de iur. dom. imp. l. à diuo Pio. §. si pignora. de re iudic. r l. à diuo Pio. 15. §. si pignora. de re iud.

a Bald. in tract. prothomus. col. pen. uers. sed pone. Matth. de Afflict. eod. tract. uerb. scriptum. Tiraq. de iur. retract. ligna. §. 22. gl. 2. nu. 2. et 26. nu. 36.

qua ratione uidemus hodie multis locis, iure retractus cuilibet emptori uicinũ præferri [a]. In alijs, præsertim personalibus, crebrius decernebatur uẽditio [b] (cuius forma alia est iure Sax. [c] quàm iure ciuili) & in eius demũ defectum [d], in solutum datio [e]. Nonnunquã tamen & alio modo fit decretum. nam interdum præfigitur terminus, intra quem ueniat qui dominiũ prætendere uelit, pòst non audiendus [f]. Interdum etiam solum possessorẽ constituit agentem iudex, reseruato etiã post annum reo repetendæ rei suæ iure integro [g]: præsertim cum non multi sunt creditores, & aliqua qualis qualis causa defensionis, qua cõtumacia excusari potest, subesse uidetur. Nam pro uarietate circumstantiarum, uariè interponit iudex secundũ decretum, aut non interponit [h]. Atq; hæc quidem iure communi in primo secundoq; decreto obtinent. Iure Sax. neutri locus est: sed contumax reus, multatur damno litis, & condemnatur in petitionem aduersario: contumace uerò actore existente, reus ab instantia iudicij relaxatur [i].

b l. sulcimus. 7. in prin. quibus ex caus. in poss. eat. l. cum proponas. l. pro debito. C. de bon. auth. iud. poss. Spec. §. 1. num. 14. hoc tit.

c Landtr. lib. 1. art. 70. Reinh. diff. iud. 29.

d l. pro debito. 6. C. de bo. auth. iud. poss.

e t. t. C. de iur. dom. imp. d. l. à diuo Pio. §. si pigno. Auth. hoc nisi. C. de sol.

f Bart. in d. §. Iulianus. num. 52. 53.

g d. c. quoniam. in fi. ut lit. non contest. ubi gl. fi. & Dd.

h Bart. in d. §. Iulianus. num. 53.

i Reinh. diff. iudic. 8. per art. 9. lib. 2. art. 5. lib. 3.

De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ (VIDELICET ACTIONE.) TIT. III.

1 Continuatio.
2 Aqua pluuia quæ sit, & quando hoc nomine detur actio.
3 Qualis actio detur.
4 Quibus, aduersus quos, & ad quid.

EOdem † modo si cui aqua pluuia damnum dabit, aquæ pluuiæ arcendæ actione auertetur aqua: quam actionem ex ipsa titulorum serie intelligi licet esse prætoriam. Aquam † pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit, siue per se, siue cum alia mista noceat. Hæc autem actio, consimiliter locum habet in damno nondum facto (nam de facto agendum est interdicto quod ui aut clam [a]) opere tamen iam facto, ex quo damnũ iure timetur: totiesq; locum habet, quoties manu facto opere nocitura agro aqua est: id est, cum quis manu fecerit, quo aliter flueret quàm natura solebat [b]. Hæc † actio in personam est, quia ex facto hominis oritur: in rem tamen scripta, quandoquidem in opus factum dirigitur [c]. Datur † autem domino prædij cui ex opere damnum timetur [d], & etiam utilis usufructuario [e], alijsque utile dominium habentibus [f]. Porrò datur aduersus dominum eius loci in quo opus factum est, quia is solus restituere potest [g], in hoc ut opus restituat, id est tollat, & rem in pristinum statum formamque reponat: suis quidem impensis, si opus fecit, aut facere curanit: impensis uerò actoris, si in nulla sit culpa [h], unà cum damno & interesse, quod ea occasione post litem contestatam accidit [i].

1
2
3
4

a l. Atteius. 14. §. in hoc iudicium. 2. l. si tertius. 6. §. officium. 4. h. t.

b l. 1. in prin. & §. 1. h. t.

c d. l. si tertius. §. 3. uers. aquæ. l. emptor. 12. l. post uenditionem. 16. h. t.

d d. l. 1. §. item. 11. d. l. si tertius. §. si quis. 3. h. t.

e l. si usus fructus. 22. l. apud Trebatium. 3. h. t.

f l. quod Principis. 2. 3. §. 1. hoc tit.

g l. quanquam. 4. §. ult. cũ l. seq.

h l. supra iter. 11. §. apud ferocem. 2. & §. fin. l. emptor. 12. h. t.

i d. l. Atteius. §. in iudicio. 2.

De publicanis, & uectigalibus, & commissis. TIT. IIII.

1 Continuatio: & qui dicantur publicani.
2 Vectigal quid sit, & quantum.
3 Quomodo distet à tributo.
4 Quare uectigal soluatur: & quæ pœna eius non soluti.
5 Edictum de publicanis, eiusq; ratio: & quomodo cum iniustis publicanis eorumq; hæredibus agatur.

AD damna † quæ ex publica causa dentur, resarcienda, propositum est edictum de publicanis, uectigalibus & commissis. Publicani sunt, qui publico fruuntur (nam inde nomẽ habent, quòd publicum, hoc est, uectigal redimant) siue fisco uectigal pendant, siue etiam tributum consequantur [a]. Et † omnes qui quid à fisco conducunt, rectè appellantur publicani. Vectigal à uectura dicitur: & est id quod præstatur ex his rebus quæ inuehuntur, aut euehuntur. Præstari autem solet octaua pars [b], olim quinquagesima tantum, aut etiam cẽtesima [c]. Distat † uectigal à tributo: nam tributum est annona, uel publica functio, seu pensitatio, quæ ratione soli & bonorum immobilium penditur à possidentibus [d]: ac potissimùm capitur pro pecunia, quæ ab Imperatoribus atq; præsidibus in stipendia militum & sumptus belli à prouincialibus imperatur [e]: cuius tres fines constituit Cic. pro lege Manil. ut sint ornamenta pacis, subsidia belli, nerui reipublicæ. Tributum † ergo ut stipendiũ est onus fructuũ [f], & cõfertur ob possessiones priuati soli: uectigal uerò penditur propter usum uiæ publicæ [g], per quam res uehuntur: quam cum magna cura & sumptu Principes planam & tutam præstare commeantibus debeant [h] (cæteroqui de damno dato tenentur [i]) non mirum est, aliquid in autoramentum & compensationem eorum sumptuum à uiatoribus retribui. Eius uectigalis non soluti pœna est, ut res committantur uendicenturq; fisco, unde & commissæ res dicuntur [k]. Sed † quia sæpenumerò supra statum uectigal ui aut dolo malo publicani eorumque familiæ exigere solent, aut per concussionem iniecto terrore extorquere, nonnunquam etiam ex mercibus quid surripere: ideo prætor edicto ita cauit [l]: QVOD PVBLICANVS SEV ALIVS PVBLICANI NOMINE VI ADEMERIT, « QVOD VE FAMILIA PVBLICANORVM: SI ID RESTITVTVM NON ERIT, « IN DVPLVM, AVT SI POST ANNVM AGETVR, IN SIMPLVM IVDICIVM « DABO. ITEM, SI DAMNVM, INIVRIA, FVRTVMVE FACTVM ESSE DI- « CETVR, IVDICIVM DABO. SI II AD QVOS RES PERTINEBIT NON EX- « HIBEBVNTVR, IN DOMINOS SINE NOXAE DEDITIONE, IVDICIVM DA- « BO. Hæc actio hæredibus etiam datur [m]: in hæredes autem, quatenus locupletati sunt [n]. Amplius etiam extra ordinem publicani ad uigorem publicæ disciplinæ, hoc nomine plectuntur [o].

1
2
3
4
5

a l. 1. in prin. l. quantæ. 12. in fin. h. t. l. cum qui. 16. de uerb. sign.

b l. ex præstatione. 1. C. de uectigali.

c Cuiac. obs. lib. 6. c. 28.

d l. 1. & t. t. C. sine censu, &c.

e l. ager. 27. de uerb. sign. Tacitus lib. 20.

f l. 7. de usufr. l. neq; de iuram. in res dota. Cuiac. lib. 7. c. 3. & 4.

g l. si quis. c. 21. de don. int. uir. & ux.

h l. cõgruit. 13. de off. præs.

i Cæpoll. tract. de ser. ca. de aqu. nu. 91.

k l. cõmissa. l. fi. §. si quis. h. t. gl. in l. 1. C. de uectigali.

De donationibus, Tit. V.

1 Continuatio: & quòd donationes rectè ad ius Prætorium referantur.
2 Donatio unde dicta, & quid sit.
3 Diuisio: & quid sit donatio simplex, sub modo, causa, aut conditione.
4 Causa efficiens: & quis cui donet.

l l. 1. in pr. m l. sed & ij. 13. in fi. h. t. n l. 4. in prin. o l. locatio. 9. §. quod illicitè. h. t.

5 Mate-

BIU Cujas

5 Materia. nes: & quare quædam insinuatione indigeant.
6 Forma: & quomodo firmentur, contrahantur donatio- 7 De fine, natura, effectu, & reuocatione donationum.

1 DOnationes † quoq; ad ius Prætorium meritò referuntur. Nam cum magis ad beneficij causam quàm negocij contracti speciem pertineant, nulla eo nomine iure ciuili est actio, quam lex ex cõuentionibus duntaxat, quæ causam obligationis ac συναλλαγμα continent, præbere solet, ut suprà dictum est [a]. Sicuti igitur precarium, quod ex liberalitate descendit, Prætor tuetur [b]: ita consentaneum est, reliquas quoq; donationes postquam perfectæ essent, iure Prætorio, uelut iustum acquirendi modum [c], confirmatas esse, & de ijs ius fuisse dictum: unde & inter iudicia Prætoria hic tractatus meritò
2 collocatur. Donatio † dicta est à donando, quasi doni datio [d]. Est autem liberalitas, quæ nullo iure cogente, ex sola animi benignitate alteri fit & conceditur [e]. Dat, inquit I. C. [f] aliquis ea mente, ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti: & propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Hæc propriè donatio appellatur, quæ ita definiri potest, ut sit contractus iuris gentium nominatus [g] (iure scilicet nouissimo [h]) stricti iuris [i], consensu constans [k], per quem quis alteri gratuitò & in præsentiarum aliquid donat uel remittit. nam & remissio certi alicuius iuris, donatio est [l]. Et necesse est, donationem uerbis præsentibus fieri, uel æquipollentibus [m]: alioqui non
3 donatio esset, sed pactum futuræ donationis [n]. Donatio † autem aut est simplex, aut ob causam, aut sub modo, aut conditionalis. Donatio simplex propriè est donatio, quam suprà definiuimus. Donatio ob causam, & sub modo est, cum datur uel ut aliquid fiat, uel ut non fiat, uel cum certo modo certaq; lege donatur [o]: cuius finis subordinatus & medius est remuneratio, extremus liberalitas [p]. Donatio conditionalis est, uel cum quis ita dat, ut tunc demum accipientis rem fieri uelit, cum aliquid secutum erit: uel ut statim quidem accipientis fiat, si tamen aliquid aut factum fuerit, aut non fuerit, uelit eam ad se
4 reuerti: qualis est donatio causa mortis. Causa † efficiens est benefica uoluntas donantis: quæ tamen non præsumitur, nisi probetur, aut nisi certa scientia probetur [q]: cæteroqui error potius, & ignorãtia [r], eoq; fatua, ac nulla potius causa præsumitur, quàm donatio [s]. Causa correlatiua seu mutua & consensus, seu κυριολογια accipientis [t]. Vt enim inuitus non donat [u], ita nec inuito donatur [x]. Causa προπαρεσκευασμενη sunt benemerita donatarij [y]. Possunt autem omnes donare, qui & contrahere: nec senectus aut morbus donationi obstat [z]: non tamen pater filio in potestate constituto [a], nisi ob benemerita, aut aliam iustam causam [b]: nec maritus coniugi, aut contrà [c]. Mulier iure ciuili res paraphernales alienare potest, & donare [d]: dotales nequaquam [e], ne consentiente quidem marito, propter legis Iuliæ de fundo dotali prohibitionem. Moribus Gallorum [f] indistinctè sine marito in cuius tutela est, nihil donare aut alienare potest: quod & Sax. sequuntur [g]. quorum tamen iure uirgines & uiduæ authore tutore, si quem habeant, aut absq; eo, si nullum habeant, per se [h] rectè donant [i] & alienant mobilia, res soli non item sine curatore uel per testamentum [k], & parentes liberis etiam rectè [l] donant, nisi mauis id secundum iuris communis [m] accipere distinctionem [n]. Mulier marito non aliter, nisi alio tutore interueniente. quæ tamen donatio ut inter coniuges prohibita, ne sic quidem perficitur, nisi morte confirmetur. Rei capitalis crimi-
5 nis, ante sententiam donare possunt, postea non item [o]. Materia † sunt omnes res quæ in commercium cadunt: quicquid enim alienari, id & donari potest: non tamen omnia bona, præsentia & futura, ne au-
6 feratur libera testandi facultas [p]. Forma † est, ut alter det, alter accipiat (à datione enim uim olim habuit donatio) nec aliter quàm traditione [q], aut stipulationis uinculo [r] firmabatur: sed hodie etiam nudo pacto [s] efficaciter animo donandi promittitur [t]. nunquam tamen ea præsumitur, ubi alia rei gestæ causa aliqua, quamuis iniusta, etiam & fatua apparere & haberi potest [u]. Donatio fieri potest uel purè, uel ex tempore, uel ad tempus, uel sub conditione [x]. item in scriptis [y], aut sine scriptura [z], etiam inter absentes aut ignotos, per procuratorem, nuncium aut epistolam [a]: nisi cum excedit donatio 500. aureos. Nam ne prodigaliter quis liberalitatem exerceret (expedit enim Reip. neminem re sua abuti [b]) aut facilè fraus strueretur inductis falsò donationibus, uoluit lex tam impensas donationes in acta publica redigi, & notioni magistratus insinuari [c], nec aliter ratas esse, quàm si publica scriptura interueniret [d]: unde nec morte eiusmodi inualidæ donationes confirmantur [e], nisi quatenus sunt infra summam 500. aureorum [f], (quorum æstimationem nunc ad Hungaricos aureos redigimus) quatenus ue expressa donantis contestatione sunt confirmatæ [g]. Ea enim contestatio, loco est ultimæ uoluntatis, seu donationis causa mortis, quæ eiusmodi insinuationem non desiderat [h]. Hac tamen specie excepta, aliæ largitiones quæ non ratione formæ, sed respectu personarum infirmæ sunt,

a ad l. iurisgentium. 7. in prin. de pact.
b l. interdictum, de precario.
c Instit. eod. ubi donatio inter acquirendi modos refertur. l. 3. de obligat. & act.
d l. senatus. 35. §. j. ff. t. 1.
e l. donari. 39. hoc t. l. donari. 82. de reg. iur.
f in l. 1. hoc t.
g l. pen. §. fi. C. eod. Iaſ. in l. cum mota. nu. 25. C. de tranſa. & in l. qui Romæ. §. Flauius. nu. 12. de uerb. oblig.
h §. perficiuntur. Inſt. de donat. d. l. pen. §. final.
i l. hæreditatem. 28. l. eum. 22. hoc t. Bart. in l. ædib. §. 1. hoc t. Ferrar. in for. lib. donat.
k d. §. perficiuntur. gl. & Dd. in l. ab emptione. de pact.
l l. ſi quis. 12. de nouat. l. hoc iure. §. j. hoc tit. l. ſi quis donatione. de reg. iur. l. 4. C. de noua. c. 12. don. ext. optimus in l. ſi donationis. 18. C. eod.
m Ang. & Fab. poſt gl. in §. aliæ. Inſtit. de donat. Bal. & Salic. in l. ſi quis argentum. §. fi. C. eod. Salic. in l. 2. nu. 4. & 5. C. de cond. ob cauſ. per l. in bonæ fidei. de eo quod cert. loc. l. Titius. de pig. act. Fab. in d. §. aliæ. nu. 1. per l. ſi ſterilis. §. fi. de act. emp. l. qui pecuniam. ſi cert. pet. Hoſt. de don. in fi.
n l. j. §. j. b. t. C. de donat. quæ ſub mod.
o l. hoc iure. 19. §. j. & §. uli. hoc t.
p ſola

q l. ouius. de reg. iur. l. error. C. ad l. Falc. r l. uerius. de probat. s Bald. l. 3. 5. l. generaliter. C. de non num. pec. l. 2. §. circa. de do. except. Iaſ. l. 3. de pac. & hanc ducit communem contra Bart. Alex. conſil. 19. in his. num. 3. 4. 5. uol. 4. t l. 2. de actio. §. aliæ. Inſtit. de donat. l. ſi quis. 35. §. fin. C. eod. u l. rem legatam. 18. de adimen. leg. x l. inuito. 69. l. inuitus. 156. §. 4. & ult. de reg. iur. d. l. hoc iure. 19. §. non poteſt. 2. hoc tit. y l. nec adiecit. 9. §. proſocio. z l. ſenectus. C. de donat. a l. cum de bonis. 11. C. de donat. b Iaſ. poſt alios, in l. ſi donat. C. de coll. Bald. in l. cum oportet. §. fin. C. de bon. quæ lib. & tot. t. de donat. int. uir. & uxor. d l. uelles. 6. C. de reuoc. don. l. hac lege. 8. C. de pac. conuent. e l. conſtante. 8. C. de donat. uide §. de fund. dotal. f uide Tiraquell. de legib. connub. in fine. uerb. contract. num. 58. g Land. lib. j. art. 31. 45. Fachſ. diff. 7. Reinh. diff. 7. & 8. h art. 45. lib. j. i Reinh. de tutel. diff. 3. k conſt. 15. parte 2. l Land. lib. 1. art. 10. Reinh. diff. 6. m l. 2. C. de repa. act. n l. 2. C. de inoff. donat. o l. poſt. 15. hoc tit. p uide Bart. & Dd. in l. fin. C. de pact. & in l. ſtipulatio. 41. hoc tit. l. licet, ubi Iaſ. nu. 15. C. de pact. q l. 3. de oblig. & act. in prin. Inſtit. eod. ubi dixi. §. per traditionem. Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi quis, 35. §. pen. uerb. confirmetur traditione. C. eod. l. 6. hoc tit. r l. 2. C. de euictio. l. 2. l. qui ex donatione. 12. l. ſi in ſtipulatum. 17. l. hoc iure. 19. l. ſi patronus. 20. l. ut mihi. 21. cum l. ſeq. l. fideiuſſ. 24. l. qui id. 33. & paſſim tot. hoc tit. ac ſequent. s uide gloſſ. in §. aliæ. ad uerb. uoluntatem. Inſtit. de donat. ubi dixi §. t §. j. Inſtit. de donat. ſi quis argentum. 35. §. fin. C. eod. u l. cum de indebito. in fine. de probat. uide eleganter Bald. in l. 2. nu. 2. C. de iur. dot. & in l. generaliter. 14. num. 5. C. de non num. pecun. Iaſ. & Dd. in l. 3. ff. de pact. x l. 2. & tot. tit. C. de donat. quæ ſub mod. y l. ſi aliquid. 13. l. uice. 20. l. donatio. 25. C. eod. z l. in extraneos. 29. C. eod. a l. 4. l. abſenti. 10. hoc tit. l. nec ambigi. l. 6. l. in extraneos. 29. C. eod. b l. 2. de his qui ſunt ſui uel al. iur. c l. in donationibus. 31. C. eod. §. j. Inſtit. eod. d gloſſ. in cap. 1. de cenſib. lib. 6. per l. ſi quis argentum. in fine. C. eod. e l. donationes. 25. C. de donat. int. uir. & uxor. f l. pen. in fin. C. de donat. g d. l. donationes. 25. C. de donat. int. uir. h Schurff. conſil. 6. & 46. cent. 1. per l. fin. ubi Dd. C. de dona. cauſ. mort.

BIU Cujas

sola morte, quasi tacita ultimæ uoluntatis significatione [a] cõfirmantur: ut donatio mariti & coniugis [b], patris & filij [c]: &, quantum arbitror, omnium bonorum, saltem ut in uim fideicommissi, quatenus 500. aureos non excedit, ualeat [d]. nam hæc ultima non ratione tantum personarum, sed etiam ob defectum solẽnitatis est inualida: scilicet cum excedit 500. aureos, nec actis est insinuata, qui defectus, ut dictum est, morte non suppletur: eoq; tantum ad 500. aureos ea donatio confirmatur. Est autem hæc insinuatio tam necessaria, ut donatio supra 500. aureos etiam quando fit inter propinquos, in actis sit redigenda [e] (& quidem coram iudice competente [f]) nisi facta sit ad pias causas [g], legibus expressas. nam in alijs quoq; insinuationẽ requiri, uerius esse uidetur [h]. Sed an testibus habeat opus? Equidem hæc quæ ad acta fit, testimonio non indiget [i]. sed & reliquæ donationes absq; testibus fieri possunt [k], dummodo alia ratione, puta epistola [l], subscriptione [m] donantis, aut alijs modis [n] probari possint. Porrò de forma donationis, præsertim eius quę fit in scriptis, alibi plura traduntur [o]. Illud ultimò notandum, liberalitates omnis generis pacta recipere, quę quidem per se ualida sint. nam si inualida iure sint, (ut pactum de succedendo) ijs reiectis pura subsistit donatio [p]. Adijcio & hoc iure nostro Sax. donationem rerum immobilium, quæ quidem sint auitæ paternæq; (de his enim solùm textus loquitur, & haud scio an rectè ab alijs ad quæsita bona porrigitur) non aliter fieri posse, quàm coram iudice, ubi ea bona sita sunt [q]: & quidem patrimonialium seu auitorum non nisi consentiente proximo, ex descendentibus scilicet, hærede [r]. quod de donatione propriè ita dicta, non de ea quæ fit causa mortis, & alijs improprijs, quidam intelligi uolunt [s]. Et hæc de forma dicta sufficiant.

Finis † donationum est, authore I. C. [t] ut liberalitas & munificentia exerceatur. Effectus olim non alius erat, quàm nudorum pactorum, cum nullum in se contineant σωάλλαγμα aut mutuam rerum commutationem. Itaq; necessum erat, aut traditionem intercedere, qua subsecuta dominium transferebatur [u], & aduersus repetentem dabatur à prætore exceptio: aut stipulationẽ, quæ iuris ciuilis uinculum est [x], adhiberi [y]. Hodie perficiuntur donationes exemplo uenditionum, statim atq; conuenit: & pœnitentia excluſa [z] habent in se necessitatem traditionis, ut cæteri contractus nominati [a]: ex ijsq; datur actio, quæ condictio ex lege appellatur, quoniam competit ex noua cõstitutione [b]: interdum etiam rei uendicatio, instrumentis scilicet rei donatæ traditis [c]. Illud sciendum est, donatorem non teneri de eui ctione, nisi quatenus dolo malo fecit: ne uidelicet liberalitas ei sua sit damnosa [d]: idq; indistinctè iure Saxonum [e], etiamsi in iure ciuili uariè à Dd. distinguatur [f]. Ex quo sequitur, res alienas quamuis rectè uendantur propter obligationem euictionis, tamẽ inefficaciter donari, cum donator de euictione non teneatur. Ad effectum etiam pertinet, quòd quæ elargita semel sunt, non reuocentur amissione instrumentorum [g], alienatione quam donans postea facit [h], allegatione doli [i], rescripto Principis [k], prætextu absentiæ eius, cuius consensus necessariò & ex iuris solennitate non est requisitus [l]. Reuocatur tamen, si conditio, modus, aliáue pacta adiecta non seruentur [m], si quidem ea iure subsistant. nam inualidà reijciuntur, & donatio rata manet, ut dixi: ne uidelicet utile per inutile uitietur [n]. Retractantur itidẽ propter ingratitudinem, ex causis iure expressis [o]: puta ob iniurias atroces, donatori à donatario factas: item propter uerbera illata, ob periculum uitæ creatum, ob damnum ingens bonis datum [p]. Præterea, si quis filios non habens, bona omnia uel partem maiorem aliquam donatione largitus sit, & postea liberos susceperit: totum quicquid largitus est, reuocatur [q]. & si qui donationem mandauit, antè rebus humanis sit exemptus, quàm donatio perficeretur, sequens est extincto per mortem mandato, munificentiam necdum peractam interire, nec impleri amplius posse [r]. Post contractum quoq; capitale crimen, donationes factæ non ualent: id est, reuocantur, si cõdemnatio secuta sit [s]. Donationes causa mortis etiam antè factæ, exemplo ultimæ uoluntatis cui comparatur [t], & quæ sententia capitis ad nihilum redigitur [u]. quod uideri potest iure nouo correctum [x], ex quo nec bona [y], neq; libertas [z] damnatis aufe runtur: eoq; salua sit ijs contrahendi, atq; ita quoq; donandi ex iure gentium * facultas. 7

De mortis causa donationibus. Tit. VI.

1 Donatio causa mortis quæ sit.
2 Tres huius species.
3 Quid sit capio.
4 Causa efficiens, & qui quibus donare possint.
5 Materia: quæ donari possint.
6 Forma: & quot testes requirantur.
7 Finis & effectus: & quomodo resoluatur, reuocetur q; hæc donatio, & an in ea locum habeat pœnitentia.

INter † conditionales donationes est mortis causa donatio, cum quis habere se mauult, quàm eum cui donat, magis q; eum quàm hæredem suum [a]. Tres † huius donationis sunt species [b]: una, cum quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola mortalitatis cogitatione donat: quod quidem exprimendum est, alioqui pura erit etiam à moriente facta donatio [c]. siquidem nulla expressè facta sit mortis mentio: nam ubi eius mentio fit, & hac memoria atque cogitatione datur, ibi in dubio causa mortis donatum intelligitur [d]. Altera, cum quis imminente periculo commotus ita donat, ut statim res fiat 1 2

a uide Iaſ. in l. fi. C. de pac.
b d. l. donationes. 25. C. de donat. int. uir. & uxor.
c uide in l. 2. C. de inoff. don. text. in l. donationes. 25. in prin. in uerbo, quas parentes in liberos. C. de donat. int. uir. & ux.
d gl. fin. in c. fin. de ſuc. ab int. fac. l. generalitas. d. l. donationes. in uerb. uel aliæ perſonæ, &c. & quæ tradit Bart. in l. ſi. num. 11. C. de pact. uide Zobel. Lãd. lib. j. art. 31.
e l. lata. 27. C. eod.
f l. ſecundum. 32. C. eod.
g l. ſi quis. 36. C. eod.
h l. illud. C. de ſacr. Eccleſ. ubi Dd. uide latè Tiraq. in priuil. piæ cauſ. priui. 124.
i l. in donationibus. 31. C. eod.
k d. l. in donationibus.
l l. ſi aliquid. 13. C. eod.
m l. uice. 20. C. eod.
n l. in extraneos. 29. C. eo.
o l. donatio. 25. cum ll. ſeq. C. eod.
p d. l. donatio. 25. C. eod. l. cum donationis. 34. C. eod.
q Sax. li. j. art. 21. Vueych. art. 20. gl. art. 34. lib. j.
r Landtr. lib. j. art. 52. 31. & 34. Vueych. art. 20. & 65. Fachſ. diff. 4. & 5. Reinhar. diff. 1. 3. 4.
s Reinh. d. diff. 1. 3. 4.
t l. j. hoc t. l. munus. 214. §. dona. de uerb. ſig.
u iuxta l. traditionib. 20. C. de pactis. l. non idcirco. 12. C. de fid. inſtr.
x §. de conſtituta. Inſt. de actionib.
y l. 2. hoc t. cum alijs ſupr. nu. 6. adductis.
z l. fi. C. de uſuc. pro dona. l. 3. C. de reuo. don.
a §. perficiuntur. Inſtit. eo. l. fi. C. de reuoc. donatio.
b l. ſi quis argentum. 25. §. fi. C. eod.
c l. j. C. de donat.
d l. Ariſto. 18. §. fi. hoc t.
e ut notant ad art. 4. lib. 3. uide gl. lat. in fin. lib. j.

art. 52. f gl. & Dd. in d. l. Ariſto. & in l. 2. C. de euiction. unde Paul. lib. 5. Sent. tit. 11. & ibi Cuiac. g l. 2. C. de reuoc. donat. h l. 3. C. de reuoc. don. i l. 4. C. eo. illo tit. k l. 5. C. de reuoc. dona. l l. uelles. 6. cum l. ſeq. C. de reuo. donat. m l. j. l. 3 & tot. tit. C. de donat. quæ ſub. mod. l. fi. C. de reuo. don. n l. donatio. 25. C. de dona. o l. j. l. pen. l. fi. Auth. quod mater. C. de reuo. donat. p d. l. fi. d. Auth. quod mater. q l. ſi unquam. 8. quam Tiraq. copioſiſſimè interpretatus eſt, C. de reuoc. donat. r l. ſi quidem. 8. C. de actio. s l. poſt contractum. 15. hoc t. t l. ult. C. de donat. cauſ. mort. u l. 6. §. irritum. de iniuſt. rupt. teſtam. uide quæ dixi inf. de teſtam. x Salic. & Dd. Auth. ſed hodie. C. de donat. int. uir. & uxor. y Auth. bona. C. de bon. damna. z §. deportati. in Auth. de nupt. * l. 5. de iuſt. & iur. l. iuris gent. 7. de pact. a l. j. hoc t. in prin. Inſt. eod. b l. 2. hoc t. c l. Scia. 42. l. ubi ita. 27. hoc t. gl. & Dd. in l. quæ dotis. 34. ſolut. matr. Alex. conſil. 14. & 81. uol. 1. & conſil. 59. uol. 4. gl. in l. 4. in prin. uerb. ſpopondiſſet. de dol. mal. ex Iaſ. in l. licet. C. de pact. Schurff. conſil. 6. cent. 1. nu. 10. d l. Scia. §. fi. de dot. præleg. d. l. Scia. §. ult. hoc t. Salic. in l. ult. C. eod. tit. Bald. conſil. 107. quod iſta. nu. 1. & 2. uol. 2. & eundem eleganter diſtinguentem in l. 2. nu. 2. C. de iur. dot. Alex. conſil. 14. circa nu. 1. uol. 1. Socin. conſil. 53. in præſen. nu. 3. & 5. uol. 1. Schurff. conſil. 69. Ioan. nu. 5. cent. 2.

BIU Cujas

fiat accipientis. Tertium genus est, si quis periculo mortis non sic det, ut statim faciat accipientis, sed tum demum cum mors fuerit secuta. Quæ donatio sub cõditione pendet: superior statim quidem perfecta est, sed sub conditione resoluitur [a]. Distat † ab hac donatione, mortis causa capio, ut uocant. Nam quicquid propter alicuius mortem obuenit lucri, siue ex donatione, siue alia occasione, id generaliter mortis causa capi, & capio ex causa lucratiua acquisitio dicitur [b]. Mortis † causa donare potest, cui testamenti factio est, licet testamentum non faciat [c]. Filius tamen familiâs quamuis testamentum ne permittente quidem patre, facere potest, quia ius illud publicum immutari priuata parentum authoritate nequit [d]: tamen permissu patris, causa mortis donare potest, non minus quàm reliquos priuatorum cõtractus eo uolente inire [e]. Pupillus donare causa mortis nequit, ne authoritate quidem tutoris: quia nec testari [f]. Minor testari potest sine curatore [g]: uidetur ergo & mortis causa pariter, & absq; curatoris consensu donare posse [h]. quod multi non probant: quia effectu tantum, & quo ad insinuationis ac testium solennitatem donatio hæc pro ultima uoluntate est [i]: personarum uerò respectu, origine ac forma contractus speciem habet: & proinde huius iure regulatur [k]. Ex quo inferendum esset, nec mulierem coniugatam, quæ iure Saxo. absq; curatore donare nequit, per se causa mortis rectè ualideq; donare, licet testamentum condere queat [l]. Sed hæc persequi, nostri nunc non est instituti. Donari porrò causa mortis, etiam per procuratorem potest [m]. Omnibus autem mortis causa capere permittitur, qui scilicet legata accipere possunt [n]. Materia † huius donationis, eadẽ est quæ puræ & simplicis. nam quæ inter uiuos donari possunt, multò magis in ultima uoluntate [o]: excepta gerada Saxonica, ut paulo pòst subiungam. Illud tamen rectè quæritur, an omnia bona donari mortis causa possint [p]? ac præsentia quidem hoc modo rectè donantur, cum & inter uiuos dari possint [q]. Sed an etiã futura, uel (quod perinde est [r]) an hæreditas donari causa mortis possit, est quod ambigas, alijs aliter sentientibus [s]. Communis tamen conclusio est [t], bona omnia post mortem, tanquam hæreditatem non posse relinqui donatione causa mortis, sicut nec codicillis [u]: quia pactis non datur hæreditas [x]. Quamuis autem uniuersitas bonorum, codicillis uel donatione causa mortis relinqui possit [y], sicuti & fideicommitti, aut legari [z]: tamen donatarium non fieri propterea hæredem, sed legatarij loco esse [a]: eoq; etiam hæredẽ scriptũ, uel ab intestato legitimũ deducere quartam Falcidiam [b], perinde atq; de legato uel fideicommisso deduceret [c], quam ne donator quidem prohibere in donatione possit [d]. Illud hac in parte ultimò addo, iure Sax. mulierẽ geradam, seu utensilia sua mortis causa donare (nam inter uiuos corã testibus & notario, ac præsertim iudice posset: cum nondũ gerada sit, ut nec uiuentis hæreditas) in proximæ cognatæ detrimentum non posse [e]. unde fortasis ne ad piam quidẽ causam donare poterit: cùm prohibita largitate, etiã hæc species prohibita debeat uideri [f]. De † forma & fine huius relicti, suprà dictũ est [g]. Illud sanè etiam ad formam eius pertinet, quòd necessum est hanc donationẽ coram quinq; testibus fieri [h], sicuti quamlibet ultimam uoluntatem [i], nisi apud acta fiat [k]: quo casu testibus opus non habet [l]. utrobiuis autem fiat, neq; insinuatione indiget, neq; scriptura, etiãsi 500. aureos excedat [m]. etsi enim habet rationẽ contractus, cũ in esse producitur: tamẽ effectu & quando in esse producta est, habet rationẽ ultimę uoluntatis [n], in qua de quanta cunq; summa, citra insinuationis solennitatẽ disponi potest. Quod indubitatum est in donatione causa mortis uera, nõ etiam cum in donationem inter uiuos ex aliqua circumstantia transit: ut si adiecta sit clausula de nõ reuocando [o], aut mentio hæredum quos contractus transeat, facta [p]. tũc † enim donatũ inter uiuos putatur: cui generi insinuatione opus esse diximus. Effectus huius donationis est, ut morte insecuta rata maneat donatio, utpote impleta donationis conditione: non autem insecuta morte resoluatur [q]. Quod & tum fit, cum mutata uolũtate restitui sibi donator res donatas uoluerit [r]: quanquam Accur. [s] contrà existimet. Sed uerius est, pœnitentiam in hac donatione cõcedi, ut uolunt Azo, Placentinus, & alij [t]: quoniam legatis cõparatur [u], quæ semper reuocari, etiamsi aliter cautum inueniatur [x], possunt, ut dictum est [y]. Sed & si prius decedat donatarius quàm donator, deficit, ac soluitur donatio [z], exemplo legatorum [a]. Resoluta ergo ad hunc modum donatione, condictio personalis uel utilis in rem actio, prout erit commodum, ad res repetendas datur [b].

a l. senatus. 35. §. mortis. 2. l. si alienam. 13. §. Marcellus. hoc t.
b l. qui precio. 8. l. si mulier. 12. l. mortis. 18. l. eum qui. 21. hoc t.
c l. tamen. 25. in prin. hoc t.
d l. 3. de testa. iunc. l. ius publicum. 39. de pact.
e d. l. tamen. §. j. l. ubi autem. 27. l. si mortis. 29. cum l. seq. hoc t. Paulus lib. 3. Sentẽ. cap. 10. Inst. de donat. in princ. uerb. pœnituisset.
f l. j. de tutel. & rat.
g l. 4. C. qui test. fac. poss.
h uide latè Tiraq. de leg. connub. uerb. contracter.
i l. ult. C. de don. caus. mort.
k Tiraq. præall. loc. Dd. l. 2. de legat. 1.
l Hanc communem statuit Ripa. in d. l. 2. de lega. 1. Chass. in consue. Burgund.
m l. 2. ubi not. C. de don. caus. mort. l. 4. §. 1. 1.
n l. omnib. 9. d. l. senatus. hoc t.
o Inst. de lege Fus. Canin. tollen.
p l. si unquam. 8. in uerb. bona omnia. C. de reuoc. dona. Bar. & Dd. in l. final. C. de pact. l. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. credit. l. iubemus nulli. C. de sacros. Eccles. l. si quis argentum. §. sed etsi quis. C. de don. uide Zas. in d. l. stipul. 41. nu. 52. de uerb. oblig.
q uide Bar. in l. licet. nu. 3. & l. si. nu. 14. C. de pact.
r uide Ias. recitantem opiniones, in d. l. stipulatio. nu. 13. & in l. licet. num. 13. C. de pact.
s Bart. Bald. Castr. Ang. Ias. nu. 15. in l. licet. C. de pact. Schurff. consil. 69. Ioan. nu. 2. cum seq. cent. 2.
t l. nec codicillũ. C. de test. uide Inst. de codicill.

DIGESTORVM LIB. XL. DE MANVMISSIONIBVS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Quid sit manumissio.
3 Forma manumittendi.

1 2 VONIAM † manumissiones & iura libertatũ iurisdictione, ac uiua magistratus uoce regẽbantur [a]: eapropter meritò inter iudicia prætoria harũ quoq; rerum tractatus est relatus. in quo eo erimus breuiores, quòd totũ hoc ius ab usu nostro recessit. Manumissio † est de manu, id est potestate, missio [b]. Nam & in manumittendo olim dominus tenebat caput serui, aut

a l. 2. §. fin. de iur. codicill. b l. in donationib. C. ad l. Fal. l. 2. C. de donat. caus. mort. l. j. §. quod mortis. ff. quor. leg. c l. si mortis. C. ad l. Falc. uide Ias. in l. eam quam. C. de fideicomm. uide gloss. fin. in c. fi. de succes. ab intest. d Bal. consil. 474. uol. 2. Alc. in d. l. licet. ad uerb. donationis. C. de pact. e Landtr. lib. j. art. 31. Reinh. diff. 9. f c. 1. §. donare. de prohib. feud. alie. per Fed. Rom. in Auth. res quæ. C. de fideicom. uide Tiraq. in priuil. piæ causæ. priuil. 130. g in prin. huius tit. h l. fin. C. eod. Socin. consil. 137. uol. 1. i l. fin. C. de codicill. k Schurff. d. consil. 69. Ioan. nu. 6. & consil. 71. cent. 2. l l. in donationib. 31. C. de donat. m l. fin. C. eod. Schurff. consil. 6. & 46. cent. 1. Ferr. in for. lib. donat. n Schurff. d. consil. 6. per d. l. fin. C. eod. ubi gloss. Guid. Pap. decis. 325. potest. num. 5. o l. si alienam. 13. ubi gloss. pen. l. ubi 27. hoc tit. l. 1. & 2. C. eod. p Bald. nu. 2. 3. cum seq. & Salic. in l. 2. C. de iur. dot. Angel. consil. 14. circa. Aret. consil. 14. diligenter. q gloss. in l. 4. uerb. stipondisset. de dol. mal. except. l. si filiofamiliâs. 19. d. l. donatus. §. j. hoc tit. r d. l. senatus. §. mortis. in fin. l. qui mortis. 30. l. si alienam. 13. §. 1. ubi Bart. hoc tit. s in præalleg. iur. t in Rubrica. C. eod. u l. Marcellus. 15. hoc tit. l. fin. C. ad l. Falcidiam. x l. diui. §. licet. de iur. codicill. l. si quis. 22. de leg. 3. y ad tit. de adimen. legat. & Inst. de donat. §. j. per illum text. z l. si filiofamiliâs. 23. l. fin. hoc tit. a l. unic. C. de cad. toll. uide §. quand. dies leg. ced. b d. l. qui mortis. d. l. si filiofamiliâs. d. l. senatus. §. j. l. si mortis. 29. hoc tit. a tot. tit. suprà de off. cons. & de off. prætor. b l. 4. de iustit. & iu.

BIU Cujas

aut aliud membrum: ac præfatus, Hominem † liberum esse uolo, eum manu uersum, infracta etiam manu seu impacto colapho, potestate sua emittebat: ut latius alibi [a] traditur. 3

[a] ad tit. Inst. de libertinis. ubi dixi. l. ult. Instit. de emanc. lib. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 13.

De manumissis uindicta. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Præcipuus manumittendi modus per uindictam.
3 Quid uindicta, & qualis forma manumittendi.

[a] in Topicis.

MVltis † autem modis manumissio procedit, ut ostendit Cicero [a], & passim Tacitus: inter quos 1
uel præcipuus erat, cum quis uindicta manumittebatur. Sic † enim manumissus ius ciuitatis 2
acquirebat. Erat † autem uindicta, uirgula, qua lictor Prætoris præmissis solennibus uerbis 3
seruum tangebat, mox dominus apprehensum manu uertebat, atq; ita libertatem & ciuitatem consequebatur: ut ex Persio liquet:

— *Quibus una Quiritem Vertigo facit.* — idem:
Verterit hunc dominus, momento temporis exit. Marcus Dama.

De manumissionibus, quæ seruis ad uniuersitatem pertinentibus imponuntur. Tit. III.

[a] l. j. hoc t.

NEc modò priuati sic rectè manumittunt, sed etiam uniuersitatibus omnibus & collegijs, quibus coeundi ius est, quæq; propria habere possunt, hanc manumittendi potestatem D. Marcus dedit [a], etiamsi nullius uideatur esse seruus: & per consequens, non posse à quoquam manumitti, qui toti uniuersitati seruit. nam manumissio, quę nomine totius uniuersitatis uel ab uno fit, ab ipsa uniuersitate facta uidetur.

De manumissis testamento. Tit. IIII.

[a] §. j. Instit. de libertinis. & de l. Fus. Canin. toll. in fin.
[b] §. fi. Instit. de fing. reb. per fideicom. rel.

CVm cætera quæ inter uiuos rectè aguntur, etiam in testamento fieri queat: sequitur in qualibet ultima uoluntate manumitti posse [a]. Datur autem testamento libertas dupliciter. Aliquando directò, cum testator breui manu & directis uerbis libertatē seruo tribuit, hoc modo: Stichus liber esto. quo casu Orcinus dicitur libertus, id est, ipsius defuncti: nec hæres iura patronatus consequitur [b].

De fideicommissarijs libertatibus. Tit. V.

[a] t. hoc t. d. §. fi.

INterdum datur libertas per fideicōmissum hoc modo: Rogo hęres, ut Stichū manumittas. Hoc casu cum hæredis factum interueniat, is in autoramentū manumissionis iura patroni consequitur [a].

De ademptione libertatis. Tit. VI.

[a] t. t. de adimen. legat.
[b] l. fideicommissariæ. 43. §. tit. 1. l. testamento. 51. §. j. §. de manumiss. testament.
[c] l. unic. hoc t.
[d] l. quæsitum. 15. §. j. qui & à quibus.
[e] §. seruum. Instit. de hær. instituend. l. cum filius. 78. §. seruus. de legat. 2. l. qui pœnæ. 8. §. de manumiss.

VT datur, ita & adimi potest testamento libertas, sicut & cætera legata [a]. Adimitur autem uel expressa uoluntate, ut cum testator disertè libertatē reuocat: uel tacita, ut si seruam cui libertas relicta est, postea uinxit [b]. Nec solùm à testatore, sed etiā lege interdum adimitur libertas testamento data [c]: puta, si data sit in fraudem creditorum, aut fisci [d]: uel ob aliam etiam causam [e].

De statu liberis. Tit. VII.

[a] l. j. hoc t. uide Vlp. tit. 2.

QVoniam autem non modò purè, sed etiam in tempus, aut sub conditione libertates, sicuti cætera legata relinqui possunt: fit ut quibus hoc modo libertas data est, interea dum dies uel conditio expectatur, statu liberi appellētur: quia statutam, ut inquit Paulus, & destinatam in tempus uel conditionem, habent libertatem [a].

Qui sine manumissione ad libertatem perueniant. Titvlvs VIII.

[a] l. 3. sup. tit. 1.
[b] l. j. & t. hoc t.
[c] l. unic. §. si seruus. C. de Lat. lib.
[d] l. j. & 2. C. de infan. ex. l. nemini. C. de epis. aud.

SCiendum tamen est, statu liberos libertatem ipso iure nonnunquam consequi, citra ullam manumissionem: ueluti si dies præstitutæ manumissionis elapsus sit, uel conditio extiterit, aut per hæredem stet, quo minus impleatur [a]. Eodemq; modo, si seruus uenditus sit ea lege, ut intra certum tempus manumittatur: cum dies præstandæ libertatis uenit, ex constitutione Marci libertatem consequetur [b]: ut & tum quando in aduersa ualetudine eiectus [c], aut infans expositus est [d].

Qui & à quibus manumissi liberi non fiant, ad L. Aeliam Sentiam. Tit. IX.

1 De lege Aelia Sentia.
2 Donationem libertatis in fraudem creditorum non ualere.
3 Alterum caput l. Aeliæ Sentiæ.

[a] uide l. 2. de orig. iur.
[b] l. 7. 8. 10. 11. hoc t.
[c] t. de his quæ in fraud. credi. inf. ubi dicemus.

NOn † tamen cuicunq; uolenti manumittere licet. Nam lex Ælia Sentia à priscis illis Ælijs [a] lata, manumittendi ius quibusdam, licet dominis, ademit, in primis debitoribus qui soluendo nó sunt [b]: ut enim reliqua quæ in fraudem creditorū alienata sunt, actione Pauliana reuocantur [c]: ita li- 1

BIU Cujas

2 ita libertas in fraudem creditorum data, inutiliter datur. Nam † etsi reliquarum rerum alienatio ualet, & reuocanda est per actionem: tamen datio libertatis fraudulenta ipso iure irrita est. Nam si semel com peteret libertas, amplius reuocari in seruitutem seruus non posset [a]. In fraudem autem creditorum ma numittere uidetur, qui uel iam tempore quo manumittit, soluendo non est, uel qui datis libertatibus 3 desiturus est esse soluendo [b]. Eadem † lege Ælia Sentia domino minori 20. annis, non nisi ex iusta causa manumittere licet [c]. Sed Iustinianus post completum 17. annum, manumittendi potestatem tribuit [d]. Sunt & alij qui manumissi liberi non fiunt, de quibus uidere licet I. C. [e]

a l.2. §. quib. ad lib. pro. non licet. l. si ex causa. 10. §. fi. de mino.
b §. in fraudem. Inst. quib. ex causis manu. nõ licet.
c l.7. §. fi. hoc t.
d §. pen. & fi. Inst. quib. ex caus. manu.
e l.2.3.4.9. & hoc t.

De iure aureorum annulorum. Tit. X.

1 *Continuatio.*
2 *Quomodo manumissi consequantur dignitatem.*
3 *Quod ius fuerit aureorum annulorum.*
4 *Ex qua causa tribui id ius consueuerit.*

a *in Verrem lib. 5.*
b *Cic. in Verr. 7.*
c l.2. C. de iure aureo. ann.
d l.2. C. eo. l. unic. C. ad l. Viscell.
e l.5.6. h. t. ubi uerb. habe tur & intelligitur, deno tant improprietatem.
f l.2. ĩ. tit. 1.
g l.2. C. eo. tit.
h Nouell. 78.
i l.1.2. C. eo.
k t.t. C. de Lat. lib. tollen. Inst. de libertin.
l uide Cuiac. obs. li. 7. c. 1.

1 SCiendum † est, manumissos non modò libertatem actus ciuitatis, sed quandoq; ingenuitatem, ac
2 nobilitatem consequi. Nobilitatem, † hoc est, equestrem dignitatem consequuntur hi, qui ius au-
3 reorum annulorum à Principe impetrarunt. Nam † cum hos gestare nulli, quàm equestris ordi-
nis hominibus fas olim esset: meritò concessa annulorum aureorum usurpatione, ipsam quoq; ordinis
4 dignitatem Princeps concessisse uidebatur. Quod † olim uirtuti, præsertim militari, tribui solitum te-
statur Cicero [a], ut & iura imaginum [b]. Vnde fortè insignium & armorum nostri temporis usus ortum
habet: de quibus extat Bartoli tractatus. Ius aureorum annulorũ minus olim fuit natalium restitutio-
ne [c], unde hic à sequente tit. distinguitur. Tribuebat enim tantum imaginem libertatis ad uitam non
merum ius ingenuitatis [d], quia saluum manebat patrono ius successionis [e]. Natalium autem restitutio
ingenuitatem restituebat [f]: ut hoc discrimen clarè proponit [g]. Hæc quondam obtinuerunt. Cæterùm
Iustinian. [h] quod olim priuilegij loco dabatur [i], id generali constitutione omnibus libertis, quemadmo
dum & ius Quiritum [k], indulsit [l].

De natalibus restituendis. Tit. XI.

a l.j. hoc t.
b l.2. & 3. hoc t.
c Nouell. 78. Cuiac. lib. 4. cap. 5.
d l.3. C. de bon. quæ lib.
e Bal. l.j. C. de nata. restit.
f §. ult. Inst. de nup.
g §.2. Inst. de hær. quæ ab intest.

INgenuitatem consequitur manumissus, qui ex ingenua natum se docet [a]: aut qui à Principe natali-
bus restituitur, in quibus omnes homines initiò fuerunt: uidelicet ingenuitatis, non in quibus ipse
seruus nascebatur [b]: in quam ingenuitatem omnes manumissos restituisse tandem remittente præ-
sertim ius suum manumissore [c], Iustinianus uidetur, scilicet ut potius ingenuis quàm libertinis respub.
repleretur [d]. Pro restitutione natalium nostris est legitimatio [e], quæ fit per subsequens matrimonium [f],
aut oblationem olim curiæ factam [g], moribus solius Principis indulto [h].

De liberali causa. Tit. XII.

b Bald. & Dd. d. l.j. C. de nat. rest.

ET his quidẽ modis ad libertatẽ, nobilitatem & ingenuitatẽ peruenitur. Sed quia sæpe fit, ut hinc
existant cõtrouersiæ, altero adfirmante se liberum aut ingenuũ, altero in seruitutem retrahente:
ideo ad expediendas has lites prætor constituere iudicia solet, quæ uocantur liberalia, siue causę
liberales, quòd in ijs de libertate agatur. Actiones autem quibus agitur, appellantur præiudiciales [a].

a §. præiudiciales. Inst. de action. uide Paul. lib. 5. t.1. & C. eo. de lib. caus.

Quibus ad libertatem proclamare non licet. Titulus XIII.

AGere autem possunt de liberali causa, quicunq; non prohibentur. Prohibentur porrò hi, quibus
ad libertatem proclamare non licet: ut est maior 20. annis, qui ad participandum precium uæni-
re se passus est [a]: item seruus per uim alteri ereptus, & testamento liber esse iussus [b].

a l.1.3.4.5. hoc t.
b l.2. hoc t.

Si ingenuus esse dicatur. Tit. XIIII.

EOdem modo ad ingenuitatem repetendam agere potest libertus, si intra quinquennium à tem-
pore manumissionis docere uelit, ingenuum se esse natum [a]. Qua in causa sciendum est, rem inter
alios actam, alijs non obesse [b].

a l.2.3.4.5.6. hoc t.
b l.j. hoc t.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. Tit. XV.

ILlud autem annotandum est, liberalia iudicia non semper esse perpetua: nam de statu defunctorum
post quinquennium quærere non licet [a]. Siquidem deteriorem conditionem defuncti facturus sit
qui retractat, ut si dicat seruum fuisse: non si meliorem, ueluti si pro seruo libertus, pro liberto inge-
nuus esse dicatur [b]. An idem & de criminibus dicemus, in quæ post mortem inquirere licet [c]?

a l.j. in prin. l.2. l. fi. hoc t.
b l.j. §. fi. l.3. hoc t.
c ut l.4. C. de hæret.

De collusione detegenda. Tit. XV.

SEd ne quorundam dominorum nimia indulgentia inquinaret amplis. ordinem (ingenuis enim,
non libertinis patebat in Senatum aditus) eo quòd paterentur seruos suos in ingenuitatem pro-
clamare, liberosq; iudicari: S. C. factum est Domitiani temporibus: quo cautum est, ut si quis pro-
basset per collusionem quidquam factum, hoc est, proditam conspiratione litigatorum causam: si iste
homo seruus sit, fieret eius seruus qui collusionem detexisset [a].

a l.j & t. hoc t.

BIU Cujas

DIGEST▸ LIB▸ XLI▸ DE ACQVIRENDO RERVM DOMINIO. TIT. I.

1 Continuatio & series sequentium titulorum.
2 Dominium unde dictum.
3 Quid sit.
4 Diuisio, partes & species.
5 Causa efficiens & formalis.
6 Quomodo iure gentium dominium acquiratur.
7 De iure uenandi, methodica explicatio.
8 De uarijs modis acquirendi ex iure gentium, maximè de specificatione.
9 De confusione & mixtura.
10 Quomodo iure ciuili quæratur.
11 De materia & fine.
12 De effectu dominiorum.
13 De cognatis & contrarijs.

EXPOSITVM † hactenus est, quomodo res nostræ uel nobis debitæ, iudicijs aut ciuilibus aut prætorijs petantur. Sed quia non tantùm rerum dominia peti solent, uerùm etiã de possessione earum controuersiæ existunt (omnium enim rerum usus aut in dominio aut in possessione uertitur) commodùm nunc iudicia possessoria exequamur: eo quidẽ conuenientiore loco, quòd hæc ferè omnia iuris prætorij sint, & authoritate magistratus explicentur. Sed antequam possessionum iura ordiamur, prius est, ut ad muniendum cognitioni aditum, de dominijs rerum nonnulla proponamus. nam ex his possessiones uim omnem mutuantur. Res enim nostras, aut in quibus ius habemus, dominij consimile, iustè rectéque possidemus, alienas non item [a]. 1

Dominium † à domo dictum apparet, ut & dominus: siue quòd olim dominia eatenus tantum porrigerẽtur, quatenus domestici fines: siue quòd propria & nostra usitatè à domo appellentur domestica, ut & apud Græcos, οἰκεῖα [b]. 2

Dominium † est ius, quo res nostra est, est ius proprietatis [c]. Doctores sic definire malunt, ut dominium ius sit de re corporea liberè disponendi [d], nisi quatenus lege prohibetur: hic enim effectus dominij proprius est [e], ut quis re sua uti frui ad arbitrium possit [f]. Cic. Epist. lib. 7. epi. 131. Id cuiusq; proprium est, quo quisq; fruitur atque utitur. Dicitur autem esse ius: quoniam dominium in iure, possessio in facto est. Additur, de re corporea: quòd rerum incorporalium nullum proprièdominium est [g], ut nec possessio [h]: nisi quadam iuris interpretatione [i]. D. Philippus ita definire maluit: ut sit facultas, ordinata lege diuina uel humana, qua rem tenet dominus, & de ea disponit suo arbitrio, nisi quantum lege aut pacto prohibetur. Est autem dominium uerum, etiam cum est aliqua sub conditione aut facultate reuocabile [k]. Partes † dominij, sunt proprietas & possessio rei: quæ concreta dominium cõstituunt, separata nihil inter se habent commune [l]. Dominij species etsi plures sunt, tamen usitatè ita diuidimus, ut aliud sit plenum & absolutum, aliud minus plenum [m]: atque hoc aliud directum, aliud utile. Nam cùm utilitas dominij in fructu rei sit, qui hunc percipit iure suo, plenum habere dominium dicitur: qui eo caret, cum spe tamen aliquando adipiscendi ex iure suo, directum: cuiusmodi est penes dominum feudi & emphyteuseos. Cui uerò utilitates rei obueniunt, non omnino iure proprio, sed quod aliunde dependeat, huius utile dominium esse dicimus: cuiusmodi habent uasallus, emphyteuta, superficiarius [n], &c. Dicitur & aliud dominium naturale, aliud ciuile siue singulare [o]. De reliquis autem dominij speciebus: ut quod habet filius in bonis patris, eo uiuente [p], Princeps in bonis subditorum [q], uxor in bonis mariti [r], uel suis, &c. uidere licet Alciat. [s] 3 4

Causæ † efficientes & formales acquirendi dominij, sunt duplices. Nam quarundam rerum dominium nanciscimur iure gentium, quod naturali ratione inter omnes homines peræquè seruatur: quarundam iure ciuili, id est, iure proprio nostræ ciuitatis [t]. Iure † gentium acquiruntur res, primùm occupatione: quod enim nullius est, id ratione naturali conceditur occupanti [u]. Cic. lib. 1. Offic. Sunt, inquit, priuata nulla natura: sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerũt: aut uictoria, ut qui bello potiti sunt. Omnia igitur animalia, quæ terra, mari, cœloq; capiuntur, id est, feræ bestiæ, uolucres, & pisces, capientium fiunt [x]. Qui quidem acquirẽdi modus, cum iura uenationum nostri temporis complectatur, quibus nihil est popularius neq; frequentius: non alienum erit, quantum arbitror, in hunc campum uenationum excurrere aliquantũ, & euagari oratione nostra: ut qui hoc exercitationis genere delectãtur, ijs etiam illius ius atq; modum utcunq; planum faciamus & apertum. 5 6

Principiò † ergo sciendum est, uenationem, piscationem, & aucupium, in hoc tractatu pro uno eodemque iure poni [y], etiamsi nonnihil inter hæc reuera intersit. Nam uenari in alieno licet, piscari non item [z]. Deinde etsi aucupium uenationi comparatur [a], tamen piscatio ab his separari solet, tanquam ius magis licitum, & spectaculum minus cruentum. Eoq; piscatio Ecclesiasticis personis indistinctè permissa est, uenatio non item [b]. Nam quo cruentius est ius uenationis, eo uidetur magis ab humanitate esse alienum [c], minusq; Ecclesiasticis conuenire personis [d]. Venationũ autem etsi plures sunt species [e], tamen hîc tantum de uenatione ferarum agimus, quæ fit in saltibus cum canibus, ut loquuntur, & clamore: unde uenationem saltuosam & clamorosam nostri appellant; quam etsi quidam pro turpi & illicito exercitio habent, propterea quòd Augustinus nequissimam eam artem appellet [f]: tamen uerior est Panor. & aliorum sententia [g], scilicet ut abusus uenationis, non usus in turpibus sit habendus. Vsum porrò definiunt, quatenus seruit necessitati (uictus scilicet, & amictus) & ualetudini: abusum uerò in eo, si quis ita se dedat uenationibus, ut necessaria uocationis negocia omittat [h]. Nam lex non prohibet uenationem uelut illicitam [i], sed tantum hoc addit, uenatores non habere muneris necessarij excusationem: facilè ut intelligi possit, uenationem legibus non damnari, sed propter eam necessaria Reipub. munera deserenda negligendaq; non esse. Et cum alibi uenatores numerentur inter artifices Reipub. utiles, 7

a l.si quis.17.l.iustè. hoc t. l.3.ĩ.uti possidet. ubi uide.
b §.sui.Inst.de hær.qua.
c l.seruo.13.C.de pœn.ubi sic definitur, quòd alibi dominium.l.potestatis de uerb.signif.
d Bar.nu.4.in l.si quis ui. 17.§. differẽtia.ĩ. de acquiren.possess. uide late Schurff.qui hanc definitionem propugnat consil.50.uisis,nu.1.cent.1.
e l.fœminæ.§.illud.ubi Bal.C.de secund.nup.
f l.in re mandata.C.mandati.
g l.rectè dicimus.25.de uerb.significatio.
h l.seruus.43.§.j.hoc t.
i l.qui usumfructum.3.ĩ. si ususfruct.petat.
k l.non ideo.66.de rei uend.
l l.naturaliter.12.§.j.ĩ. tit.1.
m Schurff.consil.13.cent.1. per l.feminæ.§.illud.C. de secun.nupt.
n uide Bart.in d.l.si quis. §.differentia.num.5.& 6.de acquir.possess.per l. possessores. C.de fun. patr.lib.10 l.j.de acq. pluu.arc.c.1. de inuest. de re alie.fac.
o l.in rebus.ubi Dd. C.de iur.dot.Bald.in Auth.si fine.C.ad Velleia.
p l.in suis.de lib.& posthum.
q l.bene.C.de quad.præscript.ubi Bald.& Dd. Guid.Pap.decis.551.
r uide ĩ.de iur.dot.
s lib.2.Parergõn,cap.15.
t l j.hoc t.
u l.3.hoc t.
x l.j.in fi.hoc t.
y l.2.& 3.hoc t.§.feræ. Inst.eo.
z l.iniuriarum.13.§.fin.in fi.de iniur.
a l.duus.de seruit.rust. prædio.c.2. de cler.uenat. b c.1.& 2.de cler.uenat.c.1.ne cler.uel monach.c.1.& 2.34.dist. c l.cruenta spectacula.C.de gladiat. lib.11. Xenoph.in Cyri prædia. d c. Esau.86.dist. e gl.& Dd.in c.1.de cler.uenat.& in c.qui uenatorib.dist.86. f in c.qui uenatorib.dist.86. g in c.1.de cler.uenator. h text. in cap.an putatis.86.dist.& in l.uenatorib.7.C.de excus.mun.lib.11. i d.l.uenatorib.7.C.de excus.mun.

utiles, & seruientes annonæ ac commeatui, ita ut propterea grauioribus muneribus onerari non debeant [a]: facilè intelligi potest, hoc exercitium non esse legibus improbatũ. Itaq; ea disputatio definienda est regula quam alibi tradit August. [b] In omnibus, inquit, rebus istiusmodi, non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi & modo (id est, temperamento: nam immodica in uitio hærent) uel probandum est, uel improbandum quod facimus. Multo uerò minus uenatio in illis improbanda est, qui hoc artificio se sustentant, neq; alium quæstum norunt [c]. Nam quod ex Augustino adductum est, uenationem artem esse nequissimam: id non de hac specie, sed de arenaria uenatione est accipiendum: quæ scilicet histrionico more, à conductis hominibus, in publicis spectaculis depugnando cum bestijs exercetur. Etenim in uniuersum, iure nostro artificium scenicum, & tota ars histrionica, quasi ad nullam Reipubl. utilitatem, sed tantum ad inanem uoluptatem comparata, pro turpi & infami uitæ genere habetur [d]. Alia autem est uenatio de qua hîc agimus: quæ non seruit spectaculis publicis, sed sanitati & ualetudini, deinde etiam necessitati ad usum uictus & uestitus. Nam ferarum carnibus [e] uescimur, pellibus contegimur [f]: quæ peræquè adiungi ad nostras rectè utilitates posse putandum est, atq; ius dominiorum diuinitùs concessum. Nam usum animalium, eadem ordinatione diuina sancitũ [g] esse, palàm est, adeò ut D. Paulus [h] doctrinam dæmoniorum iudicet, prohibere animantium cibum, ad utendum uescendumq; à Deo ordinatum & creatum. Ex quo sequens est, etiam uenationem capturamq; ferarum permissam esse. Nam in omni concessione, uidentur omnia cõcessa, sine quibus id quod indultum est, quæri aut teneri nequit [i]. Quare & Ecclesiasticis personis idem ius patére, communius placuit [k]. Concludimus igitur, uenationis usum, non abusum esse concessum, iure diuino & humano, hoc est, iure naturæ & gentium [l] atq; etiam ciuili [m]: nec quenquam prohiberi posse quo minus uenetur, aucupetur, piscetur in publico, cæteroquin iniuriarum actionem habiturum prohibitum [n]: imò nec Principem illud ius auferre posse & prohibere, ut pleriq; contendunt [o]: eoq; facere iniuriam & uiolentiam subditis, si absq; eorum consensu, edictis suis uenationes prohibeat [p]. Dico, in publico. Nam in priuato alieno, prohiberi quis potest ne uenetur aut aucupetur [q]: piscari autem in alieno, nullo modo licet [r]. Cuius differentiæ ratio hæc est: quòd pisces qui concluduntur alterius aquæ, non sunt res nullius in bonis existentes, sed planè priuatæ, ut & ipsa aqua, cuius pars esse intelliguntur [s]. Vt igitur non licet fructus alieni agri demetere, aut poma alienæ arboris decerpere, absq; crimine furti [t]: ita non est permissum, in aliena aqua pisces capere, ceu fructus aquæ priuatæ peculiares. In feris animantibus alia ratio est. Nam etsi solo sustinentur, tamen non ut pisces aqua continentur, neq; solo alicuius cohærent: ut nec cæteræ res mobiles, uel sese mouentes, quæ hac proprietate & nota à rebus soli discernuntur [u]. Ac feræ bestiæ, quæ nullo certo loco concluduntur, nec in alicuius uenerũt potestatem ac dominium, sed liberè uagantur, potius in aere uiuere, ac illo cõtineri, quàm certa aliqua soli parte, sunt existimandæ [x]. Aeris autem usus communis est, tam in suo quàm in alieno [y]. Quare sicuti aucupari, ita & uenari in alieno licet: prohibere tamen aditum dominus potest: quia etsi non potest usu aeris prohibere, qui communis est: tamen iure dominij, ab ingressu sui fundi arcere extraneos potest [z]. Et hæc nunc præcipuè ratio principalium uenationum iura sustinet: quæ in uniuersum Principes, contrario quodam publico gentium iure ad se transtulerunt, & ademerunt subditis, maximè rusticis & agricolis [a]. Quia enim saltus & nemora in quibus feræ liberè uagantur, sunt loca publica: ideo recepto quodam iure superioritatis, ut reliqua iura publica, ita etiam loca publica ad se Principes transtulerunt [b]. Vnde usurpatum ut liceat Principi in publicis locis aut concedere ius aliquod seruitutis, aut adimere [c], aut uetare priuatis usurpationem loci publici [d], peræquè atq; priuatus usum sui fundi alijs interdicere potest [e]. Quare cum hoc dominium locorum publicorum Principes habeant iam quæsitum, & sibi attributum non modò dispositione legum, sed etiam longa consuetudine & usurpatione: consentaneum uidetur, ut peræquè in publicis locis, tanquam in suis, ius uenandi subditis suis prohibere potuerint & possint, quemadmodum quisq; priuatus uetare in suo fundo potest [f]. Neq; enim Princeps deteriore loco esse debet quàm priuatus, nec causa est quo minus iure priuatorum rectè utatur [g]. Quanquam sunt aliæ quoq; rationes, propter quas illud æquum & in commune bonum fuerit uisum. Primò, cura seruandarũ specierum in animantibus. Nam quia feræ animantes in suo genere sunt rariores quàm cicures, prouidente nimirum ita Deo, ne multitudine ferarum aut communitas uitæ humanæ, aut agricolatio infestaretur, & damnum faceret: ideo facilè deuastari tota species posset, saltem in aliqua regione, si indifferens & permissa cuilibet esset uenatio. Secundò, hæc ipsa permissio esset quoddam auocamentum ab agricultura, & tota uita rustica: à qua agricolas & rusticos non abduci, publicè utile est [h]: & hanc rationem uidetur innuere textus [i], qui disertè in prohibitione, rusticorum mentionem facit. Tertiò, quia uenatio ferarum, præcipuè maiorum, sine armis & tormentis exerceri non potest: usus autem armorum quotidianus, multis ex causis interdictus est, præsertim agricolis [k]: qui tamen cum syluas & rura inhabitent & incolant, ad uenationem maximè sunt opportuni. Quartò, quia ad pacem & tranquillitatem tuendam, publicè interest, non esse omnibus commune ius uenationis. Nam ut reliquarum rerum communio parit discordias [l], ita res proculdubio multis litibus & certaminibus atq; etiam cædibus occasionem daret, si promiscuè uenari esset concessum. Etenim uidere licet, fratres quandoq;, & agnatos, de iure uenationum

a l.ult.in uerb. uenatores. ff. de iur.immun.
b in c.quisquis.dist.41.
c gl.in d.c. qui uenatorib. dist.86.
d l.j. & 2. de his qui not. infam. tot. tit. in Auth. scenicas nõ solùm, fideiuss. &c. & tot. tit. de spectac.scen.C.lib.11.
e Genes.1.
f Genes.9. 1.Timoth.4. Creauit ad utendũ, &c.
g 1.Timoth.4.
h l.ad rem, 56.l.ad legat. 62.de procurat.l.2. de iurisdict.cum simil.
i Panor. & Dd.in c.1. & 2.de cler.uenat.
k §.feræ.Inst.de rer.diuis. l.2. & 3.hoc t.
l l.unic.C.uenatio.Ferr. lib.11.
m l.2. §. si quis. 6.ne quid in loc.publ. l. iniuriarũ. 13.in fin.ubi Ang.de iniur.uide Dec.consil.192. in casu.num.2. & Sax. lib.1.art.61.
n Hostien. Anton.de But. & alij in c. non est. ex. de decim. Schurff. consil.1.nu.12.cent.3.ex doctrina Bart. & Dd.in l. ult.C.si aduersus.ty.uel uti lit. uide Dida. Coua. c. peccatum, §. 8. de reg. iur. in 6. Iac. in tract. uerb. & cum uenationibus. Gu. Bu. c. Raynucius. nu. 868. de testam. Tho. Gram. decis. 67.n. 9. Tiraq. de nobil. cap. 37.nu.150.
o ut tradit Anton.de But. in d. c. non est. per d.l. iniuriarum. 13. §. ult. in uerb. piscari & aucupari. de iniur. Schurff. consil.1.nu.12. Chass. in consil. Burg.t.13. §.7. nu.3. & 4.
p l.diuus 16.de seruit.rusti.prædio.
q d.l.iniuriarum.13.§.ult. in fin.
r l.funes.ubi glo. ad uerb. pisces. de actio. emp. l. fructus. de rei uend. Guid.Pap.decis.91. Tiraquel.de retract.lig.§.

1.gl.7.nu.113. Molin.in consue.Paris.§.j.gl.8.nu.17. s ut traditur in tit.arbo.furt.cæsar. t l.Caius.ubi Bart.de legat.2.l.3. ff. pro socio.l mercatores.C. de commer.cum simil. Iaſ.in l.à diuo Pio.§.in uenditione.de re iud. & in §.item Seruiana.Inst.de actio. Bald.Salic. & Dd.in l.j.C.de sacrosan.Eccles.ubi quæruntur, an Statuta loci obtineant in reb.mobilibus: & decidunt quòd non, quia res mobiles locis non cohærent, &c. u gl.ult.in l si. in uerb. quasi uento, hoc est, aere uixerit.C.de alimen.pup.præstan. x §.j.Inst.de rer.diuis.l.j.in fin.hoc tit. y d.l.diuus. d.l.iniuriarum §.ult. z cap.1.§ si quis rusticus.uers. nemo retia.ubi Aluar.de pac.tenen.in usib.feud. a l.littora.3.ne quid in loc.pub.l.deprecatio.9.ad l.Rhod.l.2.ubi Bald.C.de quad.præs. b l.seruitutes. 14.§.publico.de seruit.l.2.§.meritò. & tot.tit.ne quid in pub. c l.3.in uerb.nisi Imperator uetet.de flum. d d.l.diuus. e d.l.diuus.de seruit.rust.prædior. f ut traditur in l.item ueniunt.§.in priuatorum.de pet.hæred.in l.j. & 2.C.de priuileg.fisc. g Auth.agricolatores.C.quæ res pig.l.2.ff.de ferijs. h in d.§.si quis rusticos. i tot.t.in Auth.ut armor.usus. & d.c.1.§.si quis rusticos, &c. k l.cum pater.79.§.omnia.de legat.2.

BIU Cujas

communi acerbiſsimè inter ſe contendere & digladiari: quid futurum putamus, ſi omnibus hominibus, maximè ruſticis, eius iuris liber ſit uſus? & cùm pluribus uenantibus, non perſequentis, aut etiam uulnerantis feram, ſed occupantis potior ſit cauſa [a]: facilè prouideri poteſt, quanta ex hoc ipſo certamina ſint exoritura, ſi communis & publicus uenationum uſus permittatur. Quando autem etiam priuatis ſuum auferri poſsit, ob bonum publicum, ſeu publicam pacem [b]: certè multo magis in publico, quid priuatis prohiberi & auferri eius rei gratia poteſt. His ego de cauſis exiſtimo Frideric. Imperatorem cõmotum, cur cùm iure ciuili hæc uenationum iura fuerint communia, ea putauerit ſubditis, præſertim ruſticis, adimenda [c]: id quod poſtea conſuetudine receptum: & longa ſubditorum patientia quoniam eſt approbatum, uel ex hac ipſa patientia Principes iſtiuſmodi iura præſcripſerunt, ut facultatem ſeſe opponendi, & de iniuria quiritandi, amplius ſubditi non habeant. Nam hæc præſcriptio, utpote immemorialis, & aliquot iam ſeculorum decurſu atq; uſu roborata [d], inſtar eſt priuilegij [e], & peræquè munit ius Principum, atq; lex ſeu conſuetudo [f]. Quare quod traditur à Dd. iniuriam fieri ſubditis prohibitione uenationis: id ſecundum ius gentium & ciuile uetus rectè dicitur, ſecundũ uerò ius nouum, & conſuetudinem, & reſpectu præſcriptionis, non rectè. Nam etiamſi ceſſaret præſcriptio, tamen in locis publicis prohibendi ius Principes haberent, præſertim ex iuſta cauſa [g]: neq; poſſent uideri iniuriam facere, qui iure ſibi conceſſo à ll. uterentur [h]. At ſi in priuatis prædijs Principes eiuſmodi prohibitionem facerent, aut ius uenandi, alteri priuilegio, uſucapione aut alio iuſto titulo acquiſitum auferrent, hîc fateor ualituram eam Dd. theoricam: quia Princeps hoc caſu non ius loco publico priuatis interdiceret, ſed ius priuatum illis bono titulo quæſitum auferret: id quod fieri non debet neq; poteſt [i]: niſi in eiuſmodi prohibitione priuati acquieſcant, atq; ita per præſcriptionem etiam in priuatis prædijs ius uenandi præſcribatur [k]. Priuati uerò contra priuatos præſcribere iſtiuſmodi ius in publico non poſſunt [l], niſi longo tempore, non tantùm utendo (nam ſolo uſu nulla in his poſſeſsio acquiritur) ſed etiam alios prohibendo, ſibi quaſi poſſeſsionem acquiſiuerint [m]. In priuato autem uſucapi iſtiuſmodi iura poſſunt, non tamen in proprio. nam in eo quiſq; tale ius ui dominij habet [n], niſi fuerit ab alio præſcriptum, non ſimpliciter, ſed cum domini prohibitione: atq; ita idem ius domino ſit ademptũ [o]. In alieno autem uti iure uenandi licet, niſi dominus prohibeat [p]: quanquam contra talem prohibitionem præſcribi per longum tempus iſtiuſmodi ius utendo poſsit [q]. Materia uenationis, ſunt omnes ferę animantes, quę in tria genera diſtingui ſolent, ſicuti tribus diuerſis elementis ſuſtinentur: uidelicet in feras, quæ in terra: in uolucres, quæ in aere: in piſces, qui in mari & fluminibus liberè uagantur [r]. Feræ rurſum in duo genera diſtinguendæ ſunt. Nam unum eſt genus earum, quas ob diritatem & perniciem occidi publicè utile eſt: ut ſunt lupi, urſi, ſerpentes, &c. quarum uenatio tanquam publicè utilis, omnibus eſt permittenda [s]. Alterum porrò genus non eſt æquè noxium, & ſeruit publicæ annonæ ac uoluptati Principum: quarum ferarum uenatio (ut antè dictum eſt) ſubditis, præſertim ruſticis eſt adempta, & recreationi uoluptatiq; Principum reſeruata. Venationes porrò fiunt in loco aut publico aut priuato. In publico, iure ciuili uenari licet [t]: in priuato ſuo, multo magis [u]: in alieno item, niſi dominus prohibeat [x], ſicut poteſt [y]: res enim nondum quæſita eſt. ideo in pari cauſa melior eſt prohibentis, præſertim domini conditio [z], qui aditu ſui fundi arcere ingredientem poteſt, cum rei ſuæ moderator ſit & arbiter: at in rebus iam alteri quæſitis & alienis, præcludere aditum ad inquirendum non debet, cum diſpar ſit cauſa & ratio: alioqui quamuis ei prohibenti uis fieri nequeat in ſuo, quod cuiq; tutiſsimum eſt refugium [a]: tamen actione ad exhibendum, & rei uendicatione, ac iniuriarum [b], & ſi contrectet, furti etiam conueniri poterit [c]. Etſi autem uenari in alieno permiſſum eſt, ut dixi, domino conniuente: laqueos tamen & decipulas ponere, aut foueas fodere uenandi cauſa, inibi non licet [d]: quemadmodum nec poſitum habere, abſq; ſeruitutis iure [e]. Sed, ut dixi, Principes & domini terrarum, omne uenandi ius ad ſe tranſtulerunt, priuatiſq; illud etiam in prædijs proprijs ademerunt: quod etſi initiò fuit fortè iniurium [f], ut ſi Princeps theſauros in proprio inuentos priuatis adimere uellet [g]: tamen cum in hac prohibitione priuati fundorum domini acquieuerint, uel ſola iam præſcriptione, ab eiuſmodi iure etiam in fundis proprijs excluduntur. Nam etiamſi regulariter præſcribens ius in alieno, non tamen facultatem uſus domino interuertere uideatur [h]: tamen ſi dominus uſu ſit prohibitus, atque ita poſſeſsione ei interuerſa per longum tempus prohibitioni acquieuerit, etiam huic ipſi facultati præſcriptum eſſe intelligetur [i]: Aucupium non æquè interdictum eſt priuatis, atq; uenatio: quia fit ſine armis, minoreq; cum tumultu atq; turba: quanquam ne uaſtentur ſpecies, certis temporibus aucupia & piſcationes interdici à ſuperiore poſſunt [k]. Piſcatio quoq; libera eſt, tam in ſuo [l] quàm in publico [m], non etiam in alieno [n]: quia piſces cùm aqua priuata contineantur, ex eaq; & in ea naſcantur, in fructu aquæ ſunt & habentur [o]: ac proinde ſunt in aliquo uniuerſitatis dominio & poſſeſsione [p], quamuis non in ſingulari & propria, dominoque ut reliqui fructus cedunt [q]. Quanquam autem etiam uenationes & aucupia in fructu numerantur [r], tamen hoc accipiendum eſt reſpectu ſubiectæ materiæ, & iuxta [s] Rub. ſcilicet ut eiuſmodi ius, quaſi ad fructum pertinens, uſufructuario potius quàm proprietario permittatur, non etiam ut pro fructu priuato cuiuſq; fundi & prædij ſit habendum: huic enim feræ non cohærent, nec illo continentur, nec ex eo naſcuntur. Forma

uenandi

a §. illud. 9. Inſt. de rer. diuiſ. l. 5. §. j. hoc t.
b l. j. de uſucap. l. æquiſs. de uſufr. ubi Bart. l. 2. C. de quadr. præſcript.
c d. §. ſi quis ruſticus. uerſ. nemo retia.
d ex l. j. & 2. l. per agrum. 11. C. de ſeru. & aqua.
e §. ductus aquæ de aqua quotid. & æſtiu.
f c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſig.
g d. l. 3. de flum. d. l. ſerui. 14. §. publico. de ſeruit. cum ſimil.
h l. nullus. 55. de reg. iur. l. iniuriarum. §. 3. de iure iur. l. 3. §. ſi non. de lib. hom. exhib.
i l. 2. C. de precib. Imp. offer. ubi Dd. & in l. 2. l. ult. C. ſi con. ius uel util. pub. l. 2. §. ſi quis à Principe. ne quid in loc. pub. l. meminerint. C. unde ui. clem. paſtoralis. de reiud. & tradunt Dd. in l. digna. C. de ll.
k c. unic. in uerb. reditus piſcationum. quæ ſint regal. in uſib. feud. d. c. ſuper. §. præterea. de uerbo. ſignif. Schurff. conſil. 69. cent. 1.
l l. ult. de uſucap.
m l. ſi quiſquam. de diuerſ. & tempo. præſcript. Schurff. d. conſil. 1. cent. 3.
n d. l. iniuriarum. §. ult. l. item. 10. l. uſufructuarium. 79. de uſufruct.
o per ea quæ traduntur in l. præſes. C. de ſerui. & aqua. Schurff. conſil. 86. cent. 1. & conſil. 69. præſes. nu. 20. cent. 1.
p d. l. diuus.
q iuxta l. 2. l. per agrum. 11. de ſeruit. & aq. Schurff. d. conſil. 1. cent. 3. & cõſil. 69. cent. 1.
r ut in d. §. feræ. & in l. 3. de acq. rer. dom. hoc t.
s l. j. C. de uenatio. Ferr. lib. 11. d. c. 1. §. ſi quis ruſticus. uerſ. nemo retia. de pace tenen.
t l. 1. 3. hoc t. §. feræ. Inſtit. eod.
u l. quemadmodum. 29. l. ſi putator. 31. ad l. Aquil. l. iniuriam. 13. §. fin. de iniur.
x d. §. feræ. d. l. diuus. de ſer. ruſt. præd.
y d. l. diuus.
z l. an unus. 11. ſi ſer. uendice.
a l. pleriq; 18. de in ius uoc.
b l. qui pendentem. 25. de act. empt. gloſſ. in l. quamuis ſaxum. 6. de donat.
c l. theſaurus. 15. ad cohiben. l. hoc amplius. 9. §. Alphenus. de dam. infec. l. idem. 5. §. de arbor. de rei uendi.
d l. quemadmodum. 29. in princip. & §. j. ad l. Aquil. d. §. nemo retia. de pact. tenen.
e d. l. quemadmodum. §. j. l. ſi quando. 17. §. j. ſi ſer. uen.
f d. l. iniuriarum §. fin. Schurff. conſil. j. numer. 12. cent. 3. Chaſſ. in conſue. Burg. Rubr. 13. §. 7. numer. 3. & 4.
g §. fin. Inſtit. de rer. diuiſ.
h l. præſes. C. de ſeruit.
i Iaſ. in l. quo minus. de flumin. Dd. in d. l. præſes. ubi Salic. Schurff. d. conſil. j. cent. 3. & conſil. 69. numer. 20. cent. 1.
k Chaſſan. in d. Rubr. 13. §. 7.
l d. l. iniuriarum. §. ſi.
m d. §. feræ. §. j. Inſtit. de rer. diuiſ.
n d. l. iniuriarum. in fin.
o l. item. 10. §. aucupiorum. l. uſufructuarium. 69. de uſufruct.
p l. 3. §. item feras. de acquir. poſſ.
q l. bonæ. 48. hoc t.
r d. l. item. d. l. uſufructuarium.
s de uſufruct.

BIU Cujas

uenandi uaria est: aliâ fit tacitè, alia cum cornu & clamore, alia canibus, alia laqueis, alia foueis, alia armis & tormentis, atq; alijs id genus modis [a]. Cum armis & tormentis, nisi ad noxias bestias tollendas, uenari rusticis non licet [b]: ut nec foueas in alieno aut publico facere, & laqueos tendere, propter periculum [c]. Modus uenandi est, ut absq; cuiusquam priuato incommodo & detrimento fiat [d], & ne usq; ad deuastationem specierum [e], neu cum publici & necessarij muneris neglectione atq; intermissione [f], in quo utinam nunquam peccaretur. Finis, est acquisitio dominij: usus ferinarum ad uictum & uestitum: item ualetudinis exercitatio ac confirmatio, & relaxatio animi honesta. Effectus, quòd capta fiant capientium, etiam in alieno solo [g], quamuis domino quoque prohibente sint capta [h]. Ad effectum etiam pertinent pœnæ, quibus Principes in eos animaduertere modò solent, qui contra prohibitionem suam uenantur. Sed multi dubitant, an tales prohibitiones, præsertim pœnales, ualeant [i]. Et sanè cum feræ in syluis, pisces in aquis publicis propriè non sint in eorum possessione & dominio [k], & in pœnalibus uerba sint propriè capienda, liquet eiusmodi animantium furtum non fieri [l]. At iniuriarum tenetur qui cõtra prohibitionem ingressus est [m]: cuius pœna est arbitraria [n]: quæ extendi ad mortem potest [o], præsertim ubi in Principem delinquuntur [p]. Audio susurros dominis adblandientium: sed ut hæc demus, quæ hoc in argumento ualde dubia sunt [q], tamen iniuriæ pœna tanta esse non debet [r]: præsertim cum hîc in Principem, ut Principem, & ad uiolandam eius personam maiestatemq; non delinquatur [s], neq; uenationes ad regalia pertineant [t], nec arbitraria ad mortem extendatur, nisi in delictis morte dignis [u]: nulla uerò sit analogia, propter feram capite punire hominem [x].

Et hæc de uenatione hactenus: nunc 8 ex syluis & saltibus, ad institutum redeat oratio. Primus † igitur modus acquirendi iure naturæ dominij, est captiuitas ferarum animantium, de qua hactenus dictum: nam captiuitas hominum, non eodem ex iure, sed postea iure gentium secundario est introducta: de qua paulo pòst suo loco dicetur [y]. Secundò, inuentione earum rerum quæ certum dominum non habent, ut sunt thesauri [z]. Tertiò, adiectione, uel cõcreta: ut per alluuionem [a]: aut alueo à flumine relicto [b]: uel discreta, ut partu animalium nostrorum: cuius enim est uenter, eius est & partus [c]: item, si insula in flumine uicino nascatur [d]. Quartò, captiuitate, cum hostes iusto bello deprædamur [e]. Quintò, artificio & industria specificationis. Nam cum quis ex aliena materia sibi nouam speciem bona fide extruit, quæ reduci ad pristinam materiam nequeat, sibi acquirit: quia forma quæ dat esse rei [f], præstantior est materia, eamq; ad se trahit: ut & aliàs semper, quod dignius est trahitur ad se minus dignum [g]: puta, si ex alieno hordeo coquat ceruisiam, aut ex alieno ligno statuam faciat [h]. Dixi, si bona quis fide extruat. Nam si sciat alienam materiam esse, meritò amittit & operas & speciem [i], cum nemo ex suo delicto aut dolo & propemodum facto lucrum sperare debeat [k]. Huc etiam pertinent picturæ in aliena tabula factæ, quarum cum magnus esset apud ueteres honos, placuit ut ijs tabulæ cederent: quamuis alioqui literæ etiam aureæ chartis membranisue 9 cedant [l], ut reliqua omnia quæ in aliena materia & re cùm soli tum mobili inseruntur [m]. Sextò, † confusione specierum, & mixtura: quæ cum ita fit ut mutet speciem rerum confusarum, ut cum ex uino & melle fit mulsum, dicitur confusio: cum species pristina remanet, commixtio. Confusione rerum uoluntate dominorum facta, id quod ex confusione natum est, dominis fit commune, habentq; actionem cõmuni diuidundo: non ut materiam quisq; suam repetat, sed istius speciei portionem consequatur [n]. Sin citra dominorum uoluntatem bona fide ab aliquo fiat confusio, iure specificationis illi acquiritur, iuxta distinctionem suprà traditam. Commixtæ autem res quæ in nouam speciem nõ abeunt, ut frumenta, metalla, &c. cum facilè separari queant, non mutant dominium [o]. Septimò, iure soli. Quicquid enim in solo alieno plantatur, seritur, ædificatur, solo cedit [p]. Octauò, iure possessionis. Bonæ enim fidei possessor fructus perceptos lucratur [q]. Nonò, traditione [r]. Et his quidem præcipuè modis iure gentium 10 acquiritur dominium: de quibus hoc in titulo, & Instit. [s] agitur. Iure † ciuili proprietates acquiruntur aut per uniuersitatem, ut hereditate, bonorum possessione, arrogatione: aut titulis singularibus, ut usucapione, donatione, legatis [t], &c. de quibus suo loco est dictum [u]. Illud autem sciendum est, ijsdem omnino modis dominia amitti, quibus acquiruntur, ut traditione, usucapione [x], &c.

11 Materia † in qua consistunt dominia, sunt res omnes humani iuris, quæ in commercium cadunt, & propriè res corporales, ut suprà dictum est. Forma acquirendi ex causis prædictis intelligi potest: acquirimus autem plerunq; dominium animo & corpore [y], ut in plerisq; modis iuris gentium: interdum solo animo [z], ut in modis ciuilibus, puta additione hæreditatis [a], item per procuratorẽ aut alium quemlibet uolentibus nobis possidere [b]: aliquàdo absq; animo & corpore, ut per seruos inuitis nobis [c]: corpore solo absque animo uix est ut acquiri quippiam possit [d]. Forma tenendi, est ipse modus habendæ perfruendæque rei. Forma probandi dominium, difficilis esse asseritur [e]. Probatur autem tam instru-

a l. qui foueas. 28. ad l. Aquil. d. §. nemo retia. de pact. tenen.
b d. §. nemo. ubi Iser. & Alua.
c d. §. nemo. d. l. qui foueas. cum ll. seqq.
d l. quosdam. C. de met. all. lib. 12. l. §. meritò. cum seqq. ne quid in loc. pub.
e Chass. d. Rub. 13. §. 2.
f d. l. uenatores. C. de exc. mun. lib. 10.
g d. §. feræ. d. l. 3. hoc t.
h ita est communis conclusio in d. l. diuus. ubi gl. de ser. rust. præd. Angel. & Fab. in d. §. feræ. Chass. præall. loc. Rubr. 13. §. 2. Schurff. d. consil. 1. cent. 3.
i Ang. l. si quis in metallũ. C. de pœn. Maran. de ord. iud. parte 4. distinc. 2. nu. 8. & in terminis. Dec. consil. 197. in casu. nu. 2. Card. & alij, c. nõ est. de dec. Ias. consil. 119. lib. 4. Corn. consil. 211. lib. 4. Tiraq. de nobil. cap. 37. nu. 150. ratiocinatione. l. 2. num. 192. C. de pact. int. empt. & de iure uenan.
k l. 3. §. item feras. de acquir. poss.
l l. testamẽto. §. Scæuola. si quis testam. lib. esse iussus.
m l. 3. §. planè. de acquir. rer. dom. l. diuus. de seru. rust. præd. l. iniuriarum. 15. de iniur. Cæpoll. de rust. seruit. cap. 21.
n §. in summa. Inst. de iniur. unde Guid. Pap. de cis. 218. dicit in Delphinatu arbitraria, & quidem capitis pœna uenationes prohibitas.
o Maran. de ord. iud. parte 4. dist. 1. nu. 45. & Dispu. 3. nu. 17.
p Bal. Rom. Alex. & Dd. c. ex literis. ubi Dec. de consti.

q uide Dd. præalleg. loc maximè iure Sax. quod prohibet ob uenationem ferarum in corpore aliquem puniri, art. 61. lib. 2. r Felin. c. ex literis. num. 21. de constit. per l. ult. de iniur. Mynsing obser. 46. cent. 2. Maran. præalleg. loc. s uide Bald. §. iniuria. de pact. iur. firman. Ias. l. qui iurisdict. de iurisd. Carec. in pract. crim. §. circa. nu. 18. Petr. à Pla. delict. lib. 1. cap. 6. nu. 15. t Tiraquell. de nobil. cap. 37. nu. 150. Dec. consil. 197. u Maran. præalleg. loc. Felin. Dec. Der. d. c. ex literis. Cag. l. unic. num. 7. si quis ius dicen. fac. l. hodie. l. respiciendum. pen. c. is qui. de sent. excom. x Zoan. d. l. 2. num. 192. C. de pact. int. empt. y uide paulo ſ. in 4. modo. & tit. de capt. & postlim. reuer. z l. nonnunquam. 31. § 1. hoc tit. §. thesauros. Instit. de rer. diuis. a l. adeò. 7. §. 1. hoc tit. b d. l. 7. §. 1. tot. tit. C. de alluuio. c l. partum. 7. C. rei uend. l. idem Pomponius. 5. §. idem scribit. 3. de rei uend. d d. l. 7. §. insula. e §. item ea. Instit. de rer. diuis. l. postliminium. in prin. & tot. t t. ſ de capti. & postlim. reuer. f l. Iulianus. 9. §. si quis. ad exhib. g c. quod in dubijs. de consec. Eccles. cap. 1. eo. lib. 6. c. si duo ex tribus. ubi Dom. in 3. notab. de off. deleg. in 6. h d. l. 7. §. cum quis. Instit. de rer. diuis. ubi omnino uide. i l. de eo. 12. §. si quis. ad exhib. k l. si duo. 5. ſ. si quis cautionib. l. 2. de eo per quem fac. in. l l. 9. §. 1. hoc tit. §. literæ. §. si quis in aliena. Instit. de rer. diuis. m §. cum in suo. cum §§. seqq. Instit. de rer. diuis. ubi exposui. n d. l. idem Pomponius. §. 1. de rei uendica. o d. l. 8. §. uoluntas. d. l. idem Pomponius. p d. l. 7. §. cum is suo solo. q l. certum. 22. C. de rei uend. § si quis à non domino. Instit. de rer. diuis. r l. traditio. 20. hoc tit. §. per traditionem. Instit. de rer. diuis. l. traditio. C. de pact. s de rer. diuis. ubi pro mediocritate mea utcunq; exposui. t §. ult. Instit. per quas personas. u uide quæ dixi in Instit. ad hos titulos. x l. 1. ſ. pro derelicto. y l. 3. in princ. ſ. tit. 1. z l. 1. §. pen. de acq. poss. a uide supr. de acquir. hær. b l. ea. 53. hoc tit. l. 1. §. pen. infr. tit. 1. c l. etiam. 32. hoc tit. d l. 1. §. 1. §. per seruum. 8. infr. tit. 1. e Dd. in l. cum res. C. de probat.

BIU Cujas

mentis [a], puta inuestituræ [b], emphyteuseos [c], aut alterius tituli [d], ex quo traditio facta sit [e] (nam solus titulus dominium non probat [f]) quàm testibus [g], causam tamen scientiæ idoneam afferentibus [h]. Item per præscriptionem [i] & possessionem [k], maximè tanti temporis unde præscriptio resultet [l]: & per famam antiquam & publicam [m], aliaque indicia & argumenta uaria [n], de quibus plura Dd.° Finis dominiorum est, ut constituta rerum proprietate, scaturigines litium & contentionum obstruantur. Nam eorum incertitudo, & rerum communio parit discordias [p]. Deinde, ut quod suo quisq; iure possidet, id tutò quoq; ac securè possidere, eoq; pro arbitrio uti frui possit. Effectus † dominiorum multiplex est, 13
sed in duobus præcipuè conspicitur: quorum primum est, quòd dominus habet liberam re sua utendi fruendi facultatem, quatenus iura permittunt [q]: alterũ, quòd amissa possessione detur domino rei uendicatio, aduersus quoslibet possessores, ad res recuperandas [r]. Cognata † sunt, quasi dominium: quod 14
habet qui rem bona fide, & iusto titulo possidet [s]: aut qui ex iniusta causa, puta per metum, dolum, uiolentiam, rem amisit, eamq; aliqua actione uel petere uel repetere potest [t]: & ius in re, cuiusmodi est pignes creditorem, cui pignori res est data [u], usufructuarium, & similes. Contraria sunt, rapina, furtum, tyrannis, inuasio alieni, & si qua sunt similia. Item uniuersalis rerum communio: quam admissam certum est in hac corrupta natura, & disparibus acquirendi consumendiq; causis, perpetuos seditionum fomites esse excitaturam, ut inscitè Gratianus rerum communionem ad ius naturæ retulerit [x]. Nihil enim ea fingi potest huic hominum naturæ, alioqui litigiosæ, & ad omne malum præcipiti, magis cõtrarium, & ad labefactanda cõsociationis ciuilis & cõmerciorum iura, pernicioſius: nisi quis fortè Gratianũ de iure naturæ ante lapsum incorruptæ, aut de iure qd' omniũ animaliũ est cõmune, loqui interpretetur.

De acquirenda uel amittenda possessione. TITVLVS II.

1 *Continuatio & dispositio sequentium titulorum.*
2 *Definitio nominis & rei: unde dicta possessio, & quid sit.*
3 *Diuisio: & de possessione naturali ac ciuili.*
4 *Causa efficiens.*
5 *Materia.*
6 *Forma: & quando animus, quando corpus in acquirenda, retinenda, amittenda possessione requiratur.*
7 *Finis, effectus, & usus possessionum.*
8 *Affinia, & contraria: ac quomodo amittatur possessio.*

PRæcognitis † acquirendi dominij modis, iam de possessione uideamus. Ac primùm de eius natura, tum de effectu, postremò quomodo de ea in iudicio disceptetur. Ad naturam possessionis intelligendam, operæprecium est scire, quid sit possessio, quotuplex, quæ eius causæ, qui effectus, quæ adiacentia & cognata. Possessionis † nomen bifariam Latinis accipitur: aliquando pro ipsa rerum 2
proprietate [a]: frequentius autem ac propriè [b] pro iure quo res absq; dominij iure detinetur. Possessio à sedibus appellatur, quasi sedis positio, quòd in re possessa sedem ponamus [c]. Possessionem ita communiter definiunt, ut sit ius retinendi insistendiq; rei. Nos retineamus Theophili [d] definitionem: Possessio est rei corporalis detentio: cui definitioni explicationis gratia & ad ostendendam differentiam, addamus licet hæc uerba, quæ alibi [e] Theoph. non omisit: cum affectione seu animo possidendi. Detentio loco generis est, quod uerbum latè patet [f]: additur, rei corporalis. Quia incorporalia propriè non possidentur [g]. Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res: ut inquit Lucretius. Adiecimus differentiæ gratia, cum affectione possidendi. Non enim sufficit ad iustam possessionem constituendam rem tenere, sed oportet ut quis suo nomine ac iure, cum animo & affectione possidendi detineat [h]. Vnũ est genus possessionis ex sententia Pauli [i], quod corpore scilicet & animo quæritur, animo autem solo retinetur. Itaq; partim facti est, quatenus in facto possessionis corporalis consistit: partim iuris, quatenus est in animo [k]: unde duplicem possessionis rationem statuit Imper. [l] aliam quæ iure, aliam quæ corpore consistat: illa dignitate, hæc natura prior. nam ut alia, sic possessionis iura ex facto oriuntur, nec quisquam antè possidet animo, quàm facto corporali rem occupauit. Species † tamen possidendi in- 3
spectis causis ex quibus possidetur, uariæ fingi possunt: alius enim pro emptore, alius pro donato, alius pro legato possidet, &c. Sed hæ quamuis diuersæ possessionum causæ, non constituunt diuersas species. nam causæ ac tituli possessionum, sunt res ab his separatæ: quèmadmodum & aliàs causæ efficientes ab effectis distant, & qualitates accidentales, ut loquuntur, species non mutant [m]. Possumus tamen docendi gratia sic possessiones distinguere, ut alia sit iusta, alia iniusta: siue, ut loquitur Paulus [n], alia bonæ fidei, alia malæ fidei: quod alibi secundum quid dicitur [o], aut naturaliter aut ciuiliter possidere. Quanquam & is naturaliter inspecto naturali possessionis usu possidere uidetur, qui utilitates rei percipit [p]. Nihil enim aliud natura ad constitutionem possessionis requirit, quàm occupationem fruitionemq; rei: id est, ipsam sedis positionem ac factum possessionis. Quocunq; igitur quis modo rem adipiscatur, etiamsi alium ui deiecerit, eo animo ut rem possideat, hi quodammodo naturaliter possidet [q], quia rem tenet: sed ciuiliter non possidet, quoniam ius ciuile eiusmodi uim improbat, & possessionem auferri uiolento, ac restitui spoliato iubet: ut iuris interpretatione possidere non uideatur [r], sed penes deiectum possessio esse intelligatur [s], qui ad eam consequendam interdictum habet. Et hæc possessio uerè

a l.4.C.de probat. Aret. in l.doce ancillam.C.de rei uend. l.indicia.19. eod.tit.
b Spec.de probat.§.j.nu. 32.
c Bald.in l.j.in fin.C.de fideicom. & in l.j.in 1. opp.C.de iur.emphyt.
d d.l.4.l. cum res.C.de probat.
e d.l.cum res.
f Dd in d.l.cum rès. Alex. consil.201.par.2 & consil.10.& 11.parte 4.
g gloss.in l.4. ad uerb.legitimis.C.de probat. Angel.in d.l.doce.
h Bald.Salic. & Dd.in l. solam.C.de probat.
i Auth.nisi.ubi Bal. C.de bon.mater.
k l.2.ubi gloss. & Dd.C. de probat.
l Bart. in l. pen. de cond. instit. nu. 4. & 5.l.traditionib.C.de pact.
m glo.in l.4.C.de probat. Bart. in l. pen. de cond. instit.
n l.indicia.19. ubi Bal.C. de rei uend. l. 4. C. de probat. c. cum causam. 13.c.licet.9.de probat.
o in d.l.cum res.C.de probat.Firmian. latè in reper.uerb. dominiũ probatur.
p l.cum pater.79.§. omnia. de legat.2. l.j. cum ibi not. infrà de usucapionibus.
q l. in re mandata. 21. C. mandat. l. 2. de his qui sunt sui uel al.iur.
r l.in rem.24.de rei uend.
s l.bona.179.de reg.iur.l. 2.C.de probat.§.nam q;. Instit.de act.tot.tit.5.de publ. & tit.51. architecti.
t gloss.in l.3. C.de his quæ ui met.caus.l.id apud.de uerb.signif. l. non uidetur.de acquir.poss.
u l. pignus.8. C. de pign. actio.uide 5.de pig.act. & 7.c.pign.
x in c.ius naturale.1.dist.

a l.Imperatores.17. de seruitute rust.prædio.l.interdũ.78 de uerbo.sig. l. medicus. de uarijs & extraord.cogn.l.2.C.de probatio.l.3.C si quis igno.rem min. b l.naturaliter.11.§.nihil.hoc tit. c l.j.hoc tit. d Instit.de interdict. e §.idem. Instit.per quas person.uide Cont.lib.j.Disput.cap.9. f l.possessio quoq;.49.hoc tit. g l.seruus.42.§.incorporales.5.tit.1.l.3.in princ.hoc tit.
b l.si quis ante.10.hoc tit. Theophil.Instit.titu.per quas person.nobis acquir. i in l.3.§.fin.hoc tit. k l.possessio.43.hoc tit. l l.nemo.C.eod.
m §.fin.Instit.de iur.per gloss.in l.fin.§.quoties.ad uerb.anno.de publ.& uectigal. n in d.l.3.§.fin. o l.j.§.dejcitur.infrà.de ui & ui arma.iunc.l.1. §.si iur.hoc tit. p l.naturaliter.12.hoc tit. q l.clàm possidere.6.§.fin.hoc tit.l.1.§.pen.& §.possidere.j.de ui & ui arm. r l.non uidetur.22.l.si quis ui.17.hoc t. s d.l.si quis ui.l.id apud se.143.de uerb.signif.

BIU Cujas

uerè ciuilis dici potest, quoad animo retineri potest [a]. Quam igitur, ut breui concludam, admittit natura possessionem, ea naturalis est, proprieq; ac uerè possessio dici potest. Quæ porrò lege & iure ciuili probatur, ea ciuilis est, sicuti eodem significatu obligationem naturalem & ciuilem dicimus. Porrò ciuilis possessio in iure, naturalis uerò in facto detentionis uertitur [b]: utraq; in uera & iusta possessione concurrit: quæ ideo partim in iure, partim in facto consistere dicitur [c]. Dicitur & alio sensu possessio naturalis, scilicet quæ non animo domini habetur, sed alio, iure proprio tamen, puta usus fructus, pignoris, &c. possessio uerò ciuilis, quæ animo domini tenetur [d]. Et sunt aliq; harum possessionum cùm distinctiones, tum definitiones apud Contium [e]: quo digitum intendisse nunc satis sit. Possessionem † efficit
4 iusta apprehensio & detentio rei, eo animo facta, ut possidere uelis: animo enim & corpore possessio-
5 nem acquirimus [f]. Materia † in qua consistunt possessiones, sunt res omnes corporales. Nam incorporalia, quia teneri nequeunt, propriè non possidentur, sed quadam tantum iuris interpretatione [g]. Quæ tamen extra commercium sunt, ut sacra & religiosa, quamuis tangi possunt, possidere contra leges non
6 possumus, sed duntaxat detinere [h]. Forma † in eo est, quòd corpore & animo possideamus: utrunque enim requiritur in acquirendo [i]: & animus possidendi [k], & corpus, uidelicet corporalis apprehensio [l]: non enim quæ spe & animo deuoramus, continuò possidemus [m]. Et hæc quidem forma acquirendæ possessionis est. In ea autem retinenda solus animus sufficit, ne per singula horarum momenta rebus nostris insistere necesse habeamus [n], sicut & in amittenda [o]: quatenus tamen possessio iuris est, & in animo consistit. Nam quatenus in facto & detentione uertitur, necessum est contrarium factum interuenire, & corpore eam amitti [p]. Possidemus autem uel pro suo siue nostro [q] ex uarijs titulis, ad transferendum dominium idoneis [r], quæ ciuilis & iusta ac propria est possessio [s]: uel pro alieno, quomodo creditor, colonus, emphyteuta, usufructuarius naturaliter possident [t]: uel pro possessore, ut prædo & alius quilibet malæ fidei possessor [u]. Forma probandæ possessionis uaria est: puta ex perceptione fructuum [x], pensionum [y], aliorumq; possessionis actuum demonstratione [z], censuum & collectarum solutione [a], præceptis & actibus iuris possessorij in re factis [b], uiciniæ scientia, locatione [c], fatione & plantatione [d], signatura seu consignatione, & clausione rei uelut traditæ [e], receptione clauium [f]: item præsumptiuè ex titulo [g] & inuestitura [h] contra inuestientem, non contra tertium [i], possessione totius, unde præsumitur possessio partis [k], & contentorum in toto [l]: fama [m], testibus qui deponunt, uidisse possideri [n], etiá singularibus [o], non simpliciter instrumentis [p], licet super traditione factis [q]. Nam his intelligitur tantummodo facta apprehendendi potestas [r]: nec æstimo rei publicæ [s], &c. qua de re plura à Dd. [t] studiosi
7 petant. Finis † & effectus possessionis est, ut rebus possessis utamur fruamur. Sed sunt & alij possessionum effectus atq; utilitates. Nam bonæ fidei possessor fructus lucratur [u], & est quasi dominus [x], proq; domino habetur tam diu, quoad liquidò contrarium non demonstratur [y]: quare & probationis onere in iudicijs leuatur [z]: præsumitur enim esse dominus [a], & iustè, atque ex titulo contractuq; iusto possidere [b]. Deinde possidendo rerum etiam dominium tempore nanciscimur, ut non immeritò ex possessionibus cepisse dominia, I. C. [c] testetur: de quo plura suo loco dicemus [d]. Affert etiam possessio ius resistendi propria authoritate, contra omnes qui possessioni impedimentum aliquod creant [e]. Affi-
8 nis † est possessioni detentio. Sed quia alius possidere potest, alius detinere alieno nomine, atq; iure ut colonus [f]: sequitur, aliud detentionem esse, aliud possessionem [g]. Item proprietas, cum uidelicet unà cum possessione in dominio concurrit: nam quando per se in abstracto consideratur, tum nihil habet commune possessio cum proprietate [h]. Contraria uerò possessioni, sunt amissio eius & interruptio. De interruptione, ad titulum subsequentem opportunius dicemus. Amissio autem possessionis, uarijs modis contingit: ut si cui possessio rei soli per uim auferatur, mobilis per furtum fraudemq; subtrahatur [i], aut per inundationem occupetur res [k], uel fiat sacra aut religiosa [l], uel in aliam speciem mutetur [m]. Spe-

a Bal. in l. fi. nu. 1. C. de his qui à non dom. manu. Bar. in l. j. §. cum igitur. nu. 1. j. unde ui. Chass. in consuet. Burg. de instit. §. 5. uerb. s'il n'a grace. nu. 82.
b l. possessio. 29. hoc t. l. nemo. 10. C. eod.
c d. l. possessio. 29.
d l. naturalem. 11. hoc tit. l. 2. ff. pro hær. uide Cuiac. in l. serui. 16. de usucap. & lib. 4. obser. c. 3.
e lib. Disput. 1. cap. 9.
f l. quèad. 8. d. l. 3. in prin. hoc t. l. fere. 196. de reg. iur.
g d. l. 3. in prin. ubi gl. l. sequitur. 4. §. si uiam j. t. 1.
b l. qui uniuersas. 30. §. j. hoc tit. l. longa. ubi gl. 5. de mortuo inferendo.
i l. qui uniuersas. 30. §. pen. hoc t.
k l. si id quod. 25. §. fi. hoc tit. l. j. §. si quis ui. de ui & ui ar.
l l. qui iure. 41. l. 3. in prin. & §. in amit. hoc tit. Paul. lib. 5. t. 2.
m d. l. j. §. per procur. & §. item acquirimus. uide tamen l. j. §. pen. hoc t. Cuiac. obs. lib. 4. c. 3.
n d. l. 3. §. salius. & §. in amittenda. d. l. si id quod. §. fi. d. l. clàm possidere. §. j.
o d. §. in amittenda.
p l. quemad. 8. hoc t. d. l. fere. de reg. iur. uide aliam harum ll. cõciliationem apud Cont. lib. j. Disput. cap. 9.

z 3 ciem

q l. j. §. per procuratorem. hoc tot. t. j. pro suo. r l. pignori. 13. §. fi. de usucap. s l. 2. pro hær. t d. l. naturaliter. 11. hoc t. l. si ab eo. 12. l. pignori. 13. in fi. de usucap. d. l. j. §. per procuratorem. hoc tit. l. 2. C. de præscript. 30. ann. u l. nec ullam. §. j. de petit. hæred. l. uli. C. unde ui. x l. Titia. ubi Bar. de solut. l. litib. C. de agr. lib. 11. l. Celsus. ubi Bart. nu. 20. de usucap. y Bar. in l. quamuis. §. si conductor. de acquir. poss. Ang. in l. quædam, de rei uend. uide late Lanfr. in c. quoniam. uerb. testium. nu. 96. de probatio. Socin. consil. 131. in præsenti. nu. 2. 3. 4. uol. 1. l. 2. de acquir. poss. Bart. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum. nu. 1. & 2. hoc tit. Bald. in l. fin. C. fin. reg. & in l. j. in fin. C. de ser. fug. in c. 1. in prin. de cont. in Bald. consil. 161. proponebatur. nu. 3. uol. 3. z Bald. in c. 1. §. si uerò. nu. 1. quid sit inuestit. a uide Bart. & Bald. in l. si pater. 8. C. de act. empt. uide Bart. in l. Celsus. nu. 23. de usucap. tot. tit. C. sine cens. uel reliq. b Bald. in l. liberti. nu. 3. C. de oper. lib. in l. 2. nu. 54. C. de seruit. c Bart. in l. 2. C. de acquir. poss. Bald. in l. j. in fin. C. de ser. fug. d Bald. & Dd. post gloss. in l. 3. C. fin. regun. Bart. in d. l. 2. e l. quòd si neq; de pe. rei uend. Bart. & Alex. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. f l. clauibus. de cont. empt. Socin. in l. possideri. nu. 24. hoc tit. & consil. 131. in præsenti. nu. 3. & 8. uol. 1. g gloss. & Dd. in l. quædam. in fi. de rei uend. l. 2. ubi Bar. de acquir. poss. & in l. Celsus. nu. 16. de usucap. l. eum. §. fin. de Publici. h Lanfran. in d. c. quoniam. uerb. testium. nu. 96. Angel. in l. quisquis. C. de donat. Bald. in l. empt. C. plus ualere. i Lanfran. præalleg. loc. k l. is qui. 20. quibus mod. ususfruct. amit. c. ad decimas. de rest. spol. lib. 6. Innoc. in c. 2. nu. 3. & 5. de cap. mona. Ias. in l. 3. in prin. nu. 34. de acquir. poss. l Socin. d. consil. 131. nu. 2. per l. claub. de cont. empt. l. si ergo. §. dotis. de iu. do. Angel. in l. qui uniuersas. in prin. de acquir. poss. m c. cum causam. 13. de approbat. Bart. in l. j. in fin. C. quo. leg. Mont. tract. fin. reg. c. 55. 56. n l. stipulatio ista. §. hoc quoq; ubi gloss. ad uerb. referente. & Dd. de uerb. oblig. Panorm. in d. c. cum causam. o gloss. in l. ob carmen. §. fin. de testib. Bald. in l. fin. opp. 16. C. de edict. diui Adrian. tollen. Lanfran. in c. quoniam. uerb. testium. p l. prædia. 48. ubi Bart. hoc tit. q Spec. de prob. § j. nu. 32. Bart. Bald. & Dd. in d. l. prædia. per illum text. Lanfran. in d. c. quoniam. uerb. testium. numer. 97. r Dd. in d. l. prædia. Lanfran. præalleg. loc. s Bart. Bald. & Dd. in l. si pater. 8. C. de act. empt. Lanfran. præalleg. loc. numer. 96. t Dd. in l. Celsus. ubi Bart. numer. 23. de usucap. gloss. sing. in l. 3. C. fin. reg. Bald. in l. final. in 15. oppos. C. de edict. diui Adrian. tollen. & in l. iudicia. C. de rei uend. & consil. 161. proponebatur. uol. 3. Lanfran. in d. c. quoniam. uerb. testium. numer. 96. Alexan. consil. 88. quoniam. & consil. 99. uisis. numer. 6. uol. 5. Socin. d. consil. 131. in præsent. per tot. uol. 1. Montan. in tract. fin. reg. cap. 52. 55. 66. cum seqq. u l. certum. 22. C. de rei uendic. x l. bonæ fidei. 48. supr. tit. 1. l. bona. 178. de re iud. y l. final. C. de rei uendic. z l. 2. C. de proba. §. commod. Instit. de interd. a l. sicuti. §. sed etsi. si ser. uend. l. j. supr. fam. ercisc. Dd. in d. l. 2. b Bart. in l. penult. numer. 3. & 4. de condit. instit. gloss. final. in l. quædam. 76. de rei uendic. Lanfran. in c. quoniam. uerb. testium. numer. 96. de probat. c hic in l. j. d ad tit. seqq. e l. quemadmodum. 29. §. j ad l. Aquil. Bart. post gloss. in l. 1. §. interdictum. numer. 3. de interd. per l. 1. §. uim ui. l. 3. l. cum igitur. de ui & ui arm. f l. 2. C. de præscript. 30. anno. l. 3. §. item cum seqq. multis. hoc tit. g d. l. possessio. 49. h l. naturaliter. §. 1. hoc tit. l. 1. §. huius. infrà, uti possidetis. i l. naturaliter. 5. de usucap. k l. 3. §. Labeo. hoc tit. l l. qui uniuersas. 30. hoc tit. m l. qui uniuersas. 30. §. 1.

BIU Cujas

ciem dico: nam qualitas accidens non mutat possessionem: ut si res fiat dotalis [a]: item si prætor eam auferat, uel in eam alium mittat [b]: item si quis alieno nomine possidere se constituat [c]: & deniq; ut ait I.C. ex uarijs causis possessionem amittere possumus [d]. Nam quæ sunt causæ eam acquirendi (sunt autem multiplices) easdem & amittendi esse consentaneum est [e].

a l.si fundum. de fund. dotal. Bal. in tract. præscr. 3. part. 6. partis princ. quæst. 1. nu. 5.
b d.l. qui uniuersas. §. j. ui de ſ. de dam. infect.
c l. si in aliquã. 28. l. quãuis. §. j. l. quod meo. l. interdum. hoc tit. uide latißimè Tiraq. de consc. possess.
d d.l. qui uniuersas. §. j.
e l. 3. in prin. l. quemadmodum. 8. hoc tit. l. ferè. de reg. iur. cum simili.

De usurpationibus seu usucapionibus.

TITVLVS III.

1 Continuatio.
2 Vnde dicta sit usucapio.
3 Quid sit.
4 An dominiũ directũ ex uoluntate domini adijciatur.
5 De cõtinuatione possessionis, interruptione & usurpatione.
6 Cuiusmodi possessio ad usucapionem requiratur.
7 Species usucapionum à diuersitate temporum, et de iure Sax.
8 De præscriptionibus.
9 Causa efficiens, & ratio usucapionum.
10 Materia, & quæ res usucapi possint, aut non.
11 Forma: & quis titulus, quæ bona fides, qualis continuata possessio, & quanti temporis requiratur.
12 De acceßionibus temporum.
13 De causa finali.
14 De effectu.
15 De interruptione.

SEd † uim & effectum possessionis in usucapionibus præcipuè perspicere licet, quæ per longam possessionem iure ciuili dominium possessori apponunt. Vsucapio † dicta est, quòd usu res per eam capitur, id est, sine precio & gratis acquiritur. nam capionem pro gratuita acquisitione poni, dubium non est [a]. Vsurpare significat usu retinere, atq; ita alterius usucapionem possessionemq; interrumpere [b]. Vsucapio † est, dominij rerum per usum continuum possessionemq; definiti temporis ac quisitio: uel, secundum Modestinum, est adiectio dominij, per continuationem possessionis, temporis lege definiti [c]. Est igitur adiectio dominij potius, quàm acquisitio. Nec † enim acquiritur per eam à domino tradente, & suum ius transferente, sed adijcitur possessori à lege: quæ propter bonum publicum præsumit, dominum tanto tempore tacentem, rerumq; suarum negligentem, in alienationem consentire [d]. Quam præsumptionem lex ideo inducit, ut sit iustior usucapionis causa, quasi permissu domini transferens dominium, cuius consensus ex diuturna patientia præsumitur: quod & aliàs fieri solet [e]. Quare esse adiectionem dominij non utilis modò, sed etiam directi, dicendum est [f]: quanquam alij pro adiectione legunt adeptionem [g], ut usucapio sit dominij adeptio potius quàm adiectio: id quod Contio [h] non placet, usitatam lectionem retinenti. Additur, per continuationem possessionis: oportet enim eam esse continuam [i]. Nam † si interrupta sit, puta per ablationem possessionis, quæ naturalis dicitur interruptio [k]: aut per litem motam, quæ ciuilis [l]: ad effectum perduci nequit [m]. Et hæc interruptio appellari solet usurpatio: cuius hîc in rubrica mentionem fieri uidemus. nam oratores usurpationem pro frequenti usu accipiunt [n]. Dominus itaq; retinens frequenti usu rei possessionem ne ab altero usucapi possit, usurpare eam, atq; ita usurpando alterius possessionem interrumpere dicitur. Verbum † autem possessionis debet cum effectu, & ut fieri solet in definitionibus, propriè accipi, uidelicet de iusta, plena & perfecta possessione, quæ & titulum habeat: hoc est, legitimam possidendi causam, sufficientem ad acquirendum dominium [o]: & bonam fidem, ut qui possidet, credat se suo iure tanquam dominum possidere. Neq; sufficit unius diei possessio, sed tempus requiritur lege definitum: quod cuiusmodi sit, mox ostendemus. Species † usucapionũ diuersæ, à diuersitate definiti temporis sumuntur. Nam quædam est triennalis, in rebus uidelicet mobilibus, quam propriè hoc nomine appellari uolunt [p]: quædã est quadriennij, ut cum à fisco res emuntur [q]: quædam decem annorum, uidelicet in rebus immobilibus inter præsentes: quædam uiginti, inter absentes [r]: quædam triginta annorum, cum quis sine titulo longissima possessione rem adipiscitur [s]: quædam [t] 40. ut in rebus Ecclesiæ præscribendis [u]: quædam 100. annorum, aut tanti temporis, ut de eius initio non extet memoria, ut in rebus ciuitatum [x], & Principis [y]: item in seruitutibus, secundum traditionem nostrorum (quam suprà de ser. refutaui) quę causam non habent continuam [z], &c. Saxones duas tantum species præscriptionum agnoscunt [a], quarum altera annalis est, & aliquot dierum, quæ titulum & bonam fidem requirit, uidelicet in rebus mobilibus [b], item utensilibus & expeditorijs [c]: altera uerò, quæ ad res immobiles & incorporales, etiã hæreditarias [d], pertinet, 30. & uno annis atq; aliquot diebus, hoc est, septimanis, etiam absq; iusto titulo & bona, ut uolunt (quod uix admittendum uidetur, ut dixi consil. 2. & 8.) fide completur [e]: quæ tamen non pertinere existimãda est ad actiones temporarias: puta iniuriarum, doli, status, adulterij, & si quæ sunt similes, quæ certis temporum spacijs angustioribus sunt circumscriptæ [f]: de quo tamen probabiliter posset disputari, ut paulo pòst dicemus. Et hæ quidem usucapiones propriè dici possunt, quoniam ijs dominium plerunq; usucapitur. Præter † has autem quædã sunt præscriptiones, quæ dominij quidem ius non tribuunt, sed exceptione muniunt possessorem, atq; ita sunt nõ dominij, sed usus per diuturnam possessionis continuationem acquisitio: ut olim fuit in longi temporis possessione, de qua tit. de seruit. actum est, item ex constitutionibus, cum quis rem 30. annis possedit, quam usucapere non licet, puta furtiuam: uel cum mala fide & sine titulo possidetur. Etsi enim dominium continuatione possessionis hîc quæri nequit: tamen quia spacio 30. annorum præscribitur omnibus actionibus, ita ut exceptione

1 2 3 4 5 6 7 8

a ut in l. qui precio. 8. l. si mulier. 12. l. mortis. 18. l. eum qui. 21. ſ. tit. de donat. causa mortis.
b l. 2. hoc t. ubi Cuiac. & in l. 4. §. ult. hoc t.
c l. 3. hoc t.
d l. alienum. 28. de uerb. signif.
e l. qui in aliena. 6. in prin. ubi Dd. de acq. hæred. l. si filiusfam. 10. C. de pet. hæred.
f l. j. l. fi. C. de usucap. trãsformãd. l. 20. C. de pact. l. j. C. de præscr. long. temp.
g Cuiac. in l. 3. hoc tit. ex Vlp. tit. 19. & Isidor. lib. 5. uide quæ dixi Inst. eo. in prin.
h Disputa. lib. 1. cap. 10. 12.
i d. l. 3. l. nunquam. 31. §. j. l. poss. 20. hoc t.
k l. naturaliter. 5. hoc t.
l l. nemo. 10. C. de acq. poss. l. moræ. C. de rei uend. l. fi. C. de præscr. 20. ann.
m d. l. nem. cum alijs ſ. al. leg.
n d. l. 2. hoc t.
o l. 3. §. ult. in uerb. iusta acquirendi causa eius quod nostrum non sit. hoc t. quid sit titulus, uide Bald. in l. ancillæ. 12. nu. 1. C. de fur. gloss. & Card. in cle. 1. in prin. de censib.
p in Rub. hoc t. & Inst. et C. eod.
q l. j. & t. t. Cod. de quadrien. præscr. §. fin. Inst. eod.
r tot. tit. C. de long. temp. præscr. §. j. Inst. eo.
s l. si quis empt. 8. & t. t. C. de præscr. 30. anno. t l. fi. C. de præscr. 30. ann. u Auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. x l. fi. C. de sacrosan. Eccl.
y l. competit. 6. C. de præscript. 30. ann. z l. 2. §. dictus. de aqu. quotid. & æst. l. diuturna. C. de aquæ duct. lib. 11. Dd. in l. foramen. 27. de ser. urb. præd. uide tamen quæ contra dixi tit. de seruitut. a uide Schurff. consil. 32. numer. 14. cent. 1. b Schurff. lib. 11. artic. 44. ubi gloss. & lib. 1. art. 28. & 29. ubi uide gloss. nu. 3. c Fachs. diff. 11. d Fachs. d. diff. 11. uide ſ. de pet. hæred. per l. 4. C. in quib. caus. cess. præscr. l. hæred. C. de pet. hær. e Landr. lib. j. art. 29. ubi gl. Fachs. diff. 11. f gl. fi. art. 28. lib. 1. & art. 37. lib. 2.

BIU Cujas

exceptione elidantur [a], possessor ope præscriptionis tutus est [b]. Quanquá sunt quædam actiones, quæ 40. tantum annis præscribantur [c]: ut ecótrariò nonnullæ uno anno, sicuti iniuriarum actio [d]: quædam biennio, ut actio doli [e]; nonnullæ quinquennio, ut inofficiosi querela [f], accusatio adulterij [g], item controuersiæ status defuncti [h]: pleræq; criminales, uicennio [i]. Aliæ alijs temporibus: de quibus uidere licet Hostiensem & Placenti. ad tit. de præscriptionibus. Qua in parte illud meritò dubitari possit, an statuta, quæ ad 30. annos omnes præscriptiones reducũt, ut ius Sax. sicut antè dixi, & mores Burgundionum [k], etiam has temporales includant, & ad se trahant. id quod uidetur: quia & præscriptionem 20. annorum, & longissimi ac immemorialis temporis comprehendunt [l]. Moribus tamen Sax. ut antè dixi, hæ temporales, præsertim annuæ, non includuntur [m]. Illud etiam hîc sciendum, Dd. [n] alias præscri-
9 ptiones facere odiosas, alias fauorabiles, alias mixtas. Causa † usucapionis efficiens, est lex ciuilis XII. Tab. primùm constituta [o], & deinceps uarijs Principum constitutionibus emendata [p], quæ bono publico introduxit usucapiones: ne scilicet rerum dominia semper sint in incerto [q], atq; hac ratione excitentur perpetuæ de possessionibus lites, quas quidem prohiberi & consopiri publicè interest [r]: ut non mirum sit, si huic publicæ utilitati cedat lex inferior, quæ uetat cuiquam inuito dominium auferre [s]. Omniũ porrò legum summa & suprema est, quæ salutem & utilitatem publicam tuetur, ut osten-
10 dunt Plato & Cicero [t]. Salus populi, inquit Cic. [u] suprema lex esto. Materia, † sunt omnes res [x] quæ possideri possunt. nam hæ rectè usucapiũtur, paucis exceptis [y]: ut sunt res propriæ [z], pupillares [a], furtiuæ, & ui possessæ [b], & quæ ex ijs rebus nascuntur [c]: quæ uerò possideri nequeunt, hæc nõ rectè usucapiuntur: ut res sacræ, sanctæ, religiosæ, diuinæ [d] (unde & contra ius diuinum non currit ullo tempore præscriptio [e].) item quæ ad fiscum pertinent [f], & iure gentium publica sunt [g]: aut meræ facultatis [h], liber item homo [i], & si qua sunt similia, quæ non possidentur: quia commercio & usibus humanis sunt exempta. Etsi autem res incorporales, ut seruitutes, iurisdictio, &c. propriè non possidentur, eoq; olim lege Scribonia usucapi non poterant: tamen obtinuit & has instar rerum immobilium posse longo tempo-
11 re capi [k] nam in immobilibus numerantur [l]. Quod † ad formam usucapiendi attinet, sciendũ est, perficiendæ usucapioni opus esse possessione, sine qua nulla usucapio procedit [m]. Vnde dicitur, tantum uideri & intelligi præscriptione, quantum inuenitur possessum [n]: & possessionem strictissimi esse iuris, quæ nusquam ultra & extra possessionis terminos extendatur [o]. Requiritur autem possessio eiusmodi, quam possessor sciat se suo nomine proprio habere. Nam si alieno nomine possideat, non usucapit [p]: ut nec si per alium possideat, ueluti per procuratorem, nisi se possidere habeat compertũ: quia ut ignorantes usucapiamus, in peculiaribus rebus tantum receptum est [q]. Sed & sine uitio acquisitam esse possessionem oportet: quare opus est iusto titulo [r], hoc est, iusta causa, & translatiua possessionis, & habili ad transferendum dominium, per quam indicetur legitimum possessionis initium, cuiusmodi est emptio, donatio, &c. Deniq; & bona fides necessaria est, ut uidelicet credat possessor, eum à quo habet titulum, fuisse dominũ, & habuisse ius distrahendi aut alienandi [s]: aut saltem credat se usucapere posse [t]. Quæ bona fides præsumitur, nisi probetur mala [u], puta ex denunciatione [x], aut ex interdicto legis, quę uetet eiusmodi rem quæ possidetur, alienari [y], & per consequens usucapi [z], etiamsi id possessor ignoret. Nam iuris ignorantia non inducit bonã fidem [a]: iura enim omnes scire debent [b]: paria autem sunt, scire, aut scire oportere [c]: aut deniq; nisi alio modo de mala fide constet [d]. Sufficit autem initiò interuenisse bonam fidem, uidelicet traditionis tempore [e]: quamuis superueniat postea alienæ rei scientia [f]. Quod iure Pontificio non obtinet, quo necesse est possessorem nullo tempore rei alienæ conscientiam habere [g]. At contrà usus Saxo. bonæ fidei nullam rationem in longi usucapione temporis habet, sed solum considerat possessionem temporis continui: cuiusmodi spacium (quanquam non æquè longum, ut dictum est) etiam legibus requiritur. Non enim sufficit, possessionem iusto titulo & bona fide munitam esse, sed super hæc necessarium est, per tempus lege definitum eam continuari. Lege autem XII. Tab. olim definitum erat spacium, in mobilibus quidem annus, in immobilius uerò biennium, duntaxat in Italico solo [h]. Nam prouincialia prædia sicuti non erant mancipi, nec in pleno possidentium domino [i], ita nec usucapi poterant. Cur autem tam breui tempore uetustas usucapiones concluserit, indicat rationem Varro, cum ait: Boni patrisfam. esse rerum immobilium quotannis inire rationem, & secundo anno, quod desideratur quærere, rerum mobilium singulis semestribus. Sed Iustinianus auctis iam passim ita diuitijs, ut locupletes in istis temporum angustijs non omnes circumspicere possessionum & facultatum suarum partes commodè possent, ne domini maturius quàm par esset,

a l.3.4.l.8.C.de præscrip. 30.annor.notat. Inst.de perp. & temp.actio.
b d.l.si quis emptio,8.§.1. C.de præscr.30.ann.uide Cuiac.in l.4.§.ult.b. tt. & Inst.eo.
c l.4.l.cum notiss.l.fin.C. de præsc.30.annor.
d l.si non conuicij.5. C.de iniurijs.
e l.fi.C.de dol.mal.
f l.si quis filium.34. C.de inoff.test. l.Papin.8.§. fin.ubi gl. & Dd. ẽ. de inoff.testam.
g l.6.C.de adult.l.mariti. §. hoc quinquennium. ff.eod.t.
h t.t. C.ne de stat.defunc.
i l.querela.12.C.de falsis.
k Chass.in consuet.Burg. des forestz.§.8.per tot.
l uide Chass. præalle.loc. num.3.quod & morib. Sax.seruatur.uide tamẽ gl. cõtrariam, lib.1.art. 29.sub litera b.& n.4.
m glos.ult.art.28. lib.1.& art.37.lib.2.
n uide in l.fin. C. de ann. exc.l.omnes. l.sicut.l.cũ notissimi.de præscr.30. annor.l.moræ. C.de rei uend.
o in prin. Inst.eod. Cic.in Top.
p t.t.C.de lon.tẽp. præsc.
q l.3.boc tit.
r not.in l.quidam,21.ẽ.si cert.pet.
s l.4.C.de rei uend.l.non debet.75.de reg. iur.uide l.2.& ibi Dd. C. de quad.præscr.& in l.æquissimè.de usufr. 1as.et Dd.in l.2. C.si cont.ius uel util pub. & in eandem sententiam sup. disputata.tit.de acqu.rer. dom.
t in lib.de Leg.
u lib.3.de Leg.
x uid.Vlp.tit.19.ubi usucapionem ad res mancipi, & nec mancipi producit. y uide Vlp.tit.19.& Inst.eo.in prin.ubi dixi. z l.4.§.Iana.b.t.l.in bello.12.§.1.de capt. a l.bonæ fidei.41.ẽ.de acq.do.l.si communem.quem.ser.Cuiac.l.4.uerb.si pupilli.b.t. b §.furtiuæ.Inst.eod.uide de iure Sax.gl.art.28.lib.1.& artic.29.eo.lib. t l.sequitur.4.§.de illo.l.iusto.44.§.etsi possess.b.t. l.ancillæ.12.C.de furt. d l.usucapionem.4.b.t. e Panor.in ca.statuimus.2.nu.7.de transact.per c.fi.extr.eo.Schur.cons.83.prædictæ.nu.11.cent.3.per c.ad audientiam.c.cum uenerabilis.de præscr. f §.res fisci.Inst.eo. g d.l.9.l.præscriptio.45.b.t. b l.uiam.de uia pub.ref.ubi Bar.& in l.cum notissimi.C.de præscr.30.ann.Panorm.in c.quoniam.§.ult.nu.44.ut lit.non contest.Cuiac.l.si pignori.13.b.t. Mynsing.obser.16.cent.1.latissimè Fran.Bald.in tract.præscr.in 4.parte,5.partis prin.nu.1.2.& per totum.Tiraq.de retract.conuent.§.1.gl.2.nu.21.22.cum multis sequent. i l.2.C.de præscr.quæ contr.lib. k l.2.C.de seruit.l.corruptionem.16.C.de usufr.uide l.4.§.si uiam.b.t.ubi Cuiac. l gl.in l.fi.C.in quib.caus.in integ.rest.arg.l.ait prætor.§.1.de iur.dot.gl.in c.2.ad uerb.iura.1.de rebus Eccles.alien.per l.fin.c. de lau.temp.ipsi. m l.sine.25.b.t. C.sine possess.de reg.iur.in 6. n l.1.§.si quis.ubi gl.& Bar.de itin.act.priua. o uide late Schurff.cons.86.nu.3.cen.2.Ias.cons.16.nu.53.uol.2. p l.2.C.de præsc.30.ann.Cuiac.in l.siue.25.b.t. q l.2.ẽ.pro soluto.l.Labeo.9.b.t.l.2.§.Celsus.l.qui fundum.§.ult.ẽ.pro empt. r l.Celsus.27.b.t. s l.bonæ fidei.110.de uerb.sig. t l.si fer.31.§.1.b.t. u l.pen.C.de præscr.long.temp.l.uerius.21.de prob. Dyn.in c.qui contrà.82.in fi.de reg.iur.in 6. x l.si fundum.17.C.de rei uend.l.item.22.§.petitam.de pet.hær. y l.quemadmodum.7.C.de agric.& censit.lib.11.d.c.qui contrà. z l.fi.C.de reb.alien. non alie.l.alienationis.28.de uerb.sig. a l.nunquam.26.b.t.l.2.§.si à pupillo.ẽ.pro empt. b l.leges.C.de leg. c l.5.ubi Dd.sup.si cert.pet.l.7.§.seruus.2.ẽ.pro empt. d d.l.qui fund.7.§.qui sciens.l.si quis.8.ẽ.pro empt.uide quæ dixi in §.si quis à non domino.Inst.de rer.diuis. e l.pen.ẽ.pro soluto.l.2.in prin.ẽ.pro empt. f l.unica.C.de usuc.transfor.l.cum hæres.ẽ.de diuers.& temp.præscr.§.diuina.Inst.eo. g c.fi.ubi Dd.de præsc. h l.unic.C. de usucap.transfor.inst.de usucap.in prin. i Theoph.§.per traditionem.Inst.de rer.diuis.

rebus ſuis defraudarentur, ita uſucapiones transformauit: ut res quidem mobiles per triennium, immobiles uerò in omnibus indiſtinctè terris (nam uetus illa Italici & Prouincialis ſoli differentia, temporibus Iuſtiniani erat obſoleta) per longi temporis poſſeſsionem, id eſt, inter præſentes decennio, inter abſentes 20. annis, nunc uſucapiantur [a]. Per tanti igitur temporis ſpacium neceſſe eſt continuari poſſeſsionem, & non interrumpi [b] aut naturaliter, ut quia poſsidere poſſeſſor deſijt, uel quia aliquid ex ſubſtantialibus uſucapionum ei interuertitur [c]: aut ciuiliter, ut per litis conteſtationem [d]. Sciendum † tamen eſt, nonnunquam poſſeſsiones & tempora diuerſarum perſonarum coniungi, quæ uide- 12
licet poſſeſsionis cauſam inuicem immediatè dant & accipiunt [e]. Sic continuatur tempus teſtatoris in hæreditatem & hæredem [f], hæredis in legatariũ, uenditoris in emptorem, donatoris in donatariũ [g], &c.
Quòd † ad cauſam finalem attinet, uſucapiones bono publico (inquit Caius) introductæ ſunt [h], ne re 13
rum dominia ſint incerta, & ut aliquis reperiatur litium finis [i]: quas minui & ſopiri, publicè intereſt [k]. Itaque quamuis uideri poſsit iniurium, alicui inuito rem ſuam auferri (unde præſcriptio iniquum eſſe præſidium perhibetur [l]) tamen quia maior ratio habenda eſt publicæ tranquillitatis & conſtitutionis dominiorum, quàm priuatæ ſingulorum utilitatis: meritò etiam cum aliquo priuatorum incommodo negligentium res ſuas, & quodammodo pro derelicto habentium, uſucapiones introductæ ſunt [m]: ut aliquo ſaltem tempore certò unicuiq; conſtare poſsit, quid ſuum, quid alienum eſſet, neq; perpetuò lites timere poſſeſſor cogeretur: quas innumeras oriri neceſſe eſſet, præſertim in tanta probandi dominij difficultate [n], niſi lex certo tempore proprietatem poſsidẽti acquiri uellet: unde Cic. uſucapionem finem ſolicitudinis & periculi litiũ uocat. Saluti igitur publicæ & tranquillitati (quæ ſuprema lex eſt) prouidendum fuit, etiam cum ſingulorum non maximo detrimento, ut & ſuprà oſtenſum eſt: maximè cum iuſtè conqueri non poſsit dominus, cuius quaſi permiſſu & uoluntate uſucapio intelligitur compleri [o]: ex diuturna enim eius patientia atque ſilentio, conſenſus tacitus præſumitur [p], præſumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio. Ita enim ob bonum publicum lex ſtatuit, tum fauore præſcribentis bona fide, tum in odium negligentis ius ſuum tempeſtiuè proſequi [q]. Effectus uſucapionis † eſt præcipuus, quòd dominium poſſeſſori adijciat [r], ſicuti dictum eſt: adeò ut is & aduer 14
ſus agentes munitus ſit exceptione præſcriptionis, quæ eſt litis finitæ, impeditq; [s] conteſtationem [t]: & ipſam rem uendicare etiã ab antiquo domino poſsit [u]: quamuis Publiciana cõtra dominiũ nõ detur [x]. Neq; id ſolùm in uſucapione triennali uerum petetur, ſed etiam in decennali, & 20. annorum: ſcilicet ut ex conſtitutione Iuſtiniani non tantùm utile dominium, uerumetiam directum hoc modo acquiratur [y]. Inducit etiam uſucapio iuſtum titulum [z], & eſt ſimilis ſolutioni [a]: non quidem per omnia, ſed ſecundum quid [b]. Tollit enim ciuilem obligationem, & elidit naturalem [c]. Contraria uſucapioni ſunt iniuſticia, ſeu nullitas tituli, mala fides, & reliqua quæ in formam uſucapionis incurrunt: de quibus ſuprà eſt expoſitum. item pactum uel ſtatutum, quo præſcriptio inhibetur: qua de re uariæ ſunt Doctorum diſputationes: quod tamen ad ſtatutum attinet, plerique aſſentiuntur, eo præſcriptionem tolli poſſe, quemadmodum & lege [d]: etiamſi illam Princeps inhibere nequeat, niſi addita clauſula, non obſtante [e], &c. De pacto uariant ſententiæ: alijs exiſtimantibus [f] per conuentionẽ derogari præſcriptioni poſſe [g]: alijs id planè negantibus [h], quòd bono publico uſucapiones ſint introductæ [i]: adeò ut etiamſi partes pactum appoſuerint, ne iuri offerendi ex contractu ullo tempore præſcribi poſsit, nihilominus currat præſcriptio [k]: quod periniquum uideri poſſet, niſi bonum publicũ, quo uſucapiones introductæ ſunt, priuatorum pactis atque commodis eſſet anteferendum [l]. Sanè (ut rem in pauca conferam) communius concluditur, ut & in camera Imperij ſeruatur, tali pacto tolli præſcriptionem 30. & 40. annorum, cui renunciari poſsit, non immemorialem: abſq; uerò tali pacto, iuri offerendi, luendi, & alijs quæ ſunt meræ facultatis, ne quidem 30. annis præſcribi, etiamſi plures contrà diſputent [m]. Sed hæc in Commentarijs noſtris limatius exponentur. Summas enim hìc duntaxat rerum, non etiam integras diſputationes tradere inſtituimus. Contraria quoq; eſt uſucapioni, ætas pupillaris: contra quam nec incipere poteſt præſcriptio, nec antè contra defunctum fortè incœpta cõtinuari: ſed durante ea ætate, omnis præſcriptio dormit atq; ceſſat [n]: item minor ætas ſupra pubertatem, contra quam tantum præſcriptio 30. annorum currit [o], non etiam alia minor 3. 10. uel 20. annorum [p]: quanquam contra alium inchoata, erga minorem continuetur [q]. Eâdem ratione & hoſtilitas, peſtis, uel ſimilis caſus impediens agendi facultatem, præſcriptionem impedit. nam impedimento eiuſmodi durante, dormit ſimiliter uſucapio [r]: quod uerum

a l.fi. C. de uſucap. tranſ. Inſt. eo. in prin. ubi dixi.
b c. illud. 8. ex. de præſcr.
c Fran. Balb. tract. præſc. 3. par. 6. par. prin. n. 38.
d l. moræ. C. de rei uend. l. nemo, 10. C. de acq. poſſ. l. antepen. C. de præſcr. long. temp.
e l. poſſ. 20. b. t. cum ſimil.
f l. hæres. 12. l. nunquã. 31. §. uacuum. l. iuſto. 44. §. nondum. b. t.
g §. inter. Inſt. eo. ubi uide quæ ſcripſi. l. 2. § ſi eam rem. ĵ. pro empt. uid. ĵ. de diuerſ. & tẽp. præſc.
b l. 1. b. t.
i l. fin. ĵ. pro ſuo.
k c. nonnulli. 28. §. pen. de reſcr. cle. diſpendioſam. de iud.
l in Auth. ut Eccleſ. Rom. Zaſ. conſ. 16. orta. num. 53. uol. 2.
m ex ratione l. 2. C. de qua. præſc. Auth. res quæ. C. com. de leg. l. ult. ubi Iaſ. & Dd. C. ſi con. ius. & in l. 2. C. de precib.
n not. in l. cum res. 12. C. de prob.
o l. alienatum. 28. de uerb. ſign.
p l. qui alien. 6. §. 1. ubi Dd. de acq. bær.
q c. præſcriptionum. 16. q. 3. Bar. in l. 1. b. t. & in l. nemo poteſt. de leg. 1. Dyn. in c. poſſeſſ. de reg. iur. in 6. Tiraq. in tract. præſc. §. 1. gl. 7. §. fin.
r l. traditionib. C. de pact.
s Soc. late in c. olim. n. 19. de lit. conteſt. Gui. Pap. deciſ. 416. nu. 15.
t c. 1. de lit. cont. in 6. Dd. in l. fi. ĵ. pro ſuo.
u d. §. ſi quis empt. 8. in prin. C. de præſcr. 30. ann.
x l. pen. & l. fi. de Publ.

y Cont. Diſp. lib. 1. c. 1. qui utilem in rem ante Iuſtin. etiam competiſſe hinc probat, ex l. ſi quis. C. de præſc. 30. ann. z c. de quarta. de præſcr. c. 1. eo. in 6. Imol. in c. fraternitatis. de teſtib. a Bald. in l. tam mandatori. C. de non num. pec. Bald. in tract. præſcr. 1. part. prin. quæſt. 6. nu. 4. l. ſi pupilli. §. ult. de ſolut. gl. Land. lib. 1. art. 29. b Bart. in l. item. §. quod adijcitur. de conſt. pec. c Bart. in l. fin. §. 1. ff. rem rat. hab. d Angel. in l. 1. C. ne rei domi. uel temp. Bal. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Chaſſ. in conſuet. Burg. §. 11. des mainſmer. ad uerb. per quelque laps. nu. 10. e Bald. in d. Auth. quas actiones. per illum text. Chaſſ. præall. loc. f uide hac de re Boer. deciſ. 182. nu. 8. & 9. parte 1. g Dyn. Bal. Imol. in l. nemo poteſt. de lega. 1. Bal. in l. unic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. & in l. 1. ubi etiam Ang. C. ne rei dom. Ant. de But. in c. cum non liceat. de præſcr. Scburf. conſ. 14. nu. 6. cent. 1. quam communem eſſe dicit Tiraquell. de retract. conuen. §. 1. gloſſ. 2. numer. 14. h uide latiſſimè Tiraquell. in tract. retract. conuen. §. 1. glo. 2. num. 13. & 14.
i Iaſ. poſt Bar. in d. l. nemo. num. 80. de legat. 1. Oldra. Cyn. Bal. in l. centurio. de uulg. & pupill. Panorm. & Felin. num. 11. in Rubr. de præſcr. Ang. conſilio 55. Gulielmus. k Angel. d. conſil. 55. Scburff. conſil. 14. num. 3. cent. 1. l Authen. res quæ. C. commu. de lega. & fideicommiſ. m uide latiſſ. Tiraquell. omnia ab utraque parte allegantem de retract. conuen. §. 1. gloſſ. 2. Dd. in d. l. cum notiſſimi. Cuiac. in l. pignori. 13. hoc titu. Mynſing. obſeru. 16. cent. 1. Franciſ. Bal. de præſcript. 4. parte 5. partis princip. per totum. Tiraquell. tamen præalleg. loc. putat contrariam eſſe communem, ſecundum quam etiam in Parlamento dicit iudicatum. num. 22. & 26. uide etiam ſuprà ad tit. de reſcind. uend. n l. bonæ. 41. de acqui. dom. l. ſi communem, quem. ſer. amitt. Cuiac. l. 4. uer. ſi pupilli, hoc tit. l. fin. ubi gloſſ. & Dd. C. in quibus cauſis reſt. & in l. 1. C. ſi aduer. uſucap. & in l. ſicut. ad uerb. ſeruanda. Cod. de præſcript. 30. annor. Franc. Bal. in tract. præſcript. 1. parte 6. partis princip. num. 34. Schurff. conſil. 28. ſuper. num. 10. & conſil. 65. quod in præſent. num. 2. cent. 1.
o l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annor. p l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſtit. q Bal. num. 1. & 2. Dd. in l. fin. C. in quibus cauſ. Bar. in l. etiam. de mino. uide omnino. Franc. Bal. præalleg. loc. num. 35. Cano, in c. conſtitutus. de in integr. reſtit. r cap. ex tranſmiſſa. ubi Innoc. & Panorm. de præſcript. Bar. in l. naturaliter. num. 22. hoc tit. Panorm. conſil. 98. uol. 2.

BIU Cujas

uerum est actione iam nata: nam antequam nascatur, si impedimentum incurrat, haud quidem dormit præscriptio, sed non incipit currere, iuxta regulam quæ istis in terminis ualet & accipienda est: Non ualenti agere, non currit præscriptio [a]. Aduersatur etiam usucapioni, in integrum restitutio, per quam rescinditur. Restitutio autem tam minori datur [b], quàm ei qui agere quacunque ex causa non potuit [c]. Nam quod suprà positum est, cessare ac dormire præscriptionem ob impedimentum hostilitatis, mortalitatis, aut similis rei impedientis facultatem agendi: sic accipiendum id est, quando facultas agendi ita planè impedita est, ut ob eiusmodi casum ius non reddatur: secus autem est, si ius nihilominus redditur. nam tunc currit etiam tempore belli uel pestis, præscriptio: quanquam non ualenti agere, detur in integrum restitutio [d], ut & illi qui ius persequendi quod ad rem habebat, ignorauit. Nam quamuis præscriptio contra ignorantem currat, perinde atq; aduersus eum qui agere non potuit [e]: tamen etiam ex causa ignorantiæ, datur in integrum restitutio contra usucapionem & præscriptionem tam longi [f] quàm longissimi temporis: ut habet communis opinio [g]: idq; intra quadriennium non post completá usucapionem, ut quidam opinati sunt [h], sed à primo scientiæ tempore computandum [i]. Sed † cum primis contraria est usucapioni interruptio: de qua restat ut ultimo loco nonnihil disseramus, si prius illud præmiserimus, aliud esse interrumpi, aliud dormire præscriptionem. Cum dormit prius inchoata usucapio, non est nullius momenti, sed sublato impedimento, puta puberi ætate, hostilitate, &c. continuatur, & tempus prius cum sequente coniungitur [k]. Vbi uerò interrumpitur præscriptio, inchoata usucapio ad nihilum recidit, & rursus deintegro est ordienda præscriptio, priore nihil commodante [l]. Interruptio est actus quo ceptę usucapionis continuatio interpellatur [m], est interruptio temporis [n]. Ea porrò nostris aut est naturalis, aut ciuilis [o]. Interruptio naturalis est, qua possessio (cuius continuationem complendæ usucapioni necessariam esse diximus) naturaliter, hoc est, aliquo naturali facto, & re ipsa, nõ fictione interrumpitur [p]: ut cùm possessori res ab alio mobilis aufertur, immobilis occupatur [q]: cum is qui nostro nomine possidet, puta colonus, rem in alterũ alienat [r]. Ciuilis est ficta quædã interruptio, quæ fit per actũ ciuilem, puta litis contestationem. Litis tamen cõtestatio olim usucapionem quæ tantum naturali facto scinditur [s], non interrumpebat [t]: quia sufficiebat, bono titulo, bonaq; fide rẽ quę sitam esse: nec mala fides superueniẽs, ius usucapionis publicũ [u], semel rectè inchoatum rescindebat [x]: quare etsi litis contestatio in mala fide constituit possessorẽ [y], cõdemnatione scilicet secuta [z]: tamẽ quia non aufert possessionem [a] (quod fit demum in executione [b]) ideo non interrumpebat usucapionẽ. Cæterùm præscriptionem longi temporis seu diutinam possessionem [c] elidebat [d]: quia hæc non erat ius legale ante Iustinianum, quod instar usucapionis dominium adijceret: sed tantum quædam exceptio, quæ ex æquitate dabatur bonæ fidei possessori, qui iam decem annis inter præsentes, uiginti inter absentes [e] possedisset rem quæ non esset Italici soli, & in qua usucapionũ iura non obtinerent [f]. Vbi igitur ante completum decennium lis mouebatur bonæ fidei possessori, ita ut in mala fide quouis modo constitueretur, euanescebat æquitas exceptionis, quòd tempus completum non esset [g]. Extraiudicialis tamen denunciatio (nam in iudiciali secus fuisse uidetur [h]) aut litis præparatio, hanc præscriptionem nõ interrumpebat [i]: nam etsi dubiam curam affert [k], non tamen reuera constituit in mala fide [l]. Et hæc quidem ante Iustinianum obtinebant. Iustinianus porrò sublata Italici soli & Prouincialis differentia, uoluit omnes res soli 10, uel 20. annis non præscribi tantum utiliter ueteri more, sed etiã iure Quiritum, & ex sua lege pleno iure usucapi: ut suprà est dictum [m]. Quare secundum ἀναλογίαν ueterẽ, ne has quidem præscriptiones nunc litis contestatione interrumpi oportebat. Sed Iustinianus sicuti ueterem usucapionum rationem transformauit [n], sic interruptionis quoq; ciuilis discrimina fortè sustulit: uoluitque denunciatione & citatione iudiciali, aut si ea haberi nequeat extraiudiciali testato facta, quamlibet præscriptionem interrumpi, non modò longissimi temporis [o], ut uolunt Dd. sed etiam longi temporis, atque adeò triennalem quoq; [p]: ut nihil necesse fuerit, Dd. [q] ad conciliandas ἀντινομίας, de discrimine usucapionum fauorabilium & odiosarum, θαύματα ῥημάτων cõminisci: quando palàm sit, & unam esse omniũ usucapionum naturam, uidelicet strictam [r], & Iustinianum ius uetus hac quoque in parte interpolasse: cuius emendationem etiam Canones sequuntur [s]. Excipitur à nostris ab hac interruptionis regula casus ille, cum absq; titulo ex sola aduersarij patientia ius incorporale præscribitur, ut seruitus [t]. Ad eam enim præscriptionem interrumpendam, non opus esse uolunt solẽni denunciatione aut citatione, sed sufficere factum aliquod, quod dispatientiam (ut uocant) domini declaret: ut est protestatio, pignoris captio, impedimentum, usus [u], &c. Et hęc quidem in interrumpenda rerum usucapione. Actionum porrò

[a] l.1.§.ult.C.de annal.except.Cuiac.in l.pignori. 12.hoc tit.
[b] l.unic.C.si aduer.usuca. c.constitutus. ubi Innoc. de in integr.rest.Tiraq. in tract.præsc. ad uerb. minores.
[c] l.1.ex quib.caus.maio.c. extransmissa. de præsc.
[d] ita distinguit Panor.in d.c. extransmissa. Bar. in d.l.naturaliter. num. 22.b.t. Bal.in l.cum notissimi.§.imò.C.de præscri.30.annor.
[e] l.fi.C.de lon.tẽp præsc.
[f] gl.in l.si partem.19.§.si per fundum.uerb.non utendo.quem.ser.amitt. & in l.si sic.7.uerb.una seruitus. ubi Cast.eo. tit. & in l.2.in gl.ult.ubi Cyn.Bar. Bal. Sal. Ias.C.de iur.emph. & in l.cum filiusfamilias. 49.§.in hac stipulatione.ad uerb. & ignoret. de uerb.sig. uide late Tiraq.in retrac. proximita.§.35.gloss.4.num.35. Schurf.cons.33. quod in terminis.nu.14.cent.3.
[g] gl.in l.sicut.3.uerb.militia.C.de præsc.30.ann. Imol.in rep.c.fi.de præscript. Panor.& Fel.in c.uigilanti.eo. tit. Rom. cons.123.primũ. & cõs. 149.conclusionem. & cõs.166. uiso. late Alex. cons.7.uideretur. lib.1. & cons.84. in causa. eod.lib.et cons.116. perspectis. lib.5. ubi dicit hanc esse communem. latissimè Tiraq. in retract.prox.§.34. gl.4. nu.36.
[h] ex l.fi.C.de temp. in integ.rest.c.1.eo.tit.lib.6. Bal.in l.falsam.C.si ex fal.alleg.Cast.in l.ult. C.de dol.mal. Panor.in

c.1.in fi.de præscr.Bal.consil.235.Bar.lib.1.Panorm.cons.32.casus.lib.1.Tiraq.de retract.prox.§.35.gl.4. [k] Bal.in l.cum notissimi.7.§.imò.num.7.C.de præscr.30.annor. [l] uid.Innoc.Panor.Fel.Imol.in c.ex transmissa.de præscr. [m] l.nemo.10.C.de præscr.long.temp. [n] l.2.in fi.C.de ann.ex. Harmenop.lib.1.tit.3. [o] Bar.in l.naturaliter.5.num.4.b.t.gl.in l.cum notissimi.7.§.pen.uerb.innominata.C.de præscr.30.anno.Fel.& Canon.in c.illud. de præscr. [p] uide modos interruptionis, in l.qui uniuersas.§.1.de acq.poss.l.ult.C.de acq.poss. Bar.in d.l.naturaliter.eod.dit.Felin.post Panorm.in c.illud.de præscr. [q] l.naturaliter.5.b.t. [r] l.non solùm.33.§.qui pignori.9.b.t.l.3.§.quod si seruus.ẽ.tit.1. [s] l.ult.pro empt. [t] l.2.§.fi.ff.pro empt.l.si post acceptum.18.de rei uend.l.Iulianus.9.§.pen.ad exhib.l.sicut.8.§.planè.si ser.uend. [u] l.1.b.t. [x] l.bonæ fidei.48.de acquir.poss.l.4.§.de illo.b.t.l.2.§. si seruus.pro emptore.ẽ.l.unic.C.de usucap.transfor.Cuiac.in d.l.2.§.ult.pro empt. [y] l.sed etsi.28.§.etiam.de pet.hær. [z] l.1.C.de pet.hær.l.item.20.§.6.7.cum seqq.eod.tit. [a] l.nemo.10.C.de acquir.poss. [b] l.qui restituere.de rei uend. [c] l.pen.pro empt. [d] l.nemo.10.C.de acq.poss.l.1.l.2.l. antepen.C.de præscrip.long.temp.Paulus lib.Sent.5.cap.2. [e] Paul.lib.5.tit.2. [f] l.3.& t.t.de diuers.& temp.præscr.l.2.C.de præscr.long.temp.d.l. nemo.10.C.de acq.poss.l.bonæ.48.ẽ.eod.tit. [g] l.moræ.C.de rei uend.d.l.nemo.d.l.2.l.1.l.antepen.l.pen.C.de long.temp.præscr. [h] l.2.C.ubi in rem act. [i] l.alienam.13.ff.pro emp. [k] l.item.22.§.petitam.de pet.hær. [l] Ias.in l.1.num.26.de cond.indeb.per gloss.in c.si diligenti.uerb.bona fides.de præscr. [m] l.unic.C.de usuc.transfor.in prin.Inst.de usuc. [n] l.unic.C.de usuc.transfor. [o] l.3.l.cum notissimi.6.C.de præscr.30.annor. [p] l.2. C.de ann.excep.Nou.119.§.ultra.Auth.malæ.C.de long.temp.præscr. [q] uide Bart.in d.l.cum notissimi.Cyn.& Bal.in d.l.moræ.C.de rei uend. [r] uide, ut dixi, Schurff.consil.86.nu.3.cent.2. [s] gl.& Dd.in cap.fin.de præscr.& in c.2.de reg.iur.in 6.uide Bal.in l.2.num.7.C.de seruit.Fran.Bal.in tract. præscr.3.parte 6.partis prin.nu.37.& 40. [t] l.2.C.de seruit. [u] gl.Cyn.Bald.Castr.Salic.& Dd.in d.l.2.Bar.in l.naturaliter.num.27.b.tit. Bal.in l. quemadmodum.21.§.1.& §.magistratus.ad l.Aquil.c.auditis.ubi Innoc.de præscr.

a Bart. in d.l.naturaliter. in fi. per l.maritus. §. quinquenniũ. de adult.
b l.fi. C. de præscr. 30. annorum.
c Ias. in §. pœnales. n. 110. Inst. de action.
d l. assueratio. C. de non num pecun.
e Fel. in d.c. illud. nu. 12. de præscr. Fr. Bal. in tract. præscr. 3. part. 6. & ult. par. quæst. 3. nu. 54.

rò præscriptionem sola libelli oblatione aut citatione contendunt interrumpi [a]: quamuis non nisi per litis contestationẽ, actiones perpetuentur ad 40. annos [b], ideoq; à denunciatione seu oblatione libelli noua præscriptione opus esse [c]: interruptionem etiã quia facti est, non tantùm allegandam, sed etiam probandam esse [d]: probari autem non modò per duos pluréue testes consentientes, sed etiam per singulares [e]. Verum in his multa sunt non satis explicata, quæ paucis, quoniam exponi nequeunt, oportuniore post tempore locoq;, siquidem erit otium, examinabuntur.

Pro soluto*. Tit. IIII.

1 Continuatio.
2 Quàm latè pateat hic titulus.
3 An titulus erroneus sufficiat.
4 Explicatio l. 3.

* Hic titulus non est à superiore in exẽplari Floren. separatus.

a l. 1. h. t. uide Cuiac. in l. non solùm. §. si mihi. 5. tot. tit. 1.
b l. quod uulgo. 11. j. tit. 1. l. potest. 26. s. tit. 1.
c l. 3. h. t.
d §. pen. Inst. de usucap. l. 2. ff. pro legat. l. Celsus. 27. l. pen. s. de usucap.
e l. 9. ff. pro suo.
f l. si in emptione. 24. §. item, cum ibi not. de contraben. empt.
g l. 3. h. t.

QVia † uerò diximus, sine titulo usucapiones non procedere: specialius quædam de iustis earundem causis attingamus. Constat autem usucapio primùm ex causa debiti, sicuti reliquæ obligationes. Itaq; † qui rem debitam accipit, pro soluto usucapit: & non tantùm quod debetur, sed & quodlibet pro debito solutum hoc titulo usucapi potest [a]. Sed † si existimans me debere, tibi tradam, ita demũ usucapio sequetur, si & tu putes debitum esse. Etsi enim ex illo titulo usucapere nequeo, qui non præcesit [b]: tamen aliud est, quando iustum credendi errorem possessor habet [c], & ex iusto quasi titulo res tradita est. nam absque traditione error non sufficeret [d]. Quamobrem si ex aliqua causa, puta stipulatu, putemus deberi, & eo nomine soluas, rectè pro soluto usucapiam [e]. Aliud † est, si putem me ex causa uenditi teneri, & ideo tradam. Hic enim nisi emptio præcedat, nec pro emptore, nec pro soluto usucapio locum habet. Diuersitatis ratio in illo est, quòd in cæteris causis solutionis tempus inspicitur, neq; interest, cum stipulor, sciam alienum esse necne: sufficit enim me putare tuum esse cum soluis. In emptione autem & contractus, tempus inspicitur, & illud quo soluitur. Nam improbè facit, & quasi furtum committit, qui sciens rem emit alienam [f]. Quæ fraus opinione erroris, tempore traditionis interueniente non diluitur. Quamobrem pro emptore usucapere nõ potest, qui non emit, cum bonam fidem tempore contractus habuisse nequeat, qui nullum contractum fecit: nec pro soluto, sicut in cæteris contractibus. Nam hoc nomine usucapi nequit, si ex causa propter quam solutum est, usucapio non procedit: ex empto autem non potest procedere, nisi ea uerè interuenerit. Atq; ita accipiendum est responsum Pauli satis obscurum [g]. 1 2 3 4

Pro emptore. Tit. V.

1 Quis pro emptore usucapiat.
2 Errorem hîc non sufficere, quamuis iustum.
3 Explicatio l. 2.
4 Quæ requirantur ad hanc usucapionem: & in quibus emptionibus habeat locum.
5 Quando iustus error excuset.
6 Explicatio l. 8.
7 Offerentem litis æstimationem haberi pro emptore.

a l. clauib. 74. suprà, de contrab. empt.
b l. præscriptio. 45. §. fin. de usucap.
c l. iusto. 44. §. 2. l. si aliena. l. si is qui pro. de usucap.
d l. 1. in fi. de rer. permut. l. Aristo. 18. de donat. cũ simil. uide tamen l. 2. C. eo. iun. l. 1. C. com. utriusiud. l. 1. C. de rer. permu.
e d. l. si in emptione. 24. §. item. de contrab. emp. l. alienum. 6. l. si seruũ. 16. l. eos. 14. C. de fur.
f l. iusto. 44. s. de usucap.
g l. 1. h. t.
b d. l. 2. §. 2.
i l. necessarium. 8. §. quòd si pendente. de per. & com. rei uend.
k d. l. 2. §. Sabinus. cũ seq.
l d. l. 2. §. cum Stichum.
m l. Celsus. ubi Cuiac. de usucap.
n Azo ad tit. C. de usuc. pro empt. circa fin.
o l. quod uulgo. 11. h. t.
p l. iusto. 44. §. filiusfamiliàs. 4. de usuc.
q d. l. 2. §. si à pupillo. cum §. seq.

PRo † emptore possidet & usucapit, qui reuera emit: quia emptio transfert dominium, aut usucapiendi conditionem [a]. Nec † sufficit tantum, in ea opinione esse, ut quis putet se pro emptore possidere, sed etiam uerè debet subesse emptio: quamuis si ex alia causa existimans me debere tibi ignoranti tradam, usucapies. Quare † ergo si cum putem me uendidisse tradam, non capies usu? Quia scilicet in cæteris contractibus sufficit traditionis seu possessionis adeptæ (quæ est proxima usucapionis causa [b]) tempus [c], sic deniq; si stipuler, sciens rem alienam, siquidem nunc cum tradita est existimem illius esse, qui tradidit, usucapiam. Nam etsi tempore stipulationis conscientiam rei alienæ habui: tamen non improbè facio, qui oblata liberalitate uter, sperans eius rei quam promisisti, dominium te aliquando recuperaturum, ut stare promissis possis. Eadem ratio in quauis donatione & permutatione, & mutuo obtinet, maximè cum in his solùm traditionis tempus inspiciatur: nam ea sola uim omnem & efficaciam his contractibus adfert [d]. At in emptione illud quoq; tempus inspicitur, quo contrahitur: quia improbè facit, qui dato precio rem alienam inuito domino in se transferre per uenditoris fraudem studet: nec potest in mala non hærere cupiditate, qui rem ab eo nundinatur quem scit non esse dominum, nec ius alienandi habere [e]: ut interim taceam assiduum & quotidianum huius contractus usum, requirere exactiorem bonam fidem, ne facilè & furta fiant, & res furtiuæ atq; alienæ distrahantur, & aliquo iuris prætextu dolosus emptor se excusет, ueroq; domino res suas per fraudulentam usucapionem interuertere moliatur [f]. Igitur † & bona fide emisse debet (unde efficitur, uerè emptionem interuenire oportere: alioqui enim quomodo intelligi poterit, bonam fidem extitisse tempore contractus, si nullus contractus sit initus?) & possessionem bona fide adeptus esse [g]. Necesse est etiam, puram esse emptionem, non conditionalem [h]. Nam hæc ut nec dominium, ita nec usucapiendi conditionem transfert [i]. Resolui autem sub conditione contractum, nihil usucapioni obstat [k]. Illud etiam necessarium est, eam rem tradi quæ empta est: alia enim pro alia usucapi nequit, titulo emptionis: cum necesse sit, ex empto rem esse traditam quæ usucapiatur [l], quia emptionis tempus inspici diximus [m]: quod nullum intelligi potest in re non empta, sed pro empta in solutum data. Sed & de precio satisfactum uolunt esse Doctores [n], ut iusta constituatur usucapio. Quod † autem traditur, eum qui existimat se quid emisse, nec emerit, non posse usucapere: hactenus uerum est, si non iustissimam eius erroris habeat causam. Quid enim si procurator cui mandatum erat, tradat rem quasi emptam, an iusta credendi causa non est, emptionem præcessisse [o]? Si filius ex hæreditate patris rem emptam ad se peruenisse credat [p], si à pupillo quem puberem esse putem, à furioso qui in adumbrata quiete sanæ mentis uidebatur, emam: certè his casibus iustissima erroris causa possidendi patrocinatur [q]. Sanè † licet is qui ab eo emit, quem scit statim consumpturum, bonæ fidei emptor est, quia nemo legem alteri dicere super rei 1 2 3 4 5 6

BIU Cujas

rei suæ usu abusuue potest [a], tamen qui à luxurioso, & scortis protinus daturo sciens emit, non usucapit: quia emptori probabilem dubitandi de iure uenditionis causam subijcere potuit, uendentis pro-
7 digalitas [b]. Id † sciendum nouissimè est, litis æstimationem similem esse emptioni [c]: eoque possessorem qui litis æstimationem obtulit, incipere possidere pro emptore [d], & continuari usucapionem huius, quamuis litis contestatione interruptam [e].

a l.si quis.8.h.t.
b in l.si quis cum sciret. 8. h.t. uide Anto. Aug. obs. lib. 4. c. 11.
c l.3.h.t.
d l.1.h.t.
e d.l.2.§.fi.h.t.

Pro hærede & pro possessore. Tit. VI.

1 Continuatio.
2 Defuncti, non etiã hæredis bonam malámue fidẽ inspici.
3 Qui hoc titulo usucapere nequeant.
4 Errorem probabilem hîc sufficere.
5 Quæ nam res pro hærede usucapiantur, quæ non.
6 De titulo & usucapione pro possessore.

a l. pro hærede. de pet. hær. l. nõ solum. §. quod uulgo. de usuc.
b l.pen.h.t.
c l.cum hæres, 11 ĵ. de diuers. præs. l. 2. C. de fruc. & lit. expen.
d gl. & Duaren. in l. 1. cũ Auth. seq. C. de præscr. long. temp. l. fin. & l. 2. C. de usucapio. pro hæred. & in l. fi. C. cõia. de usucap.
e l. in suis. 11. de lib. et posthum.
f l. 2. §. quod uulgo. h. t. l. 1. ĵ. tit. 1.
g d. l. 2. §. fin. l. nihil pro hærede. C. de usuc. pro hæred.
h l. 2. C. eo. uide Cuiac. in l. 2. h. t.
i l. 1. h. t.
k l. 1. ĵ. de hær uel actio. uend. l. qui superstitis. 93. de acq. hæred.
l l. fin. h. t. ubi gl.
m l. nunquam. 26. de usuc.
n l. 2. C. de seruit.
o l. 3. ubi Cast. C. in quib. caus. cess. long. temp. præsc. & in l. 2. C. de pet. hæred.
p t. t. de poss. hær. pet. l. 3. de bon. poss.
q l. 10. 11. 12. 13. de pet. hær.

1 EX causa † etiam successionis constituitur usucapio. nam si defunctus res alienas bona fide possessas in hæreditate relinquit, uel etiam extra hæreditatem: dum tamen hæres uel qui ut hæres probabiliter possidet bona fide [a], in hæreditate putet esse, poterit pro hærede continuato defuncti tempore hæres usucapere, siue bonæ fidei sit, siue malæ [b]. Nam defuncti tantum fides inspici-
2 tur. Quòd † si is malæ fidei fuerit, ignorantia hæredi ad usucapiendum non proderit: quia succedit in uitium defuncti [c], adeò ut etiam citra accessionem temporis defuncti, non possit ipse inchoando per
3 se ab initio usucapionem longo tempore acquirere [d]. Pro † hærede autẽ non usucapit suus hæres, hoc est, qui est in potestate: quia cum possideat uiuente etiam adhuc patre [e], non potest sibi causam possessionis mutare [f], & res quodammodo proprias usucapere: at quod antea alio titulo cum patre possideat, id nunc pro hærede usucapere [g]. Quod maximè in rebus à patre donatis procedit. nam aliàs rectè eum pro hærede usucapere, non etiam alterum possessorem suo existente, quidam uolunt. Etenim cum in eum ius paternum continuetur, uidetur quamuis mortuo patre nihilominus res esse uiuentis ubi suus hæres existit, & proinde hoc titulo usucapi nequit [h]. Itaq; nec is qui uiuentis adhuc hæreditatem possidet, usucapit hoc titulo [i]: quia superstitis nec hæres nec hæreditas esse aut intelligi po-
4 test [k]. Sed nec is qui factionem testamenti non habet [l]. Oportet † enim eum qui pro hærede usucapit, uel uerè hæredem esse, uel probabili facti, non iuris [m] errore credere, se pro hærede possidere: ut rectè
5 Azo & Hostiensis ad hunc tit. annotarunt. Pro † hærede autem usucapiuntur res singulæ, non ipsa uniuersitas seu ius hæreditarium. Hoc enim non usucapitur, cum sit ius incorporale, nulli rei immobili cohærens, ut seruitus (quæ propterea usucapitur [n]) sed tam mobilia quàm immobilia in se complectens.
6 Quare † contra eos qui titulo singulari res hæreditatis singulares uendicare possunt, procedit pro hærede usucapio: respectu uerò petitionis hæreditatis nihil est quod in hæreditate usucapiatur, sed ea actio 30. demum annis præscribitur [o]. Pro possessore titulus illi qui pro hærede est, par esse uidetur: sicuti bonorum possessio prætoria hæreditati similis est [p], quo titulo qui possidet pro possessore bona fide, res prætoriæ bonorum possessionis usucapit, peræquè atque hæres pro hærede hæreditarias. Et ita possessorem hîc accipimus, non pro eo qui absque titulo, & bona fide pro possessore nudo uelut prædo possidet [q].

Pro donato. Tit. VII.

1 Quomodo aliena res donari possit.
2 Quando ex hoc titulo usucapio procedat.

a l. si quis. 8. h. t.
b in l. si quis cum sciret. 8. h. t. uide Anto. Aug. obs. lib. 4. c. 11.
c l. 3. h. t.
d l. 1. h. t.
e d. l. 2. §. fi. h. t.

1 IAm quomodo causa liberalitatis occasionem præbeat usucapioni, uideamus. Et † in primis etsi donari non potest, quod non est eius qui donat [a], saltem in detrimentum ueri domini [b], quoniam nemo plus iuris in alium transferre potest quàm ipse habet [c]. tamen pro donato rectè is usucapit, cui
2 donationis, uel quod perinde est, imaginariæ uenditionis [d] causa res tradita est. Neq; † tamen sufficit opinari, sed & donatum esse oportet [e], nisi iustus error interueniat [f]. Quare si donatio iure non ualeat, ut inter patrem & filium, maritum & uxorem rei propriæ (nam in alienis secus [g]) cessat usucapio [h]: quantumuis putent contrahentes donationem ualere. Nec enim error iuris iustus est, neq; in usucapionibus prodest [i], cum pro scientia habeatur.

Pro derelicto. Tit. VIII.

1 Derelictum idem esse quod donationem: & continuatio:
2 Quis uideatur pro derelicto habere.
3 Quis hoc titulo usucapiat: & an error sufficiat.

a l. in ædibus. 9. §. ult. ĵ. de donat.
b l. 4. C. de rei uend.
c l. nemo. 54. de reg. iur. l. traditio. 20. de acq. rer. dom.
d l. fin. h. t.
e l. 1. cum ibi not. h. t.
f l. fin. ubi gl. C. eo. de usucap. pro donat.
g l. 3. h. t.
h l. 1. § 1. & 2. l. 3. & 4. hoc tit.
i l. nunquam. 26. ĵ. de usucap.

1 EX causa † derelicti perinde usucapitur, ut ex donato. Res enim pro derelicto habita, donari uidetur [a]: ideoq; continuò fit occupantis [b]. Pro † derelicto autem haberi res dicitur, quam dominus ea mente abijcit, ut in numero rerum suarum diutius esse nolit [c]. itaq; si res pro derelicto ha-
3 bita sit, statim nostra esse desinit, & fit occupantis [d]. Sin † autem nostra non fuit, potest is qui occupat eam usucapere ex hac causa derelicti, siue sciat à quo pro derelicto sit habita, siue ignoret [e]. uerè autem pro derelicto habitũ esse oportet, quod hoc titulo usucapiatur [f]. Nec enim sufficit falsa opinio [g], nisi ex iustissimo errore oriatur [h]. Cuiac. [i] Est, inquit, error iuris, facti, falsæ causæ. Iuris error usucapionẽ impedit, facti usucapionẽ parit, falsæ causæ usucapionẽ non parit, nisi quis ex ea causa traditũ acceperit [k].

a l. quod seruus. 36. de stipul. ser.
b l. 5. h. t. §. pen. Inst. de rer. diuis.
c d. §. pen.
d l. 1. h. t.
e l. 4. h. t.
f l. 6. & 7. h. t.

Pro legato. Tit. IX.

1 Continuatio.
2 Quis pro legato usucapere possit.

Eodem

g l. 6. h. tit. h gl. in d. l. 6. Host. in tit. pro legato. Cæpoll. in tit. pro derel. num. 4. i l. pen. de usucap. k d. l. pen. uide l. nunquã. §. Celsus. de usuca.

BIU Cujas

EOdem † modo, si testator alienas res legarit, pro legato, quæ & ipsa donationis species est [a], usucapi potest ab eo cui legatum est: dummodò uerè legatum sit, uel ex iustissimo errore legatum putetur [b]. Nec † impedit, si non iure legatum sit [c], aut testator adhuc uiuat: dummodò is cui res legati nomine tradita est, probabiliter existimet esse mortuum, ac legatum ualere [d], habeatq; testamẽti factionem [e]. Quare is cui ignoranti rem aliter se habere, indebitum legatum, uel quod nunquam legatum est, ut legatum soluitur, pro legato, aut saltem pro soluto possidet & usucapit [f]. is uerò qui sciens indebitum accipit, pro possessore possidet, neq; usucapit [g]. 1 2

a §.1.Instit.de legatis.
b l.1.2.3.4.h.t.latè Cæpoll.in tract. pro leg. num.6.
c l.fin.h.t.
d l.4.5.6.h.t.
e l.nemo.7.h.t.
f l.Celsus.de usucap.
g l.nec ullam.13.§.1.de pet.hæred.

Pro dote. Tit. X.

1 *Quare pro dote usucapi possit.*
2 *Ante matrimonium datum quomodo usucapiatur.*
3 *Cur æstimatæ res ante nuptias hoc tit. non usucapiantur.*

ESt † & titulus usucapionis, & quidem iustissimus, utpote cum transferat dominiũ [a], ac per consequens usucapiendi conditionem [b], qui appellatur pro dote: ut qui in dotem rem accepit, usucapere possit spacio solenni, quo solet pro emptore usucapi [c]. Itaq; † cui res alienæ bona fide in dotem dantur, is à tempore traditionis incipit usucapere: ante quidem matrimoniũ pro suo, illo uerò subsecuto, pro dote: cuius titulus [d] nullus esse potest ante contractas nuptias [e]. Sed si æstimatæ res in dotem dentur, neq; pro dote, neq; pro suo ante matrimonium contractum usucapio in his procedet [f]. nam æstimatio facit emptionem [g]. Vt † igitur conditionalis uenditio non admittit usucapionem antequam cõditio existat [h]: ita nec ista æstimatio, quæ in se habet conditionem si matrimonium fuerit subsecutum [i], sicuti omnis dotis datio [k]: quæ conditio non ita subest, nec dominij translationem impedit, quando res non æstimatæ sponso in dotem dantur [l]. Tunc enim quia periculum accipientis non uertitur, statim intelligitur transferri dominium, ut ex alijs similibus causis [m], nisi aliud appareat actum [n]: quamuis nuptijs non secutis resoluatur dominium, & in priorem statum reuertatur: ut non mirum sit, usucapiendi quoq; conditionem transferri, ubi titulus dominium transferre potest [o]. At quando res æstimata in dotem datur, quia tunc periculo mariti res est, sicuti in emptione [p]: non debet hoc periculum in maritum deriuari, antequam uerè contractus sit perfectus [q]. Quare suspẽditur in euentum usq; matrimonij, effectus traditionis: nec antea aut dominium aut periculum, & per consequens nec usucapiendi conditio in maritum transfertur [r]. 1 2 3

a l.de re.9.C.de rei uend. l.in rebus.30.C.de iur.dot.
b d.l.clauibus.de contr. empt.
c l.1.h.t.
d d.l.1.h.t.
e l.fi.C.de dotis promiß.
f l.2.h.t.
g l.plerunq;.11.de iure dot.l.5.C.de iur.dot.
h l.2.§. si sub conditione. supr.pro empto.
i d.l.plerunq;.§.si ante.
k l.6.7.8.de cond.caus.dat.
l l.1.hoc tit.
m l.2.de in diem addi.§. uenditæ.Inst.de re.iud.
n l.procuratoris.5.§.pen. de tribut.
o d.l.1.
p §.cum autem.Instit.de empt.& uen.t.t.ff.& C.de peric. & com.rei uend.
q l.necessariò, 8.de peric. & com.rei uend.
r d.l.plerunq;.

Pro suo. Tit. XI.

1 *Tit. pro suo, generalis.*
2 *Quis pro suo dicatur usucapere.*
3 *Titulum hunc cum reliquis concurrere.*

ESt † & generalis usucapiendi titulus pro suo [a]. Pro sua autem possidere non eum accipimus, cuius res est propria [b]. nemo † enim rem propriam potest usucapere [c], cum amplius eius fieri nequeat [d]. Sed is pro suo possidet, qui putat se rem possidere, ut suam & propriam, cum tamen sit aliena: uel quia causa ex qua possidetur, nõ adiecit dominium: uel quia uerè non interuenit, cum probabiliter interuenire crederetur. Vnde † hæc ratio usucapiendi cum reliquis cõcurrit. Nam & qui pro emptore, & qui pro donato, cesso [e], soluto [f], noxæ dedito [g], iudicato, adiudicato [h], transacto [i], fideicommisso [k], possidet, pro suo, id est tanquam suum possidet [l]. Et qui credit probabiliter ex stipulatione uel alia causa se possidere, cum ea causa non subest, pro suo usucapit [m]: quia bonæ fidei possessor est, cum non sit malæ, nec ullum medium dari possit [n]. 1 2 3

a l.2.hoc tit.
b ut in d.l.2.
c l.4.§.Iana. ſ.de usucap.
d l.possidere.§.ex plurib. de acqu.poss.§.sic itaq;. Inst.de act.
e l.non solum.§.si mihi. de usucap.
f l.pro soluto.l.pen.eo.tt.
g l.3.§.ult.de acq.poss.
h l.3.de Publi.in rem act. l.si per errorem.de usucap.
i l.cum solus.eo.tt.l.ex causa.C.pro empt.
k l.Pompo.§.pen.de acq. poss.
l l.1.hoc tit.
m l.3.& 4.& fi.h.t.
n l.si ancillam.h.t.§.si quis à non domino.Inst. de rer.diuis.ubi uide quæ dixi.Cuiac.in l.5. ſ.de usucap.

DIGEST▸ LIB▸ XLII▸ DE RE IVDICATA, ET DE EFFECTV SENTENtiarum, & de interlocutionibus. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio sequentium titulorum.*
3 *Quid sententia & res iudicata.*
4 *Species sententiarum.*
5 *Causa efficiens: & quis ferre sententiam possit.*
6 *Materia.*
7 *Forma iudicandi.*
8 *De fine & effectu sententiarum.*
9 *De tempore & modo executionis.*
10 *Quomodo sententia retractetur.*

ATque † hæc quidem in genere de possessionibus, earumq; effectu dixisse sufficiat. Quoniam aũt omne ius ad iudicia refertur, præsertim in Pandectis: uidendũ iam consequenter est, quemadmodum controuersiæ possessionum authoritate iudiciali explicẽtur. Agitur † aũt de possessione, aut cum ex iure ordinariè, creditores in bonorũ debitoris possessionem mitti petũt: aut extra ordinem, ex interdictis. Creditores mittuntur in possessionem, uel cum æs alienum declaratum est sententia, confessioneue debitoris: uel quando debitor bonis cedere paratus est. Quibus de rebus prius est dicendũ, quàm quomodo ex his possessio decernenda sit, exponatur. Sententiæ † nomen pro opinione aut sensus significatione accipi solet [a]. Hoc autem in tractatu capitur pro arbitrio iudicis, quo controuersiam dijudicat, extremumq; ei finem imponit [b]. Modest. [c] Res, inquit, iudicata dicitur, quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit: quod uel condemnatione uel absolutione contingit. Itaq; sententia finit controuersiam. Res iudicata dicitur, quæ finita est per sententiam. Sed quia sententiæ appellationibus interdum suspenduntur [d]: ideo 1 2 3

a l.hac consultißima.8.§. at cum.C.qui test.face. l.si ædibus.32.de damn. infect.l.qualem.22.de recept.arbit. b gl.in c.cum olim.de testib.Panorm.in c.ult.num.10.de sequestra.per l.dicere.in princ. de arb.Alexan.cons.50. lib.2. c in l.1.hoc tit. d l.6.de his qui not.infam.

BIU Cujas

ideo tum demum dicuntur transire in rem iudicatam, cum elapsum est tempus prouocationis, ita ut amplius ius sententiæ controuerti non possit [a]. Duæ † species sententiarum numerantur [b], quarum altera appellatur interlocutoria, quam interim iudex fert de incidẽte aliquo articulo, dum principale adhuc negocium pendet, & examinatur [c]: altera definitiua, quæ principalem causam definit ac terminat, de qua hic præcipuè titulus agit [d], ut inscriptio indicat, De re iudicata, &c. Decretum species sententiæ propriè non est: quia non in iudicio post plenam causæ cognitionem, sed extra iudicium causa summariè cognita, nõ officio iudicis mercenario, uelut sentẽtia [e], sed nobili interponitur [f]. Causa † efficiens sententiæ, est iudex competens [g]. Is enim eam proferre debet [h], & solus quidem potest [i]. Nam qui iurisdictionem non habent, aut incompetentes sunt, frustra pronunciant [k]. Vnde nec arbitrorum placita, sententiæ nomẽ merentur [l]. Si plures sint constituti iudices, omnes pronunciare coràm oportet, nec uno absente ualet reliquorum sententia [m]. Materia † de qua pronunciatur, sunt omnes res, quę in disceptationem iudicialem cadunt. Forma iudicandi præscripta legibus diligenter seruanda est, alioqui nulla erit sententia [n]. Forma † autem hæc est, ut lite demum contestata, probationibusque receptis, & causa plenè cognita [o], postquam iam conclusum fuerit, in causa pronuncietur [p] de scripto [q], ab ipso iudice [r], in loco consueto [s], interdiu [t], pro tribunali sedente [u]: citatis ad hoc litigatoribus [x], uel tribus edictis, uel uno peremptorio: quod tamen trium edictorum tempus in se, integrumq; spacium comprehendat [y], oportet. Quæ quidem iudicis pronunciatio certa esse debet [z] (quanquã certam sententiæ causam exprimi, non est necesse [a]) & absolutionem aut condemnationem, aut utrumq; in diuersis articulis [b] continere [c], conformis esse libello [d] & actis [e], atq; probationibus [f]: non iniusta [g], neq; pugnans cum legibus aut constitutionibus [h], aut consuetudine uel stylo [i]. Finis † est, ut lites sopiantur [k]. Quod ad effectum attinet, sententia post decem dies transit in rem iudicatam [l], nec potest ob instrumenta recenter inuenta, aliásue probationes retractari [m]: nisi lata sit ex præsumptionibus [n], aut ex opinione peritorum in aliqua arte, puta medica, obstetricia [o], &c. aut in causa matrimonij, aliisue casibus exceptis [p]. Etsi igitur iniusta est sententia, non tamen est nulla, ueluti decretum [q]. sed transit in rem iudicatã, nisi intra 10. dies appelletur: & semper pro sententia, maximè si sit antiqua [r], præsumitur quòd sit iusta, quòd legitimè sit processum [s], & ex alijs causis iudex animum informarit [t]. Sẽtentia quoq; ius facit [u] inter litigatores. Nam regulariter alijs, contra quos non est formatus processus [x], non præiudicat [y]: unde stricti iuris esse putatur [z]. Et ex ea non modò is qui obtinuit, exceptionem habet litis finitæ si cõueniatur de re iudicata [a], sed etiam actionem (quæ olim in duplum per inficiationem crescebat [b]) ut satisfiat sententiæ [c]. Quanquam † potest etiam sine longiore mora officium iudicis implorari, ut is sententiam exequatur: ex continenti quidem in iudicio reali, si res statim restitui potest [d], post quatuor autem menses à tempore latæ sententiæ in personalibus, ex nouissima Iustiniani cõstitutione [e]. Nam antea debitoribus condemnatis indulgebantur solùm 30. dies, lege XII. Tab. ut tradit Gellius [f]: iure ueteri, ex constitutionibus duo tantummodò menses [g]. Sed hoc tempus iure Saxonũ ad sex septimanas est redactum [h]. Quomodo autem facienda sit executio [i], pulcherrimè Vlpianus explicat [k]. Pertinet & hoc ad uim sentẽtiæ, quòd iudex semel dictã reuocare nequit: quia officio functus est [l]. Sed † cũ durat adhuc officiũ, retractari sententia potest, ut in interlocutoria [m]: item cum sententia est ipso iure nulla [n]. Nam nullitas impedit executionem, quando est notoria [o]: usq; ad 30. annos, etiam ab ipso iudice qui eam dixit, nobili officio sententiam nullam declarari, peti potest [p]. Ne tamen iniquo aliquo iudicio per imperitiam, aut etiam maliciam iudicis, ius suum cuiquam per iniuriam eripiatur: inuentum est appellationis beneficium, quo ad superiorem magistratum causa iterum cognoscenda intra decem dies defertur [q]. Sed & per restitutionem in integrum quandoq; sententia rescinditur [r]: item per querelam falsi [s], & supplicationem [t]. Leuteratione etiá iure Saxonum sententiæ declarari intra decem dies petuntur: cuius sub prætextu declarationis interdum reformantur, si appareat eas esse iniustas. Hanc autem declarandi potestatem an iure ciuili habeat iudex, latè disputatur [u]. Ex quibus autẽ causis sententia annulletur, discendum ex l. prolatam. ubi Bal. C. de sent. tot. tit. C. si à non comp. iud. cum tit. seq.

a t.t. C. de re iudicata.
b uide Ias. in l. nequicquã. §. ubi decretũ. de offic. proconſ. glos. in clem. 1. uerb. definitiua. de ſequeſt. poſſ.
c l. quod iußit. 14. hoc tit. gl. in §. ad excludendas. in Authen. de litigioſis. Canoniſt. in cap. ſignificantib. 38. de off. delegati, &c. ſignificauerunt. 36. eẋ. de teſt.
d in l. 1. 4. l. iudex. 55. l. duo 28. l. Paulus. 42. cum ſimil. h. t. c. 2. extrà, eod.
e l. iudex. 55. hoc tit.
f leg. fin. §. fin. quod met. cauſ. l. 8. de æden. tot. tit. ad exh. & de bon. auth. iud. poſſ. uide ẽ. de dam. inf. Ias. in d. leg. nequicquam. §. ubi decretum. de off. proconſ. l. 1. C. ut in poſſ. leg.
g l. duo. 28. hoc tit.
h l. 1. & 2. C. de ſent. ex breuiculo recitand. leg. diem. de recept. arbit.
i l. 3. h. t.
k l. 1. l. priuatorum. 3. C. de iuriſdic. omnium iudic. l. fin. ẽ. eo. tit.
l Duaren. hic in l. 1. C. de recept. arb.
m l. duo ex tribus. 30. h. t.
n l. prolatam. C. de ſent. omnium iudic.
o l. fin. §. fin. quod met. cauſ. clem. paſtoralis, de ſent. & re iud.
p c. nullum. c. iudicantem. 30. q. 5. tot. tit. extrà, ut lite non conteſta.
q l. 2. & 3. C. de ſent. ex breuic. recitand.
r d. l. 2.
s l. cum ſententiam. 6. C. de ſent. ex bre. recit. l. pen. de iuſt. & iur. l. 5. C. quomodo & quan. iudex.
t not. Dd. in l. non minorem. 20. C. de tranſact. per §. ſedebunt. in Authent. de iudic.
u d. §. ſedebunt.
x l. 6. C. quo. & quand. l. 1. §. pen. quæ ſent. ſine app. reſ. l. ad peremptorium. 68. de iudic. c. 1. de cauſ. poſſ. & prop.
y Specul. de ſent. §. iuxta. numer. 21. Lanfr. in c. quoniam. uerb. citationes. numer. 7. de probat. per l. conſentaneum. C. quomodo & quand. iud. c. cum olim. de teſtibus.
z tot. tit. C. de ſent. quæ ſine certa quant.
a c. ſicut. de re iud. Bart. in l. qui teſtem. de excuſ. tutor.
b c. 1. ubi Panorm. num. 4. Imol. numer. 1. de ſeq. poſſ.
c l. 1. h. t. l. 3. C. eod.
d Anchor. conſil. 249. in quæſt. num. 2.
e l. fin. C. de fideicom. libertat. l. ut fundus. 18. ẽ. communi diuid.
f Bald. in l. 1. num. 2. C. de quæſt.
g c. inter cæteras. 9. eẋ. eod.
h l. cum prolatis. 32. h. t.
i Cyn. in l. 2. C. quand. pro. non eſt neceſ. Guid. Pap. in proœ. deciſ. circa fin.
k c. 2. ext. eod.
l §. 1. & tot. tit. in Authent. de app. & intra quæ tempora.
m l. ſub ſpecie. l. 4. C. de re iud. l. ſi patronus. 12. in uerb. reb. iudicatis ſtandum eſt. de bon. libert.
n l. ſi qui. 31. ubi gloſſ. Bart. & Dd. C. de adult.
o Ias. & Alex. in l. arbitrio. qui ſatiſd. cog. Imol. in c. quinta uallis. num. 30. de iureiur.
p uid. gl. in c. lator. de re iud. Maran. in Spec. aureo. cap. de ſentent.
q Ias. poſt Bart. in l. filiusfam. 117. §. diui. nu. 132. de leg. 1.
r Bal. in c. 1. num. 11. de mil. uaſ. qui cont. eſt. Innocen. & Hoſt. in c. in præſentia. de renunc.
s c. ſicut in fin. de re iudicat.
t c. cum ad ſedem. 15. de reſt. ſpol. Dec. in l. quod quis. 24. num. 7. de reg. iur. gloſſ. fin. in c. quoniam. ubi Lanfran. in prin. num. 22. de prob.
u l. ingenuum. 25. de ſtat. hom. tot. tit. C. de re iud. & infr. tit. de except. rei iud.
x Bald. in l. 2. in fin. C. de ſeruit. Iacob. in tract. feud. uerb. & cum adhærentib. num. 14.
y l. ſæpe. 63. h. t.
z Bart. in l. 2. §. item. num. 5. ſi quis. in ius uoc. Alexan. conſil. 48. uiſis. num. 9. uol. 6. per not. in l. 1. C. ſi plur. una ſent.
a c. 1. de litis conteſt. in 6. t. t. infr. de except. rei iud.
b Paul. lib. 1. tit. 19. & lib. 5. tit. 5.
c l. miles. 6. §. fin. h. t. l. actori. 8. C. de reb. cred.
d §. 1. Inſt. de offic. iud. D. Reinhar. diff. iud. 9.
e l. fin. C. de uſu. rei iud.
f lib. 20. cap. 1.
g l. 2. C. Theod. de uſu. rei iudica. Cuiac. lib. 3. cap. 39. leg. 2. & l. debitori. 31. cum ibi not. hoc tit.
h Fachſ. diff. 56. Reinh. diff. 9. iudicia.
i uide Fachſ. diff. 57. & de exec. forma hodierna. Guid. Pap. deciſ. 281. & 329. Imbert. Inſtit. lib. 1. cap. 54.
k in leg. à diuo Pio. 15. hoc tit. Schurff. conſ. 19. cent. 1.
l leg. Paulus. 42. leg. iudex. 55. hoc tit. tot. tit. C. ſent. reſcin. non poſſe.
m d. leg. quod iußit. hoc tit.
n leg. 1. Cod. de ſent. ex breuic. recit. leg. ſi ut proponis. leg. iudex. C. quo. & quan. iudex. leg. ſi præſes. Cod. de accuſ. gloſſ. in leg. 1. C. ſentent. reſcind. non poſſ. t. t. ẽ. quæ ſent. ſine app. & lit. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ.
o leg. ſi feriatis. 6. ubi Ias. num. 3. de fer.
p Bart. in leg. ſi expreße. numer. 12. de app. Innocent. in cap. final. de offic. iud. Fer. in for. lib. app. ad uerb. fuiſſ. numer. 4. uid. & Bal. in leg. 1. num. 3. de fer.
q t. t. ff. & C. de appell.
r t. t. C. ſi aduerſus ſent. c. auditis. de in integ. reſtit.
s l. diuus. 33. hoc tit. l. querel. C. de falſis. t. t. C. ſi ex falſis inſt. uide Spec. tit. de ſent. §. iuxta & §. quoniam. Ferra. in for. lib. ad reſc. ſent. Paul. lib. 5. tit. 5.
t l. 1. Cod. de ſent. præf. præt.
u in leg. 4. infr. de appell.

BIU Cujas

a c.ſicut,de re iudic.
b Innocen.c.in præſentia. de renunc. Dec. leg.quæ dubitationis.81.nu.5. de reg.iur.

l.1.& tot.tit. quæ ſent. ſine app. & C. quand. pro. non eſt neceſ. Sanè licet cauſam inſeri ſententiæ non eſt neceſſe [a], tamen ſi falſa ineptaq; ſit expreſſa, uitium ſententiæ infert [b].

De confeſsis. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Duplicē eſſe confeſsionem, iudicialē & extraiudicialē.
3 Cauſa efficiēs: & quorū confeſsiones operētur aliquid.
4 Materia: & quibus de rebus confeſsio facta ualeat.
5 Forma: & quomodo confeſsiones faciendæ.
6 Verſiculi ex Hoſtienſi, de confeſsionibus ualidis.
7 Finis & effectus confeſsionis.
8 An poſt confeſsionem ferenda ſententia.
9 Confeſsio cui noceat.
10 De effectu confeſsionis extraiudicialis.

a l.1.hoc tit. uid. Paul.lib. 5.t.5.
b l.6.h.t.
c l.tale pactū. 41. in prin. de pactis. gloſ. in l.4.de interrog.act.
d l. qui ſententiam. 16. C. de pœn.c.tua. de cohabitat.cleri.& mulier.
e d.l.certum.6.§. in pupillo.h.t.
f l.1.C.de falſa moneta.
g tot.t.de aut.tut.
h d.l.certum.§.minorem.
i uide tamen de hoc ſ. ad tit. de procurat. Iaſ. & Dd.in l.unic.§.ſi procurator. ſ. ſi quis ius dicē. non obtem. c.2. de confeſſ.in 6.ubi gl.ad uerb. procurator.uide optimè Lanfr.in cap.quoniam. uerb.confeſsiones. num. 16.de probat.
k d.l.certum.§.ſed an.
l l.proinde.25.§.1.ad l. Aquil.
m l.2.h.t.l.error.C.de iur. & fact.igno.
n l.1.§.diuus. & §.ſi qui ultrò.ſ. de quæſtio.
o c.ult.de pact.
p l.confeſsionibus.14.ſ. de interrogat.actio.
q l.4.h.t. uide Arelat.de hæred.notab.2.
r l.pen.l.fin.h.t.
s l.3.l.5.h.t.
t l.6.hoc tit.
u d.l.6.in prin.
x c.1.15.q.6.
y gl.in l. qui in carcerem. de eo quod met.cauſ. Hyp.in prac.crim.§. expedita.num.11.
z c.2.extrà, eo.c. præterea.10.de tranſact.l.unica.in uerb.in iure, C.eod.

1 Secundò, † ex confeſsione debitoris creditum non abnegantis procedit in poſſeſsionem miſsio. Confeſſus enim pro iudicato eſt: quia quodam modo ſua ſententia damnatur [a]. Confeſsio † aūt duplex eſt: aut iudicialis, quæ fit iure [b]: aut extraiudicialis [c]. Cauſa † efficiens, eſt debitoris uoluntas: uel euidentia rei atq; ueritate cōuicta [d], uel alijs obiectis commota & impulſa ad confitendū. Neq; tamen cuiuslibet confeſsio ſtatim ius facit, ſed neceſſe eſt, ut fiat à maiore 25. annis. nam confeſsio quidem pupilli non ualet ſine authoritate tutoris facta [e]: quia eius ætas quicquid uidet ignorat [f], nec ſine tutore obligari poteſt [g]. Minor autē contra cōfeſsionem in integrū reſtituitur. [h]. Deinde opus eſt, ut is qui confitetur, dominus ſit cauſæ: confeſsio enim procuratoris [i] domino abſenti non nocet [k], ſed ipſi tantum procuratori [l]. Poſtremò, ut nō ſit errore inductus [m], aut compulſus uiolentia uel tormentis ad confitendum [n]. Confeſsio autem de omni re litigioſa ualet, dummodò ea non aduerſetur iuri [o] uel naturæ [p]. Exiſtere † autem id oportet, quod in confeſsionem uenit. uerbi gratia: interfectum eſſe hominem neceſſe eſt, cuius ſe cædem feciſſe quis confiteatur [q]. Item rem eſſe in rerum natura, quam quis ſe debere dicit [r]. Si tamen ſciat, non eſſe æſtimationem, deberi confeſſus uidetur [s]. Quare & certum confeſſus pro iudicato erit, incertum non erit [t]. Si quis tamen incertum ſit confeſſus, quod declarari poteſt, puta ſe pecuniam debere, urgendus eſt, ut certam quantitatem confiteatur [u].

1 2 3 4

Forma † confeſsionis eſt, ut fiat ſponte [x] & liberè, abſq; tormentis & metu [y], in iudicio [z], coram ſuo iudice [a] (nam quæ fit coram incompetente, non habetur pro iudiciali [b]) præſente aduerſario [c], uerbis minimè ambiguis [d], & expreſſa idonea confeſsionis ratione atq; cauſa [e]. Sed & paciſcendo quis confiteri uidetur [f], & contumacia [g]: item fuga [h], interdum etiam ſola taciturnitate [i]. ut ſi quis in iure contumaciter taceat, & reſpondere interroganti iudici nolit: aut quod perinde eſt, obſcurè, neq; πρὸς τὸ πᾶν reſpondeat [k]: uel ſi quæ ab aduerſa parte allegātur, non eat inficias. Tacitè enim confiteri uidetur, idq; moribus uſurpatur [l]. Poſtremò † ad dijudicandum, quæ confeſsio ualeat, quæ non ualeat, utile eſt hos Hoſtienſis uerſiculos in numerato habere:

5 6

Maior, ſponte, ſciens, dominus, pars, lis, ſed & in ſe
Confeſſus, certum, compos, pro iudice, iure
Damnatur: niſi lex fauor aut natura repugnet.

Finis † confeſsionis idem eſt, qui & aliarum probationum, ut uidelicet ueritas ſine longioribus ambagibus eruatur [m]. Effectus autem ingens eſt. nam confeſſus pro iudicato habetur [n]. Vnde nec reuocari cōfeſsio poteſt, ſicuti nec ſententia, præterquam ex continenti [o]. Nam confeſsiones repentinæ, calore iracundiæ puta effuſæ, non obligant: & ſtatim reuocari poſſunt [p]. Aut niſi errore quis lapſus ſit, eumq; ante ſententiam probet [q]. quod uerum eſt in confeſsione iudicio iam cœpto facta: nā ante litem conteſtatam confeſsio uim probationis plenam non inducit, utpote extraiudicialis [r]: eoq; impunè reuocatur [s], niſi ſit in ſcriptis facta [t]. Huc pertinet quod ait Vlp. [u] poſt rem cōfeſſam perinde atq; iudicatam nihil amplius quæri. Quod † dictum occaſionem dedit illi diſputationi, an in cōfeſſum ferenda ſit ſententia. Qua in re in hanc ſentētiam communiter itum eſt, ut ſi de plano & ſine forma iudicij cognoſcat iudex, ſententia poſt confeſsionem opus non ſit: ſed iudex præcipere poſsit, ut intra legitima tempora, quod confeſſum eſt, præſtetur [x]. Sin autem ordine iudiciario procedatur, quoniam præcipuus ordo iudicij, præcipuumq; momētum in ſententia uertitur, ut tunc pro more pronunciare ſuper confeſsione debeat [y]: unde cum in criminalibus exactè iudiciorum ratio obſeruanda ſit [z], cōſtat, in ijs definitiuam eſſe neceſſariam [a]. Hodie tamen receptius eſt, ut uim potius probationis obtineat confeſsio quàm ſententiæ, eoq; ſententia ſemper opus ſit [b]. quod & moribus noſtris ſeruatur. Id † etiā ſciendum eſt, confeſsionem nocere ei qui confeſſus eſt, non etiam alijs [c]: prodeſſe autem ne illi quidem qui confitetur: quia nulli in ſua cauſa pro ſe creditur, ſed contra ſe [d]. Quæ † omnia uera ſunt in cōfeſsione iudiciali: nam quæ extra iudicium fit, non eaſdem habet uires [e], niſi quòd cum fit ex aliqua certa cauſa, coram

7 8 9 10

a l.interrogatam.26.C.de liberali cauſa.cap.at ſi clerici.de iudi. b Iaſ.in l.magiſtratib.num.3 & 4.de iuriſdic. c d.l.certum.§.ſi quis abſente. d l.de ætate.12.§.nihil.de interrogato.actio. e Lanfr.in cap.quoniam.uerb.confeſsiones. num. 18. & 25.de probat. f l.quoniam.8.de his qui not.inf.l.de crimine.11.C.de adult. g c.4.de præſumpt. h l.ſi libertum.de bon.lib.l.7.§. prætor.de ſuſ. tut.Nou.53.uide Cuiac.lib.7.c.22. i l.1.§.ſcientiam. ſuprà, de tributo. actio. k d.l.de ætate.§.ſi cum.§. ſi tamen.§. qui placuit. & §. nihil intereſt. l uide Iaſ.in l.patre.nu.21.25.per c.2.de accuſat.in 6.ſ. de teſtib.cle.1.de proc.c.1.& 2.de cōfeſſ in 6.c.ult.de iur.cal.eo.lib.c. nónne. de præſump.c. is qui tacet.44.de reg.iur.in 6. m cap.1.ubi gl.& Dd.de cōfeſſ.in 6. n l.1.h.t. o c.præt.7.de teſtib.cogēd. p Pan.in c.cū uenerab.nu.12. de except. q l.ult.C.de error.aduocat.l.error.C.de iur.& fact.ignó.l.2. h.t. cap. fin. ext. eod. r gl.pen.in l.4.de int.act. s l.electio.26.§.pen.de nox.actio.l.is qui.26.cū l.ſeq.de rei uend.uide Lanfr.in d.c.quoniā.uerb.cōfeſsiones.num.32. t Iaſ.in l.error.num. 29. C.de iur.& fact.ign. u l.poſt rem.ſ.tit.1. x d.l.poſt rem.ubi Dd.d.l.certum.§.ult.l.ſi.quod met.cauſ.l.proinde.25.§.ſi.ad l.Aquil.ubi gl.l.ubicunq;.& t.t.de inter.actio. Bald. in l. 1.in fi.C.de ædend. y l.3.l.5.l.qui §.tichum.h.t.l.ult.C.de executio.rei iud. z l.libellorum.3.ſ.de accuſat.cum ſimil. a l.ſi confeſſus.de cuſt.& exhib.reo. b Alex.conſ. 127.uiſa.num.1.uol.4. per l.proinde.25.§.notandum.ad l.Aquil.c.Piſanis.de reſt.ſpol.Bart.in l.ſi confeſſus.de cuſt.reo. c l.ult.C.de accuſat.c.1.extr.eo. d l.de ætate.12.§.1.de interrogat.actio.l.Publia.§.Titius depoſ. e Iaſ.in l.ſtue.num.2.C.de tranſ.& in rep.l.admonendi.num.192.de iureiu.

BIU Cujas

ram aduersario & testibus, soleat uim pacti obtinere [a]. Confessio tamen in articulo mortis facta, etiam pro confitente, eiusq; hæredibus, præsumptionem inducit, quòd nemo eo tempore præsumatur mendacium dicere [b]. In criminalibus uerò confessio extraiudicialis iudicium facit ad torturam cõtra confitentem [c]: non aduersus alium [d], nisi in tortura dixerit [e]. Sed ne sic quidem cõtra alium, indicium sufficiens facit ad torturam [f], imò uix sufficit ad purgationẽ inducendam [g]. Iudicialis porrò etiam in criminalibus nedum ciuilibus [h], plenè probat, scilicet cum aliter de delicto constat [i], quo casu non aliàs [k], idonea putatur ad condemnationẽ [l]: nisi facta sit metu [m], aut spe gratiæ à iudice promissæ [n], aut ob aliã eiusmodi causam προκατηρτικὴν [o]. Ad effectum etiã pertinet quod ait Ias. [p] confessionẽ tria post oblatum libellum operari, uidelicet litis contestationem, probationem & sententiam: ut ipse pluribus exponit.

[a] leg. tale pactum. 41. ubi Dd. de pact. §. generaliter. 13. C. de non num. pecun. Dd. in l. 1. & in l. de ætate. §. interrogatus. de inter. actio. & l. cum de indebito. §. fin. de probatio. Canonist. in c. per tuas. extrà, de probat. in c. si cautionẽ. ext. de fide instru. Hostien. ex. eod. de confess. num. 3.

[b] l. 1. §. præterea. ubi Hip. num. 7. de quæst. & idẽ Hip. in Rub. C. de prob. num. 80. & Rub. de fideiuss. numer. 42. & in prac. crim. §. restat. nu. 1. & 2.

[c] Bar. & gl. in l. cap. 25. in prin. de adult. Ias. in l. magistratibus. 12. nu. 3. & 4. de iurisdic. Hip. in l. de minor. nu. 29. & 30. de quæst. et in prac. cri. §. quoniam. num. 19.

[d] l. etsi. 12. C. de adult. l. fi. C. de accus.

[e] l. qui sententiam. 15. C. de pœn. Hip. in prac. crim. §. diligent. nu. 60. Boer. decis. 319. parte 2.

[f] d. l. etsi. d l. final.

[g] Hostien. Panor. & Canonist. in c. 1. de confess. gl. & Panor. in c. significasti. de adulter. & in c. qualiter. 2. de accus.

[h] Panor. c. ex literis. num. 3. de diuort.

[i] Cast. & Dd. l. ult. C. de prob. late Clarus. lib. 5. §. ult. quæst. 55. numer. 10.

[k] Clarus ibid. Boer. decis. 239. nu. 3. Ios. 7. 22. 23.

[l] l. 1. h. t. l. proinde. 25. §. fin. ad l. Aquil. qui sententiam. 15. C. de pœn. gl. in l. si confessus. 5. de cust. reo. & in l. unic. C. de confess. Hip. in l. repeti. nu. 22. cum seq. de quæst. exemplum insigne Ios. cap. 7. 22. 23. cum seq.

[m] gl. in l. qui in carcere. de eo quod met. caus. l. 1. §.

De cessione bonorum. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Quid sit bonis cedere.
3 Causa efficiens: quare cessiones inductæ, & qui bonis cedere possint: & an hodie cessio admittatur.
4 Materia: & quid, quantum sit cedendum.
5 Forma cessionis.
6 De fine & effectu cessionum.

1 2 3 NVlla † iustior causa mittendi in bonorum possessionem fingi potest, quàm cum debitor bonis cedit: id est, bona sua sponte dimittit, & concedit creditoribus. Tunc † enim uoluntate domini per traditionem possessio transfertur. Causa † efficiens, est uoluntas debitoris [a], æs alienum confitentis [b], eligentisq; è duobus malis id quod minus est [c]: qui mauult bonis cedere, quàm grauius quid pati. Nam hoc beneficium lege Iulia debitoribus indultum est, ut cedendo bonis, uinculorũ, seruitutis carceris q; iniurias subterfugere possint [d]: quibus iniurijs olim præter æquum & bonũ grauabantur, ut author est Gell. [e] Sed eæ ab Imperatoribus postmodum prohibitæ sunt [f]: quando iniquum sit, propter æs alienum, aduersamq; fortunam, corpus debitoris, non ex delictis (nam in his non est indulgenda cessio [g], sed qui non habet in ære, merito luit in corpore [h]) sed ex ciuili causa obstringi, quod ipse alioquin cõuentionibus obligare nequeat [i], & ultrà quàm in ære habeat, aut soluere possit, quempiam teneri [k]. Sed propter debitorũ improbitatem & perfidiam, qui fiducia cessionis temerè æs alienum contrahunt & dilapidant, reditum nunc est moribus ad ius antiquum. Alibi enim carceribus includuntur decoctores, alibi excommunicantur, alibi aliter punituntur. Nemo tamen priuata uincula, aut supplicia uerberaq; noxiorum propter debitum etiam fiscale extimescere debet [l]. Quod Sax. non usquequaque obseruant: qui non modò carcerem, sed etiam addictionem illam ueterum, cuius meminerunt Gellius & Quintilian. [m] atq; etiã uincula priuata, in corpus debitoris, excluso cessionis beneficio, admittunt [n], quæ cum uice solutionis usurpentur, ac in illam imputentur, nõ puto hoc casu, satisfactione per carceres uel seruitutem à debitore facta, illũ amplius teneri, exigiq; posse, etiamsi ad pinguiorem fortunam peruenerit. solutione enim omnis sublata est hoc casu obligatio [o]. Potest autẽ cessio fieri ab omni debitore, tam à patre quàm filiofamiliâs [p], tam à femina quàm à maribus [q], etiamsi nihil in bonis habeant: habere enim aliquando possunt [r]. Sed & feminæ iure nouo, quamuis bonis non cedant, includi carceribus prohibentur [s]. Materia † quę in cessionem cadit, sunt omnes res bonaq; debitoris: omnia enim cedenda sunt, excusso usq; ad ultimũ quandrantem debitore [t]. Cessio † autem potest fieri uel in iure, uel extra ius, inter præsentes aut absentes, per epistolam & nuncios [u], sufficit enim sola uoluntatis professio [x]. Cauere tamen debet is qui cedit, si ad meliorem fortunam peruenerit, se satisfacturum, quatenus facere poterit [y]. Quod autẽ plerisq; locis iam receptum est, authore Hostiense [z], ut nudatus ignominiosè debitor publico in saxo assidens, proclamet palàm, se bonis cedere: id à iuris scripti humanitate abhorret. Finis † est, ut & creditoribus, quoad eius fieri potest, satisfiat, & debitor ab importunitate & molestijs quas creare attenti creditores solent, liberetur. Ex quo apparet, duplicem esse cessionis bonorum utilitatem: quarum altera creditores, altera debitores respicit. Nam in primis creditoribus satisfit, quatenus facultates debitoris patiuntur. neq; tamẽ statim domini fiunt per cessionem [a], ut ex cessione iuris solenni [b]. nam & debitor potest postea soluendo res suas à creditoribus recuperare [c], & antequam uenditio fiat, se defendere [d]. Debitor autẽ cedendo liberatur à perpetua flagitatione æris alieni, metuq; carceris & addictionis, ita ut urgeri amplius nõ possit [e]. Non tamen obligatione liberatur, quæ solâ solutione extinguitur [f]: eoq; si postea ad locupletiorem fortunam perueniat, rursus conueniri potest. neq; tamen sine beneficio: nam in quantum facere potest, duntaxat hoc casu exigetur [g]. Cessio insuper existimationem non notat [h] iure ciuili, moribus tamen ut quidam uolunt [i], maximè cum publicè fit ad eum qui suprà indicatus est, modũ satis ignominiosum [k]. Et certè

[n] Fach. differ. 10. Land. lib. 3. art. 29. [o] in princ. Instit. quibus mod. toll. oblig. [p] leg. cum & filij. C. eod. [q] l. pen. C. eo. [r] l. 7. §. eo. [s] Authent. sed hodie. C. de offic. diuers. iud. Authent. hodie. C. de custo. reo. [t] l. 4. ubi Azo numer. 5. C. eod. [u] leg. ult. hoc tit. [x] l. in omni. 6. C. eo. [y] c. Oduardus. de solut. l. 4. hoc tit. [z] extrà, eod. [a] l. 3. hoc tit. l. 4. C. eo. [b] Cont. lib. 1. Disput. cap. 12. [c] l. legis Iuliæ. C. eo. [d] l. 3. hoc tit. [e] d. l. legis Iuliæ. l. 6. C. eod. [f] Instit. quibus mod. tollat. oblig. per tot. [g] l. 4. 6. 7. hoc tit. l. sunt qui. 16. supr. de re iudic. §. fin. Instit. de actio. ubi dixi. [h] l. debitores. 11. C. ex quibus caus. infa. [i] gl. Landt. artic. 52. lib. 1. [k] Cyn. in d. l. debitores. Hostien. extr. eod.

BIU Cujas

etiam iure nostro infamia saltem facti cedentem manet [a]: unde beneficium Nou. quo in solutum prædia dantur, pro cessione pòst inductum est: ne scilicet cum aliqua existimationis imminutione, qui bonis satisfacere potest, cedere cogatur [b].

Quibus ex causis in possessionem eatur.

TITVLVS IV.

1 *Continuatio & dispositio sequentium titulorum.*
2 *Causæ ex quibus missio decernitur.*
3 *Missionem iure nouo secundum debita fieri.*
4 *Edictum de primo decreto.*
5 *Causa efficiens missionis.*
6 *Materia.*
7 *Forma.*
8 *Finis & effectus.*
9 *De secundo decreto.*

IAm † uideamus de missione in bonorũ possessionem. Et primò, quibus ex causis in possessionem eatur, secundò de effectu missionis, tertiò de ordine & modo. Tres † præcipuè causæ sunt, ex quibus in possessionem mitti solet: uidelicet causa rei seruandæ, id est debiti: item legatorum seruandorum gratia, & uentris nomine. Damni enim infecti, si non caueatur, fit missio quidẽ, sed non in omnia bona: uerùm in eam duntaxat rem, ex qua damnũ timetur [a]. Cuius † exẽplo inductus postea Iustinianus, statuit creditores & legatarios, non nisi pro modo & portione eorũ quæ debentur, in possessionẽ bonorũ debitoris esse mittẽdos [b]. De † missione, eiusmodi extat Prætoris edictũ: IN BONA EIVS QVI IVDICIO SISTENDI CAVSA FIDEIVSSORES DEDERIT, SI NEQVE POTESTATEM SVI FACIAT, NEQVE DEFENDATVR, IRI IVBEBO [c]. Potestatem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat [d], neq; uel à se, uel ab alio quocũq; defenditur [e]. Itaq; † causa efficiens missionis, est magistratus (nec enim creditor priuata authoritate occupare bona debitoris potest [f]) etiam municipalis [g]. Ordinarium tamen oportet esse, hoc est, eum qui ius mittendi habeat. Habet autem solus is mittendi ius, cuius in territorio bona sunt sita [h]. Causa προσαγορευτικὴ qua mouetur iudex, est cùm petitio creditorum (nec enim officium suum iudex non petentibus impertit [i]) tum contumacia debitoris se non defendentis. Materia, † sunt bona creditoris, quorum in uniuersorum possessionem olim indiscriminatim creditores mittebantur. hodie autem secundum quantitatem & portiones æris alieni [k]. Forma † est, ut iudex causam summatim cognoscat, uidelicet quidnam debeatur, & cuiusmodi sit debitoris frustratio: ac postea solenni decreto decernat possessionem, in eamque creditores introduci per apparitores mandet: ut latius alibi exponitur [l]. Finis † est, ut tædio affectus debitor, ueniat tandẽ ad respondendum [m]. Effectus est, quòd creditores in possessionem missi detineant rem, nõ etiam possideant [n]. Itaq; quamuis hac missione non deturbetur possessione debitor [o]: tamen missi creditores cum eo in fundo & bonis cõmorantur, ne uidelicet pessum eant fructus, & ut sciri possit quid colligatur [p]. Quòd si culturam debitor negligat, ipsi creditores colunt, percipiuntq; fructus, non tamẽ lucrantur [q], aut inde aluntur [r]: sed uel custodiunt, uel uendunt precio seruato [s], de quo sumptus quos fecerunt [t], deducunt. Et hac † quidem ratione magistratus initio non se defendentem debitorem coercet, quoad ueniat responsurus, qui si omnino contumaciter negligere magistratus missionem pergat, probeturq; fraudandorum creditorũ causa latitare: grauioribus remedijs Prætor utitur, & secundo decreto facto [u] possideri aut uenire bona iubet: ne uidelicet euidens debitoris dolus & impunitus relinquatur, & creditoribus noceat. qua de re sic edicit: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITAT, SI BONI VIRI ARBITRATV NON DEFENDATVR, EIVS BONA POSSIDERI VENDIQVE IVBEBO [x].

1 2 3 4 5 6 7 8 9

De rebus authoritate iudicis possidendis seu vendundis. TIT. V.

1 *Continuatio: & quomodo quis mittatur in possessionem.*
2 *Quomodo ueniatur ad secundum decretum & possessionem.*
3 *Effectus decretæ possessionis, & quando in realibus obtineat.*
4 *Quando ad distractionem perueniatur.*
5 *Edictum Prætoris.*

EST † itaq; defectus decretæ missionis præcipuus, quòd debitor in possessionẽ rerum suarum admittere creditores cogatur, adhibita etiam, si restiterit, manu militari [a]: nisi creditor nõ admissus malit in id quod interest, agere [b]. Quòd † si his incommodis non commouetur debitor, sed fraudulenter latitet, ne creditores diutius cogãtur suo carere, & custodire res debitoris sine fructu, decernit Prætor secundo decreto possessionem bonorum: causa tamen contumaciæ diligenter cognita [c], an uidelicet sæpius citatus non comparuerit [d], an legitimis temporũ interuallis citationes fuerint distinctæ [e], &c. Quo † decreto ueri possessores constituuntur, fructusq; electo debitore creditores lucrifaciunt [f]: nec debitor postea auditur, nisi oblato debito, & sumptibus refusis [g]. Et hæc quidem in personalibus actionibus dubium non habent. In realibus à prima missione, si intra annũ non ueniat responsurus debitor, uolũt Dd. sine alio decreto, creditorẽ ex dispositione iuris possessorẽ effici [h]. Sed † quia ne sic quidem interdum mouentur debitores, ut præsentiam sui publicè faciant, ne creditores diutius frustrentur, nèue communis inter ipsos possessio pariat discordias [i]: solet Prætor addere & definire certum tempus, intra quod nisi compareat debitor, potestas distrahendi fiat creditoribus, ut precium distractionis pro rata æris cuiusq; alieni æqualiter inter creditores distribuatur [k]. Sanè post primum decretum interpositum, si copiam sui faciat debitor, paratusq; sit uel soluere uel se defendere, refusis sumptibus

1 2 3 4 5

a Nouell. 3. 4. 135.
b Nouell. 135. ubi Cuiac. et Nouell. 4. in fin.
a l. 1. h. t. uide Cuiac. obser. lib. 5. cap. 30.
b §. si uerò. de exhi. reis. in Authent.
c l. 2. in prin. h. t.
d d. l. 2. §. 1.
e l. 5. §. fi. h. t.
f l. extat. 13. de eo quod met. cau.
g l. 4. §. qui duas. de dam. infe.
h l. cum unus. 12. §. pen. ĵ. tit. 1. Hostien. in §. ex quibus causis. extrà, de foro compet.
i l. 4. §. hoc autem. ĵ. de dam. infec.
k d. §. si uerò.
l in d. §. si uerò. de exhib. reis. in Auth.
m l. is cui. 5. ut in pos. legat.
n l. 3. §. ult. de acquir. poss. c. contingit. extr. de dolo & contuma. tot. tit. extrà, de eo qui mittitur in possess.
o l. si finita. 15. §. si quis autem. de damno infecto.
p d. l. is, cui. §. qui legato. supr. ut in poss. legato.
q l. 1. & 2. C. de pign. act. l. si dominium. 9. C. de pignor. l. 2. C. de pact. pignor.
r l. Fulcinius. in princ. 7. hoc tit.
s d. §. qui legato. 6.
t l. Prætor. ĵ. tit. 1.
u uide de eo quæ dicta sunt ĵ. ad tit. de damn. infec.
x d. l. Fulcinius. 7. h. t.
a l. si quis missum. infr. ne uis fiat ei.
b l. 1. ne uis fiat ei.
c l. 4. §. in prædicto. d. l. si finita. §. si fortè. de damn. infecto.
d l. contumacia, 53. §. contumax. ĵ. de re iudic.
e Dd. in d. l. si finita. §. nõ autem.
f d. l. si finita. §. ubi autẽ. c. quia. §. ult. ut lite non contestata.
g l. si prius. C. de distrac. pigno. Authen. ei qui iurat. C. de bonis author. iudic. possid.
h l. si quis emptori. §. pen. C. de præscript. 30. ann. l. à quo. 45. de damn. infect.
i iuxta l. cum pater. 79. §. omnia. de legat. 2.
k l. pro debito. l. fin. C. eod.

BIU Cujas

5 sumptibus æquum est possessionem illi restitui unà cum fructibus [a]. Quo † nomine actionem quoque
» Prætor ei pollicetur: SI QVIS, inquit, CVM IN POSSESSIONE BONORVM ES-
» SET, QVOD EO NOMINE FRVCTVS CEPERIT, EI AD QVEM EA RES
» PERTINET, NON RESTITVET: SIVE QVOD IMPENSAE NOMINE, SINE
» DOLO MALO FECERIT, EI NON PRAESTABITVR, SIVE DOLO MALO
» EIVS DETERIOR POSSESSIONIS CAVSA FACTA ESSE DICETVR: DE
» EA RE IVDICIVM IN FACTVM DABO [b]. Hæc in feudalibus nõ obtinere, quidam arbi-
trantur, quòd feudorum fructus tantum creditoribus cedant, ipsa uerò feuda nequaquam: quasi ut op-
pignorari, ita nec in solutum dari inuito domino, & in præiudicium agnatorũ possint [c], nisi ad uitam
uasalli, & non ulterius [d]. Vidi tamen sæpius decernente feudi domino propter æs uasalli alienum, pro
solutione creditoribus feudum concedi, aut distrahi in perpetuum, omni spe successionis agnatis præ-
cisa. idq; rationi & æquitati maximè est accommodatum: ne agnati hæredes cum damno creditorum
successionem lucrentur, quorum causa debet esse potior [e].

a uide quæ dixi sup. ad tit. de dam. infect.
b l. 9. in prin. hoc tit.
c Chass. in consu. Burg. in princ. uerb. comes Flandriæ. in fin. & in tit. de feud. §. 8. num. 42.
d uide Bald. num. 10. & 11. Alua. num. 16. in c. imperialem. in princip. de prohib. feud. alien. per Feder. Bar. in l. si finita. §. si de uectigalib. num. 3. & 4. de damn. infec. Cur. in tract. feud. parte 4. num. 102.
e l. sub signatum. 39. §. bona. de uerb. signifi. l. ult. §. licentia. C. de iur. deliber.

De priuilegijs creditorum*. Tit. VI.

1 Continuatio.
2 Regula, hypothecarios creditores personalibus præferri.
3 Quis, cui hypothecariorum præferatur.
4 Qui, cui chirographariorum præferantur.
5 An ciuitas priuilegium personale habeat: & qui sint priuilegiati.
6 Priuilegiati an sibi inuicem præferantur.
7 Quomodo creditores diuidere debeant.
8 Ab eo qui sibi uigilauit, nihil repeti.
9 De arrestatione iuris Sax.
10 Edictum de eo qui conscius fraudulenti consilij, cum debitore contraxit.

* Hic tit. in Flor. exẽplari cohęret superiori, nec est separatus.

1 2 POrrò † in uenditione bonorum seruandus est ordo, ut de precio primùm illis satisfiat, quorũ ius
potius est. In † quo regula teneatur, in uniuersum eos quibus supra debitum res etiam obligatæ,
nexæq; pignori sunt, potiores ijs esse qui tantum personalem actionem habent [a]. Fortius enim,
ut loquuntur, duo uincula ligant, quàm unum [b]: & plus cautionis est in iure reali, quàm personali [c].
3 Inter † ipsos autem creditores hypothecarios, quis cui præferatur, suprà dictum est [d], cum generalem
regulam constitueremus: Qui prior est tempore, potior est iure: quæ tamen suas habet exceptiones.
4 Porrò † inter eos creditores, quibus personale tantum ius est (quod separatum esse à reali, alibi osten-
ditur [e]) quos chirographarios à chirographo siue syngrapha Consulti appellant [f], quis præire debeat,
magis ex causa quàm tempore est metiendum. Non enim qui prior est tempore, hoc est, qui prius con-
traxit, sed cuius causa priuilegiata est, præfertur [g]. Habent autem priuilegium, hoc est, prærogatiuam,
ex iure singulari præ reliquis creditoribus, quibus ius tacitæ hypothecæ, aut illius simile datur [h]: ut pu
pilli, minores, prodigi, in bonis tutorum, curatorum [i], protutoris uel negociorum gestoris [k], sicuti &
5 tacitam hypothecam habent [l]: item fiscus [m], & respublica creditrix [n]. Quod † tamen intelligunt Dd. de
republica Romana, aut quæ non recognoscit superiorem, uel quæ à superiore regalia & priuilegiũ tale
habet [o]. Mihi probabilius uidetur, omnes respublicas creditrices priuilegium (de quo hic agitur) per-
sonale habere [p], & præferri reliquis creditoribus chirographarijs, hoc est, qui pignus nõ habent, ut uult
Paulus [q]: etiamsi iure communi, ius reale, exemplo fisci, & tacitam hypothecam non habeantur. qua in
sententia etiam fuisse Accursium apparet [s]. Præterea priuilegio fruuntur mulier in causa dotis [t], datæ
tamen, non tantum confessatæ [u] (id quod mulieri est probandum [x]) & sponsa in dotis repetitione, nu-
ptijs non secutis [y]: item is cui depositũ, maximè publicæ personæ, puta argentario creditũ, debetur [z]:
qui in rei refectionẽ credidit [a], aut in nauim fabricandam instruendámue [b], aut in funus & exequias,
morbum & ualetudinem [c] debitoris [d]: item, cuius pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit [e]: &
iure Sax. mercedes mercenariorum seu ministrorum (Liederlohn uulgò) idem priuilegiũ personale ha-
bent [f]. atq; hos quidem reliquis chirographarijs creditoribus præferri certum est. Quid enim mirum,
cum horum plerosq; uideas etiam in rem iure tacitæ hypothecæ agere posse? Et sanè si uim & effectũ
attendas, non multum hoc priuilegium personale à tacita hypotheca reali distare inuenies [g]: præter-
quam quòd more in primis Sax. hypothecarij istis personalibus, quamuis tempore prioribus antefe-
rantur. Sed cum isti ipsi inter se concurrunt, quis cui præferatur, non est usquequaq; expeditum. Ve-
6 ram † tamen arbitror Azonis [h] regulam, qui statuit, omnes æquale ius habere, & simul concurrere ac
diuidere æqualiter: nisi quis aut tempore prior sit [i], aut speciali lege de aliquo eorum probetur, quôd
sit præferendus, ut in muliere [k] & fisco [l] constitutum uidetur, scilicet cum fiscus debitum, non etiam
quando pœnam aut mulctas persequitur [m]. item in eo qui duplici priuilegio munitus est, puta tutelæ

a l. eos. C. qui potior. in pignor.
b Auth. itaq;. C. communia, de succes.
c leg. plus cautionis. 25. de reg. iur. l. 6. C. de bon. author. iudic. possid.
d ad tit. qui pot. in pign.
e l. rescriptum. 10. de pac.
f l. pen. in fin. h. t. l. 6. C. de bon. author. iud. possid.
g l. priuileg. 16. h. t.
h l. assiduis. 12. in princ. C. qui potior. in pign.
i l. & mulieri. 15. de cur. fur. dand.
k l. 4. §. fin. l. 5. 6. 7. h. t.
l l. pro officio. 20. C. de admin. tutor.
m l. qui quod. 18. h. t. l. si is. 28. l. aufertur. 46. §. fiscus. de iur. fisc. l. 1. C. eo. tit. lib. 10.
n l. pen. in fin. h. t.
o Bart. in d. l. pen. gl. in l. simile. 10. ad municipalem. l. 3. C. de admiss. pignor. Neguzant. in tracta. pig. secunda parte. memb. 4. num. 114. uide Cuic. obser. lib. 2. cap. 24.

p l. 2. C. de iur. reip. li. 11. l. Antiochensium. sup. tit. 1. q in d. l. pen. r d. l. simile. ad municipalem. l. eum qui. 16. de uerb. significat. uide quæ dixi ad tit. in quibus caus. hyp. tac. con. l. sancta. ubi gl. ad municip. Dd. in l. 2. C. in quibus caus. pign. per illum text. Neguz. in trac. pig. part. 2. memb. 4. numer. 119. s in d. l. pen. t d. l. assiduis. C. qui potiores in pignor. u l. assiduus. ubi gl. ad uerb. data. C. qui pot. in pign. & Bald. ibid. numer. 1. uide latè Angel. num. 18. Ias. num. 74. in §. fuerat. Instit. de actionib. x l. si quis. 9. in princip. ubi gloss. C. de bon. proscript. y l. 2. §. fin. cum ll. seq. hoc tit. z l. si uentri. 8. §. in bonis. hoc tit. l. si hominem. 7. §. fin. ff. depos. quæ ll. sibi inuicem uidentur aduersari. a l. creditor. 25. si certum petat. l. interdum. qui potiores in pignor. l. si uentri. 3. §. 2. hoc tit. b l. qui in nauim. 10. leg. quod quis. 18. hoc tit. c Ias. in leg. fin. §. in computatione. C. de iur. del. d l. 2. hoc t. l. pen. de relig. & sumpt. funer. e d. l. si uentri. §. peruenisse. f art. 15. lib. 1. & art. 22. eod. lib. ubi gl. numer. 4. dicit iuramento posse probari. g l. si præcedente. 58. §. 1. mandat. h Rubr. Cod. de bonis author. iud. possid. i l. 2. Cod. de priuil. fisc. k leg. assiduis. Cod. qui pot. in pig. l l. si is qui. 28. de iur. fisc. ubi Bart. l. 1. Cod. de pœn. fisc. & l. 1. Cod. de iur. fisc. lib. 11. m gloss. & Dd. in l. rescripto. 11. ad uerb. hypothecam. de pact. d. l. 1. C. de pœn. fisc. Neguzan. in 2. part. 4. membr. numero 115.

BIU Cujas

a l.fin.qui pot. in pignor. Neguzan. in tract. pig. parte 5. in 2. membr. numero 42.
b uide late Neguzan. in d. tract. 2. part. membr. 4. numero 108. per l. non puto. de iur. fisc. Bald. in l. dotis. C. de iur. dot. Socin. Iaſ. & Dd. in l. 1. ff. ſolut. matr. Bald. in trac. de dote. parte 9. priuil. 2. uide etiam l. 1. C. de priuil. fiſc.
c ita uidetur eſſe communis opinio Iaſ. & aliorum, in l. 1. ff. ſolut. matr. & dicit magis uerã & communem Neguzan. in d. tract. pig. 2. part. membr. 4. numer. 118.
d d. l. aßiduus. C. qui potior. in pignor.
e Bart. in l. 1. num. 8. ff. ſolut. matrim.
f l. 1. §. ex contrario. infrà tit. 1.
g l. 6. C. de bon. author. iudic. poſſ.
h l. pupillus. 24. infr. quæ in fraud. cred.
i d. l. pupillus. l. qui autem. 6. §. ſciendum. inf. de his quæ in frau. credit. l. ſi non expedierit. 6. §. 1. ff. de bo. auth. iud. poſ.
k uide Reinh. diff. iud. 57.
l l. plus cautionis. 28. de reg. iur.
m l. ait prætor. 9. h. t.
a §. hæres. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contra.
b l. debitorum. 25. cum ibi nota. C. de pactis. iunct. l. 2. §. ex his. inf. de uerb. oblig. l. 2. §. incertam. de præt. ſtip.
c l. 1. in prin. h. t.
d l. fin. §. etſi præfatam. & §. licentia danda. C. de iure deliberandi.
e d. l. 1. §. illud. cum multis ſeqq. l. h. t.
f l. 1. §. quæſitum. h. t.
g d. §. hæres. l. nec emere. C. de iure del.
h d. l. 1. §. 1. & §. quæſitũ.
i d. l. 1. §. ſed ſi qui. & §. fin.
k d. l. 1. §. de his. h. t.
a l. fin. h. t.
b l. eius. 9. de cura. fur.
c l. 2. h. t.
d d. l. 2. in princ.
e l. 2. §. fi. cum ibi no. l. 3. hoc tit.
f gloſ. in d. l. 2. §. ult. ad uerb. ueriorem.
g l. 5. de cura. fur.

& depoſiti [a], &c. item ut in dubio mulier præferatur fiſco [b], fiſcus priuato [c], &c. In alijs porrò regulariter priuilegiatus contra priuilegiatum uti priuilegio non debet [d]. His autem exceptis, quorum priuilegium ad extraneũ ſucceſſorem non tranſit [e], reliqui creditores æqualiter concurrunt, non attento contractus tempore: nam licet alicui contrahendo, adijciendoq; ſibi creditores, creditoris ſui prioris conditionem facere deteriorem [f]. Sed † hæc æqualitas ad Geometricam proportionem redigenda eſt, ut 7
uidelicet æqualiter diuidant, non æqualibus analogia Arithmethica portionibus, ſed pro rata debiti quantitate [g]: cæteroquin eueniret, ut in debitis non æqualibus alteri integrum, alteri uix dimidiũ exolueretur: quod eſſet planè iniquiſsimum. Accipient igitur æquales pro debita cuiq; quantitate portiones: puta quadrantes, aut ſemiſſes, aut dodrantes ſui quiſq; debiti: prout ſuppeditare bona debitoris poſſunt. Sanè ſi quis antequam ea poſsideantur, ſibi uigilauerit, & ſuum ſit conſecutus, nihil ab eo repeti poteſt [h]: quòd † ſi omnes porrò creditores ſimul inſtiterint, uel bona ſint poſſeſſa: omnium ius 8
æquale eſt, neque gratificationi locus relinquitur [i]. Cæterùm † iure Saxonum [k] illud ſpecialiter inua- 9
luiſſe uidemus, ut ſi quis præ reliquis creditoribus curârit ſibi à magiſtratu in bonis debitoris arreſtũ decerni, idq; continuò in iuridicis tribus 14. dierum terminis proſequatur: & in tertio termino actionem, ex qua petitur immiſsio, proponat: is non modò priuilegium perſonale, ſed ius etiam pignoris, quaſi prætorij, præ cæteris conſequatur. Dico, quaſi. nam uerius uidetur, tantùm ipſa immiſsione hoc pignus propriè conſtitui, eoq; arreſtationem ſolùm prodeſſe, ut chirographarijs nudis potior ſit. Quocirca & uſus ſic obſeruat, ut hypothecarij primo loco ſint, atq; ordine, quibus etiã ante omnia ſit ſatisfaciendum: altero perſonales, hoc eſt, qui priuilegium habent perſonale: de quibus hîc tractatur. poſt hos tertia in claſſe arreſtantes ante immiſsionem (nam hæc ad primum ordinem pertinet.) quarta ac poſtrema chirographarij, ad quos in tali concurſu aliquid reſidui rarò peruenire ſolet. Quare plus cautionis eſt in rem, quàm in perſonam [l]. Poſtremò † tenendum eſt, qui ſcienter contrahit cum debitore 10
poſt ſuſceptum fraudationis conſilium, eum numero creditorũ eximi, excludiq; prætoris edicto, quod ita habet: QVOD POSTEA CONTRACTVM ERIT, QVAM IS CVIVS BONA « VABNIERINT, CONSILIVM CEPERIT FRAVDANDI, SCIENTE EO QVI « CONTRAXERIT, NE ACTIO EO NOMINE DETVR [m]. Quamobrem nec confeſsioni, « nec chirographo, nec (ut arbitror) iuramento debitoris poſt facto credetur: neq; putauerim ei iuramẽtum à quoquam rectè deferri, cùm hoc ad aliorum creditorum incommodum pertinere poſsit: nec cõtra debitorem qui bonis exuitur, ſed in necem creditorum duntaxat ſit ualiturum.

De ſeparationibus. Tit. VII.

1 Continuatio.
2 Ex quibus cauſis petatur ſeparatio.
3 Qui petere poßint.
4 Quando ceſſet.
5 An hæredi detur.
6 Cuius hac de re ſit notio.

SCiendum † autem eſt, in poſſeſsionibus diſtractioneq; bonorum debitoris ſeparationem ſolere 1
impetrari. Solet † autem ſeparatio permitti ex his cauſis: puta, debitorem quis Seium habuit, is 2
deceſsit: hæres ei extitit Titius. hic non eſt ſoluendo, & patitur bonorum uenditionem: creditores Seij dicunt, bona Seij ſufficere ſibi, & creditores Titij contentos eſſe debere Titij bonis. Etſi enim hæres Titius adeundo ſe obligauit creditoribus Seij defuncti [a], ſuasq; obligationes cum illius bonis permiſcuit: tamen quia iniquum eſſet, creditorum conditionem fieri deteriorem facto hæredis [b], qui fortè pluribus creditoribus eſt obligatus, indulſit ſeparationẽ bonorum prætor [c]. Petere † igitur poſ- 3
ſunt ſeparationem creditores, & poſt hos legatarij: nam illis prius eſt ſatisfaciendum [d]. Hoc † autem 4
tamdiu licet, quoad res adhuc eſt integra: id eſt, antequam hæreditas diſtrahatur, uel creditores de integro cum hærede animo nouandi contrahant, uel res hæreditarię ita cum hæredis bonis confundantur, ut ſeparari amplius non poſsint [e]. Quòd ſi alij petant ſeparationem, alij non: qui non petunt, cum creditoribus hæredis connumerantur [f]. Hæredi † autem non datur ſeparationis beneficiũ, quia ſponte ſe creditoribus defuncti adeundo obligauit [g]: nec eius etiam creditoribus, quia licuit hæredi adijciendo ſibi creditores, ſuorum creditorum conditionem facere deteriorem [h]. Qui † tamen coacti ad- 6
eunt hæreditatem, nec bona attingunt, hi ſeparationem poſtulare poſſunt [i]: de quibus omnibus an admittenda ſit ſeparatio, nec ne, prætoris erit uel præſidis notio, & nullius alterius [k].

De curatore bonis dando. Tit. VIII.

1 Quis ſit curator aut magiſter.
2 Quomodo & à quibus conſtituatur.
3 Qui conſtitui poßint, & de eorum officio.

SOlet † etiam curator bonis debitoris extra ordinem præfici (uice eius qui olim ordinario iure 1
deligebatur magiſtri) qui bona tueatur & diſtrahat, & ex redacto creditoribus ſatisfaciat.
Conſtituitur † autem curator, uel priuata creditorum uoluntate [a], quorum in poteſtate eſt aut 2
per ſe, aut per procuratorem agere [b]: uel authoritate magiſtratus, ſi conuenire non poſsint, aut nemo id onus ſubire uelit.

Nec † enim inuitus quiſpiam ad id eſt cogendus [c], neq; uerò omnino creditorem eſſe oportet, qui 3
curator conſtituitur: ſed poſſunt etiam non creditores, unus pluréſue ex conſenſu maioris partis creditorum eligi [d]. Hi autem de adminiſtratione propemodũ, ut reliqui curatores ac procuratores tenentur [e], nó modò creditoribus, ſed ipſi etiam debitori [f]: cuius melior eſt conditio, cum à curatore bona diſtrahũtur: quod fit ſine infamia, quia curatoris, non debitoris nomine diſtrahuntur [g]: quàm quo-

ties

BIU Cujas

ties à creditoribus, à quo nota non abest [a], quia nomen debitoris uenum exponunt, quod tamen de- suetudine nunc obsoleuit [b].

Quæ in fraudem creditorum facta sunt, ut RESTITVANTVR. TIT. IX.

1 Continuatio, & impulsiua causa edicti.
2 Duplex esse nomen huius actionis, & quare.
3 Primum edictum.
4 Secundum.
5 Quid inter utrumq; intersit. (titulum detur.
6 Cuiusmodi hæc sit actio, ex qua causa, & contra quem
7 De actione in factum.
8 Quando cesset hoc edictum.
9 Quibus detur actio.
10 Aduersus quos.
11 Ad quid.
12 Intra quod tempus.

1 QVia † uerò debitores possessionem aut distractionem bonorum metuentes, maturè solent res suas in fraudem creditorũ alienare & interuertere: huic quoq; rei prouisum est actione à prætore proposita, qua res alienatæ reuocantur: quæ Pauliana dicitur à Paulo prætore, aliquando
2 Caluisiana à Caluisio, qui & ipse prætor hac de re edictum fecit [a]. Vtriusq; † autem actionis eadem uis est, natura & effectus: ut quamuis nominibus distinguantur, pro una tamen eademq; actione meritò haberi debeant. Suspicor autẽ diuersas, aut saltem diuersis nominibus actiones in hanc rem esse proditas, quòd diuersa extarent edicta: quorum tamen eadem est sententia, ut ex lectione intelligi licet. Primum enim quod est actionis Paulinæ, ita habet:

3 » QVAE † FRAVDATIONIS CAVSA GESTA ERVNT, CVM EO QVI FRAV-
» DEM NON IGNORAVERIT, DE HIS CVARATORI BONORVM, VEL EI CVI
» DE EA RE ACTIONEM DARI OPORTEBIT, INTRA ANNVM QVO EXPE-
» RIVNDI POTESTAS FVERIT, ACTIONEM DABO: ID QVOD ETIAM AD-
4 » VERSVS IPSVM QVI FRAVDEM FECERIT, SERVABO [b]. Alterum † in fraudatores conceptum [c] extat apud Vlpianum in hanc sententiam: » QVAE L. TITIVS FRAVDANDI
» CAVSA, SCIENTE TE, IN BONIS QVIBVS DE EA RE AGITVR, FECIT:
» EA ILLIS EO NOMINE QVO DE AGITVR, ACTIONEM EX EDICTO
» MEO COMPETERE, ESSE VE OPORTET: EI SI NON PLVS QVAM AN-
» NVS EST, CVM DE EA QVA DE AGITVR, EXPERIVNDI POTESTAS EST,
» RESTITVAS: INTERDVM CAVSA COGNITA, ET SI SCIENTIA NON SIT,
» IN FACTVM ACTIONEM PERMITTAM [d].

5 Cum † igitur utrunq; edictum in idem recidat, mirum non est, utramq; actionem quæ inde oritur, eandem uim obtinere. Illud sanè amplius in secundo edicto est, quod interdum in factum actionem daturum se prætor hîc pollicetur, detracta fraudationis mentione [e].

6 Est † ergo hæc actio iuris prætorij, & quidem personalis [f]. Datur enim ex dolo & fraudatione tam debitoris alienantis quàm accipientis [g]. Nam ut locus sit huic actioni, necesse est & debitorem in fraudem creditorum alienasse, uel uerè [h], uel saltem præsumptiuè [i], & eum qui accipit, nõ fuisse fraudulenti consilij ignarum [k]. Quod uerum est, quando titulo oneroso accipit, ex uenditione fortè aut permutatione: secus uerò si lucratiuo: puta ex donatione aut legato. Tum enim indistinctè is qui accepit, ad re-
7 stitutionem tenetur: quando semper iniquum sit, cum iactura creditorum eum locupletari [l]. Et † hoc casu locum habet in factum actio, quam prætor in fine secundi edicti se daturum pollicetur: quæ ideo in factum appellatur, quòd non in fraudem debitoris, aut accipientis contra edictum: sed in solum nu-
8 dumq; factũ alienationis, detracta fraudis mentione, sit directa. Sanè † qui suum recipit, nullã uidetur fraudem facere: quamuis sciat debitorem non omnibus esse soluendo. Sibi enim uigilauit, recepitq; suum, ad quod soluendũ debitor authoritate magistratus cogi poterat [m]: nisi in factũ sit post bona iam à creditoribus possessa [n], aut ab eo factũ, qui post abstinendo, uel restitutionẽ impetrando, soluere uni non debuit [o]. Cum autẽ alienationem tantum lex reuocet, perspici potest, huic edicto locũ non esse in ijs, quæ debitor cum posset acquirere, noluit [p]: quod in bonis fisco acquirendis aliter se habet [q].

9 Datur † autem hæc actio creditoribus, fraudatis re & proposito: nã qui duntaxat re fraudantur, non *improbiores* hi istam actionem non habent [r]: quia edictum in fraudem directum est, & conceptum: ut nec illi qui consenserunt alienationi, cum nemo uideatur scientes fraudare [s]. Hæc actio & successori-
10 bus competit, utpote rei persecutoria [t]. Aduersus † eum autem datur, qui sciens debitorem nõ esse soluendo, ab eo aliquid aufert quocunq; contractu: puta uenditione, aut oppignoratione [u], aut dotis donatione [x], aut acceptilatione, alioue quolibet pacto [y]: nam cõtra ignarum fraudis agi nequit, nisi quatenus locupletior est [z], multo minus aduersus tertium bonæ fidei possessorem [a]. Sed & in ipsum fraudatorem hæc actio datur, ut quidam uolunt, eo fine, ut debitor incarceretur [b], cùm alioqui bonis iam possessis aut distractis inanem faciat actionẽ eius paupertas [c]. Quod dicere durum est, quando disertè Imperator statuat, hanc actionem dari in debitorem oportere, cum hoc temperamento, in quantum facere possit [d]. In hæredes autem datur, quatenus ad eos peruẽnit [e].

11 Venit † autẽ in hanc actionem rei restitutio, quæ omnimodo restituenda est in eum statum, in quo fuit ante alienationem [f], reuocato nimirum dominio, omniq; iure, quod in alium est translatum [g]. Veniunt & fructus [h], qui uidelicet tempore alienationis terræ cohæserunt, & qui post inchoatum iudicium percipiuntur. Nam medio tempore perceptos, in restitutionem non uenire uerius est [i]: propterea quòd hos possessor ratione tituli & dominij quod habuit, meritò lucretur, quantũuis reliqua com-

a l.6.l.cuius.9. de curato. fur. dixi. Inst. de succes. bonor. sub. & qui ex quib. caus.
b l. debitores. 11. C. ex quibus caus. inf.
a l.2.§. si quid in fraudem patroni. §. item si quis. Instit. de actio. l. uideamus. 38. §. in Fauiana. suprà, de usuris.
b l.1. in prin. h.t.
c uide Cuiac. lib. 5. c. 17.
d l. ait prætor. 10. h.t.
e l. ut in casu. §. qui autem. 6. §. simili. & l. hac in factum. 14. h.t.
f l.2. cum ibi not. C. eod.
g l.1. §. hæc actio. 3. si quis in frau. patr. l. qui à debitore. 9. h.t.
h leg. ait prætor. 10. §. itademum. h.t. l. patronus. 6. de probat.
i l. omnes. 17. §. Lucius. hoc tit.
k d.l. 6. §. hoc edictum. l. pen. C. eod.
l d.l. 6. §. pen. & fi. l. 5. C. eod.
m d.l. qui autem. §. apud Labeonẽ. l. illud. 13. h.t.
n l. qui autem. 6. §. sciendum. h.t.
o l. si non expedierit. 6. §. fin. de bon. auth. iudic. poss. d.l. qui autem. 6. §. fin. h.t.
p l.1. §. l.2.3.4.5.6. h.t
q l. in fraudem. 45. l. cum quidam. 26. de iur. fis.
r d.l. ait prætor. §. 1. cum seq.
s d.l. qui autem. §. prætea rea.
t d.l. ait prætor. §. ult. cum l. seq.
u d.l. qui autem. §. apud. d.l. ait prætor. §. si cum.
x l.2. C. eod.
y l.1. §. ait ergo. l.2. & l.3. h.t. l.1. C. eod.
z d.l. qui autem. §. pen.
a l. qui à debitore. 9. h.t.
b l. fin. §. fin. h.t.
c l.6. de dolo mal.
d l. fin. C. eod.t.
e d.l. ait prætor. §. fi. cum l. seq.
f d.l. ult. §. si à socio.
g l. si sciens. 26. de contra. empt. §. item si quis. Instit. de actio. l. hac in factum. 14. l. ait prætor. 10. §. pactum. h.t.
h d. leg. ait prætor. §. per hanc. l. uideamus. 38. §. in Fauiana. de usur.
i d.l. fi. §. non solum.

BIU Cujas

a d.l.ait prætor.§. pactū.
b d.l.qui autem.§.ult. d.l. ait prætor.in prin.h.t.
c d.l. ait præt.§. hæc act.

moda medij temporis in hac actione reputentur [a]. Competit † autem hæc actio ex die factæ alienationis [b], & quidem intra annum utilem indistincte etiam aduersus eum qui particeps doli non fuit: post annum in fraudulentos tantum in id quod ad eos peruenit, aut peruenire potuit [c]. 12

DIGESTORVM LIB. XLIII. DE INTERDICTIS, SIVE EXTRAORDINARIIS actionibus, quæ pro his competunt. Tit. I.

1 Continuatio.
2 De interdictis & extraordinarijs actionibus.
3 Vnde dicta sint interdicta, & quid sint.
4 Diuisio, & species interdictorum.
5 Causa efficiens.
6 Materia.
7 Forma & differentia edictorum ac interdictorum.
8 Finis.

a l.1.de migran.l.pen.l. ult.C.eod.
b tot.tit.C. de formu.sub.
c §.fi.Instit. eo. uid. Paul. lib.5.tit.6. Cuiac.obs. lib.5.cap.17.
d l.is cui bonis.6. de uerb. oblig.l.1. de curat.fur.
e l.qui dolo.§.fin.ad l.Iul. de ui publica.
f in 7.Verrina.

EXpositis † ordinarijs possessionū iudicijs, sequitur ut de extraordinarijs disseramus [a]: quæ sunt interdicta seu extraordinariæ actiones, quas interdictis posterior ætas substituit. Nam † olim quidem interdicta reddebantur à prætoribus, sed postea formulis & impetrationibus sublatis [b], ex causa interdictorum extraordinarijs actionibus sine ulla solēnitate agi est cœptum [c]: ut uerisimile sit, illa inscriptionis huius tituli uerba, siue extraordinarijs actionibus, à compositoribus iuris aut alio quopiam (desunt enim in Floren.) adiecta, neq; accepta esse aut ex perpetuo edicto, aut commētarijs Iurisconsultorum ad edictum scriptis: cùm horum ætate prætores adhuc interdicta redderent. Interdicta † ab interdicēdo, hoc est, uetando dicta sunt, ut tradit Donatus in Hecyra Terentij. Interdicere enim prohibere est: ut cū dicimus alicui interdici bonis [d], aqua & igni [e], &c. Quam etymologiam sequi uidetur & innuere Plautus in Asinaria: Nequeo, inquit, ego te interdictis facere mansuetam meis. & Cicero [f], cum edictum Verris, quo prohibet ne pater gratis filium captiuum inuisere possit, tyrannicum interdictū uocat. Quare uerius est, interdicta ab interdicendo dicta. Prætor enim utplurimùm interdictis prohibere quid solet: ac si quādo iubet, eæ ipsæ iussiones uim prohibitionis habent. Alijs placet interdicta appellari, quòd inter duos aut interim dicantur, dum plenius de toto negocio cognoscatur [g]. Interdicta olim erant formæ & conceptiones uerborū, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maximè fiebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur [h]. Aliquanto significantius Theophilus [i]: Interdictum, inquit, est enunciatum prætoris inter duos, qui de possessione contendūt, emissum: facti quidem speciē causamq; non planè definiens, sed quomodo de ea iudicandum sit, iudicem informans. Actiones extraordinarias, quæ sublatis formulis & impetrationibus loco interdictorum introductæ sunt, nihil aliud esse dicendum est, quàm agendi formam, citra solennitatem subtilitatemq; uerborum, & iuris ciuilis, ex causa interdicti simpliciter in rem conceptam, qua de possessione inter aliquos disceptatur [k]. 2 3

g §.1. uersic.sunt tamen. Instit. eod. Alciat. lib.3. παρεργῶν, cap.5.
h in princ. Instit. eod. Cic. pro A. Cæcin. Quintil. lib.7.cap.6.
i in prin. Inst. eod.
k l.1.§.pen.h.t.d. §.fi. ubi Theophil. Inst. eod.

Diuisio † interdictorum partim sumitur à materia. Alia enim pertinent ad res diuini iuris, alia ad ea quæ sunt hominum: & horum quædam respiciunt illa quæ nullius numerantur in bonis: quædam ea quæ sunt alicuius [l]. partim à forma interlocutionis [m]. Nam quædam sunt prohibitoria, quibus prætor prohibet: quædam restitutoria, quibus iubet restitui: idq; dupliciter. Interdum enim mandat restitui possessionem rei [n], interdum uerò factum ipsum restitui, id est, reponi reduciq; in antiquum statum & formam, sublatis ijs per quæ res erat immutata [o]. quædam uerò exhibitoria, quibus iubet exhiberi [p]. Deinde interdictorum alia in præteritum, alia in præsens, alia in futurum referuntur [q]. Item quædam simplicia sunt, ut pleraq;: nonnulla duplicia, in quibus uterq; litigator duplicem personam sustinet, & actoris & rei [r]. Quædam annalia sunt, quædam perpetua [s], partim à fine. Nam quædā publicæ utilitatis causa [t], quædam iuris sui tuendi, quædā officij gratia sunt comparata [u]. Item pleraq; interdicta possessionis controuersiam, nonnulla proprietatis causam cōtinent [x]. Postremò interdicta aut adipiscendæ sunt possessionis, aut retinendæ, aut recuperandæ [y]. 4

l l.1.in prin.l.2.§.1.h.t.
m §.1.Inst.eod.
n tot.t.unde ui.cum simil.
o l.restituas.2.§. prætor ait. ne quid in loc.publ. l.1.in prin. quod ui aut clàm.
p l.1.§.interdictorum.h.t. §.1.Inst.eod.
q l.1.§.pen.h.t.
r l.2.in prin.h.t.
s l.1.in princ. de ui & ui arma. l. in honorarijs. 34.de act. & obli. uide quæ dicā infr. ad tit. uti possid. & de ui armat.
t l.1.§.fin.h.t.
u l.2.§.homini.h.t.
x d.l.2.§.quædam.
y d.l.2.§.fin.

Ad † finiendas possessionum controuersias, prætor interdicta protulit. nam oborta de possessionibus contentione, ne interea dum litigabatur, ad uim & arma res deueniret, utroq; litigatorum in possessionis utilitatem imminente, prætor statim aliquid inter eos interdicebat: puta uetando uim fieri, donec causa ordinario iudicio plenius disceptaretur. 5

Materia † de qua interdici solet, sunt res tam diuini quàm humani iuris [z]. 6

z l.1.§.1.supr.de oper. nouncia.
a l.unica. supr. de condictio. ex lege.
b l.1.§.1.supr.de oper. nouncia.
c lib.3. in Verrem.
d §.sed & quod principi. & §. prætorum. Instit. de iur.nat. gent.et ciuil.
e in d.l.1.in fin.

Forma † uerò optimè intelligi potest ex discrimine, quo interdictū ab edicto disiungitur. Hæc enim differunt tanquam causa & effectus: ut enim ex legibus actiones siue cōditiones [a], ita ex edictis oriuntur interdicta [b]. Solent autem prætores inituri magistratum, ne quid dare uiderentur cuiusquam odio aut gratiæ, edicta generalia proponere, sine ullis personarum ac rerum circumstātijs: ut inde sciri posset, qua deinceps ratione de rebus futuris, durante officio, ius dicturi essent: ut ostendit Cic. [c] unde & edicta, authore Theophilo, sunt appellata [d]. Edicere enim prædicere est, ut apud Cicer. in libello de Amicitia: Alius finis amicitiæ cōstituendus est, si prius quod Scipio reprehendere solitus sit, edixero. & ad Q. fratrem: Comitia edicta sunt ad 11. calendas Febr. ac propriè ad magistratus, aliquid prænonentes de iure, refertur. ut apud eundem lib. 2. de Finib. Cum magistratū inieris, & in concionē ascenderis, est tibi edicendum, quæ obseruaturus sis in iure dicēdo. At interdicta, sicuti actiones, ex edictis, flagrante iam contentione, litigatoribus à prætore reddebantur: non ut inter omnes, sed inter litigantes ius facerent, donec plenius in petitorio iudicio res tota examinaretur. & hoc est quod uoluit Vlpian. [e] cum ait: Interdicta omnia licet in rem uideantur concepta, ui tamen ipsa personalia esse. hoc est: quamuis uideantur generaliter de re & possessionibus loqui, ui tamē, id est potestate & effectu, ad certas per- 7

BIU Cujas

tas personas pertinere. Quod enim prætor inter litigantes interdicit, nõ continuò inter omnes ius facit, ut nec res inter alios actæ iudicatæue [a]. Hodie tamen postquam interdicta in Pandectas sunt relata, ea certum ius, sicuti aliæ leges, inter omnes faciunt: quanquam illud adhuc uerum sit, possessorium iudicium inter alios cõstitutum, alijs nec obesse, neq; prodesse. Inter litigatores autem olim interdictũ ualebat, neq; prætoris iussum detrectare fas erat [b]. Verùm usu sæpe uenire necesse fuit, ut interdicto rixa non sopiretur, altero litigatorum asseuerante, se nihil contra interdictum fecisse aut facere, quod alter negaret. exempli causa: Prætor ita interdicit: Vti possidetis, nec ui, nec clàm, nec precario alter ab altero, ita possideatis. Hoc interdictum non semper finiebat cõtrouersiam, cum fortè alter intenderet, aduersarium non possidere, aut certè ui possidere: alter contrariũ tueretur. Hoc ergo casu prętor cum interdicti formula litigatores ad iudicem pedaneum ablegabat, coram quo causa summatim & extraordinariè, id est, citra scrupulosam iudicij solennitatem, iuxta formam interdicti examinabatur [c]. Itaq; prout casus ferebat, aut statim cũ interdicto formulam iudicij petentibus litigatoribus, ad pedaneum iudicem referendam prætor dabat: aut si uidebantur acquieturi, neq; quid ultrà postularent, interdicebat duntaxat, & iudicium, ni paritum esset, in futurum pollicebatur. Qua ratione factũ est, ut quædã interdicta ita concepta sint, ut iudicium in futurum polliceantur [d]: quædam autem præsens, ut postea uidebimus. Sed ne quis temerè falsoûe causam suam interdicto congruere apud prætorem testaretur, eoq; litem calumniosè excitare auderet: olim usitatum erat, ut sponsiones depositis pecunijs litigatores facerent, ni interdicto causa congrueret, aut nihil contra illud esset factum. Quæ pecunia postea uictori cedebat, ut intelligi licet ex oratione Cic. pro A. Cæcin. & Quint. [e]. Postea sublatis per cõstitutiones impetrationibus & formulis, agi cœptum est ex causa interdictorũ extraordinarijs, hoc est minus solennibus actionibus tanquam si interdictum redditum esset [f]: perinde atq; ex perpetuis edictis perpetuæ actiones competere cœperunt, postquam desitum est, ea quotannis à prætoribus proponi. Nam & interdicta in edictum perpetuum à Iuliano fuisse relata, indicio sunt Consultorum responsa, in his titulis congesta: quæ ex commentarijs ad edictum perpetuum conscriptis hausta esse, ipsa inscriptio docet. Ex his utcunq; apparet antiqua interdictorum ratio cuiusmodi fuerit, quantumq; ab edictis distet. Edicta enim generalia sunt: at interdicta, uelut actiones, personis & rebus præsentibus accommodata. Et ut uno uerbo complectar, edicta formam & uim legum, interdicta actionum habent.

8 Finis † interdictorũ est, ut possessionum iura defendãtur [g]. Nam etsi quædã rei persecutionem, hoc est proprietatis causam continent [h], tamen id magis fit per consequentiã ex qualitate rei qua de agitur, quæ iudiciũ petitoriũ post se nõ admittit, quàm ex natura aut forma interdicti. Omnia enim interdicta de usu & iure possessionũ loqui, postea deprehendetur. Deinde pertinẽt interdicta ad ordinationẽ iudiciorum, quibus res uendicantur. Nã hæc rectè instituí nequeũt, nisi prius expeditũ fuerit, uter litigatorum petitor, uter possessor sit: ad quam cognitionẽ aditũ hæ possessorij iudicij actiones patefaciunt [i].

Quorum bonorum. Tit. II.

1 *Dispositio titulorum sequentium.*
2 *Continuatio huius tituli.*
3 *Verba interdicti.*
4 *Cur dicatur restitutorium.*
5 *Ratio interdicti.*
6 *Differentia inter hoc interdictum & petitionem hæreditatis.*
7 *Cui, aduersus quem ex hoc edicto detur actio.*
8 *Cuiusmodi detur actio, & quid in eam ueniat.*

1 DIximus, † interdicta aut de rebus diuinis, aut de humanis proponi. De diuinis, ut de locis sacris uel religiosis: de rebus hominum interdicta redduntur, aut de ijs quæ sunt nullius in bonis, puta de homine exhibendo, aut quæ sunt alicuius. Hæc porrò sunt uel publica, uel singulorum. Quæ singulorum sunt, aut uniuersitatem rerum complectuntur, aut res singulas.

2 Cum † autem uniuersalia particularibus amplitudine præstent: prius de his interdictis quæ ad uniuersitatem rerum pertinent, uideamus. Quo in genere primum est interdictum, Quorum bonorum. quod licet etiam ad res particulares competat [a], sicuti petitio hæreditatis [b]: tamen sua natura uniuersale est. Huius autem interdicti uerba hæc sunt:

3 QVORVM † BONORVM EX EDICTO MEO ILLI POSSESSIO DATA EST,
» QVOD DE HIS BONIS, PRO HAERede AVT PRO POSSESSORE POSSIDES POSSIDERESVE SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET, QVOD QVE DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES POSSIDERE, ID ILLI RESTITVAS [c].

4 Hoc † interdictum adipiscendæ possessionis est [d], & restitutoriũ abusiuè dicitur: quia prætor iubet possessionem restitui, quam bonorũ possessor nunquam habuit [e]. Quo in significatu nonnunquã uerbũ Reddẽdi accipitur [f]: ut cũ dicimus, redditas nobis literas, quas antea nunquã habuimus. Fuit † autem necessariũ interdictum hoc ad possessionem consequendam. Nã etsi per decretũ prætoris bonorum possessor, ius & dominiũ hæreditatis, tanquã hæres adipiscatur [g]: tamen possessionẽ corporalem, si fortè eam alius teneat, quæ facti [h] est, non habet ex decreto prætoris, sed à possessore ea est petenda [i]:

6 qui ad traditionẽ faciendam interdicto fuit compellendus. Quanquam † autẽ petitio etiã hæreditatis hoc casu competat: tamen utilius est agere ex hoc interdicto, quàm ordinaria hæreditatis petitione. In hoc enim non tam exactæ probationis, ut in ordinarijs iudicijs requiruntur [k]. Deniq; non potest hic

7 obijci exceptio dominij [l]: nec à sententia possessionis appellatur [m]. Datur † actio ex hoc interdicto, directa quidem bonorũ possessori, cui specialiter prætor prouidit, ut decretam à se possessionẽ tueretur: utilis autẽ ex interpretatione, cuilibet hæredi [n], etiã suo: nã nec in hunc continuari defuncti possessionem, uerius est [o]: aduersus eũ qui pro hærede eius cuius de hæreditate agitur, uel pro possessore possidet. Nam contra titulo iusto possidentes, cum ne quidẽ petitio hæreditatis detur, multo minus interdictum competere dicendũ est: quod in pari causa & titulo possessor obtinere debeat [p]. Qua de re alibi

plura

a *l. sæpe. 63. §. de re iud. tot. tit. C. res inter alios acta.*
b *l. fin. §. ne quid in loco publico.*
c *Theoph. in princ. Instit. eod.*
d *l. 1. de ui & ui arma. l. 1. ne uis fiat ei. & cum simil.*
e *lib. 7. cap. 6.*
f *§. fi. Inst. eod. uid. Cuiac. lib. obs. 5. cap. 17. l. 2. & 4. C. unde ui. l. ult. C. de li. exh. l. ult. C. eod.*
g *Quint. præalleg. loco.*
h *l. 2. §. quædam. h. t.*
i *l. inter litigantes. 62. ubi Dd. de iudicijs.*

a *l. hoc amplius. 29. de furt. Bart. in l. 1. §. hoc interdict. h. t.*
b *l. licet minimam. 10. de pet. hæred.*
c *l. 1. in prin. h. t.*
d *l. 1. in fi.*
e *§. adipiscendæ. uersic. ideo. Inst. eod.*
f *l. uerbum reddendi. 94. de uerb. sig. l. eum quidam. 24. de legat. 2.*
g *l. 1. de bonor. poss. l. fin. C. qui admitti ad poss. uide tamen l. cum miles. ex quib. caus. ma. gl. lat. in fin. art. 25. lib. 1.*
a *l. possessio. 49. de acqui. possess.*
b *l. 3. §. 1. de bonor. poss. l. cum hæredes. 23. de acquir. hæred.*
i *Bar. hic, & in l. 1. C. eod.*
k *l. fi. C. eod.*
l *Bart. in l. 1. C. eod. per l. unic. C. si à mõnt. poss. c. querelam. de elect.*
m *d. l. 1. C. eod.*
n *Bart. Bald. Alb. & Dd. in l. cum miles. ex quib. caus. ma. & in d. l. cum hæredes. 33. de acquir. poss. & in l. fin. 11. contra gloss. ibi de lib. & posth. uide late Tiraq. in tract. le mort. 3. decl. præfa. num. 5. & 56.*
o *c. in pari. de reg. iur. in 6. §. commodum. Inst. de interdic.*
p

BIU Cujas

plura traduntur [a]. Datur itaq; contra possessores rerũ hæreditariarum, non etiam in debitores defuncti: quibus cum personalibus actionibus est agendum, cum nullũ in rebus debitis, neque dum traditis, defunctus ius habuerit: unde exemplo defuncti cui succedit personalibus condictionibus hæres exigere eiusmodi debet [b]. quanquam petitio hæreditatis quæ non possessionẽ facti, sed ius hæreditarium persequitur, quod certè etiam apud debitorem est, meritò aduersus hũc detur [c]. Est † autem hoc iudicium uniuersale, sicut & ipsa bonorum possessio siue hæreditas [d]. Quo iudicio petitur possessio restitui, hoc est, tradi omnium rerum hæreditariarum, maximè corporalium [e], etiam feudalium, ut plerisq; placet [f]: nec modò earum quæ possidentur, sed etiam quæ dolo culpaúe possessoris absunt. uerbi gratia: quia passus est usucapi, uel fraudulenter alienauit, ut uerba interdicti ostendunt: POSSIDEAS. « 8
VE, SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET, QVOD VE DOLO MALO FECISTI, « VT DESINERES POSSIDERE. Nam eiusmodi fraudatores pro possessoribus habentur [g]: « quia pro possessore dolus est [h]. Affine autem huic interdicto est remedium possessorium, à Iustiniano introductum [i]: quanquam in quibusdam differat [k]. Hæc autem remedia hæredi necessaria sunt, alio (ut dixi) in possessione existente. Nam si nullus hæreditatem possideat, non opus est hæredi aliqua actione: cum eam uacantem & iacentem ipse pro arbitrio & authoritate sua occupare possit [l]: quemadmodum & iure Sax. intrare ad uiduam defuncti possidentem, atq; ita rei seruandæ causa cum illa possidere non prohibetur [m].

a Bart. & Doctor. in d.l. licet. de pet. hæredit. & in l.1.b.t. in l. fin. C. de edic. diui Adria. tollend. & infr. l.1. C. eod.
b l.2.b.t.
c l. etiam. 15. §. fin. de pet. hæred.
d l. hæredit. 15. 63. de reg. iur.
e uide Ferra. in for. lib. pet. hæredit. ex testa. in prin. num. 2.
f Dec. consil. 424. quæritur. c. 1. §. inter. ubi Dd. si de feud. def. Alex. & Ias. in d.l. fi. C. de edict. diui Adrian. tollend.
g c. pro possessore. de reg. iur. in 6.
h l. qui dolo. 17. de reg. iu.
i l. fin. C. de edict. diui Adria. tollend.
k uide Ferr. præalleg. loc. Roffred. in lib. de remedio. l. fi. C. de edict. diui Adria. toll.
l Bald. in l. fi. nu. 3. ubi etiã Bart. Cyn. Fab. Dec. Ias. C. de edict. diui Adria. toll. Ferra. in for. lib. quo. pet. hæred. ex testam. ad uerb. iniuste. nu. 1. & 4. Innoc. Imol. Anto. de Butr. in c. cum in officijs. de testa. Bart. in l. 2. C. quãd. & quib. quart. pars. Bald. consil. 452. quia. lib. 4. Socin. cons. 72. quæritur. lib. 2. uide latè Tiraq. in trac. le mort saisit le uif. in 8. declarat. præfat. num. 1.
m art. 22. & 25. lib. 1. ubi gl. per l. si diu. quib. ex caus. in poss. eat.

Quod legatorum. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Cuiusmodi sit hoc interdictum, & quid contineat.
3 Ratio interdicti.
4 Regulam, dolo facis, qui petis quod restituere debes, hîc locum non habere.
5 Primum caput interdicti.
6 Cui, aduersus quem hæc actio detur.
7 Ad quid.
8 Secundum caput.

HVic † affine est interdictum, Quod legatorum. Vt enim superius ad totam hæreditatem spectat, ita hoc ad partem, quæ ex hæreditate debetur: nempe ad legata, quæ nonnunquam uniuersitatem bonorum comprehendunt [a]. Est † autem adipiscendæ possessionis interdictum, & continet hanc causam, ut quod quisq; legatorum nomine non ex uoluntate hæredis, sed propria authoritate occuparit, id restituat. Etenim † æquissimum prætori uisum est, unumquemq; non sibi ipsi ius dicere, occupatis legatis, sed hoc ab hærede petere [b]. Nam etsi lex ciuile quoddam dominium à morte testatoris transfert in legatarium [c], unde & rei uendicationem habet [d], quæ domino tantum datur [e]: tamen illud traditione ex iure naturæ confirmari, resque ab alio possessa non occupari, sed legitimè peti debet [f]. Periculosum enim est, & pessimi exempli, quemq; sibi ius dicere [g]. Rediguntur † igitur ad hæredem, per hoc interdictum ea quæ legatorum nomine possidentur: sic tamen ut legatarijs sit integrũ, hoc nomine hæredes denuò conuenire [h]: neq; dolo potest uideri facere hæres, qui petit id quod restituere debet. nam ea regula in petitorijs duntaxat locum habet [i], non in iudicijs possessorijs, ut sunt interdicta: in quibus spoliatus ante omnia est restituendus [k]. Deinde usuuenire potest, ut necesse non sit, integram restitutionem ab hærede fieri, neq; integra legata solui debeant: uel propter Falcidiam, quam ex ijs retinere hæres potest [l]: uel quia hæreditas ære alieno grauata est. Creditorum enim potior est, quàm legatorum causa [m]. Duo autem sunt huius interdicti capita: quorum primo quod huc pertinet, ita cauetur: QVOD † LEGATORVM NOMINE, NON EX VOLVNTATE EIVS AD QVEM EA RES PERTINET, VIDELICET HAEREDIS AVT BONORVM POSSESSORIS, QVIS OCCVPAVIT, AVT DOLO MALO DESIIT POSSIDERE, « ID ILLI RESTITVAS [n]. Ex † hoc capite actio datur hæredi, bonorumúe possessori, horumque hæredibus [o]: aduersus legatarios, aut eorum hæredes [p], non autem in donatarios, causa mortis [q]. Nam hi ex uoluntate defuncti possident, ut hæredi meritò præferantur: neque interest hæredis restitutionẽ ab his fieri, cum Falcidiam ipso iure saluam habeat [r]: propterea quòd non ex sua, sed testatoris uoluntate possessio translata sit, etiamsi de legatis quæ scienter ab hærede soluuntur, nihil detrahi possit [s]. Datur † autem hæc actio in hoc, ut uel res propria authoritate occupatas, conuentus restituat, uel in id quod interest, condemnetur [t]: quod obtinet, cum legatarius res legatas ante hæreditatem ab hærede possessam inuadit. mitius enim cum eo agendum fuit, qui rem iuris interpretatione [u] suam, à nemine possessam occupasset. Quòd si iam ab hærede possessam uiolenter subtrahat, aut ui extorqueat, iure legati cadit [x]: exemplo aliorum uiolentorum creditorum [y]. Secundo † capite prætor legatarijs aduersus hæredes consulit, qui cautionem facere detrectant. Nam hæc quæstio præcedenti coniungi permisceriq; solet: NISI, inquit, SATISDATVM SIT LEGATORVM NOMINE, « IN POSSESSIONEM MITTAM [z]. Qua de re « plura alibi diximus [a].

a l. qui quartam. 15. l. non amplius. 29. de lega. 1.
b l. 1. in princ. hoc tit. uide Camm. lib. 1. tit. 13. ubi excipit legatum uindicationis, quod compositores omiserũt, distinctionib. qui per legatorum, & l. generibus iam sublatis.
c l. à Titio. 66. de furt.
d l. 1. & 2. C. communia. de leg.
e l. in rem. 24. de rei uen.
f l. si ex stipulatione. 5. 3. de acquir. poss. l. j. §. 4. parui. infr. quod ui aut clàm. l. miles. 6. §. qui iudicat. sup. de re iud. l. dotis actio. 19. C. sol. matr.
g l. unica. C. ne quis in sua causa.
h d.l.1. in princ.
i l. dolo. 8. infr. de doli mali except.
k c. 1. 6. 7. & tot. tit. de restit. spoliat.
l l. 1. §. si quis. b.t. uide l. 1. C. eod. l. pen. C. ad l. Falc. l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. l. 93. ad l. Falc. Nouell. 1. Cuiac. lib. 8. c. 2.
m l. fi. §. licentia. C. de iure deliberandi.
n d.l.1. in prin. & §. quod ait prætor. 1. & 2.
o l. 1. in prin. uers. hoc interdictum.
p d.l. 1. §. legato.
q d.l. 1. §. si quis mortis.
r in princ. Instit. de donat. l. j. de don. caus. mort.
s l. error. ad Fal.
t l. 2. §. ex hoc interdicto. hoc tit.
u l. à Titio. de furt. l. 1. & 2. C. commu. de legat.
x l. 5. C. de leg.
y l. extat. 13. quod met. caus. l. si quis. 7. unde ui.
z l. j. §. pe. & fi. l. 2. §. j. b.t.
a supr. ad tit. ut leg. nomine caueatur.

Neuis

Ne uis fiat ei qui in possessionem missus erit. TITVLVS IV.

1 Continuatio.
2 Summa edicti.
3 Verba.
4 Duo interdicta hinc dari.
5 Ad quid.
6 An pœnale hoc sit iudicium, ut in hæredes transeat.

1 AD † uniuersalia interdicta pertinet & illud, quod redditur ex generali edicto, ne uis fiat ei qui in
2 possessionem missus est: quo † prætor omnes omnium possessiones à se decretas, tuetur: pro-
3 misso interdicto, siue iudicio aut actione, si edicto non paritum esse dicatur. Verba † eius ita
„ habent: SI QVIS DOLO MALO FECERIT, QVO MINVS QVIS PERMISSV
„ MEO, EIVSVE, CVIVS IVRISDICTIO DE EA RE FVERIT, IN POSSES-
„ SIONE BONORVM SIT, IN EVM IN FACTVM IVDICIVM, QVANTI EA
„ RES FVERIT OB QVAM IN POSSESSIONEM MISSVS FVIT, DABO [a]. a l.1. in prin. h.t.
4 Hinc † interdictum redditur partim prohibitorium, partim restitutorium [b]. Nam in edicto diserte b l.3.§.pen.h.t.
ius fieri prohibebatur, ut ex inscriptione huius tituli intelligi licet: interdictorum enim inscriptiones, à primis cuiusq; interdicti uerbis desumi, palàm est. Planè ut probabile sit, non integrum hic edictum in Pandectas à compositoribus esse relatum: sed eam tantum partem, quæ potissimùm ad interdictum & actionis speciem pertineret. Ergo & prohibitorium interdictum fuit ex forma edicti, & etiam restitutorium: quia eiusmodi iudicium prætor pollicetur. iubet enim possessionem restitui, aut nisi factum
5 erit, damnari reum, quanti ea possessio est [c]. Hanc † actionem excepta legatorum missione intra annũ c l.1.§.hæc uerba. l.2.l.fi. hoc tit.
6 competere, & non postea, sciendum est, cum sit pœnalis. Non † enim datur in quantum ea missio est, quæ custodiam potius quàm utilitatem misso creditori adfert: sed quanti ea res est, ob quam in possessionem quis mittitur [d]. Quæ cum possessione longè sit impensior, meritò hæc actio pœnalis dicitur: d l.1. in prin. & §.hæc uerb. neq; enim damnum quod quis ob impeditam facto alterius, ereptamq; possessionem habet, sed omne illud continet cuius gratia possessio decreta fuit. Quare cum supra id quod interest, supraq; utilitatem interuersæ possessionis damnetur reus, meritò pœnalis censetur actio: eaq; ratione nec in hæredes, similesq; personas dabitur, nisi in id quod ad eos peruenit: quamuis hæredibus alijsq; successoribus nõ denegetur [e]: quia à parte agentis, id quod interest, & rei persecutionem continet. Quòd si porrò malit e l.1. in fin. h.t.
possidere creditor, quàm hoc interdicto suum interesse persequi, melius erit prætorem extra ordinem iure suæ potestatis & nobilis officij decretum exequi, & manu etiam militari creditorem in possessio- f l.3. h.t. l. qui restituere. 68. de rei uendica.
nem mittere [f].

De tabulis exhibendis. Tit. V.

1 Continuatio.
2 Verba interdicti.
3 Ad quas tabulas pertineat.
4 Conciliatio antinomiæ.
5 Cui detur hæc actio.
6 Aduersus quem, & quando, ea cessante, officio prætoris tabulæ exhibeantur.
7 Ad quid detur.
8 Quandiu duret, & an in hæredes transeat.

1 AD † causam etiam uniuersitatis, nempè hæreditatis, refertur interdictum de tabulis testamenti a l. de his. 6. de transact. l.
2 exhibendis. Nam † ijs non uisis, nihil de hæreditate agi potest [a]. Prætor ait: QVAS TABV- 1. quemad. testa. aperia.
„ LAS LVCIVS TITIVS AD CAVSAM TESTAMENTI SVI PERTINENTES
„ RELIQVISSE DICETVR, SI HAE PENES TE SVNT, AVT DOLO MALO TVO
„ FACTVM EST, VT DESINERENT ESSE, ITA EAS ILLI EXHIBEAS: ITEM
„ SI LIBELLVS, CODICILLI, ALIVDVE QVID RELICTVM ESSE DICETVR,
3 DECRETO COMPREHENDAM [b]. Hoc † interdictum tabulas duntaxat testamenti, hoc est, cu b l.1. in prin. & §.hoc in-
iuslibet ultimæ uoluntatis [c], non etiam reliquarum actionum instrumenta concernit, quorum copia a- terdictum. h.t.
ctione ad exhibendum petenda est [d]: nec ad uiuentis testamentum pertinet, sed defuncti [e]. Neq; tamẽ c l.1.§.hoc interdictum. h.t. Paul. lib. 4. tit. 7.
4 solùm in perfecto testamẽto, sed etiam in falso aut imperfecto locum habet. Nõ † enim de iure scriptu- d t.t. C. ad exhibendum.
ræ, sed de ea exhibenda quæritur, ut postmodum de ualore eius cognoscatur [f]: quod si & falsum sit, & e l.1.§.fi. l.3.§.1. h.t.
imperfectum testamentum, idq; euidenter appareat, uel apparere in continenti possit: sanè causa non f d.l.1.§.siue.
erit, quare interdictum hoc detur, cum agentis interesse nequeat talem scripturã exhiberi: atq; ita acci g l.si quis legatũ. 5. ad leg.
5 piendum arbitror Aphricani responsum [g]. Ex † hoc interdicto datur actio omnibus, quibus aliquid in Cor. de falsis.
testamento, uel libello, siue codicillo adscriptum est, quorumque interest exhiberi [h] (nam horum cen- h l.3.§.interdictum. uersi.
6 sentur esse tabulæ [i]) dummodo iurent, quòd sua interesse credant [k]. Datur † autem aduersus possessorem solùm. h.t.
rem uel tabularum detentorem [l], qui negat se tabulas possidere, uel exhibere ob certam probabilemúe i l.2. quemad. testa. aper.
causam oportere [m]. Nam si quis cõfiteatur se possidere, nec ullam iustam causam prætendat, quare ex- k l. eius quod. C. quemad-
hibere non debeat, in hunc prætor interdictum non reddit. Quorsum enim in re aperta & euidenti, cui modum testa. aper.
ulteriore cognitione non sit opus [n]? sed ipse statim ex officio cogere eum debet ad exhibendum [o]. Qui l l.3.§.1. h.t.
7 ergo † negat se habere tabulas, aut exhibere oportere, rectè conuenitur hoc interdicto in id ut eas ex- m l.1.§.1. h.t.
hibeat, id est, apprehendendarum copiam apud magistratum faciat [p]. Quod nisi factũ erit, condemna- n d.l.1.§ .l.2.§.fi. C. quẽ
bitur quanti actoris interest [q]. ad. testa. aperia.
8 Interdictum † hoc & post annum, & hæredi cæterisq; successoribus [r]: non competit autem in hæ- o l.3.§.hoc interdictũ. h.t.
redes, nisi detineant, aut in dolo malo sint. Nam hoc interdictũ rem persequitur, & in unumquemq; pos- p d.l.3.§.fi.
sessorem suo nomine competit, uel quia possidet, uel quia dolo fecit quo minus possideat: ut nõ opus q d.l.3. in fi.
sit hîc quærere, an in hæredem hæc actio detur: idq; exemplo actionis ad exhibendum [s], cui hoc inter- r l. de eo. 12.§. fi. ad exhi-
dictum ualde est affine, ab eaq; tantummodo obiectis & materia differt. bendum. supr.

Ne

Ne quid in loco sacro fiat. Tit. VI.

1 Continuatio.
2 Edictum.
3 Quid appellatione sacrorum ueniat.
4 Alterum edictum restitutorium.
5 Actionem hanc esse popularem.

ET † hæc de interdictis quæ uniuersitatem rerum cõtinent. Porrò singularia interdicta pertinent aut ad res pub. aut ad priuatas. Publicæ † res uel diuini iuris uel humani censentur [a]. De diuinis rebus generale propositum est interdictum, hoc modo: IN LOCO SACRO FACERE, (nõ ad ornamentũ uidelicet, sed detrimentũ [b]) INVE EVM IMMITTERE QVID, VETO [c]. 1 2

Appellatione † sacrorum etiam sancta loca ueniunt, quæ uiolari aut habitari sine permissu Principis non possunt [d]. Porrò de religiosis locis alibi [e] est expositum. Et hoc quidem interdictum prohibitoriũ est. Sed † & restitutorium de locis sacris extitisse, author est Vlpian. [f] IN LOCO, inquit, SACRO NON SOLVM FACERE QVID, SED ET FACTVM RESTITVERE IVBEMVR, PROPTER RELIGIONEM. 3 4

Ex † hoc interdicto cuilibet de populo datur actio [g]: quia publicè interest, publica loca sarta tectaq; seruari [h]. 5

a l.1. de rer. diuis.
b Bart. hîc in l.1.
c l.j.h.t.
d l.2. & 3. h.t.
e in tit. de mortuo infer. & de relig. & sumpt. funer.
f in l.2. §. locorũ. ĵ. ne quid in loco publ.
g l. si quis in hoc. 10. C. de epis. & cler.
h l.2. §.1. ne quid in loco publico.

De locis & itineribus publicis. Tit. VII.

1 Continuatio.
2 Summa huius interdicti.

DE † publicis rebus quæ sunt humani iuris, primò edictum generale propositum est, de locis & itineribus publicis: quo † uetat prætor quid fieri, ad impediendum loci publici usum, & quolibet postulante, se ad tuendam rempublicam interdicturum pollicetur [a]. Interdicit autem ijs ferè modis, qui sequuntur. 1 2

a l.1. & tot. h.t.

Ne quid in loco publico uel itinere fiat. TITVLVS VIII.

1 Quæ sint loca publica.
2 Verba interdicti primi.
3 Verbum faciendi quomodo accipiatur.
4 Quare in factis cesset interdictum.
5 Cui, aduersus quem, ad quid detur actio.
6 Cur specialiter de uijs publicis interdicatur.
7 Interdictum de uijs prohibitorium.
8 Restitutorium.
9 De non impediendo uiæ usu.

DE † publicis locis omnibus, id est, ijs quæ utilitatibus publicis & singulorum seruiunt, nullius tamen priuati in bonis existunt, sed proprietate ad uniuersitatem pertinent [a], prætor initiò generaliter interdicit: NE † QVID IN LOCO PVBLICO FACIAS, INVE EVM IMMITTAS, QVA EX RE QVID ILLI DAMNI DETVR, PRAETERQVAM QVOD EX LEGE, SENATVSCONSVLTO, EDICTO, DECRETOVE PRINCIPVM TIBI CONCESSVM EST: DE EO QVOD FACTVM ERIT, INTERDICTVM NON DABO [b]. 1 2

Verbum † faciendi latè patet, & quoquo modo factum comprehendit [c]. Ergo si nihil fiat ad loci detrimentum, sed persona tantum usu publicæ rei prohibeatur, puta piscari, cessabit hæc actio, & iniuriarum erit agendum [d]. De † eo quod factum erit, prætor negat se iudicium daturum, ne uidelicet ruinis urbs facilè deformetur: & quia prohibitorium est, non restitutorium interdictum [e]. Nam de restituendo specialiter postea interdicit. Quod ita uerum est, nisi facilè tolli id quod factum est, possit [f]. Rectè † autem additur, qua ex re quid damni detur. Nam si nihil noceatur, cessat interdictum: quia nemo publico uti prohibendus est [g]. Hoc interdictum populare est. Datur enim ex eo cuilibet de populo actio [h] (nam omnium & singulorum, loca publica defendi interest [i]) & quidem actio perpetua [k], contra naturam actionum popularium [l]. Non enim facilè debuit præscribi, quæ publicã utilitatem, eamq; pecuniariam continet: nam publica non præscribuntur [m]. Datur autem aduersus quemuis in publico quid molientem, in hoc ut caueat non fieri [n]. Ac ita quidem in genere de locis publicis interdicitur. 3 4 5

Quia † uerò uias publicas, quas libera Republica prætorias uel consulares, post eam ab Augustis occupatam, basilicas & regias appellarunt, nullo modo impeditas esse, multo maximè propter hominum & rerum commeatum Reipubl. interest: de his specialiter prætor interdixit. Et in primis quidem prohibendo ad hunc modum: IN † VIA PVBLICA VEL ITINERE PVBLICO FACERE IMMITTEREVE QVID, QVO EA VIA ITERVE DETERIVS SIT, VETO [o]. Secundò restituendo: QVOD † IN VIA, inquit, PVBLICA ITINEREVE PVBLICO FACTVM IMMISSVM HABES, QVO EA VIA, IDVE ITER DETERIVS SIT FIAT, RESTITVAS [p]. Restituere est, in pristinum statum reducere [q]. Tertiò † singulariter de non impediendo uiæ usu: QVO MINVS, inquit, ILLI VIA PVBLICA ITINEREVE PVBLICO IRE AGERE LICEAT, VIM FIERI VETO [r]. 6 7 8 9

a l.2. §.1. & 2. h.t.
b l.2. in prin. h.t.
c d.l.2. §. cum quidam. & §. si quis.
d d.l.2. §. si quis.
e d.l.2. §. si quis nemine.
f d.l.2. §. cum quidã. cum §. sequen.
g d.l.2. §.1.
h d.l.2. §. boc interdictum perpetuum. 21.
i d.l.2. §.1.
k d.l.2. §. hoc interdictũ. 21.
l l. fi. de popul. actio.
m l.2. infr. de uia publ. leg. competit. C. de præscr. 30. & c. l. res fisci. Instit. de usucap.
n d.l.2. §. si quis nemine.
o l.2. §. ait prætor in uia, &c.
p d.l.2. §. prætor ait. 2.
q d.l.2. §. restituas. pen.
r d.l.2. §. fi.

BIU Cujas

De

De loco publico fruendo. Tit. IX.

1 Continuatio. 2 Interdictum. 3 Duo singularia in hoc interdicto.

1 VT † superioribus interdictis possessiones & usum locorum prætor tuetur: ita hoc interdicto de- a l.1.hoc tit.
tentionem siue fruitionem publicæ rei quæ alicui est concessa: b d.l.1.§.1.
2 QVO † MINVS, inquit, LOCO PVBLICO, QVEM IS CVI LOCANDI IVS c l.si merces.28. §.1. l.cum
»FVERIT, FRVENDVM ALICVI LOCAVIT, EI QVI CONDVXERIT, SOCIOVE in plures.62. §. messem.
»EIVS EX LEGE LOCATIONIS FRVI LICEAT, VIM FIERI VETO a. locati.l.2.C.de præscr.
3 Hæc † actio publicæ utilitatis gratia ad conseruanda uectigalia, conductoribus publicorum locorũ 30.annor.
aduersus inquietatores concessa est b: qua suam quasi possessionem tueantur, cum nullam iure ciuili d l.3.in prin. cum ibi not.
habeant c. Sed & socio publicani datur: quod & ipsum singulare est: nam aliàs ex contractu socij non ẽ.pro socio. l.loci.§.si
potest socius nisi cessa actione uti d. fundus.si seruitus uen-
dicetur.

De uia publica, & si quid in ea factum esse dicatvr. tit. X.

SEd quia parum est, usum uiarum liberum esse, nisi etiam purgentur eæ, & reficiantur, ut usibus pa- a l.3.§.utilitas. ẽ.de itinere actuq; priuato.
teant a: huic quoq; rei prouisum est. Vrbanis quidem uijs, edicto ædilium Curulium: penes quos b l.unica.hoc tit.
harum cura est, qui uetant aliquid immittere, facere, proijcere in uiam publicam, quod prætereun c lib.1.tit.14.
tibus aut impedimento aut noxæ esse possit: iubentq; unumquemq; iuxta propriam domum uiam pu-
blicam reficere & purgare b. Huc pertinet quod Paulus c ait: Qui uiam publicam exarauerit, ad muni-
tionem eius solus compellitur.

De uia publica, & itinere publico reficiendo. tit. XI.

1 Continuatio. 4 Quare non utendo uia non amittatur.
2 Interdictum. 5 Intellectus l. final.
3 Cui, contra quem detur hæc actio.

1 PORRÒ † uijs rusticis purgãdis, quarum curam sustinere magistratus urbicus nequit, prætor in sub- a l.1.in prin.b.t.uide
sidium hoc interdicto consulit: Paul.lib.1.tit.14.
2 QVO † MINVS, inquit, ILLI VIAM PVBLICAM, ITERVE PVBLICVM b d.l.1.§.pen.
»APERIRE, REFICERE LICEAT, DVM NE EA VIA IDVE ITER DETERIVS c d.l.1.§.fin.
»FIAT, VIM FIERI VETO a. d l.2.hoc tit.
3 Si † quis specie refectionis uiam faciat deteriorem, hoc est, immutet, impunè uim à quouis patie- e §.res fisci.Inst.de usuc.
4 tur b. Hoc interdictum omnibus, & in omnes, ac perpetuò datur c. Nam † quamuis reliquæ seruitutes f l.comperit.C.de præscr.
negligentia præscribantur: tamen populus non utendo uiam publicam amittere nequit d. Etenim pu- 20.annor.
blica ut nec alienari, ita nec præscribi possunt, exemplo rerum fiscalium e, uel potius regalium, quę nun g gl.fi.in l.solent. in fi.de
quam præscribuntur f. Quanquam & illud dici potest, commeatum per uiam publicam meræ esse facul off.proconſ. Bar.in l.cũ
tatis. Quæ autem sunt eiusmodi, in præscriptionem non cadunt g. de in rem uerso.de usur.
5 Sanè † si quis reficiendo uiam publicam, hoc est, lutum uiæ in agrum uicini reiecerit: actio uiæ reie- l.si certis.28.C.de pact.
ctæ quanti eius interest, cuius fundo iniuria irrogata dicitur, competit h. Instauratio enim sine cuiusq; Bar.in l.pignori.de usu-
iniuria aut damno facienda est. fruct.tex.in l.suus quoq;.
§.fi de hær.inst.& l.fi.
C.de cond.instit.uid.Fr.
Bal.in tract.præscr.in
4.part.5.part. prin.nu.
1.2.cũ seq.Tiraq.de re-
tract.conuentio. §.1.gl.
2.nu.21.22.cum seqq.
h l.fin.hoc tit.

De fluminibus, ne quid in flumine ripa ve eius fiat, quo peius navigetvr. titvlvs xii.

1 Continuatio. 3 Interdictum restitutorium.
2 Interdictum prohibitorium.

1 FLumina † cùm publica sint a, de ijs quoque interdicta proposita hîc enumerantur. Ac primùm ge- a §.flumina.Inst.de rer.
2 neralia, quorum alterum est prohibitorium: NE † QVID IN FLVMINE PVBLICO diuisio.
»RIPAVE EIVS FACIAS VEL IMMITTAS, QVO STATIO ITERVE NA- b l.1.in prin.b.t.
3 VIGII DETERIVS SIT, FIAT b. Alterum † restitutorium: QVOD IN FLVMINE PV- c d.l.1.§.deinde ait præ-
»BLICO, RIPAVE EIVS FIT, SIVE QVID IN ID FLVMEN RIPAMVE EIVS tor.
»FACTVM, IMMISSVMVE HABEAS, QVO STATIO ITERVE NAVIGIO DE- d gl.in l.1.§.fluminũ. uer.
»TERIVS SIT, FIAT, RESTITVAS c. Flumen publicum nostri ita definiunt: ut sit illud quod publicum.Bart.in l.quo
in publico oritur, & perpetuò fluit d: sed uerius uidetur cum etiã priuata eiusmodi esse possint, maximè minus.nu.2.& 22.b.t.et
priuilegio uel consuetudine acquisita e, ea habenda publica, quæ sunt de regalibus f, ut plerũq; nauiga- in l.nemo. uer.flumina.
bilia, & quæ nauigabile aliud faciũt g, ac ad Principẽ iure superioritatis pertinent h: usu uerò singulorũ de rer.diuis.Bal.in Rub.
patent commodis & usui i, non etiam commercio k, hoc est, iuri emendi, acquirendi, alienandi l, &c. nu.5.& l.item.nu.2.&
5.eod.tt.& c.1.§.si quis

de manſ.de cont.inueſt.Bar.in trac.Tyberiad.uer.flumen.in prin. e Cæpoll.de aquæduc.nu.28. f c.1.uerb.flumina. quæ sunt regal. Iacob.in tract.
feud.uerb.flumina.nu.1.& 2. g l.1.cum seqq.b.t. h Bar.in l.quo minus.nu.4.b.t.Iac.præall.loc.dixi in §.flumina.Inst.de rer.diuis. i d.§.flumina.
l.2.4.de rer.diuis.ẽ.ut in flumin. k d.§.flumina.ubi Fab.& Dd.§.ultim.Instit.de empt.l.sed Celsus.6. l.si in emptione.34. §. omnium. l. littora. de cont.
empt.gloss.in l.2.de rer.diuisio. l Vlpian.tit.19.

BIU Cujas

Ne quid in flumine publico ripáue eius fiat, quo aliter aqua fluat, atque priore æstate fluxit. Tit. XIII.

1 *Continuatio, & ratio interdicti.*
2 *Interdictum prohibitorium.*
3 *Eius explicatio.*
4 *Interdictum restitutorium.*

PORRÒ † quia de flumine non nauigabili, aqua duci potest [a], eapropter ne deriuationibus, constructione malorum, alijsq; eiuscemodi operibus flumina exarescant, aut cursus eorum mutetur, aut depressior uel altior fiat aqua, in detrimentum uel publicum uel accolentium: de ea quoq; re dupliciter prętor interdicit: primùm prohibendo: IN † FLVMINE, inquit, PVBLICO, RIPA'VE EIVS FACERE, AVT IN ID FLVMEN RIPAM'VE EIVS IMMITTERE, QVO ALITER AQVA FLVAT QVAM PRIORE AESTATE FLVXIT, VETO [b]. Hoc † interdictum etiam ad deriuationes inconcessas, ut quæ fiunt ex flumine nauigabili, pertinet: itaque nihil refert, quod ad hoc interdictum attinet, nauigari flumen possit annon [c]. Idcirco aiunt, prætorem æstatem comprehendisse: quia semper certior est propter hybernas eluuiones, naturalis fluminum cursus æstate quàm hyeme [d]. Secundò † interdicit restituêdo: QVOD, inquit, IN FLVMINE PVBLICO, RIPA'VE EIVS FACTVM SIT, SIVE QVID IN FLVMINE PVBLICO, RIPA'VE EIVS IMMISSVM HABES: SI OB ID ALITER AQVA FLVAT, ATQVE PRIORE AESTATE FLVXIT, RESTITVAS [e]. Hæc interdicta, ut & superiora, popularia atque perpetua sunt [f], & in hæredes competunt [g].

1
2 "
3
4 "
"
"

a *l. quo minus. §. tit. l. 1. §. quod autem. h. t. l. 3. in prin. & §. fi. §. de aqua quotid. & æstiua.*
b *l. 1. in prin. h. t.*
c *d. l. 1. §. 1.*
d *d. l. 1. §. is autem.*
e *d. l. unica. §. pen.*
f *d. l. unica. §. hoc interdictum.*
g *d. l. 1. §. pen.*

Vt in flumine publico nauigare liceat.

TITVLVS XIIII.

1 *Continuatio.* 2 *Interdicta duo.* 3 *Eorum explicatio.*

VT † suprà prohibuit uim fieri prætor, quo minus quis uia publica utatur: ita hîc uetat usum nauigationis fluminisûe publici impediri:

QVO † MINVS, inquit, ILLI IN FLVMINE PVBLICO NAVEM RATEM AGERE, QVO'VE MINVS IN RIPA ONERARE EXONERARE LICEAT, VIM FIERI VETO [a]. Item: NE CVI VIS FIAT, QVO MINVS PECVS AD FLVMEN PVBLICVM RIPAM'VE FLVMINIS PVBLICI APPELLAT [b].

Quæ † locum habent in fluminibus & ripis publicis: nam secus est in priuatis [c]. Priuata enim flumina nihil differunt à cæteris bonis [d]. Illud etiam sciendum, si quis stagnum uel lacum publicum conduxit, si piscari prohibeatur, eum utile interdictum ob uectigalis fauorem habere [e]: sicuti & conductores locorum publicorum [f]. Quanquam & iniuriarum actio ijs detur, qui piscari prohibentur [g].

1
2 "
"
"
3
"

a *l. unica. in prin. h. tit.*
b *d. l. unica. in fi.*
c *d. l. unica. §. 1.*
d *l. 1. §. 1. §. de flum.*
e *d. l. unica. § pen.*
f *t. t. §. de loco publ. fruen.*
g *l. 2. §. si quis. §. ne quid in loco publ. l. iniuriarũ. 13. §. fin. de iniurijs.*

De ripa munienda. Tit. XV.

1 *Continuatio, & ratio.* 2 *Interdictum.*

QVemadmodum † de uia publica reficienda interdictum propositum est: sic etiam de ripa fluminis muniêda prætor interdicit. Ripas enim fluminum publicorum refici & muniri, utilissimum est, ne damnum agris excursu aquarum detur.

QVO † MINVS, inquit, ILLI IN FLVMINE PVBLICO, RIPA'VE EIVS OPVS FACERE, RIPAE AGRI'VE QVI CIRCA RIPAM EST, TVENDI CAVSA LICEAT, DVM NE OB ID NAVIGATIO DETERIOR FIAT: SI TIBI DAMNI INFECTI IN ANNOS DECEM BONI VIRI ARBITRATV, VEL CAVTVM VEL SATISDATVM EST, AVT PER ILLVM NON STAT, QVO MINVS BONI VIRI ARBITRATV CAVEATVR, VEL SATISDETVR, VIM FIERI VETO [a].

1
2 "
"
"
"
"

a *l. unica. in prin. h. t.*

De ui, & de ui armata. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Dispositio sequentium titulorum.*
3 *Quare primò de ui interdicatur.*
4 *Duplex fuisse interdictum olim, & uim duplicem.*
5 *Interdictum de ui priuata.*
6 *Interdictum de ui publica.*
7 *Quare unum tantum interdictum in Pand. relatum.*
8 *Interdicti uerba.*
9 *Eorum explicatio.*
10 *Quamdiu duret hæc actio.*
11 *Cui, & aduersus quem detur.*
12 *An in singularem successorem.*
13 *Ad quid detur: & de alijs remedijs recuperandæ possessionis.*

ET † hæc quidem tuendis Rebuspub. interdicta prodita sunt: nunc de ijs quæ ad res singulorum pertinent agamus. Cuiusmodi † interdicta omnia aut rei familiaris tuendæ causa, aut iuris conseruandi, aut officij gratia proponuntur [a]. Rei † familiaris tuendæ causa interdicit prætor primo loco de ui. quia non modò priuatim, sed etiam publicè interest, uim coerceri. Cui argumento est, quòd huius criminis rei etiã publico l. Iuliæ iudicio, de ui publica aut priuata conueniantur [b]. Sciendum † autem est olim duplex ea de re extitisse interdictum, ut & duplex iudicium criminale [c]. Nam & ipsa uis bifariam infertur, & duplex est: quemadmodum inscriptio huius tituli ostendit, de ui & ui armata. Altera

1
2
3
4

a *l. 2. §. 1. §. de interdict.*
b *l. 1. §. 1. b. t. tt. ff. & C. ad leg. Iul. de ui publ. & ui priuat.*
c *d. t. §. ad l. Iul. de ui publ. & tit. ad l. Iul. de ui priuat.*

BIU Cujas

tera simpliciter uis nullo addito, aut uis priuata, siue quotidiana dicitur [a]. Hæc fit sine armis: & quia leuior est, de ea prætor cum exceptione uitiosæ possessionis olim interdicebat, ad hunc ferè modum:

5 VNDE † TV VEL FAMILIA TVA, VEL PROCVRATOR TVVS ILLVM VI
» DEIECIT, CVM NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO A' TE POSSIDE-
» RET, EO RESTITVAS [b]. Cuius interdicti uestigia non obscura etiamnum in responsis Iurisco[n]s. deprehendere licet [c]. Itaque qui uitiosè olim possidebat abs aduersario, ab eodem etiam uim impunè
6 patiebatur [d]. Altera † uis atrox, siue publica, siue armata nominatur: quoniam fit adhibitis armis [e]. Ideo autem publica est, quia qui armis uiolenter grassatur, & ciues Romanos pulsat, aut bona eorum inuadit, ius ciuium publicum & pacem uiolare communem, accendereq; seditionis faces uidetur. Deinde & contra publicas constitutiones facit, qui armis ad alium usum abutitur, quàm qui concessus est [f]. Meritò igitur hoc crimen publicum est: quia ad Rempubl. pertinet [g]. Et proinde prætor propter atrocitatem facinoris, ut ait Vlpian. [h] in hoc sine exceptione uitiosæ possessionis interdicebat, iubebatq; ante omnia spoliatum restitui [i].

7 Postea † cum priuatæ etiam uiolentiæ in tanta morum deprauatione, quæ indies sub Augustis creuit, inualescerent: placuit tandem quacunq; uiolentia spoliatum ante omnia restitui, nullo ad id habito respectu, fuerítne eius possessio iusta, annon [k]. Quare factum est ut abolito priore interdicto, quod
8 exceptionem uitiosæ possessionis complectebatur, unum tantum sine exceptione interdictum in Pan» dectas sit relatum, cuius etiam solius in Institut. [l] fit mentio. Verba † huius hæc sunt: VNDE TV VI
» ILLVM DEIECISTI, AVT FAMILIA TVA DEIECIT, DE EOQVE QVOD
» ILLE TVNC IBI HABVIT, TANTVMMODO INTRA ANNVM: POST AN-
» NVM VERO DE EO, QVOD AD EVM QVI VI DEIECIT, PERVENERIT,
9 IVDICIVM DABO [m]. Vnde.) de loco solo cohærente accipe [n]. Nam † ad res mobiles, puta nauem ex qua quis deijcitur, hoc interdictum non pertinet [o]: cum in his sufficiant actio & condictio furti [p], nisi cum fundo restituto nihilo tamen minus illæ absunt [q]. Sed solummodo ad immobiles, & utiliter etiam ad iura incorporalia [r] quæ pro immobilibus habentur [s], ut est iurisdictio [t], seruitus, &c. extenditur [u].
10 Deiectus es.) aut etiam prohibitus accedere [x]. Deiecisti,† aut tua familia.) Sed etiam deiecisse is uidetur, qui mandauit, uel iussit, ut aliquis deijceretur [y], dummodo factum fuerit subsecutum. Facti enim atrocitas requiritur [z], nec uerba sufficiunt [a]: quanquam denegatio iuris aut restitutionis, aut sequestratio, uim spoliationis habent, quia facti magis sunt [b]. Quod autem additur, de eo quod ad spoliatorem non peruenit, scilicet qui non possidet (nam in possessorẽ uidetur etiam olim perpetua fuisse actio [c]) annalem tantum esse actionem, quia pœnam scilicet continet [d], neq; iure Pontificio, neque usu nostro
11 obtinet, cùm perpetuò de ui indistinctè agi possit [e]. Ex † hoc interdicto actio competit cuicunque qui deiectus est, & qualicunq; possessori, siue animo, siue corpore, siue naturaliter, siue ciuiliter, possedit [f]. Sed & ei qui suo nomine (nam secus si alieno [g]) detinet, ut usufructuario, datur [h], & horum omnium successoribus [i]. Interdicitur autem aduersus eum qui deiecit, siue possideat, siue non [k]: siue iustam possessionis causam habeat, puta quia antea deiectus, uel dominus est: siue non habeat [l]. In hæredes dun-
12 taxat, in factum quatenus ad eos peruenit [m]. In † singularem autem successorem, puta emptorem, donatorem, legatarium, &c. non transit iure ciuili. Quia personale est interdictum, & soli uim facienti, ut uerba indicant, intentatur. Iuris uerò Pontificij remedia in hanc rem prodita, quemcunq; possessorem
13 persequuntur [n]. In † id autem competit, ut possessio restituatur cum omni causa, quam habuisset spoliatus, si deiectus non esset [o]. Vnde & earum rerum quæ amissæ sunt, æstimatio debetur [p]: quam actor iureiurando suo facere potest [q], etiamsi paulo aliter iure Saxonum obseruetur [r]. Sed & uolente actore, aut si reddi possessio nequit, condemnatio tota in æstimationem concipitur [s]. Etsi autem de ui in hoc iudicio quæritur: tamen quia rei persecutorium est, existimationem non lædit [t] ipso iure, quamuis de facto grauet: unde contra patronum [u], aut dominum feudi [x] non datur. Minus tamen hodie hoc interdictum frequentatur, cum alia locupletiora remedia postmodum sint inuenta [y]: ut primò imploratio officij iudicis, ut fiat restitutio [z]: quæ non modò intra annum possessoribus conceditur, ut interdictum unde ui, sed etiam nudis detentoribus [a], ut colonis, commodatarijs [b], &c. & quidem perpetuò [c], nec exceptione proprietatis aut reconuentionis [d] elidi potest [e], secundò, remedium canonis: quod in singularem successorem datur [f]: tertiò, amplissimum remedium canonis redintegranda [g]: quod indistinctè

a Cic. pro Cæcin.
b Cic. pro Cæcin. et Paul. lib. 5. Sententia. tit. 6. §. ui aut clàm.
c l. 1. §. ui poßidere. §. qui à Næuio. §. eum qui. l. sed si ui armata. 14. l. cum fundum. 18. h. t.
d Paul. lib. 5. tit. 6.
e §. sed ex constituto. Inst. de interdict. §. item lex Iulia. Inst. de publ. iudic.
f Nou. consti. de armis. l. 1. ad leg. Iuliam de ui pub. t. t. C. ut armo. usus. li. 11.
g l. 3. h. t. l. 3. l. lege Iulia. l. qui dolo. §. fi. ad leg. Iul. de ui pub.
h d. l. 1. §. interdictum.
i Cic. in dict. Oratio. pro Cæcin. l. 1. in prin. h. tt. l. si quis ad se. Cod. ad leg. Iul. de ui publ.
k l. si quis emptor. §. in hac. C. de præsc. 30. annor. cum simil. t. t. ex. de restit. spoliat.
l §. recuperandæ. Inst. de interdictis.
m l. 1. in princ. h. t. Cic. pro Cæcin.
n d. l. 1. §. hoc interdictũ. hoc tit.
o l. 3. §. pen. h. t. Anch. cõs. 248. ad prædicta. nu. 3.
p d. l. 1. §. illud.
q l. 1. §. si fundus. Bart. in l. qui possessionem. nu. 4. hoc tit.
r Bar. in l. 1. §. unde ui. h. t.
s gl. in l. si. C. in quib. caus. in integr. rest. non est. l. ait prætor. §. 1. de iur. dot. gl. in c. 2. in uerb. iura. de rebus Eccles. non alie. lib. 6. per l. si. C. de long. temp. præsc.
t ca. querelam. de electio. Bar. in l. fina. supr. quorum bonorum. Papin. in for. lib. in caus. spol. possess. num. 11.
u num. 11.

B 2 omnibus

x d. l. 1. §. si quis tantum. & §. quòd seruus. l. 3. §. 1. in fin. hoc tit. l. peregrè. §. fin. supr. de acquir. possess. y d. l. 1. §. deiecisse. z l. 1. §. interdictum. hoc tit l. metum. 9. Cod. de his quæ ui. a l. si quis uxorem. §. neque de fur. Anchoran. consilio 148. num. 2. b l. si quis conductionis. Cod. de loca. l. colonus. l. uim facit. hoc tit. cap. Pisanis. de rest. spo. Innocent. in cap. querelam. de elect. Dyn. in cap. qui ad agendum. de reg. iur. in 6. Anchoran. d. consilio 148. ad prædicta. num. 2. 3. 4. c Cuiac. lib. 5. cap. 20. l. si mulier. 21. in princip. quod met. causa. d l. in honorarijs. 34. de oblig. & act. l. ult. de ædend. in princip. Instit. de per. & temp. act. e cap. redintegranda. 3. quæst. 1. f d. l. 1. §. deijcitur. §. interdictum. & §. si quis tamen. g Panor. in cap. 2. cap. contingit. de dol. & cont. & in cap. 1. de sequestr. h l. 3. §. unde ui. hoc tit. i d. l. 1. §. interdictum. uers. hoc interdicto. k l. si ui me. 15. d. l. 1. §. quod autem. hoc titulo. l l. 3. §. cum igitur. l. qui possess. 17. hoc tit. §. recuperandæ. Instit. de interdictis. m l. 1. §. ultim. cum ll. seqq. hoc tit. l. in honorarijs. de obl. & act. l. 2. Cod. unde ui. quanquam gloss. magna l. unic. C. ex delict. defunct. existimet aliam esse in factum actionem, perperam omnino. ut l. prætor. §. nonnulli. de nou. oper. nunciat. n cap. sæpe. de restit. spoliat. d. cap. redintegranda. o d. l. 1. §. eum qui. §. non solùm. hoc tit. l. qui restituere. de rei uend. p d. l. 1. §. quod autem. l. pen. hoc tit. q l. si quando. C. unde ui. r lib. 3. art. 47. s l. in interdicto. 6. l. si ui me deiecerit. 15. l. 1. §. quod autem. uers. fin. hoc titul. ut in l. ui num. si cert. pet. t l. neque. 13. hoc tit. u l. 1. §. antepen. hoc tit. l. 2. l. licet. 7. de obseq. à li. præstan. x Bal. in ca. 1. §. fi. num. 15. de prob. feud. alien. per Feder. Feudistæ in c. 1. §. si uerò. de mil. uas. qui contest. Panor. & Fel. in c. cæterùm. de iud. y Spec. in tit. de rest. spol. 1. as. in l. si quando. C. unde ui. z l. Aquilius. 27. de donat. c. cum ad sedem. 15. de rest. spol. c. quia. 11. de iud. c. bonæ. de appell. gl. in l. & non tantùm. de petit. hær. Spec. de rest. spol. §. 1. Corras. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 40. de acq. poss. Ripa in c. sæpe. num. 9. de rest. spol. a gl. in d. l. Aquilius. Cast. in l. rem quæ nobis. de acq. poss. b Panorm. in c. cum contingat. num. 18. 19. 20. de dol. & cont. & c. 1. num. 13. de sequestr. c l. sicut. ubi gloss. ad uerb. prosecutione. & Bart. num. 1. C. de præscr. 30. annor. d Bal. in l. incerti. nu. 17. C. de interd. e c. in literis. 5. de rest. spol. c. porrò. de diuor. c. ad decimas. de rest. spol. in 6. Oldr. consil. 199. f ca. sæpe. de restit. spol. g c. redintegranda. 3. quæst. 1.

BIU Cujas

omnibus uim passis [a], de re etiã mobili, & quouis modo ablata [b] sine ulla temporis præfinitione [c], aduersus quemlibet etiam bonæ fidei possessorem datur [d]: quartò, quatuor cõdictiones nouis Impp. constitutionibus introductæ [e]. Affinis huic interdicto est etiam condictio incerti, & interdictum restitutorium de clandestina possessione [f]: quæ apud Cuiac. uirum doctiss. uidere licet explicata [g].

Vti possidetis. Tit. XVII.

1 *Continuatio.*
2 *Interdictum.*
3 *Quare de rebus mobilibus propositum sit interdictum Vtrobi.*
4 *Quid sit quod nec ui, nec clàm, nec precariò ab aduersario possidere oporteat.*
5 *Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc edicto detur actio.*
6 *Affinia & contraria.*

POst † iudicium possessorium recuperandæ, in quo publica etiam uertitur causa, sequitur interdictum retinendæ possessionis, quod omnino rem familiarem, id est, ius quod est in bonis & acquisitæ iam possessionis tuetur. ait prætor: VTI † EAS AEDES, DE QVIBVS AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, QVO MINVS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO. DE CLOACIS HOC INTERDICTVM NON DABO, NEQVE PLVRIS QVAM QVANTI RES ERIT, INTRA ANNVM, QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS FUERIT, AGERE PERMITTAM [a]. Loquitur prætor de ædibus, hoc est, de rebus soli. Nam † ad res mobiles pertinet interdictum Vtrobi, quod necessarium hic fuit, etiamsi non in interdicto superiore: cum deficiant actiones ordinariæ, quarum suprà [b] facta est mentio, & quæ pro ui ablatiua dantur. non enim hîc de ablata, sed de turbata tantum possessione agitur: quo nomine nec cõdictio furti, nec ui bonorum raptorum, nec actio ad exhibendum intentari potest, ut cum ui res sunt ablatæ. Est tamen hoc interdictum, uti possidetis, etiam in retinenda rerum incorporalium (quæ immobilibus annumerantur [c]) possessione non inutile [d]. Nec ui, nec clàm, nec precariò, id est, sine aliquo ullo uitio. Nam † his tribus modis uitiosè seu mala fide possidetur [e]. Itaque si quis ui ab aduersario possideat, in hoc interdicto succumbit, quia iuris interpretatione possidere non uidetur [f]: & eius aduersarius qui ciuilem adhuc possessionem habet, id est, iure ciuili pro possessore habetur [g], meritò in hoc iudicio obtinet [h]. Vnde quamuis Iustin. requirat ad uictoriam, ut litis contestatæ tempore possideatur [i]: tamen quoniã pinguiora iuris Pontificij remedia his possessorijs iudicijs permiscentur, eo iam usu obtinuit, ut sufficiat probare antiquiorem possessionem: ex eo enim præsumitur alterius uiolenta, nisi contrarium probetur [k]. De cloacis prætor hoc interdictum non dat: quia de ijs specialiter edixit [l]: neq; pluris quàm ea res est, hoc est, quantum interest turbationem & uim factam non esse. Additur, intra annum. quod scilicet tempus determinatum est, quando ad interesse agitur pro turbata antea possessione. Visum est enim hoc sufficere, cum neque uis magna sit sicuti ablatiua [m]: & respectu rei ad quem nihil peruenit (non enim de re amota ereptaue agitur) pœnalis sit actio, quæ meritò anni spacio finitur [n]. Cæterùm de turbatione continua & durante, semper potest agi, quia perpetuò præsens est turbatio [o]: ut & de illo quod ad turbatorem peruenit [p].

Ex † hoc edicto datur actio ei qui suo nomine possidet, non qui alieno [q]: qui enim alterius uice detinet, uerè possessor non est [r]. Nec interest, ciuiliter quis an naturaliter possideat, an iustam habeat possidendi causam, ut qui antiquiorem possessionem allegat [s]. Iuris enim interpretatione is pro possessore est [t], non ille qui iniustè occupauit [u]: quem adeò interdictum non adiuuat, ut etiam disertè excipiat, in uerbis, non ui, non clàm, neq; precariò. Nam in eo uehementer falluntur Dd. quòd hoc remedium ei qui deiectus est possessione, neutiquam dari arbitrentur, sed solummodò superius illud de ui. Atqui cum illud etiam ei qui in possessione turbatur, competat [x]: cur non ediuersò etiam hoc detur peruim deiecto? quod ipsa exceptio interdicti ostendit, dum docet eum hîc succumbere, qui ui ab alio possidet [y]: atqui non possidet ui, qui turbat tantum alium, sed qui deijcit [z]. Si ui à me possides, inquit Paulus [a], superior sum in hoc interdicto: quod de eo qui ui expulsus est, interpretatur Iustinianus [b]. Quare ut rem uno uerbo expediam, ui deiecto superius datur interdictum, cum cedit aduersario possessione, & se eam amisisse fatetur: hoc uerò, cum illam animo retinet, & se pro possessore gerit. Etsi enim naturaliter amittit possessionem is qui deiectus reuerti timet [c], quoniam & corpore amisit: tamen ciuiliter, hoc est, ciuili interpretatione, & quo ad ius agendi, nisi uelit, non amittit [d], quia spem certam habet, se à magistratu in possessionem qua iniustè deiectus est, restitutum iri [e]. Huic igitur certè dandum est hoc interdictum [f], cum antiquiori possessori, qui etiam multo tempore non possedit, hanc actionem competere, eumq; in hoc iudicio obtinere, apud Dd. in confesso sit [g]. Inter fructuarios quoq; hoc interdictum redditur [h], quamuis hi detineant uerius quàm possideant [i]: possident tamen naturaliter [k] & suo iure. Ex quo sequitur etiam detentoribus, nedum possessoribus hoc interdictum utile esse: dum tamen suo

a Bar. & Dd. præcipuè Soc. in l. rem quæ nobis. de acq. poss.
b d. c. redintegranda. ubi Arch.
c d. c. redintegrãda. Pap. in for. lib. turba. poss. in prin. num. 9.
d c. cum Eccl. 3. q. 2. Inno. in c. querelam. de elect. Cano. in c. cum ad sedẽ. & c. sæpe. de rest. spol. Bar. in l. rem quæ nobis. de acq. poss.
e ex l. si quis in tantam. C. unde ui. ex l. extat. de eo quod met. caus. & l. creditores. de ui priua. ex l. fi. C. unde ui. ex l. si coloni. 14. C. de agric. et cẽs.
f l. 1. §. restit. j. tit. 1. l. ult. C. de act. empt. l. si pignore. de pig. act. l. 7. §. Iulianus. com. diuid.
g in l. 4. uerb. quando interdict. de usucap. Cuia. obs. lib. 5. c. 17. & 20.

a l. 1. in prin.
b tit. 1. num. 9.
c l. iubemus. 14. C. de sacr. sanc. eccl. uide ẽ. de rer. diuisio.
d l. fin. h. t. c. licet. de probat. l. sicut. 8. §. Aristo. si serui. uend.
e l. Pompon. §. 1. de acqu. poss. & sup. tit. 1. Cuiac. ad l. 4. §. ult. de usucap.
f l. non uidetur. 22. ẽ. de acq. possess.
g l. si quis ui. 17. de acquir. poss ß.
b l. 1. §. fi. l. 2. l. 3. h. t.
i §. quorũ. Inst. de interd.
k c. licet. extrà, de probat. Bal. in l. pen. C. si à non comp. iud. Franc. Bal. in rep. l. Celsus. in prin. & nu. 48. de usucap. Alex. cons. 6. circa processum. uol. 3. & consil. 103. super. nu. 1. uol. 7. Matth. de Affl. decis. Neap. 327. fuit bene. nu. 2. Item Goden. 17. mat. feud. consil. 13. quidam. nu. 7. & 8. Corn. cons. 35. circa. nu. 17. uol. 1. & cons. 18. uisa. nu. 3. eod. lib.

l j. tit. de cloacis. m de hac & quinq; speciebus uiolentiæ uide gl. in l. 1. uerb. persecutione. ubi Dd. C. de his quæ ui met. &c. n Inst. de perp. & temp. act. l. in honorarijs. 34. de actio. o Bar. hîc in prin. nu. 11. p Bart. in l. 1. in prin. nu. 10. & 11. h. t. per l. prn. ẽ. de interdict. l. si mulier. 21. §. 1. uerb. nullo tempore ratum habet, quod met. cau. Cuiac. obs. lib. 5. cap. 20. q l. 3. §. creditores. & §. inquilino. h. t. r l. 1. §. antepen. de acq. poss. l. 2. C. de præscript. 30. ann. s c. licet 9. de prob. t l. si quis. 17. de acq. poss. u c. ad decimas. ubi Gemin. nu. 13. de restitu. spol. in 6. x l. uim facit. 11. ẽ. tit. 1.
y l. 1. & l. 3. h. t. §. quorum. Inst. de interd. z l. 1. §. ui possidere. ẽ. tit. 1. l. clàm possidere. 6. §. fin. de acq. poss. l. si id quod. §. fin. eod. tit. a l. 3. in prin. h. t.
b in §. quorum. Inst. de interd. c l. 3. §. si quis. cum §. seq. l. sed si nolit. 7. l. si id quod. 25. §. fi. d uid. Cuiac. contrà tenentem in l. 4. uerb. uacuam. de usuc.
e d. l. si quis. 17. de acq. poss. idq; etiam sensisse uidetur Innoc. in c. ueniens. de præscr. ca. ad decimas. ubi Geminia. nu. 13. de restitut. spol. in 6. f fac. l. unic. in uerb. transferendæ possessionis. C. eod. tt. g c. licet. ex. de probat. Bar. in l. 3. nu. 4. h. t. Ferra. in for. lib. tur. poss. uerb. ad cessandum. nu. 3. & 4. h. t. uide quæ ẽ. de eadem re sunt allegata. h l. fin. h. t. i gl. & Dd. in l. naturaliter. 12. in prin. de acq. poss. k l. 3. h. t. l. si pluris. §. deiectum. cum ll. seqq. sup. tit. 1. l. Attilius. de donat. l. naturaliter. de acquir. possess.

BIU Cujas

suo iure teneant, non etiam si alieno: ut colonus, & similes [a]. Seruitutum reliquarum nomine, ut quæ per se possidentur [b], non hoc interdictum, sed alia dantur [c]. Causa autem προκαταρκτικὴ, quare hæc actio possessori detur, est uis seu turbatio: nec interest quomodo ea fiat, ui an clàm, an alio quouis modo [d]: necesse est tamen turbationem fieri in ea possessione, quam suam esse actor allegat [e]. Nam si aliud possideat actor, in alio fiat turbatio, cessabit hoc interdictum [f]. Ex separatis enim nihil rectè infertur [g]. Datur autem hæc actio aduersus quouis modo turbantem, & impedientem quo minus quis uti possessione possit [h]: ut si quis fructus agri colligat, colonos pastores ue expellat, damnum det, depopuletur fructus, uel decerpat [i], &c. dum tamen re ipsa turbet, nō tantùm uerbis [k]. Nam facti atrocitas requiritur [l]: ubi autem facto opus est, uerba non sufficiunt [m]. Quare si quis minitetur se turbaturum, iniuriarum potius quàm hac actione tenetur [n]: nisi sit is qui facilè minas exequi possit, ut formidine eius possessor minus rectè colere, aut idoneos colonos pastores ue inuenire possit [o]. Eo tamen ipso quòd quis se huic interdicto opponit, quasi ius habens in possessione litigiosa, turbare uidetur, & tenet eum hæc actio [p]. Quinetiam non modò contra turbantem, sed etiam aduersus eum cuius iussu mandatoue turbatio facta est, utiliter hoc interdicto experimur [q]: & quidem ad interesse, cautionemque præstandam, pro turbatione præterita [r]: pro præsente uerò in id agitur, ut aduersarius à turbatione desistat, & cautionem [s] de nō amplius in posterum turbando, unà cum interesse præstet [t]. Dd. [u] itaq; quatuor hac actione peti censent: 1. ut cesset aduersarius à turbatione. 2. ut ne in futurum turbet. 3. ut hoc nomine satisdet. 4. ut illata damna & perceptos fructus restituat. Ex quo intelligi potest, hoc interdictum reuera rei persecutorium esse, non personale. Quia porrò duplex est, ita ut uterq; litigator, tam * actoris quàm rei personam sustineat (in materia scilicet litis, & probatione, omnibusq; quæ ad definitionē rei, & merita causæ spectant [y]: etiamsi quo ad ordinationem iudicij, pro actore sit is qui prior prouocat [z]:) eapropter in hoc iudicio utriq; litigatori probatio incumbit. Probari autem duo necesse est [a]: possessionem, uidelicet à parte producentis (quæ quomodo demonstranda sit, suprà ad tit. de acquir. poss. est expositum) turbationem uerò ex parte aduersarij. quod tamen postremum non usquequaq; necessarium est: eo enim ipso quòd se reus opponit, tanquam ius habens, (secus enim si se opponat inficiando turbationē) turbare uidetur [b], ut paulo antè est dictum. Possedisse autem litis contestatæ tempore, actorem in hoc edicto ex constit. Iustinian. (nam olim ad tempus redditi interdicti id referebatur) probandum est [c], hodie tamen quando ex locupletioribus remedijs recuperandæ agatur, id non est necesse: cùm qui antiquiorem possessionem edocet, uictoria potiatur, uelut iustiorem habens possessionis causam [d]. Qua ratione etiam qui dominium probat, aut præscriptionem, aut iustiorem alioqui proprietatis titulum, in hoc iudicio obtinet [e]. Quòd si neuter petitorij causam, aut antiquiorem possessionem ostenderit, erit iudicis sequi aut probationes firmiores [f] (quod iure ciuili ex uarijs circumstantijs colligitur [g]: iure Saxonū [h], & moribus nostris, ex testiū pluralitate [i], quæ præualet dignitati [k]:) aut si omnia paria sunt, pro præsente possessore iudicare [l], uel etiam possessionem contentiosam inter litigantes diuidere [m].

6 Affinia † remedia huic interdicto, sunt interdictum utrubi, quod ui aut clàm, de itinere actuq; priuato [n]: de quibus suo loco exponemus. item actio iniuriarum [o], legis Aquiliæ [p], ad exhibendum [q], confessoria & negatoria utilis [r]. Sed & in continenti expelli potest qui alienam possessionem turbat [s], & moribus nostris (quamuis non iure ciuili [t]) etiam pignorari [u]. In continenti autem interpretamur, quamdiu durat turbatio. quare si ea est continua, semper turbari turbator, ac ei de facto resisti poterit [x]. quod maximè procedit in magistratibus, & dominis terrarum, qui non facilè timent expelli: eoq; nec possessionem iurisdictionis aut territorij ab alio occupatam facilè amittere & abdicare intelliguntur. unde ex longo etiam interuallo turbatorē turbare ac ejcere possunt [y]. Quin & criminaliter turbationis nomine rectè, ut quibusdam [z] placet, agitur, etiamsi non desint qui contradicant [a]. Contraria & exceptiones quæ huic opponi actioni possunt, sunt multiplices: ut exceptio præscriptionis annalis ex hoc interdicto, & aliàs exceptio 30. annorum [b]: item, quòd agens ui, clàm, precariò possideat, quæ exceptio non dilatoria est, neq; priuilegiata, sed peremptoria, eoq; post litem demum contestatam est proponenda [c]: item notorij iuris, puta dominij exceptio [d]: quæ cum opponi possit in possessorio recuperandæ [e],

a l.3.§.creditores.h.tt.l.1.§.dejcitur.de ui & ui arm. Fab. in §. retinēdæ. nu. 7. Inst. de interdict.
b uide Cuiac. ad l. 4. uerb. si uiam. de usucap.
c uide ī. de itin. ac. pri. de aq. quo. de riu. de fonte, de cloac. l. quoties. de ser. l. ult. quem. ser. amit. l. 2. §. ult. de superficieb.
d l.3. in prin. & §.1. h.t.
e l.3. §. item uideamus. h.t. l. fi. quod ui aut clàm.
f d.l.3. §. Labeo. & §. itē uideamus.
g l. Papinianus. 21. de minoribus.
h d.l.1. §. huius. l.3. §. inquilinus. h.t.
i l.3. §. item. h.tt. Ferra. in for. lib. turb. possess. ad uerb. ac præsentialiter turbat.
k Fab. in §. retinendæ. nu. 11. Inst. de interd.
l l.1. §. interdictum. ī. tit. 1. Anchor. cons. 248. ad prædi. nu. 2.
m l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. l. peculio. 1. §. fi. de pecul. l. 1. §. tulisse. de S. C. Syllan.
n c. querelam. 24. de elect. l. qui pendentem. §. fi. de act. empt. l. iniuriarum. §. ult. de iniur.
o Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. num. 3. h.t. Fab. in §. retinendæ. nu. 17. Inst. de interdict.
p Fab. in d. §. retinendæ. nu. 24. Spec. de act. §. super. uers. 1. per l. 3. §. illud. quod ui aut clàm. l. is qui se obtulit. 26. cum ll. seqq. de rei uend.
q l. is qui. 11. §. si tutoris. ubi gl. & Bar. l. aut qui aliter. §. hæc uerb. quod

ui aut clàm. Ferrar. in for. lib. turb. poss. uerb. animo. num. 2. r l. 1. in princ. ubi Bar. hoc tit. s de hac cautione uide Bart. & Dd. in l. unic. uerb. satisdationis. C. eod. & Bar. in l. si duo. §. fin. num. 1. hoc tit. cap. fin. in uerb. sufficienti cautione de restitut. spol. l. harum. 7. l. egi. 12. si seru. uendi. t l. unic. C. eod. Bart. in l. 1. num. 10. hoc tit. l. 3. §. in hoc interdicto. ubi gloss. de itin. act. priuat. l. pen. de aqu. quotid. u Bar. in l. unic. numer. 7. C. eod. Ferra. in for. lib. pro turb. poss. x l. 3. in princip. uersic. hoc interdictum. hoc tit. l. 2. in princip. ubi gloss. suprà, de interdict. §. tertia. Instit. eod. y Ias. in l. duo iudices. de re iudica. z l. qui prior. 29. l. in tribus. 13. de iudic. ubi gloss. Bar. & Dd. a uide Ferrar. in for. lib. turba. poss. b Spec. de act. seu petit. §. super. num. 6. per l. is qui se obtulit. de rei uendic. l. fin. si ususfruct. peta. c §. sed interdicto. uersic. quorum. Instit. de interdict. d cap. licet. de probat. Bar. in l. 1. §. quod ait prætor. num. 14. & 18. hoc tit. Ferrar. in for. lib. turba. poss. ad uerb. hodie tenet. num. 2. 3. 4. Ias. in l. non hoc. 4. C. unde legit. Dec. consil. 57. uide quæ supr. allegaui. e Ias. in l. naturaliter. §. nihil. num. 37. de acquir. possess. Dd. in l. si de ui. de iudi. & in l. 1. C. uti posside. Ferrar. in d. for. libell. turba. poss. uerb. ad cessandum. num. 2. & 4. Bar. in l. 3. num. 4. hoc tit. f c. 3. c. licet. de probat. g l. 3. §. 1. l. ob carmen. 21. §. fin. de testi. c. in nostra. 32. ubi gloss. ex. de testib. h D. Reinhart. differ. iudic. 54. i pro quo facit gl. in d. c. in nostra. k l. etiam. 8. in fi. de pact. l §. commodum. Inst. de interdict. m Bar. in l. 3. nu. 4. h.t. Ferrar. in for. lib. pro turb. poss. ad uerb. ad cessandum. nu. 4. D. Reinhart. differ. iudic. 52. per art. 21. lib. 3. n uide Ferrar. prælleg. loco. ad uerb. ac præsentialiter. o l. iniuriarum. 13. §. fina. de iniur. l. qui pendentem. 26. in fin. de act. empt. Bart. in l. item. §. si quis. de iniur. p Ferrar. prælleg. loco. q uide Cuiac. obser. lib. 5. c. 22. 23. r Bar. in l. 1. §. huius. nu. 3. h.t. Spec. de pet. seu act. §. super. in prin. s l. 3. §. cum igitur. sup. tit. 1. l. quemadmodum. §. 1. ubi Bald. nu. 3. & 4. ad l. Aquil. t l. quamuis. 4. ad l. Aquil. Bart. in l. hoc amplius. §. de his. numer. 3. de damn. infect. u Landr. lib. 2. art. 47. & 48. Facbs. differ. 69. Reinhart. differ. pœna. 17. x Bar. post glo. in l. 1. §. interdictum. num. 3. h.t. Bar. nu. 1. 2. 3. Bald. nu. 26. & 31. in l. 1. C. unde ui. Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. num. 4. de itin. act. priua. c. cum Vntomenſis. ubi Panor. nu. 14. de elect. c. olim. 1. ubi Panor. nu. 4. & 10. de restit. spol. c. ex parte. de uerb. significic. dilecto. de sentent. excomm. lib. 6. y Bald. in l. fin. nu. 1. C. de his qui à non dom. manu. Bart. in l. 1. §. cum igitur. nu. 1. sup. unde ui. uide etiam Chass. in consil. Burg. tit. de instit. §. 5. uerb. s'il n'a grace. nu. 82. z uide Bart. in l. iniuriarum. §. si quis. de iniu. & in l. fi. de priua. delict. Boss. in pract. crimin. tit. de plur. uiolent. nu. 48. a Alex. in d. l. iniuriarum. b l. 3. cum l. seq. C. de præscrip. 30. ann. c Bar. in l. fi. §. fi. num. 4. h.t. d c. 2. de rest. spol. in 6. e d. c. 2. Dec. consil. 449. nu. 20. latè Ias. in l. naturaliter. §. nihil. num. 44. de acq. poss.

BIU Cujas

certè nihil causæ est, quare & huic retinendæ nō rectè obijciatur [a]: etiamsi sint qui perperá dissentiát [b].

a Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 44. de acquir. poss. ubi hanc dicit esse communem. glo. Bart. Cast. in l. si de eo. §. fin. de acquir. poss. Angel. in §. quadrupli. num. 50. Instit. de actio.
b uide Dyn. & apostillas eiusdem in cap. qui ad agendum. 61. de reg. iur. Arela. de hær. not. 1.

De superficiebus. Tit. XVIII.

1 Continuatio.
2 Quid sit superficies.
3 Summa interdicti.
4 Verba interdicti.

AFfine † est huic interdictum de superficiebus. Nam quæcunque in superiore seruantur, etiam in 1
isto locum habent [a]. Superficies † autem hîc significat id quod solo inædificatum est, ut apud 2
Cice. pro Domo sua. Itaque † si quis in alieno solo conducto ædificârit, ut eius ædificij nomine 3
actionem in rem utilem habet ad adipiscendam possessionem, si modò perpetuò aut in longum tempus facta sit locatio [b], & id appareat actum [c]: ita quoq; in retinēda possessione, interdicto hoc quasi dominus defenditur. VTI † EX LEGE, inqt prætor, LOCATIONIS SIVE CONDVCTIONIS, SVPERFICIE DE QVA AGITVR, NEC VI, NEC CLA'M, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO FRVIMINI, QVO MINVS FRVAMINI, VIM FIERI VETO. SI QVA ALIA ACTIO DE SVPERFICIE POSTVLABITVR, CAVSA COGNITA DABO [d]. 4

a l. 1. b. t.
b §. tot. tit. si ag. uectig. uel emphyt.
c uide quæ dixi sup. ad tit. si ag. uectig. uel emphy. & ad tit. locat. & cōd. glo. & Dd. in l. 3. de seruit. Cæpoll. in tract. ser. urb. præd. c. 14. nu. 4.
d l. 1. in prin.

De itinere actúque priuato. Tit. XIX.

1 Continuatio.
2 Primum interdictum.
3 Secundum.
4 Quomodo hoc à superiore distet.

EXemplo † rerum corporalium, etiam de iuribus quæ sunt incorporalia, puta seruitutibus, inter- 1
dicitur, nam & hæ quasi possidentur [a]. De † seruitute igitur itineris actusque priuati dupliciter 2
prætor interdicit, primùm de usu eius. QVO ITINERE ACTV'QVE PRIVATO, QVO DE AGITVR, VEL VIA, HOC ANNO, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO VSVS ES, QVO MINVS ITA VTARIS, VIM FIERI VETO [b]. Deinde de itineris refectione ita ait: QVO † ITINERE ACTV'QVE HOC ANNO NON 3
VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ALIO VSVS ES, QVO MINVS ITER ACTVM'VE QVOD TIBI IVS EST REFICIAS, VIM FIERI VETO [c]. In † hoc in- 4
terdicto probatio iuris exigitur [d]: in priore nequaquam, sed pro iure sufficit usus [e].

a l. seruus. 43. §. incorporales. de acqu. rer. dom. l. naturaliter. 12. de acq. poss.
b l. 1. in prin. b. t.
c l. 1. §. ait prætor. b. t.
d d. l. 1. §. hoc autem.
e d. l. 1. §. 1.

De aqua quotidiana & æstiua. Tit. XX.

1 Continuatio.
2 Vnde ducantur aquæ.
3 Quotuplex sit aqua.
4 Tria interdicta de aquarum ductibus.

EOdem † modo & de aquis priuatis, scilicet quæ aut ortu [a], aut consuetudine [b], aut priuilegio [c] in 1
dominio & iure priuatorum sunt, interdicta proponuntur: ac primò de earum ductibus. Aquæ 2
autem † ducuntur aut ex capite, id est, fonte: aut ex flumine: aut ex castellis, id est, receptaculis 3
aquarum publicis [d]. Quæ † ex capite aut flumine ducitur aqua, aut est quotidiana, quæ quotidie duci potest: aut æstiua, quæ æstate tantùm ad irrigandos sitientes agros ducitur [e]. De illa non impedienda interdicit ad hunc modum prætor [f]: VTI † HOC ANNO AQVAM, QVA DE AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO DVXISTI, QVO MINVS ITA DVCAS, VIM FIERI VETO. De æstiua in hanc sententiam [g]: VTI PRIORE AESTATE AQVAM, QVA DE AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO DVXISTI, QVO MINVS ITA DVCAS, VIM FIERI VETO. De aqua, quæ ex castellis ducitur: QVO EX CASTELLO, inquit prætor [h], ILLI AQVAM DVCERE AB EO CVI EIVS REI IVS FVIT, PERMISSVM EST, QVO MINVS ITA VTI PERMISSVM EST DVCAT, VIM FIERI VETO. QVANDOQVE DE OPERE FACIENDO, INTERDICTVM ERIT DAMNI INFECTI, CAVERI IVBEBO. Quo in interdicto rectè addit prætor, permissum est. Nam etsi ex fonte & flumine publico non nauigabili licet aquam ducere [i]: tamen ex castellis, nisi permissu Principis, non licet, ne per priuatorum deriuationes diminuatur aqua publica [k]. 4

a l. aquam l. præses. C. de ser. l. ex iure. l. uii. §. si lacus. de ser. rust. præd. l. si quis dixerit. si ser. uend. Ias. in l. quo minus. num. 37. de flum. Bar. in tract. Tyb. de insul. uerb. prorupit. per l. sed si ruus. fin. reg. l. 1. §. 1. de fluminibus. Roffre. in for. lib. eo. Cæpoll. tract. de ser. tit. de pri. flumi. nu. 1. & de aquæduct. nu. 28.
b l. 1. §. denique. §. ult. cum l. seq. de aq. plu. l. 2. §. ductus. b. t. l. 2. C. de seruit.
c l. 2. ne quid in loc. pub. l. pen. & ult. de flum. Cæpoll. præal. lo. l. 1. §. permittit. b. t. & C. de aq. duct. lib. 11.
d l. 1. §. hæc interdicta. hoc tit.
e uide Paul. lib. 5. tit. 6.
f in l. 1. in prin. b. t.
g in d. l. 1. §. deinde ait prætor.
b in d. l. 1. §. ait prætor, quo ex castello illi.
i l. 3. b. tt. l. Imperator. de seru. rust. præd.
k l. 1. §. permittitur. b. tt. l. 4. et t. t. C. de aquæduct. lib. 11.

a in l. 1. in prin. b. t. b uide hic in t. tt. & apud l. 3. §. utilitas. sup. de itinere actuq; priuato. l. 1. §. 1. b. t. c d. l. 1. §. deinde. d l. 1. in prin. b. t. e quid sint riui, specus, &c. Cæpoll. in tract. de ser. tit. de Riuis, cum sequent.

BIU Cujas

De fonte. Tit. XXII.

1 Continuatio.
2 Primum interdictum.
3 Secundum.

1 VT † de ductibus aquę, ita & de usu fontis siue hausti prętor interdicit dupliciter: primùm de usu
2 nó impediendo [a], ad hunc modũ: VTI † DE EO FONTE, QVO DE AGITVR HOC
» ANNO AQVAM, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO VSVS
» ES, QVO MINVS ITA VTARIS, VIM FIERI VETO. DE LACV, PVTEO, PI-
3 SCINA ITEM INTERDICAM. Secundò † de refectione prætor ait [b]: QVO MINVS FON
» TEM, QVO DE AGITVR, PVRGES, REFICIAS, VT AQVAM COERCERE, VTI-
» QVE EA POSSIS: DVM NE ALITER VTARIS, ATQVE HOC ANNO NON VI,
» NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO VSVS ES, VIM FIERI VETO.

a l.unica.in prin.hoc t.
b d.l.unica.§.deinde ait prætor.

De cloacis. Tit. XXIII.

1 Continuatio: & quid sit cloaca.
2 Interdictum de purgandis cloacis: & eius explicatio.
3 Interdictum restitutorium.

1 COnsimiliter † de cloacis, id est, locis concauis: per quæ colluuies fluit, ut sunt tubi, fistulæ, cana-
2 les [a], duplex interdictum editur: alterum prohibitorium, alterum restitutorium. De † non im-
» pedienda cloacarũ purgatione, prætor ait [b]: QVO MINVS ILLI CLOACAM, QVAE
» EX AEDIBVS EIVS IN TVAS PERTINET, QVA DE AGITVR, PVRGARE, RE-
» FICERE LICEAT, VIM FIERI VETO. DAMNI INFECTI QVOD OPERIS VI-
» TIO FACTVM SIT, CAVERI IVBEBO. Qua in parte, quia cloacarum purgatio ad publi-
cam utilitatem pertinet, ne sordium immundicie & fœtore aer corrumpatur, sine exceptione prætor
permittit cloacã purgari, siue quis iustè siue iniustè eam habeat [c]. Eandemq; ob causam prohibet cloa-
cam facienti uim fieri, etiamsi in publico exitum habeat [d]. Quod tamen sine damno uicinarum ædium
faciendũ est [e]: eoq; iure Sax. ædificans cloacam, ad superficiem usq; terræ eam munire [f], & à uicini ædi-
ficio trium pedum spacio eam arcere cogitur [g]. Quanquam de eiusmodi cloacis hoc interdictum non
agit, sed de fistulis & canalibus, per quos sordes culinariæ, & consimiles eluuntur & emittuntur in pu-
3 blicum. In restitutorio ait prætor: QVOD † IN CLOACA PVBLICA FACTVM, SIVE EA
» IMMISSVM HABES, QVO VSVS EIVS DETERIOR SIT, FIAT, RESTITVAS.
» Item: NE QVID FIAT IMMITTATVR VE, INTERDICAM [h].

a l.j.in prin.hoc t.
b l.competit.16.l.quanquam.12.hoc t.
c l.5.§.hæc uerba.cum §. seq.l.si ego.6.l.deniq;.12.§.fi.
d d.l.1.§.quid sit, l.uim facit.19.hoc t.
e l.3.§.fi.cum ll.seq.quomodo & quando quid dicatur clàm fieri, uide apud Iaſ. in l.clàm possidere. in prin. nu.6. de acq.poſſ. Bart.in l.2.nu.1.C. de his qui ex publ. rat.lib.10.ubi gl.ad uer. occultè. Bart.in l.1.C. de præd.certa.lib.10. Iaſ. in §.item si quis.nu.45. Inſt.de actio. Bal.in l.2. nu.1.C. de repud.hær.et l.cum ipso.nu.1.3.4.C. de contra.emp. Bart.in l.pupillus. §. item ipse. nu.4.de autho.tut. Deo. in l.quo tutela. §. clàm. nu.2.& 5.& ibi Cagn. de reg.iur.
f d.l.is qui.§.quod ait prætor.d.l.semper.15.§.in hoc interdicto.& §.fi. d.l.competit.16.§.fi.
g d.l.semper.§. hoc interdictum.

Quod ui, aut clàm. Tit. XXIIII.

1 Continuatio.
2 Interdictum.
3 Cui, aduersus quem hæc actio detur.
4 Quis ui, quis clàm feciſſe uideatur.
5 Ad quid competat.
6 Quamdiu duret, & an transeat in hæredes.

1 SEd † quia de singulis possessionum causis & controuersijs interdici peculiariter, propter infinitã
2 litium uarietatem nequit: generale † interdictum proposuit prætor, quo quicquid ui aut clàm fa-
» ctum est, iubet restitui, tueturq; possessiones. QVOD VI, inquit, AVT CLAM FACTVM
» EST, QVA DE RE AGITVR, ID CVM EXPERIVNDI POTESTAS EST, RE-
3 STITVAS [a]. Competit † hoc interdictum non modò dominis, sed omnibus quorum interest [b]: aduer
4 sus eum qui ui aut clàm quid fecit, aut fieri iussit [c]. Vim † facit, qui per uim aut contra denunciationem
facit [d]. Clàm facere uidetur, qui celauit aduersarium opus neq; ei denunciauit, si modò timuit eius con
5 trouersiam, aut timere debuit, ne melioris conditionis sint stulti quàm periti [e]. In † hoc autem compe-
tit, ut si possideat reus quod factũ est, suis sumptibus restituat: id est, reponat in antiquum statum, de-
structo opere, quod ui clam ue fecit: si non possideat, restitui curet à possessore, refuso etiam eo quod
6 interest, & fructibus restitutis [f]. Hæredibus hæc actio datur. In † hæredes uerò duntaxat, quatenus ad
eos peruenit [g]. Et est annalis, exemplo reliquarum, quæ ex iurisdictione prætoris proficiscuntur [h].

a l.5.§.si is cui.de oper. nou.nunc.
b l.unic.in prin.h.t.uide Cuiac.lib.obs.1.cap.16. Duaren.ad tit.de oper.nouo.nunciat.

De remissionibus. Tit. XXV.

1 Continuatio.
2 Quando remissa dicatur nunciatio.
3 Verba interdicti.

1 QVod † dictum est, uim facere eum qui contra nunciationem facit, distinctionem recipit. Nam si
2 quis nunciet ibi, ubi ius non habet, nunciatio nequaquam tenet. Sin † iure nunciet, tamdiu te-
net renunciatio, quoad remissa est uoluntate nunciantis: aut in ea causa est, ut remitti debeat:
puta cautione de demoliendo nouo opere, si iniustè ædificatum apparuerit, præstita aut oblata [a]. Qua
3 de † re prætor quoq; interdixit, ad hunc modum: QVOD IVS SIT ILLI PROHIBERE NE
» SE INVITO FIAT, IN EO NVNCIATIO TENEAT. CAETERVM NVNCIATIO-
» NEM MISSAM FACIO [b]: hoc est, alioqui, si non habeat ius nunciandi, missam facio, & non ad-
mitto nunciationem.

a l.5.§.si is cui.de oper. nou.nunc.
b l.unic.in prin.h.t.uide Cuiac.lib.obs.1.cap.16. Duaren.ad tit.de oper.nouo.nunciat.

De precario. Tit. XXVI.

1 Continuatio.
2 Precarium quid sit.
3 Quomodo distet à donatione.
4 Quomodo à commodato.
5 Interdictum.
6 Cui, aduersus quem, ad quid ex hoc interdicto detur actio.

BIU Cujas

TRibus † modis uitioſè & mala fide poſsidetur, ui, clàm, precariò [a]: de duobus prioribus & quem- 1
admodũ aduerſus ea poſſeſsiones defendantur, hactenus eſt dictum: ſequitur ut de tertio, nempe
precario, & interdictis hoc nomine competentibus agamus. Precarium † dicitur, quod precibus 2
utendum petenti conceditur [b], tandiu quoad is qui conceſsit, patitur. Quod genus liberalitatis ex iure
gentium, ſicuti & cæteri contractus [c], deſcendit [d]. Quanquam † à donatione diſtat: nam donatio domi- 3
nium transfert, & ſemel traditione perfecta repeti, reuocariq; nequit [e]. At precarium non dominium,
ſed uſum transfert, & ſic datur, ut qui dedit, repetere ſemper poſsit: magis itaq; affine eſt commodato [f]:
quanquam commodatum ciuiliter obliget, & ad certum uſum, certumq; tempus, uel expreſſum uel ta-
citum detur [g]. Precarium † autem neq; ad certum uſum, neq; ad certũ tempus præſtatur: unde & quo- 4
tieſcunq; libitum erit, repeti poteſt [h]: & habitatio precariò concedi non dicitur, quia ad certum ſemper
uſum datur [i]. Deinde in commodatum dolus & culpa ac cuſtodia uenit [k]: idq; ex uſitatis ciuilium con-
tractuum regulis: quia commodatarij ſolius gratia contrahitur [l]. Qui precario uerò accipit tantum, de
dolo & lata culpa tenetur: quia cum iuris Ciuilis regulis hic contractus nõ ſit alligatus, benignius cum
eo agendum prætor putauit, cui is qui dedit, benignè facere uoluit [m]. Prætor † ait: QVOD PRECA- 5
RIO AB ILLO HABES, AVT DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES HABE- «
RE, QVA DE RE AGITVR, ID ILLI RESTITVAS [n]. Hæc actio † quæ eſt ex bono & 6
æquo [o], datur in perpetuum [p] ei qui precario conceſsit, ſiue domino, ſiue non domino [q], eiusq; hære-
dibus [r] aduerſus eum qui precarium habet, id eſt, precario detinet [s], eiusq; hęredes: quia actio eſt rei per-
ſecutoria [t], in id ut res reſtituatur, aut ſi res reſtitui nequit, fiat condemnatio in tantum, quanti actoris
intereſt rem reſtitui cum omni cauſa, poſt interdictũ editum: id eſt, ut hodie interpretamur, poſt litem
conteſtatam [u]. Datur hoc nomine & incerti condictio, hoc eſt, præſcriptis uerbis [x]. Diſtant autem ab
hoc precario precariæ Pontificiæ [y], quam ἀπὸ χρόσεως λόσιν Iuſtin. [z] appellare uidetur: cum uidelicet is qui
prædia ſua Eccleſiæ concedit, recta mercede precariũ eius uſum ſibi ad uitam reſtipulatur: quod quidẽ
ſingulis luſtris ſolet redintegrari, quia ultra quinquenniũ extendi ex decretis conciliorum nõ debet [*].

De arboribus cædendis. Tit. XXVII.

1 *Interdictum de urbanis arboribus.* 2 *Alterum de ruſticis.*

SEd † & de arboribus interdicit prætor, de his quidem, quæ in urbano ſunt prædio: QVAE AR- 1
BOR, inquit, EX AEDIBVS TVIS (id eſt, urbano prædio, horto, uel area) IN AEDES «
ILLIVS IMPENDET, SI PER TE STAT, QVO MINVS EAM ADIMAS, «
TVNC QVO MINVS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE (à ſtirpe ſcilicet [a]) SIBI- «
QVE HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO [b]. De † ijs quæ in agro ſunt, hoc modo in- 2
terdicit: QVAE ARBOR EX AGRO TVO IN AGRVM ILLIVS IMPENDET, SI «
PER TE STAT, QVO MINVS PEDES QVINDECIM A TERRA EAM ALTIVS «
COERCEAS, QVO MINVS ILLI ITA COERCERE, LIGNA QVE SIBI HABE- «
RE LICEAT, VIM FIERI VETO [c]. Eodem pertinet actio arborum furtim cæſarum, quæ eſt «
eiuſdẽ poteſtatis, nõ ordinis [d]: & remedia Sax. iuris, in eandẽ quidem rem, aliã tamen pœnã concepta [e].

De glande legenda. Tit. XXVIII.

1 *Quid glandis nomine ueniat.* 3 *De iure Sax.*
2 *Interdictum.*

HVic † ſimile eſt interdictum de glande legenda. Glandis autem nomine omnes fructus conti- 1
nentur [a]. GLANDEM, inquit prætor, QVAE † EX ILLIVS AGRO IN TVVM CA- 2
DIT, QVO MINVS ILLI TERTIO QVOQVE DIE (ab eo ſcilicet tempore, quo «
cecidit) LEGERE AVFERRE LICEAT, VIM FIERI VETO [b]. Etſi enim in alienum «
fundum inuito domino ingredi, regulariter non licet [c], tamen quærendæ ſuæ rei cauſa licet [d]. Quia ue-
rò fructus in terrã prolapſi facilè putreſcunt, ideo uiſum eſt ſufficere ſi domino ad colligendas res ſuas
triduum concederetur: poſt illud uerò, uelut pro derelicto habitos, uicino ut cedant æquum eſſe. Hoc
interdictum † iure Saxonum non obtinet, qui fructus in alienum fundum pendentes aut cadẽtes, poſ- 3
ſeſſori eius fundi indiſtinctè concedunt [e].

De libero homine exhibendo. Tit. XXIX.

1 *Continuatio.* 3 *Cui, aduerſus quem, ad quid detur hæc actio.*
2 *Interdictum, & eius explicatio.* 4 *De criminalibus iudicijs quæ contra eoſdem competunt.*

OFficij † cauſa ꝓpoſitũ eſt interdictũ de libero homine exhibẽdo: nam cõmunis humanitatis offi- 1
cium, & cauſa libertatis publicè exigũt, ut ne quis aliũ iniuſtè detineri inuitũ patiatur. ait præ-
tor: † QVEM LIBERVM HOMINEM DOLO MALO RETINES, EXHIBEAS [a]. 2
Dolum malũ requirit prætor: nam ſi quis ſuo iure retineat, ceſſat interdictũ [b], ut & cũ uolentẽ retinet [c].
Hoc † interdictum omnibus agere uolentibus communis fauore libertatis competit [d]. Et quidem 3
perpetuò [e]: quia libertati nunquam præſcribitur [f]. Datur autem aduerſus detinentem dolo malo, in id
ut hominem exhibeat, id eſt, in publicum producat [g]. Quod † ni fiat, quanti ea res erit, reus condemna- 4
bitur [h]: & quidem ſæpius, donec hominem liberárit [i]. Poteſt tamen & criminaliter conuenire ex l. Fab.
de plagarijs, & alijs iudicijs, qui hominem inuitum detinet, aut priuatis carceribus includit [k].

DE

[a] *l. Põponius. §. j. de acq. poſſ. Cuiac. in l. 4. §. ult. de uſucap. & obſer. lib. 5. cap. 20.*
[b] *Paul. lib. 5. t. t. 6. Cuiac. obſer. lib. 4. cap. 7.*
[c] *l. ex hoc iure. 5. de iuſti. & iur.*
[d] *l. j. hoc t.*
[e] *l. j. ſ. de donat. l. ſi repetendi. C. de condictione ob cauſam. t. t. C. de reuoc. donat.*
[f] *l. j. hoc t.*
[g] *l. in cõmodato. §. ſicut. ſ. commodati.*
[h] *uide limitationes apud Cæpol. tract. de ſer. urb. cap. 79. nu. 6. cum ſeq.*
[i] *l. & habet. 15. §. hoſpites. hoc t.*
[k] *l. ſi ut certo. 5. §. nunc uidendum. ſ. commodati.*
[l] *l. contractus. 24. cum ibi not. de reg. iur. & d. §. nunc uidendum.*
[m] *l. quæſitum. 8. §. eum quoq;. hoc t.*
[n] *l. 2. hoc t.*
[o] *l. 2. hoc t.*
[p] *d. l. quæſitum. §. interdictum. Cuiac. lib. 5. obſ. cap. 20.*
[q] *d. l. quæſitum. in prin. l. certè. §. fi. hoc t.*
[r] *l. cum precario. 22. h. t.*
[s] *l. 4. l. ult. §. ſi pupillo. h. t.*
[t] *d. l. quæſitum. §. ult. l. 2. C. eod.*
[u] *d. l. quæſitum §. ex hoc interdicto. & §. pen.*
[x] *l. 2. l. duo. §. fi. l. interdictum. l. & habet. §. cum quis. h. tit. l. eum qui. §. is qui. de fur. Cuiac. lib. obſer. 4. cap. 7.*
[y] *c. 1. & t. t. ex. de precar.*
[z] *Nouell. 7. & 120.*
[*] *Cuiac. li. 4. cap. 7. obſ.*
[a] *l. j. §. j. hoc t.*
[b] *d. l. j. in prin.*
[c] *d. l. j. §. pen.*
[d] *infrà, Arbo. fur. cæſa. Cuiac. obſ. lib. 5. cap. 17.*
[e] *Landtr. lib. 2. art. 28. ubi gl. uide Bar. hîc in l. j.*
[a] *l. unic. h. t. l. qui uenenũ. 236. §. glandis. de uerb. ſignif.*
[b] *l. unica. hoc t.*
[c] *l. diuus de ſer. ruſt. prædio. §. feræ. Inſtit. de rer. diuiſ. l. iniuriarum. §. final. de iniur.*
[d] *l. theſaurus. 15. ad exhib.*
[e] *Sax. lib. 2. art. 52. Fachſ. diff. ult. par. 1.*
[a] *l. 1. in prin. h. t. uid. Paul. li. 5. t. 6.* [b] *l. 3. §. is tñ. & §. ſi eũ. l. ſi filius. h. t.* [c] *d. l. 3. §. ſi qs uolentẽ.* [d] *d. l. 3. §. hoc interdictũ.* [e] *d. l. 3.* [f] *l. fi. cũ ibi not. C. in qb. cauſis præſc. lõg. tẽp. ceſſet.* [g] *d. l. 3. §. aut prætor.* [h] *d. l. 3. §. ſi tñ reus.* [i] *l. 3. §. ſi tñ.* [k] *l. unic. C. de priuat. carc. l. 3. in prin. h. t. l. pen. §. fi. ad l. Fab. de plag. Paul. li. 5. t. 6.*

BIU Cujas

De liberis exhibendis, item ducendis.

TITVLVS XXX.

1 Continuatio.
2 Interdictum de exhibendis liberis.
3 Interdictum de ducendis.
4 Quomodo hæc distent inter se.
5 Cui, contra quem, ad quid hæc detur actio.

1 IVris † sui tuendi causa interdictum datur de liberis exhibendis uel ducendis: nam permissum est pa
2 rentibus, patriæ iure potestatis, liberos uendicare. De † exhibendis liberis interdictum ita habet [a]:
» QVI QVAE VE IN POTESTATE LVCII TITII EST, SI IS EA VE APVD
» TE EST, DOLO VE MALO TVO FACTVM EST, QVO MINVS APVD TE ES-
3 SET: ITA EVM EAM VE EXHIBEAS. De † ducendis prætor ait [b]: SI LVCIVS TI-
» TIVS IN POTESTATE LVCII TITII EST, QVO MINVS EVM LVCIO TI-
4 TIO DVCERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Huius † præparatorium est superius interdictum [c]. Nam ut duci homo possit, antè exhibendus est: quemadmodũ & res antequã uendicari possit [d].
5 Datur † ex utroq; interdicto actio, ei qui habet in potestate [e], aduersus eum qui interdicto defendit [f]: non autem aduersus ipsum filium s. nam lis inter patrem & filium in potestate constitutum esse nõ potest [h]. Qua in actione solùm quæritur, an in potestate filius sit: aliam enim causam quo minus pater filiũ ducere possit, non admittit prætor [i]. Huius actionis exemplo datur & marito ius agendi, de exhibenda & deducenda uxore, etiam aduersus socerum [k].

a l.j.in prin.h.t.uide Paulum lib.5.tit.6.
b in l.3.in prin.hoc t.
c l.3.§.j.hoc t.
d tot.tit.ſ.ad exhibend.
e l.j.§.j.hoc t.l.2.C.eod.
f l.3.§.hoc autem.
g l.fi.l.3.§.hoc autem.h.t. l.1.§.1.de rei uend.
h l.lis nulla.4.ſ.de iud.
i l.1.§.in hoc interdictũ. 2.hoc t.
k l.2.h.t.l.fi.C. eod.Paul. lib.5.tit.6.

Vtrubi. Tit. XXXI.

1 Continuatio.
2 Interdictum.
3 Idem hîc seruari, quod in interdicto Vti possidetis.

1 SEd † quia de interdictis quæ iuris sui, quod quis in hominibus habet, tuendi gratia cõpetunt, dici cœptum est: reliqua quæ eódem pertinent, iam absoluamus. Quæ licet propriè de iure duntaxat in homines competente loquantur, undè meritò in hunc postremum ordinem sunt relata: tamen sciendum est, ex interpretatione prudentum ad reliquas quoq; res mobiles ea omnia pertinere [a]: cuiusmodi in primis est, quod prætor ad tuendam rei mobilis possessionem proponit.
2 VTRVBI † seu VTROBI [b], inquit, HIC HOMO (seruus uidelicet, aut seruitutem bona fide
» seruiens) DE QVO AGITVR, MAIORE PARTE HVIVS ANNI FVIT, QVO MI-
3 NVS QVIS EVM DVCAT, VIM FIERI VETO [c]. Huius † interdicti uis hodie exæquata est interdicto Vti possidetis: nam in utroq; obtinet, non qui maiore parte anni, ut interdictum hoc habet: sed qui litis contestatæ tempore (quod ne ipsum quidem nunc necessarium esse, sed sufficere antiquiorem ostendit possessionem, supra dictum est [d]) ab aduersario iustè possedit. Illud interest, quòd hoc de mobilibus, illud de rebus soli loquatur [e].

a l.1.§.1.hoc t.
b Cuiac.obs.lib.5.cap.22.
c l.1.hoc t.
d ad tit.uti possidet.
e §.quorum.Inst.de interdictis.l.1.§.1.hoc t.

De migrando. Tit. XXXII.

1 Continuatio.
2 Interdictum.
3 Quando, cui, & ad quid detur hinc actio.

1 INterdictum † quoq; quod inquilinis migrare uolentibus datur, ne impedimentum creetur, quo minus res suas importatas asportent & euehant, huc pertinet: id quod prætor in hanc proposuit sen-
2 tentiam [a]. SI † IS HOMO QVO DE AGITVR, NON EST EX HIS REBVS DE
» QVIBVS INTER TE ET ACTOREM CONVENIT, VT QVAE IN EAM HABI-
» TATIONEM QVA DE AGITVR INTRODVCTA, IMPORTATA, IBI NATA FA-
» CTA VE ESSENT, EA PIGNORI TIBI PRO MERCEDE EIVS HABITATIO-
» NIS ESSENT: SIVE EX HIS REBVS ESSET EA MERCES TIBI SOLVTA,
» EO VE NOMINE SATISFACTVM EST, AVT PER TE STAT, QVO MINVS
» SOLVATVR: ITA QVO MINVS EI QVI EVM PIGNORIS NOMINE INDV-
3 XIT, INDE ABDVCERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Ex † quo intelligi licet, duobus casibus ex hoc interdicto actionem dari: uel cum res de qua agitur, non est expressè aut tacitè pignori obligata: uel cum quidem obligata nomine pensionis fuit, sed ea aut soluta est, aut eo nomine satisfactum, aut per locatorem stat, quo minus satisfiat. Etsi autem de homine inducto edictum loquatur, tamen idem obtinet in qualibet re importata: quæ aut pignori nexa non est, aut eo nexu liberata. Sæpe autem fit, ut nexu taciti pignoris nõ teneatur res: puta si fuerit aliena, commodata, deposita [b], &c. si non eo animo, ut ibi perpetuò esset inducta [c]: si certæ res expressim sint obligatæ: uidetur enim uelle interdictum, ut hoc casu cesset tacita hypotheca, atq; ita prouisio hominis tollat prouisionem legis [d]: quod tamen alijs displicet [e]. Hoc interdictum colono non datur [f], quia illi aliter extra ordinem officio iudicis nobili celeriter subuenitur: tum quòd constet, horum res pignore nõ teneri iure communi [g]: tum quia publicè interest, neq; agricolas litibus distineri, nec eorum res & instrumenta diutius detineri [h]. Hoc interdictum perpetuum est, & datur in successores & successoribus [i]; non modò de rebus proprijs, sed etiam alienis, dummodo importatis [k].

a l.1.in prin.hoc t.
b l.final.hoc t.
c l.debitor.32.de pign.
d l.fi.C.de pact.conuen.
e uide Iaſ.in §.item Seruiana.nu.70. Instit.de actio.
f l.1.§.1.hoc t.
g uide ſ.in quib.cauſ.pig.
b Auth.agricultores.C. quæ res pigno.
i l.1.§.fin.hoc t.
k l.1.§.illud,l.2.hoc t.

De

De Saluiano interdicto. Tit. XXXIII.

1 Continuatio.
2 Quomodo distet hoc interdictum à Seruiana.
3 Quare dicatur Saluianum: & cui, aduersus quem ex eo actio detur.

a uide Cuiac. lib. obser. 5. cap. 24. & Paul. lib. 5. Sent. tit. de interdic.
b l. 4. in quib. caus.
c ex l. j. in prin. hoc t.
d §. item Seruiana. Instit. de actio.
e l. & quæ nondum. 15. §. quod dicitur. de pig. l. ante omnia. de prob. Ias. & Dd. in §. item Seruiana. Inst. de acti. Bart. Bald. Salic. in l. cum res, C. si res alie. pigno.
f Azo in Rubr. C. de precar. nu. 14.
g l. j. in prin. hoc t.
h l. j. in prin. & §. j. hoc t.
i Bar. in l. j. hoc t. per l. j. C. de precar. & Salic. Cyn. in l. certi, C. de loc. & cond.
k l. cum res. 5. C. si alie. res pig. Ias. in §. item Seruiana. num. 89. Instit. de actio.
l uide Ias. in d. §. item Seruiana. nu. 92. & 93. & 5. de pig. act. l. rem alienam. ubi Dd. eo. tit.
m l. 2. C. de preca. & Sal. interdic.
n Roff. in tract. lib. de inter. Sal. nu. 3. & 4. Ias. in d. §. item Seruiana. Azo in Rubr. C. de preca. & Sal. interd. nu. 15.
o Azo præall. loco.

SAluianum † quoq; interdictum, quod de pignoribus repetendis [a], quæ è prædio conducto ablata aut alienata perhibentur, huc meritò refertur: quippe in quo de homine, in fundum pignoris nomine (nam sine nominata conuentione inducta in prædium rusticum, non sunt pignori nexa [b]) inducto, locutum prætorem apparet [c]. Etsi † autem Seruiana actione quoq; pignus persequi possumus [d]: tamẽ quia petitorij est iudicij, & grauat hoc probandi onere agentem, ut cogatur ostendere, rem in bonis debitoris fuisse [e]: uisum fuit interdicto ei consulere [f], ut pignus suum compendiaria uia persequi possit, eo uidelicet tantum probato, quòd pignoris nomine res sint inductæ [g]. Huius † autem interdicti cum nec certus author, nec uerba in edictum perpetuum uideantur fuisse relata: ueri simile est à Saluio Iuliano edicti perpetui cõpositore & interprete, Saluianum esse appellatum. Datur autem hinc actio ei cui pensionis nomine res obligata fuit, aduersus quemlibet possessorem, idq; exemplo Seruianæ [h], & directa quidem datur locatori rustici prædij aduersus colonum, quia de his nominatim interdictum loquitur: utilis autem ex interpretatione datur locatori urbani prædij contra inquilinum. Sed & cuilibet creditori datur non modò aduersus debitorem qui oppignorauit, sed quemlibet etiam possessorem [i]: contra quem tamen probatio amplior facienda est, uidelicet rem in bonis fuisse debitoris oppignorantis [k]. Cæterùm quando contra debitorem agitur, id probari non est necesse, quia is de uitio nexus excipere nequit: suam enim ipsius allegaret turpitudinẽ & fraudem, si rem alienam fuisse diceret [l]. Datur autem hoc interdictum etiam hæredibus, & in hæredes, quia est rei persecutorium [m]: petitur enim possessio rei oppignoratæ [n], unde & interdictum adipiscendæ possessionis esse censetur [o].

1
2
3

DIGEST. LIB. XLIIII.

De exceptionibus, præscriptionibus &

PRAEIVDICIIS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Excipere quid significet: & quæ hoc nomine ueniant.
3 Quid sit exceptio.
4 Quid præscriptio.
5 Quid præiudicium.
6 Explicatio l. fundum.
7 Diuisiones & species exceptionum.
8 Causa efficiens & materialis.
9 Forma proponendæ exceptionis.
10 Quando proponi exceptiones debeant.
11 Finis & effectus: & an per obiectionem exceptionis lis uideatur contestata.
12 Contraria.

a Cicero lib. 2. de Inuentione, cap. 4.
b l. j. ubi Dec. de reg. iur. l. 4. §. fin. de pen. lega.
c Bald. Panorm. Felin. & Can. in Rubr. ex de exceptionibus. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de iur. & facti ignoran. & in l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss.
d Fel. præall. loco. Bart. in l. planè. in fi. de petitio. hæred. & in l. 1. §. & parui. num. 3. 5. quod ui aut clàm. latè Lanfr. in c. quoniam. ad uerb. excep. in prin. de probationib.
e Azo in Rubr. C. eod. Panorm. in tit. ex. eod. uide Ias. in l. qui se debere. nu. 6. de cond. caus. da. Socin. hic in l. 1. & 2. Ias. in l. ait. 2. nu. 11. & 15. de iureur.

DEFENDVNTVR † possessiones non modò interdictis, sed obiectis etiam à possessore exceptionibus. quæ cũ prætoriæ sint, quòd dari à prætore omnes solent [a]: meritò hîc inter iudicia prætoria, de quibus in 6. & 7. Pandectarum parte agi diximus, collocantur. Excipere † inter alia significat excludere, uel eximere aliquid de numero [b]: hinc defensiones reorum quæ excludunt intentionem agentis, & à regula ac ratione qua nititur actio, excipiunt casum de quo agitur, ita ut æquum non sit, in eo regulam obtinere, exceptiones sunt appellatæ. Propriè igitur fateamur eas dici exceptiones, quæ non eunt inficias, actionem iure subsistere, sed esse iniquam aduersus eum qui cum agitur, demonstrant: de quibus titulum de Exceptio. in Instit. accipiendum esse, exempla quæ ibi proponuntur, coarguunt. Vnde qui simpliciter negat factum quod proponit actor, non dicitur excipere [c]: & statutum auferens omnem exceptionem, nunquam tollit hanc negationem aut implorationem officij iudicis, aut aliam eiusmodi iustam defensionem [d]. Vsu tamen obtinuit, ut defensiones omnis generis exceptionũ nomine ἐν πλάτει comprehendantur, etiamsi ius actionis funditùs tollant: ut si quis neget factum, aut se soluisse dicat; quas propriè exceptiones intentionis uulgò appellant [e]. Exceptio † dicta est, quasi quædam exclusio, quę interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationem'ue (id est, libelli conclusionem) deductum est [f]: uel, authore Paulo [g], est conditio (conditionaliter enim olim in formula concipiebatur) quæ modò eximit reum à damnatione, modò minuit damnationem. Theophilus in Institut. eod. tit. ita definit: Exceptio est quædam iudicialis allegatio, reo competens, aduersus actionem, quæ iure quidem ciuili efficax sit, sed natura iniquas uires habeat. Exceptio itaque actorem excludit, replicatio reum: quæ est contraria exceptioni, & quasi exceptionis exceptio [h]. Sed contra replicationem dari solet duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obijcit [i]. Præscriptio † quam Rhetores translationem nominant [k], propriè est, qua modus, tempus, locus, aliæque circumstantiæ actionis determinantur, & quasi circumscribuntur: ut cum reus ostendit coram alio iudice, aut ab alio actore, aut cum alio, aut non hoc loco uel tempore esse agendum [l]. Promiscuè tamen pro exceptionibus præscriptiones usurpantur [m]: unde & exceptio possessionis, qua se aduersus dominum possessor tuetur, præscriptio

1
2
3
4

f l. 2. hoc tit. g l. antepen. hoc tit. b d. l. antep. i l. 2. in fin. hoc tit. tot. Instit. de replicatio. l. 3. C. de excep. k Cic. lib. 1. ad Heren. cap. 5. & de Inuen. lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 4. l l. fin. l. pen. C. de except. cap. 2. c. dilecti. ex. eod. Quintil. lib. 7. cap. 6. & lib. 3. cap. 8. m l. qui agnitis. 11. l. Paulus. 23. hoc tit. l. 2. C. de precib. Imp. offeren. l. contra. C. de inoff. testam. l. ita. C. de procuratorib. cum similib.

BIU Cujas

ptio longi temporis appellatur [a]. Illud tamen sciendum est, quas I. C. præscriptiones propriè appellãt, eas exceptiones declinatorias & dilatorias ab interpretibus uocari [b]. Præiudicium † interdum detrimentum significat [c], interim iudicis interlocutionem, quæ sententiam antecedit, ut annotauit Duaren. [d] Sed crebrius in iure accipitur pro certo actionum genere, quæ præiudiciales appellantur [e]: cum uidelicet antè quid petitur iudicari, quàm ad principale negocium perueniatur, quod tamen ipsum ex hoc iudicio ueniat declarandum. Quo in sensu etiam Cicero accipit in Orat. pro C. Planco: ut si patronus intendens petere à liberto operas, prius postulet declarari esse libertum: aut filius petiturus alimenta à patre, petat initiò dijudicari, an sit filius [f]: uel si de libertate agatur utrum quis seruus an liber sit [g]. Harum ad actionum similitudinem exceptiones etiam quædam præiudiciales siue præiudicia dicuntur, quibus nimirum reus ita excludit agentem, ut dicat præiudicium per nouum aliquod iudiciũ
6 quod aduersarius moliatur, principaliori actioni fieri nõ oportere [h]. uerbi gratia: Fundum † Titianum possides, de cuius proprietate inter me & te cõtrouersia est: & dico præterea, seruitutem illi fundo deberi ab alio tuo prædio non controuerso. huic secundo iudicio seruitutis rectè opponitur præiudicialis exceptio, quod præiudicium prædio, id est, principali iudicio, uendicationiq; rei non fiat. Fieret autem præiudicium, si hæc confessoria actio de seruitute admitteretur. Nam cum ea non detur, nisi domino fundi [i], ego dominus fundi cõtrouersi eo ipso declararer, si mihi potestas fieret hanc actionem proponendi. At hoc iniquum esset, priusquam probatio dominij in principali uendicationis iudicio à me sit facta: quæ meritò exigitur, cum tu possideas [k]. & hæc est species illa intricata, & à Castrense rectè explicata, quam proponit Africanus [l]. quo nihil pertinere adiunctum Pauli responsum, quod non de prę-
7 iudicio, sed de rei iudicatæ exceptione loquitur, rectè Cuiacius animaduertit [m]. Exceptiones † aliæ sunt dilatoriæ, quæ actionem differunt in aliud tempus: aliæ sunt peremptoriæ, quæ eam perimunt & extinguunt: ut rei iudicatæ, solutionis, præscriptionis, pacti &c. [n] Dilatoriarum aliæ uocantur declinatoriæ, quæ iudicium & forum in quo agitur, declinant [o]: aliæ propriè dilatoriæ, quæ ex alia causa litem differunt, ut exceptio procuratoria: item de cautione & Guaranda, ut loquũtur, quæ apud Saxones in usu est, præstanda: de quibus omnibus latius Speculator [p]. Hæ autem omnes ante litem contestatam proponendæ sunt: postea enim non admittuntur [q]. Sed peremptoriæ post litem demum contestatam opponuntur [r], quibusdam exceptis: quæ ideo priuilegiatæ dicuntur, quòd litis contestationem impediant [s]. Ex quarum scilicet obiectu apparet, aut actionem non competere, aut sublatam esse solutione, transactione, re iudicata, præscriptione, & similibus modis [t]. Impediunt autem litis contestationem, cum & in ingressu litis opponuntur, non ad merita causæ, sed ad impediendum litis ingressum [u]: & in
8 continenti etiam probari possunt [x]. Item aliæ sunt temporales, quæ durant ad tempus prę stitutum aut à lege [y], aut ab homine [z]: cuiusmodi omnes sunt dilatoriæ [a]. aliæ perpetuæ, quales sunt omnes peremptoriæ [b]: neq; enim ullo tempore præscribuntur [c]. Postremò pleræq; exceptiones in rem competunt: nonnullæ sunt personales, nec transeunt de persona in personam: ut exceptio pacti personalis, & ne
9 quis, nisi quatenus facere potest, conueniatur [d]. Exceptiones † ex æquitate, naturali proficiscuntur [e]: unde & iuris gentium esse dicuntur [f]. nam etsi prætor pleraſq; induxit, unde & hic tractatus inter prætoria iudicia est collocatus: tamen ex æquitate naturali, aut iure gentium eas desumpsit, atq; in foro ualere uoluit. Materia circa quã exceptiones uersantur, sunt actiones & iudicia. Materia ex qua existunt,
10 est ius cuiusq; propriũ. nam ex iure tertij, nulla cuiquam oritur exceptio [g]. Quod † ad formam attinet, sciendum est, exceptiones olim à prætore dari solere, perinde atq; actiones: qui aut purum præscribebat iudicium, non admissa rei exceptione, ut, Si paret promisisse, condemnato: aut sub conditione, ut cum exceptionem admissam formulæ inserebat: Si paret promisisse Titium Seio decem, condemnato, extrà quàm si quid dolo malo, metu' ue gestum sit [h]. Conditionaliter enim per particulam, si, nisi, extrà quàm, &c. exceptiones adijciebantur [i]: unde & Paulus in d. l. antepen. conditiones appellat. Sed hodie exceptiones formam nullam habent, imò quibuscunque uerbis, scripto uel absque scripto, uiua uoce [k] proponi possunt, adeò ut sufficiat uel nuda facti narratione ius exceptionis patefieri [l]. Est tamen aliquo modo patefaciendum, alioqui iudex factum exceptionis non supplet, si uel ignorantia, uel insciti a, uel aliam ob causam litigator exceptiones omittat: ut latius alibi tradunt Doctores, præsertim Castrens. [m] Quanquam † autem pluribus uti exceptionibus, & una omissa uel nõ probata ad aliam redire
11 nemo prohibetur [n]: tamen nõ uno omnes tẽpore proponi debent. Nã dilatoriæ pleræq; ante litem contestatam, ut dixi, sunt proponendę & probãdæ: ut declinatoria fori [o], procuratoria, & similes [p]: nisi reus ignorarit eas sibi competere [q]. Cęteroqui post litem contestatam, aut etiam post statutum, ut fieri solet, à iudice terminum, non recipiuntur [r], præterquam si recens fuerint ortæ [s]. Quòd de dilatorijs iudicij intelligendum est, non de dilatorijs actionis & causæ de qua agitur, ut est exceptio pacti de non petendo intra certum tempus, &c. Nam hæc proponitur lite demum contestata, sicuti & reliquæ peremptoriæ [t]. probanda autem est probata agentis intentione [u]: exceptis illis priuilegiatis, uidelicet rei iudicatæ, transl-

a t.t.C. de præscr.long. temp. b in l.fi.C.eod.in l.fi.ff.de dilatio. Specul.in tit. de exceptio. c l.4.§.pen.ff.de censib. d lib. Disputationum 2. cap.2. e §. præiudiciales. Inst.de actio. ubi dixi l. actionis uerbum. 36.ff.de obliga. & act.l.j. §. j. de rei uend. f Imperatores 14.de priuil.creditor. l.j.§.per hanc rei uend. l.3.de lib.ag. g d.§.præiudiciales. Inst. de act. l. ea. C. de lib. caus. l. 10. 13. 14. 15. 17. 20.2. C.de probat. h l.j.ff.famil.herciscun. i l.2.in prin.ff.si seruus uendi. k l.2.C.de probatio.l.fin. C.de rei uendicatio.§. retinendæ. uers.commodum. Inst.de interdictis. l in l.fundum.16.l.fundi. 18.hoc t. m Obser.lib.5.cap.37. n l.1.§.fi l.3.hoc t. o l.fi.C.eo. p in tit.de exceptio. Lanfran. in c. quoniam. in uerb. recusationes & exceptiones. extrà, de probatio. Chili. in prax. cap.43. cum seq. q l.ita demum.C. de procuratoribus. Doctores in l.fi. C.eo. r l.fiquidem.9.C.eo. s c.1. de litis contest. in 6. ubi Philipp. Fran. amplius 40. excep. priuileg. numerat. t Ias. nu.15. & 16. post Castrens. in l. nam postea. 8. de iureiur. Bal. in l. 4. circa fi. C. de pact. Alex. in l. iur bonus. & l. cum quærebatur. iudic. sol. u Ias. post Bar. in d. l. nam postea. nu.16. & 17. de iureiur. Bar. in l. quærebatur. iud. sol. x Bart. in l. fi. nu. 3. ff. pro suo. Bal. & Dd. in l. edicto. C. de edict. diui Adrian. tollend. uide Gemin. Philip. Fran. nu. 8. & alios in c. 1. de lit. cõtesta. in 6. y l. si intra. 8. & in l. in cõtractib. 14. C. de nõ numera. pec. t. t. C. de dote cautã nõ num. z l. 3. §. temporales. h. t. a d. l. 3. b §. appellantur. Inst. eo. c l. pure. ff. §. ult. de dol. mali & met. except. l. si pactum. C. eo. d l. exceptiones. 7. h. t. e Inst. de excep. in prin. l. j. ff. de doli mali & metus exceptio. l. j. ff. de uacatione & excusatio. munerũ. Azo in Rub. C. eo. in fi. f Doctores hic in Rub. & in tit. ex. eo. g l. loci. §. cõpetu. si ser. uen. l. si quis. 8. § j. C. de præscr. 30. ann. Bar. Castr. & alij in l. 1. de re iud. & in d. § cõpetit. h l. sicut. 8. §. quid si quib. mod. pig. l. creditor. 12. qui pot. in pig. l. j. §. Labeo. de flum. l. j. §. sunt qui. sup. ne quid in flum. pub. l. si uitem quod ui aut clam. ide Duar. in tit. de pact. Cuiac. lib. obser. 5. cap. 34. & 37. i l. j. famil. herciscu. l. 2. §. 1. uers. si in ea l. 4. §. item. 8. uers. ita excipiendũ, si inter me, &c. & §. Labeo. 14 §. si à Titio. 28. §. metus. 29. ff. de dol. exceptio. l. si à te. 9. in fi. h. t. Cuiac. obs. lib. 5. cap. 34. k Bar. in l. scire. §. oportet. nu. 5. per illũ tex. de excus. tutor. l Doctores hic, præsertim Soc. in l. 1. per l. ita q;. 48. de procurator. & l. qui pendentẽ. 62. sup. de act. emp. m Castr. nu. 4. in l. unica. C. ut quæ desunt aduoca. iudex supple. gl. in l. si unus. 28. §. pactus, ad uerb. in pactis. sup. de pac. n l. nemo. 8. l. is qui dicit. 5. h. t. o l. fi. C. eo. p l. licet l. ita demũ. C. de procuratorib. q l. fi. C. si nõ à cõpetẽt. iudice. r c. pastoralis. de except. s gl. in c. exceptionẽ. ex. eo. per c. insinuãte. de off. deleg. Ias. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 137. de acq. pos. l. elegãter. §. si quis. n. 4. de cõd. ind. t l. exceptionẽ. ubi Dd. C. de probatio. uid. Mynsing. obser. Cam. 24. cent. 1. u l. fiquidẽ. C. de except. c. aud. tis. de præscr. c. de testib. ex. de testib. c. cum uenerabilis. ex. de except.

BIU Cujas

tæ, transactionis, iurisiurandi, & præscriptionis, & similibus: quando uidelicet ante litem contestatam instar dilatoriarum proponuntur, ad impediendum litis ingressum: nam tum in continenti probari debent [a]. Postquam autem concluſum est in causa, exceptiones non audiuntur [b], ut nec post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, neq; appellatione est suspensa [c]: demptis ijs quæ sententiam non impugnant, sed temperant modum executionis [d]. Finis † est, ut inflexibilis actionum rigor ab exceptionum ἐπανορθώσει temperetur, & quem iniquum esset ex æquitate naturali condemnari, is ut obiecto quasi exceptionũ clypeo, tela ciuilium actionũ aspera præduraq; euitare possit: uelut latius tradit Theoph. Instit. eod. Exceptionum dilatoriarum effectus est, ut aut differant aut transferant iudicium: peremptoriarum, ut intentionem excludant aut minuant [e]. Illarum obiectione litem non contestari, certum est [f]. De his dubitari solet. ac Baldus quidem inquit [g], communem esse Legistarum opinionem peremptoriæ obiectu litem contestari. Quod Canonistæ negant [h], nisi ulterius reus progrediatur intentionem negando, uel disertis uerbis contestando litem [i]: id quod propemodum ubiq; obseruatur [k]. Illud etiam admonendi sumus, eum qui excipit, non fateri agentis intentionem esse ueram [l]. Quare usu obtinuit, ut etiamsi reus exceptiones obijciat, cogatur nihilominus aut affirmatiuè aut negatiuè respondere, atq; ita litem contestari. II

Contraria † exceptioni est replicatio: quæ licet sit quædam exceptio, tamen eam oppugnat & excludit [m]: quemadmodum replicationem rursus duplicatio, & hãc triplicatio, & istam quadruplicatio: atq; ita consequenter [n]. An etiam contraria est exceptioni præscriptio? ut sicuti actiones, ita & exceptiones, saltem spacio 30. annorum tollantur? Suprà diximus eas esse perpetuas: quod ita interpretantur, ut nullo tempore, ne quidem 30. aut 100. annis præscribantur [o]. Nam præscriptiones, præsertim longissimi temporis, in odium negligentium, neque ius suum persequentium, sunt inductæ [p]. at negligentia sicuti non potest imputari, non ualenti agere [q], ita nec ualenti excipere. Excipi autem nequit, quoad proponatur exaduersò actio, quam exceptio excludat. Relinquitur ergo, quamdiu non agatur, nullam exceptioni currere præscriptionem [r]. Quod in meris exceptionibus uerum est. secus in illis quæ non modò per modum excipiendi, sed etiam per formam agẽdi, uel per implorationem officij iudicis proponi possunt. Hìc enim quia imputari negligẽtia potest, eo exceptioni præscribitur 30. annis, peræquè atq; actionibus [s], & officio iudicis [t], ut est communiter traditum [u]: uelut in exceptione non numeratæ pecuniæ [x]. quam tamen Canonistæ ad mille etiam annos ex æquitate proponi posse, nõ rectè, contraq; omnia præscriptionum iura contendunt [y]. Obstat etiam exceptioni statutum, compromissum, pactum quo exceptiones excluduntur: qua ratione utrum tantum friuolis [z], an alijs etiam, præsertim postea natis, aditus præcludatur, à Dd. est discendum *. 12

De exceptione rei iudicatæ. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Ratio quare detur hæc exceptio.*
3 *Quando obstet rei iudicatæ exceptio.*

POst † generalem de exceptionibus titulum, quædam nunc speciatim de præcipuis exceptionum speciebus (nec enim omnes exequi, huius est loci aut instituti) consequenter proponuntur. Est autem inter præcipua exceptio rei iudicatæ, cum obijcitur actori: Actum ne agas. quæ etiam litis ingressum impedit [a]. Quod † probabili ratione placuit, ne aliter modus litium multiplicatus summam atq; inexplicabilem faciat difficultatem, maximè si diuersa pronuncientur. párere ergo exceptionem rei iudicatæ frequens est [b]: nam cum actionem etiam res iudicata pariat [c], multo magis exceptionem producere dicendum est [d]. ac Cicero in Oratio. pro L. Flacco ostendit, olim præsides de rebus iudicatis denegare actiones consueuisse. & pro A. Cluentio inquit extremæ impudentiæ esse, iudicata labefactare conari. Amplius in Oratione de Lege agraria ad populum dicta, rerum iudicatarum infirmationes, ait ciuitatũ afflictarũ perditis iam rebus extremos exitiorũ solere esse exitus. Sed † illud Iulianus rectè respondit, exceptionẽ rei iudicatæ tum demũ obstare, quoties eadẽ res siue quæstio inter easdem personas reuocatur [e]. nec enim sententia inter alios dicta, alijs debet nocere [f]: neque de una re dicta, ad alias res quæ in superius iudicium deductæ non sunt, trahi [g]. Separatorum enim separata est causa & ratio [h]. Eadem autẽ quæstio est, cũ uel res eadem iterũ petitur, quamuis aucta aut diminuta, aut pro parte tantum petatur [i]: uel eadem est causa petendi [k]. Eædem personæ dicuntur non modò principales, sed etiam quæ in earum locum succedunt [l], quæq; ab his mandatis habent [m]. 1 2 3

De diuersis temporalibus * præscriptionibus,

ET DE ACCESSIONIBVS. TIT. III.

1 *Cuiusmodi sint temporales præscriptiones.*
2 *De accessionibus temporum.*
3 *Quanto tempore actionibus præscribatur.*

Præscri-

a Bart. d. l. fin. nu. 3. ſ. pro ſuo. Phil. Franc. nu. 8. in c. 1. ubi Doctores. de litis conteſt. in 6.
b c. cum dilectus. 9. de fide inſtru.
c l. 2. C. ſententiam reſcr. non poſſ. l. ſub ſpecie. C. de re iudica.
d l. Neſennius. 41. §. fin. ſ. de re iudic. l. ex diuerſo. 18. §. ſi ſ. ſol. matr.
e l. exceptiones. 22. cum l. ſeq. hoc t.
f Gl. & Doctores, in l. 1. C. de litis conteſta. c. exhibita. de iudicijs.
g in d. l. 1. C. de lit. conteſt.
h per c. 2. de lit. conteſt. li. 6. in c. 1. ubi latiſſimè Socin. de lit. conteſt.
i c. prout. de dolo & contumac. c. cum cauſam. de appel. c. cum uenerabilis. de except.
k uide Chilia. in prac. c. 6. nu. 12.
l l. non utiq; 9. hoc t. c. exceptionem. de reg. iur. in 6. c. cum uenerabilis. eẽ. eod.
m l. 2. hoc t.
n d. l. 2. in fi.
o gl. in l. 3. uerb. perſecutione. C. de præſcr. 30. ann. & in l. ſi pactum. C. de excep. Bal. in trac. præſcr. 4. part. 4. partis prin. quæſt. 37.
p l. j. §. fi. C. de annal. except. Bart. in l. ſicut. nu. 2. & in l. cum notiſſimi. in prin. C. de præſcr. 30. ann.
q d. l. j. C. de ann. excep. in fin.
r l. purè. §. fi. j. de except. dil. ubi uide.
s l. 3. 4. cum ſeqq. l. 8. C. de præſcr. 30. ann. in prin. Inſtit. de perp. & temp. actio.
t gl. in l. ſicut. ad uerb. perſecutione. ubi Dd. C. de præſcr. 30. ann. Bart. in l. prætor. §. fin. num. 1. de oper. nou. nunc. Caſt. & Dd. in l. 2. C. de reſcr. uend. Bal. in tract. præſ. 4. part. 4. partis princ. quæſt. 30.
u Cyn. Bal. & Salic. in l. licet. C. de except. Bal. in l. ſicut. nu. 12. & 13. C. de præſcr. 20. ann. per l. quæſitum. §. fi. de pecul.
x Cyn. Bal. Salic. & Dd. in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec. Fel. in c. ſi cautio. de fid. inſtr.
y Dyn. in c. locupletari. in fi. de reg. iur. in 6. Bal. in l. ſi ex cautione. nu. 12. Fab. in l. in contractib. nu. 8. C. de nõ nu. pec. Pan. Imol. & Can. in c. fi. de ſol. & in c. ſi cautio. ubi latè Fel. nu. 60. 61. 62. de fid. inſt. Iaſ. in l. ciuitas. nu. 7. & 8. ſi cert. pet.
z Bar. in l. j. §. j. nu. 3. quod ui aut clàm. Spec. de renunc. per tot. & de obl. & ſol. §. j. ubi Bal. Cy. in l. ita pudor. C. de adul. Hip. ſing. 96. renuncians. Ant. Corſ. ſing. uerb. excep. 1. nu. 1.
* Iaſ. in l. ſed etſi quis. §. quæſitũ. nu. 6. & 7. ſ. ſi quis caut. & in l. pen. nu. 17. 18. C. de pac. & in l. j. nu. 6. de con. indeb. Man. ſing. 1. nu. 1. Alex. conſ. 1. nu. 8. uol. 6. & conſ. 208. nu. 6. uol. 6.
a d. c. 1. de lit. cõteſt. in 6.
b l. ſingulis. 6. b. t. l. 3. & 4. C. de re iudicata.
c Paul. li. 1. t. 19. & li. 5. t. 5. l. ſi actor. C. de reb. creditis.
d l. j. §. nã cui damus. de ſuperficieb.
e l. 3. b. t.
f l. ſæpe. de re iudic. l. j. b. t.
g l. ſi cũ teſtamẽto. 21. in prin. l. ſi in iudicio. 23. l. et an eadẽ. 14. b. t.
h l. eũ 18. de negocijs geſt. l. ſi maritus. C. de donatio. inter uir. et uxor. l. de ſeruo. de calũniatorib.
i l. ſi quis cũ totũ. 7. cũ l. ſeq. d. l. et an eadẽ. 14. in prin. et 6 j.
k l. ſi mater. 11. §. eandẽ. d. l. & an eadẽ.
l l. 4. l. ſi à te hæreditatẽ. 9. §. fi. d. l. ſi mater. in prin. et §. Iul. et §. fi.
m d. l. ſi mater. §. hoc iur.
* aliàs, temporibus.

1 PRæscriptiones † quoq; temporales uariæ & diuersæ sunt, quæ excludunt agentẽ, quia debito tempore non egit: ut cum dicitur annalem actionem (cuiusmodi pleræq; prætoriæ sunt) intra annũ utilem, qui ex diebus utilibus quibus agi potuit, constat [a], non esse intentatam [b]: item cum uendicanti rem præscriptio triennalis obijcitur, aut decennij, uel uicennij [c], aut etiam triginta uel quadraginta annorum [d]. qua in parte sciendum est, accessionum tempora in possessoribus considerari. Nam continuatur defuncti tempus quo possedit, cum tempore hæredis [e], & eius qui ab hærede emit [f]: item em-
2 ptoris & uenditoris, etiam tertij, quarti ue [g]. Sed † de accessionibus possessionum nihil in perpetuum neq; generaliter definire possumus [h]: consistunt enim in sola æquitate. Planè tribuuntur ijs, qui in locũ
3 aliorum succedunt, siue ex contractu, siue ex ultima uoluntate [i]. Eiusmodi † quoq; temporalis præscriptio fisco obstat: nam à bonis uacantibus (licet iure Sax. contrà uideatur [k]) quadriennij curriculo excluditur [l], à commissis quinquennio [m], in reliquis præscriptione uicennij [n]: quod posterioribus constitutionibus non est sublatum, sed confirmatum [o]: eoq; tempore & alijs omnibus publicis & criminalibus iudicijs præscribitur [p]: ciuiles uerò actiones triginta annorum præscriptione eliduntur [q], nisi breuioribus spacijs specialiter sint circumscriptæ: ut actio doli [r], iniuriarum [s], adulterij [t]. Reliquæ omnes quæ hæc tempora effugiunt, tam publicæ & ecclesiasticæ, quàm priuatæ, 40. annorum decursu præscribuntur [u]. Quod quidem tempus continuum est [x], curritq; non modò contra scientem, sed etiam aduersus ignorantem, & absentem [y]: quamuis ignorantibus ius suum, restitutio in integrum ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa [z], &c. detur *.

a l.si cum exceptione.§. post annum. de eo quod met. caus. §. rursus Inst. de actio. l. ult. C. de tẽp. in integ. rest. l. si nõ conuicij. C. de iniur. l. interdum. l. auxilium de minor. iunc. l. iure mariti. C. de adulter. l. si maritus. ff. eo. l. j. de his quæ in fraud. cred.
b l. j. hoc t.
c l. 3. h. t. §. j. Inst. de usuc.
d tot. t. C. de præscr. 30. anno.
e l. cum hæres. 11. hoc t.
f l. pen. §. fi. hoc t.
g l. 5. 6. 14. 15. hoc t.
h uide Cuiac. in l. id tempus. 14. l. serui. 16. de usucap.
i l. de accessionibus. 14. hoc t.
k art. 28 & 29. lib. j.
l l. intra 10. hoc t. l. j. & t. t. C. de quad. præscr.
m l. 2. C. de uectig.
n l. in omnibus. 13. hoc t. l. j. §. præscriptio. de iur. fis.
o l. omnes. C. de præsc. 30. ann.
p l. querelam. C. ad leg. Cor. de fals. l. 2. de requi. rer.
q l. sicut. l. omnium. C. de præscr. 30. ann. in prin. Inst. de perpet. & tempor. actio.
r l. fi. C. de dolo malo.
s l. si nõ conuicij. C. de iniurijs. cum simil. b. uide j. de adulter.
t uide j. de adulter.
u l. 4. C. de præsc. 30. ann. uide ex. de præsc.
x l. nunquam. §. in usucap. 3. de usucap.
y l. fin. C. de long. temp. præscript. l. sicut. C. de præscr. 30. ann.
z in l. j. ex quib. caus. maior, &c.
* t. t. C. quib. non obijci. longi temp. præsc. Bart. in l. j. §. si quis autem. 3. de itiner. actuq; priuato. Panor. in c. uigilanti. de præscr. late Bald. in tractatu præscr. 4. par. 4. partis prin. quæst. 29. uide 3. ad tit. de usucap. in fine.

De doli mali & metus exceptione. Tit. IIII.

1 *Dispositio huius tituli & quàm latè pateat hæc exceptio.*
2 *Quare detur.*
3 *Quomodo dolo quid factum dicatur.*
4 *Quando huic exceptioni locus sit.*
5 *Quibus obijci possit, uel non.*
6 *Quamdiu.*
7 *De metus exceptione.*

1 LAtissimè † patet exceptio doli, unde & generalis dicitur [a]: quippe quæ ex omnibus in factum exceptionibus oriatur. quia dolo facit, quicunq; id quod qualibet exceptiõe excludi potest, petit [b]. Quo autem dilucidius intelligi posset hæc exceptio, ordinem I. C. [c] secuti, prius de causa uideamus, quare proposita sit: deinde quemadmodum dolo fiat: tum quando & quibus casibus obstet: deinde aduersus quas personas locum habeat: nouissimè intra quæ tempora hæc exceptio competat. Ideò
2 † autem eam proposuit prætor, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prodesset [d]: quod foret planè iniquissimum [e]. Quare ne replicatione quidem doli hæc exceptio elidetur, ne ex eo quod perfidè gestum est, actor quippiam consequatur [f]: aut alij dolus noceat quàm
3 illi qui eum admisit [g]. an dolo quid commissum sit, ex qualitate facti intelligitur [h]. Sed † & is dolo facit, qui petit quod qualibet exceptione excludi potest [i]: uel quod scit non oportere solui [k], aut si soluatur,
4 esse restituendum [l]. Huic † autem exceptioni locus est, cum fraus actoris coarguitur. Ex eadem enim proponitur causa, ex qua actio doli [m], uidelicet cum machinatio fraudulenta in negocio latet: cuiusmo-
5 di multas species I. C. [n] proponit. Obstat † hæc exceptio ei qui decepit, non alijs [o]: nec enim sufficit dolo factum esse, sed oportet actoris malitiam coargui [p], aut eius procuratoris [q]. Nam sicuti actio doli, ita & exceptio, quam ex eadẽ causa dari diximus, in personam directa est [r]. Aduersus parentes, aliasq; personas quibus reuerentia debetur, neq; doli exceptio, nec alia quæ existimationem apud bonos suggil-
6 let, competere potest: in factum itaq; erit excipiendum [s]. Non † autem sicut de dolo actio, quæ famam uiolat, certo spacio finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit: cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur iure suo, is autem cum quo agitur, nõ habeat quando conueniatur [t]. Itaq; ea ratione cessante, cum in modum actionis quæstio doli proponi potest,
7 perinde ut actio terminatur [u]. In † metus exceptione eadem omninò obtinent. Itaq; Cassius eam omisit, contentus doli exceptione, quæ generalis est. Sed utilius usum est, etiam de metu opponere exceptionem. nam distat quadantenus à doli exceptione: quia est in rem scripta, sicuti ipsa actio: ut non inspiciamus, an is qui agit, metus causa fecerit, sed an omnino metus causa factum sit. Et quamuis de dolo authoris exceptio doli non obijciatur: tamen hoc iure utimur, ut de metu non tantũ ab authore, uerùm à quocunq; adhibito, obijci exceptio possit [x].

a d. l. 1. in fi.
b d. l. 1. l. 2. de iureiur.
c l. ait prætor. 7. de iureiur.
d l. fi. de in litem iuran. l. nam postea. 9. §. 1. de iureiur. l. nam sufficit. de dolo malo. §. æquè. Inst. de excep.
e d. c. 1. de litis contesta. in 6.

Quarum rerum actio non datur. Tit. V.

1 *De exceptione iurisiurandi.*
2 *De his quæ onerandæ libertatis causa promittuntur.*
3 *De dolo qui causam dat contractui.*

1 SCiendum † autem est, exceptione quandoq; non esse opus, ut ijs in rebus quarum rerum actio à prætore qui actiones olim concedebat, & à quo erant impetrandæ, nõ datur. Quod usuenit, cum quis aduersarium suum delato iureiurando, iudicem de causa facit [a]. Iusiurandum enim uicem rei iudicatæ obtinet [b]. Itaq; post rem iureiurando decisam, non dat actionem prętor [c], ne de periurio quę-
2 ratur [d]. Quare † & hodie hæc exceptio litis contestationem impedit [e]. Item in ijs, quæ onerandæ libertatis causa patronus à liberto stipulatur. Quia usum est, aduersarium libertatis ac uiolentiæ plenum,

a l. 4. §. fi. hoc t.
b l. 2. §. & generaliter. l. qui æquitate. 12. hoc t.

C perpetuo

c in l. 1. hoc t. d l. 1. l. 4. §. Labeo. 13. hoc t. e l. 2. de eo per quem factum erit. f l. 4. §. Marcellus. hoc t. g l. si procurator. 11 hoc t. h d. l. 1. in fi. l. dolus. C. de rescind. uendit. i d. l. 2. §. & generaliter. k d. l. 2. §. circa. l l. dolo facit. 8. hoc t. m d. l. 2. in prin. n in l. 2. & seq. hoc t. o d. l. si procurator. 11. p d. l. 2. §. 1. q d. l. 4. §. quæsitum. r l. item. 17. de dol. mal. s d. l. 4. §. aduersus. & §. fi. t l. pure. 5. §. fi. hoc t. l. si pactum. C. de excep. u l. si quis libertatem. de petit. hæredita. l. quæsitũ. §. fi. de peculio. x d. l. 4. §. fi.

perpetuo uexationis metu libertum patrono subijci, propter quem metum quiduis sustineat patrono exigente [a]. Quo tamē casu exceptione opus est: quia stipulatio quantumuis dolo malo metúue sit inita, ipso iure ualet [b]. Sed † quando res incidit in contractum bonæ fidei, tum etiam non opposita excep- 3
tione denegat actionem prætor: ut si societatem onerandæ libertatis causa patronus cum liberto iniuerit [c]. Nam cum uideatur metu inita [d], cui dolus ineſt [e], ipso iure ad nihilum recidit, nec ex ea actionē dat prætor [f]: cum neutiquam sit cōsentaneum, actionem bonæ fidei cui dolus maximè aduersarius est, dari ex eo quod fraudulenter inuenitur gestum [g], idq; præsertim in societate obtinere æquum est: quæ cum ius fraternitatis complectatur, & planè libera esse debeat, meritò nullius momenti esse censetur, si ad eam libertus, causa libertatis consequendæ quasi adigatur [h].

a d.l.j.§.quæ onerandæ.
b l.5.C.de inutil.stipul.
c l.Labeo.de bon.lib.
d d.l j.d.§.quæ onerādæ.
e l.si cum exceptione.14.§.eum.de eo quod metus causa.
f d.l.j.§.si libertatis.
g in l. et elegāter.in prin. de dol.mal.ubi uide quæ dixi.l.3.sup. pro soc.l.in causæ.17.in prin.de minor.
h l.Labeo.36.de oper.lib. uide l.j.de bon.lib.

De litigiosis. Tit. VI.

1 *Cuiusmodi sit hæc exceptio.*
2 *Quæ res dicatur litigiosa.*
3 *De pœnis alienantium res litigiosas.*

EST † & exceptio de litigiosis rebus proposita: nam si quis sciens rem emat litigiosam, huic peten- 1
ti possessionem uel nondum acquisitam, uel amissam, obstat exceptio litigiosæ rei [a], quam emere non debuit [b]. Litigiosa † autem res dicitur, non de qua controuertitur extra iudiciū, per denun- 2
ciationem fortè [c], sed de qua lis mota est quod fieri in his realibus (nam in personalibus litis contestatio requiritur [d]) intelligitur aduersario citato, & proposita petitione [e]. atq; hoc quidem in emente rem litigiosam obtinet. Quòd † si uerò ipse litigator illiusmodi rem dedicet sacris, quia non modò aduersa- 3
rium afficit iniuria, cuius duriores reddit partes, sed etiam contumeliosus est in Deum, quem falsa religionis specie colit: meritò dupli pœnam patitur [f]. Sed eiusmodi pœnæ hodie latius uagantur, & ad omnem rerum litigiosarum nundinationem extensæ sunt [g].

a t.t.C.de litigiosis.
b t.t.C.de litigiosis.
c l.1.hoc t.l.1.C.eo.
d l.2.ubi gl.& Dd.C.de litigio.
e Auth.litigiosa.ubi Doctores C.eod. uide gl.in c.1.uerb. litigantib.ut lit.pendent.lib.6.cle.2. eo.tit.
f l.fi.hoc t.
g l.fin.cum Auth.seq.C. eod.

De obligationibus & actionibus. Tit. VII.

1 *Quomodo stipulationes dicantur prætoriæ.*
2 *Quare inter iudicia prætoria referantur.*
3 *Quare hîc de obligationibus & actionibus agatur.*
4 *Quid sit obligatio.*
5 *Quotuplex.*
6 *Quæ propriè dicatur obligatio.*
7 *Causa efficiens: qui quomodo obligationem contrahere possint, aut non.*
8 *Materia, forma, finis, & effectus obligationum.*
9 *Quomodo extinguatur obligatio.*
10 *Quid sit actio, & quàm latè id nomen pateat.*
11 *Partes & species actionum: & quomodo rectè proponantur.*
12 *Causæ & effectus.*

POST † exposita possessionum iura, ad stipulationes progrediamur, quæ etiam ad iudicia prætoria, 1
tam petitoria quàm possessoria pertinent, unde pleræq; prætoriæ ac iudiciales appellātur [a]. Nam cùm multis rerum humanarum actionibus, tum præcipuè iudicijs prætor sponsiones adhibuit: ut ex Cicerone, Quintiliano, & nostris etiam legibus intelligi licet. Itaq; quamuis etiam iure ciuili, stipulationes ualent [b]: tamen in iudicijs uersantur magis ex authoritate & iurisdictione prætoris, qui harum uinculis forenses altercationes corroborat, & litigantium tum consulit securitati, tum temeritatē coercet, quàm ulla iuris ciuilis introductione. Quòd † si quis autem fortè quærat, quamobrem non ad 2
contractuum genera hic tractatus sit relatus, sicuti factum in Institutionibus uidemus: nihil est quod tam facilè expedire queamus. Nam cōtractus de quibus suprà dictum est, ex iure gentium oriuntur, & præcipuè consensu constant: cumq; non à prætore, sed iure ciuili uim habeant, meritò ad iudicia ciuilia rerumq; tractatum referuntur. At stipulationes à iurisdictione prætoris usum & uim præcipuam mutuantur, & ex subtili quadam iuris ratione uerbis obligationem gignunt, formulisq; iudiciorum à prætore interponi atq; adhiberi solent: ut non immeritò iudicijs prætorijs, quorū hoc loco tractatio est instituta, annumerentur. Sed † quia hæc materia latè patet, multaq; habet cum reliquis obligationibus 3
communia, ut nihil prætermittatur: primùm in genere de obligationibus & actionibus uideamus: ut quæ deinceps de uerborū obligationibus dicturi sumus, facilius intelligantur. Obligatio † ab obligan- 4
do uinciendoq; dicta est. nam in eo uis eius, & (ut loquitur Paulus) substantia cōsistit [c]. Etenim est iuris uinculum, quo quis necèsitate adstringitur alicuius rei soluendæ, secundū nostræ ciuitatis iura [d].

Obligatio † autem est aut naturalis, aut ciuilis: naturalis, quæ ex naturali ratione causam habet [e], & 5
(ut alibi dicitur) solo æquitatis uinculo nititur [f]. Ea rursum duplex est, sicut ipsum ius ciuile. Alia enim cum reliquo iure naturali, existit ex quadam naturæ affectione: ut est obligatio naturalis ad antidora [g], quæ neq; ad certum quid obligat, nec impedit soluti indebiti repetitionem [h]: quamuis Zasius refragetur [i]. Alia est obligatio iuris gentium, orta ex conuentione & iure humano, quod conuentiones seruari præcipit [k]. Is natura debet, inquit I. C. quem iure gentium dare oportet [l]. De hac naturali obligatione potissimùm agunt I. C. cum aiunt aliquem naturaliter obligari [m]. Porrò ciuilis obligatio est, quæ oritur ex iure ciuili [n]. quam rursus diuidimus in ciuilem propriè sic dictam, quæ lege introducitur: & prætoriam, quæ ex edicto aliquo prætoris descendit [o].

Propriè † autem obligatio dicitur, quæ utramq;, & ciuilem & naturalem cōtinet. Hæc enim demum 6
efficax est, & uinculum illud iuris habet, cuius in definitione fit mentio [p]. Obligatio † contrahitur aut 7
consensu [q]: tam uero qui cùm facto, tum uerbo, tum etiam nutu declarari potest [r]: quàm præsumpto, cuius usus est in quasi contractibus [s]: aut re, aut uerbis, aut scriptura, prout quiq; contractibus horum aliquid ad perfectionem sui præcipuè requirunt [t]: quanquam in omnibus consensus etiam desideretur [u].

Item

a d.l.obligamur.51. r d.l.obligamur.in fi.ubi Doctor. s l.4.§.1. hoc t.t.Instit.de obl.quæ ex quasi contractu. t l.1.hoc t.§.fi.Inst.de oblig.& quib.mod.re cont.ubi dixi. u l.1.§.1.de pactis.

BIU Cujas

Item contrahitur obligatio lege, cum uidelicet secundum aut contra leges quid facimus, unde teneamur [a]. item facto & necessitate [b]: deniq; ex uarijs causarum figuris [c]. Cum autem consensus requiratur in omni obligatione, sicut diximus, aut principaliter, aut συνεργῶς: nec enim inuitus quispiá obligatur [d]: sequitur uoluntatem eius requiri qui consentire potest: puta puberis & mente compotis, tam patrisfamil. [e] quàm filijfamiliâs [f]. nam furiosi & impuberes non obligantur [g], ne naturaliter quidem, quin solutum repetere possint [h]: nisi in ijs, in quibus re ipsa citra uoluntatem nascitur obligatio, & quatenus facti sunt locupletiores [i]. Sed & impuberem, qui intelligat quid agatur, naturaliter obligari, quod ad consensum attinet, consentaneum est [k]. Seruus etsi consentire potest: tamen quia iure ciuili pro mortuo habetur [l], naturaliter tantum, non etiam ciuiliter obligatur [m], nisi in delictis, quorum nemo impunitatem sperare debet [n]. Mutus & surdus consensu & factis, uerbo uerò obligari non possunt [o]. Cæterùm & causam ex qua obligatio constet, exprimi semper oportere, receptum est: alioqui nõ constabit obligatio [p], nisi (ut quidam uolunt) inter mercatores. nec enim causa donationis præsumitur [q], nisi exprimatur [r].

8 Materia † ex qua existunt obligationes, sunt facta: materia circa quam, res licitæ & possibiles. Neque enim ulla est rerum turpium obligatio [s], ut nec impossibilium [t]. Forma obligationum uaria est, pro uoluntate contrahentium: aliàs enim uerbis, aliàs conuentione & pactis, aliàs scriptura, aliàs aliter formatur obligatio [u]. Rectè autem contrahitur obligatio, aut proprio nomine, aut alieno [x]: dum tamen initium & substantia obligationis in persona propria contrahentis consistat [y]. Ad formam etiam pertinet, quòd obligationes, præcipuè dandi, neq; induci possunt tempore, nec finiri [z]: qui tamen contra pactũ tempus agit, exceptionis æquitate repellitur [a]. Quare quod ad effectum attinet, obligationes diem recipiunt [b], ut & conditionem [c], non tamen potestatiuam [d]: item modum, accessionem [e], &c. Causa finalis est, ut ex obligatione aliquid detur aut fiat. Effectus, non ut nobis aliquid obligatio ipso iure acquirat, sed ad dandum faciendum'ue aliquem obliget [f], actionemq; ad id exigendum producat [g]. Aduer-

9 santur † obligationi dissensus [h], error [i], simulatio [k]. Et hæc quidem impediunt ortum obligationis. Ortam autem iam & natam rursus extinguunt & dissoluunt mutuus consensus [l], solutio, & quicquid solutionis uim habet [m], interitus rei ante moram debitæ [n]: item tempus saltem per exceptionem [o], uel per præscriptionem [p]. Nam quod dicitur, tempus non esse modum inducendæ aut tollendæ obligationis, de causa solius temporis accipiendum est, non etiam quando cum tempore consensus partium, aut le-

10 gis dispositio, aut alia efficax causa concurrit [q]. Quod † ad actiones attinet, sciendum est hoc nomine propriè censeri actiones personales [r], etiamsi ἐμπλάκτους etiam reales & extraordinariæ comprehendantur [s]: nec modò ciuiles, sed etiam criminales [t]. Quo sensu hoc in titulo accipi, uel ex eo liquet, quòd de quibuslibet formis actionum generatim hîc disseratur. Actio autem nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur [u]. Genus est ius persequendi, id est, facultas agendi uel conueniendi [x]. Differentia est in uerbis, persequendi in iudicio. Nam hoc secernuntur actiones à postulationibus extraiudicialibus, & extraordinaria, citraq; solennitatem iudicij facta officij iudicis imploratione. Actio-

11 nis † partes sunt tres, procœmium, narratio, conclusio: uel (ut uolunt Doctores) propositio maior, propositio minor, & conclusio [y]. Maior est ipsa facti narratio, quæ apertè & breuiter est instituenda, ut uoluit Ias. præalleg. loco: uel potius aliqua iuris regula maior est. Deinde narratio specialis facti de quo agitur, minoris locum obtinet, quod sic deduci debet, ut ex eo appareat medium concludendi [z]. Quam causam appellant Iurisconsulti [a]. Quòd si hæc causa cõcludendi fuerit inepta, libellus erit ipso iure nullus [b]. Vltima pars est conclusio, quam constat omnino esse necessariam [c] (iudex enim non interponit officium, nisi quatenus petitum est [d]) cuiusq; forma totam actionem ampliat, restringit & moderatur [e]. Præcipuè actionũ diuisiones sumuntur primùm à materia circa quam: aut enim sunt in rem, aut in personam directæ [f]. Secundò, à causa efficiente: nam aliæ ciuiles, aliæ prætoriæ dicuntur [g]. Tertiò, à fine: quædam enim pœnam persequuntur, quædam rem familiarem, nonnullæ utrumq; [h]. Quartò à forma & modo petitionis: aliæ enim in simplum, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum, nec ulterius concipiuntur [i]. Quintò, à sui qualitate & natura: pleræq; enim sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris [k]. Sextò, ab effectu: nam aliæ solidum, aliæ minus consequuntur [l]. Et has sex actionum diuisiones Imperator in Inst. ordine exponit. Possunt autem & aliæ tradi. Sunt enim quædam ciuiles, quędam criminales: earumq; aliæ ordinariæ, aliæ extraordinariæ, aliæ directæ, aliæ contrarię: & alio sensu, quędam directæ, quædam utiles [m], quædam in factum [n]: pleræq; perpetuæ, nonnullæ temporales: quędam in hæredes transitoriæ, quædam non: nonnullæ uniuersales, pleræq; particulares: quædam præparatoriæ, aliæ principales: aliæ natiuæ, aliæ datiuæ, ut uolunt Dd. [o]

a d.l.obligamur.§.lege.
b d.l.obligamur.circa fi.
c l.j.in prin.hoc t.
d l.nec emere. C.de iure deliberandi.l.sicut.C.de actio.l.cũ postulassem. de damno infec.l.Imperator.de contr. empt.cũ simul.
e l.obligari.42.hoc t.
f l.filiusfam.38.hoc t.
g l.j.in fi.hoc t.
h l.pupillus.58.hoc t.
i l.si à furioso.23.l. furiosus.45.hoc t.
k l.j.de nouat.uide quæ dixi Instit.de inutil. stip. &, quib.mod.toll.obl.
l l.quod attinet.de reg. iur.
m l.serui.13.l.obligari.42. hoc t.
n d.l.serui.
o l.j.in fi.l.in quibuscunque.47.
p l.cum de indebito.de probat. Dd.l.2.§.circa. de dol.mal. except.Bar. l.qui sine.nu.2.de condic.sine caus. Ias.l.quo minus.nu.166.de flum.
q l.campanis.de oper.lib. l.si cum aurum.de solut. l. cum de indebito, de prob.
r ut communiter contra Bart. concludunt Ang. & Dd.l.2.§.circa.de dol.except.l.à Titio.de uerb.obl.Ias.Alex.Bal. Ang.Castr. & alij l.Iurisgentium.§. sed cum nulla.ff.de pac.latè Tiraq.de retract. conuen. in fi.nu.105.
s l.generaliter.26.j.t.1.
t l.j.§. si quod. cum seq.l. non solùm.30. hoc tit.l. impossibilium. 145.de reg.iur.
u l.4.de pignorib.l.contractus.C.de fide inst. cum similib.
x d.l.contractus.§.sed aut proprio.
y l.quæcunq;.10.hoc t. z l.obligationum.43.§.1.hoc t. a d.l.obligationum. b §.omnis.Inst.de uerb.oblig.l.eum qui.ubi Dd.j.tit.1. c l.is cui. 41.hoc t. d l.sub hac.7.hoc t.d.l.obligationum. e d.l.obligationum.§.modus.& §.accessio. f l.3.hoc t.l.traditionibus.C.de pactis. g l.licet.42. §.ea obligatio.de procuratorib. h l.in uenditionib.9.de contrab.empt. i l.in omnib.56.hoc t. k l.contractus.53.hoc t. l l.ab emptione.de pactis. m t.t.Inst.quib.mod.toll.oblig. n l.is qui.44.hoc t. o d.l.obligari.§.placuit. p l.sicut.l.omnis.C.de præscr.30.anno. q l.obligationum.43.§.placet.ubi dixi.hoc t.uide Salic.in l.sicut.C.de præscr.30.annor. r l.actio.27.hoc t. s l.actionis.uers.36.hoc t. t l.j.& 2.j.de crimine Stellio.l.pen.s. si ex noxali causa agatur.t.t.C.quando ciuilis actio præiud.crim.l.Caius.j.de crim.expila.hæred. u l.nihil aliud.50.hoc t.in prin.Inst.eod. x l.j.de eo quod certo loco.l.6.§.uideamus.de neg gest.l.purè.§.fi.s.de doli mali except. y Bart.in l.si prius. de operis noui nuncia.j.Iason.in §.omnium. nu.115.Instit.de actio. z Bart.in l.certi condictio.nu.2.si certum petat.& in l.2.C.de petit.hæred.gl.magna in l.j.de ædendo.& l.2.§.circa.de doli excep. a l.& an eadem.14.s.de except.rei iud. b Bart.in l.ædita.nu.1.C. de æden.per d.l.2.§.circa.Ias.præalleg.loc.nu.116.& 117. c l.fin.C.de fideicommiss.libert.Bart.in d.l.ædita. d l.4.§.hoc autem.de damno infect. e Bart. in l.Aurelius.§.Sticho. de liberatio.legata.Innoc.in cap. super literis.de rescript.Iason post Ang.in d.§.omnium.num.127. f l.actionum.24.hoc tit.§.j.Instit.eod.ubi dixi. g d.l.actionum.l.in honorarijs.34.hoc tit.§.sed istæ. Instit.eod. h §.sequens.Instit.eod.d.l.in honorarijs.l.pen.hoc tit. i §.omnes autem.Instit.eod. k §.actionum.Instit.eod. l §.sunt præterea.Instit.eod. m de his Gouea.lib.1.cap.40.l. si mensor. si mens. fal.mod.l.antepen.de neg. gest. n de his l.1.C.de reuoc.his quæ in frau.l.cum mota.C.de transact.Gouea.lib.2.cap.27. o Dd.in l.iuris gentium.7.§.quinimò.de pact.Ias.in §.rursus.numer.78.& in §.item.num.106. Instit.de act.uide Montan. in tract.fin.regund.c.38.nu.17.uide quæ dixi ad tit.de pact.

BIU Cujas

a l.5.de iust. & iur.
b Pan.in c.dilecti. de iud. Bart.in l.uerum.nu.2.3. & 4.sup.rer.amota.
c l.Iulianus.9.§.si quis rẽ. ad exhibend.
d l.2.§.deinde ex his. de origine iuris.
e d.§.j.Inst.eo.
f Vlp.tit.25.Paul.lib.3.ti. 3.t.t.C.de for.subla.
g l.j.& 2.C.de formul. impe.subl.
h c.dilecti.de iudicijs.uide quæ dixi ſ.de æ dend.
i Auth.offeratur. C.de litis conteſtat.
k l.ſi.C.de fideicõ.libert. Bald.& Dd.in l.prolatam.C.de ſententijs.uid. gl.& Dd.in l.argentarius.10.de æ dend.
l l.ſi.C. de præſcr.30.annor.l.moræ.ubi Dd.C. de rei uend.
m l.nemo.88. de reg.iur.

Obligationes † cum ſint iuris gentium [a], agendi modum etiam ex eo iure naſci [b] dubium non eſt. 1
Quia tamen actiones Ro. de quibus agimus, formã à iure ciuili accipiunt, quæ (ut loquuntur) dat eſſe rei [c], meritò iuris ciuilis eſſe perhibentur [d]. Materia ex qua, ſunt facta & obligationes, materia circa quam, perſonæ & res [e]. Forma actionũ olim in impetratione & compoſitione, certisq; uerborum formulis conſiſtebat, unde & formulæ ipſæ actiones uocantur [f]: quæ omnia poſtea antiquata ſunt [g], ſufficitq; hodie, congruentem & aptam negocio proponere actionem, etiam nullo certo nomine expreſſo [h]. Finis eſt, ut quis ius ſuum legitimè conſequatur: quod quidem ad ſalutem Reipub. hominumq; ſocietatem inter ipſos retinendam omnino eſt neceſſarium. Effectus actionis multiplex eſt: nam ad eam cogitur pars aduerſa reſpondere [i]: iudex ſecundum eam, ſi probari poteſt, pronunciare, alioqui litem facturus ſuam [k]: item ea propoſita interrumpit præſcriptionem [l]. Deniq;, ut uno uerbo concludam, ueriſſimum eſt quod dicitur: Neminem perſequendo deteriorem cauſam ſuam facere, ſed meliorem [m].

DIGEST. PARS VII.

LIBER XLV.

De uerborum obligationibus. Tit. I.

1 Continuatio, & diſpoſitio huius tractatus.
2 Vnde dicta ſit Stipulatio.
3 Quid ſit: & definitionis explicatio.
4 Qui imperſonaliter promittit, an obligetur.
5 Partes Stipulationis.
6 Diuiſio 1. de prætorijs & iudicialibus Stipulat.
7 Diuiſio 2. de Stipulationibus dandi & faciendi diuiduis & indiuiduis.
8 Diuiſio 3. de Stip. certi & incerti.
9 Diuiſio 4. de Stipulat. puris & conditionalibus.
10 Cauſa efficiens.
11 Materia: & quæ ſtipulari poſſimus, aut non.
12 Forma contrahendæ Stipulationis.
13 Finis.
14 Effectus: et de cõditione certi, et actione ex ſtipulatu.
15 Contraria Stipulationi.

a in prin.Inſt.eo.t.
b §.de conſtituta.Inſt.de actio.
c l.5.§.Stipulatio.hoc t.
d t.t.Inſt.de uerb.oblig. & de duob.reis.
e l.5.§.Stipulatio. hoc t.ui de Paul.lib.2.tit.3.
f l.j.§.j.l.iuris gentium. 7.in prin.de pactis.
g l.ſi ſtipuler.35.§.ult.h.t.
h l.j.§.final.hoc t.
i §.præterea.Inſt.de inuti lib.Stipulatio.
k l.j.§.uerbis.l obligamur.51.§.uerbis.ſ.tit.1. d.§.præterea.
l l.2.in prin.hoc t.
m l.cõtinuus.137.§.pe.h.t.
n l.Stipulatio iſta.38.§.1. h.t.§.ſi quis alium. Inſt. de inutil.ſtipul.
o l.quoties.80.hoc tit.l. quoties.13.cum ſimil.de rebus dubijs.
p l.ſemper.35.de reg.iur.
q l.quidquid 99.d.l.Stipulatio.§.in Stipulationibus.hoc t.
r Auth.ſi quando.C.de cõ ſtituta pecunia.
s l.obligamur.51.§.uerbis. ſup.t.t.l.1.§.ſi.hoc t.

DICTVRI † de ſtipulationibus, materia uaria, multiplici & obſcura, eundem retineamus 1
in explicando ordinem, quem in alijs multo ad intellectum facilioribus, docendi gratia ſecuti ſumus: ut uidelicet primo loco in genere exponamus, quid ſit, & quomodo rectè cõtrahatur ſtipulatio, & à quibus, tum quemadmodum confirmetur, ultimò quibus modis ſoluatur. Iis enim expoſitis facilius deinceps percipi poterunt, quæ de ſpeciebus ſtipulationum prætoriarum ſubijciuntur. Vt igitur quid ſit, & qua forma rectè contrahatur ſtipulatio, intelligi poſsit, totam hanc materiam pro more noſtro per methodum breuiter ducamus.

Varro † lib.4. de lingua Latina ſtipulationem à ſtipe, id eſt, pecunia quam ſtipulari ſolemus, deduce- 2
re uidetur. Sed quoniam præter pecuniam numeratam aliæ etiam res in ſtipulationem ueniunt, nec ſolent contractus à rebus circa quas uerſantur, quæ multiplices plerunq; & uariæ ſunt, ſed à ſua forma, cauſis & effectu denominari: ut mutuum, commodatum, permutatio, &c. ideo maluit Iuſtinianus [a] à ſtipulo hoc nomen deriuare. Stipulum enim ueteribus firmum ſignificabat, fortaſsis à ſtipite, cui firmiter quid alligatur, ſicuti robur ab arborum robore. A ſtipulo igitur, id eſt, ab eo quod firmum eſt, dictam eſſe ſtipulationem conſentaneum eſt: ſicuti & Theophil. in Inſtit. interpretatur, & Paul. lib.5. receptarũ ſententiarum, tit.7. de obligationibus. Quia hæc una obligatio citra rationem iuris gentium iure ciuili ex ſolis uerbis firma eſt [b]: unde & uerborum obligatio appellata, quòd magis uerborum ſolennitate, quàm æquitate conuentionis cõſtituatur. Et hic quidem contractus iam perfectus ſtipulatio dicitur [c]. Quare ad totum contractum nomen ſtipulationis pertinet, etiamſi obtinuit, ut ſtipulari dicatur is qui interrogat, ſibiq; uult promitti: promittere, qui ſpondet & pollicetur [d].

Stipulatio † eſt uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturum'ue ſe quod in- 3
terrogatus eſt, reſpondet [e]. Verborum conceptio loco generis ponitur. Alij enim contractus tantum ſunt conuentiones [f]: quia in ijs ſufficit conſenſum interuenire ſine uerbis 8. Sed ſtipulatio uerborum conceptio dicitur, id eſt, certa & formata uerborum cõplexio, quæ interrogatione & reſponſione conſtat, ut hæc uerba ſequentia indicant: Is qui interrogatur, reſpondet, &c. in quibus eſt differentia, qua ſtipulatio à reliquis conuentionibus & pollicitationibus diſtinguitur. Ideo autem uerborum conceptio dicitur, quia à uerbis uim omnem mutuatur: neque contrahi poteſt, niſi utroq; loquente, & altero alterum intelligente [h]. Neq; tamen qualiacunq; uerba ſufficiunt [i], ſed idonea requiruntur, quæ interrogatione reſpõſionem congruè copulent [k]. Additur in definitione, daturum facturum'ue. Vt enim aliorum omnium contractuum finis eſt, ut quid detur aut fiat: ita & ſtipulatio aut in dando aut in faciendo conſiſtit [l]: ſic tamen ut uerbo dandi negatiua, uidelicet non dari, faciendi, non facere cõtineatur [m]. Addita autem eſt per emphaſin particula Se. Nam ſi quis alium daturum facturum'ue promittat, inutilis eſt ſtipulatio [n]. Hinc † controuerſum uidemus, an qui indefinitè promiſit, & imperſonaliter, puta dabi- 4
tur, obligatus intelligatur? Et quamuis in dubijs interpretatio facienda eſt, ut actus ualeat [o], & uideatur hæc reſponſio ad interrogationem commodè applicari poſſe, quaſi ita ſit reſponſum, Ame dabitur: tamen quia ſtipulationes ex uerbis metimur, uerius eſt, in primis uidendum eſſe, quid ſit actum [p]. Id ſi non appareat, magis eſt ut contra ſtipulatorem fiat interpretatio [q]: & non ualeat ſtipulatio, in qua promittentis perſona non inuenitur expreſſè obligata, cum nec conſtitutum hoc modo rectè contrahatur [r]. Stipulatio † duas habet partes: interrogationem eius qui ſibi acquirere uult, & congruam re- 5
ſponſionem illius qui ſpondet ac promittit [s].

Diuiſio

6 Diuisio † autem stipulationum multiplex est. Nam primò diuiduntur à causa efficiente. Aliæ enim stipulationes sunt iudiciales, quas exigit iudex pedaneus, qui de causa cognoscit: aliæ prætoriæ, quæ prætoris authoritate constituuntur: aliæ conuentionales, quæ ex conuentione reorum, id est, partium fiunt: aliæ communes, quæ neq; ex mero prætoris, nec ex mero iudicis officio proficiscuntur, sed modò à prætore, modò à iudice decerni solent [a]. Porrò prætoriæ subdiuiduntur in iudiciales, cautionales
7 & communes: de quibus postea suo loco dicetur [b]. Deinde † tribuuntur stipulationes à materia. Aliæ enim consistunt in dando, aliæ in faciendo [c]. & quoniam facta pleraq; sunt indiuidua, fit ut quædam stipulationes partium præstationem recipiant, quædam non recipiant [d]. Hinc aliæ diuiduæ, aliæ indiuiduæ sunt appellatæ. Quia uerò res non solùm corpore, sed etiam intellectu diuiduntur [e], bifariam diuidui uerbum accipiendum est. Alia enim obligatio præstationem partium numero & re ipsa recipit, ut stipulatio earum rerum quæ numero, pondere & mensura constant, puta pecuniæ. Pecunia enim uel integra uel per partes solui natura potest. Sed iure inuitus creditor particularem solutionem, quæ magnam sæpe incõmoditatem adfert [f], admittere non cogitur, nisi in casibus exceptis [g]. Alia autem diuidua dicitur, non quòd reuera præstationem partium recipiat, sed quia diuiditur ratione: ut obligatio speciei, puta Stichi. Ná etsi Stichus diuidi nequit sine eius corruptione, unde apud Dialecticos indiuiduum uocatur, etiamsi Iurisconsulti speciei nomen usurpent: tamen intellectu partes recipit, ac solui per partes potest: puta pro dimidia [h], &c. Plures enim possunt esse unius Stichi domini, & in eo partes habere [i]. Sunt etiam stipulationes, quæ partis quidem præstationem recipiunt, sed nisi res tota debita soluatur, nõ satisfit obligationi: ut est obligatio generis, cum hominẽ generaliter stipulor, aut lancem. Etsi enim partes intellectu recipit hæc obligatio: tamen nisi totus homo, puta Stichus, soluatur, nulla ex parte tollitur obligatio, alioquin in diuersis hominibus (omnes enim species solui possunt) rectè partes soluerentur. quod non est admittendum: quia stipulator aliud consequeretur quàm stipulatus est, nempe partes diuersorum hominum pro uno certo homine aut alio indiuiduo, quod in stipulationem erat deductum [k]. Aliud autem pro alio inuito creditore solui iniurium est [l]. Eadem est causa obligationis alternatiuæ, quę illi comparatur [m]: ut si promiseris hominem, aut decem. Nam si hîc per partes admittatur solutio: partem in decem, partem in homine, inuitus creditor, contrà quam stipulatum est, accipere cogetur. Quare in his obligationibus parte soluta non liberatur partim debitor, sicuti in superioribus speciebus, cum species debetur. nam tunc præstatione partis pro parte tollitur obligatio: quia nihil aliud solui postea potest, quàm reliqua pars debitæ speciei: quod nõ est in istis generis & alternatiuis obligationibus. Pendet ergo ab euẽtu hîc solutio, donec altera pars soluatur: unde & statim quod solutum est, repeti potest & alia species dari [n]. Indiuiduæ stipulationes sunt earum rerum, quæ natura diuisionem non admittunt: cuiusmodi sunt seruitutes [o] & facta [p]. Id autem sciendum est, naturam harum stipulationum etiam in personis hæredum non immutari [q]. Quare si defunctus non potuit per partes soluere, ne hæredes quidem poterunt. Ideoque in indiuiduis in solidum singuli tenentur [r]. Nam si pro partibus hæreditarijs obligarentur, ut semper aliàs [s], ad nihilum recideret obligatio, propter impossibilitatem solutionis: quia nec peti, nec solui per partes indiuidua possunt. Et hæc sufficiãt ad qualemcunq; interpretationem Pauli [t]. nam plura de difficili & intricata materia dicere, nostrum hoc institutum non patitur. A
8 natura † rerum quæ in stipulationes ducuntur, sumitur & alia diuisio. Nam quoniam res quæ in dando consistunt, certò deprehendi & designari possunt, ut quæ quales, quantæq; sint appareat: quæ uerò in facto uersantur, haudquaquam circumscribi & certò notari, certaq; quantitate æstimari [u] possunt: fit, ut stipulationes dandi appellentur certi, stipulationes uerò facti, plerunq; incerti [x]. Possunt † etiam à forma stipulationes diuidi: aliæ enim dicuntur puræ, aliæ in diem, aliæ conditionales. Puræ autem intelliguntur omnes, nisi dies aut conditio sit adiecta [y]. Item à loci circumstãtia aliæ dicuntur iudiciales, aliæ extraiudiciales [z].

10 Causa † efficiens stipulationum sunt uerba contrahentium, idoneè significantia uoluntatem [a], sine qua nec cæteræ conuentiones [b], nec stipulatio consistit [c]. Verbis autem contrahi posse firmam obligationem, ius ciuile statuit. Vnde & stipulatio iuris ciuilis dicitur [d]. Ideo autem statuit, ut etiam citra ullum rei quæ semper contrahentibus non est præstò, interuentum, sit aliqua certa & fixa ratio contrahendæ ex promissione ualidæ obligationis, cuius pœnitere non liceat. Quod omnino in Repub. & cõmercijs est necessarium, ne temerè eludere contractus, & frustrari promissa sit solutum. Nam fundamentum iusticiæ, authore Cicerone, est fides: dicta ex eo, quia fiat quod dictum est. Quare haud absurdum est quod aiunt Doctores, stipulationem necessitatis causa esse inuentam [e], etiamsi non desint qui contradicant [f]. An ergo nulla apparente stipulationis causa alia, donationis præsumatur, uariè nostri disputant. Communius contra Bart. concluditur, non præsumi [g]: nisi cum de animo donandi, aut certa scientia, unde is præsumitur, constet [h]. cæteroqui ignorantiam potius quàm scientiam [i], eoq; fatuam magis causam quam donationem præsumi [k]. atq; ita stipulationem sine causa factam ad nihilum
11 redire [l], ut & reliquos contractus obligatorios. quamuis in liberatorijs contrà seruetur [m]. Materia † circa quam, sunt omnes res quæ in dando faciendoue consistunt & dari fieri'ue possunt [n]. Nam quæ dari fieriue nequeunt, frustra & inutiliter stipulamur, cum impossibilium nulla sit obligatio [o]: siue natura dare nequeant: ut res quæ nec sunt, neq; erunt in rerum natura [p] (fructus enim qui sperantur futuri, rectè stipulamur [q]) siue lege, ut res sacræ & extra commercium positæ [r]: item turpes & illicitæ, ut promissio faciendæ cædis [s], &c. Sed etsi extra commercium solius stipulationis res sint, stipulatio nullius

a l.5.hoc t. b ad tit.ff.de prætorijs stipulatio. & Instit.de diuis.stipul. c l.2.in prin.hoc t. d l.2.§.j.l.4.l.stipulationes.72.hoc t. e l.Mæuius.168.§.duob. de legat.2. f l.planè.3.famil.herciſc. g l.obsignatione.C.de solutio.l.tutor.§.Lucius. de usuris. l.cum hæres. §.pen.de statu lib.uide Dd.in l.2.hoc t. h l.si stipulatus.9.de solutio. i l.5.ff.de stipul.seruor. k l.in executione.85.§. pro parte.hoc t. l l.2.§.j.3.de rebus creditis. m Doctores in l.si unus. 28.§.sed si stipulatus. de pactis. n d.l.2.§.j.hoc t.l.si non sortem.29.§.si decem. de condi.indebiti.d.l.si stipulatus.9.§.si decem. de solutio. o l.uiæ.17.de seruitutib. p d.l. stipulationes non diuiduntur. q l.2.§.incertã.ff.de prætorijs stipulatio. r d.l.2.§.2.h.t.l.ea quæ in parte.153.de re iud. s l.2.C.de hæredita.actio. l.6.C.famil.herciſc. t in l.2.& 4.hoc tit.ubi uide Molin.Cuiac.& alios. u l.ult.de præto.stip.l.si quis.§.ult.de re iud. x l.stipulatio.nu.74. cum l.seq.hoc t.in prin.Inst. eod. y §.omnis.Inst.eo. z Inst.de diuis.stipul.gl.et Dd.in l.si homo mortuus.hoc t.Iaſ.post alios in l.si deceſſerit.circa finem.qui satisd.cogan. a l.j.§.si quis.hoc t. b l.j.§.j.de pactis.l.in uenditionib.9.de contrab. emptio.l.nec temerè.C. de iure deliberandi.cum similib. c §.si alia.Inst.de inutil.stipul.l.iuris gentium.7.§. quod ferè.de pact. d §.de constit.Inst.de act. e Doctores hîc in l.j.Bal. & Cano.in c.1. exẽ.de

pactis.l.stipulatio.§ stipulatio.hoc t.in prin.Inst.eod.ubi uide quæ dixi. f uide Caium lib.2.Inst.tit.de oblig.Gouean.lib.1.cap.34. g l.2.§.circa.de dol. excep.l.si ita stipulatus.de fideiuss.l.cum de indebito.§.fi.de prob.c.si cautio.de fid.instr. h l.hoc iure.de dona.l.Campanus.de oper.lib.ita respondet Alex. consil.19.in his.nu.4.& 5.uol.4. i l.uerius.de proba. k l.generaliter.ubi Bald.C.de non nu.pec.Iaſ.l.3.de pact. l d.l.2.§.circa.de do.except.latè Alex.d.consil.19.nu.3.4.5.uol.4. m dixi 3.de pact.nu.5. n d.l.2.l.scire debemus.29.hoc t.§.fi.Inst.eod. o l.impoßibilium.145.de reg.iur. p Inst. de inutilib.stipulatio.in prin. q l.interdum.73.hoc t. r l.inter.83.§.sacram.l.liber homo.118.hoc t. s l.generaliter.26.l.Titia.133.hoc t.

BIU Cujas

erit momenti [a]. Illud etiam tenendum est, circa omnes ferè contractus stipulationē uersari, adhiberiq; omnibus iuris gentium cōuentionibus solere. quo casu naturam earū sequitur [b]: quod latè in utramq; partem disputat hîc Iason [c]. Forma † stipulationis in eo est, ut perficiatur utroq; loquente & præsente. 12
Ideo neq; inter absentes contrahitur [d], neq; solo nutu [e]: sed necesse est ut stipulator sibi (nam alteri nequit [f]) stipuletur dari uel fieri, alter uerò idipsum promittat: nam ex his duabus partibus constat uerborum obligatio [g]. Promissio enim sine stipulatione tantùm nudum est pactum uel pollicitatio [h]: contrà stipulatio sine promissione, nullius rei: quia ubi nulla est promissio, nulla est obligatio [i]. Interrogatio etiam præcedat promissionem necesse est, alioqui mutato ordine uitiabitur obligatio [k]. Promissio autem uerbis futuri temporis facienda est [l]: & certis quidē atq; idoneis, quæ uoluntatem significent, & ad interrogata congruant [m]: ac solennibus olim, hoc est ijsdem: ut, Dabis, dabo: Spondes, spondeo: hodie quibuscunq;, id est, æquipollentibus [n], etiamsi diuersis linguis contrahentes utantur, dummodo res intelligatur [o]. In continenti tamen responsio stipulationem sequi debet [p]: nam quæ sunt substantialia actus, & ad formam pertinent, ea ut partes rerum, non possunt interuallis temporum & locorū ab actu diuidi [q]. Planè quia non minus ualet quod scriptura, quàm quod lingua nuncupatur, ideo non tantùm uiua uoce, sed etiam scripta oratione inter præsentes stipulatio rectè cōcipitur [r]. Et hæc quidem omnia sapienter excogitata sunt: ut uidelicet appareret ex præsentia partium, item uerbis serijs ac idoneis, & ordine interrogationis ac responsionis continuato, contrahentes seriò & re deliberata ad faciendam obligationem accessisse, præcisa omni in posterum calumniandi ansa, quasi minus ex animo fuerit contractum. Stipulatio contrahitur aut purè: ac tum statim debetur, licet præsens obligationis dies arbitrio soluentis cedat [s]: aut in diem certum, ut ad calendas Augusti, &c. [t] uel incertum: cùm tempore, ut, Cum moriar [u]: tum re, ut, Fructus quādo nascentur, dabo [x]: tum loco, ut, Romæ dabo. Tacitè enim inest tempus indefinitū, quo Romam peruenire potest [y]: aut ad diem, ut certo tempore duret obligatio. Qua in specie tempore elapso, non quidem ipso iure tollitur obligatio, sed æquitate exceptionis [z]: aut sub conditione nō quidem præteriti temporis, sed futuri [a]: & qualicunq; quidem, quæ tamen in casu sit posita [b], non etiam potestatiua [c]. Finis † stipulationis est, ut uerborum uinculo & nexu promissor obligetur, etiam nulla re interueniente. Propter hanc enim necessitatē inuentæ sunt iure ciuili stipulationes: ut quia utile erat in Repub. contractum aliquem existere, qui sine alijs adminiculis promittentem obligaret, quòd res contrahentibus præ manibus semper non sint, certa quædam uerborū forma constitueretur, ex qua iure ciuili efficax existeret obligatio, & cui promissor satisfacere teneretur. Nam eiusmodi contractus nullus iure gentiū est introductus, ut prouisione iuris Ciuilis hac in parte planè fuerit opus. itaq; firmandarū obligationum causa inuentas esse stipulationes Paulus ait [d]. Effectus † stipu- 14
lationis est, quod ad exigendū duplicem producat actionem, nempe cōdictionem certi, & actionem ex stipulatu [e]. Certi condictio datur, cùm ex alijs contractibus omnibus qui certū continent [f]: tum ex stipulatione, quoties apparet, quid, quale, quantumq; sit, quod promissum est [g]. Est autem actio personalis. manat enim ex contractu: ac propterea & in hæredes transit, & perpetua est [h]. Sed actio ex stipulatu oritur, quando incertum in stipulationem est deductum. Incertum autē appellamus, non quod genere suo toto ita incertū est, ut definiri nequeat (nam eius generis stipulationes nullius rei sunt [i]) sed quod specie tantùm incertum est: & quamuis quid, quale, quantúmue sit, statim non appareat, declarari tamen potest: ut cum quis uini boni Rhenani amphoras 100. stipuletur. bono enim & melius & deterius inueniri potest [k]: aut fructum certi fundi (nam incertus est fructuum prouentus [l]) aut aliquid quod in faciendo cōsistat [m]. Hæc enim omnia incerta specie sunt. quia nō statim atq; petuntur, apparet quid, quale, & quantum eorum quidq; sit, sed tamē declarari possunt. Itaq; in his aut præstet promissor conuenta, necessum est, aut condemnationē in id quod actoris interest, patiatur, ad quod in incertis deueniri solet [n]: nisi eius quod interest loco, pœna conuentione sit comprehensa: tum enim illa peti debet [o]. Differt autem hæc actio à superiore, non alia re, quàm materia petitionis, & condemnationis forma. Nam hac incertum, illa certum petitur: in hac plurimum in id quod interest, fit cōdemnatio: in illa, ipsa res præstanda est [p]. Quomodo autem hæc actio, quæ incertum petit & indiuidua est, transeat in hæredes, pulcherrima distinctione explicat alibi Vlpianus [q].

Aduersantur † stipulationi uitia, aut in causa efficiente, ut error, dissensus, &c. [r] aut in materia, ut si 15
promissum sit scelus uel aliqua turpitudo [s]: aut in forma stipulandi [t]. Quæ singula ipso iure stipulationem uitiant. Sunt alia, quæ quidem aduersantur, & tamē non annihilant ipso iure contractum, sed ope tantùm exceptionis: ut dolus [u], item falsa siue iniusta stipulationis causa [x], &c.

De duobus reis constituendis. Tit. II.

1 *Continuatio.*
2 *Rei unde dicti, & qui sint.*
3 *Causa efficiens huius obligationis.*
4 *Materia.*
5 *Forma: & quomodo duo rei constituantur.*
6 *Finis.*
7 *Effectus: & quomodo in solidum petant uel conueniantur.*
8 *An unius pactum uel factum alteri noceat, explicatæ antinomiæ.*
9 *An unus, inuito altero, nouare delegaréue possit.*

STipulantur † porrò aut liberi, aut serui [a]. Liberorum autem non modò unus, sed duo pluresúe & 1
suscipere, & sibi quærere uerborum obligationem possunt: quorum hi rei stipulandi, illi rei promittendi dicuntur [b]. Rei † enim, autore Cicerone [c], à re dicti sunt omnes, quorum res agitur: ut & 2

apud

a l. multum. 34. hoc t.
b l. 4. de usuris. l. damni. 43. de damno infecto.
c in Rubr. nu. 11. cum seq.
d d. l. j. in prin. §. itē. Inst. de inutil. stipul.
e d. l. j. §. si quis ita.
f l. stipulat. 38. §. alteri. h. t. §. si quis aliū §. & alteri. Inst. de inutil. stipul.
g l. obligamur. §. uerbis. supr. tit. 1.
h l. 5. C. de contrab. & cōmitt. stipulat. t. t. j. de pollicitatio.
i d. l. j §. qui præsens.
k l. j. C. de usuris. Gloss. in l. iuris gentium. §. sed cū nulla. ad uerb. igitur. de pactis. Iaſ. post alios, in l. j. in prin. nu. 19. hoc t.
l Inst. eod. in prin. ubi Doctores. Azo in Rubr. C. eo. nu. 2.
m d. l. j. §. si quis. & §. fi. l. quæ extrinsecus. 65. h. t.
n d. l. 1. §. si quis ita. hoc t. §. in hac. Inst. eod. l. omnes. C. eod.
o d. l. 1. §. ult. hoc t. §. utrū autem. Inst. t. eod.
p d. l. 1. §. qui præsens. l. cōtinuus. 137. in prin. hoc t. l. duos. 6. §. ult. de duobus reis.
q l. hæredes. §. ult. de testamentis.
r l. non figura. 37. de obligat. l. iuris gentium. 7. §. quod ferè. de pact.
s §. omnis. Inst. de uerb. oblig.
t l. eum. 41. hoc t.
u §. post mortem. Inst. de inutil. stipulatio.
x d. l. interdū. 73. hoc t.
y d. l. interdum. d. l. continuus. §. 1.
z §. at si ita. Inst. eo. l. obligamur. 63. §. placet. sup. tit. 1.
a §. conditiones. Inst. eod.
b §. sub conditione. cum seq. Inst. eo. l. quoties. 59. l. si ita. 63. hoc t.
c l. centesimus. 46. §. ult. l. si quis stipulatus. 112. h. t. l. sub hac. 7. sup. t. 1.
d lib. 5. t. 7. fac. l. 5. §. conuentionalis. de prætor. stipula.
e in prin. Inst. eod.
f l. certi condictio. 9. sup. si certum petatur.
g l. stipulationum. 74. l. ubi autem. 57. hoc t.
h d. l. 2. §. 1. l. in executione. 85. §. 1. hoc t. §. ex conditionali. Inst. eo. i l. ita stipulatus. 115. hoc t. l. triticum. 93. ubi Iaſ. latè hoc t. k d. l. ubi autem. l d. l. ubi autem. §. fundi. m d. l. ubi d. l. quoties. d. l. stipulatio ista. n l. stipulationes. 72. hoc t. l. si quis ab alio. 13. §. fi. sup. de re iudicata. o §. alteri. & §. fi. Inst. de inutil. stipulatio. l. fi. j. rem ratam haberi. p d. l. ubi §. fi. q in d. l. in executione. 85. hoc t. r §. si de alia. Inst. de inut. stip. ubi per t. t. uide.
s d. l. generaliter. l. 4. C. de inutil. stip. t l. 1. h. t. cū simil. u l. si quis cū aliter. 36. h. t. l. 5. C. de inutil. stip. x l. 2. §. circa. de doli exce. a t. t. Inst. de stip. seruor. b l. 1. h. t. c lib. 2. de Orat. c. form. §. rem. de uerb. sig.

apud Vergilium, *Constituam ante aras uoti reus*, — id est, promissor [a]. Duo igitur rei stipulandi appellantur, duo uel plures qui eandem rem stipulantur: rei promittendi, qui eiusdem debiti se reos una promissione constituunt, quos & consponsores Cicero ad Atticum uocat. Nomine enim duorum tres etiam plu
3 résue debent intelligi [b]. Constituuntur † autem duo pluréſue rei, non tantũ uerbis in stipulationibus, sed & consensu ac rebus ipsis in cæteris iuris gentium conuentionibus: ueluti in emptione, deposito, locatione, commodato, testamẽto, &c. [c] etiamsi nomina stipulationis & promissionis propriè ad hunc
4 contractum uerborum pertineant [d]. Earum † autem rerum constitui rei possunt, quæ in obligationem
5 cadunt, quarumq; contrahentibus est commercium [e]. Porrò † rei stipulandi ita constituuntur, si post omnium interrogationem promissor respondeat, Spondeo: uel cum duobus separatim stipulantibus promissor respondet, Vtriq; uestrûm spondeo. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interrogãte promittat, alia atq; alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi [f]. Duo pluréſue rei promittendi ita fiunt: Mæui decem aureos dare spondes, & Sei eosdem 10. aureos dare spondes? si respondeant singuli separatim, Spondeo &: aut simul respondeant, Spondemus [h]. Ex ipsa enim uerborum forma quæ attenditur, apparet, eandem summam, & quidem solidam ab unoquoq; esse promissam. Diuersum est, si coniunctim ab illis stipulatus sis aureos 10. aut scriptum inueniatur, illos aureos 10. spopondisse: tum enim quia particula copulatiua in uiriles obligationem diuidit [i], intelligitur quisq; uiriles partes promisisse: nec erunt rei promittendi, cum separatim suam unusquisq; obligationem sustineat [k]. Quare rei promittendi dici non poterunt, qui separatim debent, cum eiusmodi sit uis duorum reorum, ut in solidum singuli ad eandem rem obligentur [l]. Quin & ex interuallo rectè duo rei constituuntur, ac frustra timetur nouatio, cum hoc agatur, ut duo rei constituantur, neq; ulla nouatio fiat [m]: ac modicũ quidem interuallum nihil impedire constat [n]. Sed si ex duobus reis qui promissuri sunt, hodie alter, alter postera die respondeat, non esse duos reos apparet, ac ne obligatum quidem eum qui postridie respondet [o]: cum post stipulationem ad alia negocia sit decessum, priusquam promissio fieret. Secus autem fuerit, si postero die repetita stipulatione alter ex promissoribus, qui pridie non promiserat, continuò respondeat. Hoc enim modo perfecta utriusq; obligatione, rei constituuntur [p]. Item rei promittendi sic fieri possunt, ut unus purè, alter in diem uel sub conditione obligetur [q]. Nec enim dispar obligationis qualitas impedit, quo minus uterq; eandem summam re promisisse uideatur. Secus est, si sit in quantitate inæqualitas: aut si unus dolum duntaxat, alter culpam, aut hic 10. ille 20. promittat [r]. Inæqualitas enim quantitatum, facit inæquales & proinde dispares obligationes, cũ tot sint diuersæ stipulationes, quot res diuersæ [s]: & alioqui hoc proprium sit huius contractus, ut singuli ad eandem rem æqualiter teneri debeant [t]. Sanè quamuis rectè dicitur, inter artifices ingens esse discrimẽ ingenij & doctrinæ [u]: tamen duo artifices eiusdem peritiæ, earundem operarum rei, utiliter fieri possunt [x]: quia similes sunt operæ in genere, & quadam iuris interpretatione eædem in specie, præsertim in istis opificijs mechanicis, in quibus similia facere posse mediocres artifices uidemus [y].

6 Finis † huius obligationis est, ut pluribus quæratur obligatio facultasq; conueniendi [z], & ut uterq; qui promittit, in solidũ obligetur [a]: qua in re cautio inest, ut uno facultatibus deficiente, alij conueniri
7 possint, sicut fideiussores [b]. Effectus † ergo huius stipulationis hic est, quòd ipso iure singulis qui stipulati sunt, solidam obligationem acquirat, & qui promiserunt, singulos integrè solideq; obliget. Quapropter etiamsi unus obligationi eximatur, alter nihilominus in solidum conueniri potest [c]. Nam & ab initio ab unoquoq; uel solidum petitur, uel pars uirilis, prout creditori est uisum [d]: qui tamen solidum exactus est, regressum habet aduersus correum, ut latius alibi traditur [e]. Sed hæc nouissimo iure aliquantum immutata sunt. nam correi beneficium habent diuisionis [f], exemplo fideiussorum [g]: imò ne constituuntur quidem aliter rei debendi, quàm si id expressè actum sit [h]. Sanè solutione aut nouatione unius tota tollitur obligatio [i]. Etsi enim plures sunt obligationes, respectu petitionum & personarum [k]: tamen quia unam eandemq; omnes rem continent, eius rei solutione simul extinguuntur, cum eadem res sæpius solui non possit [l]. Sed cui ex pluribus reis stipulandi solutio facienda sit, quæstionis est. Et quamuis uerum sit, ante litem contestatam locum esse gratificationi: tamen postquam ex duobus reis stipulandi unus iudicialiter petijt, alteri frustra offeretur pecunia [m]: cùm quia melior est occupantis conditio, tum quòd res desijt esse integra per litis contestationem: quemadmodum cum is qui duobus locis dare promisit, in altero conuenitur [n]. Quod autem unus hoc modo exegit, an alteri communicare cogatur, dubitari potest. Et uerius est, non cogi, nisi sint socij, uel ita conuentum sit, uel natura obligationis & rei hoc ferat [o]. Nam cum diuersæ sint obligationes [p], consequens est, factum unius alteri neque prodesse, nec nocere.

8 Quin † & correi inuicem fideiubere uidentur [q]. Itaq; ut factũ pactióue fideiussoris non prodest aut nocet reo uel confideiussori [r]: ita si quid correus aut stipulandi aut promittendi faciat uel agat, puta paciscatur, exigat, &c. nihil ea res ad reliquos pertinebit [s]. quare & mora unius alteri non nocebit [t]: iniquum enim esset, quamuis in coniunctis obligationibus, unius dolum alteri nocere: ut latius alibi
9 traditur [u]. Et † hæc quidem uera sunt in personalibus: secus autẽ est in ijs quæ ad ipsam obligationem pertinent, quorumq; potestas ex lege obligationis ad singulos correos pertinet. In his enim uerum est quod dicitur [x], alterius factum alteri nocere: cuiusmodi sunt solutio, & quæ loco solutionis cedunt, ut iusiurandum [y], delegatio, nouatio, acceptilatio [z]: item præscriptio interruptionis, & consimilia [a]. Sed hæc obscuriora uideri cuiquam possunt, nisi exemplis fusius declarẽtur. Ponamus ergo Seium & Mæuium correos esse stipulandi, & ex his Seium debitori pactum fecisse de non petendo: hoc certè pacto sublata non est obligatio, sed facultas agendi pacisceti præcluditur. Quare non magis id nocebit socio, quàm cum alter correus obligationi eximitur, uel cum agere aut non uult, aut no potest [b]. Idemq;

a *l. fideiussoris. 24. cum l. seq. de pactis.*
b *Inst. eod. in princ. & §. duo.*
c *l. eandem. 9. h. t.*
d *§. si scriptum. Instit. de inutil. stipul.*
e *d. l. multum. sup. tit. 1. in prin. Inst. eod.*
f *§. 1. Inst. eod.*
g *l. 4. hoc tit.*
h *l. 2. §. si quis ita. sup. de eo quod certo loco. l. si mihi. 110. sup. tit. 1.*
i *l. reos. 11. §. 1. h. t.*
k *l. 3. §. fi. h. t.*
l *d. l. 3. in prin.*
m *l. duos. 6. §. 1. h. t. l. 1. §. 11. l. continuus. 137. in prin. sup. tit. 1.*
n *l. si ex duobus. 12. h. t.*
o *d. l. 3. in prin. d. l. eandẽ. §. fi. gl. & Dd. in d. l. si ex duob.*
p *§. fin. Inst. eo. l. ex duob. 7. hoc tit.*
q *d. l. eandem. §. 1. l. si id quod. 15. hoc tit.*
r *l. scire. 29. h. t.*
s *d. l. 3. §. fin.*
t *l. inter artifices. 31. ff. de solutio. l. si non sortem. §. libertus. ubi Doctores de cond. ex. indeb.*
u *l. nemo est. 5. h. t.*
x *d. l. nemo. 5. l. ueteres. C. de contrah. & commit ten. stipul.*
y *§. ex huiusmodi. Inst. eo.*
z *l. 3. §. fin. h. t.*
a *§. fin. Inst. de replicatio. l. reos. 11. h. t.*
b *l. duos. 6. l. fin. h. t.*
c *l. 3. §. fi. l. reos. 11. h. t.*
d *in l. 2. C. de duob. reis.*
e *Auth. hoc ita. C. de duobus reis.*
f *Auth. præsente. C. de fideiuss.*
g *d. Auth. hoc ita.*
h *l. 2. & 3.*
i *d. l. eundem. §. ult.*
k *§ sic itaq;. Inst. de act. l. et eadem. 13. §. pen. sup. de except. rei iud. l. 3. §. ex plurib. de acq. poss.*
l *l. ex duobus. 16. h. t.*
m *l. 3. in prin. de eo quod certo loco.*
n *l. reos. 11. ubi latè Bart. nu. 9. h. t. per l. in Falc. ad l. Falcid. & l. qui homines. §. 1. de solut.*
o *l. 13. hoc tit.*
p *d. l. reos. 11.*
q *l. fideiussoris. 24. de pact.*
r *l. si unus. 28. in prin. de pact. l. si duo. 39. de rec cept. arbit. l. si duo. 10. h. t.*
s *l. mora. 32. §. pen. de usuris.*
t *in l. centum. sup. de eo quod cert. loco.*
u *l. pen. h. t.*
x *l. iusiurandum. 26. cum l. seq. de iureiuran.*
y *l. 2. h. t.*
z *l. si. C. eo.*
a *d. l. ex duob. 19. d. l. si ex duob. 16. l. si ex duobus. 12. §. 1. l. fi. h. t.*
b

BIU Cujas

obtinet in duobus reis debendi, ut alterius pactum alteri neq; prosit, neq; noceat: cum utriusq; uoluntate constitutam obligationem alterutrius conuentio altero inuito mutare nequeat [a]. Sed si socij sint obligationis, eatenus alteri nocebit, proderitq; pactū, quatenus res ad paciscentem pertinet. nam etsi socius, ius socij paciscendo imminuere aut alienare non potest [b]: tamen sibi præiudicare, & suo iuri renunciare potest [c]. Etsi igitur socio nihil de suo iure pacto socij detrahatur: tamen obstabit illi solidum petenti exceptio in ea parte, quæ ad paciscentem erat peruentura. Socios autem hîc accipimus, quorū obligatio ita communis est, ut partem inde quisq; suam ferre debeat: non sunt socij, cum ad unum tota obligationis utilitas refertur, uel ex natura rei, uel quia ita est conuentum. ut si Titius & Mæuius stipulati sint centum reddi, quæ solus Mæuius numerauit, non erunt socij: quia ad solum Mæuium summa obligationis redire debet. sin uterq; pecuniam dedit, aut id actum est, ut iure societatis uel conuentionis singulis pars quæreretur, socios eos esse dicemus. Item si Caius & Sempronius centum acceperint mutuo, quæ ad solū Caium peruenerint: non erunt socij, quamuis ut correi promiserint [d]: sed Sempronius pro Caio interceſsisse uidebitur [e]: correi enim eatenus intelliguntur fideiubere, quatenus non ad eos, sed ad correum res peruenit. hactenus enim intercedunt & obligant se pro re aliena tanquā fideiussores [f]. Sed si in utriusq; rem redacta est pecunia, socij sunt: quia ex mutuo quod singuli acceperunt, reddere tenentur [g]. Atq; ita socios obligationis hîc accipiendos esse, multa prudentū responsa conuincunt [h]. Quare ut ad rem reuertamur, si Titius & Mæuius correi stipulandi, socij sint eiusdem obligationis, Mæuiusq; pactū fecerit de non petendo, nihil id quidē per se nocet Titio: sed si Titius solidum petat, obstabit ei exceptio, quatenus res ad Mæuium pertinet, qui pactum de nō petendo fecit. Nā hactenus nomine Mæuij agere uidetur: & dolo facit, qui petit partē quam Mæuio restituturus est, cui propter pactū nihil debetur. Quare si tota utilitas ad Mæuium pertineat, in totū: si pro parte, pro ea parte obstabit exceptio. Diuersum erit, si non sint socij: tunc enim Titio, ad quem obligationis utilitas peruenire debet, non erit impedimento Mæuij cōuentio, quo minus quod sibi debetur exigere possit. Eâdē ratione si ex duobus reis debendi Caius pactū fecerit de nō petendo à se, hoc quidē non proderit correo Sempronio, si socij non sint: sed si socij existant, & ab utroq; pecunia præstanda sit, iam quia Sempronius solidum exactus, à Caio dimidiū repetiturus est [i], obstabit pro ea parte exceptio. Pacta enim omnibus prosunt, quorū obligationem dissolutam esse paciscentis interest [k]. Atq; ex his utcunq; intelligi potest quod tradit Paulus [l], pactū correi alteri non nocere: quodq; alibi dicitur [m], si eiusmodi pacti intuitu correus, qui cum creditore cōpromiserat, ab arbitrio absolutus sit, uetitumq́ue sub pœna ab eo peti: si à socio obligationis petatur, pœnam committi. quia ab ipso peti uidetur per latus socij: qui si soluere compellatur, regressum habiturus est aduersus eum, à quo ex compromisso nihil peti potest [n]. Diuersum erit, si nulla intercedat socieas: quia tunc mea non interest, à correo debendi peti: qui etiamsi exigatur, nihil à me poterit repetere. Idem obtinet in duobus reis credendi: ut si unus compromiserit, uetitusq; sit agere, altero petente, committatur pœna, si socij sint: non committatur, si socij non sint, ut hæc tradit Paulus [o]. Neq; uerò is sibi parum constare uideri debet, quod idem ait [p], unius correi socij pactum alteri non nocere. Nam hoc uerum est, quatenus res ad socium pertinet, qui non est pactus. illi enim ius suum auferri non potest: quare nec in proposita specie nocet suum petenti pactum. unde & ei quod debetur ex obligatione, soluendum est: sed ei qui compromisit, dummodò ratam habeat socij petitionem, damnosa est hæc petitio. Quia certum est, contra compromissum fieri, cum pro parte quæ ad ipsum peruentura est ex societate, eius nomine agatur. Sufficit autem pro parte cōtra compromissum peti, ut pœna solidè debeatur [q]. Nec enim in ea quæritur, an & quatenus interſit eius cui pœna debetur, sed an contra placita sit factum, ut pœna committatur [r]. An uerò nouare correus possit, nō iniurià dubites, propterea quòd hoc Venuleius [s] affirmare, Paulus [t] negare uideatur. Verius uidetur quod communiter receptum est, ut socij nouare non possint [u]: iam enim antè diximus, socium ius suum auferre socio nō posse. Atqui acceptilatione auferre potest [x]. Rectè: quia id in ipsa stipulatione actum est, ut alteri altero inuito solui possit. Integrum enim unicuiq; promissum est: quare & integrum uni solui potest. At acceptilatio nihil aliud est, quàm ficta solutio, quæ iure ciuili pro uera habetur, & obligationem tollit [y]. Sed nouatio non extinguit obligationem, uerùm solummodò mutat. Quare cum per eam non liberetur debitor, ut nec per delegationem, neq; obligationi satisfiat: æquius est, correo ius suum aduersus debitorem adhuc obligatum, durare, præsertim cum in stipulatione permissum non inueniatur correo ut mutare obligationē, sed solùm ut solutionem acceptare possit. Contrà est, si nouatio fiat ab eo qui socius non est, neq; ullam contractus utilitatem cum alio participat: sed eam ipse totam consequitur, ut qui pecuniam mutuam solus dedit. Sanè hic nulla causa est, quare nouare is non possit, & alteri cui nihil effectu debetur, quiq; tantum fideiussor est, potestatē agendi per nouationem auferre [z]. Reliqua correorum facta, quæ obligationem aut extinguunt, ut solutio, acceptilatio, iusiurandum: aut extinguendam præscriptione retinent, ut interruptio quam facit creditor, debitor admittit: quin correis noceant atq; prosint, & in his uera sit Pomponij [a] regula, minus habet dubitationis. Quare cū pro instituto nostro satis diu hîc hæsisse uideamur, ad reliqua transeamus [b].

a d.l.sed si unus.
b l.nemo.69.supr.pro socio.
c l.pen.C.de pact.
d l.5.C.si certum petatur.
e l.reos.11.h.t.
f l.uir uxori.17.§.fin.sup. ad S.C.Velleian.
g l.si in rem.12.C.si cert. pet.
h l.Vranius.75. ff.de fideiussor.l.1.ff.rem ratam haberi.l.4. §.pen.supr. de liberat.legat.uid. latius D.Conna.lib.6.c.5.
i d.l.si in rē.12. C.si cert. pet.l.2. C.de duob.reis.
k l.& hæredi.22.§.fin.de pactis.
l in d.l.si unus.de pact.
m l.si duo.30.de rece.arb.
n d.l si quis decedens.§. pen.de libera.leg.
o in l.si duo.39.de recept. arbit.
p in d.l.si unus.
q l.2.§.fin.supr.de uerb. oblig.
r l.cum pœna.43.de recept.arbit.l.stipulatio. 38.§.alteri.sup.de uerb. oblig.l.fin. ff.de præter. stip.
s in l.si rem.31.§.si. ff.de noua.
t in d.l.si unus.
u d.l.si unus.
x d.l.nemo.69. pro socio.
y §.item.Inst.quib.mod. toll.oblig.tot.tit. ff.de acceptil.
z d.l.si rem.31.§.si duo. ff. de nouat.
a in l.pen.
b uide Cuia.in d.l.si unus. & alibi passim de pact.

De stipulatione seruorum. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Ratio dubitandi & decidendi.
3 Quibus seruus stipulando acquirat.

NOn † modò liberæ personæ, sed etiam serui stipulari possunt. Etsi † enim ijs quæ ad ius ciuile pertinent, nulla eorum habetur ratio [a], neq; personam sustinere aliquam uidentur [b]: tamē quia respectu domini, caput habent, rectè stipulari possunt. Nam dominus cui acquiritur, quadam iuris interpretatione per manum serui, tanquam instrumentū, contrahere fingitur. Itaq; nihil interest, sibi

1
2

a l.quod attinet. 33. de re iudi.
b §.seruus.Inst.de cap. diminut.

BIU Cujas

sibi an domino, an sine adiectione seruus stipuletur [a]. Quòd si plurium seruus sit communis, pro dominis portionibus singulis quæritur: nisi iussu unius, aut nominatim alicui stipulatus sit [b]. Sanè † si factum stipuletur seruus, quòd suam personam respiciat: ut sibi licere agere, ire, &c. persona tantum stipulantis cõtinebitur [c]: quia personalia facta ad alios transire non possunt [d]. Porrò cum hæreditas personam defuncti sustineat [e], hæreditarius etiam seruus stipulari poterit [f]: exceptis ijs rebus quæ sine uera persona esse nequeunt, ut est ususfructus [g].

a l.1.in prin.h.t.
b §.fi. Inst.eo. l.1.§.si seruus. & §.communis.l.5. cum simil.h.t.
c §.pen.Instit.eod.
d l.unica.§.ne autem.C. de caduc.toll.
e l.hæreditas.34. de acquir.dom.
f in prin. Inst.eod.
g l.ususfructus.26.h.t.

DIGEST▸ LIB▸ XLVI▸ DE FIDE=
IVSSORIBVS ET MANDATORIBVS. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Fideiussor quis, unde dictus: quis expromissor, & mandator.*
3 *Causa efficiens: qui fideiubere possint, uel non.*
4 *Materia: & an naturali, ciuili, criminali obligationi fideiussor accedere possit: & multarum antinomiarum conciliatio.*
5 *Forma: quomodo fideiussio contrahatur, & an in duriorem causam accipi possit.*
6 *Finis & effectus: & quomodo fideiussores conueniantur.*

a l.1.§.sed aut proprio. C. de oblig. & actio.
b l.quamuis.8.§.si mulier. 2.C. ad S.C. Velleia.
c d.l.quamuis.§.si conuenerit.
d l. & elegãter. §. seruus. C. de dolo malo.l.4.C. de condict. causa data.
e l.1.C. de consist.pecun.
f l.5.§.satisacceptio.de uerb.oblig.l.in omnib. 43.ff.de solutio.
g l.si uerò.12.§.si post creditam.C.mandati.glo.1. & Doctores in Auth. de fideiuss.in princ.

1 SIPVLATIONES † facimus aut nostro nomine, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor dicitur: & plerunq; ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum curamus, ut quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur [a]. Fideiussor † larga significatione omnis is dicitur, qui alterius obligationem suscipit, & fide sua esse iubet: unde & fideiussor dictus [b], siue sit fideiussor, siue mandator, siue constituens, siue expromissor [c], hoc est, qui principalem se debitorem constituit pro alterius obligatione [d]. Propriè autem fideiussor accipitur pro eo, qui per stipulationem se pro principali debitore obligat [e]: quem sponsorem aut appromissorem Cicero & ueteres I. C. appellant [f]. Quo sensu & hîc accipi, inscriptio tituli docet, quæ fideiussorem discernit à mandatore. Mandator autem præcedit obligationem, & is dicitur cuius mandatu contrahitur, uel qui mandat alicui credi aut cum aliquo contrahi, atq; ita fide sua esse iubet, uel se soluturum constituit [g]. Fideiussor autẽ plerumq; sequitur obligationẽ, quanquam & præcedere potest [h]: nec mandatu eius principalis obligatio constituitur, sed alterius rogatu accedit ad principalem obligationem, eamq; fide sua munit, unde & mandati actionem habet [i].

h l.3.§.sed si filius.de peculio.l.filiusfamilias.8. C.eod.
i l.hæredem.14.l.si mandauero.22.l.si fideiusso. 29.l.rogat⁹.33.l.si quis. 46.l.si is qui.50. cum simil.C. mandat.

2 Causa † efficiẽs fideiussionis, est uolũtas personæ idoneæ fideiubentis, disertis uerbis explicata. Dico idoneæ personæ. Nã etsi regulariter omnes fideiubere possunt, qui obligari [k], tam patres quàm filijfamiliâs [l]: tamẽ quia fideiussionis cõtractus damno dũtaxat est spõdenti, sicuti dicitur, Sponde, præstò noxa est: ideo quædã personæ excipiuntur, quarũ utilitati adempta intercedendi potestate leges consulunt: ut sunt mulieres [m], milites [n], seruus extra rem peculiarẽ fideiubens [o]. Pupilli tamen & minores authoritate tutorum ac curatorũ rectè fideiubent, quamuis in integrũ restitui possint [p]: eoq; pro idoneis fideiussoribus non habeantur [q]. Etsi autem fideiussio uideatur quædam esse donatio ac dilapidatio [r], quæ ne cum authoritate quidẽ tutorum his permissa est [s] (quia donare est perdere [t]) tamen aliud receptum est, ut & in reliquis cõtractibus, quos infantiam egressi rectè tutore authore ineunt [u]. Et certè fideiussio non est donatio, cùm si quid præstet fideiussor, actione mandati repetere possit, ut suprà dictum est. Sine horum porrò authoritate minores ex communi sententia (nam contrà disputari posset [x]) fideiubendo non obligantur [y]: nisi minor quando curatorem nõ habet [z], aut dolo decepit aduersarium tanquam maior, uel curatorem non habens [a]: quòd si dolus cesset, imputandum ei est qui cum eo contrahit, cuius conditionem ignorat [b]. Porrò clerici & monachi an fideiubere possint, alibi latius

k Azo in prin.C.eo.
l l.3.§.sed si filius.de peculio.l.filiusfamilias.8. C.eod.
m t.t. C. ad S.C. Velleia.
n l.milites.31.C. de locato & conduct.
o l.seruus.20.h.t.
p l.si Titius. 49.h.t. l.ait. 7.§.non solùm.de min.
q l.de die.§.1.supr.qui satisd.cog.
r l.in persona.30.§.1. ubi Ias.de pact.
s l.fi.§.fin.C.si maior factus alien. ratam hab.l. ab agnato.12.l.fin.supr. de curatore furiosi.
t l.filiusfamilias.7.in pr. supr.de donat. l.contra. 29.§.fin.supr.de pact. Bal. & Doctores in l.1. C.si aduersus don.
u t.t.ff. & C.de authorit. tutor.

4 disputatur [c]. Materia † circa quã, & cui fideiussor accedere potest, sunt omnes omnino obligationes [d], ex quibuscunq; ortæ contractibus [e], non modò principales, sed etiam accessoriæ [f]: nec tantum utroq; iure, tam ciuili quàm naturali firmæ, sed etiam alterutro. nam pro naturali tantum obligatione rectè fideiubetur [g]. Eoq; si debitor naturaliter obligatus maneat, dicendum est, & fideiussorem obligatũ manere [h]: ut si minor [i], aut mulier [k], aut alius principalis debitor restitutione in integrum à ciuili obligatione liberetur [l]. Ideo autem huic obligationi accedere potest fideiussor, nec intelligitur in duriorem causam quàm principalis obligari: quia & ipse debitor naturà debet, ac si soluat, repetere nequit: nam de eiusmodi obligatione naturali loquimur [m]. Itaq; fideiussio, quæ quædam est solutio, aut certè solutionis securitas, eodem modo ex obligatione naturali constabit, quo solutio. Econtrario rectè ciuili obligationi accedit fideiussor [n], quæ tamen eandem uim habeat: uidelicet ut aut actionem producere, aut soluti impedire repetitionem possit [o]. Nam quæ obligationes nullo iure tantam uim habẽt, ut conditionem indebiti impediãt, ijs haudquaquam rectè accedere fideiussores dicendum est: ut cum quis præscriptione temporis ab obligatione liberatur [p]. Solutum enim ex hac causa repeti potest [q]. De quo casu loqui Paulum [r], manifestum est. Requirit enim fideiussio, cum sit accessoria [s], principalem obligationem cui adhæreat [t]. nam accessorium sine principali non consistit [u]: & iniquissimum esset, ad solutionem eius rei cogere fideiussorem, quam principalis debitor adeò non debeat, ut etiamsi soluerit, repetere nihilominus possit. Quare nec tunc tenebit fideiussio, cum pro nõ obligato [x], aut turpi, improbatoq;

c §.pen.Instit.eod.
d l.unica.§.ne autem.C. de caduc.toll.
e l.hæreditas.34. de acquir.dom.
f in prin. Inst.eod.
g l.ususfructus.26.h.t.
h l.quamuis.8.§.si mulier. 2.C. ad S.C. Velleia.
i d.l.quamuis.§.si conuenerit.
k l. & elegãter. §. seruus. C. de dolo malo.l.4.C. de condict. causa data.
l l.1.C. de consist.pecun.
m l.5.§.satisacceptio.de uerb.oblig.l.in omnib. 43.ff.de solutio.
n l.si uerò.12.§.si post creditam.C.mandati.glo.1. & Doctores in Auth. de fideiuss.in princ.
o §.fideiussor. Inst. de fideiuss.
p l.hæredem.14.l.si mandauero.22.l.si fideiusso. 29.l.rogat⁹.33.l.si quis. 46.l.si is qui. 50. cum simil.C. mandat.
q Azo in prin.C.eo.
r l.3.§.sed si filius.de peculio.l.filiusfamilias.8. C.eod.
s t.t. C. ad S.C. Velleia.
t l.milites.31.C. de locato & conduct.
u l.seruus.20.h.t.
x l.si Titius. 49.h.t. l.ait. 7.§.non solùm.de min.
y l.de die.§.1.supr.qui satisd.cog.
z l.in persona.30.§.1. ubi Ias.de pact.
a l.fi.§.fin.C.si maior factus alien. ratam hab.l. ab agnato.12.l.fin.supr. de curatore furiosi.
b l.filiusfamilias.7.in pr. supr.de donat. l.contra. 29.§.fin.supr.de pact. Bal. & Doctores in l.1. C.si aduersus don.
c t.t.ff. & C.de authorit. tutor.

bor.oblig. & quæ dixi Inst.de auth.tutor. y *l.si curatorem.3.C.de in integ.rest.* z *l.puberes.120.sup.de uerb.oblig.quam ita intelligunt Dd. sed Cuia. ibi contrà.dixi sup.de auth.tutor.* a *t.t.C.si minor se maiorem dixerit.* b *l.qui cum alio.20.ubi gl.1.Dec. & alij, de reg.iur.* c *in Auth.de sanctiss. Episc. & ab Host.in Rub.ext.eo nu.3.* d *l.1.h.t.* e *§.1.Inst.eo.* f *l.plures.18.§.ult.h.t.* g *l.quod enim.18.l.fideiussor.17.§.fideiussor.l.Marcellus. 26.h.t.* h *l.ubicunq;.61.h.t.* i *uide Dd.in l.Marcellus.h.t.* k *uide l.si mulier.16.§.1.ad Velleian.l.si uiro.§.hoc amplius. manda.Tiraq. in leg.con. uerb.ne peult.gl.2.nu.14.* l *t.t.C.de fideiussor.minor.* m *d.l.quod enim.d.l.fideiussor.§.fideiussor.* n *d.§.1.Inst.eo.* o *ut in l.4.§.si ex conuentione.sup.de re iud.l.Græcè.9.§. & post litem.h.t.l.pen.C.de non num.pec.* p *l.si quis postquã.38.h.t.* q *l.indebiti.15.§.1.de condict.indeb.l.si quis. 8.C.de præscr.30.ann.opt.tex.cum gl.in l.fi.§.fi.ff.rem ratam haberi.* r *in l.si posteaquam.38.h.t.* s *l.bi qui.35.h.t.* t *l.qui contra.12.h.t.l.1.§.debitum.l.eum qui Ephesi.5.supr.de const.pec.* u *l.4.C.depos.l.cum principalis.139.de reg.iur.* x *ut in d.l.qui contra.*

BIU Cujas

batoq; legibus contractu interceditur [a]: ut quando pro eo fideiussum est, qui cum libertus non esset, operas promisit [b], quas ab ingenuis exigi quoquo pacto, legibus est uetitum [c], idque tuendæ libertatis causa [d]: quæ cum iuris sit naturalis, consequens est, promissionem in eius fraudem factam, ex iure naturæ nullam uim obtinere: aut cum quis pro seipso fideiubet [e], aut pro eodem eidem [f]. Sed an in criminalibus causis fideiusio locum habeat, quæstionis est. Et uerius uidetur locum habere [g]: hactenus tamen, ut fideiussores se ad pœnam pecuniariam obligent [h], non etiam ad corporalem [i]. Nam cum nemo sit dominus membrorum suorum [k], non potest se ullo quis contractu ad pœnam corporalem [l], aut carceres [m], obligare (nam & hi pœnam continent [n]) sicuti nec ad torturam [o]. Quare non ualet fideiusio de sistendo aliquē sub pœna corporali [p]. Et qui simpliciter pro fonte fideiusit, etiamsi is aufugiat, pœna tamen solummodò pecuniaria mulctari debet [q] ad arbitrium iudicis: nisi certam ipse (ut fieri solet) promiserit, aut subire pro reo iudicium sit paratus [r], aut nisi dolo malo non exhibeat, aut eius dolo malo fiat, quo minus reus exhibeatur: tunc enim extra ordinem tenetur [s]. Iure porrò Sax. uuerigeldio tantum mulctari posse uidetur [t].

Forma † fideiusionis in stipulatione consistit [u]: quæ semper interuenisse præsumitur, si scriptum sit 5
fideiussum esse [x]. Sicuti autem reus principalis, nisi de se promittat, non obligatur [y]: ita fideiussores nō aliter tenentur, quàm si quid daturos uel facturos se promittant [z], & quidem eidem creditori cui debitor debet [a], atq; id ipsum quod in principali obligatione comprehensum est. Nam ad aliud durius causa, re, tempore, loco obligari non possunt [b]: etsi in causam leuiorem possint [c], puta in partem pecuniæ, aut sub conditione, &c. [d] Etenim cùm leuius obligantur, subest certè obligatio cui accedant: cùm durius, non item, saltem in eo quod plus est in fideiusione, quàm in principali. Deinde & illud absurdum esset, maius accedere minori, & in accessoria obligatione plus esse quàm in principali [e]. Qua ratione placuit fideiussorem in causam duriorem acceptum, ne ad id quidem obligari, quod principalis debet. Cum enim plus promiserit, diuersum à principali promisisse uidetur, & alia est obligatio: ac proinde omnimodo non tenebitur [f]. Quod uerum puto, cum reuera alia est obligatio: ut cum debitor sub conditione, fideiussor purè promittit [g]: aut debitor obligatione dandi tenetur, fideiussor factum [h] promittit. Hic enim alia atq; alia obligatio est: argumento est, quòd & stipulatio uitiatur, in qua pura est stipulatio, promissio conditionalis, uel contrà [i]. At cum nō alia est obligatio, sed maior summa promittitur, hîc uidetur ualere fideiusio, saltem in eam quantitatem cui obnoxius est principalis debitor. In maiore enim summa inest minor [k], quæ & ipsa promissa uidetur [l]: quare & promissio maioris summæ quàm quæ stipulatione cōcepta erat, non omnino nulla est, tanquam diuersa, sed obligat in quantitatem stipulatione comprehensam [m]. Quamuis autem hęc ita se habent: tamen potest efficacius quàm debitor ad eandem fideiussor [n] causam obstringi: puta instrumento quod executionem habeat paratam [o], aut adiectione alicuius pœnæ uel facti [p]: ex quo usitata hodie inter Germanos nobiles fideiusio, qua nisi principalis debitor ad diem constitutā soluat, ad certum se uenturos locum, neq; inde discessuros donec solutio fiat, fideiussores promittunt [q]. Cuiusmodi tamen obligationem pleræq; curiæ Principum, maioris uitandi mali causa improbant, nec super ijs ius dici, aut executionem fieri permittunt. Nihil etiam impedit, quo minus fideiusio non modò sequi, sed etiam præcedere principalem obligationem possit [r], atq; ita in futurum concipi [s]: sic tamen ut prius fideiussor conueniri nequeat, quàm principalis [t]. Habet enim eius obligatio tacitam conditionem ex promissione principali, & ad id tempus trahitur, quo illius, nempe principalis dies est uentura [u]. Quare quod ad effectum attinet, semper sequitur obligationem principalem. Fideiussor etiam uel purè, uel sub conditione, uel ad tempus, uel ex tempore dari & accipi potest [x]: quo casu post lapsum temporis non tenetur, etiamsi principalis ulterius se obligauerit [y].

Finis † fideiusionis est, ut creditori caueatur [z]. Effectus, quòd fideiussor peræquè tenetur atq; prin- 6
cipalis debitor, uidelicet ad id quod tempore fideiusionis erat in obligatione, siue sors fuerit, siue usura [a], non etiam quod ex mora aut delicto debitoris accedere potest [b], quia fideiusio stricti iuris [c], nisi in omnem causam fideiusserit [d]. Deinde fideiussores singuli in solidum obligantur & cōueniri possunt, si plures sint: nisi creditor petitionem ipse diuidat [e]: singuli enim obligationē principalem fide esse sua iubent [f]. Ex epistola tamen diui Adriani beneficium diuisionis habent [g]: & à singulis qui tempore litis contestatæ soluendo sunt, uiriles exigi debent [h]. Dico, qui soluendo sunt: nam inopis aut obligatione exempti portionem reliqui sustinent [i]. Id autem sciendum est, iure nouo (nam apud ueteres contrà fuit [k]) non aliter quàm in subsidium, hoc est, absente debitore, uel quia ob potentiam facilè conueniri nequit:

a l. cum lex. 47. h.t.
b l. si quis pro eo. 57. h.t.
c l. pen. §. si à parēte quis fuerit manumiß. l. pen. §. de obseq. præstan. Iaſ. in l. si non sortem. §. libertus. de cond. indeb.
d l. Titio. 7. §. Titio. de cōdit. & demonst.
e l. hæres. 22. h.t.
f d.l. si quis pro eo. 57. §. 1. hoc tit.
g d.l. si quis. 57. §. fi. h.t. l. 1. l. diuus. 3. §. de custodia reor. Auth. hodie. C. eo. c. si clericus. 15. §. fi. de sent. excom. lib. 6. uid. etiam c. cum homo. cum gl. 23. quæst. 5.
h l. si quis. 4. de cust. reor.
i Dd. in l. si à reo. 71. § fi. hoc tit.
k l. liber. 13. ad l. Aquil. ca. si non licet. 23. quæst. 5.
l Bar. in d.l. si quis. circa prin. Bal. in l. 1. C. ne fideiussores dotiū deniur. & in l. quoties. de nox. actio. Cyn. in l. ad Commētarienſem. C. de cust. reor. Panor. Imol. & cō muniter Canones in Rubric. de fideiuss.
m Bar. in l. alias. 15. nu. 10. & Dd. ff. solut. matrim. & in l. ob æs. ibi Bal. Sal. C. de acc. Hypp. sing. 164.
n l. 3. de cust. reor. l. 2. C. eod. tit.
o Doctores contra glo. in l. interdum. 58. §. qui furem. ī. de furtis. Hypp. in præct. §. expedita. nu. 55. Paris de Put. in trac. Synd. in uerb. tot. iura.
p Bar. in l. 4. de cust. reor. Angel. in tract. maleficior. ad uerb. pro quib. fideiuß. in prin.
q d.l. si quis. de cust. reor.
r l sancimus. C. eo. l. 4. ubi Bar. C. de cust. reor.
s l. si Berſatorem. 13. ubi Dd. C. eod. d.l. si quis. ubi Bar. & Dd. gl. in c. cum homo. 23. dist. 5. Panor. in d. Rub. de fideiuss.
t Land. lib. 1. art. 65. D. Reinh. diff. 21.
u l. blanditus. 12. C. eo.
x §. fi. Inst. eo.
y l. stipulatio. 38. §. 1. ī. de uerb. oblig.
z l. sicut. 66. h.t.
a d.l. fideiussor. 17. in prin. l. si mihi. 24. h.t.
b d.l. Græcè. §. illud. cum §§. seq. uide Bar. dist. in d.l. bi qui. h.t.
c §. fideiussores. Inst. eo. d.l. bi qui acceßionis. 34. d.l. Græcè. §. illud.
d l. fideiussores. 10. h.t.
e d.l. bi qui acceßionis. l. unica. ubi Doctores. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. l. Titius. in fi. 44. cum ll. seqq. ī. de actio. empt.
f d.l. Græcè. §. illud.
g d. §. illud.
h gl. in l. cum filiusfam. 49. §. 1. ad uerb. neuter. de uerb. oblig.
i l. 1. §. si quis. de uerb. oblig.
k l. 1. §. si stipulanti. de uerb. oblig. l. si cum unus. 28. §. si cum mihi. ff. de pact.
l l. 1. §. 4. de uerb. oblig. dixi in §. præterea. Inst. de inutil. stipul.
m l. 1. §. si stipulanti.
n d.l. quod enim. d.l. fideiussor. d.l. Marcellus. h.t. cum alijs sup. allegat.
o Bart. in d.l. bi qui. nu. 11. h.t. Bald. in l. si pro ea. nu. 6. C. mand.
p gl. sing. in l. sicut. 66. in fi. quam sequuntur Ang. & Imol. h.t. Bart. in l. centum. nu. 6. de eo quod cert. loc. quamuis contrarium sentiat in d.l. bi qui. nu. 17.
q uide de hoc ord. imper. quæ hoc nomine extra imperium fideiussores euocari uetat. ergo à contrario sensu, in imperio permittit. l. cum prætor. 12. de iudic.
r §. fideiussor. Instit. de fideiuss.
s l. non quemadmodum. 35. suprà de iudicijs.
t l. fideiussor. 58. l. fideiussor. 16. §. 1. hoc tit.
u l. si testamento. §. final. l. si fideiussor. 32. hoc titul.
x l. Lucius. 38. ff. mand. l. si pro ea. 10. Cod. eod. tit.
y l. si cum Hermes. C. locat. Iaſ. in l. 1. num. 18. Cod. de iudic.
z in prin. Inst. eo. §. fin. Instit. de replicatio.
a l. fideiussores. §. 1. hoc tit. l. initio. 5. Cod. de pact. inter empt. l. si mandator. 8. Cod. quod cum eo qui in alien. potest.
b l. centum. de eo quod certo loco. l. cum quis. 20. de act.
c Dec. consil. 107. num. 2. cum ibi allegat.
d l. quæro. 56. supr. locati.
e l. reos. 23. l. liberum. 16. Cod. eod. tit.
f l. 3. Cod. eod. titulo.
g uide Paulum libro 1. titulo 20.
b §. si plures. Institut. eodem.
i l. si Titius. 49. l. si plures. 28. hoc tit. l. 3. Cod. eodem.
k l. 5. Codic. eod. Paul. libro 2. titulo 17.

BIU Cujas

nequit [a]: aut excusis principalis debitoris bonis, fideiussorem aut eius pignora [b] posse conueniri [c]: quod ita uerum est, si de hoc legis beneficio ante litis contestationem excipiat [d]. Quin & de bonis principalis fideiussorem, si ita uideatur, satisfacere posse [e]. Item si unus fideiussorum conuentus soluat, reliquos liberari: posse tamen eum petere à creditore cessionem actionum, quibus aduersus fideiussores, qui quidem soluendo sint, agat, ut uiriles præstent [f]. Quod ante solutionem, uel in ipsa petendum est, ne sublata per solutionem omni obligatione atq; actione, nihil supersit postea quod cedi possit [g]. Postremò & hoc teneatur, ex fideiusione non dari actionem fideiussori contra principalem, antequam exoluat: nisi aliter conuentum sit, aut debitor dilapidare cœperit, aut ipse fideiussor condemnatus sit [h], aut diu in obligatione steterit [i] (quod arbitrio iudicis est æstimandum [k]) aut in fideiussores parata sit ex instrumento guarentigiato executio [l]. Solutione autem facta, aut potestate agendi ex iam dictis causis concessa, fideiussor exigere potest, nō modò principale debitum quod soluit, sed quicquid fideiusionis nomine, damni iniuriæue passus est [m]: idque contraria mandati actione à principali debitore eiusq; hæredibus, cessa uerò à confideiussoribus, ut dictum est. Contraria fideiusioni, quibus tollitur, sunt solutio [n], item nouatio [o], prorogatio termini [p], absque nouo fideiussoris consensu facta, sententia definitiua [q], obligationis diuturnitas [r], repræsentatio principalis rei semel facta, nisi totius iudicij fideiussor acceptus sit [s], & alia multa quæ ex præmissis sumi possunt.

a Ias. in §. item si quis, nu. 68. Inst. de act. uide ibidem Ang. & Hypp. in Rub. de fideiuss. ubi multas tradit exceptiões ad d. Auth. præsente. C. eo. §. 1. ubi gl. ad uerb. hypothecarijs. in Auth. de fideiusso. Auth. hoc ita si debitor. ubi Salic. nu. 3. & 4. C. de pign. Auth. præsente. C. eod.

b Ang. & Ias. in §. item si quis in fraudem. Inst. de actio. Hypp. in rep. rub. de fideiusso. Buerar. in loc. legal. loco ab ordine. pag. 2.

c Bart. in Auth si captiui. nu. 3. C. de epis. & cler. per l. si procurator. §. si ignoranter. ff. mandat.

d l. si fideiussores. 42. §. idē respondit l. fideiussorib. 18. l. cum is. 37. b. tit. uide Bart. in l. Modestin. nu. 9. & 10. ff. de solut. Buerar. cons. 1. per tot.

e d. l. cum is. l. Modestinꝰ. 76. ff. de solutionib.

f l. si pro ea. 10. C. mand. l. Lucius. 38. C. mand. Bald. in d. l. si pro ea, num. 12.

g Bald. præalle. loc.

h Bald. in d. l. si pro ea. nu. 15. C. mand.

i d. l. cum is. l. Modestin. de solut.

k l. 4. C. eod. uide tamen Ias. in l. 1. in fi. C. de iud. & tit. sequ. Cast. & Ias. nu. 19. de iureiur. Tiraqu. in l. bonis. §. hoc sermone. nu. 48. de uerb. sig.

l uide in l. si pro ea. C. mand. Ferrar. in for. seq. seu Sax. in fi.

m Hyp. in Rub. de fideiuss. num. 99. Ias. & Tiraq. præalleg. loc.

n Inst. t. quib. mod. tollitur obligatio.

o l. 1. l. si pupillus. 9. h. t.

p l. si Stichum. 8. §. 1. h. t. l. quod in diem. 12. ff. de acceptil.

q l. si non sortem. 26. § si

r l. aliam. 19. h. t. l. nō solet. 86. de reg. iur.

s l. etiam. 29. h. t.

De nouationibus & delegationibus. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Nouatio unde dicta, quid sit.
3 Species nouationum.
4 Causa efficiens.
5 Materia, & num. 2.
6 Forma, quomodo contrahatur.
7 Finis & effectus.
8 De delegationibus, 2. tituli parte.
9 Quomodo contrahantur.

1 QVandoquidem † executi sumus, quomodo contrahantur confirmenturq; stipulationes: restat, ut qua ratione iterum dissoluantur, excutiamus. Soluuntur autem nouatione, delegatione, solutione eius quod debetur, & acceptilatione [a]: de quibus ordine est exponendum. Nouatio † à
2 nouo seu nouando nomen habet. Est enim prioris debiti in aliam nouā obligationem, uel ciuilem uel naturalem transfusio atque translatio: hoc est, cum ex præcedente causa ita noua constituitur, ut prior obligatio perimatur [b]. Nec interest, qualis obligatio præcesserit, utrum naturalis, an ciuilis, an honoraria: utrum uerbis, an re, an consensu constituta, modò ut obligatio fuerit. Nam quæ non est, ut conditionalis, tolli non potest, priusquam conditio extiterit [c]. Dico autem, prioris debiti. Nam si aliud debitum in obligationem deducatur, non erit nouatio, sed alia separata obligatio [d], nisi id actum sit inter partes. uerbi gratia: si pro homine uel equo qui prius debebatur, dentur & promittantur decem [e]: non intelligetur prioris obligationis facta innouatio, sed noua constituta obligatio, nisi de nouatione ex-
3 pressim inter contrahentes conueniat. Nouatio [f] autem duplex est. Alia † uoluntaria, quæ fit stipulationibus: alia necessaria [g], quam inducit litis contestatio [h], & sententia [i]. Ideo autem necessaria dicitur,
4 quia uolens nolens debitor ad eam compellitur. iudicium enim redditur in inuitum [k]. Causa † efficiēs nouationis, est aut litis contestatio, aut uoluntas personarum contrahentium, uerbis declarata: dum tamen adultæ personæ sint, & sui iuris: neq; enim nouare possunt in aliena potestate constituti: ut pu-
5 pilli, minores [l], prodigi [m], filijfamiliâs [n], & seruus [o]. Quod † ad materiam attinet, dictum est, omnes obli-
6 gationes quocunq; modo contractas, nouari posse [p]. Forma † nouationis consistit in uerbis. nam extra iudicium per stipulationem conficitur [q]. Nouatio autem fit aut purè, aut in diem, aut sub conditione: sed non ante conditionis euentum nouatio perfecta esse intelligitur [r]. Quam etiam in uniuersum tum demum fieri placuit, cum hoc expressè & disertis uerbis agitur, ut prior obligatio nouetur. Qua in parte ius uetus à nouo discrepat. nam iure ueteri sufficiebat quomodocunque id agi, siue uerbis, siue conuentione, siue nouæ personæ interuentu [s]. Hodie autem ex constitutione Iustiniani non aliter (extra delegationem tamen, ut paulo pòst dicetur) fit nouatio, quàm si disertè cōtrahentes exprimant se uelle primam obligationem aboleri, & fieri nouam [t]. Quare prorogato solutionis termino, non intelligi-
7 tur facta nouatio, nec fideiussores liberantur [u]. Finis † & effectus nouationis est, ut perēpta priore obligatione, unà cum accessorijs, fideiusione puta & pignoribus [x], ex secunda is qui nouauit teneatur. Et hæc dè nouationibus: iam alteram tituli partem quæ delegationes complectitur, paucis percurramus.
8 Delegare, † est uice sua alium reum creditori, uel cui is iusserit, dare [y]. Nec multum distat delegatio à nouatione, præterquam quòd in delegatione semper insit nouatio [z], etiā iure ut putatur nouissimo [a], nisi aliud disertè sit actum: nō autem ediuersò nouationi semper delegatio: cum inter eosdem sine per-
9 sonæ nouæ interuentu, nouatio rectè constituatur. Delegare † autem quis potest, uel uoce, uel scripto, uel nutu [b]: nihil enim aliud est, quàm mandare [c]: qui contractus cōsensu constituitur, ut alibi diximus.

t l. fin. C. de nouationib. §. pen. Inst. quib. modis tollitur oblig. l. si delegatio. ubi Salic. num. 3. C. eod. Alex. cons. 173. uisis. num. 4. 5. 6. 7. uol. 7. & cons. 60. uiso. num. 2. uol. 6. ne ope quidem exceptionis, ut dicit communem Alex. cons. 72. uisis. num. 1. uol. 2.

u Ias. latè in l. 1. num. 18. & 19. cum seqq. C. de iud. & in l. lecta. si cert. pet. uide Imol. contra alios, in c. constitutus. de fideiussor.

x l. nouatione. 18. hoc tit.

y l. delegare. 11. hoc t.

z l. 2. C. eod. §. pen. Inst. quibus modis tollitur oblig.

a Bar. in l. singularia. nu. 19. & ibidem Ias. nu. 38. 39. si cert. peta. Dec. consil. 421. plenè. nu. 16. & 17. ex doctrina Bar. in l. delegare. 1. de nouat. Alexan. consil. 173. uisis. num. 2. uolumin. 7. & consil. 10. uisis. num. 1. uolu. 2. & consil. 60. uiso. num. 1. uol. 6.

b l. delegare. 17. hoc tit.

c l. si quis. 12. in fin. hoc tit.

BIU Cujas

mus [a]. Et hoc quidem uerum est, quod ad delegantem attinet: nam is qui delegatur non modò consentire, sed etiam stipulanti uerbis promittere debet [b]: consensus enim eius necessarius est, quia nemo inuitus obligatur [c]. Stipulatione autem opus est: quia hæc conuentio in nullum iuris gentium contractũ incidit, planè ut uerbis ciuilibus sit corroboranda. At nominis uenditio, aut cessio, etiam ignorante eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet [d]: nec enim hìc noua aliqua obligatione implicatur debitor, sed tantummodo solutionem ueteris obligationis, & exactionem creditor alteri mandat [e]: quod inuito etiam debitore fieri posse, certum est [f].

a ad tit. mandati, supr.
b l. 1. C. eod.
c l. nec emere. C. de iure deliberandi. l. sicut. C. de actionib.
d l. 1. C. eod.
e l. 3. C. eod.
f l. 1. C. eo. in fi. l. nominẽ. C. de hæred. uel act. uend. l. nomina. §. de hæred. uel act. uend.

De solutionibus & liberationibus. Tit. III.

1 Quid sit solutio.
2 Dispositio huius tituli.
3 Quis rectè soluat.
4 Cui rectè soluatur.
5 Forma: & quomodo solutio rectè fiat.
6 Finis & effectus.
7 Explicatio l. 1. hoc tit.
8 Quæ uim solutionis habeant.

SOlutio † largè accipitur pro qualibet liberatione [a]: propriè autem pro eius rei quæ debetur exolutione [b]: de † qua hæc ordine uideamus: quis rectè soluat, cui, quid, quo modo, quis sit solutionis effectus, & quæ affinia. Is igitur † qui debet, rectè soluit, si maior sit, suiq; iuris. nam qui sub tutoribus curatoribusq; degunt, ut sine horum authoritate contrahere prohibentur, ita nec soluere possunt [c]. Quin etiam is qui non debet, nomine debitoris, quamuis ignorantis, soluere potest, & continget liberatio [d]. Secus si suo nomine, id est, ad suam obligationem, puta fideiussoriam distrahendam soluat [e]: tunc enim debitor solummodò ope exceptionis adiuuatur [f]. Soluitur † autem rectè creditori adultæ ætatis, non etiam minoribus, sub cura tutelâue constitutis [g]. Et quidem inuito creditori rectè soluitur [h]: item adiecto solutioni in obligatione [i]. Sed & seruo ex peculiari contractu rectè soluitur [k]. Extraneis autem, quibus neq; debetur, nec solutio permissa est, non rectè [l]: nisi uolente mandanteque creditore [m], aut habente ratum [n]: ut cum procuratori generali, uel ad hoc speciale mandatum habenti soluitur [o]. Dico generali: nam ei qui ad litem tantum datus est, non rectè fit solutio [p], ut nec falso procuratori, aut ei cuius mandatum est reuocatum [q]. Quanquam hoc casu debitor reuocatum mandatum ignorans si soluerit, ex æquitate liberatur [r]: id autem soluendum est quod debetur: non enim cogitur creditor aliud pro alio recipere [s]. Forma † solutionis est, ut eodem omnino modo soluatur, quo debetur. nam, uerbi gratia, inuito creditori alio loco quàm quo conuentum est, non rectè soluitur [t]: aut alio tempore [u], nisi citeriore (tempus enim adiectum debitoris gratia uidetur [x]:) aut in alia moneta, nisi creditoris nihil interfit [y]: deinde & totum quod debetur est soluendum, ad hoc ut cõtingat liberatio [z]: neq; enim per partes solutionẽ admittere creditor compellitur, ut uerius pleriq; existimant [a]. Et quidem ita soluendũ, ne quo modo res auferri possint, siue in specie debeatur [b], siue in genere [c]. Finis † & effectus est, ut tollatur obligatio, quæ solutione ipso iure perimitur [d]. Sed quoties quis ex pluribus causis debet, & soluit aliquid quod non omnibus, sed aliquibus tantùm debitis sufficiat: hìc quæri solet, in quam rem solutum, & quæ extincta obligatio uideatur. Et † quidem, ut inquit Vlpianus [e], in arbitrio soluentis est dicere, quod potius debitum uoluerit solutum: & quod dixerit, id solutum erit. Possumus enim certam legem dicere ei, quod soluimus. Quoties uerò non dicimus in quid solutum sit, id est, quódnam ex debitis solutum esse uelimus, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id constituat solutum, quod ipse si deberet, esse soluturus, quoq; debito se primò exoneraturus esset: id est, in id debitum quod non est in controuersia, aut in illud in quod pro alio quis fideiusserat [f], aut cuius dies nondum uenerat [g]: quæ quidem lectio si mendosa non est, hanc interpretationem necessariò habet, ut tum solutio cedat debito in diem, cum nullũ præsenti die debetur: alioqui planum est, certa & præsentia grauiora esse futuris, & in illa potius quàm hæc, solutionem conuertendam [h]. Neq; uerò Vlp. hìc certos gradus facit obligationum, ad quos solutio sit referenda: sed promiscuè exempla recenset, omisso grauissimo etiam debito, quod uidelicet usuris pœnisq; implicatum est, & ante omnia solui debet. Quare hæc exempla suo quæq; loco rectè distributa ualere debent, ut ita in unumquodq; solutio imputetur, cum nullum grauius maiorisq; momenti debitum præcedit: ac fortasse pro, Aut in illud, &c. Vlp. scripserat, Haud in illud, ut Russardus annotauit [i]: & Contius [k] ait, Græcos ita legere passim: Non in id debitum quod est in controuersia, aut in illud, &c. ut particula Non, transposita uideatur insciti, etiam in Florent. quæ lectio contextui sanè quàm optimè congruit, & omnem difficultatem tollit. Permittitur autem creditori, in id quod uelit solutum conuertere: dummodo sic constituat, ut in re sua constitueret ipse [l]: sed constituere in re præsenti, hoc est, statim atq; solutum est, debet [m]. Quòd si nõ constituat, siquidem summæ sint omni ex parte æquales, decedit de omnibus pro rata [n]: sin autem aliqua durior uel grauior existat, primò in eam accepto feretur [o]. Sunt † porrò quædã ui & effectu solutioni paria: ut primò oblatio rei debitæ, depositio & consignatio, quæ ipso iure liberat [p]. Secundò, confusio obligationum: ut cum debitor creditori, aut contrà creditor debitori succedit [q]. Tertiò satisfactio, cùm alio modo satisfit uolenti creditori, quàm de quo conuentum est: puta pignoribus, nouatione, delegatione [r]. Interitus etiam speciei liberat debitorem, perinde atq; solutio [s]: dum

1 2 3 4 5 6 7 8

a l. solutionis. 54. b.t. l. solutionis. 176. l. liberationis. 47. §. de uerb. sig.
b ut in tot. b.t. & Inst. quib. mod. toll. oblig.
c l. quòd si forte. 13. §. 1. cũ ll. seqq. b.t. l. quoties. 10. §. sicut. de administr. l. si procurator. 6. §. fin. de condict. indeb. uide quæ dixi Inst. quibus alien. non lic. §. 3. & tit. quib. mod. ob. sol.
d l. solutionis. 25. l. si pro me. 40. b.t. l. soluendo. 41. de nego. gest.
e l. Cassius. 16. l. quoties. 37. hoc tit.
f l. Papinia. 28. cum ibi notat. §. mandati. Dd. in l. Modestinus. 76. b.t.
g d. l. quòd si forte. §. 1. l. in pupillo. 47. b.t.
h l. quod quis. 49. de actionib. l. quod in diem. 70. b.t. l. acceptam. 19. C. de usuris. l. obsignatione. 1. C. eod. Dd. in l. qui Romæ. 122. in princ. §. de uerb. oblig.
i l. si stipulatus fuero. 11. l. cum quis. 28. l. cum decẽ. 71. b.t.
k l. si quis seruo. 18. l. si seruus. 31. l. quod seruus. 35. hoc tit.
l l. inuito. 12. C. de solutio.
m l. 4. C. eo. l. solutam. 49. hoc tit.
n l. ratum. 13. d. l. solutam. 49. l. cum decem. 71. §. 1. hoc tit.
o l. uerò. 12. b.t.
p l. hoc iure. 86. b.t.
q d. l. uerò. l. cum quis. 38. §. 1. b.t.
r l. qui hominem. 34. §. si Ticinum. d. l. uerò. §. fi.
s l. 2. §. 1. §. si cert. petat. l. cum is. C. eod.
t l. 1. l. pen. & tot. tit. de eo quod certo loco. §. loco. Inst. de act.
u l. qui Romæ. 122. in prin. ubi Dd. de uerb. oblig.
x l. eum qui calendis. 41. §. 1. de uerb. oblig. l. quod in diẽ. 70. b.tit. l. quod quis. 49. de act.
y l. Paulus. 99. b.t.
z l. etiam. 27 l. qui sibi. 33. §. 1. b.t. d. l. obsignationes. C. eod.
a in l. 2. §. 1. de uerb. oblig. in l. tutor. §. Lucius. de usuris. & in l. 1. b.t.
b d. l. qui sibi. in prin. l. si rem meam. 20. b.t.
c d. l. etiam. d. l. qui sibi. §. 1.
d Inst. quibus modis tollitur obligat. in princ. ex plurib. 97. b.t.
e in l. 1. b.t.
f l. 4. l. cum
g in d. l. 1.
h l. cum ex plurib. 30. b.t.
i in d. l. 1.
k lib. Disp. 1 cap. 7.
l d. l. cum ex plurib. 97.
m l. 1. 2. 3. 4. cũ multis seq. b.t.
n l. illud. 8. b.t.
o l. 3. cum multis seq. b.t.
p l. obsignatione. C. eod. l. acceptam. C. de usuris.
q l. Stichum. 95. §. aditio. hoc titul. l. 1. §. si debitor. ad l. Falcid. l. si Stichum 39. §. 1. l. Vrannius. 72. de fideiussorib.
r l. satisfactio. 52. b.t. l. si rem alienam. §. omnis. de pig. act.
s l. uerborum. 107. h. t. l. si ex legati causa. 23. §. de uerb. oblig.

dum tamẽ ante moram debitoris intereat [a]: quin & iusiurandum loco solutionis cedit [b], & pactum de non petendo: quod tamen naturalem tantùm obligationem, quæ consensu constat, contrario consensu tollit. nam ciuilem solummodo elidit æquitate exceptionis [c]. Affinis est etiam cessio [d]. Nam quæ res debita solui, eadem nõ debita cedi dicitur [e]. Sed ex his omnibus nihil tam solutioni cõsimile est, quàm acceptilatio: de qua restat, ut pauca exponamus.

a l. quod te. 5. si certum petatur.
b l. iusiurandum. 27. de iureiuran.
c d. l. Stichum. §. naturalis. h. t. §. præterea. Inst. quib. mod. tollitur obli.
d l. nõ soluũ. 33. §. 3. de usuc.
e d. l. nõ solum. ubi Cuiac. §. ult. ubi uide quæ scripsi. Inst. de usufr. l. Modestinus. 71. h. t. l. 1. 2. C. de act. cum. simil.

De Acceptilationibus. Tit. IV.

1 Quid sit acceptilatio, & unde dicta.
2 Causa efficiens: & an sit iuris ciuilis acceptilatio.
3 Qui acceptum rogare & facere possint.
4 Materia: quæ obligationes per accept. tollantur.
5 Forma: quomodo contrahatur, an conditionem recipiat: & de Aquiliana stipulatione.
6 Finis & effectus.

1 ACceptilatio † est liberatio per mutuam interrogationem, qua utrisque contingit ab eodem nexu absolutio [a]. nam debitor per acceptilationem, quasi ciuilem solutionem liberatur: & creditor dicitur absolui ac liberari obligationis nexu, quia desinit ei actio competere [b]. Acceptilatio, inquit Iustin. [c] est imaginaria solutio: id est, quę speciem solutionis iure ciuili refert: tollit enim obligationem: cui Theophilus [d] differentiæ gratia addit, solennibus uerbis constans: qua nota ab alijs imaginarijs solutionibus discriminatur. Etsi autem nouatio quoq; solennibus uerbis constat, & priorem obligationem tollit: tamen propriè imaginaria solutio non est, quippe quæ debitorem nõ liberet, neq; absoluat, sed alio nouo nexu retineat deuinctum. Acceptilatio autem dicta est, ab acceptum ferendo: acceptum enim ferre nihil aliud est, quàm fateri, se ab aliquo accepisse [e]. Vnde rectè acceptilatio dicta est ea uerborum conceptio, qua creditor tanquam solutione facta acceptum se habere dicit, & debito-
2 rem liberat. Causa † efficiens, est uoluntas benigna creditoris, acceptum ferentis: quam lex fauens liberationibus [f] approbat, & hanc liberandi formam ualere iubet: unde & iuris ciuilis actus, quod ad formam attinet, dicitur [g]: quamuis quatenus consensum conuentionem q; continet, & ijs qui iuris
3 non sunt ciuilis participes permittitur, rectè ad ius gentium referatur [h]. Sciendum † tamen est, eum duntaxat acceptum rogare posse, qui debet: & acceptum facere, cui debetur. Itaque procurator, tutor, curator, seruus, filius, pater, &c. non rectè alieno nomine acceptum faciunt aut rogant, nisi nouata priore, & in personam rogantis transfusa obligatione [i]. Acceptilatio enim uerbis fit per stipu-
4 lationem: nemo autem alteri stipulari potest [k]. Materia † quæ in acceptilationem cadit est, uerborum obligatio· acceptum enim ferri non potest, nisi quod uerbis contractum est. nam acceptilatio uerborum obligationem tollit, quia & ipsa uerbis perficitur: quod autem uerbis non est contractum, tolli hoc modo nequit [l]. Vnumquodque enim eo modo est tollendum, quo est colligatum [m]. Quia tamen ratione conuentionis iuris gentium censetur (ut paulo antè diximus) acceptilatio: ideo si aliæ quàm uerborum obligationes accepto ferantur, uim pacti habebit ea conuentio, nisi appareat consensum non esse [n]: planè quoniam libertorum operæ per stipulationem promittuntur [o], nihil causæ est, quo minus per acceptilationem ea obligatio tolli possit, etiamsi iusiurandum, ut fit nonnun-
5 quam [p], fuerit adiectum [q]. Hoc enim naturam eius obligationis cui adijcitur, induit [r]. Formam † acceptilationis hanc tradit Imperator [s] ex Vlpiano [t], ut debitor interroget ad hunc modũ: Quod ego promisi tibi, habes ne acceptum? & creditor respondeat, Habeo. Quin & Græcis aut alterius linguæ uerbis fieri potest, sicuti alia quæuis stipulatio, ut hoc modo: ἔχεις λαβὼν ἀπωάμια τόσα; ἔχω λαβὼν. Ex his appareret, & uerbis tantummodo fieri acceptilationem: & ideo per hanc eas duntaxat dissolui obligationes, quæ uerbis constant. Quare si quid ex alia causa debeatur, in stipulationem id prius deduci, atque ita demum per acceptilationem tolli debet: quem ad usum composita est ab Aquilio iurisconsulto (unde & Aquiliana dicta) stipulatio, per quam contingit ut omnium rerum obligatio in stipulationem deducatur, & ea tollatur per acceptilationem [u]. Acceptilatio autem nec in diem, nec sub cõditione fieri potest [x]: quia exemplo solutionis naturalis (quam realem uocant) est inducta [y]. Vt igitur uera solutio non sit, nisi numerata in præsens pecunia [z]: ita nec ficta, cuiusmodi est acceptilatio, quicquam operatur, si in præsens nihil efficiat, sed per adiectionem diei aut conditionis suspendatur [a]: fictio enim imi-
6 tari rei ueritatem debet [b]. Finis † & effectus est, ut quasi solutione facta omnis tollatur per acceptilationem obligatio atq; actio [c].

a l. j. h. t.
b glo. in l. j. §. non autem. de exercitoria actione. & in l. quoties. 10. §. sicut. de administr. tutor.
c §. 1. Instit. quib. mod. tol. oblig.
d in d. §. 1.
e l. si ex plurib. 89. de solutionibus. l. seruus. 6. de manumiss. l. tali. 48. §. 1. de iure dotium. l. cum et sortis. 35. de pignor. act.
f l. Arrianus. 41. de actio.
g l. actus. 78. de reg. iuris.
h l. an inutilis. 8. §. fin. h. t. §. 2. ubi dixi. Inst. quib. mod. toll. ob. uide Cuiac. lib. 5. c. 36. & in tit. de uerb. obl. & de transac.
i l. 5. l. an inutilis. 8. §. seruus. cum §. seq. l. speciei. 11. l. & per iusiurandũ. 13. §. tutor. l. pen. h. t.
k l. stipulatio. 38. §. alteri. infr. de uerb. oblig.
l d. l. 8. §. accepum. l. nisi. 94. h. t. §. item. Inst. quibus. mod. tollitur obligatio.
m l. nihil. 36. de regulis iuris. l. ab emptione. ubi Dd. de pact.
n d. l. an inutilis. 8. l. fi. h. t. l. cum emptor. 5. de rescind. uendit. l. si unus. §. & acceptilatio. de pactis.
o l. 3. cum legibus seqq. l. cum Panorm. 23. cum ll. seqq. de ope. libertor.
p l. iurisiurandi. 7. de operis libert.
q l. & per iusiurandum. 13. h. t.
r l. ult. C. de non nu. pec. l. 7. §. ult. de pact. l. fi. qui satisd. cogan. Iaf. in l. qui iurisdictioni. num. 4. de iurisd.
s in d. §. item & Vlpian.
t in d. l. an inutilis. §. fi.
u l. & ex uno. 18. h. t. d. §. item.

De prætorijs stipulationibus. Tit. V.

1 Continuatio.
2 Species prætoriarum stipulationum.
3 De iudicialibus.
4 De cautionalibus.
5 De communibus.
6 Quomodo hæ distent ab ijs quæ in l. 5. de uerb. obl. explicantur.
7 Causa efficiens, & materia.
8 Forma.
9 Finis & effectus.

1 POstquam † in genere dictum est de stipulationibus, quomodo cõtrahantur & dissoluantur: exe-
2 quamur nunc quasdam earum species, quæ prætoris authoritate sunt introductæ [a]. Prætoriarum stipulationum tres uidentur esse species: iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales † eas

D dicimus,

x l. 4. & 5. h. t. l. actus. 78. de regulis iuris. y l. in diem. 5. h. t. z l. 3. de pignorati. actione. l. acceptum. ubi Dd. C. de usuris. a l. actus. 78. de reg. iur.
b l. filio. 23. de liber. & posth. l. adoptio. 16. de adoptio. Bart. in l. si is, qui. numer. 22. de usucap. c d. l. in diem. §. item. l. 4. C. de transactio. cum similib.
a de his uide Paul. lib. 5. tit. 9. Cuiac. obser. lib. 4. c. 39. Gouea. lib. 1. c. 35. & quæ dixi Instit. de diuis. stip.

BIU Cujas

dicimus, quæ propter iudicium, ut quod in illud deductum est, firmum ratumq; sit, interponuntur: puta rem in iudicio ratam haberi, iudicatum solui, & ex operis noui nunciatione. Hæ † porrò distant ab 3
ijs iudicialibus stipulationibus, quarum alibi fit mentio [a]. Quas ideo iudiciales appellant, non quòd ad iudicium pertineant, sed quia inductæ legibus aut constitutionibus, mero iudicis officio exiguntur: ut cautio de dolo malo, & consimiles, de quibus Theoph.[b] At hæ iudiciales dictæ sunt, non à iudice, sed à iudicio, quòd à prætore ad firmanda iudicia sint inductæ, multumq; ab illis discrepant: quia ex iurisdictione prætoris descendunt, & satisdatione opus habent (ut postea dicemus) quæ in illis non obtinent. Cautionales † etsi omnes dici possunt prætoriæ aliquo respectu [c]: tamen propriè illæ dicun- 4
tur, quæ in hoc proditæ sunt, non ut iudicium, sed rem de qua agitur, cõstituant cautiorem. Hæ instar actionis habent [d]: hoc est, ab officio magistratus nobili implorantur, quasi per actionem: quod enim illo officio expediendum est, id nõ minus peti potest, quàm quod iure actionis debetur [e]. Deniq;, inquit I.C.[f] ut sit nouatio, intercedunt: hoc est, ut quod alioqui præstandũ ex aliqua obligatione erat, in nouam obligationem, nempe stipulationem deducatur, & in tuto locetur, datis fideiussoribus, ut de legato stipulatio [g]: de tutela, quæ est rem pupilli saluam fore [h], rem ratam haberi [i], & damni infecti: de qua stipulatione alibi est dictum. Communes † sunt stipulationes, quæ fiunt iudicio sistendi causa [k]. nam 5
cum neque planè iudiciales sint (non enim in hoc fiunt præcipuè, ut iudicium sit firmius, & res quæ petitur in tutiore loco collocetur, sed ne frustra dies agendi præstituatur) nec omnimodo cautionales: nam aliquatenus ad firmitatem iudicij pertinent: eoq; mistam quandam habeant naturam, usum fuit communes appellare. Alia † sanè ratione communem uocat Pomponius [l], eam quæ est rem pu- 6
pilli saluam fore (nam ea hîc ad cautionales pertinet) stipulationemque duplæ & de rato: propterea uidelicet, quòd hæ interdum à prætore, interdum à iudice dato exigantur [m]. Ac ne temerè hæ species confundantur, illud in uniuersum tenendum est, à Pomponio [n] generalem tradi stipulationum diuisionem: hîc autem agi de certa stipulationum specie, nempe de prætoria: quæ rursum subdiuiditur in eas quas modò dixi formas. Causa † efficiens harum stipulationum est prætor, qui eas introduxit, & 7
cuius iussu interponi solent. Materia circa quam, intelligi potest ex exemplis suprà propositis. Forma est, † ut his stipulationibus quid fieri conueniat [o]: eoque nomine fideiussores dentur. Generaliter 8
enim in omnibus prætorijs stipulationibus satisdatur [p]: personæque desiderantur interuenientium [q]: adeò ut neque pignoribus quis, neque pecuniæ, uel auri argentiue depositione in uicem satisdationis fungatur [r]: quod hodie non admodum obtinet: nisi quando bona per se sunt pignori ipso iure tacitè obligata, ut in cautione rem pupilli saluam fore, & similibus [s]. Sunt tamen quædam in quibus repromissio sufficit, quas Vlpianus enumerat [t]. Quia uerò hæ stipulationes incertum continent, quanti nimirum ea res erit: ideo ad euitandas probationum eius quod interest, difficultates, solet in his primò conuenire, ut quid fiat: & si factum nõ sit certa pœna inferi, ut pœnæ nomine stipulatio committatur [u]. Illud etiam sciendum est, sæpius interponi prætorias stipulationes, cum sine culpa stipulatoris cautum esse desijt [x]. Finis † est, ut res de qua agitur cautior sit, interposita uerborum obligatione: ideoque hæ 9
omnes stipulationes natura sua cautionales sunt [y]. Effectus est, ut nisi quod conuenit sit factum, agatur ex stipulatione aduersus debitorem principalem, eiusq; fideiussores [z], in id quanti ea res est: hoc est, quanti interest factum esse: aut ad pœnam, si qua sit uerbis comprehensa [*].

a in l.5.de uerb.obl.
b Inst.de diuis.stipulat.
c l.j.§.1.in fi.b.t.
d d.l.j.§.cautionales.
e l.4.§. hoc autem. de damno infect.l.quòd si.25. §.fin.de minoribus.uide Ias.in l.1.nu.8. de iurisd.
f hîc in d.l.j.§. cautionales.
g l.si Stichum.8.§.1.de nouat. tot.t. ut legat. nom. caue.
h tot.tit.infr.tit.1.
i j.tot.tit.rem.rat. hab.
k d.l j.§.communes.
l in l.5.de uerb.oblig.
m d.l.5.tot.tit.Inst. de prætor.stipulat.
n in d.l. 5.
o l.6.b.t.
p l.3.b.t.
q l.prætoriæ.7.b.t.
r d.l.prætoriæ.7.
s uide sup. qui satisd. cog. & tit.in quib.caus.pig. tacit.contr. & quæ dixi Instit.de diuis.stipul.
t in l.5.§.stipulat.b.t.
u l.in omnib.6.l.fi.b.t.
x l.4.b.t.
y l.j.§.1.in fi.b.t.
z l.4.§.1.tit.1.
* d.l.6.d.l.fi.b.t.

Rem pupilli uel adolescentis saluam fore. TIT. VI.

1 Continuatio.
2 Qui rem pup. sal. fore promittere coganiur.
3 Cui promissio fiat.
4 De actione huius stipulationis, cui, quando, aduersus quem, ad quid detur.

CVm † pleræq; stipulationum prætoriarum species, alio loco, prout erat commodum, sint tractatæ, ut de legato [a], operis noui nunciatione [b], damno infecto [c], &c. nũc reliquas hîc expediamus, de quibus nihil hactenus fuit dictum: cuiusmodi sunt rem pupilli saluam fore, iudicatum solui, rem ratam haberi. Rem † pupilli uel adolescentis saluam fore tutores & curatores, antequam adminis- 2
trationem suscipiant, satisdare debent: exceptis testamentarijs & datiuis, qui ex inquisitione sunt. His tamen à collega poterit offerri, utrum satis accipere uelint an satisdare [d]. Cauetur † autem hac stipula- 3
tione ipsi pupillo [e]: qui si præsens est, & fari potest, etiamsi eius ætatis erit, ut non intelligat quid agatur: tamen propter utilitatem receptum est, rectè eum stipulari & agere [f]. Quòd si aliter erit, seruus pupilli, aut eo deficiente, seruus seu notarius publicus, eius nomine ad acquirendam pupillo actionem stipulabitur [g]: aut sanè dare aliquem prætor debebit cui caueatur [h]. Ex † cuius stipulatione non qui- 4
dem ipso iure pupillo acquiritur: nemo enim alteri stipulari potest [i], sed ex æquitate utilis actio datur [k]. Hac autem stipulatione continetur id quod ex tutela fieri oportet [l]. Itaque datur eodem modo quo tutelæ actio: & ex ea tum demum agi potest, cum & tutelæ [m], finita uidelicet tutela [n]: etiamsi in curatoribus & protutoribus stipulationis dies cedat, & agi possit, simulatq; quid saluum esse desijt [o]. Agitur autem ex hac stipulatione aduersus tutores, protutores, curatores qui tamen gesserunt, eorumque fideiussores [p]: & quidem aduersus singulos in solidum si pupillus agat, ne ex una tutela plures causæ uariæq; quæstiones apud diuersos fortè iudices, diuisa actione constituantur [q].

Iudicatum

a ad tit.ut legat.nom.sup.
b ad tit.de oper.no.nũc.5.
c ad tit.de dam.infect.5.
d l.datiuus.7.b.t.
e l.4.in prin.b.t.
f l.seruum.6.b.t.
g l.2.l.seruum.6.b.t.
h l.3.b.t.
i l.stipulationum. §. alteri.5.de uerb.oblig.
k l.4.b.t.
l l.cum rem.11.l. cum pupillus.9. l.si posteaquã. 10.b.t.
m l.1.b.t.
n l.4. §. hanc stipulationem.b.t.
o d.l.4.§.pen.& fi.
p d.l.4.§.1.
q l.fi.in fi.b.t.l.2.de exercit.actio. cum similib.

BIU Cujas

Iudicatum ſolui. Tit. VII.

1 *Tres clauſulæ huius ſtipulationis.*
2 *De re iudicata, clauſula.*
3 *De re defendenda.*
4 *Dolum malum abeſſe.*
5 *Explicatio l. nouiſſimæ.*

1 OLim † conuentus actione reali, aut in perſonam, ſed alieno nomine, ſatiſdare iudicatum ſolui cogebatur [a]: quæ quidem ſtipulatio tres clauſulas in unum collectas habet: nempe de re iudicata, de re defendenda, & de dolo malo [b]. Prima † eſt de re iudicata, ut in tantum committatur
2 ſtipulatio, præſteturq́; quantum iudex deberi pronunciauerit [c], ex cauſa tamẽ principali: nam ſi quid rei iudicatæ acceſſerit ex contumacia aut delicto rei, ad id iniquum eſſet fideiuſſores teneri [d]. Secun-
3 da † eſt de re, hoc eſt, de cauſa defendẽda: ut niſi boni uiri arbitratu lis agatur, & defendatur reus, quãti hoc nomine intereſt, exigere actor à reo & fideiuſſoribus poſſit [e]. Res autẽ defenſa non uidetur, ſi non in ſolidum defendatur [f], aut non loco idoneo ſ, aut quando certum eſſe incipit, neminem poſſe exiſte-
4 re, qui reum defendat [h]. Nouiſſima † clauſula iudicatum ſolui, ſtipulationis eſt, dolum malum abeſſe,
5 abſuturumq́; eſſe. Quare † & ad principium ſtipulationis refertur, & in futurum tempus permanet [i]. In hac ergo ſtipulatione, quia plures cauſæ ſunt una quantitate concluſæ, ſi committatur ſtipulatio, ex uno caſu ſtatim (id eſt, ante ſententiam, ut fieri poteſt in duabus poſterioribus clauſulis [k]: etiamſi prioris dies non niſi poſt rem iudicatam cedat [l]) amplius committi ex alio non poteſt [m], ſi uidelicet idem, puta id quod in uniuerſum intereſt, & ex eadem cauſa ab eodem petatur: aliàs enim ſecus eſt [n].

a *in prin. Inſt. de ſatiſdationib.*
b *l. iudicatum. 6. h.t.*
c *l. iudicati. 9. h.t.*
d *l. ult. C. de fideiuſſor. l. centum. de eo quod certo loco.*
e *gl. & Dd. in l. conquerebatur. 13. & in l. iudicamus. 9. h.t.*
f *l. ex clauſula. 17. h.t.*
g *l. 5. §. fi. h.t.*
h *d. l. 2. §. ob rem.*
i *l. nouiſſima. 19. h.t.*
k *d. l. cum quærebatur. d. l. nouiſſima.*
l *l. 1. h.t.*
m *l. 5. §. in hac. h.t.*
n *l. fi. h.t.*

Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

TITVLVS VIII.

1 *Qui ſatiſdare debeant rem ratam haberi.*
2 *Quando committatur hæc ſtipulatio: & quæ actio hinc detur.*
3 *De iure Sax.*

1 REm † ratam haberi petunt à ſe mutuò procuratores actoris & rei, aut cum non ſatis idoneè de mandato conſtat [a], aut cum alioqui mandatum exhibere nõ coguntur: ut coniunctæ perſonæ [b]. nam qui alieno nomine agit, quacunq; (ut inquit Vlpianus) actione, id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinebit, cauere debet [c]: rei tamen defenſor ſi iudicatum ſolui ſatiſdederit, non alio
2 ſatiſdationis onere grauandus eſt, niſi in certis caſibus [d]. Ex † hac ſtipulatione agitur aduerſus promiſſorem, eiuſque fideiuſſores & ſucceſſores, niſi aliud ſit actum [e], in id quanti intereſt dominum rem ratam habuiſſe [f]: quæ quidem ſtipulatio committitur ſtatim atq; dominus de re geſta certior factus, ratam eam non habet. Hoc autem accipiendum eſt ἐν πλάτει, & cum quodam ſpacio temporis, quod magis intellectu percipi quàm elocutione exprimi poteſt: eiuſmodi enim relinquendum eſt, quod ad deliberandum de præſenti negocio ſufficiat, niſi fortè certum tempus in ſtipulatione ſit adiectum. Quòd ſi dominus primò ratum non habeat, poſtea immutata uoluntate ratificet, etſi ſummo iure commiſſa
3 eſt ſtipulatio, tamen exceptione doli promiſſor ſe tueri poterit ſ. Huius † ſatiſdationis apud Saxo. qui in iudicijs unam tantum de expenſis cautionem ab actore exigere ſolent, nullam à reo [h], non magnus eſt uſus, niſi quando coniuncta perſona ſine mandato agit: tunc enim iuxta leges [i], rem ratam dominũ habiturum, cauere debet [k].

a *§. ſin autem. Inſt. de ſatiſdati.*
b *l. maritus. 21. C. de procurator.*
c *l. non ſolum. 39. §. 1. de procurator.*
d *d. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. & §. eſt caſus.*
e *l. ſi ſine. 22. §. ſi procuratores. & §. ſi in ſtipulatione. h.t.*
f *l. in ſtipul. 19.*
g *l. quo enim. 12. §. 1. h.t.*
h *Chil. in pract. cap. 46.*
i *d. l. non ſolum. d. l. maritus.*
k *Chil. præal. loco. cap. 21.*

DIGEST. LIB. XLVII.

De priuatis delictis. Tit. I.

1 *Continuatio, & num. 3.*
2 *Diuiſio criminalium iudiciorum.*
3 *Quæ priuata, quæ publica iudicia.*
4 *Regulæ communes de iudicijs criminalibus rectè pernoſcendis.*

1 EXPEDITIS † iudicijs tam ciuilibus quàm prætorijs, ad ea tandem quæ crimen continent, pœnamq́; perſequuntur, ueniamus. Hæc † autem criminalia iudicia, aut ſunt priuata, aut publica: ut etiam Platoni, Ciceroniq́; [a] placuiſſe uideo. Priuata † ſunt, in quibus in-
2 iuria priuato illata, cognitione iudicis etiam pedanei, datiq́;, uindicatur [b]: publica, quæ
3 ex legibus publicorum iudiciorum ueniunt [c], & ſcelus in Rempublicam commiſſum, coram ſuperiore magiſtratu penes quem ſit imperium, perſequuntur. Sed de priuatis quæ magis cohærent, & uicina ſunt ſuperioribus iudicijs ciuilibus, prius eſt exponendum: quæ ſunt aut ordinaria, aut extraordinaria [d]. Ordinaria ſunt, in quibus certa pœna præſtituta eſt, certaq́; & ciuilis petendi & iudicandi forma ſeruatur [e]: eoq́; non niſi illis quibus iniuria facta eſt, concedi horum actio ſolet [f]. Extraordinaria uerò ſunt, quibus nulla certa pœna præſtituta eſt, & in quibus ad certam pœnam ſolenni modo, certaq́; petitione non agitur, ſed petitur pro arbitrio iudicis, proq́; qualitate commiſſi, examinatio fieri, & pœna imponi. Cum autẽ illud arbitrium uarium ſit, & huiuſmodi examinatio ac pœna pro uarietate delicti commutetur, etiam ad torturam & mortem (ut paulo poſt dicemus) extendi poſſit: ſit ut hæc iudicia magis ad publica accedant, & ſint cum plurimùm popularia, ita ut quilibet de populo

a *Plato lib. 6. de Legib. Cicer. li. 3. de Natur. deor. & alibi.*
b *l. locatio. 9. §. quod illicitè. de publican. l. ult. h.t. l. 1. de teſtib. l. unic. C. quand. ciuil. ac. præiud. crim. l. fi. de furt.*
c *l. 1. infrà. de pub. iudicijs.*
d *l. fi. h.t. tot. tit. de extraord. crim. uide Cuiac. obſ. lib. 8. cap. 33.*
e *l. fi. h.t.*
f *l. 1. in fi. de iniur.*

BIU Cujas

hæc intentare posit [a], & ut actor uelut in publicis, se in crimen ad pœnę similitudinem subscribere debeat [b]. Etsi autem alia delicta priuata, ordinarijs iudicijs sint inclusa, alia arbitrio iudicis extra ordinem punienda relinquantur [c]: tamen sciendum est, etiam de ordinarijs extra ordinem agi posse [d]: quia sæpe circumstantiæ aggrauant delictum, ut pœna grauiore quàm sit ordinaria, uideatur puniendum.

Porrò † in ingressu horum iudiciorum, hæc uelut communia ἀξιώματα prænosse oportet, antequam ad singulorum expositionem descendamus. Primò, pœnalibus actionibus hæredes nō teneri, nec cæteros successores [e], nisi lis cum defuncto fuerit contestata [f]: sed noxam semper caput sequi, suumq; tenere authorem [g]: & cum eodem extingui [h]: hæredibus tamen actiones plerorumq; priuatorum iudiciorum dari [i], ut furti, &c. [k] maximè cum criminaliter intentantur [l]. Deinde, nunquam plura delicta concurrentia facere, ut ullius impunitas detur, quin potius unum prægrauare alterum [m]: maius tamen delictum plerunq; ad se trahere quod minus est [n]. Item duobus (ut dixi) modis agi priuatis etiam ordinarijs iudicijs: aut ordinariè ad mulctam certam pecuniariam legibus præstitutam apud ordinarium iudicem: aut extra ordinē ad uindictam, & incertam, neque iure definitam pœnam, sed ab arbitrio eius cuius ea de re notio est, ut prefecti urbis pendentem [o]. Eiusmodi autem pœnam aut actor sibi petit applicari, & ciuile, priuatum, ordinariū ac pecuniarum iudicium institutum esse intelligitur [p]: aut arbitrio iudicis puniri reum, pœnamue pecuniariam uelut mulctam applicari non sibi, sed fisco postulat: & utrouis hoc modo extra ordinem criminaliter agi uidetur [q]. Nam & fisci causa publica est, & pœna arbitraria nō modò corporalis esse, sed etiam ad mortem extendi, si subsit delictum ea pœna dignum potest [r]. Per autem multum interest, utrum criminaliter agatur, an ciuiliter: ut alibi est annotatum [s]. Illud etiam hîc tradendum est, ex omni delicto utrouis modo, & criminaliter agi posse ad pœnam, & ciuiliter ad id quod interest, & damnum datum [t]: nec unam actionem altera consumi, nisi quando utraq; in uindictam intenta est [u]: imò utramq; uno libello posse simul proponi, non quidem æquè principaliter, sed subalternatim: scilicet ut principaliter intētetur criminale iudicium, & secundariò damna atq; impensæ, unà cum sumptibus litis, iudicis officio restitui petātur [x]: aut ediuersò. Illud ultimò tenendum, nō haberi, ne quidem iure Sax. causam pro uerè criminali, nisi ex qua pœna corpori uenit infligenda [y].

De furtis. Tit. II.

1 Continuatio.
2 Furtum unde dictum.
3 Quid sit.
4 Nec uoluntate sola, neq; conatu furtum fieri.
5 Quarum rerum furtum fiat.
6 Cuiusmodi uoluntas dolosa attendatur in furto.
7 Furtum lege naturæ prohiberi.
8 Species furtorum.
9 Causa efficiens.
10 Materia.
11 Forma: qui furtum quomodo faciant: & qui pœna furti ex qua causa teneantur.
12 Finis & effectus.
13 De actionibus ciuilibus.
14 De actione dupli & quadrupli.
15 De actione criminali, & iudicio capitali.

INter † priuata delicta frequentissimum est furtum: cui coercendo, nullæ hodie cruces, nulla tormenta sufficiunt: tanta est in plerisq; aliena habendi rapiendiq; libido. Furtū, † Labeo secutus Varronem ait, dictum à furuo, id est, nigro, quòd clàm & obscurè, ac plerunq; noctu fiat, ut apud Homerum: κλέπτῃ δέ τι νυκτὸς ἀμείνω. Nam & Græci κλέπτω furem, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, hoc est, à tegendo & occultādo dixerunt. Sabinus autem Iurisconsultus [a], & Gellius [b], à Græco uocabulo, quo fures φῶρες appellantur, dictum malunt. nam & Græci παρὰ τὸ φέρειν, à ferendo φῶρας dixerunt [c]: idq; probabilius est, & rei congruentius, ut furem ac furtum à ferēdo appellatum dicamus: quia aliter fieri nequit furtum, quàm auferendo & contrectando. Sola enim cogitatio furem non facit [d], sed fur is est, qui dolo malo rem contrectat alienam [e]. Furtum † est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, uel ipsius rei, uel etiam usus eius, possessionisue: quod lege naturali prohibitum est admittere [f]. Est contrectatio.) qui enim alienam rem attrectat, cum se id inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur [g]. Itaq; † neq; solus animus sufficit [h], neq; conatus furandi sine cōtrectatione: ut si quis intrārit in domum alienam furti faciendi gratia, neq; dum quippiam contrectārit [i]: hic enim pœna furti non tenetur, sed mitiore arbitraria [k]. Non etiam econtrariò plena ablatio amotioq; necessaria est, sed sufficit attrectari rem tantum, modo animo lucrandi defraudandiq; ea dominum: ut fit in re deposita, commodata, oppignorataq; [l]. Rei.) uidelicet alienæ, mobilis † & corporalis. nam propriæ regulariter furtum non fit [m], nisi cum alio fit communis [n], aut alius in ea ius habeat, ut si sit oppignorata [o]: aut alterius ususfructus sit, uel possessio [p]. Addo, mobilis.) nam immobilia auferri aut occultari ad defraudandum dominum nō possunt [q]: licet ueteres aliter existimārint [r]. Subiungo, corporalis.) nam incorporalia nec tangi, nec contrectari possunt [s]: etiamsi qui possessionis interuertendæ gratia, quæ incorporalis est, rem contrectat, furtum facere

a t. t. de popul. act. de sepul. uiol. de ex. crim. etc.
b l. ult. h. t.
c tot. tit. de ext. crim.
d l. fin. h. t. l. ult. de fur. l. ult. de iniur.
e l. j. in prin. h. t.
f l. unica. C. ex delictis defunctor. l. pœnalia. 124. l. omnis. 181. de regulis iuris.
g d. l. j. in fi. h. t. l. sancimus. C. de pœnis.
h tot. tit. C. si reus uel accusl. ult. ad L. Iul. maiestla.
i uide Iaſ. in l. pen. §. fi. ne quis eum qui in ius uoca. gl. in l. 2. §. emācipatus. de coll. bon.
k d. l. j. §. hæredes.
l Bar. in l. final. nu. 8, h. t.
m l. 2. h. t. uide infr. tit. de pœn.
n Salic. in l. adulter. 5. nu. 3. & 4. C. de adulter.
o l. fi. h. t. l. fi. infr. tit. 1. l. fi. de iniur.
p d. l. locatio. 9. §. quod illicitè. de pub. d. l. fi. infr. t. 1.
q d. l. ult. de iniur. & de fur. ita est communis distinctio glo. in l. 3. uerb. centū. de sepul. uiol. Bar. in l. fi. num. 3. & 4. h. t. Cano. in Rub. ex. de iud. Imol. in Rub. j. de pub. iud. Iaſ. in Rub. Cod. de iud. numer. 2. Maran. in Spec. aur. part. 4. diſt. 1. §. in ſumma. ubi glo. & Ang. Inſt. de iniur.
r hanc dicit communem esse conclusionem Maran. in Spec. aur. parte 4. diſt. 1. & in diſp. 3. per totum. & est originalis sententia gl. in §. in ſumma. Inſt. de iniurijs. Bar. in l. final. ubi pub. educa. deb. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pact. iur. firm. Iaſ. in l. etſi. num. 3. C. ſi con. ius uel util. pub.
s Marā. in Spec. aur. par. 4. diſt. 1. n. 33. cum mult. ſequent.
t l. licitatio. §. quod illicitè. de publica. l. 3. C. ad leg. Aquil. l. fi. h. t. l. qui nomine. ubi Bart. l. qui hodie. §. 1. de falſ. l. nequicquam. ubi gl. ff. pro ſoc. Maran. præall. leg. loc. nu. 3. Boſſ. in pract. crim. tit. de furt. num. 37.
u l. j. ubi Bart. & Dd. C. quan. ciuil. act. Bart. in l. 2. §. 1. ui bon. rap. & in l. prætor. §. ſi dicatur. de iniur. Maran. præalleg. loc. nu. 5.
x Bar. & Dd. in l. interdum. de pub. iud. & in l. 2. §. 1. ui bon. rap. Maran. præalleg. loc. nu. 20.
y uide quæ dixi infr. ad tit. de quæſt. & de pœn. Facbſ. diff. 13. per art. 53. lib. 1.
a l. j. h. t.
b lib. 1. cap. 18.
c l. j. h. t.
d l. j. §. 1. h. t.
e Paul. lib. 2. tit. 31.
f l. j. in fi. h. t. §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.
g Gell. lib. 11. cap. 18.
h d. l. j. §. 1.
i l. uulgaris. 21. §. qui furti. h. t.
k l. ſaccularij. de ext. crim. Fel. in tract. quand. crim. punia. Hipp. conſil. 83. nu. 41. Chaſſ. in conſue. Burgund. tit. de iuſtices. §. 5. uerb. s' il n' a grace. nu. 113.
l l. ſi pignore. 56. h. t. §. furtum autem. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.
m l. qui iniuriæ. 55. §. fi. h. t.
n l. ſi ſocius. 46. h. t. l. rei communis. 45. l. meritò. 51. ſup. pro ſocio.
o §. aliquando. Inſt. de oblig. quæ ex delictis. l. in actionib. 19. §. fin. hoc tit.
p leg. creditor. 15. §. 1. l. cum æs. 20. leg. qui iniuriæ. 55. §. fin. hoc tit. optimus textus in l. 2. §. in hac actione. infr. de ui bon. raptor.
q leg. rerum. 25. hoc tit. rerum domin.
r leg. quare. 55. ſuprà de uſucap. §. quod autem. Inſtit. de uſucap.
s leg. ſeruus. §. incorporales. ſupr. de acquir.

BIU Cujas

6 facere uideatur, in re tamẽ corporali atq; mobili [a]. Fraudulosa.) id est, † eo animo facta, ut dominus inuitus re sua fraudetur [b]. nam sine eiusmodi fraudulenta uoluntate furtum non committitur: ut si quis uoluntate domini furripiat [c], aut probabiliter putet dominum permissurum [d]. nam sine affectu furandi furtum non fit [e]. In hoc autem uerbo differentia latet, qua furtum distinguitur à rapina, quæ & ipsa lucri gratia fieri solet: nec tamen occultè ac fraudulenter, sicuti furtum, sed aperta inuasione per uim & arma [f]. Additur, lucri faciendi gratia.) nam quia alio animo occultat, aut fraudem committit, non facit furtum: ut qui libidinis causa alienam ancillam celat [g], aut qui tabulas instrumentaq; amouet, non lucrandi (nam sic furtum committeretur [h]) sed occultandæ ueritatis causa. Hic enim potius in falsi crimen se induit [i]. Itaq; uoluntas maleficia distinguit [k]. Nihil autem interest, siue ipsam quis rem lucrari uelit, siue usum rei (mobilis scilicet) & possessionem [l]: quod enim ius est in tota re, idem est in parte

7 aut usu rei [g]. Postremo † loco adijcitur: quod lege naturali prohibitum est admittere.) quod accipiendum est de lege in natura humana & ratione posita, quæ docet, abstinendum esse alienis, ostenditq; distinctionem dominiorum, huic corruptæ naturæ planè esse consentaneam [h].

8 Furtorum † duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum. Fur manifestus est, quem Græci ὑπ' αὐτοφώρῳ appellãt: id est, in aut cum ipso furto deprehensum [o], aut iudicatum [p], antequam quò destinauit, perferret [q]. Nec manifestum furtum quid sit, inde apparet: nam quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est [r]. Conceptum & oblatum furtum, species potius actionum sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum [s]. Dicitur & aliud furtum nocturnum, aliud diurnum [t]: item quoddã simplex, aliud improbum, aliud improbius [u], aliud famosum [x], aliud domesticum: scilicet quod à personis domesticis, puta uxore, filio, ministro committitur: quæ si leuiora sunt, nõ puniuntur, aut saltem leuiter [y]: si grauiora & crebriora, uindicantur arbitrio iudicis, non tamen pœna ordinaria, sed leuiore [z]: quanquam non desint qui arbitrentur, eo grauius in hoc genus fures animaduerti oportere, quo maior talibus personis domesticis fides habetur [a]: quod admitti potest in ijs, quorum fidei specialiter eæ res non sunt commissæ [b], & qui uerè furtum delinquunt. In parentibus, liberis, uiro & uxore, qui se inuicem spoliant, recipi nõ potest: quòd hi ob rerum communionem, & personarum unionem, furtum facere non intelligantur, nec furti teneantur: quamuis à magistratu extra ordinem, mitius tamen, coerceri possint [c]. Sed & propinquis intra quartum gradum, pœnam existimarim mitigandam. Mercenarijs & ministris nostri temporis, liberis utiq; hominibus, non item: nisi furtum, ut dictum est, sit paruũ,

9 aut in ijs, quæ fidei eorum credita fuêre, commissum. Causa † efficiens furti, est fraudulosa uoluntas &

10 contrectatio. Causa προκαταρκτικὴ potest esse opportunitas temporis, loci, rerum, spes lucri & occultationis. Materia † cuius furtum fit, sunt (sicuti dixi) res alienæ [d], corporeæ & mobiles: ut serui, animalia, pecunia, tabulæ [e], &c. (nam immobilium furtum fieri nequit [f]) nec interest cuius sint quantitatis aut precij, quod ad delictum attinet [g]. Itaq; & pro re minima ciuiliter furti agi potest [h], nõ etiam criminaliter, sicuti moribus usurpatur: nisi furtum duos Hungaricos & dimidiũ excedat. nam actiones quæ infamiam aut grauiorem pœnam irrogant, nõ debent ex paruis summis dari, scilicet quæ minores sint duobus aureis ueterum [i]: quos pluris quàm nostros ualuisse constat [k]. Pro alienis autem rebus in hac materia habentur, quæ communes sunt, uidelicet respectu portionis quæ socij est [l]: item propriæ respectu iuris, quod alius in ea habet [m]. Alienæ autem dici non possunt, quæ nullius sunt in bonis, unde rerum hæreditariarum, iuris subtilitate, furtum non fit [n]: ut nec derelictarum [o], nec iure Sax. P inuentarum: quanquam iure communi ad se excusandum, repertor libello publicè proposito, inuẽtionem indicare debeat: quo casu, domino non comparente, sibi retinere potest, si pauper est: sin diues, pauperibus res inuentas distribuat oportet [q]. Cæterùm si, ut fieri solet, res perdita proclametur publicè, & ut reddatur domino magistratui, aut Ecclesiæ significetur: non erat à pœna, saltem leniore quàm sit ordinaria, ne quidem moribus Saxon. immunis, qui contra eiusmodi denunciationem sciens aliena cælauit. Rerum tamẽ ciuitatis furtum fieri dicitur, quia sunt in alicuius bonis, nempe uniuersorum [r]: quanquam hoc crimen etiam in peculatum incidit [s], ut cum res sacræ ac religiosæ interuertuntur [t]. Libero-

11 rum etiam hominum, ut filiorum qui sunt in aliena potestate, furtum fieri dicitur [u]. Forma † furti, est ipsa rei contrectatio, sine qua furtum non committitur [x]. Contrectationem autem accipimus, aut ueram, ut cum res aufertur, aut ad alium usum quàm in quem commodata est, transfertur [y], aut abducitur [z]: aut fictam, quam effectu considerato ius pro uera habet: quomodo tenetur falsus procurator, qui se præsente alij numerare iubet [a]: item receptator rerũ furtiuarum [b], & qui in officio fraudulenter uersatur [c]: quem tamen, uelut & nuncium [d] qui pecuniam creditam consumpsit, non teneri pœna statutaria furti, uidelicet capitali, receptius est: & ita seruari memini, fustigatione in eiusmodi casu decreta,

a l.1.§.Scæuola. si quis testa. lib.l.rerum. 25.h.t.
b l.pen.in fi. ff. de condic. causa data, &c.
c l.qui uas. 49.§. qui ex uoluntate.h.t.
d §.placuit. Inst. de oblig. quæ ex delicto.
e d. §. placuit. ubi passim tot. tit. de hac materia uide quæ scripsi.
f tot. tit. ff. de ui bono. raptor. & tit. ad l. Iuliam de ui publica. & ad l. Iuliam de ui priuata.
g l.uerum. 40. hoc tit.
h l. qui tabulas. 29. hoc t. l. Paulus. 16. in prin. inf. de falsis.
i d.l. Paulus. in fin.
k d.l. qui iniuriæ. 55. h.t.
l d. l. creditoris. d.l. uerũ. d.l. cum æs. cum simil. d. l. si quis test. lib.
m l. quæ de tota 75. sup. de rei uendicat.
n l. ff. cum ibi notatis. supr. de acquir. rerum dominio. ubi in fi. dixi.
o l.3.h.t.
p l.7. in fin. h.t. l. siue. 10. quem Bald. text. in definitione furis manifesti dicit singularem. de con dict. furt.
q l.4.h.t.
r l.8.h.t.
s §. furtorum. Inst. de oblig. quæ ex delicto. ubi dixi.
t l.4. ad leg. Aquil. l.2. de fur. Bald. Cuiac. lib. obser. 11. cap. 27.
u Ias in l. seruum. num. 12. C. de ser. fug. per l. improbũ. C. ex quib. caus. infa. gloss. in l. si te. ubi Bald. eod. tit.
x l. capitalium. 28. §. famosos. ubi gl. de pœn. §. de furto. in Authen. ut null. iud. Bal. & Dd. in Authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit.
y l. respiciendum. 11. §. 1. de pœn. l. si quis. 53. de furt.

z Bald. & Alex. in l. apud. Cod. de furt. Cæpoll. consil. crim. ult. Salic. in l. eos. Cod. de fur. a Boss. in pract. crim. cap. de fur. num. 25. & 28. Chass. in cons. Burgund. tit. de iustices. §. 5. uerb. s' il n' à grace. numer. 33. & 37. Tiraq. de pœn. caus. 58. b l. tres tutores. de admin. tut. ubi gloss. & Bart. uerb. contrectare. Bald. c. 1. §. ne uitia. num. 10. de pact. iur. fir. c dixi tit. rer. amota. d l. si is qui. 61. hoc t. e l. qui tabulas. 27. l. si quid fur. 22. §. fin. l. itaq;. 12. cum simil. hoc t. f leg. quare. 38. de usucap. §. 4. Instit. eod. g §. gallinarum. Instit. de rer. diuis. h gloss. Faber, Angelus & Dd. in dict. §. gallinarum. i leg. idem. 11. de dolo malo. k Auth. August. emend. lib. 2. c. 9. Bald. in §. pe. Inst. de Attil. tut. l d. l. si socius. m d. l. si is qui rem pig. d. l. si is qui. dic. leg. creditoris. §. fin. dict. leg. cum res. n leg. hæreditariæ. 70. hoc t. o l. falsus. 44. §. qui alienum. de furt. p Facbs. diff. 59. per art. 37. lib. 2. & Fab. in §. fi. Instit. de rer. diuis. q dict. leg. falsus. 44. §. qui alienum. hoc t. Fab. & Angelus in §. fin. Instit. de rer. diuis. ubi dixi. r leg. ob pecuniam. 83. hoc t. s leg. 4. §. fin. ad leg. Iuliam peculatus. t leg. 1. & 4. infrà, ad leg. Iuliam peculatus. u §. interdum. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. x dict. leg. j. leg. si quis uxori. 53. §. neque uerb. leg. inficiando. 69. leg. falsus. 44. §. si quis nihil hoc t. y §. furtum. Instit. de oblig. quæ ex delict. ubi uide quæ de contrectatione dixi. z dict. leg. si quis uxori. §. si quis asinum. leg. alienum. 6. Cod. eod. a dict. leg. falsus. 44. §. 1. b leg. eos. 14. Cod. eod. §. conceptum. in fin. Instit. ut de oblig. quæ ex delicto. c leg. j. §. fin. leg. 2. de tut. & rat. distr. leg. tutor. de fur. leg. si mandauero. 22. §. si mandauerim. ff. mand. leg. si tibi dederim. de donat. in leg. etiam. 8. & in leg. si seruum. 16. Cod. eod. uide infr. ad leg. Iul. pecula. d dict. leg. si mandauero. Imol. in dict. leg. si tibi dederim. uide Iason. & Zas. in leg. eius. §. quas actiones. si cert. peta. Chass. in cons. Burgund. de iustices. §. 5. ordinat. Imp. cap. 170. leg. si is cui. ubi Bald. numer. 12. Cod. de fur.

BIU Cujas

non pœna capitali [a]: item is qui opem & consilium ad furtum faciendum præstitit [b]. Nonnunquam & ille qui tantum consuluit aut mandauit [c], dummodo aliàs furtum non erat futurum, ut communiter uolunt Dd. [d] aut qui duntaxat opem præstitit sine consilio [e], scilicet præcedente: ipso enim facto, qui opitulatur furanti, non potest προάιρεσιν non habere fraudulentam. Sed opem ferre, uel consilium dare, tunc nocet, authore Vlpiano [f], quando contrectatio est secuta, id est, furtum consummatum. Quia tamen res mali exempli est, memini etiá non subsecuto furto carcere aliquandiu fuisse punitos, qui consilium furandi dedissent, aut operam ad id sceleris essent polliciti. Illud uerò sciendum est, qui consiliũ & opem præstant, mitius puniri quàm ipsos fures, ut rectè cõtra Bartolum [g] existimat Angelus [h]: quod & usu obseruatur, nisi in ipso furandi actu auxilium fuerit præstitum: tunc enim auxiliator cum principali eadem pœna plectitur: ut latè cõfirmat, & optimè discutit Angelus in practica criminali [i]: id quod & ius Saxon. sequitur [k]. & meritò: qui enim auxilium in ipso actu præstat, socius est, ac planè simul furtum facit. Plures autem qui simul delinquunt & furantur, omnes simul ad eandem pœnam, & quidem in solidum obligantur [l], etiam ubi ex statuto quinque solidorum furtum capite punitur, nec tamen ad singulos quinq; solidi ex furto peruenerunt [m]. Finis † furti est lucrum adeò quidem, ut sine intentione 12
lucrandi furtum non fiat, sicuti paulo antè est ostensum. Effectus furti in actionibus & pœnis quæ inde existunt, uertitur: de quibus deinceps est dicendum. Planè odio furum inductum esse uult Iustinian. ut pluribus teneantur actionibus [n].

Itaq; † conueniri possunt non modò rei persecutorijs actionibus, puta ad exhibendum rei uendica- 13
tione, cõdictione furtiua, &c. de quibus suo loco diximus: sed etiam pœnalibus, quæ quidem olim pro diuersis furtorum generibus erant diuersæ. Ac concepti & oblati furti pœnam tripli fuisse, author est Gellius [o]. Quæ † furtorum genera, uel potius actiones, cũ in usu esse desierint, supersunt duæ tantum 14
furti actiones, sicuti & species: nempe furti nec manifesti, & furti manifesti: quarum illa in duplum, hæc in quadruplum datur [p]: ueræ uidelicet æstimationis ipsius rei [q]. Nec in hoc quadruplo aut duplo, simplum, id est, rei persecutio continetur [r]. Furti autem nec manifesti actionem ex l. XII. Tabularum descendere, contra Baronem contenderim [s]. nam quamuis Gellius [t] & Theoph. [u] dicant pœnam capitalem lege XII. Tãbularum in fures constitutam, à qua deinceps recessum sit: tamen constat, eos solùm loqui de furti manifesti pœna, quam ostendit Gellius capitalem fuisse, morte naturali uel ciuili irrogata. Itaq; prætores postea mitigata legis acerbitate, pœnã quadrupli in eiusmodi fures constituerunt [x]: sed dupli pœnam furtis non manifestis, lege XII. irrogatam esse, uerba ipsa Gellij ostendunt: Alijs deinde, inquit, furtis omnibus quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli: quo loco non de prætoribus Gellius agit, ut uult Baro, cum de ijs uerbum ibi extet nullum, sed de decemuiris legum XII. latoribus, quorũ antea fecerat mentionem: idq; consentaneum est ex legibus Solonis acceptum fuisse: qui abrogatis Draconis institutis, quæ propter acerbitatẽ sanguine scripta perhibebantur, eiusmodi pœnam in fures statuit. Cæterùm cur dicemus duriorem uindictam placuisse in manifestis furtis, quàm in occultis? An quia propter exemplum grauiora delicta censentur, quæ apertè fiunt, quàm quæ secretò [y]? Adde quòd qui palàm furatur, maiorem præ se fert impudentiam: nec caret uiolentiæ inferendæ suspicione, qui in aggrediendo palàm facinore, uim aliorum non extimescit: quod non est in ijs qui clàm quid surripiunt: quorum astum & dolos etiam ad uirtutem acuendam conferre Lacedæmonij, unde multa disciplinæ exempla Romani mutuati sunt, arbitrabantur: atq; his quidem actionibus ciuiliter furtũ uindicatur, quæ dantur ijs quorum interest, furtum factum non esse [z]: paucis personis exceptis, ut domesticis [a], aduersus ipsum furem etiam impuberem [b], non uerò in eius hæredem: quia pœnales actiones sunt [c].

Sed † meminisse oportet, rectè etiam furti criminaliter agi, iure quidem ciuili extra ordinem ad pœ- 15
nam arbitrariam [d]: quod tamen iudicium non fuisse publicum, I. C. [e] ostendit. Hodie uerò reditum est ad ius illud antiquissimum Draconis, legisq; XII. & publicum quasi iudicium (uerè enim publicum necdum esse, nonnulli contendunt [f]) furti constitutum, quod certam pœnam, eamque capitalem continet ex constitutione Friderici: qui furtum quinq; solidorum, seu (ut interpretamur) Hungaricorum, quorum singuli sesqui Ioachimicum ualent, aut (quod in idem recidit [g]) rei tantundem iuxta communem æstimationem, nõ secundum affectionem & interesse singulare ualentis [h], laqueo & cruce: minora autem furta, forcipe ac fustigationibus puniri uoluit [i]. Quod ius etsi quidam obtinere contendunt tantum in eo casu de quo constitutio loquitur, scilicet cum furtum in crimen fractæ pacis incidit [k]. tamen eo iure his in terris utimur [l]: nisi quòd minora furta, quæ tamẽ duos & dimidiatum Hungaricum superant, sola fustigatione & exilio perpetuo plectantur. Inferiora autem in criminale iudicium non cadunt, sed ciuiliter tantum pœna pecuniaria, aut si nihil in ære fur habet, carceribus uel relegatione temporali uindicantur. Ex benigna tamen interpretatione, in nostris curijs receptum est, ut ea constitutione intelligatur, & ualere tãtum debeat in uno furto atroci & magno, nõ de rebus esculentis necessitatis causa, sed pecuniarijs, lucrandi animo fraudulenter commisso, de quo propriè dicta constitutio loquitur: non etiam in furtis pluribus modicis, etiamsi simul putata & iuncta, eiusmodi æstimationem quantitatemq; æquare, uel etiam superare possent. Atq; adeò quidem hæc seueritas inualuit, ut iam nõ sit locus remissioni, sed etiam de furtis alibi commissis, fur ubicunq; apprehensus in furto uel cum re furtiua

a Iaſ. in l. eius qui. §. qui actiones. ſi cert. pet. quẽ ſequitur ibi Zaſ. & dicit eſſe communem. uide Chaſſ. in conſ. Burgund. tit. de iuſtices. §. 5. & ord. Imp. cap. 170.
b l. is qui opem. 34. h.t. §. interdum. 2. ubi dixi Inſtit. eod.
c uide latè Alex. cõſil. 125. uiſa. num. 28. 29. uol. 4.
d in d. §. interdum. 2. in l. ſæpe. 53. ubi Bar. de uer. ſign. textus in l. qui ſeruo. 36. hoc t. Decius in l. conſilij. 43. de regulis iuris.
e l. ſi pignori. 56. §. pen. hoc tit.
f in l. ſi quis uxori. 53. §. neq; uerbo. h.t.
g in d. l. is qui opem.
h in d. §. interdum.
i ad uerb. dicto maleficio ſemper aſtitit. uide Facbſ. differ. 58.
k Landtr. lib. 2. artic. 13. Reinbar. diff. crim. 10. Facbſ. differ. 58.
l l. uulgaris. 21. §. 1. h.t. ita uulneratus. 51. ad l. Aquil. gloſſ. in l. ſi duo. 22. depoſ. & in c. prudentiam. 21. ad uerb. teneatur. de off. & po. iud. dele. uide Dd. in l. ſi familia. 9. de iurisdict. l. tres tutores. 56. de adminiſt. tutor.
m Andr. de Iſer. in c. 1. §. ſi quis quinq;. numer. 39. & 40. de pact. tenen.
n §. ſic itaq; uerſic. planè. Inſtit. de actio.
o lib. 11. cap. ult.
p d. §. conceptam. in fin. §. dupli. Inſt. de actionib. l. quid ergo. 13. §. fin. de his qui notantur infa.
q l. in furtis. 51. h.t.
r §. fin. Inſt. de oblig. quæ ex delicto. in princ. Inſtit. de ui bonor. raptor.
s l. ſi pignori. 54. h.t. l. 4. hoc t. l. 4. ad l. Aquil. §. ſunt autem. Inſtit. de noxal. act. & argumento à contrario ſenſu ſumpto. Inſtit. de perpetuis et temporalib. actionib. in prin.
t prælleg. cap. ult. lib. 11.
u Inſtit. de perpet. & temp. action.
x in prin. Inſtit. de perpet. & temp. act.
y l. 2. §. qui re depoſita. infr. de ui bono. raptor. l. 3. ubi gl. & Dd. Cod. de ſumma Trinitate.
z l. is cuius. 11. l. eum qui. 14. l. interdum. 50. l. qui iniuriæ. 55. §. qui alienis. l. 15. §. cuius intereſt. 87. h.t. uide quæ dixi Inſtit. de obl. quæ ex delict. circa finem.
a l. ſerui. 17. l. ſi quis uxori. 53. h.t. l. 1. & 2. ſup. rerum amota. l. reſpiciendum. 11. §. furta. infr. de pœnis.
b l. impuberem. 23. hoc tit.
c l. j. ubi dixi. ſupr. de priua. delic. §. fi. Inſt. de oblig. quæ ex delict.
d in l. fi. h.t.
e in d. l. fi.
f Iaſ. in l. cum ſeruus. num. 4. de condict. ob cauſ. Boſſ. in pract. crim. t. de fur. nu. 59.
g d. §. ſi quis quinq; ſolidos. de pact. ten.
h l. precia. ad l. Aquil. l. ſi ſeruũ. 33. ad l. Aquil. gl. in l. non eſt. 6. C. de reſc. uend.
i §. ſi quis quinq; ſolidos, &c. de pace tenenda.
k Pan. in c. tua nos. §. fi. n. 8. de hom. dicens hanc eſſe communem. Aluar. in d. §. ſi quis ultra quinq; ſolidos. uide ordin. Imp. cap. 160. Zaſ. in §. ex maleficijs. n. 3. Inſt. de actio.
l Landtr. lib. 2. artic. 13. Facbſ. differ. 58. Reinh. diff. crim. 10.

furtiua, puniatur, & furta alio loco commissa, in taxationem imputetur: etiamsi nostri ea in re litigent & distinguant [a]. Atq; hæc quidem pœna etsi grauis est: qui enim in pecunia tantum delinquit, punitur in corpore, uitamque pro ære reddere cogitur, contra ius gentium [b]: tamen omnibus ferè populis placuit, & necessaria uisa est, quia frequentia furtorum testatur istis nouissimis ac deterrimis temporibus leui animaduersione hæc delicta coerceri non posse. Quid quòd in coercendo nō tam res quæ uiolantur, quàm qualitas delicti est attendenda, an uidelicet & quatenus Rempub. ac salutem communem lædat: ad cuius conseruationem omnes leges sunt referendæ, sicuti inquit Cic. Salus populi, suprema lex esto. Porrò fures non minus societatem humanam uiolant, quàm homicidæ & adulteri. Vnde & inter capitalia delicta in Decalogo furtum refertur, & apud ueteres Romanos ac Græcos pœna capitis luebatur: ut & iure nostro cum circumstantiæ furtum aggrauant [c]. Nec enim modò concordi & tuto conuictu, ac casta maris & fœminę coniunctione, sed etiam distinctione dominiorum, tuitioneq; rerum ac iustorum commerciorum, ad societatē uitæ tenendam opus est: quam cum uiolent fures, non mirum est, si exemplo sicariorum & adulterorum extremo supplicio afficiantur: præsertim ubi multis in hac effera postremæ mundi ætatis barbarie grassantibus, seueriore animaduersione est opus [d]: id quod nunc commune quoddam ius gentium est effectum.

a uide Bar. in l. si. de fur. l. omnes. de iust. & iur. l. 1. C. de sum. Trinit. Rol. Cur. consi. crim. tomo 1. consil. 76. relatis. nu. 57. per not. Dyn. Alb. & aliorum in l. si cui. §. fi. de accus. & ibi. Bernar. de Plot. consil. 133. nu. 3. & 11. & 46. l. si abducta. 10. C. eod. Gād. in trac. de furt. pun. n. 5. Lanfr. de Oria. in cap. quoniā. uerb. confessiones. nu. 11. de probat.

b Theophilus in tit. Instit. de iure naturali gentiū & ciuili. §. 1.

c §. pen. Instit. de pub. iud. l. capitalium. 28. §. grassatores. 7. de pœn.

d l. aut facta. 16. §. final. de pœn.

De tigno iuncto. Tit. III.

1 Continuatio.
2 Tigna quid.
3 Sententia l. 12. de tigno iuncto: & ratio.
4 De S. C. huc pertinentibus.
5 An hoc casu detur rei uendicatio.

1 ETHæc † quidem in genere de furto dicta sunt: nunc species quasdam sigillatim enarremus. Ac in primis sciendum est, tigna aliena quandoque surripi, & ad eludendam actionem ædibus iungi.
2 Tigna † autem à tegendo dicta sunt, eiusq; appellatione cōtinetur omnis necessaria materia, ex
3 qua ædificium uineæq; constant [a]. Porrò † tigna furtiua ædibus uel uineis iuncta, lex XII. Tabularum neq; soluere permittit, neq; uendicare: quod prouidenter lex efficit, ne uel ædificia sub hoc prætextu diruantur, deformeturque ruinis aspectus publicus, contrà quàm ex usu est ciuitatum [b], uel uinearum turbetur cultura: sed in eum qui conuictus est fraudulenter iunxisse, in duplum dat actionem [c]. Qua
4 pœna † ob eandē rationem tenetur ex S. C. & is qui rem legatam ædibus eo consilio iunxit, ut ne præ-
5 stare eam cogatur [d]: item qui domum ea causa uendidit, ut destruatur [e]. Sanè † si quis non pœnam, sed rei æstimationem uelit consequi, hactenus poterit ad exhibendum & rei uendicatione agere, non ut res restituatur, sed ut aduersarius, qui sciens tignum alienum ædibus iniunxit, in æstimationem condemnetur: quasi dolo malo fecerit, quo minus possideat [f]: nec enim hoc ulla in parte legi XII. quæ duntaxat tolli tignum uetat, aduersatur. Atq; hoc modo res uindicari potest: etsi proponat tigni furtiui nomine in duplum actum. Extrinsecus enim est rei uendicatio, & cum actione dupli concurrit, nec alia aliam electione consumit [g] (quippe cum ex diuersis factis oriantur, altera ex delicto, altera ex dominio:) sed solùm perceptione & solutione. Nam si quis duplum ex hac actione sit consecutus, in quo simplum inest, cum bona fides non patiatur bis idem exigi, non poterit postmodum rem uendicare [h].

a l. j. §. 1. h. t. l. tigno. 160. l. pali. 168. de uerb. signif.

b l. 1. & 3. C. de ædific. priua. l. fin. 2. §. si quis. 4. ne min. ne quid in loc. pub. uide aliam rationē à me traditam in §. cū in suo. 24. Inst. de rer. diuis.

c l. 6. hoc t. l. gemma. 6. ad exhibend. l. adeò. 7. §. cū in suo. de acqui. rerum dom. §. cum in suo. Inst. de rer. diuisio.

d l. senatus. 45. in prin. de leg.

e l. senatus. 52. de cōt. empt. l. fi. de dam. infect.

f d. l. 1. in fine. l. in rem. 24. §. pen. ubi gl. & Dd. de rei uendicatione. l. qui res. 98. §. final. in fin. de solut.

g l. 2. h. t.

h §. cum in suo. 24. in fin. Inst. de rerum diuis. ubi uide quæ dixi.

Si quis testamento liber esse iussus fuerit post mortem domini, ante aditam haereditatem surripuisse aut corrupisse dicetur. Tit. IV.

1 Ratio edicti. 2 Edictum. 3 Cui hinc actio, aduersus quos detur.

1 HOc † edicto prætor coercet proteruitatem calliditatemq; eorum, qui propter defectum ciuilis actionis, hæreditates depopulantur. Nam si quis testamento liber esse iussus ante aditam hæreditatem, dolo malo quid auertisset, agi cum eo nulla ciuili actione poterat. Facit enim hæreditati furtum, hoc est, dominæ [a]. Dominus autem dominaue nō possunt habere furti actionem cum seruo, etiam post libertatem, nisi postea quoq; eam rem contrectauerit [b]: ut interim taceamus rerum hæreditariarum furtum nō fieri, nec eo nomine furti actionem hæredi esse [c], quia à nemine possidentur: quod autem non possidetur, eius furtum fieri nequit: furto enim tantum possessio aufertur, nō dominium [d]. Itaq; ne expilatæ quidem hæreditatis nomine cōueniri potest à domino, quia nec furti tenetur [e]. Proinde cum natura sit æquum, eum non esse impunitum, qui hac spe hæreditatem dissipauit, prætor eius-
2 modi edictum in illum proposuit: SI † DOLO MALO EIVS QVI LIBER ESSE IVS-
» SVS ERIT POST MORTEM DOMINI, ANTE ADITAM HAEREDITATEM,
» IN BONIS QVAE EIVS FVERVNT, QVI EVM LIBERVM ESSE IVSSERIT,
» FACTVM ESSE DICETVR, QVO MINVS EX HIS BONIS AD HAEREDEM
» ALIQVID PERVENIRET: IN EVM INTRA ANNVM VTILEM DVPLI IVDI-
» CIVM DABO [f]. Hæc actio certum habet finem, ut dolo fecerit, & post mortem, & ante aditam hæ-
3 reditatem [g]. Item † hæredi cæterisq; successoribus competit [h], aduersus unum pluresue: & quidem solidè in singulos, qui statu liberi cum essent, dolo malo hæreditatem diminuerunt [i].

a l. 5. in prin. h. t.

b l. seruus. 17. §. de furtis. l. j. C. de noxal. actio. l. ult. C. an seruus ex suo facto.

c l. in eo quod. de acq. rer. dom.

d d. l. j. §. Scæuola. 9. h. t. l. hæreditariæ. 70. cum ll. seqq. §. de furt.

e l. pen. §. de crim. expil. hæred.

f l. j. in prin. h. t.

g d. l. j. §. 1. uers. habet.

h d. l. j. §. pen.

i d. l. j. §. pen.

BIU Cujas

Furti aduersus nautas, caupones, stabularios. TIT. V.

IN eos qui naues, cauponas, stabula exercent, si quid à quoque eorum, quosûe ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, iudicium datur: siue furtum ope, consilio exercitoris factum sit, siue eorum cuiusuis qui in naui nauigandi causa esset, &c. Nauigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur ut nauis nauiget: hoc est nautas: eorum enim factum præstat exercitor, quia eius est bonos seruos ad tale ministerium eligere [a]: uectorum autem culpam non præstat, ut nec caupo uiatorum: neque enim repellere potest ingredientes, & probabiliter eorum ingenia atq; mores ignorat: sed inhabitantiũ atque ministrorum facta præstat, quos ipse elegit. Itaque de his in duplum conuenitur [b]: qua de actione suprà diximus [c].

a l.3.in prin.de publica.
b l.unic.h.t.
c ad tit.nau. caup.stab.

Si familia furtum fecisse dicetur.

TIT. VI.

VTilissimum id edictum prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum: uidelicet ne cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, si omnes dedere noxæ, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur: quemadmodum aliàs quot sunt personæ iniuriam inferentium, tot nascuntur obligationes & actiones, singuliq; in solidum tenentur [a]. Sed quia furto non iniuria præcipuè, sed potius damnum, cuius æstimatio in duplum aut quadruplum fit (non enim fit cõtumeliæ, sed lucri faciendi gratia) infertur: ideo æquius uisum est quemadmodum in l. Aquilia [b], ita & in furto pro uno familiæ facto, una tantum actione dominum teneri. Datur ergo illi arbitrium hoc edicto, ut siquidem uelit dedere noxios seruos, possit omnes dedere, qui participauerunt furtum. Sin autem maluerit æstimationem offerre, tantum pro omnibus offerat, quantum si unus liber furtum fecisset, & retineat familiam [c]: id est, pœnæ nomine duplum, & cõdictionis simplum præstet [d]. Et sanè per præstationem simpli tollitur obligatio, tanquam solutione [e], ut iam amplius pœnæ locus esse non debeat, cum non supersit quod dupletur. Idemq; est in Aquilia, quæ damnum persequitur, etiamsi per accidens pœnalis sit: sed non semper, neq; sua natura. At actio edicti de albo corrupto tota est pœnalis, in certam pœnam legis, non simplicis alicuius damni aut debiti, quo dupletur, concepta: quemadmodum & actio iniuriarum in solam uindictam intenta: ut hîc solutione simpli non æquè possit tolli obligatio: & proinde nec alterius pœna alterum subleuare, ut in hoc edicto. Ex quo tamen hæc facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factũ est. Cæterùm si sciente eo, & non prohibente, facultas ei non erit data. nam & suo & singulorum nomine, iudicio noxali conuenietur, nec una æstimatione, quam liber homo sufferret, poterit defungi [f].

a l.9.de iurisdict.l. si plures.de iniur.
b l.illud.ad l. Aquil.
c l.j.in prin.h.t.
d l.2.h.t.
e §.1.Inst.quib.mod.toll. oblig.
f d.l.j.§.1.

Arborum furtim cæsarum. Tit. VII.

1 An cum l. Aquilia hæc actio concurrat.
2 Quid arborum nomine contineatur.
3 Quid sit furtim cædere, cingere, deglabrare.
4 Cuiusmodi sit actio, cui, aduersus quos detur.
5 Quæ actiones cum hac concurrant.
6 De iure Sax.

SI † furtim arbores cæsæ sint, & ex l. Aquilia, & ex l. XII. Tabularum dandam actionem Labeo putat. Sed Trebatius ita utramq; dandam ait, ut iudex in posteriorẽ deducat id, quod ex prima consecutus sit, & reliquo reum condemnet [a]. Est † igitur actio arborum furtim cæsarum antiquissima, utpote quæ ex l. XII. Tabularum descendat [b]. Arborum † nomine etiam uites cõtinentur: item hederæ, arundines, salicta, & stirpes [c]. Furtim † cædit arbores, qui clàm cædit [d], ignorante uidelicet domino, cælandiq; eius causa [e]. Cædere autem est, non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa [f]. In eodem delicto sunt, qui cingunt arborem uel subsecant [g]. Cingere arborem, est deglabrare, hoc est, amputatis ramis aut abstracto cortice glabrã facere. Subsecare, est aliquo modo subsecuisse [h]. Huius † actionis eadẽ causa est, quæ & legis Aquiliæ [i]: nisi quòd in duplum detur [k], facienda æstimatione, quanti domini interfit, non lædi [l]. Hæc actio datur dominis etiam utilibus, non autem usufructuarijs aut colonis [m]. Et quamuis pœnalis sit, perpetua tamen est, in successoresq; transit [n]. Datur autem aduersus eos qui cædunt, siue unum, siue plures, in solidum, in singulos [o]: item aduersus mandantem [p]. in hæredem autem non datur, quia pœnalis est [q]. Sed † & aliæ actiones aduersus hoc competunt. nam & furti tenentur, si lucri faciendi causa cõtrectauerint [r], & interdum ex locato si colonus cædat [s]: item condictione, & ad exhibendum [t]: ac criminaliter etiam extra ordinem tanquam latrones puniuntur, maximè si uites cæciderint [u]. Iure † Saxon. mulcta pecuniaria in eos qui arbores, aut etiam stirpes [x] cædunt aut depopulantur, constituta est: nempe solidorum 30. in singulas arbores aut stirpes [y]: quòd si etiam auferant animo lucrandi, furtum fit, & pœna furti locum habet [z]. In quo tamen quidam distinguunt: ut si noctu id cõmittatur, pœna furti, scilicet laquei obtineat, ubi æstimatio quinq; Hungaricos excedit: sin interdiu, aliqua mitior, putà relegatio & fustigatio sit irrogãda [a]. Cæterum qui non lucri, sed damni faciendi causa, alterius hortos, syluas, stirpes, &c. uiolat, euellit, l. Aquilia & iniuriarum ciuiliter [b], atque adeò pro ratione delicti criminaliter arbitraria tenetur.

1 2 3 4 5 6

a l.3.in prin.de publica.
b l.unic.h.t.
c ad tit.nau. caup.stab.
a l.9.de iurisdict.l. si plures.de iniur.
b l.illud.ad l. Aquil.
c l.j.in prin.h.t.
d l.2.h.t.
e §.1.Inst.quib.mod.toll. oblig.
f d.l.j.§.1.
a l.j.h.t.
b l.pen.h.t.
c l.3.h.t.
d l.7.& 9.h.t.
e d.l.7.h.t.
f l.5.h.t.
g d.l.7.§.1.& 2.
h d.l.5.h.t.
i d.l.5.h.t.
k l.7.in fi.h.t.
l l.8.in prin.h.t.
m l.5.in fi.h.t.
n d.l.7.in fi.
o l.6.l.9.h.t.
p d.l.7.§.2.
q d.l.7.in fi.
r d.l.9.h.t.
s l.si colonus.10.h.t.
t d.l.9.
u l.2.h.t.
x l.3.h.t.
y Zob.d.art.28.sub lit.8. arg. eorum quæ tradit Bart.l.nunquã.nu.11.de priua.delic.l.prætor.§. si mihi plures.de iniur. l.3.de term.mot.
z Saxo.lib.2.art.28.arg. l.faciend.§.furtim.h.t.
a Reinhar.diff.pœn.1.& 24.per art.28.lib.2.
b l.furtim.h.t.C.arg.eorum quæ tradit Bart.l. fi.de ex.crim.l.qui nomen.de falsi.Bonifac.de insultu.nu.36.per l.licitatio.§.quod illicitè.de publica.

BIU Cujas

Vi bonorum raptorum, & de turba.

TITTVLVS VIII.

1 Quomodo differat ui à furto.
2 Edictum.
3 Cui hinc actio detur.
4 Aduersus quem.
5 Cuiusmodi, & ad quid.
6 Quare singulare iudicium in raptorem detur.
7 Cur actio furti manifesti, neq; tamen manifesti cum hac concurrat.
8 De alijs actionibus quæ cum hac concurrunt.
9 De damno dato in turba, edictum & actio.

1 SEcundo † oritur priuatum criminale iudiciũ ex rapina & damno in turba dato: quod genus delicti nõ multum à furto abest [a]: præterquam quòd hoc clandestinè fiat, illud uerò ui & palàm committatur, atq; ideo atrocius delictũ sit & furtum improbius, quod in l. Iuliam de ui incurrit [b]. De
2 ui † bonorum raptorum prætor ita edixit: SI CVI DOLO MALO HOMINIBVS COACTIS DAMNI QVID FACTVM ESSE DICETVR, SIVE CVIVS BONA RAPTA ESSE DICENTVR, IN EVM QVI ID FECISSE DICETVR, IVDICIVM DABO: ITEM SI SERVVS FECISSE DICETVR, IN DOMINVM IVDICIVM
3 NOXALE DABO [c]. Ait prætor. Si † cui: uidelicet non modò domino, sed omni ei ex cuius bonis res rapta esse dicetur: nam ui bonorũ raptorum actione agit, qui furti agere potest, nempe is cuius interest [d]. Quare bonæ fidei possessor, fructuarius, commodatarius, creditor, cõductor, &c. quatenus eorum interest, rem non esse raptam, hanc actionem rectè intentant [e]. Additur in edicto, dolo malo.) In
4 eum † igitur solum datur hæc actio, qui dolo malo rapuit, aut rapi curauit [f]: dolus autem inesse semper præsumitur [g]. Est enim uis de genere illicitorũ, quæ semper præsumuntur dolo malo fieri [h]: nisi error, aut alia uiolentiæ causa iusta probetur [i]. Hęc actio etsi successoribus datur, quia etiá rei persecutionem continet [k]: tamen in eos non datur: nam respectu rei pœnalis est. quare sufficere aduersus eos condictionem prætor putauit [l]. Additur in edicto, hominibus coactis: uidelicet ad hoc ut damnum daretur.
5 Sed † & unum coactũ esse, aut solũ quem damnũ dedisse, sufficit [m]. Adiectũ est, damni: etiá minimi, uel una tantum re erepta [n]. Iudicium dabo, inquit prætor: uidelicet intra annum utilem in quadruplum, in quo tamen rei persecutio inest [o]: post annum uerò in simplum. Quadruplatur autem uerum rei pre-
6 cium, non etiam quod interest [p]. Singulare † autem hoc iudicium in ui rapientem proditum est, quòd aliud sit ui rapere quàm furari [q]: imò fur improbior est, ut inquit Iustinianus, qui rapit [r]. Itaque prætor omnino in triplum punit raptorem, nulla adhibita sicuti in furto, distinctione, deprehensus ne sit in delicto, an non sit, res magni momenti sit, nec ne, &c. ut dictum est [s]. In eo quoque grauius est hoc iudi-
7 cium, quòd hac actione quæ ignominiam irrogat [t], res rectè petatur. Præterea † rerum raptarum nomine furti nec manifesti agi potest, neq; altera actio alterã consumit, nisi quatenus amplius est in actione ui bonorum raptorum [u]. An furti manifesti rectè agatur, dubitari potest. Etsi enim manifestus fur est qui rapit, quia palàm & manifestè furatur [x]: eoq; pœna furti manifesti, nempe quadrupli, dignus uideri debeat: tamen prætor singulare iudicium in hunc cõstituit, quòd aliud esse furtum, aliam rapinam arbitraretur: quo iudicio nõ quadrupli, ut in furto manifesto, sed tripli pœnam irrogat, meritò ut ulterius conueniri raptor nequeat: & proinde contra hunc furti manifesti actio non uideatur esse danda:
8 quod admittendum est si illa iam sit actum [y], alioqui uerius uidetur utrumque concurrere, & alterutra agi posse [z], & si unius electione, altera, ut quę idem contineat, consumetur [a]. Sed † sciendum est, & alijs actionibus raptores conueniri posse, tam ciuilibus, ut lege Aquilia, condictione furti, rei uendicatione, alijsq; condictionibus [b]: quàm criminalibus [c]. Iure porrò Sax. hæc uiolentia mitissimè, uidelicet
9 simplici rei ablatæ restitutione punitur [d]. De † damno quod in turba datum est, ita prætor ait, &c. CVIVS DOLO MALO IN TVRBA DAMNVM QVOD FACTVM ESSE DICETVR, IN EVM IN ANNO, QVO PRIMVM EA DE RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, IN DVPLVM: POST ANNVM, IN SIMPLVM, IVDICIVM DABO [e]. Loquitur hoc edictum de damno dato, & de amisso, non etiam de rapto, ut superius [f]. Turba, à tumultu dicta, est multitudinis hominũ cum minimùm decem perturbatio: rixa uerò duorum [g]. Hoc edicto tenetur non solùm qui damnum in turba dedit, sed etiam is qui dolo malo fecit, ut in turba damni quid daretur: item is qui dolo malo turbam concitauit, unde damnum datum est [h]. Hæc actio in duplum intra annum est, & ad uerum rei precium refertur: æstimatione ad illud tempus relata, quo damnum factum est [i].

a l. illud. ad l. Aquil. Instit. de ui bon. rap.
b l. 2. §. utilis. h. t. l. 1. de effract. l. si te. C. ex quib. caus. infa. Inst. h. t. in fi. ubi uide quæ dixi.
c l. j. in prin. h. t.
d l. 2. §. & generaliter. 18. hoc t.
e l. 2. §. in hac actione. 17. hoc t.
f d. l. 2. §. si quis. 8.
g d. l. 2. §. doli. 4. l. si cum exceptione. 14. §. eum. de eo quod metus caus.
h l. si non cõuicij. C. de iniurijs. l. j. C. ad l. Iuliam de sicar.
i §. 1. Inst. eod. d. l. 2. §. hac actione. 13.
k in princ. Inst. eod.
l d. l. 2. §. fin.
m d. l. §. homines. 3. cum seqq.
n dict. l. 2. §. uel cuius. 7. in princ. Instit. eod. ubi dixi. & §. gallinarum. Inst. de rer. diuis. & sup. quod met. caus.
o in princ. Instit. eod. §. sequẽs. Inst. de act. in uers. ui autem bonorum.
p d. l. 2. §. si quis. 8. & §. in hac. 9. l. j. Cod. eod. in prin. Inst. eod.
q d. l. 2. §. si quis in re deposita. 20.
r in prin. Inst. eod.
s ut in furti actione distinguunt, in d. §. gallinarũ. Inst. de re. diuis. & dolus. l. si quis. 4. §. ult. cum l. seq. sup. de dol. mal.
t l. 7. de his qui not. infa.
u l. 1. hoc t.
x l. si uendidero. 92. §. cum raptor. 2. ff. de furtis. d. l. 2. §. si in re deposita. 20.
y §. 1. ubi dixi Inst. eod. Cuiac. lib. 8. obs. c. 24.
z d. l. si uendidero. §. 2.
a uide quæ dixi, d. §. 1. Instit. eod. Dd. in l. 1. h. t.
b d. l. 2. §. pen. l. si quis in tantam. Cod. unde ui. l. si cõstitut. 4. C. finium regund. l. extat. quod metus caus.
c tot. tit. ff. & C. ad l. Iuliam de ui priuat. & ad l. Iuliã de ui publi. l. unica. C. de raptorib. uirginum. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric.

De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata. TIT. IX.

1 Continuatio.
2 Ratio edicti huius.
3 Edictum.
4 Eius explicatio.
5 De alijs actionibus quæ in illis competunt.
6 De pœna incendij.

1 EAdem † actione tenentur qui licet alijs per uim nihil auferant, tamen ex incendio, ruina, naufra-
2 gio, rate, naue expugnata, quid capiunt, recipiuntq; dolo malo. Cum † enim in hisce casibus res per tumultum incustoditæ, multorum iniurijs sint obnoxiæ, publicè interfuit, seueritatem adhi-
3 beri, ne quid in eiusmodi tumultibus rapiatur. Ait † prætor: IN EVM QVI EX INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA, QVID RAPVISSE, RECEPIS-

d Fach. lib. diff. 61. per art. 47. lib. 3.
e l. prætor. 4. in prin. h. t. Paul. lib. 5. tit. 3.

f d. l. 4. §. loquitur. 3. g d. l. 4. §. 1. h d. l. prætor. §. 1. & 2. cum sequen. i d. l. 4. §. 6.

BIU Cujas

CEPISSE DOLO MALO, DAMNI VE QVID IN HIS REBVS DEDISSE DICETVR, IN QVADRVPLVM IN ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT: POST ANNVM, IN SIMPLVM IVDICIVM DABO [a]. Ex incendio, (id est, propter incendium, aut occasione incendij uel naufragij [b]. Quid rapuisse, &c) Nō † solùm autem qui rapuit, sed etiam qui abstulit, uel amouit, uel damnum dedit, uel recepit, hac actione tenetur [c]. Meritò autem doli mali mentionem prætor facit. nam si dolus absit, cessat delictū: ut si uicini domum orto incendio defendendarum mearum ædium causa dissipem [d]. In quadruplum dat actionem hanc prætor, sicuti in superiore edicto, nempe ut & rei persecutionem contineat [e]. Hæ † actiones hæredibus dantur: at in hæredes eatenus, quatenus ad eos peruenit [f]. Sanè grauiores etiam pœnę in eiusmodi raptores Senatusconsultis & constitutionibus decretæ sunt [g]. Quòd † si quis author etiam incendij aut naufragij dolo malo fuerit, capitali pœna tenetur, ac plerunq; ijsdem ignibus quos in damnum aliorum excitauit, concrematur [h]. Dico, dolo malo: nam qui culpa & negligentia causam incendio dedit, uenia indiget hactenus, ut uitæ corporiq; parcatur [i]: nam damnum meritò uicinis resarcit [k], data in duplum ex hoc edicto actione [l], quæ incendiaria appellatur [m]. Quin & relegationem hoc casu imponi memini, præsertim apparente culpa aliqua latiore. Sed qui extra omnem omnino sit culpam, nulla pœna dignus est [n]. quod demonstrandum erit: cæteroquin incendium præsumitur negligentia habitantium exortum [o].

a l.1.in prin.h.t.l.in eum. 18. cum Authen. seq. C. de furt. Paul.lib.5.tit.3.
b d.l.1.§.ex incendio. cum § §. & ll. sequen. uide decis. Neap.57.
c l.3.§.notandum.3. hoc t.
d d.l.3.§.quòd aiunt.6.
e gl. & Dd.in d.l.in eum.
f l.4.§.fi.h.t.
g l.3.§.fi.l.4.l.ne quid.7. h.t.d.Authen.nauigia. C.de furtis.
h l.3.§.fi.l.qui ædes.9.l.fi. h.t.l. capitalium. 38. §. incendiarij. ff. de pœ. uide distinctionem infr. de sicar.
i l.pen.hoc t.
k d.l.qui ædes. Exo.22.6.
l l.pen.h.t.tit.l.si quis. ad l.Cor.de sicar.
m l. iurisgentium. 7. §. de pac. Paul.lib.5.tit.3.
n l.si uendita. 11. ff. de peric. & cōmodo rei uenditæ.
o l.3.de offic. præfect. uigil.d.l.si uēdita.ubi Dd. de quo tamen uide distinctionem Henn. Goden. in cons. de incend. Salic.in l. quæ fortuitis. C.de pig. act. Alexan.in l.si quis.§.prætor ait.de æden. Cano. in cap.1. de commoda.

1 Continuatio.
2 Vnde dicta iniuria, & quid sit.
3 Diuisio.
4 Causa efficiens, qui iniuriam faciant: an etiam impubes, furiosus: dormiens, ebrius, iratus.
5 Tot iniuriæ, quot personæ, conuicia, loca.
6 Materia: & qui iniuriam patiantur.
7 Forma: quot modis fiat iniuria.
8 Conuicium: & quæ sint uerba iniuriosa.
9 Finis: & sine animo non fieri iniuriam.
10 Effectus, & pœna iniuriarum.
11 Edictum prætoris de iniurijs.
12 Cui, aduersus quos hinc actio detur.
13 An ea transmittatur, & quomodo pereat.
14 Ciuiliter & criminaliter agi posse, & de ciuili iudicio.
15 De lege Cornelia de iniurijs: & an sit annua.
16 De criminali iudicio: an in eo procurator admittatur.
17 De iure Saxonum super iniurijs.
18 Quomodo intelligatur ciuiliter uel criminaliter actum.
19 De secunda parte huius tituli, nempe de famosis libellis.

De iniurijs, & famosis libellis. Tit. X.

EX iniurijs † quoq; per contumeliam illatis, pœnale iudicium cōstituitur. Iniuria † dicta est rex eo quòd nō iure fit. itaq; uariè id uocabulum accipitur. in l. Aquilia, pro damno dato culpa siue dolo [a]: in iudicijs, pro iniusticia: ut si quis dicat sententiam per iniuriam esse datam, quia iure uacet: quam Græci ἀνθυμίαν πρὸς ἀδικίαν appellant [b]. Hoc † autem in tractatu accipimus iniuriam pro contumelia, quæ à contemnendo dicta est [c]: uel quòd contemptim fiat, uel quòd contemptum & dedecus ei qui iniuriam patitur, accersat. siue pro eo, quod ad alterius fit infamiam [d]. Iniuria porrò alia realis est, quæ re fit: alia uerbalis, quæ uerbis [e] uel scriptura (nam & hæc uerbalis dicitur [f]:) alia personalis, quæ infertur personæ per uerbera, cruciatum [g], &c. item alia leuis, alia atrox. quod genus ex facto, loco, persona, aliisq; circumstantijs æstimatur [h]. Causa † efficiens, sunt homines mentis compotes, doli capaces, & contumeliæ animo quid facientes: à quo tota hæc res penditur & æstimatur [i]. Quare animantes reliquæ, quoniam affectu iniuriæ faciendæ carent, contumeliam inferre non uidentur [k]. Eademq; ratione nec furiosus neq; impubes non doli capax, iniuriarum tenentur [l]. Eadem est ratio in dormiente, quia furioso æquiparatur [m]: nec peccare uidetur, cùm dolo careat [n]. In eo qui per ebrietatem iniuriam facit, magis dubites. etsi enim dolus abesse potest [o], tamen culpa non abest [p]: quæ cum casum præcedit, excusare non solet [q]. Verius putārim in atrocibus & realibus eum teneri: cùm illius pœnitentia non excuset iniuriam, aut tollat [r] realem [s]: puta uerbera, uulnera illata, quibus pœnitentia neutiquam medetur: mitigata tamen pro qualitate circumstantiarū pœna [t]. in leuioribus uerò, ut iniuria uerbali, omnimodo excusari, si discussa uinolentia sobrium pœniteat [u]. pro quo optimè facit, quòd eum qui per iracundiam (quæ multo minus hac in materia excusat quàm uinolentia [x]) iniuriosa uerba dixit, excusari propter animi commotionem plerique uolunt, dummodo postea sedato animo pœniteat atq; reuocet [y]. Non solùm autem is iniuriarum tenetur qui re ipsa facit iniuriam, sed qui persuasit, iussit, mandauit, curauit ut iniuria fieret [z]. Quo † casu & mandans suo nomine tenetur, puta pater & filius, qui exe-
cutus est suo item nomine. nec enim iussum patris hîc excusat [a], ut in leuioribus [b]: quia quælibet iniuria alteri personæ illata, graue crimen est [c]. Et cum plures iniuriam faciunt, singuli tenentur, tot enim sunt

1
2
3
4
5

a l.5.§.1.ad l.Aquil.
b l.j.de appellat.
c l.j.hoc t.in prin.Inst.eo.
d l. item. 15. §. ait prætor ne quid. 20. hoc t. uide Paul.lib.5.tit.4.
e l.1.§.1.hoc t.
f Rom. cons. 378. quoad.
g Bart. in l. non solum. §. si mandato.nu.7. hoc ti.
b §.atrox.Inst.eod.l. uulneris.8.h.t.l. aut facta. 16.§.qualitas. ff. de pœn.
i l.1.h.t.l. qui iniuriæ. 55. de furt.l.si non conuicij. C.de iniur.
k l.1.sup.si quadrup. pauperi.fecisse dicat. cum ibi notatis.
l l.3.§.1.h.t.
m c.3. §. item quæritur de baptismo.
n c.testamentum.ubi gl.ad uerb.rea.distinct.6. Clementina 1.de homicidijs. Bart. in l. pœn. ff. ad l. Pompei. de parric. per l.fluminum.24.§.uitium.de damno infecto.c.fin.ubi Dd.de his qui filios occider. o l.omnes.6.§.per unum.de re milit.l.unica.C.si quis Imperat. maledix. p l.respiciendum 11.§.pen. ff. de pœnis. q l.si seruus.27.§.si fornicarius.& §.si ex plaustro.ad l.Aquil. r Cyn.in l.si non conuicij.n.22.C.eod. s Lanfran.in c.quoniam.uerb. confessiones.num.1.de probat. t d.l.omne.§.primum.c.inebriauerunt.c.sanè.16.quæst.1.Salicetus in l.1.C.de siccarijs.Bar. & Dd.in d.l.respicendi.& in l.diuus.de offic.præsidis. u l.unica.C.si quis Imperat.maledix.Roma.latissimè in l.1. de uerb.oblig.Angelus in pract.criminali, ad uerbum, scienter. numer.17. x Decius & Dd. in leg. quicquid. 48. de regulis iuris. y leg. unic. ubi Salicet. C.si quis Imperat.maled.Angelus in leg.si non conuicij.5. Cod.de iniurijs.Felin.in c.sicut ex literis.numer.2.& 3.de iureiurand.Angel.in pract.criminali, ad uerb. iniuriosa. numer.10.Chil.in pract.c. 58. num.4.
z l.non solùm.11.in princ.& §.1.ubi elegantiss.Bart.hoc tit. a gloss.in l.non solum.11.ad uerb. idemq; ait. hoc t. Bart. in l.sed si unus. §.seruus. numer.5. hoc t. b l.qui iussu.12.de his qui notan.infam. c Bart.in d.l.non solùm.numer.7.

BIU Cujas

sunt iniuriæ, quot sunt personæ [a]: quia in delictis quisq; obligatur ex suo dolo in solidum. & pluralitas circumstantiarum plures efficit iniurias: ut si pluribus locis iniuria repetatur, aut uno loco plura conuicia non ad unum finem tendentia alicui ingerantur [b]. Sed magistratus, eorumq; satellites iniuriam facere uidentur, quando præter & supra officium aliquem concutiunt [c], aut etiam contumeliosis uer-
6 bis onerant [d]. Porrò qui faciunt iniuriã, hos constat & pati posse [e]. Sed † & qui facere nequeunt, nonnunquam tamen patiuntur: ut impubes, furiosus [f]. Item aut per semetipsum alicui fit iniuria, aut per alias personas. Per semetipsum pati quis dicitur, cum directò ei iniuria infertur, siue coram præsenti, siue absenti [g]: per alias personas, cum in alium quàm qui passus est, iniuria per consequentiam redundat: ut cum liberi nostri uel administri, item uxor [h], nurus' ue, contumelia afficiuntur. spectat enim ad nos iniuria, quæ ijs fit qui uel potestati nostræ, uel affectui subiecti sunt [i]. Imò per filij corpus, pater penè magis periclitatur quàm filius [k]. Sed & iniuria uni ex familia facta, toti familię fieri intelligitur [l]: unde nec ad testimonium aut dicendam sententiam in tali casu, propinqui admittuntur [m]. Neq; tamen omnes huius nomine iniuriæ agere possunt [n], ut nec uxor nomine mariti [o], nisi quãdoq; criminaliter [p]. Nec enim pro aliena iniuria quisquam hác actionem, utpote priuatam, rectè intentat, nisi is qui habet iniuriatam personam in potestate, uel in maritali affectione, ut pater & maritus [q]. Quin & magistratui fit iniuria: eamq; persequi potest, si eius satelliti iussum munus obeunti, uis & iniuria facta sit [r]. Ex iniuria uerò subdito facta uel uasallo, an domino superiori nascatur actio, plus quæstionis est: distingui tamen solet, ut ratione iniuriæ subdito uel uasallo factæ, dominus agere nequeat, nisi in ipsum quoque redundet: ut si in carcerẽ is coniectus [s], aut alia iniuria reali ita affectus sit, ut dominus eius operis uti
7 cõmodè nõ possit, aut iurisdictio illius per huiusmodi iniuriã sit interturbata [t]. Omnis † porrò iniuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatẽ, aut infamiã pertinet [u]. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut uerbis. Re, quoties manus inferuntur [x], aut alio quo facto iniuria fit: ut si quis contumeliæ & uexationis causa, alterius familiã corrumpat [y], alicui litẽ moueat [z]: aut arrestando [a] impediat quo minus in suo publicóue ire, agere, piscari, aucupari possit [b]. uerbera non modò inferat, sed adducta manu fuste, gla-
8 dio minetur [c], domũ introeat [d], literas resignet, signet, cælet [e]. Verbis quãdo fit conuiciũ [f]. Conuiciũ † quasi cõuocium dicitur, cum in unũ plures uoces cõferuntur [g]: eæq; iniuriosæ, id est, ad alicuius contumeliam & contemptum pertinentes [h]: ut cũ quis appellatur scurra, nebulo, spurius [i]: aut si cui dicatur, Mentiris, calumniaris, &c. [k] etiamsi additũ sit, salua reuerentia [l]: nisi quis eiusmodi dicat lacessitus ad existimationem suam tuendam [m]. Huiusmodi aũt multa cõuiciorum genera apud Dd. alibi uidere licet [n]. quo in genere notandũ est, subsannare uel exagitare aliquem, non modò nominatum, sed tantum etiam indicatum [o], pro uerbali etiã iniuria haberi [p]. Item nihil interesse, siue in genere siue in specie iniuria dicatur [q]: quanquam atrocior ea sit, quæ fit certa delicti specie expressa [r]. Deniq; quicquid dicitur in contumeliam alterius, quod uel infamia facti apud bonos eum grauet, & reddat contemptibiliorem, etiamsi per se non sit criminosum: puta si quis appelletur claudus, cæcus, mendicus [s], &c. iniuria est [t], etiamsi quod obijcitur uerum sit. Nec enim sufficit ueritas criminis, sed necesse est alia ex causa obijci quàm contumeliæ gratia, ut est cõmunior & uerior opinio [u]. Qua in parte præsumptio est contra iniuriantem [x], nisi probet se alio animo, puta castigandi [y], conseruandi iuris publici [z], uel sui causa, aut per iocũ dixisse [a]. quælibet enim causa etiã fatua & iniusta, excusat à dolo & cõtumelia [b]. Sed & scripto fit iniuria, cùm famosis libellis aut literis alicuius nomẽ proscinditur: quò pertinet secunda pars huius ti-
9 tuli, de famosis libellis [c]. Finis † iniuriarũ est, ut contumelia alicui fiat: nam sine hoc animo iniuria non committitur, ut paulò antè dixi [d]. Quid enim si magistratus ex officio quid faciat nocenti ignominiosum [e]? Quid si quis publico iure utatur? certè iuris executionem non habere iniuriam, dicendũ est [f]. Si sceleratũ aliquem infamet uel accuset, cuius delictũ patefieri reipublicæ interfit [g]. Si domesticum aut propinquũ, emendandi causa acerbius increpet [h], si ad reprobandos testes crimẽ obijciat? certè iniuriæ causa fecisse non uidebitur [i]. Quod cõsuetudine seruari testatur Boerius [k]: licet Salicetus [l] contrà sensisse uideatur. Tutius tamẽ est, hoc casu protestationem addi, non fieri cõtumeliæ gratia eam crimi-
10 nationem [m]. Pœna † autem iniuriarum ex lege XII. Tabularum, propter membrũ quidẽ ruptum talio erat, propter os uerò fractum nummariæ pœnæ: quæ quidẽ tum temporis in magna ueterum paupertate, satis uidebantur graues & acerbæ [n]. Qua de re plura Gellius [o]. Sed ea pœna in desuetudinẽ abijt, cœperuntq; prætores permittere ut iniuriã passi eam æstimarent, iubereq; in iudicij formula, ut iudex aut tanti reum condemnaret, quanti iniuriam passus æstimasset, aut minoris, prout ei esset uisum [p].

Qua

[a] l.si plures.34. hoc tit. l.si familiæ.9. de iurisd.omn. iud.
[b] Bart. in d.l. item. §. ait. gl. Bar. & communiter Dd. in l.2. sup. de priuat. delict.
[c] l.nec magistratib.32. hoc tit. gl. in l.2. §. fin. si quis cautio. Hipp. in leg.1. §. præterea. num. 7. de fisc. Fachs. diff. 67.
[d] l. item apud Labeonem. §. quod adijcitur. hoc tit. Chil. in prac. cap.2. numer. 36.
[e] l.3. in princ. hoc t.
[f] d.l.3. §.1.
[g] l. item is. §. conuicium. h. t. Salic. in l. unic. Cod. si quis Imp. mal.
[h] Alex. consil. 189. nu. 10. uol. 6.
[i] d.l.1. & 2.
[k] §. fi. Inst. de nox. act. l. iusti. 8. in fin. de eo quod met. caus.
[l] l.1.2. & 3. de lib. caus.
[m] Felin. in c. literas. nu. 4. de præsum. Bart. in l. lex Cornelia. num.1. hoc tit. Bal. in l. unic. C. de rap. urg. Alex. cons. 2. nu. 8. uol. 7. & cons. 24. n. 22. uol. 2. Dec. consil. 163. num. 5.
[n] Bar. in d.l. lex Cornelia. hoc tit.
[o] §. patitur. Instit. de iniu.
[p] Bar. in l. si. de priua. delict.
[q] l.1. in fi. hoc tit.
[r] Alex. in l. quamuis. de iniu. uocan. Panor. in c. cũ sit generale. de for. comp. Gui. Pap. quæst. 557. Chass. in consue. Burgũ. tit. de iustices. §. 7. uerb. de simple. num. 40. Iacob bin. in trac. de Royd. numer. 12.
[s] Bal. in c.1. §. deniq;. numero 2. & 3. quæ fuit prim. caus.

t uide Innoc. Panor. Imol. in c. dilectis. 55. ex. de appell. u l.1. §. omnem. h.t. x l. sed est. 9. hoc t. y l. inter. de adult. uide Paul. lib. 1. tit. 12. z l. iniuriarum. 13. §. 1. h.t. §. illud. pen. in Auth. de his qui ingred. ad appellat. a Boer. in sing. incip. sequestratio. b d.l. iniuriarum. 13. §. final. c Bar. in l. item apud. §. 1. n. 1. h.t. Ang. in tract. malef. uerb. adnumerauit. d l. si iniuriæ. 20. l. 5. h. t. e Bar. de cap. sing. 78. per totum. f d.l.1. §.1. g d.l. item. 15. §.1. h d.l. sed est. 9. h.t. i l. si non conuicij, ubi Dd. C. de iniurijs. l.j. in fine. de obseq. præstand. Fab. Ang. & alij scribentes in §.1. Inst. eod. k Bar. num. 3. & Dd. in d.l. item. §. ait prætor. l Dd. in l. si quis extraneus. 21. de acq. hæredit. m Ang. in pract. crim. ad uerb. uerba iniuriosa. num. 9. Ias. late in l. fi. num. 3. 5. quod quisq; iuris. n in d.l. si non conuicij. in d.l. item apud. 15. in l. 2. de liber. & posthum. in l. turpia. 57. de legat. 1. Bar. consil. 108. Cornæus consil. 172. uol. 3. Socinus consil. 118. uol. 1. Boerius late in consil. 1. Angel. præall. loco. o Bart. in l. item apud. §. cui non sine. n. 1. de iniur. p Lucas de Pena in l. errati. C. de Castrensi pecul. lib. 12. Boerius in d. cons. 1. q Bald. n. 2. Cast. n. 4. Ias. nu. 5. & 6. in l. 3. de lib. & posthum. Bart. in l. item. §. apud. hoc tit. r Socin. consil. 118. uisa. n. 1. uol. 1. s Bart. Alex. & Dd. in l. eum qui. hoc t. & in l. 3. de lib. & posthum. & in l. turpia. de legat. 1. t Bart. in d.l. item. §. apud. Cyn. in l. si non conuicij. n. 2. C. eod. Castr. in d.l. 3. de lib. & posthum. u Host. de iniur. n. 6. per l. 2. C. de off. rec. prouin. Felin. in c. dilecti. de except. Pan. & Felin. in c. cũ te. de iureiur. Rom. late, consil. 96. super. Oldra. cõsil. 53. cõsulit. Boss. in prac. crim. tit. de iniur. n. 3. x l. si non cõuicij. C. eod. y Bar. cons. 104. uisis. z l. quod reipub. 33. h.t. a l. item. 15. §. si quis astrologus. h.t. Oldra. cons. 55. n. 3. 6. 7. Boss. de iniur. n. 3. b l. igitur. de lib. caus. gl. in l. unic. in fi. ubi late Ias. si quis ius dicent. non obtemp. c l. 5. §. fi. cum l. seq. l. item. 15. §. si quis libello. 23. h.t. l. unic. C. de fam. lib. d d.l. 3. §. 1. h.t. l. qui seruũ. 38. de actio. l. 1. §. si omnes. 2. de uentre inspic. e l. quòd reipub. 33. h.t. f d.l. iniuriarum. 13. §. 1. g l. eum qui. 18. ubi Dd. h. tit. late Boerius in d. cons. 1. h t.t. C. de emend. propin. l. ea quæ. 13. l. uerbum. 17. Cod. de his qui notan. infam. i l. fi. ubi Bal. & alij, quod quisq; iuris. k d. cons. 1. l in d.l. si non conuicij. m Oldra, cons. 53. consulit. n. 9. n §. pœna autem. Instit. de iniurijs. o lib. 20. c. 1. p d. §. pœna autem.

BIU Cujas

Qua † de re eiusmodi prætoris edictũ extat: QVI AGIT INIVRIARVM, CERTVM DI- 11
CAT QVID INIVRIAE FACTVM SIT [a]. QVI ADVERSVS BONOS MORES «
CONVICIVM CVI FECISSE, CVIVSVE OPERA FACTVM ESSE DICETVR, «
QVO ADVERSVS BONOS MORES CONVICIVM FIERET, IVDICIVM DA- «
BO [b]. NE QVID INFAMANDI CAVSA FIAT, SI QVIS ADVERSVS EA FE- «
CERIT, PROVT QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM [c], QVI SERVVM «
ALIENVM ADVERSVS BONOS MORES VERBERASSE, DE VE EO INIVS- «
SV DOMINI QVAESTIONEM HABVISSE DICETVR, IN EVM IVDICIVM «
DABO: ITEM SI QVID ALIVD FACTVM ESSE DICETVR, CAVSA COGNI- «
TA, IVDICIVM DABO: SI SERVVS INIVRIAM FECERIT, NOXALE IVDI- «
CIVM DABO [d]. SI EI QVI IN ALTERIVS POTESTATE ERIT, INIVRIA FA- «
CTA ESSE DICETVR, ET NEQVE IS CVIVS IN POTESTATE EST, PRAE- «
SENS ERIT, NEQVE PROCVRATOR QVISQVAM EXISTAT QVI EO NOMI- «
NE AGAT: CAVSA COGNITA, IPSI QVI INIVRIAM ACCEPISSE DICETVR, «
IVDICIVM DABO [e]. Ex † hoc edicto apparet, nõ modò ei qui iniuriã passus est, dari actionẽ, sed 12
omnibus qui per eius latus patiuntur: ut parentib. marito, &c. Itaq; ex una iniuria interdũ tribus actio
datur, neque unius actio per aliam consumitur [f]. Datur autem aduersus eum qui iniuriam fecit, uel qui
curauit, mandauitque ut fieret [g], & quidem aduersus singulos in solidum. tot enim sunt iniuriæ, quot
personæ [h]. Non tamen in hæredes, ut nec hæredibus competit [i], nisi à defuncto lis fuerit contestata [k],
aut criminaliter suo nomine agere intendant [l]: quia ad uindictam tantum actio tendit [m]. Neque † in 13
bonis est, antequam lis contestetur [n]. Quare nec transmittitur ad hæredes, lite non contestata, etiamsi
cedi alteri possit [o]: quod enim non est in bonis, in hæredes transire nequit, cum nemo alteri plus iuris
relinquere possit quàm ipse habeat [p]. & cum sit odiosa propter uindictam quam solam persequitur, ali-
is etiam modis facilè perit atque extinguitur: puta nudo pacto [q], dissimulatione [r]: itẽ spacio anni conti-
nui [s], (quanquam alij de utili anno, præsertim in prætoria actione hoc accipi uolũt [t]) nisi scripto quod
perpetuò durat, iniuria sit comprehensa [u], aut lis contestata [x]: item remissione, uel expressa [y] uel tacita:
quæ colligitur ex familiari salutatione, colloquio, conuictu, manus iunctione [z]: nisi scilicet antea ad-
animum sit reuocata [a]. quod mihi neutiquam probatur. Etsi enim iniuria ad animum initio reuocetur,
tamen hæc reconciliationis signa, animum mitigatum mutatumque esse declarant. Eiusmodi autem
remissio magis ciuilem actionem tollere uidetur, quàm criminalem [b]: certè actioni ad id quod inter-
est, reparationem q; damni dati, nequaquam præscribit [c]: cuius petitio perpetua est, uelut rei persecu-
toria [d]. Sciendum † autem est, aut ciuiliter aut criminaliter iniuriarum agi posse [e]: ciuiliter agi quoties 14
actor sibi æstimationem iniuriæ petit [f], criminaliter cum fisco [g] altera tamen actione alteram consu-
mi, quia utraq; ad uindictam tendit [h]: secus enim fuerit, si Aquilia ad damnum & interesse agatur: quæ
adeo non tollitur electione, ut cum iniuriarum actione cumulari possit [i]. ac siquidem ciuiliter ex edi-
cto agatur, licebit actori iniuriam suam iureiurando æstimare [k]: moderatione tamen à iudice adhiben-
da, quemadmodum & cum ex l. Cornelia agitur [l]. Quæ † lex iniuriam manu factam eodem modo quo 15
prætor, uindicat, puta, cum quis se pulsatum, uerberatum, aut domum suam ui introitam dicit [m]. Quã-
quam in eo actionem legis Corneliæ grauiorem prætoria quidam esse uolunt, quòd perpetuò duret [n],
sicuti reliquæ ciuiles [o]. Quod alij negant [p], quia Imperator [q] generaliter omnes iniuriarum actiones
anno includit: quorum sententia etiam apud nos hodie seruatur, ut uidelicet post annum, & quidem
continuum, non utilem [r], nulla iniuriæ, etiam realis, puta uerberum, incarcerationis, iniustæ tortu-
ræ, &c. querela, quamuis scripto comprehensa [s], tanquam præscriptione & dissimulatione sopita, au-
diatur [t], nisi quando pupillis & minoribus competit [u]. Constitutio tamen prouincialis iniuriarum
realium actionem perinde ac famosi libelli dat [x]. Sed reuertamur ad æstimationem, quam ab acto-
re factam moderabitur, & temperabit iudex ex bono & æquo, pro ratione circumstantiarum: puta per-
sonarum, temporum, locorum, quæ augent minuuntq; iniuriam [y]. Vtrũ autem omnino necesse sit eam
æstimationẽ in libello exprimi & taxari, an uerò arbitrio iudicis relinqui possit, etsi uariè disputatur [z],
tamen tutius est, certam quantitatem in ciuilibus taxari [a]. Quòd † si criminaliter agatur, non opus est 16
certam pœnam peti, sed potest ea arbitrio iudicis relinqui. nam talis absq; conclusione libellus in cri-
minalibus rectè procedit [b]. Et hoc casu pœna extraordinaria reo imponetur [c], pro modo delicti, & per
sonarum: & plerunque humiliores quidẽ fustibus subijciuntur, cæteri exilio temporali uel interdictio-
ne alicuius certæ rei coercentur [d]. Non tamen hoc publicum, sed priuatum iudicium est [e]: quia ad uin-
dictam priuatam pertinet. Itaq; & procurator admittitur, nõ modò cum ciuiliter agitur [f], sed nonnun-
quam

a l.prætor. 7. in prin. h.t.
b d.l.itẽ. 15. §. ait prætor. 2.
c d.l.item. §. ait. 20.
d d.l.item. §. prætor. 26.
e l.sed si unius. 17. §. ait. 8. hoc t.
f d.l.1. §. fi.
g §. non solùm. Inst. eod. l. non solùm. 11. §. si mandatum. hoc t.
h l.si plures. 34. hoc t.
i §. 1. Instit. de perp. & temp. act.
k l. iniuriarum. 13. hoc t. l. fi cum. §. 1. si quis caut.
l Bart. in l. fi. num. 8. de priuat. delict.
m l. 2. §. mancipat. de col. lat. bono.
n l. iniuriarum. 28. hoc t.
o Bar. in l. iniuriarum. 28. hoc tit.
p l. traditio. de acquir. rer. dominio.
q l. sicubi. 18. §. quædam. de pactis.
r §. fi. Inst. eod.
s l. si nõ conuicij. 5. C. eod.
t Gouea. lib. 1. c. 10.
u Zas. in l. cum lex. de legib. ubi dicit ita iudicatum fuisse, secus tamen seruatur iure Sax. Chil. in pract. c. 59.
x Spec. de actio. §. 1. num. 38. Ias. in §. pœnales. nu. 110. Inst. de actio.
y Boss. in prax. crim. de iniur. num. 23.
z §. fi. ubi Ang. Inst. de iniur. Bal. in l. in ipsius. 5. num. 2. C. fam. herciscu. Fel. in c. repellantur. nu. 7. de accusat. Host. ad t. de iniur. Ant. de But. & Panor. in c. olim. ex. eod. Boss. in pract. crim. c. de iniur. num. 15.

a Fel. in d.c. repellantur. Panor. d.c. olim.
b Boss. in d. prac. crim. c. de iniur. nu. 17. per doctrinam Bart. in l. 1. §. usqueadeò. de iniur. Bartol. cons. 66. uol. 1.
c Pano. c. 1. cum seq. de iniur. Ias. in l. 1. numer. 16. de pact. Henn. God. cons. 1. de iniur. numer. 22.
d uide supr. uti possid. & ad l. Aquil. l. in honorarijs. 33. de actionibus.
e §. in summa. Instit. eo. uide Boss. optimè declarantem in prac. crim. tit. de iniur.
f Panor. c. 1. in fi. eod. de iniur.
g Panor. ibid.
h l. quod senatusconsulto. 6. l. prætor. 7. §. 1. hoc tit.
i Spec. eod. tit. de iniur. §. 1. in fin. Dd. in l. dominum. Cod. de iniur. uide Mynsing. obs. 25. cent. 1.
k d. §. in summa. uide Angel. Bart. in l. iniuriarum. 2. hoc tit. Panor. in c. cum te. de sent. & re iudic. gloss. in §. pœnal. ad uerb. æstimauerit. Instit. eod. ubi etiam Angel. numero 2. Instit. eod.
l l. constitutionibus. 27. hoc tit. Bart. in l. iniuriarum. hoc tit. Angel. in d. §. pœna.
m l. lex Cornelia. 5. hoc tit. §. sed & lex. Instit. eod. de hac actione uide Paul. lib. 5. tit. 4. Cuiac. in l. 4. §. ult. uerb. libertatem. de usuc.
n Bal. in fin. Angel. & Dd. l. si non conuicij. Cod. eod.
o Mart. Fab. Baro & alij. d. §. sed & lex. Chil. in prac. c. 5. 9.
p Azo in Rubr. C. eo. numero 17. gloss. ex sententia Ioan. in d. §. sed & lex.
q in d.l. si non conuicij.
r Salic. in l. si non conuicij. Cod. eo. Boss. in prac. crim. tit. de iniur. numero 23. Cæpoll. cons. 70. numer. 23. Henning. God. cons. 1. de iniur. numer. 18.
s Chil. c. 59. cum seq. in prac.
t Schurff. cons. 10. cent. 1. Fachs. diff. 67. & ipse Chil. in d. c. 59. Reinhard. iudic. diff. 16. per art. 31. lib. 3.
u Henn. cons. 1. de iniur. num. 12.
x constit. 46. parte 1.
y l. prætor. 7. §. fin. hoc tit. §. atrox. Inst. eo
z Cyn. in d. l. si non conuicij. num. 12. Bart. in l. iniuriarum æstimatio. hoc tit. Socin. cons. 146. uiso. in prin. uol. 1.
a Ias. post Angel. in §. 1. numer. 51. Instit. de actio.
b uide Ias. num. 20. & Dd. in l. 3. C. de æden. in §. 1. Instit. de act. & infr. de accus. & sup. de priuat. delic.
c Aluar. & Bald. in c. 1. §. iniuria. ubi gl. de pac. iura. fir. gloss. & Ang. in §. in summa. Instit. eod.
d l. fin. hoc tit.
e l. iniuriarum. 7. C. eo.
f l. non solùm. 11. §. 1. hoc tit.

BIU Cujas

Cautela de procuratore, parum tuta est.

quam etiam quando criminaliter [a]. Quare Chilianus [b] hoc pro cautela tradit, uti conuentus iniuriarū per procuratorē agat, ut hac ratione condemnato procuratore infamiam effugiat, quæ alioqui ex utrolibet iniuriarum iudicio sequitur [c]. Quæ cautela parum tuta est: quia lex differe iubet, sententiam ferri in principalem, non autem in procuratorem [d]. Communiter tamen hæc cautela à Dd. & tradita, & in foro recepta est [e]. quanquam potest & alijs modis infamia euitari [f]: ut cum iudex maiorem iusto, iniuriæ pœnam præstituit [g]. quod tum omnino est necesse, cùm aliàs uilis & infamis, & qui iam antea ignominiosus est (quod genus plerunque contumeliosum esse solet) uenit condemnandus [h]. Porrò † iure
17 Saxonum (quod tamen nupera const. 42. parte 4. abrogatum est) æstimatio iniuriarum ad infamiam & triginta grossos redigitur, in iniuria uiro qualicunq;, etiā nobili ab homine plebeio facta: ad 15. uerò, in iniuria facta mulieri. idq; ut utrolibet modo agatur, siue ciuiliter siue criminaliter: nisi enormis gra-
18 uitas, iniuriæ præsertim realis, maiorem uindictam exigat [i]. Illud † tamen interest, quòd ubi ciuiliter agitur, parti pecunia debetur: cum criminaliter, fisco. Quare si quando quis sibi petit applicari illam pœnam pecuniariam, ciuiliter agere. cum uerò fisco aut ærario publico [k], criminalem actionem intentasse uidetur [l]: ut & tum, ut quidam uolunt, quoties sibi actor de iniuria satisfieri petit, aut palinodiam & reuocationem urget [m], quod merito improbatur [n], ubi palinodia quasi ciuilis separatur à pœna criminali, sic ut utraq; debeatur. quod aliter esset si utraq; criminalis foret. quia nemo duabus pœnis affligendus. Etenim quod hic sibi petat actor potius ciuiliter egisse nec uidetur [o]. Illud etiam notandum est, cum iure Saxonum utrunq; iudicium sit pecuniarium (etiam quando de reali agitur iniuria, puta uerberum, uulneris, incarcerationis: nam & his iniurijs certæ mulctæ pecuniariæ cùm plurimùm hoc iure sunt præstitutæ [p]) indistinctè procuratores admitti, ut Lipsenses & alij Scabini pronunciant. In quibusdam tamen curijs ea iuris Saxonici taxatio non consideratur, & ex ordinationibus Principis, arbitraria constituta est (& rectè quidem) iniuriarum actio, cui reus deponendo (ut fit) mulctam Saxonicam, se subducere nequeat. Hoc etiam iure cum totum corpus uniuersitatis, collegij, senatus, iniuriam facit uel patitur, non pro uno corpore (ut aliàs [q]) habetur, sed tot intelliguntur factæ iniuriæ, quot sunt personæ [r]. Ac punitur quæuis iniuria arbitrariè [s], sic ut cogatur iniurians & ad palinodiam, & ad pœnam mulctámue arbitrariam. Existimo tamen si tenuis aliquis malit sibi mulcta Sax. satisfieri, præsertim iniuriarum realium nomine: sicut uidi pronunciatum [t], ei hanc esse adiudicandam, ne quod in fauorem eius inductum retorqueatur in odium [u]: & ut sententia congruat petitioni [x]. An autem sequatur damnatum infamia, equidem cum ea dispensatum esse, eiusq; gratiam fieri [y], uideri potest, cum & pœnam ciuilem restituendi honoris, nempe palinodiam, & præterea criminalem imponat [z]. Et hoc aliquādo memini quoad iniurias præsertim reales iniustæ incarcerationis, &c. quoad nobiles, quæstores, & alios honoratiores huius condemnatos, quibus putabatur dedecori futurū, si in sententia cōseruaretur expressim illis existimatio. Aliàs ut fiat, cautionis est, ubi probabilis id causa suadet: hoc aut simili modo, derwegen ist beclagter/ iedoch one verletzung seiner ehren/ den clegern einen widerruff zu thun/ &c. Et hoc humanius, ne propter leuissimas iniurias iracundia fortè prolatas, multi societatibus, ordine collegijsq; suis ut infames eijciantur, & alia grauiora, quod sæpè fit in conuijs, consequantur. Nec ualere debet hic lex talionis, homicida quod fecit expectet [a]. Non enim ut per cædem uita aufertur quæ uitæ priuatione iure punitur [b], sic etiam existimatio per iniuriā. Perditi enim hominis profligatiq; maledictis nullius gloria dignitasq; uiolatur [c]. Superat igitur legem talionis pro iniuria dicta, quæ famam non abstulit, ignominiā irrogare perpetuā. Fateor quidem id conari forsan & uelle iniuriantem, sed cum effectus destituat conantem, nec uice uersa sequi talis effectus debet. Quid? quod sæpè datur iniuriarū actio ubi non existimatio uiolata est, sed corpus, aut alia res eiusmodi, uelut in realibus [d]: ut ex regula talionis hic nihil inferri rectè possit. Quare nisi leuitas iniuriantis, maledicentiæq; crebritas, aut similis circumstantia suadeat aliud, non alienū fuerit, humanius arte Christianos inter hoc sequi licet id neget Zas. nec iudicibus permittat [e], quē ex ipsa iudiciorū obseruantia refutat Blarer. [f] nec illud alienum in foro nostro, cum grauior statuto Saxon. pœna irrogatur [g]. Et quidem hæc de
19 iniurijs. Altera † pars tituli famosos libellos arguit, de quibus lex in hanc sententiam lata fuit: SI „ QVIS LIBRVM AD INFAMIAM ALICVIVS PERTINENTEM SCRIPSERIT, „ COMPOSVERIT, AEDIDERIT, DOLO VE MALO FECERIT, QVO QVID „ EORVM FIERET: ETIAMSI ALTERIVS NOMINE AEDIDERIT, VEL SINE „ NOMINE, VTI DE EA RE AGERE LICEAT, ET SI CONDEMNATVS SIT, „ INTESTABILIS EX LEGE ESSE IVBETVR. Ex quo apparet, famosum libellum esse, non modò si dissimulato uel ficto authoris nomine ædatur, uerumetiam si expresso: id quod particula Etiamsi, subinnuit. Quid ergo dices interest inter famosum libellum, & iniuriam scripto comprehensam? Famosus libellus ad infamiam pertinet: hoc est, impingit delictū aliquod notabile, iniuria fit contumeliæ causa, etiam absq; infamiæ nota: ut si quis luscus, spurius, claudus, alióue contumelioso nomine, ludibrij causa appelletur & traducatur. Quamobrem & grauior est famosi libelli pœna, quàm simplicis iniuriæ. Qua etiam ex S. C. tenetur, qui epigrammata, aliúdue quid, etiam sine scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendum uendendumue curauerit [h]. Constitutiones porrò Imperatorum, eiusmodi delictum capitali supplicio uindicant: eandemq; pœnam etiam ijs irrogant, qui famosum libellum repererunt, nec statim corruperunt, ne emanaret [i]. Quod tamen hodie ita restringimus ac interpretamur, si in libello famoso capitale aliquod, aut aliud graue scelus ad creandum alicui periculum, obiectum sit: tunc enim pœna talionis locum habet, eademque animaduersione coercetur author libelli, qua dignum est illud crimen, quod in libello obijcitur: siue falsò, siue etiam uerè obijcia-

E tur:

a l.fin.ubi Bald. & Salic. admittunt, cum non pœna corporis afflictiua, sed mitior uenit imponenda. C. eod. §. in summa. Inst. eod. Chilian. in pract. cap. 58.
b præall. loc.
c l.1. & 2. de his qui notantur infamia. l. infamem. ubi Dd. de pub. iud. l. iniuriarum. 10. C. ex quib. caus. infam.
d in l. fin. C. eod.
e Cyn. in d. l. si non conuicij. in fin. Bart. & Dd. in l. furti. 6. §. 1. supr. de his qui notan. infam. gl. in l. nihil. 20. ubi Bald. num. 5. 6. C. de procur. Socin. in fall. reg. 179. fall. 1.
f uide quæ dixi sup. ad tit. de his qui not. infam. in fin.
g l. quid ergo. 13. §. pœna. de his qui notan. infam. Cyn. in d. l. si non conuicij. in fin. C. eod.
h §. pœna. Inst. eo. Fachsius latè in d. differ. 67. Chilian. d. cap. 58. & 59. Reinh. diff. iud. 4. & 32.
i l. arbiter. 42. de recept. arb. Chil. d. c. 58. & Marant. latè in Speculo suo aureo, parte 4. nu. 16. cum seq.
k Marant. in Specul. aur. part. 4. dist. 1. nu. 20. Paris de Put. in tract. synd. ad uerb. compositio.
l d. constit. 42. par. 4. Mynsin. obser. 98. cent. 2. Blarer. l. diffamari. in prin. C. de inger. manu. num. 5. 6.
m Land. lib. 2. art. 16. Reinhar. diff. pœn. 5. Chil. in pract. c. 138.
n l. proponebatur. 72. de iud. l. 1. ubi dixi. 5. quod cuiusq; uniuers.
o pro hoc doctrina Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. nu. 7. de pœn.
p ex constitutione prouin. 42. part. 4.
q secundum art. 16. lib. 2. art. 45. lib. 3. Chilian. in pract. c. 138. & ult.
r l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. eo.
s l. ut pomum. com. diuid. l. ult. C. de fideicō. lib. c.
t licet de simon. y per d. const. 42. par. 4. z arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ex quib. caus. † l. 3. ubi Bal. C. eo. a l. 3. C. de epis. audien. b Gen. 9. 6. Exo. 21. 12. & 23. c Cic. in orat. de aruspic. respon. d ut in l. iniuriarū. 14. §. ult. de iniur. e in l. acta. §. de amplianda. f in repet. l. diffamari. in prin. nu. 5, 6. C. de inger. manu. g ex l. in seruorum. 10. in fi. de pœn. h d. l. lex Cornelia. 5. §. fi. cum l. seq. i l. unic. C. de famosis lib.

Dan nahm Juriſten ſorg in sorgen,
hie mit famā?
Dodoch ohn verletzung ihrer ehren?

BIU Cujas

a Ioan. de Platea. Inſt. de iniurijs. Bonifacius in pract. crim. tit. de fam. lib. Chil. d. c. 59.
b cap. 110.
c Chil. in pract. c. 59. cum cap. ſequen.
d Zaſius in l. cum lex. ff. de legib.
e l. 1. hoc tit.
f l. 1. b. t. l. qui iniuriæ. 55. de furt. l. ſi non conuicij. C. eod. l. unic. C. ſi quis imper. male.
g l. cum hic ſtatus 33. §. pœnitentiam. de donat. int. uir. & uxo. l. 4. de adimen. leg.

tur: aliàs uerò mitius & extraordinaria iniuriarum pœna iſtiuſmodi petulantia uindicatur [a]. Atque ita etiam conſtitutum eſt in ordinationibus Imperij, quæ à Carolo V. ſunt factæ [b]. Ex quo inferri poſſe uidetur, huic etiam actioni iure Sax. per anni ſilentiũ præſcribi, ſicuti cuilibet iniuriæ ſcripto comprehenſæ, moribus noſtris præſcribi diximus [c]: etiamſi iure communi aliter plerique ſentiant: quòd ſcriptura ſcilicet ſeu pictura perpetuò duret, eoq; ſemper incontinenti iniuria fieri intelligatur [d]. Sed conſuetudo non abſurdè iniuriam ab animo potius & uoluntate æſtimat, quàm à ſcriptura uel libello [e]. Etſi enim hic duret, tamen poteſt animus & uoluntas contumeliæ, à qua hæc rés penditur, non durare [f], cum mutabilis ac ambulatoria ſit hominis uoluntas [g], ut concludenter inferri nequeat iniuriam ſemper fieri & permanere, quoad ſcriptura extet. Et profectò hanc conſuetudinis interpretationem, ad amputandas iſtiuſmodi altercationes parum Chriſtianas, etiam extra forum Saxonicum & in terris Imperij, ubi ius commune ſeruatur, attendere & ſequi non fuerit alienum.

De extraordinarijs criminibus. Tit. XI.

ET hæc quidem de ordinarijs priuatorum delictorum iudicijs dicta ſint. Iam uideamus de ijs quæ extra ordinẽ proponuntur, unde nullæ certæ pœnę exiſtunt: nam eæ in his arbitrio iudicis committuntur [a]. Extra ordinem puniuntur ſolicitatores alienarum nuptiarum, & pudicitiæ alterius, etiamſi effectu potiri non potuerint, ſi tamen efficere uoluerunt [b]: nam pœnitentiæ ignoſcendum eſt [c]. Item qui fimo corrupto aliquem perfundit, aut ad iniuriam publicam lacus fiſtulàſue aquarum contaminat [d]. qui puerum puellámue de ſtupro interpellat: atq; hic quidem perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in inſulam deportatur [e]. qui cœtus illicitos habẽt [f]. quæ data opera partum abigit [g]: hæc in temporale exilium datur, ſi fœtus necdum 40. dierum ſit [h]: quòd ſi maior fuerit, cum uiuere præſumatur, legi Corneliæ de ſicarijs potius quàm legi Pompeiæ de parricidijs locus erit [i]. item qui annonam flagellant, falſiſúe menſuris in uendendo utuntur [k]. qui iure Sax. propter ſolum uſum exilio plectuntur: quod ſi porrò falſas menſuras etiam fecerint, fuſtigantur [l]. Deniq; omnis generis delicta, quæ nulla certa lege uindicantur, extra ordinẽ coerceri ſolent [m]: uidelicet pro modo delicti, ætatis, aliarumq; circumſtantiarum, ex arbitrio iudicis [n]: qui tamen modum excedere non debet [o], nec ad pœnam capitalem, niſi ex grauiſsima cauſa peruenire [p]: ſed plerunq; tẽporali relegatione, aut fuſtigatione, aut etiam mulcta erit contentus [q].

a l. hodie. 13. de pœn. l. 1. C. de recep. l. fi. C. de mod. mult.
b l. 1. in prin. in uerb. propter uoluntatem. b. t.
c l. qui falſam. 19. ad leg. Corn. de falſis.
d d. l. 1. §. 1.
e d. l. 1. in fin.
f l. 2. hoc tit.
g l. 4. hoc tit.
h d. l. 4. ubi gloſſ.
i l. 1. ad l. Pomp. de parr. l. pen. C. de ſicar. l. ſi mulierem. ĩ. eod. tt. Cic. pro Cluentio. l. ſi quis. 38. §. abortionis. l. Cicero 39. de pœn. cap. 2. de homic. Ord. imp. ca. 133. & ita uſu ſeruatur.
k l. annonam 6. b. t. l. pen. ĩ. de fal.
l Chilia. in pract. tit. von der peen falſcher maß, &c. per artic. 13. Land. lib. 2.
m d. l. annonam. l. pen. & l. fin. hoc tit.
n d. l. pen. l. aut facta. 16. ĩ. de pœn.
o l. hodie. 13. de pœn.
p d. l. 1. de fturib. baln. l. 1. §. expilatores. de effrac. d. l. hodie. d. l. pen.
q l. 1. 4. 6. 7. hoc tit.

De ſepulchro uiolato. Tit. XII.

1 Continuatio. 2 Edictum. 3 Pœna uiolantium ſepulchra multiplex.

IAm † in ſpecie de quibuſdã delictis extraordinarijs, quæ edicto aliquo aut conſtitutione ſunt comprehenſa, dicamus. Ac primò de uiolatione rerum religioſarum, puta ſepulchrorum. qua de re prætor ita ait [a]: CVIVS † DOLO MALO SEPVLCHRVM VIOLATVM ESSE DICETVR, IN EVM IN FACTVM IVDICIVM DABO: VT EI AD QVEM PERTINEAT, QVANTI OB EAM REM AEQVVM ESSE VIDEBITVR, CONDEMNETVR. SI NEMO ERIT AD QVEM EA RES PERTINEAT, SIVE AGERE NOLET, QVICVNQVE AGERE VOLET, EI CENTVM AVREORVM ACTIONEM DABO. SI PLVRES AGERE VOLENT, CVIVS IVSTISSIMA CAVSA ESSE VIDEBITVR, EI AGENDI POTESTATEM FACIAM. SI QVIS IN SEPVLCHRO DOLO MALO HABITAVERIT, AEDIFICIVM'VE ALIVD QVA'M QVOD SEPVLCHRI CAVSA FACTVM SIT, HABVERIT: IN EVM SI QVIS AGERE EO NOMINE VOLET, DVCENTORVM AVREORVM IVDICIVM DABO. Ex hoc edicto iudicium infamiá irrogat [b], quia dolum punit [c], cuius propria pœna eſt dedecus [d]: pœnam pecuniariam inter fiſcum & actorem diuidit [e]. Huc † etiam edictum Adriani pertinet, quo pœna 40. aureorum in eos ſtatuitur, qui in ciuitate ſepulchrum faciunt: eademq; pœna tenetur magiſtratus, qui fieri paſſus eſt [f]. Illud etiam ſciendum, eos qui cadauera ſpoliant, uel corpora oſſáq; extrahunt, ſeuerius, & interdum capite puniri [g]. quod ad illos quoq; porrigi poteſt, qui furcis affixos uel ſuſpenſos aut denudant, aut prorſus tollunt. item qui tempore mortis ſemimortuos & laborãtes aut necant, aut deſerunt ſibi commiſſos, ut inedia, uel ſimili caſu, citiore morbo perire cogantur.

1 2 3

a l. 3. hoc tit.
b l. 1. hoc tit.
c l. 3. hoc tit.
d uide ſup. de dol. & de his qui not. in fam. §. ult. Inſt. de ſuſ. tut.
e l. lege. 25. §. ult. de S. C. Sylla. atq; ita poteſt accipi l. 3. §. diuus. 5. h. t. dum iubet pœnam in fiſcum referri.
f l. 3. §. d. uus. 5. h. tit. uide qua præd. dig. d. l. niam. diſt. 8. c. militare. eo. l. ſi. ad l. Iul. repet. c.

De concuſsione. Tit. XIII.

CIcero [a] ait, terrorem eſſe metum concutientem. Quare concutere dicitur, qui percellit ac perturbat aliquem iniecto terrore. Hinc concuſsionis crimen appellatum, cum quis iudicij, magiſtratus, alicuiúſue poteſtatis quam habet metu, aut alio terrore, pecuniam alicui extorquet [b]. Sed & qui ad aliud quid, puta ad contrahendas nuptias [c], ad emendum, uendendum, cedendum [d], &c. iure aut terrore poteſtatis inuitum cogit, concutere uidetur: ut & tum, cum ultra conſtitutum ſalarium imperioſè aliquid exigit [e]. Hoc porrò concuſsionis crimen extra ordinem punitur [f]. quanquam etiam pœna quadrupli [g], Senatuſconſultis [h], iudicio calumniatorum [i], atque adeò interdum lege Cornelia de falſis [k] coerceatur.

DE

Paul. lib. 1. tit. 21. g l. 3. §. aduerſus. 7. l. fi. b. t. l. 4. C. eo. a lib. 4. Tuſc. b l. 1. & 2. b. t. c. militia. 23. q. 1. c l. 1. C. ſi principalib. ubi Dd. ſi cert pet. l. pen. C. de his quæ ui met. cauſ. t. t. C. de contr. iud. e Iaſ. in §. quadrupli. nu. 3. Inſt. de act. c. quoniam. diſt. 8. c. militare. 23. q. 1. Spec. de execut. §. 1. nu. 5. & de recuſat. §. fi. nu. 18. f d. l. 1. l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cauſ. g l. iubemus. C. eo. l. fi. ad l. Iul. repet. c. quoniam. diſt. 18. b l. 1. ad S. C. Turp. i l. 1. de calum. k l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fal.

BIU Cujas

De abigeis. Tit. XIIII.

1 *Qui sint abigei.* 2 *Quomodo puniantur.*

1 ABigei † propriè habentur, qui pecora (nam in hominibus plagium publico iudicio dignũ committitur [a]) ex pascuis uel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, ac abigendi studium quasi exercẽt, oues de gregibus, uel boues de armentis abducentes. Cæterùm si quis oues aberrantes, uel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius [b]: nisi sæpius abegerit, & hanc quasi artem exerceat [c]. Oues pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem faciunt. Quidam decem oues gregem esse putauerũt: porcos etiam quinq; uel quatuor abactos, equum unum uel bouem ab armento abactum, abigeatus crimen facere [d]. Is quoq; qui à stabulo domitum pecus ab-
2 ducit, non à sylua, uel grege, plenius & grauius coercetur [e]. Abigeatus † crimen publici iudicij non est, quia furtum magis est. Sed tamen quoniam ferro plerunq; abigei utuntur, si deprehendantur, grauius furto eorum admissum punitur [f]. Cum durissimè, ad gladium damnari [g], aut bestijs obijci solent [h]. Puniuntur autem durissimè, non ubiq;, sed ubi frequentius hoc delictum est [i]: item cum gladio abigunt [k], tanquam grassatores. Cæteroquin humiliores in opus temporarium damnantur: honestiore loco nati, aut relegandi sunt, aut ordine mouendi. Sed & hoc notandum, qui porcam uel capram abegit, non tam grauiter quàm qui maiora animalia abigunt plecti oportere [l]. Receptatores porrò abigeorum decem annis extra terram Italicam relegari uoluit Adrianus [m].

a *uide inf. de plag.*
b *l.1.§.1. hoc tit.*
c *l.fi. h.t. uide Paul. lib.5. tit.18.*
d *d.l. final.*
e *d.l. fin. l.*
f *l.2. hoc tit.*
g *l.1. in prin. hoc tit.*
h *d.l.1.§. quanquam.2.*
i *d.l.1. in princ.*
k *d.l.1.§.2.*
l *d.l.1.§.1. & 2.*
m *l.fi. in fin. hoc tit.*

De præuaricatione. Tit. XV.

1 *Qui sint præuaricatores.* 2 *De publico iudicio in præuaricatores.* 3 *De priuato.*

1 PRæuaricatorem † à uaricando dictum esse, uerius est [a]. Varicari autem in transuersum ire significat, à uaricibus crurum, teste Nonio: quibus qui laborant, rectà incedere nequeunt. Præuaricator, inquit Vlp. [b] est quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. quod nomẽ Labeo à uaria certatione tractum ait. nam is qui præuaricatur, ex utraq; parte consistit, quinimò ex altera, cui se aduersarium simulauit. de qua etymologia etsi probabiliter disputari potest [c]: tamen uerius est à uaricando præuaricatorem dictum [d]. Nam & Labeoni syllabæ ratio aduersatur, quæ in Varicando Præuaricatoreq; producitur, cum Varius primam corripiat. Alibi idem Vlp. [e] Præuaricatores, inquit, eos appellamus, qui causam aduersarijs suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. Præ-
2 uaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum est [f]. Publicum † est, cum quæritur de præuaricatione eius qui publico iudicio accusauit: isque propriè præuaricator dici potest [g]. Id autem ideo publicum est, cùm quia agitur de corruptela publici iudicij, tum quòd ex hoc extra ordinem eâdem pœna publica afficiatur præuaricator, qua teneretur, si ipse in legem commisisset, qua reus propter præuaricationem absolutus est [h]. Quare & infamiam hoc iudicium irrogat [i], exemplo publico-
3 rum iudiciorum [k]. Ad † exemplum huius, moribus & ex interpretatione introductum est aliud priuatum præuaricationis iudicium, in eum qui non quidem accusando, sed dum partes aduocati sustinet, & accusatori assistit, præuaricatus est, qui extra ordinem punitur [l]: ut & is qui in iudicio non publico prodidisse causam arguitur [m]. Hodie autem generaliter ijs qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria [n]: iure uerò Sax. mulcta.

a *l.præuaricatores.212. de uerb.sig.*
b *l.1. h.t. l.2.§.fi. de his qui not. infa.*
c *Cic. in partit. Orat.*
d *Alc. in d.l. præuaricatores.*
e *in d.l. præuaricatores.*
f *l.3. hoc tit.*
g *d.l.1. h.t. Cic. præal. loc.*
h *l. pen. hoc tit.*
i *l.4. h.t. l.4. in fin. de his qui not. infam.*
k *l. infamẽ. 7. de pub. iud.*
l *l.1. in fi. l.3. h.tit. l.1. C. de aduo. diuer. iud.*
m *l.1. in fi. ubi gl. l.2. h.t. l.1.§. præuaricatorẽ. iunct. l.3. ff. ad S.C. Turp.*
n *l. hoc tit.*

De receptatoribus. Tit. XVI.

1 *Qui sint receptatores, & quomodo puniantur.* 3 *Quando pœna cesset.*
2 *An cognati receptatores puniantur.*

1 PEssimum † genus est receptatorum, sine quibus nemo diu latére potest: & præcipitur, ut perinde puniantur atq; latrones [a], dummodo opem ijs tulerint: alioqui si tantum sciant & receptent, mitius puniendi uidentur [b]. Receptator autem est, qui maleficum receptat in suo uel alieno, præstãs ei causam se occultandi [c]. In pari hærent culpa, qui cum apprehendere latrones possunt, pecunia uel surreptarum rerum parte accepta, dimiserunt [d]: quoniam cum publicè interfit delicta puniri, magistratui eos tradere oportuit [e]. Sed † apud quos affinis uel cognatus latro seruatus est, hos neq; absoluendos, neq; seuerè admodum puniendos constat. Non enim par est horum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt [f]. Si enim suum sanguinem quomodocunq; redimere licet [g], certè & suorum [h]: cum parentes magis soliciti sint de liberis quàm de seipsis [i]. Quare ignoscendum aliquo
2 modo est ijs, qui consilium pro tuendis suis capiunt [k]. Itaq; nec in totũ excusantur, nec seuerè puniuntur, sed mulcta ijs pecuniaria pro modo delicti & facultatum imponitur [l]. quæ pœna etiam iure Sax. in uniuersum uidetur obtinere [m], nisi in grauioribus delictis, cumq; etiam opem receptatores præstant [n].
3 Porrò † receptatorum pœna non tenetur qui ignarus est maleficij [o]: sed & in priuatis delictis, puta uulneribus illatis, iniurijs, &c. ea cessat: ut memini aliquando iudicatum.

a *l.nec in ea.22. ff. ad l. Iul. de adult. l. milites. de re milit.*
b *Bonif. in pract. crimin. tit. de recept. l.1.2. h.t. l.2.§. si eum. de lib. hom. ex. l.1. C. de recep. arbit.*
c *lib.3. art.23.*
d *lib.2. art.71. uide omnino Fachs. d ff. 58. per art.25. lib.2. Reinbar. diff. pœn. 10. & 44.*
e *l.2. C. de his qui latro. l. quo naufragium. §. non tantũ. de incẽ. rui. naufr. l. si quis seruum. C. ad l.*

De furibus balnearijs. Tit. XVII.

FVres nocturni quia diurnis atrociores sunt, nec proditoribus dissimiles [a], extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi: dummodo sciamus in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum [b]. Idem est & in balnearijs furibus [c]. Etsi autem & alij fures extra ordi-

Flau. de plag. l. quicunq;. §. quòd si seruus. C. de ser. fug. a *Senec. ult. declam. Cuiac. obs. 11. c. 27.* b *uid. lib. 2. iur. Sax. art. 13.* c *l.1. h.t. Paul. lib. 5. tit. 3.*

BIU Cujas

nem accusari possunt [a]: tamen quoniam in ijs pœnam ordinariam iudex excedere non solet, hos autem fures grauius castigari publicè interest: eo uisum fuit de istis specialem titulum proponere. Ideo autem durius puniuntur, nocturni quidem, quòd tenebræ ad furtum faciendum opportunæ, atrocius reddant delictum [b]: balnearij autem, quia propter communem balneorum usum, & quoniam nudis ibi atque aliud agentibus hominibus facilius quid surripi potest, grauioribus sanctionibus uestimenta lauantium ab iniurijs defendi, publicè omnium maximè refert [c]. Nam in uniuersum quo occultius & impunitius committi flagitia possunt, eo deprehensa acerbius, maioreq; iurisdictionis seueritate sunt castiganda [d].

a l.fin.de fur.
b l.fi.§.tit.1.l.itaq;.5. ad l. Aquil.Paul.lib.5.tit.19. & 20.
c l.3.in fin.supr.de off. præf.uig.
d l.presbyteri.8.C.de episcop.& cler.Paul.lib.5. tit.3.19.20.

De effractoribus & expilatoribus.

TITVLVS XVIII.

1 De pœna effractorum. 2 De pœna expilatorum. 3 De pœna sacculariorum.

DE his † qui carcere effracto euaserunt, sumendum supplicium diui fratres rescripserunt [a]. Quod 1
etsi Dd. passim sequuntur [b], siquidem incarceratio debitè facta sit [c]: tamen tantummodo uerum esse arbitror, cum carcer summi Principis effringitur (qua in specie hoc rescriptum intelligo) atq; ita crimen læsæ maiestatis, ob uiolatam Principis custodiam committitur [d]: in alijs inferiorum carceribus non item [e]. Quòd si porrò per negligentiam custodum, contra quos præsumitur [f], euaserint, mitius puniendi sunt [g]: ut & reliqui effractores, puta qui furti gratia parietem aut ostia effringũt. Nam hi siquidem uiliores sint, in opus damnari, honestiores ordine moueri, aut relegari solent [h]. Eaq; pœna arbitraria etiam hodie plurimum utimur, quamuis uim ædibus illatam supplicio uideatur ius Sax. ut & statuta multarum ciuitatum, uindicare [i]. quod tamen nisi in atrocissimis, irrogari non solet, sed tantum pœna ciuilis pecuniaria, puta uuerigeldium, &c. Nocturni effractores grauius puniuntur: fustibus enim cæsi damnantur in metallum [k]. Item si non modò furti gratia effractura facta sit, sed etiam furtum subsecutum: quo casu, concurrente utroq; delicto, pœnam capitalem constitutio Imperij irrogat [l]. Eodem † modo animaduertitur in expilatores, qui sunt fures improbiores [m]. Expilatores, inquit Asc. [n] 2
sunt, qui ne pilum quidem in corpore spoliatorum relinquunt. unde apparet eos propriè dici, qui per uim uestimentis, aut pecunia hominem exuunt: qui λωποδύται à uestium ereptione, Demostheni appellantur. Sed hoc crimen, præsertim si noctu committatur in magnis urbibus, ut Antuerpiæ, quæ patria mihi est dulcissima, irremissibiliter capitale est, quemadmodum & cum in uia ac itinere fit: nihil enim propter uiolentiam distat à grassatione. Saccularios † etiam impostores, quos Græci ψυφολόγους aut ψυφο- 3
κόπους, Germani Spitzbuben appellant, qui uetitas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt: item directarios, qui in aliena cœnacula se dirigunt, & insinuát furandi animo, eadem extraordinaria pœna manet [o].

a l.1.b.t.l.in eos.13.§.de custod.reor.ubi uide.l.milites.2.§.eius.de re mil.
b Bar. Ang. Alb.in l.pen. §.de cust.reor. Boss.de effr.carc.
c Bart.in l.uis eius.C.de prob. Boss.de carc.nu.5.
d l.4.§.fi. ad l.iul.maiest.
e per ea quæ tradit Ias.in §.pœnales.num.102.& 107.Inst.de actio.
f l.fin.b.t.gl. Bald.in l.cũ ita.§.species.de legat.2. Alexan.cons.156. uol.2. Boss.de carc.nu.7.
g d.l.1.
h d.l.1.& 2.
i Vuesenb.art.38. ubi glos. & Land.lib.3.art.67.
k d.l.2.
l Ord.Imper.159.et 160.
m d.l.1.l.si te expilasse.C. ex quib.caus.infam.
n in 2.Verrin.
o d.l.1.l.saccularij.de ext. crim.ubi uide annot. Russardi.

Expilatæ hæreditatis. Tit. XIX.

1 Continuatio: & quare furti actio in re hæreditaria cesset. 3 De pœna expilatorum: & ad quid detur.
2 Quibus, contra quos detur.

CVm † hæreditas expilatur, palàm est, ante aditam hæreditatẽ uel ab hærede possessam, furti agi 1
non posse [a]: quia nullius in bonis res hæreditariæ tunc temporis fuerint [b]. Itaq; quamuis hoc nomine ciuiliter rei uendicatione [c], aut petitione hæreditatis agi potest [d]: tamen quia his actionib. possessio tantum reuocatur, non etiam coercetur crimen, uisum fuit cessante furti actione extraordinario iudicio fraudem expilatæ hæreditatis uindicare [e]. Hæc † actio datur ijs quorum interest [f], aduer- 2
sus eos qui surripuerunt, etiam uitricum [g], aut nouercam [h]: cum tamẽ de hæreditate patris non agitur. Nam in uniuersum uxor defuncti, de cuius hæreditate agitur, quamuis officio iudicis hoc nomine puniri possit [i], tamen expilatæ hæreditatis crimine non accusatur: quia nec furti cum illa agi potest [k], sed tantum condictione furtiua [l]. Quare nec liberis defuncti, de cuius hæreditate expilata agitur, inter se utilis erit hæc actio, si fortè frater fratrem aut sororem quid surripuisse ex parentum hæreditate intendat. Nam neq; furti tenentur [m], nec in cohæredem (cohæredes autem sunt fratres & sorores, in parentum successione) facilè hoc iudiciũ datur [n]: cùm quia in rebus communibus pro suo iure uersari uidetur [o], tum quòd abundè per iudiciũ familiæ herciscundæ, & exacta per sacramẽtum eius qui suspectus est, rerum hæreditariarum declaratione [p], aut contra eum præstito in litem iuramento [q], damnum hac fraude datũ resarciatur, & purgetur dolus [r], ut huic subsidiariæ actioni locus esse non debeat [s]. Placuit tamen interpretibus [t], si apertè cohæres in dolo hæreat & expilârit, eum hoc quoq; iudicio teneri, perinde atq; furti tenetur [u]. Pœna † autem expilatorũ hæreditatis extraordinaria est [x], hoc est, arbitraria. 3

a l.hæreditaria.70.de furt.supr.
b l.si homo.35. de usucap. l.si is.68.§.1. l.hæreditariæ.70.de fur.l.cum hæredes.23.de acq.poss.
c l.4.C.eod.
d l.3.hoc tit.
e l.2.b.t.l.fin.C.eod.
f l.4.b.t.
g l.2.C.eod.
h l.3.C.eod.
i Bar.in l.1.n.4.ver.amo.
k l.pen.b.t.l.4.C.eo.
l gl.Bar.& Dd.in l.3.in pri.§.rer.amo.ubi dixi.
m l.serui.17.de furt.
n l.3.C.famil.ercis.
o l.meritò.51.sup.pro soc.
p l.fi.§.licentia. ubi gl.ad uerb.illius.C.de iure delib.l.2.C.quan.& quibus.lib.11.
q l.item.20.§.restituere. 16.de petit.hæred.
r d.l.3.
s l.fi.C.eo.l.2.b.t.
t in d.l.3.fac.l.1.C.eo.
u Dd.in d.l.meritò, pro soc.l.tres fratres.de pac.
x l.1.b.t.d.l.1.§.de effrac. uid.Alb.in tract.stat.4.part.quæst.91, Castr.consil.31.

Stellionatus. Tit. XX.

1 Quid sit stellionatus, unde dictus. 3 Quæ actio & pœna ex hoc crimine descendat.
2 Quibus hoc crimen obijciatur.

PLinius [a] scribit, † stellionem animal esse lacertæ simile, quo nullum fraudulentius homini inui- 1
deat: indeq; stellionum nomen in maledicum translatum. Stellionatus † autem crimen obijcitur 2
ijs qui dolo quid fecerint, scilicet si in aliud accusationis genus res non cadat. Quod enim in priuatis iudicijs est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit, ibi stellionatum obijciemus. Maximè autem in his locum habet, si quis rem fortè alij obligatam

a lib.30.cap.3.

BIU Cujas

ligatam aut datam, diſsimulata priore obligatione alij diſtraxerit, obligârit, in ſolutum dederit [a]. Sed & ſi quis merces ſuppoſuerit, ſuppreſſerit, uel obligatas auerterit, uel corruperit: æquè ſtellionatus tenetur: item ſi quis impoſturam fecerit uel colluſionem, in necem, hoc eſt, fraudem & damnũ alterius [b]. 3 Actio † ſtellionatus neque publicis (quia ex nulla publ. iudiciorum lege oritur) neq; priuatis (quando pœnam priuato debitam nullam petat) iudicijs continetur [c]: ideoq; nec animaduerſionem legitimam habet, cum legitimum crimen non ſit. Solent autem ex hoc crimine extra ordinem plecti. neque tamen debet pœna in plebeijs opus metalli egredi: in ijs autem qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio aut ab ordine remotio retinenda eſt [d]. Stellionatus iudicium famoſum non eſt, ſed coercitionem extraordinariam habet [e]: uidelicet niſi ex eo crimine deſcendat, quod etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importet [f]. uerbi gratia, ſi quis ex aperto dolo condemnetur: tunc enim quia & priuatum doli iudicium exiſtimationem notat, dicendum eſt, & crimen ſtellionatus damnato labem aſpergere [g]. ſecus ſi dolus in contractu ſit, de quo iure ciuili non actione doli, ſed ea quæ ex contractu deſcendit, quæreretur: quæ cum exiſtimationem non lædat [h], conſentaneum eſt, nec ſtellionatus iudicium extraordinarium hoc caſu opprobrio eſſe [i].

a l.3.h.t.l.1.2.4. C.eo.
b d.l.3.
c l.1.h.t.l.3. C.eod.
d d.l.3.§.pœna.
e l.2.hoc tit.
f l.infamem. 7.ĵ.de publ. iud.
g l.quid ergo.13.§.fina.de his qui not.infam.
h l.ceſſat.31.de act.
i l.tut or.16. §.1. de prig. act.d.l.1.2.& 4.C.eo.

De termino moto. Tit. XXI.

TErminorum auulſorum non hodie mulcta pecuniaria eſt, ſicuti ex lege agraria C. Iulij Cæſaris, qui necdum conſtituta monarchia mitius agendum putauit [a]: ſed pro conditione admittentium, extraordinaria pœna eiuſmodi admiſſum uindicatur: puta relegatione, uerberibus [b], &c. Iure Sax. qui ignorans amouet, 30. ſolidis mulctatur: qui ſciens, grauius, pro qualitate delicti [c].

a l.3.hoc tit.
b l.1.& 2.h.t. Panor. in c. ex literis.n.13. de prob.
c Landtr.lib.2. artic.28. Fachſ.diff.65.& Reinhart.diff.pœnal. 2. uide etiam Deut.19.& 27.

De collegijs & corporibus. Tit. XXII.

COllegæ (inquit Varro) ſunt, qui unà lecti ſunt, ad idem uidelicet munus, eandemq; poteſtatem, quaſi coelecti [a]. Hinc collegia dicta, conuentus & concilia opificum, aut aliorum eandem artem exercentium: in quibus qui dant nomina, eliguntur, dum tamen ne pauciores tribus ſint [b]. eiuſmodi nonnulla à rege Numa fuerunt inſtituta [c]. Sed cum multa improba, præſertim intempeſtiuis & ſumptuoſis comeſſationibus aduerſus leges & ordinum concordiam ac diſciplinam publicam prętextu talium conuentionum improbi machinarentur [d]: primùm Senatuſconſulto huiuſmodi conuentus collegiaq; prohibita ſunt, niſi quæ ſpecialiter propter aut religionem, ut Iudæorum, aut uſum reipubl. eſſent approbata, ut publicanorum, piſtorum, nauiculariorum [e], &c. Poſtea eam rem & Imperatores curæ habuerunt [f]: extatq; ea de re Traiani reſcriptum in epiſtolis Plinianis. Etſi autem qui collegium illicitum uſurpat, contra conſtitutiones & Senatuſconſulta facit, eoq; reus Maieſtatis & legis Iuliæ de ui publica, atq; ex his legibus puniendus uideatur [g]: tamen apparet olim collegium illicitum ſolere diſſolui, & pœnam mitiorem fuiſſe, ac planè extraordinariam [h]. unde & hic titulus inter extraordinaria iudicia eſt collocatus.

a l.collegarũ.173.de uerb. ſign.
b l.Neratius.85. de uerb. ſig. Cic.in Orat.pro domo ſua.
c Plin.lib.35.c.12.& Plutar.in eius uita.
d Liuius lib.39. Suet.in Aug.cap.32.
e l.3.hoc tit.
f l.1.& 3.h.t.l.1.quod cuiuſ.uniuerſ.l. conuenticula.15. C.de epiſc.& cler. Sueton. in Caio Cæſ.c.42.uide Cuiac. lib.7.c.30.

De popularibus actionibus. Tit. XXIII.

SCiendum etiam eſt, plerorumq; criminum, præſertim extraordinariorum accuſationes, quia ius publicum populi tuentur [a], eſſe populares, & cuilibet de populo competere, qui tamen integrę ſit exiſtimationis [b]. Quòd ſi plures concurrant, prætor eligit maximè idoneum [c]: ac potiſsime eum cuius intereſt [d]. Mulieribus & pupillis populares actiones non dantur, niſi cum ad eos pertinent [e]. Omnes populares actiones neq; in hæredes dantur, neq; ſupra annum extenduntur [f]. quod de ciuilibus & extraordinarijs iudicijs accipiendum eſt: de quibus in hoc libro eſt actum, & ad quæ hic titulus refertur. nam publica iudicia quamuis etiam popularia ſint, tamen plerunq; uiginti annis durant [g].

a l.2.h.t.iunc. l.1. ĵ.ad l. Iul.Maieſt.& l.qui cœtu.ad l.Iul.de ui pub.
b l.1.in prin.h.t. d.l.conuenticula.
c l.2.hoc t.
d l.3.hoc t.
e l.mulieri.6.h.t.
f l.fin.h.t.
g l.querelam.C.de falſ.

DIGEST▸ LIB▸ XLVIII▸ DE PV= BLICIS IVDICIIS. TIT. I.

1 *Quæ ſint publica iudicia.*
2 *Cauſa efficiens.*
3 *Materia.*
4 *Forma exercendorum publ.iudiciorum.*
5 *Finis.*
6 *Effectus.*

1 TRANSGREDIAMVR † ad iudicia publica, quæ ita appellata ſunt, authore Iuſtiniano, quòd cuiuis ex populo executio eorum plerunq; detur [a]: uel potius quia in ijs de crimine publico, quod omnes tangit, quæritur [b]. Non omnia autem iudicia [c] in quibus crimen uertitur & accuſatur, publica ſunt, ſed ea tantum, quæ ex legibus publicorum iudiciorum ueniunt: ut Iulia maieſtatis, de adulterijs, Cornelia de ſicarijs [d], &c. hoc eſt, quæ publica eſſe certa aliqua lex uoluit ac decreuit. Publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia ſunt, ex quibus pœna, mors aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio. Cuius in locum hodie deportatio ſucceſsit [e]: per hanc enim eximitur caput de ciuitate. quod inſtar mortis eſt, & certè ciuilis mors appellatur [f]. Cætera exilia non exilia propriè, ſed relegationes dicuntur, cum ciuitas retinetur: quemadmodum & Ouidius in Pontum remotus, diſputat, ſe non exulem, ſed tantum relegatum eſſe. Non capitaliâ ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio & relegatio pœ-
2 na eſt [g]. Cauſa † efficiens publicorum iudiciorum, eſt certa aliqua lex [h], ut & Cic. [i] pluribus locis teſtatur: quæ modum & formam inquirẽdi puniendiq; alicuius delicti præſcribit. Hæc judicia olim in pro-

a Inſt.de pub.iud.in prin.
b l.4.C.de hæret.
c l.1.h.t.l.ſtellionatus.5. de crim.ſtell. Cuiac.obſer.lib.8.c.35.
d l.1.h.t. uide quæ dixi Inſt.eo.
e l.3.ĵ.ad l.Iul.pecul.
f l.1.§.fi.de bon.poſſ.contra tab.l.4.ſupr. qui ſatiſ.cogan.
g l.2.h.t.§.1.Inſt.eod.
h l.1.hoc t.
i in 7.Verr.

BIU Cujas

uincijs exercebant præsides & Procoss. in urbe quęstores rerum capitalium, qui ad hoc specialiter cum esset opus, populi electione constituebantur [a]: sed posterioribus temporibus, translato in Augustos populi iure, & ab his magistratu rerum criminalium perpetuo creato, præfectura urbana omnia sibi crimina in urbe commissa uendicauit [b]. Materia † circa quam uersantur, sunt grauiora delicta: quæ cum 3
publicam & singulorum turbent tranquillitatẽ, uindicari publicis iudicijs propter exemplum publicè interest [c]. Ordo † exercendorum olim publicorum iudiciorum, cuius Cicer. [d] & alij [e] meminerunt, in 4
usu esse desijt: durante tamen legum pœna, cum extra ordinem & solennitatem antiqui iuris, crimina probantur [f]. quare de eo ordine superuacuum est plura uerba facere. Illud sanè ad formam adhuc pertinet, quòd procurator in istis iudicijs neutra ex parte admittatur [g], nisi ad probandas absentium excusationes [h]: quòd accusatio & totus processus usitato solenniq́ue more sit conficiendus, ut paulo pòst ostendemus [i]: quòd præses uel alius qui cognoscit, clariss. uiros & peritiss. causarum adhibere [k]: neque pendente uno iudicio aliud [l], non compensationes relationesq́; criminum [m], neq; probationes non luce clariores [n] admittere debeat. Adde his quod iure nostro Sax. hæc iudicia ante meridiẽ & sub dio sint peragenda [o]. Finis † est, cùm ut absoluatur innocentia, tum ut delicta sontium puniantur: quibus duabus rebus, præmio scilicet atq; pœna, quasi anchoris ciuitatem retineri Solon arbitrabatur: utq́; sublatis malis ac perniciosis hominibus, & seruetur disciplina publica, & alij exemplo commonefacti, consimilibus flagitijs abstineant [p]. unde & Gellio [q], τιμωρίαι, νουθεσίαι καὶ παραδείγματα, & Iustiniano ad totius ciuitatis salutem hæc iudicia comparata dicuntur [r]. Pulchrè in hanc sententiam Cic. [s] In corpore, inquit, si quid est eiusmodi, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur, ut membrorum aliquid potius quàm totum corpus intereat: sic in reipub. corpore ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputemus. Effectus † horum iudiciorum est, quòd & accusatorem temerè aut dolo malo pericula alteri 6
creantem puniant [t]: & reos conuictos non modò legitima ipsius iudicij pœna, uerumetiam per consequentiam existimationis, interdum etiam bonorũ iactura plectant [u]: & interea dum agitantur, omnes alias ab eodem reo accusationes actionesq́; excludant [x].

De accusationibus & inscriptionibus.

TITVLVS II.

1 Dispositio sequentium titulorum.
2 Continuatio huius.
3 Sine excusatione an procedat iudicium, & de denunciatoribus.
4 Quid significet accusare.
5 Quid sit accusatio.
6 Causa efficiens.
7 Apud quem accusatio instituenda.
8 De remissionibus.
9 Qui accusare possint.
10 Qui accusari.
11 Materia.
12 Forma proponendæ accusationis, faciendæ inscriptionis, & formandorum libellorum.
13 Quomodo contra absentem procedatur.
14 Finis accusationum.
15 Effectus.
16 Quomodo extinguantur.

POstquam † in genere naturam & uim publicorum iudiciorum utcunq; delineauimus: nunc sigil- 1
latim singulas eorum partes persequamur. & primò quidem quomodo constituantur, tum quot sint horum genera: postremò quomodo peragantur & ad executionem perueniant, exponamus.
In † constitutione publici iudicij, necesse est ante omnia de accusatore & accusatione quæri [a]. Quia 2
† sine accusatore iudicium criminale nó procedit [b], ut nec ciuile sine actore [c]: nisi cum ex publica fama, 3
quæ loco accusatoris est [d], magistratus in delicti authorem inquirit [e], quod olim per denunciationes fiebat. Ne enim deficientibus accusatoribus delicta manerent impunita, quę coerceri publicè interest, constituti olim erant stationarij seu irenarchæ, quibus publicè mandabatur, ut si quid grauius accidisset, id denunciarent magistratibus [f]: qui postea ex officio, sicuti fieri debet, nocentem conquirebant [g]. Denunciatorum autem in eo melior erat conditio, quòd exemplo accusatorum inscribere se non cogebantur [h]. Accusare † etsi generaliter significat aliquem ad causam dicendam urgere [i], unde accusatio- 4
nis nomine etiam ciuilis [k] actio & persecutio [l] uenit, sicuti contrà actio pro accusatione ponitur [m]: tamen obtinuit, ut propriè accusare & accusatio ad criminationes & delationes delictorum referantur [n]. Accusare † aũt est, Azone [o] authore, aliquem reum criminis per libellum deferre, ad uindictam & pœ- 5
nam [p]: uel secundũ Duar. [q] Accusatio est maleficij alicuius apud iudicem delatio, ad uindictam publicam solenniter facta. Prima differentia sumpta est à materia, in uerb. maleficij delatio.) nam in ciuilibus de pecunia agitur: in accusationibus, pœna publicæ uindictæ fisco debita petitur [r]. Secunda à fine, ad uindictam publicam.) in pecuniarijs enim & iudicijs priuatis, ius nostrum petimus [s]. Tertia à forma solenniter facta.) hoc est, oblata libello, & facta inscriptione [t]: qua nota accusatio ab extraiudiciarijs delationibus ostenditur differre. Constituitur † autem accusatio ex aliqua lege publica, ut diximus [u]: 6
ita tamen ut coram idoneo & competente iudice instituenda sit, ab ijs quibus accusandi ius est, contra eos quos accusare licet. De his igitur omnibus uideamus, quandoquidem sine iusta harũ personarum, ut ita dicam legitimatione, accusatio ritè formari non potest. Quòd † igitur ad eos pertinet, qui de cri- 7
mine cognoscunt, sciendũ est in prouincijs ad præsides & procoss. penes quos merum erat imperium, cognitionem executionemq́; criminum pertinuisse [x]: & ad eum præcipuè, in cuius territorio crimen contractum

a l.2.§.& quia.supr. de orig.iur.
b l.1.sup.de off.præf.urb.
c l.congruit.13.de off. præs.
d pro Ros.Ame.pro Mil. & alijs locis.
e Ascon.pro Milo. & in Verr. Liuius lib.1. in historia Horatij.
f l.ordo.8.b.t.l.lex. §.ult. ad l.Iul.repetun.l.ult.ad l.Fab.de plag. Cuiac.ad Paul.lib.5.tit.12.
g l.pen.§.1.b.t.l.antepen. C.de accus.
h l.inter.10.hoc tit.
i ad tit.de accusat.
k l.custodias.12.hoc tit.
l l.4.ubi gl.& Dd.b.t.
m l.5.hoc tit.
n l.fi.C.de probat.
o gl.ult. art.61.lib.3.& text.art.69.eo.lib.
p d.l.congruit.13.
q lib.6.cap.14.
r §.1.Inst.de pub.iud.
s Philipp.8.
t uid.j.tit.1.
u l.infamem.7.b.t.uid.j. tit.de bon.damn.
x l.qui de crimine.9.C.de accus.l.2.§.fi.de custod. reor.

a author ad Herenn.lib.1. cap.5.
b l.quãuis.19.C.de adult. l.ult.j.de priuat.delic.l. rescripto.6.§.si quis.de mune.l.pen.C.de his qui accus.l.si cui.b.t.c.1.ut eccles.ben.sine dim.c.1. de accus.
c l.inter.62.de iud. Dd.in Rub.j.& ex.de iud.c. forus.5.de uerb.sig.
d c.cum oporteat. 19.ext. eo.Panor.in c.qualiter. 17.eod.
e l.2.§.si publico.j.de adult.l.3.§.præterea.de sus.tut.l.pen.C.de probat.l.nullum.C.de test. l.1.C.de custod.reo. l.ea quidem.7.C.de accus.c. qualiter.1.& 2.extr.eo. ubi Cano.
f l.ea quidem.C.eod.l.1. §.quies.de off.præf.urban.l.diuus.j.tit.1.l.1.C. de curios.& sta.lib.12. Duar.disp.lib.1.c.38.
g d.l.1.§.quies.l.4.ad leg. Iul.pec.l.3.de off.præf. §.ult.in Auth. de colla. ædend. k dict.l.qui C.eo. o in Rub.C.de deferre.h.t.l.fi.de priui. Inst.de act.in uer.q.sibi

l.1.C.de cust.reo.l.si quis.C.de epis.aud. b c.super.17.ext.eo. i c.forus.§.accusator.de uerb.sig.Alc.in l.qui accusare.C.de accusare.l.ex iudiciorum.in fi.t.t. l l.uerò.40.sup.sol.mat. m l.1.de crim.stell.t.t.C.quan.ciu.ac.præ.cri. n ut b.t.& his qui accus.non poss. p l.cum rationib.16.l.1.l.non ignor.9.l.si quis.20.C.de his qui accus.non pos.l.libellorũ.3.in uerb.reum deb.l.2.§.si pub.de adul. q præal.loc. r Ias.post alios.in Rub.C.de iud.gl.in l.3.de sepul.uiola.Cbil.in prac.c.58. s in prin. debetur. t l.3.b.t.C.de his qui accus.nõ pos. u l.1.j.tit.1.l.3.j.de præuar. x l.antep.et l.pen.j.tit.1.l.leuia.6.l.si cui.7.b.t.

contractum esset. In ea enim prouincia agebatur causa, in qua erat delictum [a]. nam & certius, quasi in re præsenti cognosci poterat, & consentaneum uidebatur ibi extare exemplum pœnæ, ubi exemplum cul-
8 pæ extitisset: unde remitti eò rei solent [b]. Sed † hodie uix remissionibus utimur, maximè cum non uni iam Principi, ut in imperio Romano omnes ditiones pareant, nec par in parem eiusmodi remissionis habeat imperium [c]: quare plerunque fontes eo loci coerceri uidemus, ubi mueniuntur [d], etiam de delictis alibi commissis [e], maximè cum pleriq; sint uagabundi, nec certis locis commorentur [f]. Quod obtinet, ubi reus apprehensus est. nam si lateat, aut in fuga sit, iure Sax. eo loci ubi delictum est, iudicium in fugitiuum constituitur [g]: qui nisi ueniat se defensurus, tertio in termino reseruata iusti impedimenti excusatione (**biß auff ehehafft**) pro conuicto cõdemnatur. In ipsa aũt urbe nulli permissum erat magistratui ordinario, ne Cos. quidem de capite ciuis Rom. statuere, ex lege Valerij Publicolæ: quare quæstores à populo olim in singula delicta, cum opus esset, creabantur, qui capitalibus rebus præessent. Hi quæstores parricidij (id enim generale cædis nomen est) appellabantur, quorum lex etiam XII. Tab. meminit [h]. Sed has quæstiones Lucius Cornelius Sylla postea ab equitibus, qui cognitionibus præfici solebant, ad Senatum transtulit, pœnasq; in pluribus delictis, & iudicia certa ac perpetua constituit: ut de falso, de cæde: idque eo fine & consilio, ut eâdem forma institueretur semper quæstio, & certa pœna lege comprehensa locum perpetuò obineret [i]. Quæ etiam quæstiones propterea Corneliæ dictę sunt. Sed progressu tẽporis, præfectura urbis ab Augusto primùm cõstituta, omnia sibi crimina uindicauit [k]. quanquam & latrunculorum alibi meminerunt leges [l]: quos uerisimile est inquirendis per uias publicas & itinera latronibus ac grassatoribus Reipub. foris operam nauasse, & ius eos coercendi habuisse: cuiusmodi magistratus etiamnum in Belgico durare passim uidemus.

9 Porrò † qui accusare possint, intelligemus, si scierimus qui non possint. Itaq; prohibentur accusare alij propter sexum, ut mulier [m]: nec enim publicorum munerum ac iudiciorum est particeps [n], neq; priuatas aliorũ causas agere potest [o], nedum publicas: nisi suam, suorumq; iniuriã persequatur [p], aut quæstio sit de atrocissimo crimine, quod quàm ocyssimè uindicari Reipub interfit [q]. alij propter ætatem, ut pupillus [r]: extrà quàm si paternam iniuriam authore tutore uindicet [s]. adultos autem, quamuis 25. annis minores, accusare posse uerius est [t]. alij propter sacramentum, ut qui stipendia merent [u]. nam nec procuratores priuatarum rerum esse possunt [x], multo minus Reipub. alij propter Magistratum potesta remũe: quippe cum nisi impunè in ius durante Magistratu uocari nequeant [y], certè nec alios interea uocare atq; accusare debent [z]. alij propter delictum proprium: ut infames [a], & iudicio publico damnati [b]. alij propter turpem quæstũ: ut qui duo iudicia aduersus duos subscripta habent [c]. sufficit enim ex duobus uno tẽpore eos præmia accusatorũ cõsequi, nisi iniuriarũ suarum causa agant [d]. Item qui nummos ob accusandum uel nõ accusandũ acceperunt [e]. Quidam propter suam conditionem: ut serui [f], nisi in casibus exceptis [g], filij cõtra parentes, liberti contra patronos [h]. pleriq; ob suspicionẽ calumniæ: ut illi qui falsum testimoniũ subornati dixerunt [i]. nonnulli propter paupertatem: ut sunt qui minus quàm 50. aureos in bonis habent [k]. Hi tamen omnes si suam iniuriã exequantur, mortemúe propinquorum defendant, ab accusatione non excludunt [l]. Sed & propter cõsanguinitatem de enormi delicto consanguineum accusare prohibemur [m], quòd minus ex bona fide excusatio processura uideatur: ut in amicis & cõiunctis probat Cic. [n] Is etiam qui reus factus est, purgare se debet, nec antè accusare potest, quàm fuerit excusatus [o]: nam nec procurator pro alio antea esse potest [p]. Plures autẽ simul unũ accusare posse, si simul cõcurrant, & omniũ interfit, rectè cõtra cõmunem disputat Duar. [q] quanquã si ab uno accu-
s satus iam sit, ab alio accusari de eodem crimine nequeat [r]: quia de uno delicto plus quàm semel quæri nõ potest [s]: nisi prima accusatio deserta sit, aut aliquo casu impedita [t]. Sed de diuersis delictis rectè uno
t tempore alicuius nomen defertur [u]: ut, Milo postulatus est ab Appijs de ui & de ambitu, de sodalitijs à P. Nerato [x]. Sed ne in diuersa reus distringatur: tantum de uno, post de alijs respondere cogitur [y]. ut in accusatione Milonis, primum iudicium fuit de ui: eo expedito, de alijs cognitio futura erat, ut ostendit Ascon. Quòd si autem non cõueniat inter plures, quinam accusare debeat, erit iudicis, magis idoneum eligere [z]. qua de re etiam eleganter disputat Cic. in Diuinatione in Verrem. Vocatur enim hęc quęstio,
10 diuinatio: quòd disceptetur de iudicio futuro, ac diuinetur etiamnũ quis accusare debeat [a]. Iam † qui accusari possint, uideamus: & constat, omnes posse, tam mares quàm fœminas, tam impuberes quàm puberes [b], tam liberos quàm seruos [c], paucis exceptis. Excipiuntur autẽ absentes, contra quos offerri tantum libellus potest [d], mortui [e], legati & magistratus [f]. nam cuius famæ, eius magis uitæ parcendum est [g]: & serui, in ijs quorũ pœna tantum ciuitatẽ aut bona adimit [h]: hæc enim in seruum non cadit. Nec qui accusatus est aliqua lege de eodẽ crimine alijs legibus reus fieri potest [i]. dico de eodem: nam diuersorum nomine potest [k]. Sed & plures de uno admisso simul rectè accusantur [l]: de diuersis autẽ ab uno non rectè, nisi suam iniuriã persequatur [m]. Sed etsi quis semel crimine ac iudicio absolutus sit, nõ debet præses pati, eundem iterum de eodem accusari [n]: nisi præuaricatione prioris iudicij approbata [o].

a *d.l.si cui, §. pen. l. fi. hoc t. l. nõ dubium. 11. ubi gl. ĩ. cust. & exh.*
b *l. solent. 7. ĩ. cust. et exh. reo. Auth. qua in prouincia. C. ubi de crim.*
c *l. 4. de recep. arb. Bart. in l. j. §. j. ff. quod cuiusq. uniuers.*
d *l. j. C. ubi de crim.*
e *uide Bart. Bald. & Dd. in l. j. C. de sum. Trin. et in l. oẽs. de iust. & iur.*
f *uide l. j. ubi gl. & Dd. C. ubi de crim. Lanfr. in c. quoniam. uerb. cõfessiones. nu. 11. de probat. Gand. de furt. punien. n. 4. & tit. ubi del. pun.*
g *uide Chilian. in prac. ca. von der acht. item ordin. Imper. c. 1.*
h *l. 2. §. & quia. de orig. iur.*
i *d. l. 2. §. & quia. Tac. Anna. lib. 3.*
k *d. l. j. de off. præf. urb.*
l *l. solemus. 61. §. j. de iud.*
m *l. qui accusare. 8. hoc t.*
n *l. 2. de reg. iur.*
o *l. alienam. 18. C. de procurat.*
p *l. de crimine. C. qui accus. l. j. & 2. hoc t. §. 1. Inst. de susp. tut.*
q *l. in quæstione. b. ad l. Iuliam. maiest. l. fi. ad l. Iul. de anno. l. 2. hoc tit. l. 13. hoc t.*
r *d. l. qui accusare.*
s *l. 2. hoc t. l. 2. C. qui accus. non poss.*
t *Azo in Rub. C. qui accus. nu. 4. per l. clarum. C. de auth. præst. & l. si maritus. §. lex Iulia. arg. à contrario sensu. ĩ. de adult.*
u *d. l. qui accusare, hoc t. l. non prohibentur. 8. l. si crimẽ. C. qui accus. non.*
x *l. militem. 7. C. de proc.*
y *l. 32. de iniur. l. 2. ĩ. de in ius uocan.*
z *d. l. qui accus. hoc tit. l. si maritus, 15. ad l. Iul. de adul.*
a *d. l. qui accusare.*
b *l. 4. hoc t.*

c l. cum rationib. 16. C. qui accusare non poss. l. qui accusare. 8. hoc t. uide Cuiac. lib. 6. cap. 12. obser. d l. cum rationibus. 16. C. qui accusa. l. inter. 6. §. ult. de adult. l. 11. hoc t. e d. l. qui accus. l. eadem. §. 1. & 2. ad l. Iul. rep. f l. uix certis. 53. de iud. Azo nu. 4. C. qui ac. g l. nullo. ĩ. de fol. l. 1. C. de prec. Imp. off. h d. l. qui accusare. i l. alij. 9. hoc t. k l. nonnulli. 10. hoc t. l l. hi tamen. 11. m l. si magnum. 13. l. propter. 14. l. si sororem. 18. C. qui accus. n in Diuinat. in Verrem. o l. is qui. 5. sup. tit. 1. l. 1. l. neganda. C. qui accus. p l. reum. 6. C. de proc. q Disp. lib. 1. cap. 39. per l. si accusatorib. C. de accus. l. 3. de sepul. uiol. r l. qui de crimine. C. eo l. si tamen. 11. §. ult. hoc t. s l. si cui. 7. §. 1. hoc t. t d. l. 11. in fi. l. 3. uers. quòd si. hoc t. u l. qui de crimine. C. eo. x Ascon. in ora. pro Milo. y l. 2. §. ult. ĩ. de cust. reo. Sax. Land. lib. 3. art. 12. Reinh. diff. iud. 33. z l. si plures. 16. hoc t. l. 3. de lib. ho. exh. l. si uerò. §. hæc autem. de his qui detece. l. si plures. de pop. act. l. 2. §. fi. de adult. a Asco. in Diui. Cic. in Ver. b l. pupillum. 112. de reg. iur. c l. hos accusare. 12. §. omnib. hoc t. d l. absentem. C. eo. l. 2. C. de exh. re. e l. antep. hoc t. l. pen. inf. ad l. Iul. per l. defuncto. 6. supr. tit. 1. f d. l. 12. g l. si adulterium. 38. §. pen. de adult. h d. l. hos accusare. §. omnib. hoc t. i d. l. senatus. 14. hoc t. l. qui de crimine. C. eo. k d. l. libellorum. §. sed si aliud. hoc t. Azo in Rub. C. eo. nu. 4. uide distinctionem Bal. in l. 1. nu. 2. & 3. C. si reus uel accus. mor. fue. l l. 1. C. si reus uel accus. mor. fue. l. uim passam. 38. §. pen. inf. de adulter. m d. l. 12. §. lege. hoc t. l. cum rationib. C. qui accus. n d. l. si cui. 7. §. 1. o Paul. lib. 1. tit. 6. l. 3. de prænari. l. 4. §. ult. de adulter.

BIU Cujas

Materia † circa quam accusationes uersantur, sunt delicta: non quidē omnia, sed quæ publica & spe- 11
ciali aliqua lege uindicantur: ut & antea sæpe dictum est. Forma † exercendarum accusationum ueteri- 12
bus usitata [a], cum sit abolita [b], alienum à nostro instituto sit, de ea uerba plura facere. Id sciendū est, qui accersitur alicuius publici criminis, eum cumplurimùm ex uinculis causam dicere oportere, nisi persōnæ & rei qualitas leuiorem cautionem, puta prædes, aut promissionē cui relinquatur reus, impetret [c]. Sed ne innocentia cuiusquam temerè uim calumniæ patiatur, utiliter prouisum est, ne id antè fiat, neu cuiusquam nomen inter reos referatur, priusquā qui crimen intendit, in iudiciū ueniat, nomen rei indicet, uinculū inscriptionis, quo si in probatione deficiat, eidem pœnæ quam reo intentat, obligatur, arripiat: custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatiōne: nam & satisdationes de exercenda lite admittuntur [d]) patiatur, nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poscat similitudo supplicij [e]. qua tamen formidine denunciatores [f], & qui de leuibus accusant [g], liberantur: etiamsi nec horum calumnia remanere debeat impunita [h]. Libellorum aūt inscriptionis conceptio talis est, Cos. & dies: Apud illum prætorem (ad hoc constitutum electumq; in urbe) uel Procos. (in prouincia) Lucius Titius professus est, se Mæuiam lege Iulia de adulterijs ream deferre: quòd dicat eam cum C. Seio ex ciuitate illa, domo illius, mense illo, Coss. illis, adulterium commisisse. Vtiq; enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est. & persona cum qua admissum dicitur, & annus atq; mensis [i]: neq; tamen diem neq; horā inuitus comprehendet [k]. Si quis tamen diem qui mensem demonstret, expresserit, non alia mensis nominatione opus fuerit: cum paria sint, aliquid certis uerbis, uel certa designatione ac circumscriptione exprimi [l]. Si reus item petat diem consignari, ut negatiuam loco & tempore [m] coarctatam, puta se tum temporis à loco delicti abfuisse, probare possit: æquum erit huiusmodi precibus locum dari [n]. Solent etiam libelli accusatorij non tantum in pœnā, sed etiam in torturam dirigi, hoc modo: Si reus factum inficias eat, uolo hanc actionem super his atque his indicijs propositam esse: & ex illis quæstionem, ad eruendam ueritatem, reo decerni postulo. Quòd si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen, etiam illo non opponente [o], unà cum libellis aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. Neq; enim potest uitium libelli criminalis, puta omissio temporis, loci, &c. in probationum articulis postea suppleri [p]. Item subscribere debebit is qui dat libellū, se professum esse, uel alius pro eo, si literas nesciat [q]. quæ subscriptio ideo necessaria est, ut similitudo supplicij etiam certum accusatorem obstringat. Etsi autem hodie inscriptiones subscriptionesq; obsoleuerunt, non tamen similitudo supplicij in calumniantibus cessat [r]. Et ideo etiamnum custodia accusatori circumdari solet, donec de prosequēda lite, & resarcienda iniuria idoneè satisdet [s]. Apud nos uerò Sax. solummodò cautio pecuniaria de sumptibus litis & iniuria, perinde atq; in ciuilibus est interponenda [t]: nec enim nomine accusationis & appositæ custodiæ actor ultra pecuniariā æstimationem tenetur [u]. Instituta autem accusatione, relatoq; inter reos nomine, eodem modo causa agitur per litis contestationem, exceptiones, probationes, &c. quo in ciuilibus agitari solet [x]. Illud interest quòd in criminalibus apta libelli conclusione non sit opus, imò ne conclusione quidem [y], puta ad certam pœnam. nam ea iure comprehensa est, (quod tantum præstat in criminali iudicio, quantū petitio agentis in ciuili [z]) ita ut suppleri à iudice possit: qui propter eandē rationem aliter potest cōdemnare quàm sit petitum [a]. Item quòd probationes requirantur euidentiores [b], adeò ut in his præsumptiones non sufficiant ad condemnandū [c], sed tantū ad absoluendum [d]: nisi, ut Dd. tradunt, in delictis quæ tantum per coniecturas & præsumptiones probare possunt [e]. quod alibi excusimus [f]. Itē quòd reo defensio permittenda sit, etiamsi appareat iustam nō subesse [g], non modò in termino probationis, sed etiam post conclusionem in causa, atq; adeò post ipsam quoq; sententiam [h]. Imò neminem etiam nocentissimū damnari posse uolunt, nisi termino defensionis ante omnia concesso atq; assignato [i]. Quin etiamsi reus defensionem prætermittat, potest iudex sumere personam rei, & eius defensionē prosequi [k]: sicuti contrà, desistente aut impedito accusatore, ex officio accusationem pertexere inchoatam [l]. Item quòd celeriter examinatio sit conficienda [m], ne reus diuturna custodia affligatur [n]. Sanè leuia crimina audire & discutere de plano procos. oportet [o]. Itaq; multo magis in his sufficiet qualis qualis petitio, nec nocebit inepta conclusio: nam quod de necessitate non requiritur, si ineptè interueniat, non uitiat actum [p].

Et † hæc quidem ita se habent, cum utraq; pars præsentiam sui in iudicio facit. Sed quia plerunq; son- 13
tes fuga sibi consulunt, priusquam in uincula conijciantur, uideamus quomodo contra absentes accusatio procedat. Et quamuis rescriptum est [q], absentem capitali crimine accusari non posse, multo uerò minus damnari, etiamsi cōtumaciter absit [r], sed tantum bona eius annotari, & post annum publicari [s]: tamen usu apud nos inualuit, ut ter per interualla dierū 14. citetur reus: post quæ si non compareat, nec absentiæ excusationes alleget, pro conuicto habetur, & banno imperij proscribitur, ut impunè postmodum

a Ascon. pro Mil. Cic. in Ver. ad Heren. lib. j. c. 5.
b l. ordo. sub tit. 1.
c l. j. j. tit. 1. l. j. C. de cust. reo. l. 2. C. de exh. re.
d l. 3. C. de his qui accus. nō poss.
e l. pen. & l. fi. C. eod. l. 2. C. de exh. re. uide Cuiac. obs. lib. j. cap. 20.
f d. l. ea quidem. C. eo.
g l. leuia. hoc t. Azo C. eo. nu. 7.
h l. j. C. de decur. lib. 12. l. duus. de cust. re. uide j. ad S. C. Turp. in fine.
i uide omnino Ias. in §. ex maleficijs. nu. 56. Inst. de actio.
k uide omnino Ias. in l. 2. §. si quis Ephesi. de eo quod certo loc.
l l. 2. de lib. & posthu. l. gerit. l. pro hærede, de acquir. hær. l. si rem. de rei uendic.
m Bart. in l. is qui reus. nu. 16. de pub. iud. per l. 2. §. 1. de eo quod cert. lo. & in l. libellorum. nu. 13. de accusat. Boss. in prac. crim. de inquisit. nu. 91. 92. Ias. in l. 2. §. si quis Ephesi. de eo quod cert. loc.
n l. optimam. C. de consti pul. Dd. in l. actor. C. de probat.
o Ias. post Bart. in l. 3. nu. 18. C. de æden. & in §. ex maleficijs. nu. 68. Inst. de act.
p Ias. in d. §. ex maleficijs. nu. 63.
q l. 3. hoc t.
r gl. in l. 2. ad uerb. periculi. C. de fid. instr. per l. j. C. de ad. diuer. iud. l. 3. §. idem diuus. de testib.
s l. 3. C. de his qui accus. l. 2. C. de exhib. reor. Angel. in tract. mal. uer. ad querelam Titij. Hip. in prac. crim. §. diligenter. num. 207. ord. Imp. cap. 12.
t Chil. cap. 47. in prax. art. 8. lib. 2.
u Land. lib. j. art. 68.
x l. 2. C. de exh. reo. l. qui accusare. C. de æden. l. adulterium. C. de adult. l. maritus. §. præscriptiones. j. eo. tit. Azo in Rub. C. eo. nu. 9.
y Bart. in l. 2. §. si publico. nu. 13. j. de adulter. & in l. libellorum. hoc t. Ferr. in for. inquisitionis. ad uer. super.
z Bald. in l. 2. nu. 2. C. de probat.
a Ias. latè in l. uinum. nu. 24. & 25 si cert. pet. Bart. in l. quid ergo. §. pœna. j. de his qui not. inf.
b l. fin. C. de probat.
c l. absentem. de pœn. c. literas. 14. de præsumpt. Castr. & Dd. in l. fin. C. de probat. uide j. de accus.
d gloss. in cle. unic. ad uerb. non uolens. de homicid. Salic. in l. ea quidem. q. 5. C. de accus. Hip. consil. 61. post reditum. num. 31.
e l. non omnes. 6. §. à Barbaris. de re mil. c. afferte, c. literas. 12. de præsumpt. Bald. in l. quicunq; per illum text. de seru. fugit. l. si qui. 33. C. de adult. c. ex literis, c. tertio loc. de pro. Bart. in l. 2. §. fin. & l. capite. 25. de adult. Dd. in l. fin. C. de probat. ubi dixi. Euerar. in præam. loc. legal. in princ. Chilian in prac. cap. 2. num. 9. Scburff. consil. 38. centur. 1.
f uide j. de adulter. & l. fin. C. de probat.
g Hip. in pract. §. quoniam. numer. 31. & 32.
h Hip. in l. unius. §. cognituram. numer. 36. & 37. de quæst. & in pract. crim. §. occurrunt, numer. 3. & in §. sequens. numer. 8. & 9. Gaudin. de homicid. numer. 5. 6.
i Angel. in tract. malefic. ad uerb. qui iudex inquisitus. numer. 1. Hippol. præalleg. lo. paßim.
k l. si non defendatur. de pœn. l. j. in fin. de quæst. Bart. in l. libellorum. 5. §. si accusator. numer. 4. hoc tit.
l Bart. ibi. numer. 5. & 7. Bald. in l. ult. C. si accusat. c. 1. de colluf.
m l. properandum. C. de iud. tot. tit. C. ut intra cert. temp. quæst. crim.
n L. 1. & tot. tit. C. de custod. reo.
o l. leuia. 6. hoc tit.
p Ias. in d. l. uinum. numer. 33. per l. 1. in princ. C. de rei ux. act. cum alijs ibi alleg.
q l. absentem. 6. C. eod.
r l. 5. de pœn. j.
s d. l. absentem. l. 1. & 2. C. de req. re.

BIU Cujas

modum interfici posit [a]. Econtrariò si contumaciter desistat, & frustretur accusator, statuit ei terminũ iudex accusationis prosequendæ: post quẽ reus ab obseruatione iudicij ut in ciuilibus absoluitur [b], ita tamen ut ab alio accusari posit [c]: eamq; rem accusatores moribus impunè ferunt plerunque, quamuis iure ciuili aliter atq; aliter temeritatem & cõtumaciam eorum punitam fuisse constet [d]. Sed pœnam extraordinariam etiamnum durare apud Sax. præsertim calumniantibus accusatoribus, uerius uidetur [e].

14 Finis † accusationum idem est qui publicorũ iudiciorum, ut uidelicet delicta puniantur: quod Reip. ad cõmunem salutem & tranquillitatem interest [f]. Cic. 8 de accusatione: Sin, inquit, erit, cur faciendum sit sæpius, Reipub. tribuat hoc muneris, cuius inimicos ulcisci non est reprehendendum: modus tamen adsit. duri enim hominis, uel potius uix hominis esse uidetur, periculum capitis inferre multis. Effe-
15 ctus † accusationis est, ut ea impleta pœnæ à legibus ordinatæ per sententiam reus subdatur [h]: non impleta aut derelicta, reus quidẽ absoluatur, accusator uerò pœnas talionis, aliasúe de quibus paulo antè
16 diximus, & uerò postea dicemus [i], incurrat. Non † impletur autem accusatio, uel quia impeditur [k] aut deficit in probatione accusator, uel quia soluitur cessatq; iudiciũ, aut per mortem actoris [l] (nisi iudex ex officio, uelut super notorio procedere, & iudicium prosequi uelit [m]) uel rei [n], aut per contumaciam eorundem (ut suprà dictum est) aut quia indulgentia principali aboletur [o], aut quia uel instantia bienio [p] (olim anno [q]) uel lis ipsa præscriptione 20. annorum eliditur: quo tempore omnia criminalia iudicia, quæ breuioribus spacijs concluſa non sunt, circumscribuntur [r].

a Chilian. in tit. von der acht.
b l. 4. C. eo. l. si ea. 7. C. de his qui accus. non poss. uide gl. et Bal. in l. unic. in fine. C. ut nem. inuit. ag. & in l. diffamari. C. de ingenu. manumiss.
c l. accusator. ff. t. 1.
d l. 4. C. eod. l. qui crimen. C. de ijs qui accus. d. l. 5. §. pen. de pœn. l. j. C. ut intra cert. temp. Ang. in tract. mal. ad uerba. & ad querelam. n. 66. cum seq. Hip. in pract. §. quoniam. nu. 47.
e Zobel. in gl. noua. Lãdt. lib. 2. art. 8.
f Cic. in 1. in Verr.
g Off. lib. 3.
h l. 5. ff. t. 1.
i ad S. C. Turp.
k l. libellorum. §. accusator. hoc t.
l l. 2. §. fi. hoc t.
m Bal. in l. fi. C. si accusat. uel reus. per l. 2. C. de abolit. Bar. in l. libellorum. §. si accusator. nu. 5. & 7. de accusat. c. 1. de colluſ.
n uide l. j. & 2. C. si accus. uel reus mort. fuerit. l. defuncto. ff. t. 1. l. ex iudiciorum. 20. hoc t.
o t. t. C. de aboli. & de general. abol. uid. l. 3. C. de epiſc. audien.
p l. properandũ. C. de iud. l. 2. C. ut intra cert. tem. l. ubi. C. de falſ.
q l. reus. de muner. l. j. & 2. C. Theod. ut intra cert. temp. Cuiac. obſer. lib. j. cap. 8.
r l. querela. ubi Dd. C. de falſis.

De custodia reorum. Tit. III.

1 *Continuatio.*
2 *Quando quis custodiæ uel uinculis mancipandus.*
3 *Mulieres non tradi custodiæ.*
4 *Pœna captiuorum fugientium.*
5 *Pœna custodum fugiente captiuo.*
6 *Pœna fideiussorum.*

1 2 POst † accusationem institutam, ordinarium est, ut reus in uincula aut custodiam conijciatur, ne elabi posit [a]: præsertim si confessus fuerit [b]. nam † tunc pro conuicto habetur [c]: antè uerò quàm quis conuincatur, nõ temerè uinciendus est in custodia, sed asseruandus [d], nisi de grauissimo ali-
3 quo crimine agatur [e], aut crimen notorium sit uel confessum [f]. Sanè † mulieres ne custodiæ tradantur,
4 Iustin. propter sexus pudorem, iniuriæ custodum ac captiuorum obnoxiũ rectè sanciuit [g]. Porrò † custodiæ traditi si effugiant, quamuis alioqui innocẽtes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt, puniuntur [h] tanquã (ut uult Accurs.) conuicti [i], eademq; pœna qua delictum principaliter erat uindicandũ: quod dicere durũ est, nec seruari uidi: ad torturam tamen indiciũ facere aliquod eiusmodi
5 fuga potest [k], & delictum cõmissum aggrauare [l], effractioq; extra ordinem puniri [m]. Quòd † si dolo aut culpa cõmentariensium & custodũ effugerint, pro modo culpæ in eos statuetur [n], & ex constitutionibus eadẽ pœna qua is qui aufugit puniri debebat, afficiũtur [o]: quod & ipsum plenũ acerbitatis est: quare satius est pro admissi qualitate officio iudicis eos puniri [p]: præsertim cũ magistratui qui temerè reos soluunt, & abire patiuntur, mulctam tantummodo dici uideamus [q]. Olim cum militibus permitti custodias & curam carcerum usitatum esset, minus graue fuit eorum negligentiam capite puniri [r]: quando omnia ferè delicta militaria, etiã leuia, hoc modo puniantur: ut & hodie in militaribus artium custodibus, quorum fraude uel negligentia præsidia & arces amittuntur [s]. Sed cum rustici & pagani plerunq; nunc carceribus præficiantur, arbitrarer pœna pecuniaria, sicuti in magistratibus seruatur, negligentiã eorum puniendã. Quòd si dolus accesserit, uidentur extra ordinem tanquã effractores puniendi. Neq; enim grauius puniri debent conscij aut opem ferentes, quàm ipsi effractores, quos extra ordinem tantum puniri oportere suprà ostensum est [t]. At qui non reos, sed iam cõuictos damnatosq; emittũt, & uindictæ publicæ suffurantur, meritò cum maiestatis rei sint, grauius puniuntur [u]: quod alibi diximus toties uerum esse, quoties summi Principis, uel populi nõ recognoscentis superiorẽ, carceribus & pœnæ damnatus eximitur, non etiam quando manibus magistratus inferioris eripitur [x]. Sed sæpenumerò fit, ut aut ex criminis qualitate, aut propter ampliss. facultates dignitatemq; eius qui accusatur, fideiussoribus reus cõmittatur [y], aut sibi, hoc est, nudæ suæ promissioni [z]. Fideiussoribus quidem relinqui etiam in causis capitalibus ampliſsimos uiros, usitatum est [a]: quod beneficij etiã ad decuriones, item Doctores, ac liberalium artium professores, pleriq; trahunt [b]. Reliqui in causa unde pœna corporalis uenit infligenda, uel pecuniaria in corporalem cõuerti potest, nõ fideiussoribus, sed custodiæ committuntur [c]: quia ad eiusmodi pœnam fideiussores se obligare nequeunt [d]. In leuioribus autem delictis, uel iudicijs ad ciuilem pœnam intentatis, fideiussoribus relinqui rei solent, qui pro ijs iudicio sisti, aut etiã iudicatum solui promittunt [e]. Quòd si fideiussores inuenire nequeant, tunc suæ promissioni iuratæ committuntur [f]. Iure Sax. rerum soli possessores tantum bona sua pignori pro uadimonio obligare solent [g], etiamsi id genus cautionis in criminalibus iure ciuili non sufficiat [h]. Reus porrò ita cautioni custodiæue implicatus si elabatur, præter perfidiæ crimen quod incurrit, etiam delictum confiteri uidetur [i].

s l. 3. l. carceri. 9. hoc tit. Landt. lib. 2. art. 9.
t l. 3. l. si confessus. 5. hoc t. Bar. in l. j. hoc t. Bald. in l. 2. C. eo. uide Land. lib. 2. art. 9.

Fideiussores

g Auth. hodie. C. eo. h l. in eos. 13. hoc t. i gl. & Alber. Ang. in d. l. eos. per §. prohibemus. in nouel. de collat. tex. in l. j. ff. de effract. Boſ. in prac. cri. t. de carc. nu. 5. & de effract. carc. per tot. k uide Iaſ. poſt alios, in l. admonendi. de iureiur. nu. 169. ubi dicit esse communem. l Alex. consil. 35. uol. 1. Cæpoll. consil. 26. Boſſ. de effract. carc. nu. 1. m t. t. ff. ne effract. n l. milites. 12. l. fi. hoc t. o l. pen. C. eo. p l. 9. hoc t. uide bonam distin. Iaſ. in l. j. §. prætor. nu. 12. ff. ne quis in ius uocat. q l. ne quis. 10. hoc t. r Paul. lib. 5. tit. 31. s Iaſ. in l. actionib. nu. 24. de in lit. iuran. uide ff. de re milit. t ad tit. de effract. & Ne quis eum qui in ius uoc. ui ex. u l. 3. §. fi. l. 4. ubi Bar. ff. t. 1. Iaſ. in l. 3. §. quod prætor. nu. 12. ne quis eum, &c. x Iaſ. in d. l. 3. §. quod prætor nu. 12. ne quis eum qui in ius uoc. & in §. pœnales. nu. 102. 107. Inſt. de act. Guid. Pap. quæſt. 579. Soc. de cita. art. 34. nu. 32. y uide Land. lib. 2. art. 9. Chil. in pract. c. 46. nu. 3. latè Boſſ. in pract. crim. tit. de carc. fideiuſſ. z d. l. j. hoc t. d. Auth. hodie. l. cum clericis. §. j. C. de Epiſc. & cler. a l. j. hoc t. b Io. de Plat. & alij in l. medicos. C. de prof. & med. lib. 10. Alb. de Roſa. in Rub. de mun. nu. 14. & t. de decur. c gl. & Bar. in l. j. hoc t. Bal. in l. 2. C. eo. Fel. in c. fi. nu. 10. de accuſ. d Bal. & Dd. in l. 1. de pub. iud. & in l. ſi conſtante. nu. 20. ſolut. matr. Boſſ. de car. fideiuſſ. nu. 7. e uide præall. Dd. f §. neceſſarium. uerſ. ſi uerò iuraſſet. in Auth. ut null. iud. Boſſ. præall. loc. num. 72. Par. de Put. in tract. ſynd. uerb. fideiuſſ. nu. 1. per l. j. C. ut om. iud. Auth. generaliter. C. de Epiſc. & cler.

g Land. lib. j. art. 3. & 34. ubi gl. nu. 4. & lib. 2. art. 5. & 3. ubi gl. nu. 3. h Iaſ. nu. 3. in l. ſciendum. 11. qui ſatiſd. cog. i gl. in d. l. in eos.

BIU Cujas

Fideiussores † autem eorum, nō quidem corporaliter plectuntur, nec enim ad talem pœnam obliga- 6
re se possunt [a]: sed mulctātur pecunia pro arbitrio iudicis, nisi uel ex promissione, uel ex consuetudine certa summa ostendatur [b], sicut iure Sax. uuerigeldio, ut uocant, mulctantur [c]. Si tamen dolo fideiussor faciat, quo minus reus exhibeatur, etiā extra ordinem rectè coercetur [d]. Econtrà autē & iudices puniri usitatum est [e], qui aut iniustè aliquem custodiæ tradunt, aut cognita innocentia captiuum diutius detinent [f]. Nec modò ad interesse, & iniuriarum nomine tenentur [g], sed iure Sax. pro singulis diebus quibus custodia iniusta durauit, ad 30. solidos captiuo obligantur: qua pœna etiam is ad cuius petitionem iniusta incarceratio decreta est, obstringi [h], uelut & ad alimenta captiuo præbenda [i], existimatur.

a Bart. & Dd. in l. 1. 3. & 4. hoc tit. per l. si à reo. 71. §. fin. de fideiussor.
b l. si quis. 4. hoc t.
c Land. lib. 3. art. 65.
d d. l. 4. l. si Barsatorem. 13. C. de fid. gl. in d. art. 64.
e Hipp. in pract. crim. §. attingam. nu. 19.
f Bald. in l. sed etsi. de in ius uoc. Chil. in pract. c. 2. nu. 36.
g Bal. in l. quemadmodū. 29. §. magistratus. ad l. Aquil.
h Fachs. diff. 67. gl. Land. lib. 2. art. 34.
i l. iubemus. 10. C. de Epis. aud. fac. l. quoniā. uerb. sumptus competētes. C. de testib. l. 4. in fi. uerb. tuis sumptibus. de æden. & de hac materia: utrū captiuus à se, an ab aduersario, an de publico alendus sit, uide apud Par. de Pute. distinguendum in pauperem captiuum, & sibi sufficere ualentem, in tract. synd. uerb. car. c. 4. & uerb. expensæ. c. 1. per tot. Fel. in c. 1. de lit. contest. & c. ex rescripto. in fi. de iureiur. gl. l. ult. C. de eroga. mil. ubi Odofr. & Dd. Ang. in l. minimè. de appel. Bart. in l. sanctū. nu. 3. cum apost. l. de rer. diuis. & idem ac Ias. & Dd. in l. si uictū. de iud. & in l. 2. l. iudices. C. de Epis. aud. per l. lege. de Senatusc. Syll. an. l. diuus. de bon. dam. l. Circensium. de decur. lib. 10. l. quemadmodum. §. magistratus. ad l. Aquil. c. ne religiosi. de regular. c. ex parte. de accus. §. si unū. ut cum de appell. §. si uerò. de incest. nupt. Boer. decis. 303. nu. 1. Ang. consil. 245. quia. nu. 4. & 5.

Ad legem Iuliam maiestatis. Tit. IIII.

1 Dispositio sequentium titulorum.
2 Continuatio.
3 Quid sit maiestas.
4 Quis maiestatem lædere uideatur.
5 Qui, quos de hoc crimine accusare possint.
6 Quæ in hoc iudicio obseruanda.
7 Pœna huius delicti, & de l. 12. Tabul. ac Iulia huc pertinente.

SEd † iudicia publica uariè constituuntur, ex uarijs generibus delictorum. Delinquitur autem uel 1
in Rempub. uel in eius membra: puta aut in personas singulorum, aut in res. Quod † in Rempub. 2
aut Principem, qui Reip. caput est, cōmittitur, crimen læsæ maiestatis appellatur. Maiestas † enim, 3
authore Cic. [a] est magnitudo quædā populi Rom. in eius potestate ac iure retinendo: uertiturq; in imperio, atq; omni pop. Rom. dignitate. Maiestatē igitur minuere, ut idem [b] ait, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare: à quo non abhorret definitio Vlp. [c] Maiestatis † crimen est illud, quod aduersus pop. Rom. uel aduersus secu- 4
ritatem eius (nostri saluum conductum uocant [d]) committitur: quod quibus modis, & quàm uariè fiat, explicat Cic. [e] & I. C. hîc passim [f], ac nostri Dd. [g] quos consulere potestis. Quia uerò ius populi Romani in Imperatorem, quo nihil in terris habetur sanctius [h], translatum est [i]: ideo in hunc solum, eiusq; securitatem, crimen læsæ maiestatis committitur, non contra inferiores [k]. Porrò † quia hoc crimen de- 5
nudari publicè interest, ideo ius accusandi hîc habent, qui aliàs nō admittuntur: ut famosi, milites, mulieres, serui [l]: & accusantur non modò superstites, uerùm etiam defuncti, etiamsi aliàs reatus mortalitate extinguatur [m]: idq; ideo, quoniam & bona publicantur [n], & memoria rei post mortem eius damnatur, ne uel commemoratio tam pernicioſi sceleris supersit [o]: quod tamen non de quouis maiestatis temeratore accipiendum est, sed qui perduellionis reus perhibetur, hoc est, qui hostilia aduersus Rempub. aut Principem agitasse conuincitur [p].

In † cognitione autem hoc uertitur, ut non modò reus suspectus torqueatur, non admissa ulla digni 6
tatis aut priuilegij exceptione [q], uerùm etiam ipse accusator [r]. Hoc tamen crimen à iudicibus non in occasione iniuriæ faciendæ ob principalis maiestatis uenerationem habendū est, sed in ueritate rei: nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & antè quid fecerit, & an suæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè est trahendum [s]. Porrò † hoc genus sceleris, quod quidem ad perduelles attinet, lex 12. capite puniri uoluit: nec in alijs locum habere iussit, quàm qui hostilia in Remp. essent machinati. Postea lex Iulia imminui maiestatem pop. Rom. & alijs multis, præter perduellionem [t], modis statuit: quam legem sui noui imperij muniendi causa Augustus tulisse, ex actis porrò Cęsaris iam demortui Antonius primùm protulisse uidetur [u], Iuliamq; à Iulio nominasse. Ex hac lege apparet aqua & igni cōdemnatis interdictum fuisse [x]. nam & Modest. [y] ait, in militibus pœnam exacerbari: non igitur in reliquis uidetur fuisse capitalis. Sed ea pœna hodie, & quidem indistinctè in capitalem translata est [z], memoria sontis insuper damnata, bonisq; publicatis: olim quidem non extantibus liberis [a], hodie ex constitutionibus [b] indistinctè: quin & filij infamia notantur, & factione testamenti carent [c]: quod crudele uideri potest: sed antiquum esse, & omnium ciuitatum commune, inquit Cic. [d] ut charitas liberorum amiciores parētes Reipub. redderet. Porrò quia tantum summi Principis maiestatem uiolari diximus, ideo si securitas inferiorum infringatur, non capitali, sed arbitrariæ pœnæ locus erit [e]. Ad maiestatis crimen referri possunt delicta immediatè in Deum, altissimam maiestatem [f] commissa: ut sunt blasphemiæ, capitaliter [g] uel præcisione linguæ [h], aliàue pœna arbitraria [i] pro grauitate frequentiáue [k] delicti, alijsue circunstantijs [l] puniendæ [m]: item periuria [n], magiæ, & incantationes noxiæ [o], prædictiones & consultationes diuinantium [p].

a in Part. Orat.
b lib. 2. de Inuent. cap. 3.
c l. j. hoc t. uide etiam Paul. lib. 5. tit. 29. d glo. & Dd. hîc, qui aiunt uiolantem teneri pœna læsæ maiestatis. idem Gul. de Lud. sing. 87. nu. 1. Petr. Rauen. in alph. uerb. saluus conductus. Boer. dec. 179. nu. 2. qui dicit arbitrariè puniri. Guid. Pap. dec. 56. nu. 2. e in Part. f l. 1. 2. 3. §. j. 4. 5. 6. 7. in fi. 10. 11. hoc t.
g in l. quisquis. C. eo. & ex. qui fuit reb. h l. ult. C. de legib. i l. j. de constit. Prin. k uide an. ad decis. Guid. Pap. 418. 3. Fab. & Ias. in §. pœnal. nu. 107. Inst. de actio. Ias. in l. qui iurisdictioni. de iurisdict. in prin. l l. 7. & 8. hoc t. m l. fin. hoc t. n §. interdum. Instit. de hæred. quæ ab intest. §. 2. Instit. de publ. iud. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. o l pen. in fi. C. eo. §. publica. Instit. de publ. iud. p d. l. fi. hoc t. uide Hotoman. in Commen. iur. uerb. perduelles. q l. 4. C. eod. r l. 3. C. eod. s l. 7. hoc t. l. unic. C. si quis Imper. mal. t l. 3. hoc t. u Tac. lib. j. Cic. Phil. 1. Paul. lib. 5. Sent. c. 29.
x Paul. lib. 5. tit. 29. ubi Cuiac. Cic. Phil. 1. y l. 3. §. fin. hoc t. z d. l. quisquis. §. public. a l. eorum. 9. hoc tit. b d. l. quisquis. c d. l. quisquis. §. si lij. d in epist. ad Brut. e Ias. in d. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. uid. ann. ad decis. Gui. Pap. 418. Ias. in l. 3. §. prætor. nu. 12. ne quis eum qui in ius uoc. & in §. pœnales. nu. 107. Instit. de act. f l. ult. C. de fer. in prin. g §. ult. in Auth. ut lux. cont. nat. uide ord. imp. h Boer. decis. 301. nu. 11. Didac. Couar. c. quamuis. §. 7. nu. 11. de pact. in 6. i Bonifac. de pœn. blasphem. nu. 2. Luc. de Penna l. omnes. C. de delato. lib. 10. k Ias. l. 3. §. iurari. nu. 11. 13. de iureiur. §. item si quis. nu. 61. Instit. de act. l Bonifac. præall. loc. m De his pœnis uarijs uide Boer. decis. 103. Ludo. Carre. in pract. mihi fol. 233. Couar. d. c. quamuis. §. 7. nu. 11. de pact. in 6. n l. 2. cum 16. nota. C. de reb. con. o uide tot. t. C. de malef. & math. 60. Ilan. de sortileg. quæst. 6. 7.
p c. 2. ubi Panor. nu. 4. de sortileg.

AD

Ad legem Iuliam de adulterijs. Tit. V.

1 *Continuatio: & de atrocitate huius criminis.*
2 *Adulterium non modò maritum, sed etiam totam eius ac delinquentium familiam maculare.*
3 *Differentia inter stuprum & adulterium: & unde hoc sit dictum.*
4 *Quid sit adulterium.*
5 *Adulterium ab actu, non uoluntate intelligi.*
6 *In qua muliere committatur.*
7 *An in solutam, meretricem, sponsam committatur. 5. 6.*
8 *Maritum præ reliquis accusare.*
9 *Intellectus l. si constante.*
10 *Pater, agnati, extranei, quando accusare possint.*
11 *Ab uxore accusari uirum non posse.*
12 *Qui accusari possint.*
13 *Adulterium sine dolo non committi, & opem ferentes pro adulteris haberi.*
14 *Forma accusandi olim.*
15 *Pœna lenocinij: & quomodo ius antiquũ sit mutatum.*
16 *De iure mariti.*
17 *Intra quod tempus accusandum.*
18 *De pœna adulterij, & l. Iulia.*
19 *Quomodo ciuiliter & priuatim de adulterio cognoscatur.*
20 *De stupro, eiusq; pœna.*
21 *Aliud stuprum esse, aliud raptum: & de pœnis aliarũ libidinum. 2.*

1 2 PErsonæ † præcipuè læduntur per intolerabilem adulterij iniuriã, quę crimini læsæ maiestatis (de quo modò dictũ est) comparatur [a], & qua grauior nulla inferri potest [b]. Etsi † enim adulterij nomine non detur, ut quidam uolunt, iniuriarum actio, quia non contumeliæ inferendæ, sed libidinis explendæ causa committi uidetur [c]: tamen reuera grauissima iniuria per adulterium infertur marito [d], ut uerius arbitrer, illi hoc nomine iniuriarum quoque actionem competere iustissimam: quippe cum id flagitium non modò ipsum, sed totam eius familiam conspurcet [e]: nec tantum huius, sed etiam adulteri adulteræq; gentem dedecoret atq; euertat [f]: atq; adeò ipsam etiam terram quasi piaculo quodam atq; anathemate polluat [g]. Quare cum hoc scelus admodum graue sit [h], ac ipsa natura [i] detestabile [k], inprimisq; societati humanæ exitiosum [l]: de hoc primo loco agamus.

3 Lex † Iulia stuprum & adulterium promiscuè & καταχρηστικῶς appellat [m]: hoc est, indifferenter his uerbis utitur [n]. Sed propriè adulterium in nupta committitur: stuprum uerò in uirginem uiduam ue, quod Græci φθορὰν appellant [o]. Etsi autem lex indiscriminatim his uerbis usa est, fortè quia utrunq; delictum nõ supplicio capitali, sed mitius puniebat, ut postea dicemus, sic ut distinctione nõ fuerit opus: tamen constat postea aliam in adulteris, aliam in stupratoribus placuisse pœnam [p]: quapropter separatim de utroq; erit dicendum. Adulterium, authore Festo, dictum est, quasi ad alterũ quàm qui iure habetur, accessus & agglutinatio. Papin. uerò ait dictum, propter partum ex alio conceptum, quasi alterius partum [q]. Est † igitur adulterium, uiolatio thori alieni [r], & nonnunquã etiam proprij: unde significantur Germanis eh bruch: nostris etiam sacrilegiũ nuptiarum, ac huius rei nuptiarum sacrilegi [s] nominantur. Rem enim inter homines sacratiss. coniugium [t] non tantum polluunt, sed honore quoq; ac decore omni spoliant. Potest etiam definiri illicitus coitus cum alterius coniuge, tam uiro quàm fœmina, aut (si ἐν πλάτει sumas) qualiscunq; contra leges sui uel alieni coniugij, patratus. Sed nostri ad nuptam potissimùm fœminam hoc crimen referunt: quod ea re Iurisconsul. [u] uerecundè definit alienæ matrisfam. esse corruptionem [x] Dico, † illicitum esse coitum, item matrisfam. corruptionem. nam ab actu, non à uoluntate adulterium intelligitur [y], maximè apud nos Saxon. quorum moribus non affectus & conatus, sed tantum effectus delicti punitur [z]. Dico, cum uxore uel matrefam. aliena: nam in uiduam aut uirginem propriè adulterium non cadit [a]: quod & Rabini Iudæorum in interpretatione Decalogi, & Theologi scholastici, ut Liranus, Magister Sententiarum, & alij tradunt. Perinde autem est quomodocunq; sit uxor, siue iusta, hoc est, solenni Romanorum ritu, cum parentum consensu, stipulationibus ac manuum conuentione, in matremfam. empta atq; capta: siue iniusta, hoc est, minus solenniter per simplicem in domum deductionem usumq;, uel absque patris uoluntate [b], coniuncta [c]: neq; enim

6 qualecunq; matrimonium uiolare permittitur. Sed † & in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quæ pudicitiam uulgauit [d]: nec enim impudica uita uxoris, iniuriam maritali thoro factam lenit, sed exasperat magis atq; aggrauat quod & Tiberio placuisse, author est Suet. quamuis si uidua esset, impunè in eam stuprum committeretur, pudore nimirum prostrato. Nam stuprum in meretricibus & uilibus personis, siquidem non sit uiolentum, haud quaquam iure nostro punitur [e]. Atque ita accipiendæ sunt Cæsarum constitutiones [f], quæ de stupro, id est, carnali copula cum persona soluta loquuntur: ut non modò uerba, sed etiã facti species ostendunt. Pleriq; tamen eas constitutiones ad maritatas quoq; extendunt: ut si pudorem uulgauerint, ipsæ quidem pœna adulterij teneantur [g], cum his consuetudinem habentes, non item, sed puniantur leuius, etiam maritati: quia uiolasse thorum alienum non uidentur, ubi nullus est thori pudor uel respectus, sed promiscua & uulgaris conniuente marito turpitudo [h]: qui cum penè lenocinium, perferendo eiusmodi turpitudinem, committat, non uidetur ei uelut uolenti atque scienti fieri iniuria: & proinde ubi minor est iniuria pœna quoq; minor esse debet [i]. De-

7 nique † diui, Verus & Antoninus, rescripserunt etiam in sponsa [k] adulterium committi: quia neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij uiolare permittitur [l]: & sponsa pro uxore habetur [m]: ut mirum non sit, iniuriam sponsæ factam, in sponsum, ueluti maritum redundare [n]: quod & legibus Mosi diuinis [p]

a Mar. Mantua. sing. 117. nu. 2.
b l. codicillis. 91. §. matr. ubi Dd. Bald. & alij de legat. 2. uid. Mar. Mant. sing. 117. & 368.
c Bar. in l. uerum. de furt. Ang. in tract. malef. ad uer. che hai adulterato. nu. 60. Rom. consil. 184. Alex. consil. 113. uol. 2.
d l. codicillis. 91. §. matr. ubi Bal. de legat. 2. cap. 1. ubi Bald. & Dd. ex qui. b. caus. feud. amitt. Bart. in l. interdum. §. j. de publica.
e l. quamuis. 5. 30. C. de adul. Bald. l. unic. nu. 5. C. de rap. uirg. & cons. 427. quædam. nu. 7. & 8. uol. 5. Rom. cons. 451. nu. 10.
f Philo in lib. De decem præcept.
g Leuit. 19. Iob. 31. uide Ecclesiast. cap. 23.
h Iob. 31. Hoc enim nefas & iniquitas maxima. c. si quod. ubi gl. 33. q. 2. c. criminis. 25. dist. Genes. 25. peccatum grande. uide omnino Eccles. cap. 23. circa finem.
i l. probrum. 42. de uerb. signif. c. 1. 81. dist. c. quod in omnibus. 32. q. 7. §. ult. clericorum. ex. de uit. & hon. cler. Auth. de nupt. in patri.
k Iob. 31. Lactan. li. de Ira Dei. cap. 22.
l l. 6. §. j. hoc t.
m l. inter. 101. de uerb. sig.
n d. l. 6. §. j. l. stuprum. 35. hoc t.
o §. item. l. Iulia. Instit. de pub. iud.
p q l. 6. §. j. hoc t. r c. nõ mœchaberis. 32. q 5. §. 6. Host. in t. de adult. in prin. s l. quamuis. 30. C. de adulter. t Hebr. 13. u Azo in Rub. C. eod. x l. fugitiuus. 225. de uerb. signif. y d. l. fugitiuum. l. quod ait. 23. l. cap. 25. hoc t. z Reinh. diff. pœn. 6 per c. 36. Lehenrecht. a d. l. 6. §. j. d. l. stuprum. b l. Paulus. 11. de stat. hom. c l. si uxor. 13. §. planè. d d. l. si uxor. §. j. e d. l. si uxor. §. j. uide suprà, de cõcubin. f l. si ea. 22. l. quæ adulterium. 29. C. de adult. g Spec. ad tit. de iniur. in prin. h Io. de Plat. in §. item lex Iulia. de adult. Inst. de pub. iud. uide Dd. Bal. Cyn. Salic. in l. si ea. & l. quæ adulterium. C. eod. i Ang. in tract. malef. in uerb. scienter & dolosè. num. 12. l. unic. C. de fal. mo. k l. propter. 7. C. eod. uide omnino Cuiac. obser. l. b. 6. cap. 16. l d. l. si uxor. §. j. uers. diuus. l. propter. 6. j. cod. m l. si sponsa. de iur. dot. l. Iulianus. de iu. dot. n l. item apud. 15. §. sponsum. de iniur. latè Tiraq. in leg. connubia. l. 15. nu. 4.

diuinis probatum extat [a], etiamsi hoc casu pœna mitior hodie decernatur [b]: quia reuera uxor non est, neq; thorus uiolatur. Qua ratione quæ deserta à uiro in militiam fortè profecto alteri nubit, aut sui copiam facit, etsi stricto iure adulterium committit, ut & is qui ei iungitur [c], tamen & hoc casu pœna solet mitigari [d]. Sed & ea adulterij tenetur, quæ ut licentius peccaret, repudium uiro misit [e]: fraus enim legi facta non excusat [f]. Ille † quoq; illáue simili pœna obstringitur, ut quidam uolunt, qui quæúe binas nuptias aut bina sponsalia [g] uno tempore habet constituta: lex tamen magis pro stupro quàm adulterio, hanc polygamiam uidetur habere [h]. Quare & stupri pœna, hoc est, fustigatione illâ puniri, pleriq; arbitrantur [i]: quod & Sax. curiæ sequuntur. Alijs hîc tamen magis placet adulterij pœna capitalis, nempe gladij [k]: quæ & ordinationibus Imperij, in utrouis sexu, hoc in delicti genere decreta est [l]. Ego uerò distinguendum censeo: ut si quis alterius uxorẽ priori coniugi superinducat (quod tamẽ uix fieri posse, nisi in desertrice uidetur) eum uelut alieni thori temeratorẽ de adulterio teneri: sin uerò secundâ uxorem ducat solutâ, ut plerunq; fit, hunc tantum stupri crimine & pœna obligari [m], siquidem persona honesta sit: sin autem uilis & inhonesta, ne hac quidem, sed leuiore animaduersione coercendum esse [n]. Nam in solutis, propriè & quo ad pœnam legis, nõ committitur (ut dictum est) adulterium, sed tantũ stuprum [o]: nisi uiles sint, ut ancillæ, etiá liberæ (ut sunt hoc tẽpore) meretrices, corruptæ, infames, &c. quo casu etiam pœna stupri remitti debet [p]. Ac nomen quoq; ipsum indicat, quæstionem adulterij ad eam iniuriam pertinere, qua alterius familiæ stirpes adulterinæ inseruntur [q]. Et constat, hac de causa pœnam adulterijs præcipuè præstitutam, ne uidelicet per hæc confunderentur familiæ, redderetuŕq; incerta constuprati lecti soboles, ac innocentes mariti sæpè inimicissimorum filios pro suis alere atque agnoscere cogerentur [r]: quæ ratio cum cesset in innuptis, mirum non est si nec in ijs adulterium, quod ad pœnam legis attinet, committatur. Non enim agentis personam, sed patientis, semenq́; adulterinum concipientis, ac confundentis cum maritali, intuemur. Quare econtrariò soluti iuuenes cum coniugatis mulieribus rem habentes, lege Iulia tenentur: ut passim usu apud Sax. etiam seruari uidemus: quanquã ferè mitius puniantur, puta relegatione uel fustigatione. Mulieres enim maritatæ indistinctè adulterium committunt, & cum his committitur, nullo in discrimine posito, qui nam cum ijs illicitam consuetudinem habeant: semper enim thorum mariti uiolant, eiq; sobolem reddunt incertã. Quare & nuptæ si priore uiro superstite alteri nubant, proculdubio adulterium indistinctè committunt [s]: etiamsi in uiris distingui diximus, utrum cum maritata an cum soluta rem habeant, uel alteras nuptias contrahant. Eadem ratione in seruis mulieribus non cõmittitur à maritatis adulterium [t]: quia finguntur non in matrimonio, sed contubernio tantum esse uirorum, nec sobolem etiã ex marito iustam procreant [u]. His ita præcognitis, uideamus qui à quibus accusari possint: tum quis sit accusationis ordo atque forma: postremò de effectu & pœna huius iudicij. Ante † reliquos omnes præcipuum ius accusandę uxoris maritus habet, etiam ante patrem mulieris. Nam & propensiore iure, & maiore dolore executurum eum accusationem credendum est [x], nisi pater maritum ut infamem arguat, aut doceat colludere magis cum uxore quàm accusare: quo casu ius accusandi non modò erit patri præ marito [y], sed etiam reliquis consanguineis ad quos iniuria pertinet [z]. Quid † enim si maritus negligat, neq; contaminatione indignetur: an cogentur agnati eius pati, ut familia alienis falsisq; hæredibus inquinetur [a]? Nec obstat quod Vlp. [b] uult, constante matrimonio ad accusationem mulieris extraneum non admitti: propterea quòd probatam à marito uxorem & quiescens matrimonium, non debeat alius inquietare: non enim prohibet constante matrimonio institui accusationem, sed uult ordinem legibus prescriptum seruari [c]: ut uidelicet primò accusetur lenocinij maritus, qui uxorem adulteram contra bonos mores retinet: ac deinde eo lenocinij damnato, ad adulteram mulierem perueniatur. Sed cùm hic ordo hodie sublatus sit, nec teneatur maritus lenocinij, quamuis impudicam retineat [d]: nihil causæ est, quamobrem omisso marito, non possit mulier postulari [e]. Secundum maritum itaq; cessantem aut nolentem agere, admittitur mulieris pater [f], ac deinceps reliqui cognati, & si plures concurrant, lege expressum est, ut is cuius ea de re notio erit, de iusto accusatore constituat. Sed cessantibus agnatis, ijsq; ad quos iniuria pertinet, an extraneis permittenda erit accusatio? Et quin iure mariti accusare nequeant, extra controuersiam est [g]: sed Constantini constitutione etiam aliàs prorsus excluſi uidentur [h]: quod mihi neutiquam probabile uidetur. nam ipse etiam Iustin. [i] iudicium adulterij inter publica numerat, quorum executio ad quemlibet de populo pertineat [k]. Magis igitur est consentaneum, non uoluisse Constant. omnino excludere extraneos, sed solùm ab ea accusatione quæ fit iure mariti, quam propinquioribus duntaxat concedit. At his omnibus cessantibus cur extranei iure extranei accusare crimen publicum prohibeantur, nulla causa est [l]. Publico † autem iudicio, ut suprà dictum est, neminem accusare possunt mulieres, nisi suam suorumq́; iniuriam persequantur: at de adulterio ne sic quidem agere possunt, si fidem maritalem sibi à coniuge uiolatam conquerantur [m]. Adulter enim maritus non suum ipsius thorum inquinat, sed illius, cuius cum uxore consuetudinem habet. Huic enim ex adultera coniunctione sperandi sunt liberi adulterini, non uxori ipsius mœchi. Quare cum ad ipsam nec præcipua iniuria, neq; ratio legis Iuliæ pertineat: mirum non est, si iure Ciuili ad accusandum maritum, cui reuerentiam [n] debet & obsequium [o], non admittatur: quamuis iniuriarum, propter uiolatum matrimonium, aut ad separationem thori rectè agat [p]: etiamsi ne id quidem apud ueteres Rom. fuerit solutum [q]. De iure Ciuili nunc loquor. nam canones contrà statuere, & fœminas ad accusandam mariti turpitudinem admittere uidentur:

a Deut. 22.
b Sal. in l. eum. 18. C. de adul. Ang. in tract. mal. che hai adulterato. nu. 16. & 65. & Alex. consil. 165. uisis. uol. 7. Rom. sing. 537.
c l. uxor. 7. cũ Auth. seqq. C. de repud.
d l. miles. 11. §. pen. hoc tit. ubi gl. ad uerb. nuptijs.
e l. pen. C. eod.
f l. non dubium. C. de leg.
g gloss. & Dd. in d. l. eum qui. Alex. in l. j. de his qui not. infam. Ang. in tract. malef. che hai adulterato. nu. 15.
b d. l. eum qui. 18. C. de adult.
i l. eum qui duas. 18. ubi Bald. & Salic. C. eod. Ang. in tract. mal. che hai adulterato. nu. 65. Alex. consil. 165. uisis. uol. 7.
k Rom. sing. 537. Mar. Man. sing. 4. uide Chil. in pract. c. de pœn. uide Tiraq. de leg. connub. 7. lege. nu. 17.
l Ord. Imp. c. 121.
m d. l. eum qui duas. ubi gl. ad uer. inferetur, idem uidetur sensisse.
n l. si ea. 22. l. si adulterium. 29. C. eod.
o uide gl. art. 51. lib. 1.
p l. si ea. 22. l. si adulterium. 29. C. eo. 10. Ela. in §. itẽ lex. Inst. de publ. iud. latè Boss. in pract. crim. t. de coit. dam. nu. 25. per doctrinam Bar. in l. si uxor. in fin. de adulter. Socin. consil. 148. & latè nu. 28. lib. 1.
q d. l. inter. 6. §. lex Iulia.
r Philo præall. loco. Eccle siast. cap. 23.
s d. l. uxor. 7. C. de repu.
t l. inter. 6. h. t. l. serui. 23. l. etsi. 25. C. eod.
u gl. in d. l. serui. per l. cum ancillis. Cod. de incest. nupt.
x l. 2. §. fi. hoc t.
y l. 3. hoc t.
z l. quamuis. 30. C. eod.
a l. 2. §. j. et §. fi. l. 3. l. si maritus. 15. §. si negauerit. ubi Bar. hoc t.
b l. si constante. 26. hoc t.
c l. 2. §. j hoc t.
d Auth. sed nouo iure. ubi Salic. & alij. C. eod.
e Azo in Rubr. C. eod. num. 8. per §. quia uerò. in Auth. ut lic. mat. fac. l. quamuis. in uer. ne temerè liceat fœdare connubia. C. eod.
f l. si maritus. 1. & 2. hoc tit.
g l. 4. §. j. & 2. hoc tit. l. nec mariti. 7. C. eod. l. 5. §. fin. j. tit. 1.
h d. l. quamuis.
i Instit. de pub. iud.
k in princ. Instit. de pub. iud.
l gloss. in l. 4. ad uerb. qui accusare, hoc tit. & in d. l. quamuis. ubi Bald. Salic. & Azo in Rubr. C. eod. num. 6. Lanfran. in c. 1. ex. eod. Imol. in c. in literis. ex. de præsumpt.
m l. j. C. eod.
n l. unic. §. eum autem. C. de rei ux. ac. l. alia. 15. §. ult. solut. matr.
o l. si cut. 48. de ope. lib. gloss. & Dd. in l. 5. C de cond. insert.
p l. consensu. 8. C. de repud. c. tuæ. ex. de procura. Dd. in c. 1. de adult.
q Plutarch. in uita Romuli, Plau. in Mercat. Gell. lib. 10. cap. 23. Eurip. in Medea.

BIU Cujas

dentur [a]: quos ordinationes Imperij sequuntur [b]. Et hæc de accusatoribus. iam de reis uideamus.

12 Accusari † de adulterio possunt omnes, quacunq; dignitate prædi ti [c], etiam serui [d]: dum tamē habue rint conscientiam thori maritalis, id est, sciuerint eam qui cum scortantur, alterius esse uxorem [e]. Nam

13 adulterium † sine dolo malo non cōmittitur [f]: ut si mulier decepta opprimatur ab alio quem putat maritum esse, aut credens mortuum maritum cum alio contrahat [g]: quare & per culpam aliquam cōmissum adulterium, pœna uacare oportere uidetur. Nam quod dicitur, delictum culpa perpetratum mitius puniri, puniri tamen: uerum est in his delictis, quæ principaliter tendunt in alterius iniuriam: non in illis quæ non iniuriæ, sed explendæ libidinis causa fiunt [h]. Videntur tamen de simplici stupro, aut fornicatione saltem teneri, si extra uelamentum coniugij rei illicitæ, hoc est, non coniugio, sed ueneri inconcessæ etiā per culpā opera sit data [i]. Non modò aūt hi qui mœchantur accusari possunt, sed etiā qui quauis ratione ex eo crimine quæstum captant: puta lenociniū faciendo, domū ad stupra præbendo [k], &c. item qui illicitas & prohibitas nuptias cōtrahunt [l], quiq; super adulterio transigūt. Nam cum transactio nullo dato non procedat [m], non potest non in lenocinio hærere, qui accepta per transactionem

14 pecunia accusationem huius flagitij remittit [n]. Quod † ad formam huius iudicij attinet, sciendum est, olim constante matrimonio accusationem mulierum cessasse, nisi maritus antea lenocinij conuictus es-

15 set, qui compertam adulteram in matrimonio retinuisset [o]. Sic † enim marito amoto per pœnam lenocinij, quæ olim erat eadem cum pœna adulterij [p], nempe relegatio aut deportatio [q] (hodie est in mangonibus & lenonibus ultimum supplicium [r], in reliquis arbitraria & extraordinaria [s]) rectè procedebat accusatio, & nō aliter [t]. Cæteroquin obijci poterat agenti, cur marito cuius potissimùm iniuria hîc uertitur, prereptum iret actionem? quamobrem quietum & pacatum alterius matrimonium inquietaret? quare in mores alterius coniugis inquireret, quos maritus necdum de lenocinio conuictus, non aspernaretur? Sed hæc ratio in accusando à coniuge uiro cessat. nam cum adeò non præcipua sit uxoris causa, ut nullo modo accusare possit intelligi, licet mœchum ab extraneo, etiam durante matrimonio postulari posse [u]: non tamen à marito adulteræ [x], quia suam ipsius allegaret turpitudinem, nec se satis à lenocinij crimine tueri posset, qui damnari uellet maculā atq; labem ea muliere cōtractam, quam ipse adeò non damnaret, ut etiam in coniugio & lare suo retinere non uereretur. Sed si maritus diuortium ultrò faciat, tum ei & patri mulieris currunt à die diuortij 60. dies utiles, intra quos nemo præter

16 maritum, & eo cessante, patrem mulieris rectè accusat [y]. Et † maritus agit quidem intra hos dies iure mariti: quod eiusmodi est, ut accusator inscribere se non cogatur, abolere possit accusationem pro suo arbitrio: & quamuis ex nudis suspicionibus egerit, de calumnia nō teneatur [z], nisi ea planè sit euidens & aperta [a]. Sanè pater sine periculo calumniæ agere nequit [b]: quamuis aliàs iusto eius dolori, & paternæ pietati ignoscatur, si necem filiæ uindicare studens in probatione defecerit [c]. Post autem elapsos hosce 60. dies, admittuntur etiam extranei, & inter hos quoq; maritus & pater: sed iure extranei, ita ut

17 accusare usitato inscriptionis more cogātur [d]: idq; intra quatuor menses utiles [e]. Itaq; † apparet, utroq; tempore & 60 dierum, & quatuor mensium coniuncto, mulierem intra sex duntaxat menses à tempore diuortij accusari posse. Idemq; tempus in uidua seruatur à die admissi criminis cōputandum [f]. Nam in hac pudoris causa nulla dilatio admittenda est [g]. Sed quod dixi ex die diuortij sex menses accusationibus præstitui, id ita uerum est, nisi quinquennium ex die commissi criminis præterierit, ne uidelicet crimen quinquennio sopitum excitetur: nam quinquennium obseruari uoluit Legislator, si reo reæue stuprum, aut lenocinium, aut adulteriū obijciatur [h], quod & hodie circumscripta sex mensium, de quibus dictum est, præscriptione indistinctè obseruatur. Etenim diuturnitas temporis à commisso delicto effluxi, quamuis non legitimi, pœnam minuit [i], nedum istud quod legibus est accusationi præfinitum. Omnis igitur quæstio ex lege Iulia, puta adulterij, stupri, lenocinij, quinquennio præscribitur [k]: nisi præuaricatio aut aliud impedimentū accusationem eluserit, uel uis publica in stupro facta arguatur [l]. nam de ui publica diutius quæri potest [m]. Sed quod ad 60. dies attinet, uix eorum etiam hodie habetur ratio: nam quia placuit, maritum sine crimine lenocinij uxorem adulteram retinere posse, non modò si quadam credulitate dissimulet [n], sed & si deprehendat in adulterio, quippe cum & damnatum impunè recipere possit [o]: ideo etiam constante matrimonio, accusatio hodie rectè instituetur [p]: præscriptione tamē quinquennij, de qua dixi, alijsq; exceptionibus reo saluis, tam dilatorijs [q] quàm peremptorijs [r]. In reliquis autem eadem seruatur iudicij forma, quæ usitatè in publicis iudicijs usurpari solet: præterquam quòd nō solum extranei, sed etiam domestici ad testimoniū in hoc crimine admittantur [s] (quia secretò committi solet) & nonnunquá ex præsumptionibus ad cōdemnationem perueniatur [t]: quod uerum est in ijs præsumptionibus, quas lex pro idonea probatione habet, & super quibus sententiam profert [u]: alioqui, quantumuis ex urgentissimis suspicionibus, non est ad condemnationem perueniendum [x]: quanquam sint qui putent [y], in adulterio & furto ac consimilibus quæ clandestinè fiunt, momenta urgentissimarum suspicionum ad damnandum reum ualere, etiamsi eas lex pro liquida proba-

F tione

a uide gl. in d. l. j. not. in c. publico. 32. q. 1. & in c. apud nos. & c. fi. 32. q. 5. Angel. in tract. malef. uer. che hai adulterato. & Boss. in tract. malef. de coit. damnat. Panor. in c. tuæ. de procur. & in c. 1. & 2. ut lit. non cō test.

b Peinlich halsgerichts ord. c. 120.

c l. si adulterium. 38. §. ult. hoc t.

d l. 5. §. de accus.

e l. uxor. 7. in fi. C. de reo pud.

f l. pen. l. miles. 11. §. pen. hoc t.

g Ang. in tract. malef. ad uer. che hai adulterato. nu. 46.

h Bart. in l. si adulterium. 38. in prin. nu. 14. hoc t. & in l. in lege. de sicar. Mara. in Spec. aur. parte 4. dist. 1. nu. 61.

i Ang. præal. lo. uide Bar. omnino in l. si adulteriū cum incestu. nu. 8. & 9. hoc t.

k l. qui domum. 8. l. mariti. 29. §. qui quæstū. h. t.

l l. qui pupillam. 7. hoc t. l. si hi qui. C. eo.

m l. transactio. 38. C. de transact.

n l. transigere. 18. C. de transact. l. mariti. §. qui quæstum. l. 2. l. qui domum. l. miles. 10. hoc t.

o d. l. constante. hoc t. uide Paul. lib. 2. tit. 26. l. 2. C. eod.

p l. 2. l. qui domum. 8. hoc t. l. 2. l. castitati. 6. C. eod. l. nec timorem. 7. §. fi. cū ll. seqq. de eo quod met. caus.

q l. auxilium. 38. de minor. l. mariti. 29. hoc t.

r §. præconisamus. ubi gl. in Auth. de lenon. Damhaud. in prac. crim. cap. de leno.

s l. j. §. qui puero. de extr. crim. Bart. in Auth. de leno. Iacob de Beluis. in pract. crim. c. de leno.

ord. Imp. c. 133. t l. 2. §. j. l. qui domum. 8. l. is cuius. 14. hoc t. u l. uim passam. 39. §. j. hoc t. x l. miles. 11. §. uolenti. l. si dum. 14. l. crimen. 11. C. eod. y l. 2. §. fi. l. 3. 4. l. pater. 30. l. is cuius. 14. §. pen. h. t. z l. iure mariti. 6. l. quamuis. 30. ubi Dd. C. eo. a d. l. is cuius. 14. §. fi. d. l. pater. b l. pater. 30. h. t. c l. fi. supr. de pub. iud. d d. l. is cuius. §. pen. e l. 4. §. j. hoc t. f l. mariti. 29. §. sex mensium. hoc t. g Paul. lib. 2. t. 26. l. in crimine. 41. hoc t. h d. l. mariti. §. præterea. cum §. seqq. l. j. §. accusationem. inf. ad Turp. i gl. & Dd. l. si diutino. 25. de pœn. in l. querelam. C. de fal. k d. l. mariti. §. hoc quinquennium. l. adulter. 5. C. eo. ubi Salic. l d. l. mariti. §. fi. d. l. quinquennium. d. l. 4. gl. in d. l. adulter. m arg. d. l. querelam. n l. 2. l. mariti. hoc t. o Auth. sed hodie. C. eo. p Azo & Host. nu. 5. in Rub. de adult. q l. si maritus. §. præscriptiones. & §. pen. l. ult. l. qui uxori. l. denunciasse. l. uim passam. §. duos. l. nihil. §. ult. hoc t. r l. 2. §. j. l. 4. l. adulter. 19. l. si uxor. 3. §. iudex. & §. pen. l. uim passam. 39. hoc t. l. quoniam. 26. C. eo. s l. consensu. §. si ex plagis. C. de rep. d. l uim passam. §. ult. hoc t. l. 3. l. in adulterij. 32. C. eod. t l. si qui adulter. 34. Cod. eod. §. his quoq; in Auth. ut lic. mat. Auth. si quis ei. C. eod. u Cast. in d. l. final. C. de prob. & consil. 197. uol. 1. Hip. late in Rub. de prob. nu. 236. & in pract. crim. §. quoniam. nu. 29. §. pen. in Auth. ut null. iud. x d. l. absentem. de pœn. §. literas. 14. de præsumpt. y Dd. in d. l. fi. & d. l. si qui. Euer. in prin. lo. leg. Chil. in pract. cap. 2. nu. 7. uide omnino Boer. decis. 164. qui latissimè tractat, & tandem concludit arbitrio iudicis relinquendum.

tione haberi oportere, non certò definiat. Quod uerum non esse, alibi [a] fusius ostendi, probauiq;, ne illam quidem præsumptionem sufficere, quæ à Canonibus traditur [b]: solus cũ sola, nudus cum nuda, &c. nam potest quidem ea præsumptio probationem facere in causa ciuili, quando agitur ad separationem thori [c]: qua de facti specie Pontifex [d] loquitur. At in iudicio criminali, ubi luce clariores requiri probationes palàm est [e], nequaquam pro idoneo plenoq; documento recipi debet. Nam quæ in ciuilibus ad probationem sufficiunt, ea in criminalibus plenam nõ faciunt fidem [f]. Atq; ita peritissimi quiq; criminalium rerum censuerunt g: pro quibus leges nostræ faciunt, quæ in hoc crimine longè apertiorẽ probationem requirere uidentur [h], & ipsa etiam lex Iudaica, quæ tantum deprehensos in ipso adulterio punit [i]. Quare & Ioan. 8. Iudæi sententiam à Christo Domino nostro & mediatore, in adulteram proferri cupientes, eiusmodi argumentum afferunt, κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη. hoc est, In ipso facto seu opere adulterij est deprehensa, ut inficias ire non possit. Id enim Græcis αὐτόφωρον significare constat. Quò etiam illud pertinet, quòd probatio quæ ualuit aduersus adulterum, fidem contra adulteram non faciat [k]. Ex quibus omnibus intelligi licet, ex suspicionibus & præsumptionibus nihil in hoc crimine statuendum esse: si quis tamẽ quorundam errorem secutus, ex indicijs condemnare audeat: is saltem hac in parte suæ conscientiæ & religioni consulet, ut non pœnam ordinariam & legitimam, sed leuiorem aliquam reo arbitretur irrogandam [l]. Iam † de effectu & fine accusationis, nempe de pœna adulterij, 18
uideamus. In quo ante omnia sciendum est, unicam tantum pœnam pro adulterio uel stupro, licet iterato, sæpius deberi: nec eam multiplicari, etiamsi multiplicatum sit delictum [m]. Lege porrò Iulia, quæ ab Augusto lata est [n], pœnam adulterio non capitalem fuisse præstitutam, sed relegationem [o] tantum, aut deportationem: quandoque (ut in militibus [p]) apertissimum est [q]: sed temporibus Diocletiani ac Constantini, aut certè paulo pòst [r], pœna sanguinis & gladij irrogari cœpit [s]. & quidem utrique personæ, tam fœminæ quàm mari [t], quod & legi diuinæ consentaneum est [u]. Itaq; quod inquit Iustinian. [x] legem Iuliam temeratores alienarum nuptiarum gladio punire: accipiendum est, pro suo ipsius more, non de lege Iulia, prout fuit lata, sed sicuti tunc temporis habebatur [y], nempe interpolata constitutionibus Imperatorum sequentium. Hæc pœna in Ducum Saxon. ditionibus, ac toto imperio etiamnum in maribus durat, quod ad iuris rigorem attinet [z]. nam sæpe in pecuniariam conuerti solet: & alioquin, inquit Bart. eam pœnam uariari secundum conditionem personarum [a], aliasq; circumstantias probabiles [b]. At fœminis etiam nouella constitutione remissa est, statuente, ut uirgis cæsæ in monasterium abdantur, nisi maritus intra biennium recipere uelit [c]: qua fustigationis pœna, etiam lege diuina quandoq; stupra coerceri constat [d]. Saxones, apud quos monasteria pauca reperiuntur, uirgis publicè cæsas in perpetuum relegare solent, data marito alteram ducendi potestate [e]. Si tamen non cum maritatis, sed solutis rem habuerint, solet pœna mitigari, detracta uidelicet fustigatione. Sed etsi cum maritatis adulterium commiserit: tamen si maritus uelit uxorem quamlibet pollutam recipere [f] seu reducere g in honorem coniugij, fustigatio cessat, & solummodo maritus cum coniuge aliò migrare in perpetuum cogitur. Atq; ita sæpè pronunciatum est. Eodemq; modo econtrariò, quamuis maritus adulter capite puniatur, siquidem cum maritatis se polluit: fustigetur uerò, si cum solutis personis honestis (nam hoc casu adulterium propriè non committit, sed tantum stuprum: ut suprà dictum est, & paulo pòst dicetur:) tamen si uxor ei uelit ignoscere, ignoscunt etiam compluries, pro suo tamen arbitratu, magistratus, & remissa grauiore pœna, exilium sine fustigatione decernũt. At solutæ mulieres cum maritis rem habentes, quia adulterium stuprumue non committunt, ideo tantum de illicito coitu puniuntur, non criminaliter, sed uel carcere, uel exilio temporali, uel etiam tantum impositò gestamine muliebri, quod perpetuò prodeuntes gestare in sui opprobrij indicium atq; argumentum coguntur [h]: eamq; pœnam etiam maritatis decerni, ait quodam loco Romanus [i]: ubi quatuor alia pœnarum genera recenset, quibus in adulteras animaduerti potest. Qua in parte mirari licet, quare à Iustiniano pœna huius criminis in mulieribus sit mitigata: cum & in hoc sexu eo seuerior esse debuerit, quo hoc delictũ in illo turpius est [k], atq; frequentius [l], mageq;, pernicioſum priuatim & publicè, propter eam quæ consequitur, liberorum incertitudinem, & confusionem familiarum. Ac constat etiam, hanc legem diuinam & moralem esse, Non mœchaberis, æquè ut est illa, Non occides. Vt igitur ratione imbecillioris sexus huius pœna fœminis non mitigatur: ita uideri poterat, eâdem analogia in libidinibus idem tenendum esse: eoq; magis, quo mage hunc sexum pudor decet atq; castitas, quoq; seueriore disciplina ob procliuitatem [m], in id genus turpitudinis, opus habet: id quod omnium ferè gentium consensu receptum, putatumq; semper fuit. Vnde & grauiores plerunque pœnæ adulterij huic sexui præstitutæ. Et diu laborauit Ecclesia noui testamenti princeps, ut persuaderet, non minus hoc in genere mares delinquere, nec minorem commereri animaduersionem, quàm fœminas: ut ex Augustino, Hieronymo, alijsque illorum temporum scriptoribus intelligi licet. Sed quoniam (ut dixi) pœna hæc ferè arbitraria facta est, eo facilius usu inualuit Iustiniani temperatio. Hanc autem præcipuam huius iudicij pœnam sequi etiam solet priuatio dotis, & donationis propter nuptias. Vt enim qui illicitè diuertit, & matrimonium dissoluit, hoc infortunio mulctatur [n]: ita & qui uagis pollutionibus illud inquinat atque euertit. Mulier ergo adulterij

a in d.l.fi.C.de prob.
b c.literis.12.de præsump.
c c.tuæ.de procur.
d in d.c.literis.12.
e d.l.fi.d.l.absentem.d.c. literas.
f Dec.consil.175.in causa. nu.6.
g Ang.in l.2 de fur. & in tract.mal.ad uer.fama publica.nu.22.Imol.in l. fi.de hær.inst.Gaud.in tract.mal.de præsump. num.23. Iacob de Bel.in pract.t. de leno.in fin. Can.in c.2. de præsum. Matheſill.sing.118.n.4.
h l.quod ait.23. in uer.in ipsa turpitudine deprehẽdat, ἐν ἔργῳ l.cap.25. in uer.adulteriũ in uxore sua deprehensum.ubi glo.ad uer.accusaturo. hoc t.
i Leuit.11.in uer.si deprehensa fuerit in stupro.
k l.etsi crimine.12.C.eo.l. denunciasse 17.§.fi.h.t.
l l.penult.ubi Dd. C.de prob.uide latissimè Tiraq. in tract. de pœn. caus.27.per tot. Cast.in d.l.fin. Imol. & Panor. & alij in c.quia non est uerisimile.ex. de præsumpt.& in d.c.2. Ang. præall. loc.latè Hip.in repet.Rub. de prob.nu. 24.& in pract.crim.§. quoniam.num.29.cum seqq.& in §.postquam. nu.50.et in l.repeti.nu. 24.de quæst.
m gl.& Bar.in l.nunquã. de priu.del. l.uulgaris.l. inficiando. §. infans. de furt.latè Ang.in tract. mal.che hai adulterato. nu.61.Boss.de dam.coit. nu.35.
n Suet.in uita Aug.c.34. l.j.hoc t.
o l.si quis uiduã.de quæst. l.6.de diuort.Tac.lib. 4.Cutac.lib.obser.6.c. 11.& ad Paul.lib.5.t.23.
p l.4.§. adulterij.de re mil.l.miles. hoc t.cum simil.
q l.Clodius.13.de his quib. ut ind.l.qui cum uno.4. §.qui adult.de re mil.l.2.

a Bart.in d.l.si quis uiduam.de quæstio.
b Angel.in tract.malef.ad uerb.che hai adulterato. num.45.uide Rom.sing.674.
c Auth.sed hodie.C.eod.
d Leuit.19.
e text.in l.consensu.9.§.quòd si uerb.uxorem statim ducere,&c.C.de repud.
f uide Ang.præalleg.loc.numer.49.
g l.si uxor.13.§.ult.l.cap.25.l.mariti.29.§.2.hoc tit.Cuiac.lib.6.cap.15.
h uide gloss.art.51.lib.j.Sax.
i Rom. sing.674.incip.nos scimus.uide Boer.decis.297.
k l.j.§.consequens.de suf.tut.l.2.C.de his qui uen.ætat.c.1.in princ.de stat. reg. lib.6. uide latè Tiraq. in ll.connub.lege 9.numer.132.133.cum sequen.
l l.aut facta.16.§.fin.de pœn.Dd.in l.auxilium.de minor.
m uide Tiraquell.præall.loc.
n l.con sensu.l.fin.C.de repud.
r l.4.C.Theod.quor.app.Cuiac. lib.6.c.11.
s l.transigere.18.Cod.de transact.l.quamuis.30.C.eod.
t gloss.Bald.& Dd.in d.l.quamuis.30.ad uer.gladio.C.eod gloss.& Cano.in c.tuæ.de procur.
u Deuteron.22.Leuit.22.Ezech.18.
x §.item.l.Iulia.Instit.de pub.iud.
y ut paßim facit in Instit.de pub.iud.ubi dixi.
z Saxon.lib.2.art.13.ord.Imp.cap.120.

BIU Cujas

terij damnata, dotem amittit, marito assignandam [a], reseruato liberis [b] iure proprietatis in quota parte, Idemq; in bonis paraphernalibus seruari quidam uolunt [c]: quod alij negant [d]: rectiusq; uolunt, præter tertiam [e] aut quartam [f] marito decidendam, fructus horum alimentis damnatæ mulieris [g]: proprietatem uerò liberis [h] aut proximis hæredibus [i], aut monasterio cui inclusa est, destinari. Ediuersò maritus adulterij damnatus, amittit donationem propter nuptias mulieri, unà cum dote, salua tamen liberis proprietate [k] obuenientem [l]: aut si donatio nulla facta est, neque pacta dotalia interceſſerunt, mulieri quarta pars substantiæ mariti, peræquè atq; illo mortuo [m] defertur [n], reliquis bonis ad liberos, aut proximos hæredes redeuntibus: ita tamen, ut inde marito damnato, quoad uiuat, alimenta sint præstanda [o]. Et hæc quidem obtinent, cum criminaliter de adulterio actum est: quanquã Iustinianus mirè uariet, & Protheum quempiam hîc agat [p]. Canonibus certè aliæ pœnæ placent [q]. Sed † sciendum est, non modò criminaliter, uerùm ciuiliter etiam de hoc crimine agi posse: puta actione iniuriarum, aut ad separationem thori [r]. quo iudicio nihil est hodie usitatius. Sed & priuatim olim adulteria puniebantur, more maiorum [s]: unde illud manet, quòd pater deprehensam filiam cũ adultero potest occidere [t]: item maritus post ternam denunciationem adulterum, si in domo sua reperiat [u], aut alioqui uilis sit [x]. Sanè in Italia usitatum etiam nunc uidemus, ut deprehensos adulterum & uxorem maritus simul iugulare impunè possit. Nunc de stupro agamus. Stuprum, inquit Pontifex [y], propriè est uirginum illicita deflo
20 ratio. Sed † in hac lege latius patet stupri appellatio: nam etiam in uidua committitur, quæ quidem integræ uitæ sit, & extra licitum concubinatũ ac scortationem [z]. Cæteroquin iure Ciuili meretricia consuetudo nõ punitur [a]. Item & in puero ac puella necdum uiripotente stuprum cõmittitur [b], quod tum capitale est [c]: in mulieribus adultis commissum aut publicatione partis dimidiæ bonorũ, in honestioribus: aut si humiliores personæ sint, coercitione corporis cũ relegatione [d], castigatur. Sed antiquissima patrum disciplina seuerius animaduertebatur [e]: lex diuina porrò per Moysen lata, qua omnis illicitus coitus damnatus [f], præcipit ut corrupta uirgo dotetur, & in matrimonio habeatur [g]. Canon uerò legem, ut apparet, secutus Atticam, & quoniam usu uenire potest, ut ei legi copulatiuè locus esse nequeat: ut cum quis plures stuprauit, quas uno tempore ducere non licet, aut coniugatus, propinquus, &c. idcirco adhibita ἐπανάγκῃ, hanc copulationem dotis & nuptiarũ in alternatiuam resoluit, iubetq; aut duci uiolatam, aut pro eius conditione dotari [h]: quod ad eam quantitatem redigi solet, quam dedisset in dotem uerisimiliter corruptæ pater: idemq; obtinere uidetur uiduis honestis, uitio oblato [i]: quanquam solutis prius ab alio uitiatis, eadem dotatio non debeatur [k]. Sed hæc pœna canonica est, quæ ciuili non derogat, ut nec hæc illi. Cæterùm si is qui ducere nequit, puta maritatus, stupret: hunc non pœna adulterij, quod cum soluta non committitur, sed alia corporalis, puta fustigatio coercet: dummodo honesta persona sit quæ stuprum passa est. nam in uilibus & corruptis stuprum non committitur [l], & proinde nec stupri pœna locum habet [m]. Idq; obseruatur in stupris non uiolentis: etiamsi lex Moysi, in quibusdam casibus durius animaduertat, nam uult filiam in domo patris stuprum passam, lapidibus obrui [n], ut & illam quæ corrupta alteri ignoranti nupsit, aut quæ alteri desponsata stuprũ passa est, neq; inclamauit opem [o]. Porrò stupra uiolenta, quæ per uim, precium, promissa, lenocinium, alijsq; illicitis artibus committuntur [p], lege Iulia de ui publica puniuntur [q], cuius pœna est deportatio: quæ succesit in locum eius, qua aqua & igni reo interdicebatur [r]. At Dd. [s] uolunt, eiusmodi stuprũ capitale esse, pro-
21 pterea quòd Iustin. raptum puniri uult gladio [t]. Sed † sciendum est, aliud stuprum esse, aliud raptum [u]. Raptus enim est, cum mulier de domo patris, aut aliunde, per uim & adhibitis armis, ad alium locum abducitur, ut corrumpatur, aut in uxoris locum habeatur [x]. Vnde & ipsi Dd. fatentur, quæ in raptu statuuntur, non habere locum in stupro, quamuis uiolento [y]. Vera tamen hîc uidetur eorum opinio, quia disertè stuprum uiolentum excipit Iustin. [z] & Paulus [a] inquit, perfecto stupro etiam in puella, in qua, præsertim iuniore, uiolentum committi intelligitur [b], capite stupratorem puniri. Quod inter nostros licet controuersum [c], & ordinationes Imperij [d], & iura Saxonum [e] sequuntur: & meritò, cum etiam lege diuina idem inueniatur sancitum [f]. Non rarò tamen pleræq; curiæ pœnam fustigationis, quæ deportationi succesit, decernunt. Eadem pœna persequitur & illos, qui (turpe dictu) contra naturam nefandas libidines exercent [g]: item qui incestu ius sanguinis polluũt [h], qui mas iuxtà & fœmina pœna [i] adulterij tenentur [k]: quæ hoc casu in mulieribus non est apud Saxones capitalis, ut nec in adulterio. Vnde fortè nec in maritis erit, qui cum solutis incestum committunt: nisi nefario coitu, contra ius gentium, & naturam, cum ascendentibus uel descendentibus, uel sorore commisceantur [l]: cum his enim propriè incestus

a l.consensu.8.§.fi.l.fi.C. de repud. §. quia uerò plurimas. in Auth. ut lic. matr. & auiæ. §. antepen. in Auth. ut nul. iud. Boer. decis. 297.
b d.l.consensu.§.fi.
c Iaſ. in Rub. C. de iud. nu. 3. & in l. fideicommissum. C. de fideicom. Hip. in l.j §. item. nu. 4. de sicar. Rom. sing. 315. Alex. consil. 111. uol. 2. Chass. in consu. Burg. Rubr. 4. §. 6. uer. & serà tenue. nu. 17. latè Boss. de coit. dam. nu. 54. Ang. in trac. malef. che hai adulterato. nu. 27. gloss. in c. plerunque. de dona. int. uir. Fel. c. pastoralis. nu. 5. de iud.
d Panor. in c. plerunq;. de donat. int. uir. et in c. pastoralis. de iud. Boer. decis. 338. Hyp. in l. pater. nu. 10. de quæstio.
e §. quia uerò plurimas. in Authent. ut lic. matr. & auiæ.
f l.fi. C. de repud.
g glo. in l. consensu. uerb. sibi habere. C. de repud. Angel. in tract. malef. uerb. che hai adulterato. nu. 29.
h d.§. quia uerò plurimas. in Auth. ut lic. matr. & auiæ.
i §. si quando. in Auth. ut nul. iud.
k l. consensu. 8. §. ult. C. de repud.
l d.l. consensu. d.l. fin. d.§. si quando. d.§. quia uerò legem.
m Auth. præterea. C. unde uir & uxor.
n §. si quando. in Auth. ut null. iud. §. quia uerò. in Authent. ut lic. matr. & auiæ. l. fi. C. de repud.
o d.§. quia uerò plurimas. d.§ si quando. gl. in d.l.

consensu. uerb. sibi habere. p *in* Auth. ut null. iud. & ut lic. matr. & auiæ. q *uide* Host. hoc t. nu. 7. Rom. sing. 674. Boer. decis. 297. r c. tuæ. de proc. s Liu. lib. 9. Dec. 4. Suet. in Tib. cap. 35. Taci. lib. 13. Valer. lib. 9. c. 3. Dio. Hal. lib. 2. c. sicut. 7. q. 1. t l. nihil. l. quod ait. hoc t. u Auth. si quis. C. eod. x l. marito. 24. hoc t. l. Gracchus. C. eo. y c. lex illa. 36. q. 1. z de stupro quando committatur, uide Ang. tract. malef. uerb. che hai adulterato. a l. si uxor. 13. §. planè. hoc t. l. quæ adulterium. C. eo. l. j. C. de concub. ubi dixi. latè Hip. in l. j. nu. 4. & 5. de sicar. b gl. l. inter. 6. §. j. l. stuprum. 34. hoc t. c l. cũ uir. 31. C. eod. d §. item l. Iulia. Inst. de pub. iud. e Gen. cap. 38. ubi uide D. Luth. f Deut. 23. uide 1. Cor. 5. g Deut. 13. h c. 1. ubi Dd. exẽ. eod. i arg. l. 6. l. stuprum. hoc t. ubi dicitur stuprum in uiduam cõmitti. k Panor. in c. 1. nu. 5. de adulter. l d.l. si ea. 22. l. quæ adulteriũ. 29. C. eo. m Ioan. de Plat. in §. item lex Iulia. de adult. Instit. de pub. iud. Bart. in l. si uxor. in fin. hoc t. latè Boss. in pract. cri. tit. de coit. damn. nu. 25. Socin. consil. 148. n Deut. 22. o ibidem. p l. j. §. fi. de uar. & exẽ. crim. l si quis. §. qui mulum. de pœn. Ang. præall. loc. nu. 55. & 56. Boss. de coit. nu. 66. q l. 3. j. t. 1. l. mariti. 29. §. fi. h. t. r l. qui dolo. 10. in fi. ubi gl. j. tit. 1. §. item lex Iulia de ui. Inst. de pub. iud. l. si quis uiduam. 5. de quæst. s in §. item l. Iulia de adulteriis. Inst. de pub. iud. Iaſ. in §. omnes autem. nu. 24. Inst. de act. t §. sin aũt per uim. Inst. de pub. iud. u d.c. lex illa. x d.c. lex illa. Host. in Rub. de pœn. rap. corp. nu. 1. y Hip. sing. 65. allegans ita tenere Ra. Cuma. consil. 95. Christoph. Alb. in 3. parte statu. quæst. 30. Gand. in tract. malef. tit. de mul. quæst. nu. 19. & 20. z in d.§. itẽ lex Iulia. de adult. in uerb. sine ui. a l. j. §. qui puero. de ex. crim. b Ang. præall. loc. nu. 56. Boss. de coit. nu. 67. c uide latè Carer. opiniones recensentem in pract. crim. cap. de stupro. d pein Reichs ordnung. cap. 119. e lib. 2. art. 13. lib. 3. art. 46. f Deut. c. 22. Exod. c 22. g d.l. cum uir nubit. C. eo. Nouell. ut non lex con. nat. c. mulier. 15. q. 1. h l. si adulter. 38. ubi gl. Bar. Ang. & alij hoc t. idem Ang. in §. si aduersus. Inst. de nupt. i de hac pœna uide Paul. Grill. in tract. de pœn. om. coit. q. 3. Boer. decis. 318. Boss. de coit. dam. nu. 71. Chil. in pract. ord. Imp. cap. 117. k d.l. si adulter. l. 5. de quæst. uide Ang. in tract. malef. uerb. che hai adulterato. nu. 66. l Damh. in pract. cap. 94. Boer. decis. 318.

BIU Cujas

incestus committitur [a], non cum illis qui ulteriore gradu ex latere aut per affinitatem cõiunguntur: ut apertè Paulus [b] ostendit: quare in his pœna debet mitigari [c]. Et his quidem modis qui stupra inferunt, coercentur: qua uerò ratione ij quibus infertur, & qui patiuntur, castigari debeant, una regula explicari nequit [d]. Apparet tamen iure ciuili stuprum non uiolentum (uis enim illata excusat [e]) publicatione dimidiæ partis bonorum, & in monasterium detrusione, punitum in patiente fœmina fuisse [f]: quæ pœnæ iure Cano. & moribus nostris exoleuerunt, quibus ut simplices fornicationes (de quarum castigatione suprà [h] diximus) stupra in ijs qui patiuntur, solent coerceri: nisi cum alteruter sexus in suum ipsius sexum contra naturam nefandas libidines exercet: tunc enim in utroq; tam agente quàm sponte patiente, idem supplicium capitis hærere debet [i].

a gloss. in §. incestus. C. de incest. nupt.
b in l. ult. de rit. nupt.
c Ioan. de Anan. consil. 392. Boss. de coit. dam. nu. 73. Anchor. consil. 392. Sig. Ho. consil. 25. Boer. decis. 318. n. 5. ord. Imp. cap. 117. Mich. Mil. cons. matr. 18. n. 7. uol. 1.
d uide Ang. in trac. malef. uerb. che hai adulterato. nu. 53.
e l. unic. C. de raptor. l. uim passam. 3. q. 3. hoc t.
f l. eum. ubi Salic. nu. 2. et in l. si mulier. pen. num. 234. C. hoc t.
g Salic. in d. l. eũ qui duas, nu. 3. Cano. in d. c. 1. ext. eod.
h nu. 18.
i l. cum uir. 31. l. fœdissimam. 20. C. eod. uide de aljs casibus Ang præall. loc.

Ad legem Iuliam de ui publica. Tit. VI.

1 *Vis publica quomodo committatur.*
2 *Quid armorum appellatione ueniat.*
3 *Qui hac lege teneantur.*
4 *Pœna.*

INiuria † etiam non mediocris inferri solet, per uim tam publicam quàm priuatam. Nam quicquid per uim fit, in alterutram hanc uis speciem incidat, necesse est [a]. Vis publica armis committitur, priuata sine armis [b]. nam cum ad uim arma parare iniussu Principis legibus publicis sit interdictum [c], qui uim armis illicitè facit, publica iura, pacemq; omnium communem uiolat: ac proinde publicã uim meritò feciss̃e creditur, quoniam uniuersam Rempubl. ut rectè inquit Cic. [d] oppugnare uidetur. 1

Armorum † autem appellatione τῶν ὅπλων, non solùm scuta & gladios, sed fustes, lapides, & quicquid nocere potest, accipimus [e]. Hac † lege tenetur, qui arma præter necessarium usum cogit [f]: qui turbæ seditionisúe faciendæ causa consilium init, eóue nomine homines in armis habet: aut cum telo in publico est, dum tamen pubes sit [g]: qui uillas, naues, domos oppugnant, effringunt, expugnant (id quod capitale est [h].) Itaq; fortè non satis erit ad pœnam huius legis oppugnatio, nisi sequatur effractio [i], quasi delicto needum consummato. Bart. [k] tamen indistinctè uult pœnam huius legis obtinere, quomodocunq; alicui in domo suo prælium (sic enim ipse loquitur) detur: id quod statuta multarum ciuitatum sequuntur: qui ex incendio quid armati rapiunt [l], aut incendium faciunt [m]: qui hominem cõcludit, obsidet, diripit, rapit, constuprat [n]: qui in magistratu existens, ciuem Romanum torquet, uerberat, necat [o]. Etsi enim de stupro, cæde & incendio, etiam lege Cornelia teneantur: tamen nihil prohibet quenquam pluribus legibus teneri: & atrocius crimen est, quando publica authoritate aut armis cõmittitur. Item qui Roma euocatum uincit, impedit quo minus se sistat [p]: qui dolo perficit, ne iudicia exerceantur: qui conuocatis hominibus uim armis facit, ut quis uerberetur [q] (quo tamen casu, unus multorum actus pro una uiolentia habetur [r]:) qui noua uectigalia iniussu Principis exercent & extorquent [s], aut quod perinde est, uetera cumulant & adaugent [t]. 2 3

Damnato † de ui publica olim aqua & igni interdicebatur [u]: cuius in pœnæ locum hodie successit deportatio [x]. Quibusdam tamen, ut seruis, incendiarijs, effractoribus, expilatoribus uillarum, capitale supplicium irrogatur [y]: ut & libero, quando ex tumultu & uiolentia, cædes alicuius insecuta est [z]. Bona etiam damnatis adimi solere, indicat Cicero in quadã ad Brutum epistola: Atq; ille, inquit, si armis positis de ui damnatus esset, quo in iudicio certè defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi, bonis publicatis: idq; & leges ueteres cautum habent [a]. Sed Iustin. bona damnatis adimi uetuit [b], quem nostri Sax. sequuntur: qui loco deportationis, fustigationem & relegationem decernunt [c], nonnunquam etiá hoc casu manus amputationem: quæ tamen pœna grauis est, & uelut capitalis [d]. 4

a l. hoc iure. 152. de reg. iur.
b §. recuperando. in fin. Inst. de interd.
c l. j. hoc tit. Nouell. 85. de armis. l. j. C. ut arm. us. lib. 11.
d de Arusp. resp.
e l. 9. hoc t. d. §. recuperandæ. Paul. lib. 5. tit. 3.
f l. j. & 2. hoc t.
g l. 3. hoc t.
h l. pen. h. t. Paul. lib. 5. t. 3.
i l. 3. & l. pen. hoc t.
k in l. j. §. fin. hoc t.
l d. l. 3. 4.
m d. l. 5.
n d. l. 3. 5. 6. hoc t.
o l. 7. hoc t.
p l. 8. hoc t.
q l. 10. hoc t.
r Bart. in l. 2. nu. 10. de priua. delict.
s l. fin. hoc t.
t l. 2. ubi Salic. C. no. uec. imp. non posse.
u l. 10. §. fi. hoc t.
x l. 3. ad l. Iul. pecul.
y l. 4. in fi. l. pen. hoc tit. l. seruos. 8. C. eod.
z l. quoniam. 6. ubi Bart. C. eod.
a l. si quis. 7. in fi. ubi gl. fi. & Bal. nu. 11. C. eo.
b Auth. bona damnatorũ. C. de bon. dam.
c uide j. de inter. & releg.
d Bald. in Auth. sed nouo. in prin. C. de ser. fug. §. ad hoc. in Auth. de collat. Bart. in l. 2. nu. 12. de publ. iud.

Ad legem Iuliam de ui priuata. Tit. VII.

1 *Quid sit uis priuata.*
2 *Qui in hanc l. committant.*
3 *Pœna.*

DE † ui priuata tenetur, qui sine armis uim fecit, puta cõuocatis hominibus aliquem uerberauit, pulsauit [a], &c. quid, † ueluti pignus [b], abstulit [c], (quod iure tamen Sax. impunè quandoq; fieri & iuris sui tuendi, sistendiq; aduersarij causa permitti, suprà ostendimus [d]) quo minus quis in ius produceretur, obstitit [e]: alienum agrum remúe occupauit [f], quamuis sibi debitam [g]. Ex S. C. etiam Volusiano qui improbè coeunt in alienam litem, ut quicquid ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur, lege Iulia de ui priuata tenentur [h], ut & illi qui ex naufragio dolo malo quid rapiũt: quanquam etiam extra ordinem constitutionibus puniantur [i]. 1 2

Damnati † de ui priuata pars tertia bonorum ex l. Iulia publicatur: ac cautum est, ne Senator sit aut decurio, aut ullum honorem capiat, néue in eum ordinem sedeat, néue iudex sit: & uidelicet omni honore quasi infamis ex Senatusconsulto carebit [k]. Nam hoc iudicium existimationem lædit [l], ut reliqua publica omnia [m]. Illud porrò tenendum ultimo loco, de ui etiam ciuiliter agi posse [n]: & quando in statutis & legibus uis fit mentio, & pœna additur: in dubio hoc de ui priuata, non publica accipiendum interpretandumq; esse [o]. 3

AD

d Land. lib. 2. art. 47. & 48. dixi s. ad tit. si quan. paup. nu. 6. e l. 4. hoc t. f l. 5. hoc t. g l. 5. l. pen. l. fi. hoc t. uide l. ext. at. de eo quod met. caus. gl. Bar. & Dd. in l. si creditores. C. de pign. h l. 6. hoc t. i l. j. in fi. hoc t. k l. j. hoc t. l l. fin. hoc t. m l. infamem. s. de pub. iud. l. j. ubi gl. de his qui not. in fam. n l. si quis. 7. C. eo. l. unic. C. quand. act. ciu. præiud. crim. o Dec. in l. hoc iure. 194. nu. 2. de reg. iur. per l. si præses. de pœn. Boss. in prax. crim. cap. de ui pub. & priu. nu. 5. & tit. de pluribus. uiol. nu. 75.

BIU Cujas

Ad legem Corneliam de ſicarijs & ue-

NEFICIIS. TIT. VIII.

1 *Continuatio: & de grauitate huius delicti, ac lege Sempronia*
2 *Summa legis Corneliæ.*
3 *Sicarij qui, & unde dicti.*
4 *Veneficium quid.*
5 *Homicidium quotuplex.*
6 *De homicidio doloſo, nec in eo diſcrimen perſonarum fieri.*
7 *An in fœtu necdum nato homicidium fiat.*
8 *Non eſſe diſcrimen, quo teli genere cædes fiat.*
9 *In uulneratione conſiderari teli genus.*
10 *Animum occidendi in homicidio præſumi.*
11 *Explicata l. j. §. diuus.*
12 *Paria eſſe, occidere, & cauſam mortis præbere.*
13 *Mandantem puniri ut mandatarium.*
14 *An quæ infantes exponunt, hac lege teneantur.*
15 *Caſtrantem etiam uolentem, aut qui ſeipſum uel alium uolentem occidit, hac pœna teneri.*
16 *An uoluntas & uulneratio ſine cæde tanquam homicidium debeat puniri.*
17 *Ordinaria pœna legis Corneliæ.*
18 *Quomodo mitigetur.*
19 *Quid ſi in rixa homo ſit cæſus.*
20 *Qui poſſint impunè occidi.*
21 *De homicidio ex ira uel dolore.*
22 *Probandum eſſe animum defenſionis: & quid ſeruandum, ſi in ea probatione reus deficiat.*
23 *De caſuali homicidio per culpam commiſſo.*
24 *Quid ſi per ebrietatem.*
25 *A furioſo et infante, et q ſint infantes: itē ab impubere.*
26 *A minore.*
27 *De caſuali.*
28 *De ueneficijs.*
29 *An mathematici pœna ueneficij teneantur.*
30 *Pœna ueneficiorum.*
31 *De incendiarijs.*

a uide Paul. lib. 5. tit. 23.
b uide Hipp. ad Rub. hanc nu. 2, & 3. hoc t. Damh. in pract. c. 67.
c Num. 35.
d Num. 28.
e l. j. b. t. Paul. lib. 5. tit. 23. §. item l. Cornelia. in fi. Inſt. de pub. iud.
f l. qui uenenum. 236. de uerb. ſignif.
g d. l. item lex.
h l. ſi quis aliquid. §. aborationis. uer. mulier aut homo. de pœn.
i l. hominis. de uerb. ſig.
k l pen. C. hoc t.
l Bal. in l. qua actione. 7. §. j. ad leg. Aquil. per l. item Mela. 11. §. Celſus. eod. tit.
m Hoſt. in Rubr. de hom. nu. 2.
n tot. tit. ext. de hom. uol. & caſ.
o l. pen. hoc t.
p l. j. §. j. b. t. l. inde. §. ſi dolo. ad l. Aquil.
q l. ſi quis. 17. C. de pœn.
r l. hos. 12. §. ult. ſup. de accuſat.
s l. 3. de iuſt. & iur.
t ubi Salic. l. pen. C. eod. Cuiac. obſ. lib. 6. c. 21.
u l. ſi mulierem. 8. hoc t.
x Hoſt. in Rub. de homic. tex. in c. quod uerò. cum c. ſeq. 32. quæſt. 2.
y d. c. quod uerò. l. ſi quis. 38. §. qui abortionis. in uerb. mulier aut homo (ſcilicet animatus) perierit. de pœn. j.
z gl. in l. diuus. de ext. cri. d. l. ſi quis. 38. §. qui abortionis. de pœn.
a l j. in fi. j. de parr. tit. 1.
b pro A. Cluentio. l. Cicero. inf. de pœn. dixi 5. de ex. crim. Conſt. Imper. cap. 133.
c

1 POſtquam † in genere de uiolentijs dictum eſt, quæ lege Iulia de ui generatim coercentur: nunc exequamur ſingulares uis ſpecies, quæ propter atrocitatem generi exemptæ ſunt, & ſpecialibus legibus ac pœnis coercentur [a]: quo in numero ſunt cædes, ueneficia, incendia: quæ delicta, lege Cornelia uindicátur. Ac profectò ſi quis rem recta putet uia, nullam uim grauiorem deteſtabilioremq; reperiet, quàm eam quæ ſanguinem humanum effundit, cædibusq; ac luctu graſſatur, & Rempubl. ciuibus orbat [b]. Imò & terram ipſam ſanguine pollui, nec mundari niſi homicidæ effuſo rurſum ſanguine, lex diuina [c] teſtatur: unde & hoc nomine precium pro pœna ſumi prohibet, ne tota regio unius ob ſcelus & furias anathemate puniatur [d]. Ad coercendas autem cædes ſeu gladio ſeu ueneficio factas, primùm Sempronius Gracchus legem tulit, cuius meminit Cic. poſt Lucius Cornelius Sylla dictator: de cuius lege hoc in titulo agitur: qui etſi non ualde magnus neq; copioſus eſt, tamen eius in explicatione, paulo diutius immorari cõſilium eſt, propter frequentiam delicti huius in hoc furioſo mundi exitu indies inualeſcentis, propterq; grauiſsimas deliberationes ac diſputationes, quæ indidem oriuntur: ad quarum rectam dijudicationem, ſaltem aditum aliquem patefacere conemur. Quam meam uoluntatem ſpero uobis, qui ad Reipubl. ſpem erudimini, probari poſſe.

2 Lex † igitur Cornelia de tribus delictis agit: de cæde, ueneficio, & incendio. Martianus [e]: Lege Cornelia, inquit, de ſicarijs & ueneficijs tenetur, qui hominem occiderit, (uidelicet aut gladio aut ueneficio) cuiusq; dolo malo incendium factum erit, &c. De ſingulis ergo ordine erit diſpiciendum. Sicarij
3 dicti † ſunt à ſica: quod genus gladij breuioris [f] eſt, quaſi ſeca à ſecando dictum: hinc abuſiuè qui quocunq; telo interficiunt, ſicarij appellantur.

4 Veneficium † eſt, uenenum facere, parare, diſtrahere, præbere in alicuius necem. Veneni autem appellatio, etiamſi aliàs generalis eſt [g], ut apud Hom.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μιμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

tamen in materia delictorum, pro noxio medicamento accipitur. Veneficos eos etiam eſſe uult Iuſt. [h] qui magicis artibus homines interficiunt: quiq; mala medicamenta uendunt. Homicidium ab homine dictum eſt, ut Græcis ἀνδροκτασία. Homo etſi de uiro propriè accipitur [i], tamen ad utrunq; ſexum [k], atq; adeò ad infantes etiã, maximè hac in lege pertinet [l]. Hoc ita definit Bal. ut ſit quælibet exanimatio uio-
5 lenter facta, qua anima à corpore ſeparatur [m]. Illud † Canoniſt. diuidũt in ſpirituale & corporale [n]: nos priore ſpecie quæ ad Eccleſiæ iudicium pertinet omiſſa, de altera ſecundum materiam ſubiectam agamus. Homicidium igitur corporale aut eſt uoluntariũ, aut caſuale: illud conſultò, hoc caſu aliquo inopinato citra dolum malum admittitur [o]. Illud rurſus aut planè uoluntarium eſt ac doloſum, aut coactum: ut cum quis ſui defendendi gratia aggreſſorem interficere compellitur: de quibus omnibus ſigillatim uideamus.

6 Ergo † qui conſultò & dolo malo hominem iugulat, dubium non eſt, quin lege Cornelia teneatur [p], nullo in diſcrimine poſito, cuius conditionis hominem occiderit, ſeruum an liberum [q], &c. Omnes enim ad imaginem Dei creati ſunt [r], qui omnibus communem naturam dedit [s], cõſimilem animam eandemq; uitam infudit: quam ſine iuſta cauſa eripi ab homine qui non dedit, parricidiale facinus eſt: præſertim cum natura cognationem quandam inter nos conſtituerit [t]. Nam & Decalogus in genere atque indiſcriminatim præcipit, Non occides: uidelicet, quenquam. Et Exod. 21. addita eſt interpretatio, ut etiam ſi quis ſeruum ſuum occidat, criminis reus ſit. a

7 Qua † ratione etiam qui infantes interficiunt, pœna capitali tenentur [u]: quod tamen in nondum natis diſtinctionem recipit. nam ſi fœtus abigatur antequã ueriſimiliter animatus fuerit, id eſt, ante quadrageſimum à conceptione diem, mitiori pœnæ locus eſt [x]: quia homicidium ferè non committitur in c eo qui anima caret, cum necdum homo ſit [y]: ſin autem poſt quadrageſimum diem abigatur, cędes facta uidebitur [z], & lex Cornelia attendetur [a], aut etiam lex Pompeia de parricidijs [b], ſi matres ipſæ abigant: quod & olim uſurpatum fuiſſe Cic. [c] indicat: quanquam uſu lex Cornelia uelut mitior potius quàm

BIU Cujas

Pompeia hoc casu locũ habet. Congruunt hæc cum lege diuina [a]. Quid est illud Βαπτισμὸν ferunt, cum corpus in utero perfectè formatum fuerit, tunc fœtum animari. Etenim creator prius formauit corpus Adæ, tum ille animam inflauit. Statuit ergo legislator, quòd si mulier grauida abortiuum fecerit in ripa, si effigiatus infans egrediatur, id est, formatus organico corpore, factum illud homicidium uocandum, authoremq; sceleris pœnam luere homicidij debere. Si uerò partus egrediatur informis, homicidium non censendum: quia nondum animatum erat quod abortiuum est æditum: reum tamen de damno teneri. Eodem pertinet super Exod. quæstio 80. tomo 4. operum Augustini, fol. 107. Quod nõ formatum puerperium uoluit ad homicidium pertinere, profectò nec hominem deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari: Vtrum quod formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habeat. Sequitur enim & dicit: Si autem formatum fuerat, dabit animam pro anima: ubi quid aliud intelligitur, nisi & ipse moriatur. Et mox: Ideo lex uoluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima uiua in eo corpore, quod sensu caret, si talis est in carne nondũ formata, & ideo nondum sensibus prædita. Idem lib. quæst. ueteris & noui Testamenti, quæst. 23. quod quidem Moses manifestè tradidit dicens: Si quis percusserit mulierem in utero habẽtem, & abortiuerit, si formatum fuerit, det animam pro anima: sin autem informatum fuerit, mulctetur pecunia: ut probaret, nõ esse animam ante formam: hæc ille. Cæterùm animæ infusæ non ex traduce, ut quidam somniant, sed factoris ab ore, quomodo loquitur Prudentius: Ex nihilo creatæ reliquorum spirituum instar [b]. Huius igitur animę uiuentis præcipuũ indicium est motus. Ac constat animam pro uita poni in Scripturis, & illo ipso loco superius adducto [c], animam pro anima, quæ inde etiam ἐνδιάϑετον definitur Aristoteli lib. de Anima, quasi motus continuus in subiecto [d]: seu ut Cicero uertit [e], continua agitatio, motio. Quam constitutio prouincialis [f], abactionem fœtus uiuentis pro homicidio habet, do die frucht gebürt/ si mortuus inde fuerit, non si abigatur, recentior, so noch vnter der hebam̃e nach der empfengnuß. An uerò qui seipsum interficere uoluit, hac quoq; pœna teneatur? Sanè lex militem qui sibi manus sine iusta causa intulit, capite uult puniri [g]. Sed hodie quia conatus homicidij, pro effectu nunquam punitur, morte nõ insecuta, ut pòst dicemus: ideo hoc casu leuior pœna solet imponi. nam si quis seipsum planè interficiat, de pœna quæri nõ potest, cum crimen mortalitate sit extinctum, & sibijpsi homicida necem intulerit: cadauera tamen eiusmodi desperatorum, non communi more sepeliri, sed in furcam tolli, aut sub ea sepeliri solent: ut hoc saltem modo, quando aliter nequit, quid meriti sint, ostendatur: si tamen id in reatu non alia ex causa fecerint [h].

Non † autem interest quo teli genere, aut quomodo cædes facta sit, gladióne an fuste. Teli enim ap- 8
pellatio latè patet [i]: etsi in uulneribus illatis genus armorum inspiciatur, ut uidelicet inde colligatur, occidendine animo percussum sit, an non. Nam † qui gladio aut alio instrumento ad faciendam cædem 9
idoneo uerberat, is indubitatè animo occidendi uidetur id admisisse [k]. Sed si claui percusserit, aut cucuma, hoc est, ligone ferramentis præmunito, quamuis ferro percusserit: tamen quia hæc instrumenta ad alios usus quàm ad cædem & uulnera sunt facta aptaque, non uidebitur animo occidendi percussisse [l]. Idemq; erit si quis baculo percusserit [m], aut calce [n], aut cultello domestico [o]: quod uix est ut admitti possit, si punctim cultello uis inferatur. Grauius enim ac periculosius his cultellis ac pugionibus uulnera punctim infliguntur, quàm gladio aut sica. Sed cum cædes insecuta nõ est, haud displicet, ut mitiorem in partem propendeamus [p]: de quo casu loquitur Martianus [q].

Cæde † autem insecuta, semper & indistinctè præsumitur animus occidendi, nisi aliud ex circum- 10
stantijs colligi probabiliter possit [r]: omnia enim delicta cum sint illicita & prohibita legibus, præsumuntur dolo malo fieri [s], ut reliqua omnia quæ aduersus leges fiunt [t].

Itaq; † quod Mart. [u] ait, qui claui aut cucuma homicidium admisit, eius pœnam leniendam, quòd ca- 11
su magis quàm uoluntate id uideatur perpetrasse: non eam interpretationem habet, quasi ex solo teli genere animus dolo uacans debeat præsumi. Sed repetit his uerbis I. C. casum homicidij casualis, quem initiò posuerat, & hunc opponit uulnerationi, animo occidendi factę, tantumq; illud innuit in summa: uulnus gladio illatum, præsumi animo occidendi factum: quod autem ligone, uel cucuma, nequaquam. Quare etiamsi mors insequatur, adminiculum hoc esse ad leniendam pœnam, si alia quoq; concurrant quæ quasi testentur uoluntatem interficiendi defuisse: ut si in rixa subita non consilio, sed casu potius talibus armis uulnus sit factum [x]. Sed † ut ad propositum reuertamur, illud etiam non interest, utrum 12
quis occidat, an causam mortis præbeat [y]: quod iuxta sententiam legis Corneliæ est accipiendum: scilicet quando causa mortis, dolo malo, & animo occidendi est præbita. Vnde cædem esse interpretabimur, si magistratus operam dederit, quo quis falsum iudicium, quasi de communi crimine alicuius conscius, profiteretur, in hoc ut innocens condemnetur: aut pecuniam accepit, ut publica lege, hoc est, publico iudicio quis reus fieret: aut aliud quid contra hominis necem fecerit, quod legibus permissum non sit [z]: quiue falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur [a]: item, qui per alium cædem fieri curauit aut mandauit [b]. Quare † uerum non uidetur quod qui- 13
dam [c] tradunt, eum qui accusat aliquem feciſſe homicidium, & probat mandasse, non uideri probasse quæ in libello deducta sunt, ac proinde succumbere, quòd diuersa sint facere ac mandare. Nam mandatum hic æquipollet facto, nec diuersa hæc sunt, sed eadem: cum non minus ex mandato quàm ex facto pœna capitalis sequatur [d], ut sæpe obseruatum memini. Sed † an qui liberos exponunt, ac omnium re- 14
rum

a Exod. 21. uers. 22. 23. de qua Theodor. in Exod. quæst. 48.
b Gen. 2. 7. de quo August. quæst. uet. & noui testa. quæst. 23. tomo 1. fol. 58. Psal. 33. 15. de quo Hier. tomo 8. fol. 47. Esa. 57. 16. Zach. 12. 1. Iob 10. 12. de quo H. Bul. dec. 4. ser. 10. Sap. 15. 11. Eccles. 12. 7. Ioan. 5. 17. August. de definit. orthod. fidei. cap. 14. & 18. tom. 3. operum August. fol. 138. & cap. 21. lib. 10. de Genesi ad literam: & passim Hier. lib. 2. contra Rufinum. ad Pamm. & Mar. tom. 2. pag. 213. Thomas Aquin. super lib. 2. Sent. Lombar. Nazian. Car. de uirg. & eiusdem frater Cæsar. Dial. 2. Hil. lib. 10. de Trin. Prosper lib. de Prouid. Ambro. c. 7. ad Rom. tom. 5. fol. 206. Petrus Lombar. li. 2. distin. 17. 18. et ibi Bona. quæst. 3. gl. c. quod uerò, 32. quæst. 2. Ludo. Viues li. 2. de anima. Cyrillus lib. 2. tom. fol 245. in Dialog. de Trinit.
c Exod. 21. uers. 23.
d Syrac. 9. Dan. 11.
e Tuscul. 1.
f 4. parte 4.
g l. si quis. 28. §. fi. de pœn.
h secundum disti. l. j. l. ult. de his qui sibi mort. l. j. C. eod. l. omne. §. qui se uulnerauerit. de re mil. ord. Imp. c. 135. Sax. lib. 2. art. 31. Schneid. §. iuris præcepta. Instit. de iust. & iure.
i d §. item l. Cornelia.
k l. j. §. diuus. hoc t.
l d. l. j. §. diuus.
m l. omne. 6. §. si quis. de re milit. l. j. C. de emen. scr. gl. in c. significasti. de homi. Spec. in tit. de accus. uers. sed pone. Bart. nu. 7. d. §. diuus. Bal. in l. cũ mandatu. C. mand.
n l. 5. C. eo.
o gl. ad uerb. minores. in Auth. de arm. Bar. in l. j. & l. fi. 5. ad l. Iul. de ui pub. Cle. j. §. quia. de stat. mon.
p l. sæpe. 53. in fi. de uer. sig. Gand. in prac. cri. ti. de hom. nu. 11. Hip. consil. 105. circa. nu. 21.
q in d. §. diuus.
r l. j. C. unde ui. l. j. C. eod.
s l. si non conuicij. C. de iniur.
t c. qui contrà. de reg. iur. in 6.
u in d. §. diuus.
x ut Exod. 21.
y l. nihil. 15. hoc t.
z l. 4. in prin. hoc t.
a d. l. j §. j. l. 3. §. item. hoc t.
b l. non ideo. C. de accus. Paul. lib. 5. tit. 25. l. aut qui aliter. 5. §. fi. quod ui aut clàm. ubi Bart. & in l. non solùm. 11. §. si mandato. de iniur. l. hæc uerba. 5. de adul. c. pro humani. 1. de hom. in 6. Panor. & alij in c. mulierem de sent. excom. Dec. in l. is damnum. 129. nu. 3. de reg. iur. uide Ang. & alios in prac. cri.
c Dec. & Cag. in d. l. is damnum. Fel. in d. c. mulierem. uide Mynsing. obs. 40. cent. 1.
d Bart. & alij in l. si per alium. 5. ne quis eum qui in ius uoc. uide omnino Ang. in tract. mal. ad uerb. Sempronium mandatorem.

BIU Cujas

rum inopia quasi perire sinunt, eâdem lege tenentur? Et quidê in ciuilibus necare uidetur, qui alimenta denegat [a]. Sed cùm non animo occidendi, imò potius conciliandæ à prætereuntibus misericordiæ gratia pleriq; infantes exponant, quam ipsi misericordiam non habent [b]: uerius est, eos extra ordinem puniri [c]; nisi dolo malo in locum solitariũ infantes, præsertim sanguinolentos, id est, recens natos abijciant, ubi inedia cõsumantur. tunc enim meritò lege Cornelia de sicarijs, præsertim euentu secuto, tenentur [d], quia mortis causam præbent [e]. Mitius tamen, hoc est, relegatione uel euentu secuto fustiga-
15 tione exterminari tales memini. Eadem † lege Cornelia tenetur, qui author seditionis fuit, & qui naufragium suppresit, hoc est, homines, iumenta, aliaq; naufragio perdita occultarit, in uinculis aut ergastulo habuerit [f], qui hominem circumcidit [g], castrauit, quiq; se castrandum præbuit [h]. nam cum nemo suorum membrorum sit dominus [i], in se quisq; homicidium committere prohibetur [k], & in alium olim inuitum [l], hodie etiam uolentem [m]. Est autem instar homicidij, uirilitatem ac sexum quodammodo homini adimere: item qui hominis necandi, aut furti faciendi, aut inuadendæ possessionis causa, cum telo ambulârit, familiam armârit [n]: quia & lex Cornelia (sicut & Mosaica [o]) & constitutiones [p], uoluntatem in hoc maleficiorum genere, non exitum spectari uoluerunt [q]. Sed hoc ius ut nimis durum, hodie
16 generali consuetudine abolitum esse testatur Spec. [r] Vnde † & illud rectè quæritur, an qui animo occidendi hominem uulnerauerit, lege Cornelia pro sicario sit damnandus? & sanè damnandum Adrianus rescripsit [s]: quod hanc habet rationem, quia res est ad actum consummationi proximum deducta. Nam qui uulnerauit, quantum in se fuit, interfecit: unde delictum pro completo haberi debet [t], præsertim in atrocioribus [u]. Etsi autem Salic. [x] eò inclinet, ut arbitretur quando lex aliquem conatum punit sicuti effectum, tunc posse iudicem ex potestate sibi à lege concessa, mitigare pœnam, sed ad id nõ compelli: tamẽ in hac specie semper in ea fui sententia, secundum quam & iudicatum scio, ut existimem nõ esse boni prouidiq; iudicis eum qui tantũ uulnerauerit, pro homicida damnare. Nam etsi non inficior, in atrocissimis delictis, puta parricidij, maiestatis, &c. conatũ pro effectu puniri [y] posse: tamen ea cum sint propter enormitatem delictorum singularia, non sunt trahenda ad consequentias [z], præsertim in
pœnalibus [a]. uidemus enim regulariter, in delictis mitius puniri conatum delinquẽdi, quàm delictum perfectum [b]: & delicta de assumpto actu, subsecutoque euentu intelligi oportere ait I. C. [c] Ac uerè mihi dixisse uidetur Spec. [d] istiusmodi legibus generali consuetudine esse derogatum. Et Cyn. [e] cum ait, licet lex puniat propositum in homicida, tamen iudicem debere considerare euentum qui delicta aggrauat [f]: estque cumprimis attendendus [g]. Et ita iudicari non modò quando statutum loquitur de homicidio, sed etiam generaliter ex benigna interpretatione, pleriq; tradunt [h]. Pro quo & illud facit quod cõmuniter traditum est, eum qui lethaliter uulnerauit, mitius puniri, si ab altero postea uulneratus occidatur [i]. Quibus consonant criminales Imperij constitutiones cap. 177. cum uolunt conatum homicidij arbitrio iudicis puniri, non secuto euentu. Pœna autem quæ committitur arbitrio, semper mitior esse debet quàm quæ legibus præscribitur: ideo non est ad pœnam mortis facilè extendenda [k]. Nec ab hac æquitate abhorret aut lex diuina [l], aut ius Sax. quamuis aliàs durum & terribile. Nam cum ciuiliter de homicidio agitur, sicuti agi potest [m], cædem uno uuerigeldio, hoc est, 24. aureis (quos Schocios uocant) hîc usitatis: at uulnera qualiacunq;, non secuta morte, dimidia tantũ eius parte mulctat [n]. Quare & cum criminaliter agitur, mitius ex hoc iure conatum homicidij quàm euentũ puniendum esse, consentaneum est, argumento à ciuilibus ad criminalia ducto [o]. Imò quod amplius est, non desunt qui existiment, id quod à Spec. suprà traditum esse diximus, etiam Sax. moribus obtinere: iusq; illud puniendi ex æquo tentatum, atque delictum consummatum esse abolitum, & tantum puniri euentum [p]. Concludendum igitur uidetur, etiam hoc iure eum qui animo occidendi uulnerauit, nequaquã cædis, sed tantum uulneris [q] reum esse, & huius, non illius pœna teneri. Itaq; suprà posita Salic. decisio, existimantis non compelli iudicem, sed posse pro arbitrio mitius punire conatũ quàm effectum, cũ lex utrumq; eodem modo coercet: ualeat in atrocissimis delictis [r], maiestatis, parricidij, raptus (quanquam hoc ipsum controuerti potest, & dicere durum est [s]: nisi quando lex expressè conatum punit: ut in raptu, literis hostilibus (beuheden vñ feindsbrieff schreiben appellant) &c. [t] aut etiã in pœnis Ecclesiasticis [u]: in reliquis dicamus eum oportere omnino pœnam, non secuto euẽtu mitigare. Quam ergo pro eiusmodi
17 uulneribus mulctam imponet, & quatenus mitigabit? Constat, † ordinariam pœnam legis Corneliæ olim fuisse deportationem, cum ademptione bonorum [x]: sed hodie, inquit I. C. solent capite puniri [y]: id
18 quod præceptis diuinis consentaneum est [z]. Hæc † igitur si mitiganda est, ut certè est, non debet ad supplicium peruenire. Ac Salic. [a] ex sententia Bald. [b] quidem dicit, in Capitolio ita iudicatum fuisse, in minore, cui ratione ætatis mitigari pœnæ solent [c], ut ei manus amputaretur: id quod & ius Sax. sequi uidetur [d]. Sed cum hæc pœna sit peregrina, & sæpe acerbior ipso supplicio (multi enim ex ea diem cum cruciatu obeunt) cumq; regulariter ubi mitigatur pœna capitalis, non sit infligenda aliqua corporis af-

a l.4. de li. ag. c. fi. 87. dist. b d.l.4. c l.2. ubi glo. & Dd. C. de inf. exp. l. nec filium. 9. C. de patr. pot. l. 1. §. pœna. ubi glo. de li. ag. Dd. in Rub. de inf. exp. Old. in Rub. C. de inf. exp. d Bar. in l. necare. in fi. de li. agn. Azo in Rub. C. de inf. exp. e l. nihil. 15. h. t. cum ibi alleg. f d. l. 3. §. item qui author. g l. circumcidere. h. t. h l. 4. 5. 6. 11. h. t. i l. liber. 13. ad l. Aquil. k l. omne. 6. §. qui se uulnerauerint. de ve milit. l. fi. §. si quis autẽ. ff. de bon. eor. Bal. in l. 1. C. de bon. eor. Cyn. in l. 1. C. qui testa. 1. ff. nu. 5. in l. 1. C. de ser. fugit. l Paulus lib. 5. tit. 23. m Hip. in l. 1. nu. 2. h. t. cum ibi alleg. n d. l. 1. in princ. d. l. 3. §. itẽ is. l. 15. l. is qui cum telo. C. eod. o Exod. 21. p uide Tiraq. in tract. de pœn. caut. 55. q l. diuus. 14. h. t. r tit. de accusatore. §. 1. nu. 7. Bal. & Cyn. in d. l. is qui cum telo. s d. c. 1. §. diuus. t l. eum. 18. C. de adult. l. 1. ubi Bal. nu. 3. & Sal. C. de sep. uio. Bart. in l. si quis legatũ. n. 2. de falsa. Bald. in l. si quis non. C. de epis. & cle. nam. 9. Salic. post alios in d. l. is qui cum telo. nu. 2. & 6. u d. l. si quis non dicam. l. qui si quis. C. ad l. Iul. de ui. l. 1. l. utrum. ff. tit. 11. unic. C. de rapt. uirg. x in d. l. is qui cũ telo. n. 6. y l. 1. in fi. de parri. & unic. C. de rapt. uir. z l. ius singulare. de legib. a c. in pœnis. de reg. iur. in 6. l. cum quidam. 19. ubi Dd. de lib. & posth. b l. 1. de ext. cri. l. vulgaris.

21. §. qui furti. de furt. l. si fugitiui. C. de fug. c l. fugitiuus. 225. de uerb. sig. d præall. loc. e in d. l. is qui cum telo. f c. periculose. de pœn. distinc. 1. g l. aut facta. 16. §. euentus. de pœn. l. si quis legatum. 6. uers. cæterùm. de fal. gl. & Bar. in l. fi. de rer. diuis. gl. in l. 1. ad uerb. uoluerit. quam not. Cast. & Alex. de leg. 2. & in l. si constiter. t. ad uerb. uolusse. sup. fi. reg. h Spec. præall. loc Bald. in l. hanc scripturæ. §. si seruum. ad l. Aquil. in l. data. nu. 55. C. de ijs qui accus. Bonif. de mal. tit. de inf. percuss. def. nu. 15. Iac. de Bel. in pract. tit. de inuas. nu. 3. Fel. in tract. quand. conat. pun. Boer. decis. 323. nu. 6. par. 2. Matth. de Affl. decis. Neap. 21. nu. 11. Alex. cons. 15. uiso. nu. 5. uol. 1. Hip. con. 105. circa. nu. 21. i l. item Mela. §. Celsus. ad l. Aquil. l. huic. §. si seruus eo. Tiraq. de pœn. caus. 61. k l. 1. de fur. Bal. l. 1. §. effractores. de effract. l. bodie. de pœn. late Boer. decis. 254. nu. 13. Alex. cons. 5. in casu. num. 13. uol. 1. & cons. 283. uolu. 2. l Exod. 21. uers. 18. 19. Leuit. 24. Num. 35. Deut. 19. m l. 3. C. ad l. Aqu. l. n Land. lib. 2. art. 38. ubi gl. Fachs. liff. 62. o gl. & Dd. in l. omnem. 20. de iud. c. fi. de for. comp. p Reinbar. d. liff. pœn. 6. per art. 39. Lebenr. q Reinh. diff. pœn. 31. per Lande. lib. 2. art. 16. r Bal. in c. 1. §. deniq;. nu. 2. quæ fuit pri. caus. benef. & ibi Alu. nu. 3. s Hip. in l. is qui cum telo. C. de sicar. & cons. 105. Fel. late in tract. quand. cona. Cbass. in consue. Burg. de iust. §. 5. uerb. s'il n'a grace. nu. 123. t uide ord. Imp. c. 1. 28, 129. u c. 1. de hom. in 6. x l. 3 §. fin. h. t. l. pen. C. eo. §. item lex Cornelia. Instit. de pub. iud. z Gen. 9. Num. 35. Deut. 19. Exod. 21, 12, moriendo morietur. & uers. 14. tolles eum ut moriatur. a in Rub. C. de cri. sacr. b in c. 1. §. in uria. num. 13. de pact. iura. fir. c l. ferè. de reg. iur. l. auxilium. de minorib. d gl. Vueych. ar. 83. in fin.

BIU Cujas

fictiua [a]: magis placet & obtinuit, ut relegatio siue exilium perpetuum, aut damnatio ad remos, deportatioue decernatur [b]. Nam & hæc magis accedit ad pœnam antiquam, uidelicet deportationem, & honestioribus ex ipsa hac lege irrogari solet [c]: & uidemus ipsos Impp. in moderatione legis Corneliæ semper huc deuenire, ac pœnam capitalem conuertere in exilium [d]: atque ita in specie non multum diuersa decisum fuisse, testatur Boer. [e] & ego iudicatũ memini. Si † in rixa percussus homo perierit, ictus 19
uniuscuiusq; in hoc collectorum spectari oportet: quòd si non potest indicari certus percussor, tenentur omnes [f], nisi homicidam ex numero suo designent [g]: quod & apud nos seruatur: scilicet ut ciuiliter teneantur omnes, aut etiã ut criminali in iudicio torqueri possint, non etiam ut eapropter condemnari. Etsi enim præsumantur homicidij rei, non tamẽ ex huiusmodi præsumptione pœna capitali damnari debent, sed aliqua duntaxat leuiore [h]. Sciendum † autem est, homicidij pœnis eximi, si quis eos occi- 20
dat quos interficere fas est: ut trãsfugam [i], uilem adulterũ [k], & iure Imperij ac Saxonũ [l] bannitum, &c. item furem nocturnum [m], quẽ tamen indistinctè iure ciuili interficere non licet [n]: cuius iuris distinctionem sequi tutius est. Et hæc de prima homicidij specie sufficiant. Quod † ad eam cædem attinet, quæ 21
non dolo fit, sed quodammodo coactè, ex iusto dolore uel metu præsentis uiolentiæ: sciendum est, si quis uxorem in adulterio deprehensam, aut adulterum occidat, plerunq; mitius puniri: quia difficilimum est, iustum dolorem temperare [o]: ex metu autem illatæ uiolẽtiæ homicidium factum, sæpe omnimodo excusari: ut si quis sibi stuprum inferentem interficiat [p], uel furem nocturnum cui parcere sine periculo suo rerumq́ue suarum [q] non potuit [r], aut latronem [s], & aggressorem [t], aliumúe quemlibet qui dubium uitæ periculum intentat [u]: uim enim ui repellere, etiam iure naturæ licet [x]: ut & Cicero pro Milone eleganter explicat: cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ [y]. Quod † ex qualitate personarum, rerum, alijsq; temporum & locorum circumstantijs est æstimandum, & referendum non ad facul 22
tatem fugæ, sed defensionis [z], probandumq́; ab eo qui allegat [a], duobus saltem testibus [b]: ut, uerbi gratia, quòd primùm sit inuasus [c]: quod si probare nequeat, puta quia solum se remotis arbitris ab interfecto aggressum asseueret, uidetur tormentis subijciendus [d]. Nam neq; absolui potest, cum fateatur homicidium: nec damnari capitaliter, cum qualitatem & dolum malum, qui in lege Cornelia solus attenditur [e], neget [f]. Si tamen ex circumstantijs innocentiæ suspicio extaret, uidetur pro arbitrio iudicis posse absolui [g]. Nam cum quædam indicia sunt pro reo, quædam contrà, in mitiorem absolutionis partem est declinandum, nec perueniendum ad torturam [h]. Iure tamẽ Sax. etiam qui probat se animo defendendi occidisse, uno uuerigeldio agnatos defuncti placare tenetur [i]. Si quis ex pugnatoribus mediatorem intercedentem interfecerit, non desunt [k], qui & hoc excusent, & ad defensionis casum pertinere arbitrentur: quod mihi periculosum uidetur: nisi scilicet quis ita ab interfessore in defensione impediatur, ut absque suo periculo illi parcere non potuerit [l]. Casuale † seu inuoluntarium homicidium 23
aut culpa fit, aut citra culpam. Culpa quamuis lata, in lege Cornelia pro dolo non habetur: quare putator etiamsi non proclamet in deiectione rami, & hominem interficiat, non tenetur hac lege, sed Aquilia [m] ciuiliter, ad cessationis operarũ & mendicationis sumptum resarciendum [n], criminaliter uerò ob culpam latam in metallũ damnatur [o]: moribus ex lege diuina uerò relegatur [p]: item is qui noctu infantem per somnum comprimit [q]: qui canem infestantem saxo petens, prætereuntem interficit casu, & nõ sponte [r]: qui petulantem equum, cum uitium eius ignoraret, cohibere non potuit, quo minus puerum opprimeret [s]: & si qui casus euenire usu consueuerunt similes [t]. In † ebrio meritò dubites. etsi enim do- 24
lus abest [u], tamen per culpam adest: unde quia opera datur rei illicitæ, casus subsequens excusare non uidetur [x]: itaque Pittacus duplici pœna ebrium afficiendum putabat, quòd delictum delicto cumulasset [y]: Sed plerunq; ita seruatur, & est communis opinio, ut magna ebrietas quę mentem aufert, pœnam mitiget, parua non item [z]. Sanè Carolus V. Imperator in suis hæreditarijs prouincijs constituit, ut ne ebrietas in cædibus quæ sæpe à uiolentis committuntur, excusationem adferat: & uidi ita obseruari. quanquam & pœnam leniri ex hac causa memini: idq́ue mihi humanius atq; æquius uidetur. nam ubi homicidium non dolo, sed lata culpa commissum est, non debet pœna capitalis decerni, sed aliqua mitior [a]. De † furioso & infante minus dubitandum est, cum alterum innocentia consilij, alterum fati in- 25
felicitas excuset [b]. Sed furor cum non præsumatur [c], probandus erit ex dictis factisq; insanis [d], inordinato memoriæ statu [e], & ex insania præcedente [f]: adhibitis etiam medicis [g]. nam recordor, post perpetratum

a Hip. in l. 1. num. 61. C. de ficar. per l. si adulteriũ, 38. §. Impp. de adult. l. si quis in graui. §. si tamẽ. de S. C. Sylla. l. 4. C. de adult. l. lex Iulia. §. fi. ad l. Iul. repet.
b Bar. in l. lege. de ui pub.
c d. l. 1. in fi. b. t.
d d. l. 1. §. fi. l. 3. §. 1. & 4. l. 8. b. t. l. 4. C. de adult.
e decis. 254.
f gl. & Bar. in l. fi. b. tt.
g l. fi. ubi gl. b. t. uid. l. Mosaic. Exod. 23.
b Fel. in c. significasti. 2. de homic. Gand. in tract. de homicid. num. 12. cum seqq. Dec. in l. fauorabiliores. 167. nu. 6. de reg. iur. Alex. cons. 15. uis. uol. 1. & cons. 46. uol. 4. & cons. 14. uol. 3. & hanc dicit esse communem Boss. in prac. crim. de homic. nu. 26. & 27. uid. iure Sax. Reinbar. diff. pœna. 20. uide latè Tiraq. quanquam remisiuè loquentem in tract. de pœn. caus. 63. qui uidetur concludere, nullũ teneri. pro quo gl. in l. item. 11. ad uerb. plures cum apostill. ad l. Aquil.
i l. 3. §. fi. b. t.
k l. marito. 24. l. si adulteriũ. 38. §. Imperatores. de adult. l. 4. C. eod. tt. l. qui occidit. ad l. Aquil. Hipp. in l. 1. nu. 3. b. t. uide gl. Lãd. lib. 1. art. 50.
l lib. 1. art. 50. lib. 3. art. 45.
m Sax. lib. 2. art. 13. Exod. 22. gl. Landtr. lib. 1. art. 50.
n l. furem. 9. b. t. l. itaq;. 5. ad l. Aquil. c. 3. de homicid.
o l. 1. §. final. b. t. l. 4. C. de adult. d. l. si adulterium. §. fi. ff. de adult.
p d. l. 1. §. fin.
q gl. in l. si ex plagis. 5. §. 1. ad uerb. uellet. ad l. Aquil. uide in l. 5. de iust. & iur.
r l. furem. 9. b. t.
s l. 4. C. eod.
t l. 2. C. eod.
u l. 2. & 3. C. eo. l. unic. C. quan. lic. Ias. latè post alios in l. 3. de iust. & iur.
x d. l. 3. l. 1. §. in bestijs. si quad. paup.
y l. 1. C. unde ui. lex Corn. de sicarijs.
z gl. & Dd. præsertim Salo. in d. l. 3. de iust. & iur. Bal. & Sal. in l. solam. C. de test. Bar. cons. 110. dixi Inst. de pub. iud. item
a l. 1. C. eod.
b c. licet. 23. de test. Bart. in l. sed si. ad l. Aquil. Ias. in l. 3. num. 60. de iust. & iur.
c Ias. num. 9. & Dd. in l. 3. de iust. & iur. Hipp. in d. l. 1. nu. 38.
d Bald. in l. 1. nu. 31. C. de confess. Lanfr. in c. quoniam. ad uer. confessiones. nu. 12. de prob.
e l. in lege. b. t.
f Panorm. in c. auditis. num. 32. quem sequitur Felin. & alij de præscript. Ias. in l. 3. num. 13. de iust. & iur. supr. Bar. in l. Aurelius. §. idem. de lib. legat. Hipp. sing. 185. Ang. in tract. malefic. ad uer. comparent. de no. qui sibi & partem negant. uid. Bald. & Salic. in l. 1. C. de confess. & l. 1. C. unde ui. Lanfr. præall. loco. caut. Tho. Ferr. 5.
g Boer. latè, decis. 164.
h idem Boer. decis. 165. ord. Imper. cap. 143.
i gl. artic. 50. lib. 1.
k gloss. Ang. & Dd. in l. 2. C. eo.
l Ias. in l. 1. §. prætor. num. 4. ne quis eum. Hipp. in l. de minore. num. 18. de quæstio.
m Hipp. in l. 2. in fi. C. eo.
n l. 7. b. t.
o Exod. 21. 19.
p Paul. lib. 5. tit. 23.
q Exod. 21. 13. Iosue 20. Numer. 15. & 35. Deuter. 19.
r cap. consuluisti. 12. q. 5. Panorm. & Dd. in cap. fin. de his qui fil. occid. Clem. 1. de homicid.
s Ias. in l. 1. num. 23. & 24. de legibus. & in l. in actionibus. num. 28. de in lit. iurand. & in l. 2. num. 41. si quis in ius uocat.
t Panor. in cap. significasti. & c. dilect. de homic.
u Bart. in l. diuus. hoc t.
x l. omne delictum. §. per uinum. de re milit. l. unic. C. si quis Imper. maled.
y Panorm. in c. continebatur. in prin. de homicid. uide latè Tiraq. in tract. de pœn. caus. 6. per totum.
z Aristot. in Pol.
a l. omne delictum. §. per uinum. ubi Bar. de re milit. c. inebriauerunt. 15. q. 1. Sal. in l. 1. C. eo. Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. & in l. aut facta. de pœn. Ang. in tract. malef. uerb. scienter. Hipp. in l. 1. num. 36. de quæst.
a ita est communis conclusio, quam multis confirmat Hipp. in l. in lege. b. t. Ias. in l. 1. de legib. & in l. in actione. de iureiur. Boss. in pract. crim. tit. de homic. num. 67.
b l. infans. 12. b. t. l. diuus. de off. præsid.
c c. fin. de succes. ab intest. l. filium. de acquir. hær.
d l. quidam. 27. de cond. inst. Dd. in l. si cum dotem. 23. §. sin autem. sup. sol. matr.
e Alex. cons. 54. ad quæsitum. in fi. uol. 1.
f Alex. præall. cons. Rab. & alij in cle. 1. de hom.
g Dd. in l. 1. de bon. poss. inf. fur. &c.

BIU Cujas

petratum delictum quosdam furorem simulasse ad qualemcunque prætextum [a]. Infantem autem accipimus, septem annis minorem [b]: hæc enim ætas quicquid uidet, ignorat [c]. Puto tamen hoc benigna interpretatione ad eos qui necdum sunt doli capaces, & pubertati proximi, posse extendi [d]: hoc est, illos qui decimum annum nondum egressi sunt [e]. Nec enim aliter puniendi uidentur, quàm si existant capaces doli [f], qui solus in supplicijs, maximeq; in lege Cornelia [g] consideratur: ac ne tunc etiam quando capaces sunt, ultimo supplicio, quamuis capitaliter deliquerint, sed mitius, puta exilio aut fustigatione [h] sunt coercendi: nam in supplicijs nunquá habetur impubes pro doli capace [i]. Neque † uerò hoc
26 quis non æquissimum fatebitur, qui consideret, etiam puberibus minoribus ratione ætatis pœnas mitigari [k]. Nam quoties in delicto minor est dolus, toties pœna quoque minor esse debet [l]. Sed in minore quamuis pubere non est tantus dolus, quantus in maiore [m]: quare mitius cum minoribus erit agendum [n]. Idq; uidemus etiam in ordinationibus Imperij cautum esse [o], ubi pœna in minores non ordinaria statuitur, sed committitur arbitrio iudicis, quæ ad mortem facilè extendi non debet, ut diximus [p].
27 Porrò † ubi nulla omnino culpa potest homicidæ imputari, adeò non tenetur lege Cornelia, ut etiam ab Aquilia & ciuili actione sit liber [q]. Iure tamen Sax. pro homicidio casuali, etiam ab impubere doli capace commisso, agnatis occisi uuerigeldium, magistratui mulcta sexaginta solidorum minorum (uulgo Schilling uocant) debetur [r].

28 Pœna † quoque legis Corneliæ tenentur, qui ueneficia in perniciem humanæ salutis exercent. Plus enim est hominẽ extinguere ueneno, quàm gladio [s]: quia minus præcaueri & uitari potest. Qui igitur malum uenenum necandi hominis causa fecerit, uel uendiderit, uel habuerit, plectitur [t]. Sed aduertendum est, id solùm notari in lege, quod hominis necandi causa uenditur habeturq;. Lex enim Cornelia dolum duntaxat notat [u]: quare ea quæ non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ accepit decessit, relegari Senatusc. iussa est [x]. Alio autem S. C. effectum est, ut pigmentarij, si cui temerè cicutam, salamandram, aconiton, aut ulceramenti causa cantharides dederint, pœna huius legis teneantur [y]: item ut qui mala sacrificia tenuerint, habuerint, hac lege damnentur [z]. Ex constitutionibus etiam amplius intelligi licet, ueneficij quæstionem ad omnes magos, au spices, sacerdotes uetitorum sacrificiorum, eiuscemodiq; artium doctores ac discipulos, quiq́ue libris
29 magicis utuntur, esse extensam [a]. Illud † magis mirandum, artes mathematicas inter hæc ueneficia referri [b]: cum liberales sint, & multos egregios ac præstantes artifices habeant, atq; assertores. Sed cum appareat, constitutiones dolum tantum malum & perniciem humani generis uindicare [c]: existimo eas accipiendas de ijs qui prætextu artis, magiam aut alias diuinationum præstigias, quæ causas non habent Physicas, ad exitium hominum iniuriamq́ue exercent [d]. Eadem lex extenditur & ad testes, qui necandi hominis causa falsum testimonium dixerunt [e], ad magistratum qui in caput hominis pecuniá accepit [f], ad medicos qui dolo uel imperitia mortis causam malè curando præbent [g], & alios similia in
30 necem perniciemq; humanam perpetrantes. Vt † ueneficiorum olim eadem pœna fuit quæ cædium, ex lege Cornelia: ita nunc postquam homicidia gladio puniri cœptum est, ueneficia quoq; eodem supplicio uindicantur [h]. Sed & concremari ueneficos Constantinus [i] uoluit. quo genere supplicij Sax. & aliæ passim nationes, in hos animaduertunt [k]: potissimùm eos, qui sortilegijs & magicis artibus uenefica exercent. nam qui citra eas artes, potionibus & uenenis clàm interficiunt, uelut grassatores puni-
31 ri solent: mares rota, feminæ aqua [l]. Tertiò † agit lex Cornelia de incendiarijs, qui dolo malo incendiũ excitant. Dico, dolo malo: nam si culpa admittatur, cessante publico iudicio, ciuiliter in duplum erit agendum [m]. At qui per fraudem incendia faciunt, gladio olim feriebantur [n]. Hodie [o] secundum pœnam talionis, incendio absumuntur, qui incendia excitarunt [p]. quanquam iuris ciuilis interpretes, hac in re uariè distinguãt: utrum incendium factum sit in ciuitate, an extra: utrum magnum, an paruum: utrum homines perierint, an non: utrum à uili persona factum, an à digniore [q].

Ad legem Pompeiam de parricidijs.

TITVLVS IX.

1 *Continuatio: & de atrocitate huius sceleris.*
2 *In quibus personis lege Põpeia parricidium cõmittatur.*
3 *Quando pœna maiorum, quando legis Corneliæ in parricidio locum habeat.*
4 *De ratione huius pœnæ.*
5 *Matrem & auiam parricidium committere.*
6 *An pater occidens filium, lege Pompeia teneatur.*
7 *Conatum hîc puniri pro effectu.*
8 *Non indicantem scelus hoc, teneri, etsi aliàs nemo prodere maleficium cogatur.*
9 *Ad quem usq; gradum lex extendatur.*
10 *Furorem excusari.*
11 *Perpetuam esse accusationem.*
12 *Quid si pendente accusatione reus decedat.*

1 SEd † præ omnibus scelestissima est, maximeq; nefaria cædes parentum: quo uno maleficio, ut inquit Cicero [a], omnia scelera complexa esse uidentur. Etenim si, id quod præclarè dicitur à sapientibus, uultu sæpe læditur pietas: quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina atq; humana cogebant? Portentum atq; monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantùm immanitate bestias uicerit,

a uid. glo. in d. l. congruit. in fi. Corn. cons. 22. tiſis. nu. 3. & 4. uol. 1.
b d. l. si infanti, 18. Cod. de iur. del. ca. 1. de desp. impub. lib. 6.
c l. 1. C. de fal. mon.
d d. l. t.
e Ias. in Auth. sacramenta puberum. num. 14. cum seqq. C. si aduer. uend. Panor. cum addit. in c. 1. de del. puer.
f Gand. de pœn. nu. 30.
g l. in lege. 7. b. t.
h d. l. unic. C. de fal. mon. Hipp. in l. de minore. de quæst. l. 1. §. impubes. ubi Dd. l. excipiuntur. de S. C. Syll. Bald. in l. etsi. C. ex quib. caus. infamia irrogat. Dec. in l. ferè. de regu. iur. Sax. lib. 2. art. 65.
i Ias. in d. Auth. sacramenta. nu. 15. C. si ad. uend.
k d. l. ferè. ubi Dec. Dd. in Lauxulium. 1. §. in delictis. de min. l. si adulterium. §. fratres. de adult. glo. in l. impunitas. C. de pœn. Ang. in tract. mal. ad uerb. scienter. nu. 12.
l Ang. in trac. malef. uer. scienter. nu. 12. per l. si adulterium. 38. §. 1. sup. de adult.
m Bal. in d. l. & si. text. in l. impuberem. de fal. Angel. in pract. uerb. scienter. nu. 12.
n Gand. præalleg. loc. de pœn. reo. Hipp. in prac. §. quoniam. n. 96. Boer. decis. 254.
o cap. 178.
p l. 1. de fur. baln. l. 1. §. efractores. de effract. l. hodie. de pœn. Boer. decis. 254. nu. 13. Alex. cõs. 5. in casu. nu. 13. uol. 1.
q §. 1. Inst. de l. Aquil.
r Fach. diff. 64. per art. 65. uol. 2.
s l. 1. C. de mal. & math.
t l. 3. in prin. h. t.
u d. l. in lege.
x d. l. 3. §. 1.
y d. l. 3. §. alio.
z l. ex S. C. 13. b. t.
a l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. C. de malef. Paul. lib. 5. c. 23.
b l. 2. 3. 7. C. eo. tt. de malef. & math.
c d. l. in lege. b. t. l. 4. in fi.

C. de malef. d uid. Paul. lib. 5. tit. 21. & 23. e l. 1. h. t. Paul. lib. 5. tit. 23. f Paul. d. tit. 23. g l. illicitas. §. sicuti. de off. præsid. Paul. d. t. 23. h l. capitalium. §. uenenarij. de pœn. l. 5. C. eo. i l. 3. hoc t. k Sax. lib. 2. art. 14. l Girlam. de sortil. part. 11. nu. 2. 3. 4. ord. Imp. c. 130. Reinhar. diff. pœna. 18. per art. 14. lib. 2. m l. diuus. de extr. crim. uid. sup. de incend. ruin. naufrag. ubi dixi. n l. si quis. h. t. leg. qui ædes. l. fin supr. de incen. ruin. naufrag. l. data. C. qui accusar. o uid. sententiam in Vueych. fol. 144. ordin. Imper. c. 125. p l. capitalium. 28. §. qui ædes. 9. de incen. ruin. naufrag. ordin. Imper. c. 125. Landtr. lib. 2. artic. 13. q Bart. in l. 1. in prin. nu. 5. de off. præfect. uigil. Bal. & Salic. in lege data. 11. in prin. C. qui accusar. non possunt. Ang. latè, in tract. malef. ad uerb. incendiario. nu. 2. a pro Rosc. Amerin.

BIU Cujas

rit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce priuârit: cum etiam feras inter sese, partus atque educatio, & natura ipsa conciliet.

Lege † igitur Pompeia, quam Pompeius ille Magnus Cos. tulit, de parricidijs cauetur, ut si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, uirum, uxorem, generũ, nurum, socerum, socrum, uitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam occiderit [a], cuiusúe dolo malo id factum erit, ut pœna ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicarijs [b]: quamuis qui parentes occiderint, more maiorum culeo, hoc est, corio [c] insuantur [d]. Quòd † lege Pompeia confirmatum, aut certè non antiquatum fuisse probabile est: ut uidelicet parricida uirgis sanguineis uerberatus, deinde culeo insuatur, cum cane & gallo gallinaceo, & uipera, & simia, & in mare profundũ culeus iactetur [e]: quanquam alij eam pœnæ acerbitatem ad Constantinũ authorem referant, qui certè ad infanticidia idem porrexisse uidetur [f]. Exceptis autem ijs personis, quæ parentum liberorumq; g appellatione continentur, si quis alias personas sanguine affinitatéue coniunctas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit [h]. Atq; ita accipiendum est quod inquit Marcellus [i], parricidas pœna legis Corneliæ teneri. Hanc † pœnã primò uiolatoribus deorum impositam, ac deinde ad sicarios parentum, quibus secundum Deum proximus honos debetur, esse translatam, tradit Hopperus [k]. Sed Cicero [l] rationem huius supplicij copiosius exponit, ad quam alluisse Impp. [m] uidentur: Quanto, inquit, maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere in officio non posset, ij magnitudine pœnæ maleficio summouerentur. Insui uoluerunt in culeum uiuos, atq; ita in flumẽ deijci. O singularem sapientiam, iudices. nónne uidentur hunc hominem ex rerum natura sustuliſse & eripuisse, cui repentè cœlum, solem, aquam terramque ademerunt? ut qui eum necasset unde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoq;, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur (quod tamen Adrianus, ubi mare aut flumen in propinquo non est, postea concesit [n]:) non sic nudos in flumen deijcere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ uiolata sint, expiari putantur. & reliqua quæ sequuntur. Si † mater quoq;, in quit Marcellus [o], filium filiámue occiderit, huius legis pœna afficitur, ut & auus qui nepotem interfecit: quod ex uerbis, an sententia l. Pompeiæ ueniat, incertum est: certè Constant. constitutione [p] habetur expressum. Hodie tamen aut gladio feriri, aut in profluentem submergi, aut ubi desunt flumina, uiuæ etiam apud Sax. defodi: quæ uerò necdum æditum, sed in utero fœtum uiuentem tamen perimunt, gladio ex lege Cornelia feriri, ut iam sæpe dictum est [q], solent. Illud † probabile est, hac lege patres non fuisse comprehensos, quorum essent in potestate liberi: propterea quòd his, iure patriæ potestatis, liberos interficere, olim erat permissum [r]. Si tamen inauditos interfeciſſent, l. Corn. de sicarijs, quòd hominem occidissent, puniri solitos apparet [s]. Sed hodie de parricidio, perinde ut matres tenentur [t]. Patria enim potestas in pietate debet non in atrocitate consistere [u]: nisi filius aliquam ingratitudinis causam in patrem commisisset, ob quam exhæredari possit. hoc enim casu pœnam mitigari uolunt: idque generaliter obtinere in ascendentibus descendentibus, & collateralibus etiam, scilicet ut mitigetur pœna ei qui ingratum & enormiter iniurioſum propinquum occiderit, opinatur Bart. [x] Quod & ad eum potest extendi, qui filium aut propinquum extrema meritum, & sceleribus capitalibus coopertum mactat, ut domestico potius exemplo quàm publico, & manu parentis potius quàm carnificis pœnas luat. Quo in genere memini patri fuisse parcitum, nec ultra relegationem processum. Præterea inquit Martian. Qui † emerit uenenum ut patri daret, quamuis non potuerit dare, hac lege tenetur [y]. Conatus enim qui ad aliquem actum peruenit, in tam atrociſsimo delicto, meritò pro delicto perfecto accipitur [z]. Sicut lex diuina, eum qui percusit patrem aut matrem, uult moriendo mori, hoc est, omnino, & sine distinctione ac misericordia interfici: nõ addito, utrum percussus sit inde mortuus an non [a], sicut paulo antè [b], in simplici alterius cæde hoc additur: Qui percusserit uirum ut mortuus sit: & paulo pòst [c], Si non fuerit mortuus, &c. Atque hîc uera potest esse Salic. regula, quam antè tradidimus, ut iudex hoc casu pœnam legis mitigare possit, sed ad eam moderationem cogi non debeat. Certè ex hoc capite memini, mulierem, quæ in gratiam adulteri marito pharmacum animo occidendi dederat, capitis damnari, quamuis maritus ueneno non esset extinctus [d]. Nam & in coniugibus parricidium committi, Marcellus in dicta l. 1. ostendit. Ego tamen malim hoc casu pœnam temperare, sicuti in lege Cornelia: quoniam hoc uerè non est parricidium, & solummodo pœna legis Corneliæ coercetur [e]. quanquam & pœnam parricidij, uidelicet submersionem in profluentem, mulieribus quæ maritos ueneno interfeciſsent, apud Saxones decretam esse sæpius, notum est. quod uerum est, morte subsecuta. nam euentu non consecuto uidetur pœna mitiganda, ut in lege Cornelia, maximè iure Saxonico: quod nullum delictum, nisi euentu subsecuto, capitaliter punire, paulo antè ostendimus [f]. Sed † & conscij criminis, qui tantum scelus tacitum habuerunt, tenentur [g]: quanquam mitius, puta relegatione coerceantur [h], nisi in ipso actu opem præstiterint [i]. Etsi enim aliàs nemo obligatus est ad prodendum maleficum [k]: tamen tam atrox delictum cælare, nec indicio proferre foràs, parricidij instar est [l]. Qui pecuniam etiam ad eiusmodi scelus committendum subministrant, puta ut detur latronibus qui patrem aggrediantur, uel ut uenena ueneficiaque comparentur, hac pœna uelut auxiliarij tenentur [m]: quia qui pecuniam ad delictum suppeditat, opem eò conferre uidetur [n]. Sciendum † est etiam, Pompeia de consobrino comprehensum esse: sed non eos etiam pariter expressis uerbis contineri, qui pari propioréue gradu sunt. Sed & nouercæ & sponsæ personæ omissæ sunt, sententia tamen legis hos omnes complectitur [o]: cùm matris loco nouerca [p], sponsa, nurus [q], atque ita filiæ [r] loco habeatur [s]. Sed cum hoc tantum sit ex interpretatione, non reuera: existimem & in his non ordinariam, sed legis tantum Corneliæ pœnam obtinere, ut & in ijs qui collaterales occidunt, cum parentum

a uide §. alia. 5. & ibi gl. ac Dd. Inst. de pub. iud.
b l. 1. & l pen. h. t.
c Auth. ad Heren.
d Cic. pro Ros. Amer. & ad Heren. lib. 1. ca. 5.
e §. alia. Inst. de pub. iud. l. pen. h. t.
f l. uni. C. de his qui par. occ. iud. Cuiac. ad Paul. lib. 5. tit. 24. & quæ dixi in d. §. alia. Institu. de pub. iud. & Cod. ad d. l. unic.
g d. l. unic. d. §. alia. ubi gl. & Dd. Inst de pub. iud.
h d. l. pen. d. §. alia.
i in d. l. 1.
k in d. §. alia.
l pro Ros. Amer.
m in d. l. unic. & §. alia.
n d. l. pen.
o in d. l. 1.
p d. l. unic.
q uid. sup. de ext. crim. & de sicar.
r l. in suis. 11. de lib. & posth.
s l. 2. ẽ. de sicar. l. diuus. 5. hoc tit.
t d. l. unic. d. §. alia.
u d. l. 5.
x in l. diuus. 5. per illum tex. h. t. fac. l. nec in ea. 22. de adult.
y l. 1. in fin.
z uide Boss. in prac. crim. tit. de homic. nu. 13.
a Exod. 21. 15.
b uersic. 12.
c uers. 18, 19.
d idem Boss. præall. loc. nu. 13. ord. Imp. c. 130.
e d. l. 1. in fi. l. pen. h. t. l. fi. C. de sicar.
f Reinh. diff. pœn. 6. per 39. c. Lehenrecht.
g l. 6. cum l. seq.
h l. 2. hoc tit.
i uide gl. in d. l. utrum. h. t. & quæ ẽ. dixi ad tit. de furt.
k Ias. in l. 1. §. si tibi. de cõdit. ob turp. caus.
l fac. l. lege. 9. ĩ. tit. 1.
m l. sciente. 7. h. t.
n Bar. in d. l. sciente.
o l. 3. hoc tit.
p §. socrum. Inst. de nupt.
q l. 4. h. t. l. Labeo. 6. de gra. aff. l. 5. de test.
r §. affinitatis. Instit. de nupt. l. quia. 17. sup. sol. matri.
s gl. & Dd. §. alia. 5. Inst. de publ. iud.

BIU Cujas

10 tum liberorumq; uice non sint. Sanè † si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit: quia
11 sufficit furore ipso eum puniri [a]. Eorum † qui parricidij pœna teneri possunt, semper sine præscriptio-
12 nis metu accusatio permittitur [b]. Parricidij † postulatus si interim decesserit antequã damnetur, siquidem sibi mortem conscisciuit, successorem fiscum habere debebit, perinde atq; damnatus, quia pro confesso est [c]: sin minus, eum quem uoluit, si modò testamentum fecerit: si uerò intestatus decesserit, eos hæredes habebit, qui lege uocantur [d]. Cæterùm si quis non occiderit, sed tantum impias manus & uerbera parentibus intulerit, qua pœna hunc teneri dicemus? Vlpian. ait, pro modo delicti puniendum [e], hoc est, arbitrariè [f]. Hodie plerunq; carcere uel relegatione: quam succedere pœnæ legis huius, ubi ea mitiganda est, alibi ostenditur [g]. uel, quod tamen durius est, nec nisi in atrocissimis sequendum, etiam illius manus qua percussio facta est, amputatione, hæc iniuria uindicari solet.

a l.pen.§.fi.b.t. l.diuus de off.præs.
b l.fin.b.t.
c l.2.& 3.ff.de bon.eor. qui ant.sent. mor. sibi cons.
d l.parricidij.8.b.t.
e l.1.de obseq.à lib.præst.
f l.3.& 4.C.de patr.pot.
g l.2.l.5.b.t.

Ad l. Corneliam de falsis, & de S.C.

LIBONIANO. TIT. X.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit falsum, qui falsarij.*
3 *Qui teneantur lege Cornelia, cum multis seq.*
4 *Conijcere quid: & explicata lex 1.*
5 *Aduocatio quid.*
6 *De S.C. Liboniano.*
7 *An in instrumentis falsum committatur.*
8 *Quomodo nomen mutans, uel se nobilem asserens puniatur.*
9 *Quomodo qui falsis mensuris utitur.*
10 *Criminaliter & ciuiliter de falso agi.*
11 *Accusatio partus suppositi cuiusmodi.*
12 *De pœna falsi.*

a §.item lex.Inst.de publ. iud.
b l.1.§.fin.b.t.
c Azo in Rub.C.eod.text. in nou.const.72.de inst. caut.in prin.
d l.nec exemplum.20.C. eo.Bart.in d.l.quid sit falsum.23.b.t.
e d.l.nec exemplum.
f d.l.quid sit falsum.
g Bar.in d.l.quid sit.
h l.2.§.deinde Cornelius Sylla.de orig.iur.Cic. in Verr.3. Suet.in Aug.
i l.1.hoc tit.
k Asco.3.in Verr.Cic.lib. 2.ad Her.Gell.lib.17.c. 5.& lib.5.c.10.
l l.eos.27.b.t.l.qui falso. 16.de test.
m d.l.eos.
n l.lege.9.b.t.
o l.falsi.20.b.t.
p l.qui duobus.21.in fin.b. tit. uide omnino distinctionem Bar.in l.si quis uxori. §.si fugitiuum. nu.2.de furt.
q d.l.1.
r d.l.1.in prin.in uer.dolo malo.l.impuberem.22. in prin.b.t.
s l.fi.ff.de uar.cogn.
t l.lege.9.l.Paulus.16.b.t.
u d.l.1.uers.sic &.
x l.2.b.t.l.eum.14.C.eod.
y Paul.lib.4. tit.7. uid.5. de tab.exhib.
z l.3.§.si quis.de tab.exhib.l.1.ubi gl.de publ.iudic.

1 ATq; † his quidem modis uindicantur atroces publicæq; iniuriæ, quæ personis inferuntur: iam uideamus, quemadmodum ex iniurijs quæ circa res fiunt, iudicia publica constituantur: ac in
2 primis de l. Cornelia, quam etiam testamentariam uocãt [a], quæ falsi uel quasi falsi [b] crimen persequitur. Falsum definiunt esse imitationem ueritatis [c] dolosam [d]. Non † enim quicquid uerum non est, falsum est, ut apud dialecticos: sed id putetur, quod animo corrumpendæ ueritatis in alterius fraudem dolo malo fit [e]. factum enim falsitatis, non dictum lex coercet [f]. Sed quia & hæc definitio ad quemuis dolum extendi potest [g], ideo ne laquei struantur ad faciendam iniuriam, statuamus neminem incidere in crimen falsi, nisi quem lex Cornelia & S. C. Libonianum quod in supplementum l. Corneliæ latũ est, aliæque constitutiones ac responsa I. C. quæ eam legem interpretantur, diserte notant. Lex autem
3 Cornelia à L. Cornelio Sylla dictatore lata est [h]. Pœna † ergo legis Corneliæ, authore Martiano [i], irrogatur ei qui falsas testationes faciendas, testimoniáue falsa coniecerit, hoc est, apud iudicem exposue-
4 rit, iudicioq; obtruserit (conijcere enim est rem breuiter iudici exponere [k]:) qui † falsa testimonia dixerit, dolo tamẽ malo [l], ut in exemplo Modest. [m] cum inter se plures testimonia præbent, & alius alium
5 mutuis operis falsorum testimoniorum iuuat [n]. Item † qui ob aduocationem testimoniáue (aduocationem enim hîc pro eo cœtu hominum accipimus, qui ad dicendũ in iudicio testimonium, & ut causæ adsit dictis opitulaturus, aduocatur) instruenda, hoc est, subornanda erudiendaq; quid quomodo dicere debeant, pecuniam acceperit, pactúsue fuerit, societatem coierit, ad obligationem innocentum, ex S. C. Liboniano, quod temporibus Hadriani, L. Nonio & M. Annio Libone Coss. factum autumant,
6 coercetur [o]. Sed † etsi quis ob renunciandum remittendúmue testimonium, dicendum uel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna huius l. Corneliæ afficitur: & qui iudicem corruperit, corrumpendúmue curárit: quanquam is remissius puniri solet [p]. Quin & iudex qui constitutiones Principis scienter neglexit, hac l. tenetur [q]. Addo autem, scienter: nam dolũ malum lex Cornelia taxat [r]. quare qui per imperitiam perperam iudicat, mitius coercetur [s]. Qui in rationibus, tabulis, cereísue, uel alia qua re etiam sine consignatione (nam de hac non dubitatur, cùm lege Cornelia ea sit comprehensa [t]) scripturam interleuerint, rem sicut uerè erat perscripta amouerint, mutarint, corruperint, &c. perinde ex his causis atq; falsarij ex interpretatione l. Corneliæ puniuntur. Sic & D. Seuerus l. Cornelia de falsis da-
7 mnauit præfectum Ægypti, quòd instrumentis suis cum præesset prouinciæ, falsum fecisset [u]. Sed † an simpliciter qui instrumentũ surripit aut amouet, teneatur quasi falsarius, quæstionis est. Sanè cum qui uel in aliqua parte immutat ueritatem instrumenti, teneatur: multo magis qui totum instrumentũ aufert, ita ut nihil de re constare possit, plectendum esse, consentaneum est. Et hoc quidem in testamentis [x], (quo nomine etiam codicillos complectimur [y]) de quibus l. Cornelia testamentaria loquitur [z], dubium non habet: in reliquis negat Paulus [a], instrumentorum surreptorum crimen publici esse iudicij, quia lex quæ sola iudicium facit publicum [b], de his nihil expresit. extra ordinem tamen pœna falsi plectuntur [c], quòd non modò falsi signatione [d], alieni chirographi imitatione [e], scripti immutatione, resignatione falsum committatur [f], sed etiam cum cælatur, subijcitur, surripitur instrumentum, eo animo ut uerum non appareat [g]. Ex causa enim finali & proposito, maleficia sunt distinguenda [h]. Itaq; qui tabulas alienas surripit lucri sui causa, potius in furtum quàm in falsi crimen incidit [i]. Furtum autẽ non ad publica iudicia, sed priuata pertinet. At cum non lucrandi, uerùm occultandæ ueritatis animo tabulæ surripiuntur: hîc quãdo definitio furti nõ congruit, quæ est contrectatio animo lucrandi facta [k]: certè nec definitum cõuenire potest. quare in tali specie falsum etiã in priuatis tabulis cõmitti uerius est [l], maximè cũ ex const. in quauis hodie scriptura, tã publica quàm priuata falsum fieri possit [m]. Sed & qui uiui testamentũ aperit [n], aut prodit aduersario, resignátue deposita apud se instrumenta, in hoc crimen se induit [o]. S. C. etiam Libonianum statuit l. Cornelia teneri, qui sibi legatum fideicommissumúe asscribunt,

a l.Paulus.16.b.t.
b l.1.sup.de pub.iud.
c d.l.Paul.in fi.
d d.l.Paul.§.1.l.damus. 23.l.si quis.21.C.eo.tt.
e d.l.quid sit.23.
f l.si à debitore.28.b.t.
g d.l.16.
h l.qui iniuriæ.35.de furt.
i l.qui tabulas.27. l.quidam.32. l. Sẽpronia.72. l.falso.94.§.fi.de furt.
k l.1.de furt.

l Bar.in d.l.Paulus.per illum tex.in fi. gl.in l.si quis affirmauerit.de dolo malo.et in l.eum qui.14.ubi Bal.Cyn.Sal.C.de fal.Sal. bat.Ang.& Imo.in l.1.de pub.iudic.Iaſ.in §.pœnales.num.33.Inſt.de act.Boer.deciſ.272. in l.si possessione. C.de pro publicis priuatisue. C. eod.
m l.pen.ubi Bald.l.si quis.21.uerb. n d.l.1.§.is qui aperuit.l.38.l.si quis.§.qui uiui.ff.de pœn. o d.l.1.§.is qui.d.l.si quis.§.instrumenta.

BIU Cujas

bunt, tam in testamentis militum, quàm paganorum [a]. Qui testamentum amouerit, cælauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, subiecerit, resignauerit, recitauerit, mutauerit dolo malo, cuiúsue dolo malo id factum erit, legis Corneliæ pœna damnatur [b]: item qui nummos aureos radunt, tingunt [c], inúe aurum uitij quid addunt [d]: qui adulterinos argenteos conflant [e], nisi ante perfectionẽ pœnitentia ducti intermittant [f]. Sed & ille simili pœna afficitur, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuit [g]. Eadem lege Cornelia exprimitur, ne quis nummos stanneos plumbeósue emere, uendere dolo malo uelit [h].

Falsi † nominis uel cognominis assueratio pœna falsi coercetur [i], dum tamen dolo malo fiat [k]. Hinc 8
tradunt, qui se nobilem aut militem profitetur dolo malo (hoc est iuxta analogiam & rationem criminis falsi, ad decipiendum, fraudandum, concutiendum alterum [l]) in eandem legem incidere, pœna tamen mitigata [m]: quam arbitrariam esse hoc casu I.C. [n] ostendit. Huc referantur, qui falsum partum supponunt [o]: (id quod tam mulieri quàm obstetrici capitale est [p]) qui duobus in solidum eandem rem diuersis contractibus uendit, quanquam leuius puniatur [q]: qui nomine magistratus falsas literas proponit, aut reddit [r] (ut facere hodie ualidi mendicantes, & prætextu falsarum literarum emungere pecunias solent [s]:) qui falso testimonio instrumento sciens in iudicio utitur: cui pœna tamen lenitur, si ex eo non obtinuit [t]. qui falsum testimonium dicit [u], edicta proposita dolo malo corrumpit [x]: præsidi falsa interpellatione obrepit [y]: qui tutor cum esset, eo dissimulato, uectigalia publica conducit [z]: qui signum adulterinum dolo malo sculpsit, fecit [a]: mensuras uini uel frumenti publicè probatas corrupit, uel ijs fraudem fecit [b].

Sed † iure Saxon. inter hos distinctio est, quod ad pœnam attinet. Nam qui corrumpit mensuram, 9
cum fustigatione [c]: qui ea utitur tantum, sine fustigatione relegatur [d]. Si quis falsis etiam rescriptis [e] aut constitutionibus nullo authore habito utitur, lege Cornelia aqua & igni interdicitur [f].

Porrò † de crimine falsi tam ciuiliter, actione in factum [g] ad id quod interest, ad duplum [h], uel ad re- 10
tractandum falsum [i], quàm criminaliter ad uindictam agi potest [k]. quanquam & excipiendo querela falsi moueri potest [l]. Sed de publico falsi iudicio hîc tantum tractatur, de quo est uidendum.

Legis † igitur Corneliæ accusatio de falso publica est [m]: excepto quod de partu supposito soli accu- 11
sant parentes [n]. in qua accusatione & illud putatur (nam non desunt qui dissentiant [o]) singulare, quòd nulla temporis præscriptione tollatur [r]: ne uidelicet spurijs & adulterinis liberis familiæ ullo tempore polluantur, cùm aliàs falsi querela uiginti tantum annis duret [p]. In hoc autem iudicio acerrima fit indagatio, ut & à reo probatio quandoq; exigatur [q]: quod tamen nusquam uidi seruari, nisi quòd iuramentum purgationis, oneratis suspicione reis, neq; tamen conuictis, imponi soleat [s].

Pœna † autem falsi uel quasi falsi, id est, eius delicti quod ex S.C. aut interpretatione prudentum pro 12
falso habetur, est deportatio, & omniũ bonorum publicatio, in liberis: in seruis, ultimum supplicium [t]. nam deportatio successit in locum pœnæ, qua aqua & igni olim interdicebatur [u]. Hodie apud Sax. pro deportatione usitata est etiam hoc in delicto fustigatio [x]. Sed hæc pœna pro qualitate delicti aut intenditur usq; ad supplicium [y], aut remittitur usq; ad manus amputationem [z], uel relegationem, etiam temporalem [a]: quandoq; uel in totum aufertur, ut impuberibus [b]: interdum aliter uariatur, ut cum falso testi eadem pœna lege talionis imponitur: quæ si uerum fuisset testimonium, reum mansura fuisset [c]: facilè ut appareat, non usquequaq; certam in hoc iudicio præscribi posse pœnam: cum ea ad qualitatem factorum quæ uaria in hoc genere sunt, & alia alijs grauiora, referri aptè & æquabiliter debeat [d]. Nam iudicia etiam publica posterioribus temporibus, & translato iam imperio, mutatisq; ueterũ iudiciorum solennibus, cœperunt esse extraordinaria, non tantum quo ad ordinem processus [e], uerumetiam quo ad definitionem pœnæ: idq; tutius est ac rectius, cum circumstantiæ delictorum etiam publicorum uarient, non ad unum animaduersionis genus religionem iudicantis alligant. lex enim absq; personarum & rerum complexu, arithmetica proportione pœnam delicto commensurat. Cæterùm iudex qui personis eam applicat, & pro qualitate personarum, ac factorum circumstantia distribuere rectè debet, ut ad analogiam geometricam omnia expendat atq; exequatur opus est [f]. Nam exempli causa: cum à nobilioribus & dignioribus maximè debeat abesse falsitas, sicut est à dignitate alienissima: idcirco putant hoc nomine præstantiores grauius esse plectendos [g]. Sed hæc pœna qualiscunq; sit, hæredem non tenet. Quare si falsi reus ante sententiam decesserit, cessante lege Cornelia, quod scelere quæsitum est, hæredibus aufertur [h]. turpia enim lucra etiam successoribus extorquenda esse, constitutum est [i].

Ad legem Iuliam repetundarum.

TITVLVS XI.

1 Lex Iulia à quo lata, & de quibus pecunijs loquatur.
2 De corruptione magistratus.
3 De muneribus.
4 De contractibus.
5 De ciuili actione legis Iuliæ.
6 De criminali.

LEx † Iulia, quæ à Cæsare Iulio authore sic dicta est, repetundarum scilicet pecuniarum, uel de pe- 1
cunijs repetũdis, pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere, ministerioúe [a] publico cepit: uel cum ex cohorte cuius eorũ est [b].

Quod

a d.l.1.§.ad testamenta. l. 4.5.11.12.15.17.18.22. §. 1.hoc tit.
b d.l.2.l si quis.26.b.t.
c l.quicunq;.8.b.t.
d l.lege.9.b.t.
e d.l.lege.
f l.qui falsum.19.b.t.
g d.l.lege.
h d.l.lege.
i l.falsi.13.hoc tit.
k l.unic.C.de mut.nom.
l Paul.lib.5.tit.15.
m l.eos qui.27.§.fin.b.tit. Bar.in l.reddatur.1.notab.cum apostil.ibi marginal.C.de prof.et med. lib.10.& in l.1. C. de dig.lib.12. Bald.in l.data. C.qui accus.nõ poss. Ias.in l.Barbatius.num. 20.de off.præt.Guid. Pap.decis.89.cum ad. Chass.in cons. Burg.tit. des enf.de plur.lic.§.4. nu.10.
n d.l.eos qui. in uerb. pro admissi qualitate.
o l.qui falsum.19.§.1.b.t.
p l.2.de Carbo.edic.Paul. lib.2.tit.24.
q l.qui duob.21.b.t.
r l.qui nomine.25.b.t.
s uide de his l.unic. C.de mendic.ual.lib.11. et sententiã in Vueych.in qua tanquam falsarij fustigatione,& ut fures laqueo plectuntur.
t l.antepen.b.t.pen. C. de probat.
u Paul.lib.5.tit.15.
x l.pen.hoc tit.
y l.si quis.29.b.t.
z l.unic. C.ne tut.uel cur. uectig.
a l.lege.30.b.t.
b l.pen.b.t.
c gl.Land.lib.1.art.13.D. Reinb.diff.pœn.22.
d Chil.in prac.ttt.de pœn. tex.in l.antepen. de extra.crim.
e l.4.C.eo.Paul.li.1.tt.12.
f l.fi.b.t.l.4.C.eo.tit.
g l.qui nomine.25. ubi gl. b.t. gl.ad uerb.ciuiliter. in l.uni.C.quan.ciu.act.
h l.hodie.in fi.b.t.
i l.pen.C.de transac.l.diuus.de re iud.t.t. C.si ex fals.alleg.
k l.pen.C.eod.
l l.2.ubi gl.ad uerb.paratus.C.de fid.instrum.per not.in l.si ex falsis.C.de transac. m l.1.de publ.iudic. n l.lege.30.b.t. o Cuiac.obs.lib.4.c.14.
p d.l.qui falsum.19.§.1.b.t. q l.querela.12.C.eo. r l.pen.C.eo. s t.t.ex.de purg.cano. t l.1.§.fin.l.fi.b.t.§.item lex Cornelia.de falsis.Inst.de pub.iud.Paul.lib.4.tit.7.& lib.5.tit.25. u d.l.fi. x gl.Land.lib.1.artic.13.Reinb.diff.pœn.22.Chil.præall.loc. y d.l.ubi.in fin.C.eo.Deut.19.
z Nou.42.& 17.c.1.de prob.feud.alie.per Feder. a l.qui duob.21.l.falsis.13.§.1.l. antepen.cum sim.b.t. b l.impuberem.22.b.t. c Ias.in l.pen.in fi.C.si con.ius.Deut.19. d l.qui duob.21.cum sim.b.t. e l.ordo.8.sup.de pub.iud.§. ult.Inst.de interdic. f uide sup.de iust.& iur.nu.11. g l. presbyteri.C.de epis.& cler.l.si quis decurio.C.de quæst.Alber.l.quædam.de pœn.Afflic.decis.404.Tiraq.cum multis in tract.de pœn.causa.31.num.23.
h l.cum falsi.12.b.t. i l.5.de calumnia.l.Lucius.9.de iur.fisc. a uide Cuiac.lib.obs.7.c.9. b l.1.b.t.Paul.lib.5.tit.28.

BIU Cujas

2 Quod hanc habet distinctionem. Vetat † lex Iulia, ne quis in magistratu aut comitatu eius cõstitutus, ullam omnino pecuniam accipiat [a], quo minus quid ex officio faciat [b], aut ut quod gratis facere oportebat, data pecunia faciat, puta ob iudicandum uel non iudicandum [c], denunciãdum testimonium uel non denunciandum [d], legendum militem, iudicem [e], dimittendum captiuum [f], honorem alicui uel magistratum decernendum [g], &c. Extra † has autem causas cauetur l. Iulia, ut ab omni etiam sorde magistratus abstineãt, ne plus doni munerisúe in anno accipiant, quàm quod sit aureorum centum [h]. Hinc excipit lex quosdam, à quibus in infinitum capere licet [i]: extra tamen officij rationem, ut suprà dictum est. nam ut præter officium aliquid fiat uel non fiat, in eam rem nullo modo à quopiam accipere fas est. Accipere autem licet ab uxore [k] dignitatis causa iuuandæ: licet aliàs inter coniuges donationes sint prohibitæ [l]. item à sobrinis, propioréue gradu iunctis [m]. quod contra hanc legem datum est, nõ potest 4 usucapi [n]. Sed † & eadem lex uenditiones omnes & locationes, eius rei causa pluris minorisúe factas, 5 irritas facit [o]. Duplex † autem oritur ex lege Cornelia actio, altera ciuilis, altera criminalis: ciuilis datur in quadruplum eius quod illicitè datum est [p], quod quadruplum fisco applicari uult Azo [q]: tam aduersus magistratus, quàm eorum comites [r]: item eos qui ob adipiscendam dignitatem pecuniam præsidi dederunt [s]. ac quod magis mirandum est, ab hæredibus quoque pœnam exigi placuit [t], quia in his principalis quæstio illatæ pecuniæ mouetur [u]. Pecuniariæ autem actiones, quamuis ex delicto nascantur, non raro ad hæredem transeunt [x]: quare & eos in quos pecuniam repetendã magistratus transtu- 6 lissent, conuenire potuisse Cic. [y] ostendit. Criminalis † actio ex lege Iulia publicum iudicium constituit, de quo hoc in titulo agitur. In hoc damnati extra ordinem puniri solent, & plerunq; uel exilio, uel durius, prout admiserint. Quid enim si ob hominem necandũ pecuniam acceperint, uel licet non acceperint, calore tamen iracundiæ aut odio inducti interfecerint innocentem, quem punire non debuerunt? capite utiq; plecti debẽt, uel certè in insulam deportari, ut pleriq; puniti sunt [z]. Hac lege damnatus testimonium publicè dicere, aut iudex esse, postularéue prohibetur *.

[a] l.7.uers. apparet.hoc t.
[b] l.4.hoc t.
[c] l.3.hoc t.
[d] l.eadem.6.hoc t.
[e] l.6.7.hoc t.
[f] d.l.7.
[g] l.fi.C.eod.
[h] l.6.hoc t.
[i] d.l.7.uers.apparet.
[k] l.1.hoc t.Cuiac.obser. lib.6.c.18.
[l] sup.de donat.in uir.
[m] l.1.in fi.hoc t.
[n] l.pen.hoc t.
[o] d.l.pen.
[p] l.1.& l.fi.C.eod.
[q] in Rub.C.eod.
[r] l.in comites.5.
[s] l.fi.C.eod.
[t] l.2.C.eod.
[u] l.fi.ẽ.ad l.Iul.pecul.
[x] l.5.de calum.l.in condictione.9.de cõdict.fur. l.Lucius.9.de iur.fisc.l. cum falsi.12.supr.tit.1.
[y] pro C.Rab.posthumo.
[z] d.l.7.§.fi.
[*] l.6.in prin.hoc tit.

Ad legem Iuliam de annona. Tit. XII.

1 *Qui hac lege teneantur.*
2 *Pœna.*
3 *Qui accusare possint.*
4 *Rescripta huc pertinentia.*

1 LEge † Iulia de annona, pœna statuitur aduersus eum qui contra annonam fecerit, societatemúe coierit, quo annona carior fiat. Eadem lege continetur, ne quis nauem nautamúe retineat, aut dolo malo faciat quo magis detineantur: & pœna uiginti aureorum statuitur [a].

2 Sed † superiores qui annonam flagellant, extra ordinem puniri solent [b].

3 Hæc † accusatio non modò publica est, sed etiam seruis & mulieribus conceditur [c]: nam nihil æquè Reipublicæ interest, quàm fraudes in annonæ ratione factas detegi.

4 Huc † pertinet quod rescriptum est à diuis fratribus, minimè æquum esse decuriones ciuibus suis frumentum uilius quàm annona exigit, uendere. Item ius non esse ordini cuiusque ciuitatis, precium grani quod inuenitur, statuere [d], quodque sub pœna deportationis, cuiusuis generis monopolia, Principum constitutionibus sint interdicta [e].

[a] l.2.hoc t.
[b] l.annona.3.de extraord. crim.l.soles.§.liberalia.de seruit.
[c] l.1.l.fi.§.fi.hoc t.
[d] l.fi.hoc t.
[e] l.unic.C.de monopol.

Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegis, ET DE RESIDVIS. TIT. XIII.

1 *Peculatus quid, & unde dictus.*
2 *Summa huius legis.*
3 *Pecuniæ nomine quid ueniat.*
4 *De pecunia sacra subtracta, & pœna sacrilegorum.*
5 *De publica: & an omnium ciuitatum pecunia publica sit.*
6 *Qui præterea hac lege teneantur.*
7 *De accusatione & pœna ex hac lege.*
8 *De lege Iulia, de residuis.*
9 *An hæc iudicia transeant in hæredes.*

1 FVrtum † publicæ pecuniæ, peculatus [a] dicitur, à pecore: quòd ab eo initium eius fraudis esse cœpit, authore Festo.

2 Lege † Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicaúe auferat, néue intercipiat, uel in rem suam uertat, neu faciat quo quis auferat, intercipiat, in rem suã uertat: nisi cui utiq; lege licebit: néue quis in aurum, argẽtum, æs publicum quid indat, néue immisceat: néue quo quid indatur, immisceatur, faciat sciens, dolo malo, quo id peius fiat [b].

3 Pecuniæ † nomen hîc largè pro omnibus rebus accipitur [c]: quare etsi alia res surripiatur, peculatus committitur [d].

4 Sacram † accipe, Deo cõsecratam aut donatam [e]: nam res priuatæ in ædem sacrã depositæ & surreptæ, furti actione, nõ publico iudicio repetuntur [f]. Religiosa est, quæ ex loco religioso, puta ornamẽtis sepulchrorũ aufertur: quarum rerũ furtum etiam priuata actione de sepulchro uiolato coercetur [g]. Sacrilegij præsertim nocturni [h], pœna etsi capitalis est [i], tamen plerunq; extra ordinẽ, pro qualitate personarum & rerum, uel clementius, uel seuerius statuitur [k]. Hodie sacrilegi exemplo furum, in furcas suspendũtur: quod & olim usitatũ fuisse indicat Vlp. [l] Iure Sax. etiã rota, uelut grassatores cõcutiuntur [m].

5 Publica † pecunia dicitur, quæ ad rempubl. Roman. uel ad Cæsarem pertinet [n]. Dico, Romanam. nam qui alij ciuitati eripit, furtum quidem facit [o], non tamen ex l. Iulia peculatus tenetur: ciuitates enim loco priuatorum sunt [p], sed ad harum quoque res constitutionibus Principum, crimen peculatus est postea extensum [q].

[a] l.sacrilegij.9.§.1.hoc t.
[b] l.1.b.t.Paul.lib.5.t.27.
[c] l.2.C.de const.pec.l.pecuniæ.178.de uerb.sig.
[d] l.4.§.fi.
[e] l.4.in prin.hoc t.
[f] l.5.hoc t.
[g] t.t.5.de sepul.uiol.
[h] Paul.lib.5.tit.19.
[i] l.sacrilegi.9.hoc t.
[k] l.4.l.sacrilegi.6.l.sacrilegi.9.§.1.l.hac lege.11.hoc t.
[l] in d.l.9.
[m] Land.lib.2.artic.23. Fachs.diff.60.
[n] d.l.6.§.fi.
[o] l.ob pecuniam.83.de furt.
[p] l.eũ qui.16.de uerb.sig.
[q] l.4.§.fi.hoc t.

BIU Cujas

Qui † tabulam æream legis, formamúe agrorũ, aut quid aliud continentem refixerit, uel quid inde immutauerit, lege publica peculatus tenetur: ut & is qui quid in tabulis publicis deleuerit, uel induxerit [a], uel minorem iusto pecuniam retulerit [b]: qui perforauerit muros, uel inde aliquid abstulerit [c]. Sed & Senatus iusit lege peculatus in eos agi, qui iniussu eius qui rei præerat, tabularum publicarum inspiciendarum potestatem fecerit [d]. Is etiam qui prædam ab hostibus captam surripuit, lege peculatus damnatur in quadruplum [e]. 6

Huius † criminis accusatio quinquennio durat [f]. eius pœna aquæ & ignis interdictionem, in cuius locum successit hodie deportatio [g], cõtinet [h]. Iustinian uerò magistratus & iudices ex hac l. capite uoluit puniri: reliquos, & eorũ administros, deportatione [i]. Quia † uerò hac peculatus lege nõ tenentur, quorum periculo & fidei res publicæ sacræúe committũtur [k]: ideo ad compescenda magistratuum & ædituorum furta, alia lex Iulia de residuis lata est. qua lege tenetur qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neq; in eum usum cõsumpsit [l]. item apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam aceèperit, aliaúe qua ex causa, pecunia publica resedit [m], sed & qui fisco debet, ex officio antè gesto, post annum residuam eam esse pecuniã, l. Iulia iussit [n]. Hac porrò lege damnatus, amplius tertia parte quam debet, hoc est, in triplum damnatur [o]: nonnunquam etiam in duplum [s]. Publica † iudicia peculatus, & de residuis, & repetundarum, similiter aduersus hæredes exercentur, quatenus pecuniam respiciunt: quia de ablata pecunia agitur [q]. Ex his autem omnibus intelligi potest, etiam eos qui sunt in officio atque administratione, furtum facere, & hoc nomine furti actione, alijsq; similibus teneri [r]: nec prætextu officij quasi domini sint [s], aut domesticũ furtum [t] fecerint, excusari: etiamsi ex hac causa pœnam mitigari pleriq; uelint [u]: quando & hîc non grauiore pœna peculatus, sed leuiore de residuis teneatur: nisi admixtum falsum, furtum, aut aliæ circumstantiæ pœnam exasperent [x]. Nam lex de reliquatoribus tantũ uidetur accipienda, qui uel absq; furto, falsoúe reliqua debere possunt. Quòd si furtũ magistratuum coarguatur, de peculatu tenẽtur, & pœnæ capitali obligantur. [y] 7 8 9

De lege Iulia de ambitu. Tit. XIV.

1 *Ambitus quid, & unde dictus.*
2 *Quis tulerit legem de ambitu.*
3 *Quis hac lege teneatur.*
4 *De pœna legis.*
5 *De usu legis, & S. C. ac lege Iulia iudiciaria, & constitutionibus huc pertinentibus.*

Ambitus † ab ambitione differt: nam prior est criminis appellatio, posterior cupiditatis. utrumq; ab eo dictum apparet, quòd candidati ad honorem adspirantes, circumire tribus & ambire prehensareq; singulos ex populo solent. Legem † autem de ambitu aut latam esse ab Augusto, aut interpolatam renouatamq;, ex historijs discimus [a]. Sanè ante eius tempora uiguisse legem de ambitu, oratio Cic. pro Murena, & actiones Catonis, quas Plutarchus in uita eius enarrat, ostendunt. Quin etiam Cicerone cos. legem de ambitu seuerius fuisse sancitam, additumq; prioribus pœnis exilium decennij, ex Cic. [b] & Dione intelligi licet. Hac † lege tenebãtur, qui in petitione magistratus, aut prouinciæ, sacerdotijúe, turbam suffragiorum causa conduxisse, seruos aduocasse, aliamúe quam multitudinem mercede sibi conciliasse, conuicti erant. Cuius † pœna pro admisso interdum durior est, ut cum propter conductos armatos homines publicamq; uim deportatio decernitur [c]: interdũ lenior, ut cum ambitus ergò per quinquennium honoribus reo interdicitur. Sed † hodie in urbe lex Iulia cessat: quia ad curam Principis, magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem [d]. Non tamen hoc nomine accipere pecuniam & nundinari occasione dominationis officia Princeps debet, cæteroqui in legem hanc committit, etiamsi nemo pœnam exigere possit [e]. Quod utinam sibi persuadere paterẽtur, qui ad gubernacula rerum sedent. Nam plerunq; usuuenit, ut ubi uenalia sint officia, ibi officiorum etiam administratio, iurisq; administratio uenum exponatur. In municipijs porrò, ubi adhuc creandi magistratus ius penes populum est, si quis magistratum aut sacerdotium contra hanc legem petierit, per S. C. centum aureis & existimatione mulctatur: qua lege damnatus si alium conuicerit, in integrum restituitur, pecuniam tamẽ non recipit. Item is qui nouum uectigal instituerit, ex S. C. hac pœna plectetur. Et si quis reus uel accusator domum iudicis ingrediatur, aucupandæ uidelicet gratiæ causa, per l. Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: id est, aureos centũ fisco inferre iubetur [f]. Illud grauius, quòd eum qui magistratũ repetit, durissima ambitus pœna, nempe deportatione, Arc. & Hono. Impp. plecti uoluerunt [g]. qua constitutione hodie non utimur. 1 2 3 4 5

De lege Fabia de plagiarijs. Tit. XV.

1 *Summa legis.*
2 *Verbo uenditionis quid contineatur.*
3 *De accusatione ex hac lege.*
4 *De pœna.*

Legis † Fabiæ de plagiarijs, Cic. [a] & Paulus [b] meminêre: qua cautum est, ut qui sciens liberum hominem inuitum emerit, uendiderit, cælauerit, uinctum habuerit, seruum alienum dolo malo abduxerit, cælauerit, tetinuerit, coerceatur [c]. Venditionis † uerbo omnes consimiles contractus, quibus dominium transfertur, comprehendimus [d]: etiamsi plagij crimen dominium non transferat, neq; statum mutet [e]. Hæc lex dolũ & scientiam notat, non etiam ignorantiam [f], aut uoluntatem à consilio cælandi alienam [g]. Est † autẽ huius criminis accusatio publici iudicij [h], criminalis [i]: unde nec per procuratorẽ agi potest [k], & inscriptione accusationis ac sentẽtia ordinaria expeditur [l]. Damnatis † autem olim pecuniaria pœna irrogabatur [m]. Sed quia per hoc scelus ingenui homines sæpius asportãtur, ut gra- 1 2 3 4

a *l. qui tabulam. 8. hoc t.*
b *l. hac lege. 11. hoc t.*
c *l. qui perforauerit. 12. hoc t.*
d *l. sacrilegi. 9. §. fi. hoc t.*
e *l. pen hoc t.*
f *l. peculatus. 7. hoc t.*
g *uide §. ad l. Iul. de ui public. et ad l. Cor. de falsi.*
h *l. 3. hoc t.*
i *§. pen. Inst. de pub. iud. l. unic. C. de crim. pecul.*
k *d. l. 9. §. Labeo. Bar. l. 4. h. t. Fab. §. item lex. Iul. de pec. nu. 3. Inst. de pub. iud. & ibid. Ang. Azo in Sum. C. eo.*
l *l. 2. l. 4. §. sed & qui. l. 9. §. fi. hoc t.*
m *d. l. 4. §. lege.*
n *l. cum eos. 10. in fi. hoc t.*
o *d. l. 4. §. sed & qui.*
p *l. excellentia. C. de erog. milit. anno. lib. 12.*
q *l. fi. hoc t.*
r *l. si is. 7. l. si seruum. 16. C. de furt. l. j. §. fi. l. 2. de tut. & rat. distr.*
s *uide tamen l. tres tut. & ibi Bart. post gl. de admin. tut.*
t *l. respiciendum. §. furt. de pœn.*
u *Iaf. in l. eius qui. §. quas actiones. si cert. peta. c. si uerò. ubi Pan. de sent. excom. uide Tiraq. latè de pœn. caus. 58. Chass. in consue. Burg. tit. de iustices. §. 5. nu. 6.*
x *d. l. excellentia. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. §. coges. in Auth. de man. princ. Ioan. de Ardizo. in 4. parte feudor. cap. 151. Lud. Rom. sing. 379. Cæpoll. in Auth. sed nouo iure. nu. 15. C. de ser. fugitiuis.*
y *§. pen. Instit. de pub. iud. l. unic. C. de crim. pecul.*
a *Suet. Dione, & alijs. uide Paul. lib. 5. tit. 30.*
b *in orat. pro Plan.*
c *l. unic. C. eod.*
d *l. unic. hoc t.*
e *Gemin. in c. 1. §. 1. nu. 5. de homicid. lib. 6. cum ibi allegg.*
f *l. unic. hoc t.*
g *l. unic. C. eod.*
a *pro Rabirio.*
b *lib. 5. Sent. cap. 7.*
c *l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. hoc t. l. 1. 5. 6. 7. 9. 10. 15. C. eod.*
d *l. 4. hoc t.*
e *l. abducti. 11. C. eod.*
f *l. 2. & 3. hoc t.*
g *l. 6. in prin. h. t. l. plagij. 14. C. eod.*
b *l. plagij. 13. eod.*
i *l. præses. 8. C. eod.*
k *l. 2. C. eod.*
l *l. 3. 4. C. eod.*
m *l. fi. h. t. l. 6. C. eo. l. leg. 12. ubi gl. 5. de manum.*

BIU Cujas

ut grauioris pœnę genere deterreri cęteri posſint, pro delicti modo grauius puniri ſolent [a]: puta aut in metallum dari [b], aut etiam ſi filios parẽtibus intercepiſſe demonſtrentur, gladio feriri, ſi quidẽ digniores ſint (quæ pœna etiam lege diuina fuit præſtituta [c]) ſin autem libertinæ conditionis homines, beſtijs ſubijci [d]. ſed hæc pœna ex cauſa mitiganda eſt. Quid enim ſi quis nõ rapuit ſeruum, ſed fugitiuum & erronẽ uendat, aut diſtrahat uolentẽ? certè uidetur leuius, & pœna tantũ pecuniaria mulctandus [e].

a l.7.C.eod.
b l.fi.h.t.
c Deut.24.Exod.21.16.
d l.fi.C.eod.
e l.7.C.eod.

Ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & de ABOLITIONIBVS CRIMINVM. TIT. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſit calumniari.*
3 *De calumnia, quomodo cognoſcatur.*
4 *De pœna calumniatorum.*
5 *De præuaricatoribus.*
6 *Deſiſtere & tergiuerſari quid.*
7 *Pœna deſiſtentium.*
8 *Quando, & qui in pœnam incidant.*
9 *De nunciatoribus.*
10 *De abolitionibus.*

a l.j.§.1.hoc t.l. athletas. §. calumniator. de his qui not.infa.
b l.6.§.fi.
c d.l.1.§.incidit.
d l.noſtris.8.C. de calumnia.
e l.igitur.de lib.cauſ. gloſ. in l.1.in fi.ubi Dd.ſi quis ius dic.

1 IAm † uideamus de progreſſu, ordine & executione criminalium iudiciorum: in quibus, quia ſæpènumerò uſuuenire conſueuit, ut aut calumnientur accuſatores, aut præuaricentur, aut deſiſtant, de
2 his iudicij remoris ante omnia eſt uidendum. Calumniari, † eſt falſa crimina ſcienter & dolo malo intendere [a], aut in fraudem alicuius falſum teſtimonium conficere, aut falſum iudicium profiteri [b]: id eſt,
3 indicare falsò, & deferre alicuius crimen, uel per ſe, uel per alios [c], aut mandato alterius [d]. Dico † autem ſcienter & dolo malo: neq; enim qui non probat quod intendit, protinus calumniari uidetur. nam eius rei inquiſitio, arbitrio iudicis cognoſcentis committitur: qui reo ſua deſtinatione abſoluto, priuſquam ſententiam publicè ferat, de accuſatoris cõſilio incipit quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſerit: & ſiquidem eius iuſtum errorem aut aliam cauſam quæ à dolo excuſet [e], repererit, abſoluit eum [f]. idemq; erit, ſi iuſto dolore potius quàm calumniandi animo ad accuſandũ uideatur progreſſus: ut ſunt parentes liberiq;, qui ſuorũ iniuriam perſequuntur [g]. Si uerò in euidẽti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat: quorũ alterutrum ipſius uerbis pronunciationis manifeſtatur. nam ſimul in ſententia ſuper calumnia cognoſcendum eſt [h]. Ergo ſiquidem ita pronunciauerit: Non probaſti, aut temerè accuſaſti: uidetur uel iuſto errori, uel inconſulto calori peperciſſe. Sin autem pronunciauerit, Calumniatus es, condemnauit eum: & quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis
4 poteſtas aduerſus eum exercebitur [i]. Calumniatoribus † pœna lege Remmia irrogatur [k], cuius meminerunt Cic. [l] & Val. [m] Ea olim fortè pecuniaria fuit [n]: ſed hodie in publicis iudicijs eſt ſimilitudo ſupplicij, ut quod alijs calumnioſè creare moliti ſunt, ipſi luant [o]: ad quam pœnam inſcriptione ſe accuſatores obligabant [p]. In priuatis autem & extraordinarijs criminibus, in quibus inſcriptionis ſeueritas omittitur, (cuiuſmodi nunc ferè omnia eſſe diximus) extra ordinẽ pro qualitate admiſſi puniuntur [q].
5 Et hęc dicta ſint de calumniatoribus. Præuaricatorem † eſſe eum ſuprà [r] oſtendimus, qui uera crimina abſcondit, colluditq; cum reo, & translaticio munere accuſandi fungitur, eo quòd proprias quidẽ probationes diſſimulet, falſas uerò accuſatiões admittat [s]. De id genus hominũ pœnis ſuprà [t] eſt dictum.
6 Deſiſtere † ſiue tergiuerſari, eſt in totum ab accuſatione deſiſtere [u]. differre autẽ non eſt deſiſtere [x]. qui tamen reum intra præfinitũ accuſationis tempus nõ peragit, deſtitiſſe uidetur [y], niſi magiſtratus occupationibus fuerit impeditus [z]. Horum delictũ S.C. Turp. coercetur. Publicè enim intereſt, accuſationem nõ intermitti: ſiue uera ſit, ut delicta puniantur [a]: ſiue falſa, ne calumniatores impunè euadant. Si
7 quis † igitur ab accuſatiõe citra abolitionẽ deſtiterit, punitur [b] extraordinario iudicio [c], pœna 5. librarum auri [d]: ſed iure Sax. mitius [e]. Quod accipiendũ eſt de accuſatione publici iudicij [f]: nam extraordinaria S.C. quod publicam tantum cauſam complectitur, non arguit [g]. quanquam & hi extraordinariè puniantur, qui extra ordinem deſiſtunt [h]: ſi tamẽ de publico iudicio, ut ferè fit, extra ordinẽ cognoſca-
8 tur, ordinariæ pœnæ locus erit [i]. Sed † non antè, quod ad pœnam attinet, deſtitiſſe accuſator uidetur, quàm ſi iam inſtituta & ordinata ſit accuſatio, inſcriptionibus depoſitis, & fideiuſſore de exercenda lite præſtito [k]. Nam qui libello dato, duntaxat minatur ſe crimen intentaturum, S.C. non continetur, etiamſi deſiſtat [l]. Quæſitum eſt & illud, an qui ab inſtituta accuſatione præſcriptione temporis excluduntur, in S.C. incidat: & quidẽ Papin. reſpondit, de calumnia nõ puniri [m]. quod uerũ eſt, cùm obiecta à reo præſcriptione actio eliditur. nihil enim eſt quod imputare queas actori: qui ignorare potuit, qua defenſione reus eſſet uſurus. Sed ſi nulla exceptione oppoſita ipſe deſiſtere uelit, hoc prætextu, quòd actio ſit præſcripta: uerius eſt incidere eum in S.C. cùm exceptiones non actoribus, ſed reis opitulentur [n]: & accuſatio, ſiue iuſta ſiue iniuſta, quoniã publica eſt, non uoluntate actoris, ſed cognitione iudicis debeat aboleri: maiore etiã odio dignus uideatur, qui nõ explorato præſcriptionis iure, ad tam improbam accuſationem proceſſit [o]. Parcitur tamen hac in parte mulierũ & minoris ætatis infirmo conſilio [p]: quanquam aliàs mulier ab inſtituta idoneè ordinataq; actione deſiſtens, in S.C. incidat [q]. Tenetur etiã S.C. qui alium accuſatorẽ ſubmittit atq; inſtruit: quia aliũ ſubornando, diffidere cauſæ, atq; ita
9 per dolũ ſe uelle ſubducere periculo inſcriptionis uidetur [r]. Nunciatores † etiam, qui abſq; inſcriptione & metu ſimilitudinis ſupplicij [s] per notoria indicia produnt, hoc eſt, indicant magiſtratui delicta, quaſi certis elogijs & notorijs argumẽtis deprehenſa, ijſdem illis argumentis ſuis in inquiſitione aſſiſtere coguntur [t]. quòd ſi calumnioſè detuliſſe deprehendentur, impunitam eorum audaciã remanere
10 non oportet [u]. ſed hæc omnia ceſſant, cum abolitio à Principe impetratur. Nam † quod magiſtratu authore fit, nullam meretur pœnam [x]. Eſt autem abolitio, qua reorum numero reus eximitur, & aboletur

f d.l.1.§.ſed non utiq;.
g l in S.C.15.§.eos.hoc t. l.2.& 4.C. de calum. l. 2.C.de abolit.l.fi.ẽ.de pub.iud.
h l.1.C.eod.
i d.l.1.§.ſed non utiq;.
k l.1.§.1.hoc t.l.quæſitum. ſupr.de teſt.
l pro S.Roſcio.
m lib.3.cap.7.
n §.hoc autem. Inſtit.de pœn.tem.litig.
o l.fi.C.de calum.l.3.de præuar.
p l.fi.C.de accuſ.
q l.3.hoc t.
r ad tit.de præua.
s l.1.in prin.& §.præuaricatorem. 3. h.t.l. præuaricatores. 212. de uer. ſignif. d.l. athletas. §. præua.l.1.ẽ.de præua.
t ad tit.de præuar.
u l.1.in prin.hoc t.
x l.ab accuſatione. 6.l.deſtitiſſe.13.hoc t.l.fi. C. eod.
y d.l.6.§.1.
z l.in S.C.15.§.pen. hoc t.
a l.ſi ita.52. ad l. Aquil. l. cõgruit.ẽ. de off.præſ.
b d.l.1.§.ſi quis.
c d.l.1.§.ſuſpe.
d l.3. de præua.
e Land.lib.1.art.69.
f l.1.C.eod.
g d.l.1.§.ſuſpe.
h l.3.hoc t.l. ab accuſatio: 6.hoc t.
i d.l.in S.C.15.§.1.
k l.1.C.ad S.C. Turp. d.l. 15.§.ſi poſt.
l l.5.hoc t.
m l.quærebatur.11.h.t.
n l.non exceptionib.10.C. de exceptio.
o l.1.§.accuſationem.h.t.
p d.l.1.§.accuſationem.
q l.pen.C.eod.
r d.l.1.§.incidit. 8.d.l.in

S.C.15.in prin. s dixi ſup.de accuſ.num.12. t l.6.§.1.h.t. u l.1.C.de curio.& ſtat.lib.12.l. diuus Adrianus.de cuſto.reo. x l.ſi quis id quod §. doli: de iur.om.iud.l.quanquam.de aq.plu.ar.uid. Doc.in l.non uidentur.127.§.qui iuſſu.de reg.iur. Dyn.in c.quod.quis mandat. eod.t.

BIU Cujas

accusationis memoria [a]. Ea porrò fit triplici modo [b]: primò publicè ob diem insignem, gratulationem, remúe prosperè gestam [c]: quo casu durantibus ferijs accusationes omniũ criminum, paucis exceptis [d], abolentur, ne quisquam tempore publicæ lætitiæ in sordibus sit, & luctu. Sed ferijs finitis, intra 30. dies utiles repeti accusatio potest [e]. Secundò fit abolitio lege, mortuo scilicet reo uel accusatore: uel iusta causa, puta morbis impedito [f]. Tertiò priuatim, actore uel reo postulante 8: cui id causa cognita concedi à præside solet [h]. In causæ autem cognitione uersatur, an reus assentiatur abolitioni, an non calumnioſè actio sit instituta. nam neq; aduersario inuito [i], nec calumniantibus hoc est indulgendum [k]. Impetrata autem abolitione, is qui desistit, accusare amplius nequit [l], nisi ex indulgentia Principis [m].

a l.sf interueniente.12. hoc t.
b uide Cuiac. qui duplicem tantum facit ad Paul. lib.5.tit.17.ex tit.C.de abol.
c l.8.& 9.hoc t.
d l.antepen.& l.pen. hoc t.
e d.l.1.l.aut priuatim.10. l.12.& 15.§.fin.hoc tit. uide Paul. lib.5.tit.17. & ibi Cuiac.
f d.l.10.& 15.§.si propter.
g d.l.10.
h d.l.1.§.abolitio.
i l.fi.hoc t.
k l.2.& 3.C.de abolit.ubi dixi.
l l.3.& 4.C.eod.
m l.1.C.eod.

De requirendis, uel absentibus dammandis.

TITVLVS XVII.

1 Continuatio.
2 De annotatione bonorum.
3 Quomodo contra fiscum præscribatur.
4 De remissionibus.
5 An hæc hodie obtineant.
6 De processu Sax. contra absentes.

IN processu † criminalium iudiciorũ illud in primis curæ esse debet, ut absens reus requiratur. neq; enim absentem inauditumq; damnari oportet [a]: cum satius sit nocentem absolui, quàm innocentẽ indicta causa damnare [b]. Itaq; † si reus ad diem instituendæ accusationis uocatus, præsentiam sui non faciat, annotatur, referturq; eius nomen in publica acta: ut ita annotatos requiri, & edictis adesse præsides iubeant [c]: non utique ad pœnam, sed ut potestas sit sui purgandi [d]. Si itaque intra annum ex quo ea annotatio facta est [e], se purgârit, aut mortuus fuerit, bona ad suos hæredes transmittit [f]. Sin anno elapso uenire cesset, bona fisco irreuocabiliter uindicantur: adeò ut etiam innocentia (cuius defensioni nullo tempore præscribitur g) postmodũ probata, nihil recuperetur [h]: quin & infamiã quasi conuictus incurrit [i]. Quæ cum ita se habeant, meritò prouisum est, ne per anni spacium dum expectatur reus, bona dilabantur, & eant pessum: ut ea bona annotẽtur, & in his mobilia, si seruari nequeant, distrahantur, precio eorum in depositum redacto. Fructus quoq; inter mouentia haberi responsum est. Curandum erit etiã, ne quid ei qui profugit, medio tempore à debitoribus eius soluatur, ne per hoc fuga eius commeatu instruatur [k]. Sed † si fiscus bona negligat, cessetq; per uiginti annos, postea præscriptione, uel ab ipso reo, uel ab hæredibus eius submouebitur [l]: quamcunq; enim quæstionem apud fiscum (si non alia sit propria præscriptio) uiginti annorum silentio præscribi diui fratres uoluerunt [m]. Illud † quoq; Iust. [n] addidit, ut si in aliqua prouincia reum degere dignoscatur, præses eius loci eũ capiat, remittatq; ad locum ubi deliquit, & bona annotet. Hodie † uidentur hæc aliqua in parte correcta. nam neq; remissionibus utimur [o], & Fridericus Imperator uoluit absentis & contumacis homicidæ bona, duntaxat mobilia, publicari, ius uerò immobilium seruari hæredibus [p]. quod eo magis dicendũ uidetur, quia Iust. [q] publicationem bonorum in damnatis sustulit: multo ergo magis in fugitiuis. Vtcunq; † sit, constat iure nostro Saxonum, absentes reos tribus edictis per interualla 14. dierũ publicè ad iudicium uocari: qui si in tertio termino præsentiã sui non faciant responsuri, banno imperiali proscribũtur (*in die auffehebaffi*) id est. ut nisi in 4. termino ueniant, legitimasq; causas impedimenti demonstrent, quamobrem in tertio termino comparére non fuerit solitum, planè banniti declarentur, proq; talibus habeantur: atq; ita in quarto termino contumacia nõ purgata simpliciter & executiuè, ut ita dicam (*in die auff die hulff*) bannian tur. Cuius uis ea est, ut in loco illius territorij impunè occidi possint, pœna etiã ijs qui his opitulantur, imminente [r]: qua de re plura alibi Dd. In bona autẽ [s] fugitiuorũ, moribus nostris non sæuitur, nec annotatio semper aut arrestatio locũ habet [t]: præsertim cùm iure Sax. bona ex delictis non confiscentur.

n l.1.ubi gl.& Dd.C. ubi de crim.agi.
o c.1.§.si uerò. ubi Aluar. de pac.ten.
p Auth. damnatorum.C. de bon. dam.
q uide Chil.in pro. de ban.
r in d.c.1.§.si uerò paris. & in l.1.C. de hær. inst. cum simil.
s de annot. Sax. uide art. 38.lib.1. latissimè Chasse. in consue. Burgund. Rub.2. de confiscat.in prin.
t l.si confessus.5.de cust. & exhi.reo.

De quæstionibus. Tit. XVIII.

1 Continuatio.
2 Tormenta quare inducta: eorumq; genera & gradus.
3 Causa efficiens.
4 Quæ debeant concurrere ut quæstioni locus sit.
5 Qualis causa admittat torturam.
6 In defectum probationum ad torturam peruenire.
7 De iudicijs.
8 Pœna iudicis indebitè torquentis.
9 Pœna iuris Saxonici.
10 Qui torqueri possint, uel non.
11 Quomodo in tortura procedendum.
12 Finis & effectus torturæ.

CVm † autem reus non abest, sed uel in custodiã traditus est, uel alioqui copiam sui facit: tum aut confitetur crimen, aut negat. Si sponte confiteatur, ex sua cõfessione condemnatur [a]: sin eat inficias, testibus est cõuincendus [b]. Sed † quia pleraq; crimina clam arbitris & occultè cõmittuntur, ut semper copia testium haberi non possit: ideo more maiorũ introductum esse inquit Cic. [c] ut per tormenta ueritas exquiratur [d]: quem morem innuit ab Athenienſibus & Rhodijs, ut pleraq; alia, sumptum esse. Genera tormentorũ uaria sunt [e], uarij item gradus. alia enim dicitur tortura leuissima, quæ pro tortura non habetur [f], alia leuis, alia grauis, alia grauissima g. Causa † efficiens quæstionũ est mos antiquissimus, omnium ferè bene institutorum populorum communis: ut non immeritò pro lege ac iure quodam gentiũ habeatur. Neq; † tamẽ passim & ex qualibet causa quæstiones decernendæ sunt, sed tria semper uelut causæ προκαταρκτικαὶ cõcurrant oportet. Primùm, † ut causa & accusatio sit criminalis, eaq; atrox & capitalis [h]: ut adulterij [i], homicidij [k], falsi [l], & hodie etiam furti [m]: ac cum minimùm tale crimen, propter quod reus relegari in perpetuum possit [n], ut non pauci contendunt. Nam relegationis

u l.si confessus.5.de cust. & exhi.reo.
b l.qui sententiam.16. C. de pœn.
c in Part. orat.
d uide Paul.lib.5.tit.14. & 16.
e uide Hipp. in prac.crim. & de quæst. l.1. Paul. Grill.in trac.tor.cap.4.
f Hipp.in l.furem.num.17. de furt. & in l. repeti. num.5.de quæst.10.& in prac.crim. §. quoniam. num.3.
g Bald. consil.77.uol.3. Paul.Grillã.d.c.4.Boss. in prac. crim.de tortur. C.de iniur. & Bar.in l. pen.§.ad crimen.num.11.& 12.de pub.iud.

a l.1.§.fi.hoc t.
b l.2.& 3.C.de abolit.ubi dixi.
c l.3.& 4.C.eod.
d l.1.C.eod.
e l.4.C.eod.
f l.1.C.eo.l.1.in fi.hoc t.
g l.4.hoc t.
h l.2.C.eod.
i l.fi.C.eod.
k l.fi.hoc t.
l l.2.hoc t.
m l.3.hoc t.
n §.si uerò.in Auth.ut nulli iud.
o l.1.ubi gl.& Dd.C. ubi de crim.agi.
p c.1.§.si uerò. ubi Aluar. de pac.ten.
q Auth. damnatorum.C. de bon. dam.
r uide Chil.in pro. de ban.
s in d.c.1.§.si uerò paris. & in l.1.C. de hær. inst. cum simil.
t de annot. Sax. uide art. 38.lib.1. latissimè Chasse. in consue. Burgund. Rub.2. de confiscat.in prin.
u l.si confessus.5.de cust. & exhi.reo.
b l.qui sententiam.16. C. de pœn.
c in Part. orat.
d uide Paul.lib.5.tit.14. & 16.
e uide Hipp. in prac.crim. & de quæst. l.1. Paul. Grill.in trac.tor.cap.4.
f Hipp.in l.furem.num.17. de furt. & in l. repeti. num.5.de quæst.10.& in prac.crim. §. quoniam. num.3.
g Bald. consil.77.uol.3. Paul.Grillã.d.c.4.Boss. in prac. crim.de tortur. C.de iniur. & Bar.in l. pen.§.ad crimen.num.11.& 12.de pub.iud.

BIU Cujas

tionis pœna est non modò (ut aiunt) capitalis, sed etiam corporalis [a]: quia redigit ad paupertatem, & complures affert corpori atq; animo molestias, unde etiam mortem interdum subsequi & causari uidemus [b]. quod ego nequaquam uerum existimo, quin potius arbitror, pœnam relegationis cõparari pœnæ pecuniariæ. nam cùm relegatio est imponenda, procurator perinde ut in ciuili causa admittitur [c]. quod Bart. [d] & Pan. [e] licet controuertant, tamen fatentur cõmunius esse, & seruari, nec ab eo in consulendo iudicandoq; esse recedendum. Quare si in procuratoris admissione pro ciuili causa & leui habetur ea, ex qua pœna relegationis uenit imponenda: multo magis pro tali habenda est, cùm de tortura quæritur, quæ magni est præiudicij, & ipsa relegationis pœna grauior [f]: ueriusq; est, cùm quæstio corpus laceret, & ipsa ferè morte durior sit [g], certè grauior quàm manus abscisio [h], nõ aliter eam decerni posse, quàm cum pœna corporalis est infligenda [i]. Nam quod dicitur, relegationis causam esse capitalem, in fauorabilibus, puta pœna uel tormentis prægnantis fœminæ differendis item relegatione non simplici, sed cui insint deportatio, uerum esse fateor [k]. Cuius in locum hodie successit apud Sax. fustigatio, alibi damnatio in metallum ad remos, &c. Quibus in causis locum esse torturæ posse, non inficior, quia hæ pœnæ proculdubio corporales & capitales sunt: in simplici uerò relegationis causa, id nõ admitto, præsertim cum in hac procurator, uelut in ciuili recipiatur, ut antè dictum: & cum talis causa capitalis prohiberi fictè id tantum, & per similitudinis interpretationem dici, facilè intelligatur. Cum autem nullum simile sit idem [l], non debet in quæstionibus acerbissimis eiusmodi interpretatio sumi, præsertim iure Saxon. quo nulla causa pro capitali est, nisi ex qua pœna capitalis debetur [m]. In cæteris ergo, puta pecuniarijs [n], aut iniuriarum etiam realium [o], ratio æqualitatis non admittit corpori cruciatus inferri, ubi tantum pecuniæ periculum est [p]: quanquã & in his seruos olim torqueri fuit usitatum [q]. Quod & ipsum argumento est, cùm relegatio tantum delicto probatio imponenda uenit, tum ad torturam peruenire non posse. Nam cùm relegatio nullũ cruciatum corpori inferat, inquisimum & absurdissimum fuerit, probationes criminis quærere ac decernere, quæ ipsa pœna crimini debita sint acerbiores. Sunt qui existiment, totum hoc arbitrio iudicis relinquendũ esse, ut ipse arbitretur, utrum talis causa agatur, quæ torturæ uiam faciat, an non [r]. Sed tantam iudici concedi in re tam ardua licentiam, mihi periculosum uidetur. atq; hoc quidem primum requisitum, nempe causæ grauitas esto. Secundò, † necessum est alias deesse probationes, sic ut ueritas aliter haberi non queat [s]. non enim est à tormentis incipiendum [t]. Tertiò, † ut multis indicijs oneratus, & (ut inquit Vlp.) argumentis penè conuictus sit reus [u]. Neq; unum indicium sufficiet, nisi admodum prægnans [x], ut unus testis qui delictũ se uidisse asserat, omni exceptione maior [y]: cum lex ubiuis plurali numero utatur: ideo cum minimùm duo [z], certa & probata requiruntur [a]. Cuiusmodi aũt indicijs opus sit, una regula explicari nequit: certè grauibus, urgentibus, & penè certis opus esse, leuium non haberi rationem, constat. Quare etiamsi plura indicia per singulares testes probentur, ea nõ erunt coniungenda: quia unumquodq; indicium, quale quale illud sit, per duos cum minimùm testes est probandũ [b]. Nec enim indicia ad torturam sufficiunt, nisi faciant semiplenam probationem [c]. Atqui talem probationem non inducunt indicia, per singulares testes probata, præsertim remota, quæq; ad circumstantias tantum delicti pertinent [d]: nam in propinquis quandoq; aliud seruatur: ut cũ testis unus, de ipso delicto à se uiso testatur [e]. in quo iudicis arbitrio & prudentiæ multa relinqui, est necesse [f]: præsertim in secretis cõsilijs & tractatibus, puta furti, adulterij, proditionis, & similibus, quæ clàm geri solent, ita ut non nisi ex remotis indicijs suspiciones sumi possint [g]. Si tamen quædam indicia pro reo faciant, quæ elidant contraria, ita ut amplius ea semiplenam probationem non impleant, dubium non est, quin ad torturam peruenire nõ debeat [h].

8 Sed hac de re consulendi sunt amplius Dd. [i] His † autem non concurrentibus, iudex ad quæstionem procedere non debet, etiamsi ad eam se reus sponte offerat [k]. Quòd si procedat, punitur, & quidem capitali pœna ex constitutionibus [l]. quas tamen non esse extendendas extra casum de quo loquuntur, arbitror [m]: uidelicet cum in iniuriam exitiumq; eius qui patitur, ut enectus tormentis deficiat, quæstio

9 tentatur: aliàs putàrim extraordinariæ pœnæ pro qualitate commissi, locũ esse [n]. Saxonum † ius alioqui seuerum, hîc nimis leue est: nam litigatorem iudicemúe, qui per iniuriam torqueri aliquem curauit, pœna tantum pecuniaria, nõ ita magna mulctat [o]. quod obtinere arbitror, cum per imperitiam aut culpam peccatum est: secus si dolo, qui proculdubio legitimis pœnis est coercendus. Torturã autem factam esse, & quidẽ indebitè factã, facilè probari potest, nisi doceatur contrariũ. Nam factum quidem ipsum torturæ ex solis indicijs leuibus, puta per incarcerationem, clamorẽ rei, liuorem corporis, famã, & similes coniecturas plenè conuincitur [p]. Ius autẽ torturæ, uidelicet iniustè eam decretã esse, probatur eo ipso quòd non ostendatur diuersum. Stat enim pro reo iuris præsumptio, contrà iudicẽ: nisi ille

10 sufficientia indicia præstò fuisse, liquidò demonstret [q]. Iam † de materia uideamus, & in quos tortura decerni possit. Seruos torqueri olim, quibus sine quæstione nihil credebatur, usitatissimũ fuit [r]: neq; tamen in dominũ, nisi in causa fraudati tributi, & alijs quibusdam, nec pro domino [s] eiusúe in parentes aut

G 3

a l. 2. ubi Bart. & Dd. in princ. de pub. iud. Bar. in l. si constante. nu. 20. solut. matr.
b Alexan. consil. 116. uol. 2. Boss. in prac. crim. de carcer. fideiusso. num. 7.
c Bart. in l. seruum quoq; §. publicè. in princ. de procur. l. absentem. ubi gl. ĩ. an per aliam caus. app. gl. in d. l. pen. §. ad crimen.
d in d. §. ad crim. nu. 11.
e in c. ueniens. num. 8. de accusa.
f §. fina. in Auth. ut nulli iud. Hipp. in l. diuus. nu. 2. b. t. in l. 1. §. præterea. nu. 8. de sicar.
g Bald. in l. interpositas. num. 6. C. de transs. & in l. 1. circa fin. C. unde ui. Par. de Put. in tort. 3. cap. 11.
h Hipp. in l. 1. §. præterea. num. 8. de sicar. & in l. diuus. num. 2. de quæst.
i Dambou. in prac. cap. 35. num. 4.
k l. exilium. de interd. & relega. l. 1. ubi Bal. & Dd. C. de hær. inst.
l Bart. in l. quod Neruâ. depos.
m Fachs. diff. 13. Reinhar. diff. iud. 24.
n uide Paul. lib. 5. t. 15. & 16.
o Brun. de ind. & tor. parte 2. quæst. 3.
p l. edictum. 8. l. diuus. 9. l. de minor. 10. hoc t.
q d. l. 9. l. 15. C. eod. uidè Paul. lib. 5. tit. 15. 16. l. 1. l. ult. C. eo. l ult. §. licentia. C. de iur. delib.
r Brun. in tract. de indi. & tor. part. 2. quæst. 3.
s d. l. 8. ubi Hipp. Aluar. in c. 1. §. publicè. num. 2. de pac. tenen.
t l. 1. in prin. l. 20. hoc t. l. 8. C. eod.
u l. uers. i. ad tormenta. l. 18. §. 1. l. 20. l. fi. hoc t. l. 3. l. 8. C. eod.
x uide omnino Alexand. post Bart. in l. ult. hoc t.

& in cons. 77. in causa. n. 12. uol. 1. Ioan. And. ad Spec. tit. de præsumpt. §. species. uers. uiolenta. Bar. & Dd. præsertim Io. Ig. in l. 1. §. occisorum. de senatusc. Sylla. Angel. in tract. mal. uerb. quod fama. y Pan. in c. 1. de depos. z Bart. in l. si quis. n. 2. C. ad l. Iul. maiest. a l. ubi numerus. de test. b Hipp. in l. unius. §. testes. nu. 2. & in l. de minore. §. plurium. hoc t. c Bart. & Dd. in l. fi. de in lit. iurand. d Boss. in prac. crim. de tormen. n. 30. cum seq. e Boss. præalleg. loc. f Boss. ibi, Paris de Put. in tract. syn. ad uerb. tortus. cap. 3. n. 27. l. 3. uers. tu magis scire. de testib. g Bald. in l. quicunq; circa fin. C. de seruo fug. Hipp. in prac. crim. §. principium. nu. 16. h Ias. in l. 1. n. 10. 11. C. com. de leg. Hip. in prac. crim. uerb. diligenter. n. 190. & in l. 1. n. 59. de sicar. Boer. decis. 155. n. 9. i Bart. & alij in l. fi. hoc t. Cyn. in l. fi. C. eo. Hipp. in prac. §. diligenter. k Dd. contra gl. in l. interdum. 5. §. de furt. & in l. pen. C. de cond. ob caus. Hipp. in l. 1. nu. 2. 5. de sica. & in prac. crimual. §. expedita. num. 55. & sing. 164. nemo debet. l l. decuriones. 16. C. eod. m Ias. in l. 1. n. 34. 5. quod quisq. iur. n uid. Hipp. in d. §. expedita. n. 89. Bart. in l. quæst. hoc t. Ias. in l. 1. 5. quod quisq. iur. Par. de Put. in tract. syn. an si officialis aliq. tor. uerb. tortura. c. 12. n. 1. 2. & per totum. o Vueych. fol. 129. Chil. in tit. de inquisit. n. 38. D. Reinh. differ. pœn. 9. Fachs. dif. 67. in fi. p Bal. in l. falsus. in fi. C. de fur. Cyn. in l. 2. C. de eo quod met. caus. latè Hip. in l. 1. §. diuus Seuerus. n. 4. 5. 6. hoc t. q Hipp. in d. §. diuus. n. 3. r l. 1. §. in caus. l. 13. hoc t. s l. 1. §. diuus. & cum §. seq. & §. Antoninus. §. quidam. §. in causa. l. 9. §. pen. l. 10. §. 1. hoc t. l. 11. C. eo. l. uix. de iudic. uide Cuiac. lib. 6. cap. 19.

aut liberos [a] torquendi sunt. Sed ne tunc etiã admittendi, cũ ex domo accusatoris producuntur [b]. Qua ratione nec liberi in parẽtes, nec liberti in patronos [c]: deniq; nemo torqueri potest in alium, qui ad dicendum testimonium cogi nõ potest [d]. Torquendi etiã non sunt innocentes [e], nec liberi homines, propter testimoniũ uacillans [f], neq; etiã quamuis nocentes, impuberes [g], prægnantes [h], milites, nobiles [i], senatores, decuriones [k], horumq; liberi [l], quãuis dignitate abierint [m]: itẽ doctores, quia priuilegio militari gaudent: & aduocati [n], paucis exceptis casibus. Atq; ita quidẽ hæc obtinere & rata esse, uolunt Dd. ut cõsuetudo in contrariũ non ualeat [o], nec quisquã præter Imperatorẽ hęc iuris priuilegia imminuere possit [p]. Verùm ego aliquando contrariũ seruari uidi, sicut idem de Franciæ usu testatur Tiraq. [q] & de Neapolitano Afflict. [r] quòd reatus omnẽ dignitatẽ excludat [s]. Forma † est, ut ne à quæstionibus inci- II
piatur [t], sed prius indicia reo communicentur [u], & super his lis negatiuè contestetur [x], & audiantur rei defensiones, quibus indicia purgari refutariq; posse confidit [y]. Cum autẽ ad quæstionem erit uentum, ab illo erit inchoanda, qui suspectissimus est [z], aut timidissimus, qui facilè uerum metu tormentorum dicturus præsumatur: ut sunt mulieres, minores [a], &c. De se autẽ quisq; interrogandus est [b], non in caput aliorum [c]. De se cõfessus, inquit Paulus [d], in caput aliorũ non torquetur, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperauit. Sed necdum confessus & ideo in se torquendus, rectè & in socios examinatur [e]. Itaq; uidere quotidie licet, fures ac latrones, decreta his quæstione, etsi non principaliter [f], tamen secundariò, & per consequentiã de complicibus socijsq; interrogari. Tormenta autẽ uarijs instrumẽtis atq; modis exercentur [g]: quæ tamẽ omnia cum moderamine adhibenda sunt [h], ut persona sit salua [i]: quod iudicis arbitrio relinquitur [k]. qui etiã repetere quæstionem, nisi ex nouis indicijs non debebit [l]. Finis † torturæ est, ut ueritas tormentis adhibitis exprimatur, non etiam ut quis hac ratione 12
enecetur, uel puniatur [m]. Quod ad effectũ attinet, inquit l. C. non omnino quæstionibus fidẽ esse adhibendam: sed neq; semper [n], neq; nunquã. Etenim res est fragilis & periculosa: quia alij tanta sunt duritia, ut cruciamenta cõtemnant: alij doloris impatientia, in quouis potius mentiri, quàm pati eiusmodi dolores uolunt [o]. Siue de habenda quæstione agetur, inquit Quint. [p] plurimùm intererit, quis & quem postulet, aut offerat & in quẽ ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se cõstantia: perseuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutauerit: prima parte quæstionis, an cruciatu procedẽte: quæ utrinq; tam infinita sunt, quàm ipsa rerum uarietas. Hodie [q] tamen cũ constat de delicto, nec alius author inuenitur, si in cõfessione tormentis extorta reus publicè in iudicio perduret, ex ea cõfessione condemnatur. Nam etsi confessio in tormentis facta, ad condemnationem non sufficiat, quasi metu extorta [r]: tamẽ ea uis purgatur, quãdo postea extra locũ carceris, eiusmodi cõfessio liberè renouatur [s]. Ea tamẽ renouatio nõ sufficeret, si tortura esset indebitè iniusteq; facta, uel cõfessio non uerisimilis [t]. Sed quid si (ut fit quandoq;) retractetur in hac repetitione cõfessio? Hoc casu uolunt rediri ad eculeum posse: quia prior cõfessio in tormentis facta, est loco semiplenæ probationis, & facit indiciũ sufficiens [u]. Quòd si pluries reus fidibus examinatus confiteatur, postea uerò solutus identidẽ reuocet, necesse erit tandẽ ad absolutionem peruenire: quia satius est absolui nocentẽ, quàm innocentẽ damnari [x]. & sanè torturæ sæpius repetitæ non minor cruciatus est re ipsa quàm cuiuslibet pœnæ capitalis [y]. Est autẽ ad euitandam hanc fraudẽ illud usitatum, ut post confessionem quæstionibus expressam, interiecto unius uel alterius diei interuallo [z] reus in locum liberum educatur: inibiq; cõfessio eius iterũ audiatur ac renouetur, comprehenduturq; à notario scriptis & instrumento, ut ita geminata, & scripto comprehensa [a], amplius reuocari non possit [b].

De pœnis. Tit. XIX.

1 Continuatio.
2 Quæ sint capitales pœnæ.
3 Gradus capitalium pœnarum.
4 Pœnæ non capitales.
5 Causa efficiens: & qui irrogare pœnam possint.
6 Materia.
7 Forma.
8 De septem circumstantijs quæ in pœnis sunt considerandæ.
9 Finis, & effectus.
10 Contraria.

POst † confessionem delicti, seu sponte factam, seu extortam tormẽtis, sequitur, ut pœnæ nocens 1
subdatur, quam crimine denudato differri non oportet [a]. Proprium pœnæ ut constringat authorem [b], nec transeat in hæredem [c]. Pœna † autem pro uarietate delictorũ uaria est. Aliæ enim sunt 2
capitales, aliæ non capitales. Capitales lata significatione [d] generaliter & ὑπερτέλειαν appellantur: quæ uel uitam, uel libertatem ciuitatemq; (ut deportatio [e]) adimunt [f]: nam & seruitus & ademptio ciuitatis [g], pro morte ciuili habetur. unde hodie pœnam capitalem indefinitè in statuto positam, de relegatione accipiendam interpretandamque esse, nonnulli uolunt [h]: quia in ambiguis minor pœna est eligenda [i]. Propriè tamen strictèq; capitalia pœnarum genera sunt, quæ caput uitamq; adimunt: ea alio nomine supplicia

a l.2.C.eod.
b l.1.§. ad quæstionẽ. hoc t.l.2,C.de test.
c Paul.lib.1.tit.12.
d d.l.1.§.sed nec libertũ. & §.Imperator.
e l.pen.C.eod.
f l.15.18.§.testes. hoc t.
g l.10.l.15.uide contrà Cuiac.lib.6,cap.22.
h l.3,de pœn.ff.
i l.nullus.C.ad l. Iul. maiest.l.desertorem.§.1. de re milita. l.milites.l. diuus.C.de quæst. l.seuer. C.de dig.lib.12.
k l.8.11.16.C. eod.
l d.l. 16.
m l.penult.C.eod.
n Bart.in l.1.C. de ad. diuers.iud.
o d.l.omnes. ubi Barf.& Dd.C.de decur.lib.10.
p fac.l.de minore. 10.b.t. text. optimus in l. 4. C. ad l.Iul.maiest. ubi Bal.
q d.trac. de pœn. caus. 31. num.16.
r in c.si uoluerit.nu.14.de capita.qui cur.uend. Tiraq.præall.lo. num. 16.
s l.1. C. ubi sena. uel clariss. uide Ioan. de Plat. in l.medicos. C. de profess.lib.10.
t l.1.in prin.l.20. hoc t. l. 8.C.eod.
u Bart. in l.ult.nu.8.b.t. per l. unius. §. cognitum. hoc t. & in l.custodias.de public.iud.Ias/.l. 2.nu.5.C.de æden. Paulus lib.5. tit. 16. ubi addit rationem. Ang. in l. si uacãtia. C.de bon.uacan.lib.10.Alex. consil. 65.habita.n.2.uol.1.
x Bar. in l.si quis adult.n. 1. de adulter.
y d.l.unus. 18.§.1. hoc tit. Paul.lib.5.tit.16.
z d.l.1.§.1.
a l.18. hoc t.
b d.l.1.§.diuus.
c d.l.16.
d lib.1.tit.12.eodem pertinet l.repeti.hoc t.
e l.1.§. qui quæstionem.
f l.repet.16.§.1. ubi Hipp. hoc t.Bal.consil.95. regula.uol.1.

g uide Hipp.in l.1.num.27.hoc t.Paul.Grill.in tract.quæst.cap.4. b l.10.§.tormenta.h.t. i l.7.h.t. k d.l.7. l l.18.hoc tit. m l.aut damnum.8.§.hostes.de pœn.ff.tit.1.Ias.in l.1.num.3.& 4.quod quisq.iur.ubi tradit,iudicem in pœnam talionis non posse torqueri, qui indebitò alium torsit. n l.1.in prin.hoc t. o d.l.1.§.quæst. p lib.5.cap.4. q uide D.Reinh.diff.pœn.34. per art.18.lib. 2. r l.1.§.diuus.hoc t. s Bart. in l.1.§.si quis ultrò.hoc t.per l.2.C.de custo.reor.Paris de Put.in trac.synd.uerb.tortura.c.9.& uerb.tortus.c.1,num.29. t Hipp. in l.1.§.diuus.num.6. & 7.hoc t. u Bal.in l.fi.C.de prob.Hipp.in l.repeti.num.12.hoc t.Chil.in prac.tit.2,de inquisit.num.22.ord.Impp.cap.57. x l.absentem.5.infr. de pœn. y uide hac de re Hip.in d.l.repeti.num.13.h.t. z Hipp.in l.1.§.diuus Seuer.n.5.& 6. a Ias.in l.error.n.8.C.de iur.& fac.ign. b Bar. in l.cum scimus.C.de agr.& cens.Hip.latè in l.1.§.diuus.n.5,& 6.& in §.quæst.n.1.2.10.& 11.h.t a l.cum reis.18.C.eod.l.si quis fortè.6. hoc t. l.1.& l.fi. C.de cust.reor.Imol.in l.is qui reus.n.7.5.de pub.iud.Paul.lib.5.tit.16. b l.sancimus.C.de pœn. c l.si pœna.20.hoc t. d Alcia. de præsumpt. in fi.n.11.12.cum sequent. e l.1.ubi Dd.C.de hæred.inst.l.qui cum.14.§.1. de bon. liber. f l.2.hoc t. g l.1.§ fi.de bon.poss.con. tab. h Hip.in prac.§.opportunè.n.39.dicens hanc esse communem.Alc.de præsump.in fi.n.11.cum seq. i Hipp.in prac.§.opportunè.n.40.cum ibi allegat.

BIU Cujas

3 ſupplicia appellantur [a]. In † his gradus quidam ſunt [b]. nam ſummũ ſupplicium apud ueteres fuit crux ſeu furca [c]: qua authores ſeditionis excarnificari ſolebant [d]. Iudæi tamẽ prius lapidare ſolebant quàm ſuſpenderent, reliquæ gentes non item. Geneſ. 40.19. ut eſt uidere apud Polyb. & alios. quem morem Ro. quoq; in Iudæa tempore Dominicæ paſsionis retinuerunt. Hanc enim pœnã filius Dei λογος æterni patris, induta carne noſtra, uelut ſeditionis reus (ut hic prætextus inde uſq; ab initio ſemper Eccleſiam oppreſsit) perpeſſus eſt, ſeipſum offerens hoſtiam immaculatam Deo & in ſe iuſtam patris iram, noſtris lapſibus debitã deriuans, ut eſſet par λύτρον pro peccatis noſtris, & nos efficeremur iuſticia Dei per ipſum, quam quidem ſui abiectionem, & myſterium uerè à ſeculis abſconditum, nullius creaturæ notio & intelligentia aut cogitatione complecti, aut oratione eloqui ſatis dignè & pro merito celebrare poteſt. Porrò in huius locum pœnæ, quæ inter Chriſtianos reuerentia Dominicæ paſsionis, authore Cõſtantino [e], uſurpari deſijt, uidetur Tribonianus furcam ſubſtituiſſe [f], hodie ſucceſsiſſe membrorum per rotam confractio: qua in latrones & graſſatores uiarum, Germani & Galli animaduertunt. Secundum genus eſt ignis, quo abſumi ſolent hoſtes & transfugæ [g], inſidiatores plebeij [h]: & hodie hæretici, uenefici, magi. Tertiũ, beſtijs obijci uel ſubijci ad lanienam [i]: quod hodie exoleuit. Quartum, gladius: quo ſolo, & non alijs inſtrumẽtis, puta fuſtibus aut ſecuri, animaduerti placuit [k]. Vulgata ſunt hodie & alia ſupplicia: ut in proditores illud antiquum Metij, de quo Virgilius:

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant, (it tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus
Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine uepres.

Quanquam plerunq; nunc abſq; equis ferro ſecari, ſæpe etiam prius capite plecti, ac tum demũ differri in partes ſoleant. In fures, ſtrangulatio: in mulieres, in profluentem demerſio. Capitalia etiam ſunt [l], quamuis uitam nõ adimant, damnari ad beſtias: hoc eſt, ad depugnandum cum beſtijs, nam ſerui pœnæ efficiuntur [m]: item in metallum, uel opus metalli [n]. qui in metallum damnantur, grauioribus: qui in opus, leuioribus uinculis coercentur [o]. hæc pœna libertatẽ adimit, quando perpetua eſt [p]. ſicut deportatio, quæ ſucceſsit in locum interdictionis aqua & igni [q], cui comparatur [r], & bona aufert [s] ſtatim à damnatione [t]: cum enim ſerui pœnæ efficiantur [u], nihil proprij habere poſſunt. Imò ſi quid ipſis relinquatur, tanquam incapacibus relictum pro non ſcripto habetur [x]. quod & in ijs qui ad tempus hoc modo damnati ſunt, ſeruatur, quoad ea damnatio durat [y]: quanquam hi nõ libertatem, ſed ciuitatem tantum amittant [z]. Hodie tamen Iuſt. neq; libertatem ex pœna [a], nec bona [b] auferri uoluit. In capitalium pœnarum numerum poteſt hodie referri & fuſtigatio, quæ in locum deportationis apud Sax. ſucceſsit, cum iure ciuili habita fuerit leuior [c]: item amputatio manus uel pedis. quanquam regulariter nullũ membrum præter manũ ſit amputandum [d]. Cæteræ † pœnæ, ut inquit l. C. ad exiſtimationem, non ad capitis periculum pertinent [e]: hoc eſt, infamiam irrogãt, ſine periculo uitæ: ut relegatio [f], exilium [g] (quod genus ne bona quidem aufert [h]) incarceratio, compedes, uincula [i], aut ad exiſtimationem & damnum ſine cruciatu corporis: ut cum quis furti iniuriarum damnatur [k]. nonnunquam ſine iactura exiſtimationis damnum complectuntur: ut ademptio dignitatis, aut alicuius actus [l]. Sunt etiam quædam pœnæ legales, & à iure limitatæ atq; expreſſæ: quædam arbitrariæ, hoc eſt, iudicis arbitrio commiſſæ [m].

5 Cauſa † efficiens pœnæ, eſt lex, quæ delictis pro ſingulorũ qualitate iuſtas pœnas irrogat. Legis autem executor eſt magiſtratus (non priuati homines, qui quamlibet nocentem interficere aut punire non poſſunt, niſi bannitum [n]) qui legem aut cõſuetudinem ſequi, nec durior clementiorue ea eſſe debet [o], aut etiam poteſt [p]: alioqui (niſi ex iuſta fiat, præſertim ab ordinario, cauſa [q]) meritò petitur, ut ſententia ad arbitrium boni uiri redigatur [r]. nam alterare pœnam, idem eſt quod remittere [s]. neque tamen omnes magiſtratus poteſtatem animaduertendi habent, ſed hi duntaxat, penes quos ius eſt gladij, & merum imperium: ut præfectus urbi, præſes [t], &c. Nam, uerbi gratia, procurator Cæſaris ita punire nequit, quia eiuſmodi poteſtatem non habet [u]. Deinde de decurionum delictis nemo cognoſcit præter Principem, aut cui à Principe mandatur [x]. Illud ſciendum etiam eſt, etſi magiſtratus pœnam imponere poſsint: tamen eam ſemel impoſitam reuocare non poſſe, ſolo Principe excepto [y]. Ex quibus autẽ cauſis pœnæ imponantur, in ſuperioribus titulis eſt expoſitum. Id in genere teneatur, neminem abſentem, indefenſum, aut ex ſuſpicionibus eſſe damnandum [z]: ſed rem totam diligenter explorãdam

6 eſſe [a], & probationes luce clariores adhibendas [b]. Materia † in qua pœnæ exercentur, ſunt homines noxij. nam animalia quæ affectu delinquendi & dolo carent, perrarò puniuntur [c]: neq; ij qui non deliquerunt, ut liberi & hæredes noxiorum [d]. Vnuſquiſque enim ex ſuo admiſſo ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur, ut ait Calliſtratus [e]. Prægnantes etiam mulieres puniri non debent intra quadrageſimum à partu diem [f]: quia partus non pœnæ, ſed Reip. naſcitur [g]. Quare etiam in relegatione, & omni pœna, quæ per interpretationem capitalis, aut corporis afflictiua eſſe perhibetur, idem ſeruandum puto: ne ex moleſtia animi aut corporis, quam mulier ex pœnæ impoſitione capere poteſt, partus ſcilicet aliquo modo affligatur. eaq; ſententia cum ſit humanior, meritò in dubijs, & lege inter genera pœnarum nõ diſtinguente [h], eſt amplectenda. Sed nec honeſtiores fuſtibus ſubijci ſolent [i], neq; decuriones in metallum damnari [k]. Illud etiam tenendum, noxios puniri propter facta, dicta, ſcripta, conſilia [l]. Et plures qui unum delictum commiſerunt, omnes teneri in ſolidũ, & ad pœnam integram ſingulos

a l.ultimum.21.h.t.
b uide Paul.lib.5.tit.17.
c l.capitalium.28.h.t.
d l.ſi quis.38.§.authores. hoc t.
e uide Nicephorum lib.7. cap. 46. Caſſio. lib. 1. hiſt.tripar. cap. 10. Sozomen.lib.1.cap. 8. Didac.Couar. uar.reſol. lib.4.cap.5.
f l.aut damnum. 8. §.1. h. t. Cuiac.ad Paul. lib.5. tit.17.
g l.aut damnum.8. §. hoſtes.d.l.38.§.1.
h d.l.28.§.igni.
i l.reſpiciendum. 11. §. fi. h.t.l.pœna.ad l. Pomp. de parr.
k d.l.8.§.1.
l l.ultimum. C. eo. l. pen. C. Theodoſ. de off. rec. pro. Cuiac.lib.3.cap.36.
m d.l.8.§.quicunq;.l.capitalium.28.§.fil.l. ad beſtias.31.h.t.
n d.l.8.§.eſt pœna. uide diſtinctionem.l. capitalium. §.cæteræ.h.t. Cuiac. ad Paul.lib.5.tit.17.
o d.l.8.§.inter.
p l.6.in fi.hoc t.
q l.2.§.1.hoc t.
r l.1.C.eod.
s l.6.C.eod.
t l.2.§.1.l.10.§.1.l.29.
u l.in metallum.36.hoc t.
x l. quidam. 17. hoc t. l.12. C.de hær.inſt.
y l.fratres.33.hoc t.l. pen. C. eod.
z d.l.8.§.in miniſterium. d.l.28.§.diuus.

a §.quod autem. in Auth. de nupt.
b Auth. bona. C. de bon. dam.
c l.1.de off.præfec.urb.
d l. 3. ubi Bald. C. de ſer. fug. Bart.in l.2.num.12. de pub.iud.
e d.l.28.
f d.l.5.§.1.d.l.28.
g l.6.in fi.l.28.§.1.
h l.8.C.eod.
i l.7.l.28.§.1.hoc t.l.fuſtibus. 16.C. de inſa.l.ict. ff.eod.
k d.l.8.in prin.
l d.l.8.in prin.l.19.h.t.l.

9.C.eod. m Iaſ.in l.qui iuriſdict.14.n.3.de iuriſdict. n Bal.in l.addictos.C.de epiſc. aud. uide Dd.in l.3.de iuſt.& iur. in l.1. C. de hær.d. inſt. o l. ſeruos.8.C.ad l.Iul.de ui pub.§.oportet.& §.fi.in Auth.de iud. p l.1.§.1.& fi.ad S.C.Turp.l.ſi qua pœna.de uerb.ſignif.c.de cauſis. de off. del.c. licet.de pœn.l.ſi operũ.C.de pœn.late Tiraq.in tract.de pœn.in prin.n.1.& 2.de cõſuetudine. tex. in l.ſi quis reũ. de cuſt. reo. Can.in c.de cauſis. de off.delega.Tiraq. præall.loc.n.4. q l.licet.de pœn.Pan.in c.quoniã.§.fi.n.34.ut lit.non conteſt. r Imol.poſt Bar.circa fi.in l.pen.§.ad crimen. de pub.iud. Ang. in tract. mal.uerb.præſente Caio & appellãte. Tiraq.præall.loc.n.4. s l.ſeruus.in fi.C.de ui pub.l. ubi Luc.de Pen.C.de deſer.lib.12. Tiraq.de pœn.in prin. n.8. t l.1.§.1.l.2.§.1.l.8.§.eſt pœn.3.h.t. u l.2.C.eod. x l.27.in fi.h.t. y l.27.31.h.t.l.14.l.16.C.eod. z l.5.h.t. a l.16.§.cauſ.h.t. b l.fi.C.de probat. c t.t.ſi quãd.paup.feciſſ.dicat.uide c.mulier.15.q.1. d l.20.26.h.t.l.ſancimus.22.C.eod. e d.l.crim.26.h.t. f l.prægnantis.3.h.t.l.Imp.de ſtat.ho. g l.1.§.ſi ea.de uẽt.in poſſ.mitt.l.uetat.de mort.infer. h d.l.præg. i d.l.28.§.nõ om. k l.3.de priu.uet.l.mor.9.§.fi.h.t. l t.aut.fac.19.h.t.

singulos obligari. non modò capitalem [a], sed etiam pecuniariam [b]. Quare quæ iure Sax. pro uulneribus, cædibus casualibus uel necessarijs, ac similibus delictis mulctæ pecuniariæ debentur: eæ à singulis, cum plures cædem fecerunt, aut quid commiserunt, istiusmodi pœna dignum, erunt præstandæ. Forma † imponēdæ pœnæ cuiusmodi esse debeat, ex recitatis paulo antè pœnarum generibus colligi 7
potest. Sanè sic nemo damnandus est, ut uerberibus, uel tormentis, uel uirgis necetur [c], nec ad perpetuos carceres [d], (quod tamen & prius licuit [e], & hodie per canones admittitur [f]) nec ut de saxo præcipitetur [g], neq; ut in fronte signetur [h] (quod tamen olim in calumniatores [i], & hodie uariè Saxonibus frequentatum est [k]) neq; ut negocietur [l], neq; ut certo corpori collegioúe addicatur. quanquā ex Iust. lege, mulieres adulteræ in monasterium abdantur [m]: nec ut duplici quis pœna afficiatur [n]. Relegationi etiam & deportationi addi tempus solet: quòd si non addatur, perpetua: sin indefinitè addatur, decem annorum esse intelligitur [o]: ita sanè damnari quis potest, ut ne de domo sua procedat [p]. Modus porrò imponendæ pœnæ, ita ab Vlp. describitur: Debebit procos. pro qualitate personæ, proq; rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, uel seuerius uel clementius statuere [q], ac † modus hic potissimùm 8
ex septem circumstantijs metiendus est: causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Nam refert utrum consultò & proposito delinquatur, quo casu pœna ordinaria imponitur [r]: an impetu & iusto dolore. quem cum temperare sit difficillimum [s], fit ut interdum in hac specie, prouocatis maximè [t], pœna leniatur [u]: an uerò casu, qui criminaliter puniri non solet [x]: deinde an id quod commissum dicitur, iustam causam habeat, nec'ne. nam, uerbi gratia, uerbera à parente uel magistro illata, impunita sunt [y]. an tristior euentus consecutus sit, quàm is qui fecit, habuit animo propositum [z]. Persona dupliciter spectatur. eius qui fecit, & illius qui passus est. Aliter enim ex ijsdē facinoribus puniuntur serui quàm liberi [a], famosi quàm integræ famæ homines & honesti [b], adulti quàm minores [c], præsertim impuberes [d], sæpius deprehensi quàm semel [e], milites in delictis militaribus quàm pagani [f]. Deinde grauior est pœna eius qui quid in parentem, patronū, magistratum ausus est, quàm in extraneum [g]. Locus facit ut idem uel furtum uel sacrilegium sit, & capite luendum, uel minore supplicio [h]. Iniuria quoq; loco augetur: ut si inferatur in curia, foro, æde sacra [i], &c. & in uniuersum ijs locis delicta grauius puniuntur, ubi propter opportunitatē delinquendi, & crebrius cōmitti, & plus damni afferre possunt: ut in Africa messium incensores, in Mysia uitiū: ubi metalla sunt, adulteratores monetæ [k]. Tempus discernit emansorem à fugitiuo, effractorē uel furem diurnum à nocturno [l]. Qualitate etiam factū uel atrocius, uel leuius est: ut furta manifesta à non manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, uiolentia à petulantia, tumultus modicus à seditione, uulnus paruum à magno [m], &c. Quantitas discernit furem ab abigeo: nam qui unum suem surripuit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus [n]. Hodie etiam furta quæ excedunt quinq; solidos, laqueo: minora, leuius: modica, quæ infra tres aureos sunt, nunquā criminaliter apud Saxones puniuntur. Huc etiā referri potest pluralitas criminū. acrius enim puniendus est qui sæpius, quàm qui semel tantum deliquit [o]. Euentus spectatur in ijs puniendis, quæ à clementissimo, seu ut alij legunt, dementissimo quoq;, id est, qui animū delinquendi, puta occidendi non habuit, sunt facta. Euentus enim tam exitū quàm finem, causam finalem, προαίρεσιν facti significat tam Latinis [p], quàm hîc nostris [q]: ideoq; olim fortuiti casus exilio luebantur [r]: & hodie apud Sax. eiusmodi cædes uuerigeldio, ut uocāt, redimēdæ sunt. & lex Cornelia maiorē προαίρεσιν quàm effectus rationē habet [s], etiamsi hac in parte ea nō per omnia nunc seruetur [t], ac ad exitū potissimùm respectus habeatur. Finis † pœnarū est, ut delicta propter mandatū Dei, qui lucere iusticiā suam in his uult exem 9
plis, & ad publicam tranquillitatē conseruandā puniantur: emendentur formidine pœnæ, qui uirtutis amore à scelere abduci nequeunt [u], alij exemplo deterreantur [x]: solatio etiam sit affectis iniuria pœna nocentum [y]. Deuter. 19. Reddes illi sicut fratri suo facere cogitauit: & auferes malum de medio tui, ut audientes cæteri timorem habeant, & talia facere nequaquam audeant. Deut. 13. 19. 21. Lapidibus obrutus necabitur: ut omnis Israel audiens timeat, & ne faciat quippiam huius simile, &c. Effectus est, quòd pœna omnem reatum tollit. Lex enim omnis cum obliget aut ad obedientiam aut ad pœnam, eo fit, ut qui persoluit pœnam, pro absoluto debeat haberi [z]. quod etiam de pœna inchoata quidam interpretantur: ut si, uerbi gratia, damnatus ad mortem laquei, rupto laqueo in terram cadat incolumis, liberari debeat [a]: illud sanè uerum est, ex prioribus delictis, quamuis coercitis, subsequentia tamen aggrauari [b]. Olim ex pœna etiā serui pœnæ efficiebantur damnati [c], & bona amittebant [d]: unde nec contrahendi [e], nec testamēti [f] faciendi potestatem, nec iura nuptiarum [g], aliaq; ciuium Rom. communia [h] retinebant. Cæterùm Iustin. ex nullo delicto, quamlibet capitali, libertatē amitti uoluit [i], & bona hæredibus cedere, nisi certis ex delictis, permisit [k]: quod Sax. mores hodie sequuntur: aliarum nationum non item [l]. Contraria † per quæ pœna tollitur, sunt mors damnati [m], abolitio, indulgentia, restitutio & 10
gratia

a uide §. de furt.
b l. si id quod. ubi Iaſ. & Dd. de iuriſd. Bart. in l. prætor. §. ſi mihi. de m. iur. & l. nunquam. de priu. delic.
c d. l. 8. §. hoſtis.
d d. l. 8. §. ſolent. 7. l. 35. hoc t. l. 6. C. eo.
e l. capitaliū. 28. §. in exulibus. 11. hoc t.
f c. quamuis. de pœn. lib. 6.
g l. 25. hoc t.
h l. 17. C. eo.
i l. ſi quis. C. de pœn.
k Fachſ. diff. 66. Reinbar. diff. pœn. 7. per gl. lib. 2. art. 13. Vueych. art. 38.
l l. 9. §. ſunt autem. hoc t.
m l. nec quis. 19. C. eo.
n c. at ſi clerici. in fin. de iud. Spec. de expenſ. §. ſi ante. 3. num. 7.
o l. ſine. 23. cum ibi not. hoc t.
p l. fi. §. de interd. et releg.
q l. ſacrilegij. 6. ad leg. Iul. pecul.
r l. 5. §. fi. l. 11. §. pen. hoc t.
s l. ſi adulterium. 38. §. Imperatores. §. de adult.
t l. quæ omnia. §. 1. de procur. l. 1. §. cum arietes. ſi quadru. pauper. uide latè Tiraq. de pœn. cauſ. 1. num. 5. Bald. l. 1. C. unde ui. Pan. c. delicti. nu. 18. de except. c. 1. num. 2. de iniur.
u d. l. 11. §. pen. Bald. & Dd. in l. 1. C. unde ui.
x d. l. 11. §. pen. l. 5. §. fi. h. t.
y d. l. 16. §. cauſa.
z l. fugitiuis. 225. de uer. ſi. Bald. poſt Cyn. in l. quoniam. 6. C. ad l. Iul. de ui publ. Dd. in l. uulgaris. §. ſi quis. de fur. et in l. eum qui. §. cum aliquis. & §. iniuria. de iniur. Dec. in l. totum. 73. num. 3. de reg. iur.

a l. 10. 17. §. perſona.
b l. 28. §. fin.
c l. 16. §. perſona. not. in l. 7. C. eod. uide Bald. & Dd. l. etſi. C. ex quibus cau. infam. l. auxilium. de minor. l. ferè. ubi Dec. de regul. iur. cap. ult. de ſent. excom. Tiraq. de pœn. cap. 7. Carder. in prac. crim. mih. fol. 246. num. 51. Foller. in prac. crim. parte 4. uerb. pœnis. num. 17. Tho. Gramma. deciſ. 23. Petr. à Pla. lib. 1. delic. cap. 32. d l. infans. de ſica. cap. 2. de delic. puero. l. unic. C. de fal. mon. Dd. præall. loc. e l. 28. §. ſolent. f l. 9. §. fin. l. 14. hoc t. l. 3. & 5. C. eod. g d. l. 17. §. perſona. h d. l. 16. §. locus.
i §. atrox. Inſt. de iniur. k d. l. 16. §. fin. l d. l. 16. §. tempus. m d. l. 16. §. qualitate. n d. l. 16. §. quantitas. o l. ſeruos. 8. ubi gloſſ. & Bald. C. ad l. Iul. de ui pub. l. capitalium. 28. §. graſſatores. hoc tit. Auth. qui ſemel. ubi Bald. C. quomodo & quan. iud. Dec. in l. bona. 57. num. 7. & 8. de reg. iur. Saelic. in l. adult. 5. num. 5. & 6. poſt gl. C. de adult. p Cic. Quint. &c. q l. rem non nouam. 12. C. de iudic. c. ſi forte. 11. ubi Dd. de elect. in 6. r d. l. 16. §. euentus. s d. §. euentus. l. 15. qui cum telo. C. de ſicar. t ad l. Cor. de ſic. u l. ſi pœna. 20. h. t. x d. l. 6. §. pen. l. 28. §. famoſos. h. tit. numer. 21. Plato in Gorgia. y d. l. 28. §. famoſos. z l. diuus. 7. de iur. patron. Bald. in Auth. ſed nouo. num. 4. C. de ſeru. fugitiu. a Luc. de Penn. in l. j. C. de ſer. & occult. lib. 12. Dec. in l. fauorabilioribus. de reg. iur. Tiraq. in tract. de pœn. cau. 64. uide Boſſ. in prac. crim. de exc. ſen. num. 25. b Dec. in l. bona. 57. de reg. iur. Bart. in l. ſi cui. §. fi. de accuſ. Fel. in c. ſicut. num. 4. de teſtib. Catalyn. de ſyndicat. num. 97. c l. ſunt quidam. 17. & paſſim. h. t. d infr. de bon. dam. e uide Dd. l. poſt contractum. de donat. f dixi ſup. de teſta. g ſupr. de nup. h l. 1. ubi Dd. C. de hæred. inſtituen. i §. deportatis. in Auth. de nupt. Salic. & Dd. in Auth. ſed hodie. C. de donat. ante nupt. k Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcr. l Chaſſ. in Rubr. de iuſti. & de confiſca. m l. 2. & 3. C. ſi reus accu. l. defuncto. de publ. iud. l. ex iudiciorum. de accuſat.

BIU Cujas

gratia (ut uocant) seu remissio à summo Principe facta [a] (quanquam eandem potestatem duces & barones quoq; usurpent [b]) item præscriptio 20. annorum, quæ pœnis omnibus temporalibus, non etiam spiritualibus [c] præscribit, & officium [d] iudicis atq; accusationes excludit [e] regulariter omnes: nisi cum certæ breuioribus spacijs sunt circumscriptæ, ut iniuriarum [f], adulterij quæstio [g], &c. Quin etsi præscriptio non sit completa, tamen diuturnitas temporis pœnam solet alleuare ac mitigare [h]: ut & ira [i], dolor [k], furor [l] etiam post commissum superueniens [m], ebrietas [n], ætas [o] etiam senilis [p], sexus [q], imperitia [r], rusticitas [s], ignorantia iuris [t] & facti [u], culpa etiã lata [x], dolus minor [y], affectio consanguinitatis [z], pœnitentia [a], spontanea confessio [b], suiq; indicatio [c], dignitas [d], nobilitas [e], paupertas [f], necessitas famis [g], iussum domini aut superioris [h], metus [i], euentus non insecutus [k], scandalum publicum [l], consuetudo [m], multitudo [n], merita publica [o], insigne artificium [p], uita antè bene acta [q], officium [r], restitutio [s], mutua compensatio [t], & si quæ sunt causæ similes [u]: quibus deficientibus, constat iudicem pœnam lege, consuetudine uel statuto definitam tollere, alterare aut mitigare non posse [x].

a infr. & C. de sent. pass. & restit. & t.t. de abolit. uide Chass. in cõsuet. Burgun. tit. de iustic. §. 5. uerb. s'il n'a grace. uide Tiraq. de pœn. num. 9. 10. ii. 12.

b Cyn. in l. seruos. in fi. C. de ui pub. Tiraq. de pœ. num. 12. in proœm.

c Spec. de sent. §. quoniã. num. 9.

d Bald. in l. 1. num. 2. & 3. de his qui sunt sui uel alien. iur. ubi tamen contrarium concludere uidetur.

e l. querela. 12. Cod. de fals. Boer. decis. 26. cum hæc quæstio. par. 1. uide Spec. de sent. §. quoniam. n. 92.

f l. si non conuicij. C. de iniur.

g uide l. adulter. 5. C. de adulter.

h gl. & Dd. in l. si diuturno. 25. h. t. & in l. querelam. Cod. de fals. Tiraq. caus. 29.

i l. 3. ff. de diuor. l. si non conuicij. C. de iniur. l. unic. c. si quis Imp. maled. uide Dec. & Dd. in l. quicquid. de reg. iur. Tiraq. de pœn. caus. 1.

k l. aut facta. §. causa. de pœn. l. maritus. §. lex Iulia de adulter.

l l. diuus. de off. præs. l. insans. de sicar.

m Bal. Alex. Ias. in l. furiosum. C. qui testam. fac. et l. humanitatis. ubi Aretin. Cod. de imper. sub. Hipp. in l. j. de sicar.

n l. omne delictum. §. per

1 Continuatio.
2 Qui quorum bona, quando, ex qua causa confiscent.
3 Forma publicationis.
4 De iure panniculariorum, & explicatio l. pen.
5 Liberis damnatorum quid debeatur.
6 Quid hodie circa publicationem seruetur.

De bonis damnatorum. Tit. XX.

1 ADnectitur † grauioribus pœnis publicatio bonorum, ut omnes animi & corporis cruciatus,
2 Cic. [a] teste etiã egestas ac mendicitas consequantur. Bona † autem publicantur, id est, rediguntur in fiscum publicum, à magistratu summæ potestatis [b], cũ aut uita adimitur, aut libertas, aut ciuitas [c]: ut in deportatione [d]. nam qui ciuitatem non amittunt, ut relegati, bona retinent [e]. Non tamen statim ut quis in carcerem ductus est, spoliari debet, sed post condemnationẽ [f]: nam antè reus etiã alie-
3 nare potest [g]. Etsi † autẽ in publicatione diligẽs omnium bonorũ facienda est inquisitio & annotatio:
4 tamen in eam panniculariã nõ ueniunt. Panniculariã † autem à panniculis dicta sunt, hoc est, sordidis & uilibus pannis, quibus plerunq; rei induebantur, & quod opus erat pecuniæ in quotidianum usum gestabant: unde & pannosi appellatio. Vlp. [h] Panniculariã, inquit, sunt ea quæ in custodiam acceptus secum attulit, spolia quibus indutus quis est, cum ad supplicium ducitur, ut & ipsa appellatio ostendit. Itaque panniculariã causa, quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. Non enim bona damnatorũ panniculariã significare, probè quis dixerit: neq; si zonam (qua circumferri maioris summæ pecuniæ solent [i]: unde prouerbium, Zonam perdidit) circa se reus habuerit, protinus aliquis ex magistratu aut apparitoribus sibi uendicare, sed in fiscum redigere debebit: sed uestem qua is fuerit indutus, aut nummulos in uetralem, siue, ut alij legunt, uentralem aut lateralem [k] (sacculi genus id est) uictus sui causa in promptu habuerit, aut leues annulos, id est, qui rem nõ excedunt aureorum quinq;, ex quo æstimatio furtorum quinq; aureos excedẽtium, de quà suprà dictum est, sumpta uideri potest. Hæc itaq; panniculariã sunt, & retineri possunt. Sed si quis gemmam magni precij in digito, aut chirographum magnæ summæ in sinu habuerit, nullo iure illud in panniculariã ratione tenebitur, sed in fiscum referendum est. Panniculariã autem nec speculatores, neq; optiones, id est, optati & allecti ad custodiam captiuorum agendam [l], & cõmentarienses, hoc est, præfecti carceris, qui nomina captiuorum in commentarios referunt [m], uendicare debent. sed ad ea seruãda sunt quæ iure præsidum sunt eroganda: ut est chariaticum quibusdam officialibus subscribere, id est, donatiuum aliquod, seu χαριστήριον officialibus in charta nomine gestæ bene rei, aut pro honorario chartarum seu scriptionum [n], subscribendo petito ab his in libellis salario definire atq; assignare, aut ad aliam officij necessitatem erogare. Plerique

uinum. de re milit. c. sanè. c. inebriauerunt. 15. q. 4. Bald. in c. crapula. de uit. & ho. cler. uide latè Tiraq. de pœn. caus. 6. o l. auxilium. de minor. l. j. §. impubes. de S. C. Claud. l. ferè. de reg. iur. p l. si quis in graui. §. ignoscitur. de S. C. Syll. l. 2. de term. mot. c. tanta. 86. dist. c. tanta. 1. quæst. 7. gl. & Dd. in l. quid ergo. §. pœna. de his qui not. infam. l. etsi. C. eod. Gand. de pœn. Tiraq. caus. 8. q l. sacrilegij. de pecul. c. sicut. de homicid. c. si adulterium. §. stuprum. §. fratres. de adulter. c. indignantur. 32. quæst. 6. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. ma. est. Bald. in l. quicunq;. C. de seru. fug. Tiraq. caus. 9. r l. de sertorem. §. si plures. de re mili. l. qui cum uno. §. ult. eo. tit. Barb. in rep. C. qui admitt. Roman. consil. 228. 251. Bald. & Ias. in l. j. C. de summ. Trinit. Tiraq. caus. 10. & latè caus. 44. s l. si quis. 8. de iurisdict. l. 2. si quis in ius uoc. t gloss. in l. plagij. C. ad l. Flau. de plagiar. uide Ias. & Dd. in l. j. de leg. Tiraq. caus. 11. u l. j. §. diuus. de sicar. l. absentem. §. ult. de pœn. l. Metrodorum. l. respiciendum. §. delinquunt. de pœn. l. 3. §. sed enim. l. si fortuito. de incend. ruin. Tiraq. caus. 13. x l. j. §. 1. l. in lege. de sicar. Auth. consil. 283. Ias. in l. j. de legib. Tiraq. caus. 14. 42. y Bald. Salic. in l. etsi. C. de his qui not. infam. Alexan. consil. 144. post redditum. lib. 2. & consil. 160. uisis. lib. 7. per l. j. C. de fals. monet. Tiraq. caus. 15. z l. 2. de recep. l. j. C. de his qui latro. Tiraq. caus. 20. a Hip. in l. qui falsam. de fals. Tiraq. caus. 28. b l. j. C. ne tut. uel cur. uecti. Authent. sed nouo. C. de pœn. iud. c. ult. de fur. d. edicto. de iur. fis. Tiraq. caus. 30. c l. edicto. de iure fisc. l. 3. de alien. iud. l. in eos. de custod. reor. Tiraq. caus. 30. numer. 2. d l. sacrilegij. de pecul. l. ult. de incend. l. annonam. l. ult. de sepul. uiol. l. j. de abig. Tiraq. caus. 31. e secundum tamen l. quædam. de pen. & distinctionem Tiraq. caus. 31. num. 18. cum sequen. f l. illicitas. §. ult. de off. præsid. Tiraq. caus. 32. g c. si quis propter. de fur. c. quoniam. de simo. Tiraq. caus. 33. h l. seruos. ubi Bal. C. ad l. Iul. de ui publ. l. 2. de sepul. uiol. l. unic. C. si rect. prouin. ubi gl. Tiraq. caus. 34. 35. i c. sacris. de his quæ ui met. caus. Bald. in §. iniuria. uerb. furtum. de pact. iur. fir. Tiraq. caus. 36. k l. j. de extr. crim. Dd. l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. uide latè Tiraq. caus. 37. 38. 39. 40. d l. qui cædem. de sicar. Tiraq. caus. 46. m gloss. & Dd. in c. cum uenerabilis. uerb. migrasse. de consuetu. Tiraq. caus. 42. n c. ult. de transl. c. latores. de cler. ex. Tiraq. caus. 47. o l. non omnis. §. ult. de re milit. l. 2. §. postea. de orig. iur. Tir. caus. 49. p l. ad bestias. de pœn. Tiraq. caus. 50. q l. non omnes. in princ. de re milit. Alex. consil. 121. uisa. lib. 7. Tiraq. caus. 51. r Tiraq. caus. 58. l. tres tutores. ubi gloss. de admin. tut. s Tiraq. causa. 60. per l. qui ea. de fur. l. quis sit. §. 1. de ædilit. edict. t l. uiro. solut. matr. gloss. Bartol. & Dd. in l. j. §. cum arietes. si quadrup. paup. Tiraq. caus. 62. u uide de his Tiraq. in d. elegantiß. tract. de pœn. x l. j. §. 1. ad senatusconsultum Turpil. l. seruos. 8. Cod. ad l. Iul. de ui pub. Cod. de causis. de off. deleg. c. licet. de pœn. l. si quis reum. de custod. reor. l. sacrilegij. de extr. crim. l. non poterit. 65. de furt. l. ordine. 16: ad municip. Tiraq. latè de pœn. in princ. a in Cat. b l. unic. C. ne sine juss. Princ. c l. 3. infrà de interd. & rel. d. l. j. in princ. hoc tit. e l. j. §. relegatorum. §. ad tempus. infrà de interd. & releg. f l. 2. hoc tit. g l. post contractum. de don. h l. diuus. 6. hoc tit. i Gell. lib. 17. cap. 12. k uide Russar. hìc ad l. diuus. 6. l Budæ, in l. fin. de iur. immu. uid. Cuiac. lib. 6. cap. 33. m l. 4. de custod. reor. n uide Cuiac. lib. 4. cap. 18. & lib. 6. cap. 23.

BIU Cujas

riq; tamen præsidum etiam inde corrasas pecunias ad fiscum transmiserunt: quod perquàm nimiæ diligentiæ est, cum sufficiat, si quis non in usus proprios uerterit, sed ad utilitatem officij patiatur deseruire [a]. Et hæc obtinent, si liberos damnatus non habeat. Nam † ijs dimidia bonorum pars cedere debet [b], ut & parenti peculium [c] & patrono id quod habiturus esset, si libertus in quem est animaduersum, sua morte decessisset [d]. Sed † nouissimo iure bona non publicantur, si existant agnati ad tertium usq; gradum, excepto læsæ maiestatis crimine [e]. quod & olim in antiqua Rep. obtinuisse uidetur [f]: hodieq; apud Sax. plerunq; seruatur. at contrà apud Gallos, *qui confisque le corps confisque les biens* [g]: quod accipiendum est de bonis damnatorum proprijs, non alienis, quæ domino reddenda sunt [h]: item de allodialibus, non feudalibus [i], nisi ob Feloniam: aut quando in uniuersitate uelut pars territorij publicantur [k]: neq; in ijs quæ ante damnationem alteri quæsita [l], uel post eam reo acquisita sunt [m]. quibus deportati atque alij pœnæ serui ad uitam utuntur [n], morientes, quia hæredem habere nequeunt, fiscum locupletant [o]. relegati uerò & qui libertatem ac bona retinent, integrè perfruuntur, sic ut & ad hæredem ea transmittant, quem habere possunt [p]. id quod uoluit Paulus [q], cuius responsum, ut alia nonulla, ad hunc titulum desideratur [r].

5 6

a l.pen.h.t.
b l.j.l.fi.h.t.l.fi.C.eod.
c l.3.C.eod.
d l.fi.§.1.h.t.
e d.Auth. bona damnatorum.l.si quis.C. maiest. uide ord.Imp.
f Cic.de inuent.lib.2.cap. 11.& ad Heren.
g uide Chass.Boer. & alios in cons. Burgun. & Gall.tit.de confiscat.
h l. interdum. §. qui furẽ. ubi Bar.de furt.§.oportet. in Auth. ut iud. sine suff. §. illud. in Auth. ut bon.l.si ab eo.de calum. Bal.in l.3.C.de cond. ob tur.caus. uide Land. lib. 2.artic.3. & art. 25. & 26. ubi gloss. uide latè Chass.in consuet. Burg. de confisc.§.2.
i Bart.& Dd. in l.si finita.§.si de uecligalib.ubi Dd. de dam. inf. Iacob. in tract. feud. uerb. dicliq; uasalli.num.61.63. Curt.in eo.tract.5. parte.quæst.ult.nu. 15. Zas. parte 10.
k Ias.in l.serui. §. Labeo. nu.9.de leg.1.Land.art. 38.lib.1. tot. tit. in quib. caus.feud. amit. & quæ fuit princip. caus. ben. amit.cum simil.ubi dixi.
l uide Dd. in l. post contractum. de donat. in l. Gallus. §. & si tantum. de lib. & post. fac.l. ult. de pact.cum simil.
m l.si mandauero.22.§.is cuius mandat.
n l.1.C.de hære. instit. ubi Dd.
o l.2.C.de bon. proscr.
p ad l. si mandauero. Cuiac.obs.lib.6.c.23.
q l.ult.§.ult.h.t.
r l.8.9.10.11.h.t.ut ex Basilico. h. t. apparet.uide Cuiac.obser. lib. 6.c.23.

De bonis eorum qui ante sententiam uel mortem sibi consciverunt, vel accvsatorem corruperunt. Titul. XXI.

1 *Summa tituli.* 2 *Explicatio l.2.* 3 *Explicatio l.fin.*

PRo † confessis & illi habentur, eorumq; bona perinde ac damnatorum publicantur, qui ante sententiam, post accusationem tamẽ institutam, uel cũ in scelere sunt deprehensi [a], aut sibi ipsi mortem consciuerunt (uidentur enim cõscientiæ metu id fecisse [b], si tamẽ eo crimine innexi fuerint, ut conuicti bonis carerent [c]: aut corrupto aduersario obierint diem [d]. Qui enim paciscitur, de delicto cõfiteri uidetur [e]: nedũ ille qui corrupit aduersarium, ut eius præuaricatione absoluatur, confessus uideri debet. Quare † eos qui à latronibus inter cõscios nominati corruptis accusatoribus diẽ obierint, cũ conscij leuius puniri soleant quàm latrones, qui nec ipsi capitali supplicio afficiuntur, nisi sint famosi [f], ut cõfessos de crimine, nõ relinquere, iustam scilicet, & præsumptiuè, defensionẽ hæredibus, ratio. nis est [g]. nam hæredes suscipere causam posse, postea dicetur. Cæterùm in capitalibus, ubi uita in discrimen uocatur, licet sanguinẽ suum paciscendo, & qualitercunq; redimere [h]. Quanquam † autẽ qui post accusationẽ mortem sibi consciscit, & qui super iudicio nõ capitali paciscitur, uideatur crimen fateri, tamẽ ea præsumptio cõtraria probatione potest tolli [i]. Quare si hæredes uelint causam suscipere, audiendi sunt [k]: qui si probẽt, ex alia causa mortẽ conscitam, puta tædio, uitæ impatientia [l], &c. aut defunctum innocentẽ fuisse, neq; conscientiæ metu depectũ esse, bona erunt publicanda [m], sicuti D. Pius Taurino rescripsit: si parati sint hæredes defensionẽ suscipere, bona nõ esse publicanda, nisi de crimine fuerit probatum [n]. Probatum autẽ de crimine hoc casu intelligitur, cũ hæredes præsumptionẽ iuris ex morte cõscita captam (quod enim illicitè fit, malo animo præsumitur factum [o]) contrarijs documentis refellere nõ possunt [p]. Attamen incarceratum nõ sibi manum intulisse, sed aliunde & culpa custodum, mortẽ oblatam esse, præsumptio est [q]. quæ & ipsa præsumptio hæredes in probãdo alleuat, donec magistratus & custodes sese purgẽt: qua purgatione facta, luere nõ debent, si quid atrocius in se captiuus statuerit [r]. Atq; hæc quidem isto iure rationem habent. Nouo, quia Iustin. bonorum publicationem in damnatis sustulit [s]: uidetur multo magis eam in bonis istorũ, qui sibi desperatione aliqua, & diabolorum homicidarũ instinctu uim intulerũt, cessare oportere [t]. Atq; ita apud nos Sax. memini iudicatũ [u].

1 2 3

a l.in fraudem.45.§.2. & 2.de iur.fisc.l.ult.& to. h.t.l.j.& 2, C.eo.
b d.l.ult.§.1.
c d.l.ult.§.idem rescripsit.
d l.1.& 2.h.t.
e l.5.de his qui not.inf.
f l.capitalium.28.§.grassatores.supr.de pœn.
g l.2.hoc tit.uide Cuiac.lib.6.cap.24.qui negatiuè legit, rationis non est. h l.j.h.t.l.transigere.C.de transi. i l.continuus.137.§.cum ita.de uerb. oblig.
k l.fin.§.fi.hoc t.l.eius.de iu.fis.uide Cuiac.lib.6.cap.24. i d.l.fi.§.idem. m l.2.C.qui test.fac. n d.l.fi.§.fi.h.t. o l.j. C. unde ui. l. si non conuicij.C.de iniur. p d.l.fi.§.1.iunc.§.fi.in uerb.innocentem defunctum ostendi. q gl.in l.cum ea.§.species.uerb.hæredis.de legat.2.l.pen. C. de cust. reor. Ang.in tract.malef.uerb.carcerari iußit.Par.de Put.in tract.synd.uerb.an potestas. r Bal.in l.quemadmodum.29.§.magistratus.numer.4. ad l. Aquil. s Auth.bona.C.de bon.dam. t ord.Imp.c.135.Schneid.§.iuris præcepta.num.6.Instit.de iur.na. u ex art.31.lib.2.Schneid. præall.lo.ubi dixi. a l.j.h.t. b l.4.l.relegatorum.7.§.fine.h.t. c Cic.ad Heren.lib.2.Tac.lib.1.Cuiac.lib.6.cap.25. d l.5.h.t. e l.7.§.constitutum. hoc tit. f d.l.7.§.sunt.& §. interdicere. g d.l.7.§.hæc est.

De interdictis, & relegatis, & deportatis. TITVLVS XXII.

1 *Continuatio: & relegatos ciuitatem retinere.* 2 *Diuisio exiliorum.* 3 *Forma relegandi.* 4 *Forma deportandi.*

SEd † publicatio bonorũ cessat interdictis & relegatis [a]: quia ciuitatẽ Rom. & per consequens ius testandi retinent [b]. Interdicti & relegati ab exulibus distant. Exilium enim propriè aquę & ignis interdictionem significat [c]. Cuius in locum hodie successit deportatio. quanquam ὑπερτέλεια omnes relegati, exules dicantur. Quo † sensu exilium triplex esse uult Marc. [d] aut enim est certorum locorum interdictio, quæ & lata fuga appellatur: ut cum alicui patria interdicitur. is enim extra patriam ubiuis gentium, excepta urbe Roma, quæ & ipsa communis patria est, commorari potest [e]. aut omnibus locis præter unum interdicitur, aut est insulæ uinculum, id est, relegatio in insulam. Relegare autem in eam insulam magistratus potest quæ sub se est, & non in aliam: sicuti interdicere ea prouincia quam regit, potest, alia non potest [f]. Relegatio † autem aut fit ad tempus, quo casu bona adimi nequeunt [g]: aut in perpetuum,

1 2 3

BIU Cujas

perpetuum, & tunc pars bonorum expressim (nam tacitè non sequitur relegationem, uelut deportationem publicatio) adimi potest [a]. Aliud † autem est in insulam deportare, quàm relegare [b]: nam deportatio ius ciuitatis & bona adimit [c], ideoque ne præsidibus quidem prouinciarum licet inconsulto Principe pœnam hanc irrogare [d]. Quod autem de relegatis seu interdictis diximus, id multo magis in leuioribus pœnis obtinet, ut nimirum cesset publicatio [e]. uerbi gratia: Si aliquibus ordine, aut aliquo honore aut negociatione interdicatur: nam muneribus non interdicitur, ne pœna immunitatem tribuat [f]. Multum igitur interest inter exilium seu deportationem, & relegationem, ut etiã exponitur [g]. Illa ciuitatẽ adimit [h], & bona [i]: eoq; supplicium capitale est [k], quod morti comparatur [l]. Relegatio uerò neq; bona [m], neq; ciuitatis ullum ius aufert [n]: quia caput ciuitati non eximit [o]. Quare & Ouidius se non exulem, sed relegatum esse defendit: Nempe relegatus, non exul dicor, &c. sed tantam infamiam irrogat [p], quamdiu ea decreta est [q]. idq; operatur, ut nisi quis relegationi pareat, alibi deprehensus deportari possit [r]. Porrò deportationis in locum hodie apud Sax. successit fustigatio cum relegatione perpetua: quæ tamen nõ adimit bona, ut nec aliæ pœnæ capitales, ut suprà est expositum [s]. Vtrum autem banniti nostri temporis adæquentur deportatis an relegatis, uide apud gl. & Dd. [t].

a l.4.h.t.l.deportatorum. C. de pœn. uide omnino Cuiac.d.cap.25.
b l.eius.8.de testa.
c l.deportatorum.8.C.de pœn.l.6.h.t.
d d.l.c.
e d.l.7.§.pen.l.2.§.12.de bo.dam.Cyn.in fin. Iasnum.4.in l.j.C. de hær. insti.
f d.l.pen.
g Basil.lib.60.cap.54.
h l.quidam.17.de pœn.l.3. l.6.h.t.l.j. C. de hæred. inst l.qui eam.14.§.1. de bon.liber.§.cum autem. Inst.quib.mod.ius patr. potest.
i l.deportatorum.8. C. de pœn.l.tutel.de ca. dim.l. de bonis.6.Cod. de bon. dam.l. bona.39. de iure fisci. l. ea. 98. ubi Dec. Cag.& Dd.de reg. iur.
k l.9. in prin.si quis cautus.
l d.l.9.l.4.qui fatisda.cogan.d.j.§.pen.de bon. poss.cont.tab.
m l.deportatorum.8.C. de pœn.l.si sine.33.§.fi. de admo. tuto.
n l.3.& 7.h.t.
o l.qui cum.14.§.1. de bon. libert.
p l.capitalium.28.§. cæteræ,supr.de pœn.
q l.4.C.ex quibus caus. infam.
r l.4. de pœn.
s ad tit.de bon. damnat.
t §.relegati.Instit.quibus. mod.ius pa.po.sol.Alex. & Dd.l.1.C. de hær.instit.l.ex fron.§.ex facto ad Trebell. & remissiue Cag.d.l.ea.89.numer.11.

De sententiam passis & restitutis.

TIT. XXIII.

1 *Continuatio.* 2 *Quid insit restitutioni.* 3 *Quid liberationi & indulgentiæ.*

1 SEd † pœnæ sæpenumerò aut uiuis aut defunctis remittuntur. Viuis † quidem, cum damnati in
2 integrum aut à lege [a] aut à summo Principe (nec enim inferiores eiusmodi potestatem habent [b])
3 restituuntur: quo casu bona, famam, honores recuperant [c]: aut † indulgentia Principis liberantur à pœna: qua indulgentia remissio pœnæ [d], non autem restitutio bonorum & existimationis intelligitur facta [e], nisi Princeps aliter determinârit [f]. Qua in re & illud quæri solet, an ad bona alij tertio quæsita, & ad fructus interea perceptos, restitutus debeat uideri? Communis distinctio est, ut restitutio gatiæ ad neutrum horum trahatur [g]: restitutio autem iusticiæ & pristini status, in integrum restituat tam quo ad fructus [h], quàm quo ad bona in tertium à fisco alienata [i]. Quæ tamen tertius pro iure dominij consumpsit, imminuit, bona fide donauit, ea exigi fuerit iniquum, cum ne à bonæ quidem fidei possessoribus debeantur [k]: maximeq; id obtinere debet in iurisdictionibus & Baronijs tertio concessis: ne uidelicet restitutione facta, concessiones, iudicia, inuestituræ eorum qui illiusmodi territorijs præfuerunt, cum multorum incommodo annihilentur [l].

a l.de ambitu.Cuiac.lib.7.cap.28.
b l.4.de pœn.l.j.§. fin. de quæst. Bartol. in l.3. de quæst. Bald. in l. seruos. C.de ui public.

De cadaueribus punitorum.

TIT. XXIV.

IN mortuis ex pœna, id humanitatis causa inductum est, ut cadauera cognatis nõ denegentur. Atq; hoc Verri in probris obijcit Cicero [a], quòd sepulturam punitorum denegare aut diuendere sit solitus. Hodie tamen cadauera punitorum non aliter sepeliuntur, quàm si fuerit petitum ac permissum à Principe: qui nonnunquam non permittit, maximè maiestatis causa damnatorum: sicuti etiam nunc suspensorum cadauera non sepeliri, sed ad exemplum in furca relinqui cernimus [b], & antiquissimum id esse comparet [c], etiamsi pòst in lege uetuerit Dominus post solis occasum manere in cruce suspensos: & quamlibet nocentibus non denegari sepulturæ ius humanum & sanctum esse dicit [d]. In reliquis igitur non modò cognatis, sed etiam quibuscunque petentibus ad sepulturam corpora danda sunt [e]: in quibus sæuiri, & executio post mortem fieri [f], arrestatio [g], exhumatio, nisi ob atrox scelus, permitti non debet [h]. Ad anatomen tamen cadauera punitorum, medicis concedi solent [i], ex sola scilicet Principis, non etiam inferioris authoritate. Cæterùm qui priuata hæc temeritate uiolant, arbitrariè puniuntur, pro qualitate delicti. Nam, uerbi gratia, qui suspenso cadaueri digitos abscindit ad usum furti, incantationis, &c. hic proculdubio grauius coercendus erit, quàm qui corpus eius. modi ad salutarem medicinam uel anatomen subtrahit, &c.

c l.capitalium.28.§. cæteræ,supr.de pœn.
d l.4.C.ex quibus caus. infam.
e l.4. de pœn.
f ad tit.de bon. damnat.
g §.relegati.Instit.quibus. mod.ius pa.po.sol.Alex. & Dd.l.1.C. de hær.instit.l.ex fron.§.ex facto ad Trebell. & remissiue Cag.d.l.ea.89.numer.11.

DIGE-

e l.j.hoc tit.l.j.l.antepen.Cod.eod. d uide l.antepenultim.C.eod.Chass.in consuet.Burgund.Rubr.1.de iustit.§.5. uersic. s'il n'a grace.numero 7. e l. frustra.l.si pater.l.generalis.l.tutor.l.cum patrem.l.si ademptus.l.si insulam.C.eod. f l.si debitor.C.eod.l.2.& 4.hoc tit. g gloss. Bartol.& Dd.præsertim Iason.numer.70.in l.Gallus.§.& quid si tantum.de lib.& posthum. h uide supr.de minor.& l.uideamus.§.in Fauiana.de usur. cap.grauis.de restit.spol.Roma.consil.454.Chass.in consuet.Burgund.Rubr.de feud.§.12.in princ.numero 20. i Iason in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.numero 73.per l.1.§.fin.de quæstion.l.quòd si minor.§.Scæuola.de minoribus. k uide supr.de pet.hæred. l uide l.Barbarius.ubi Dd. præsertim Iason. numero 60. cum seqq.de off.præt. a in Verr. b gloss.Landtr.lib.1.artic.53.l.capitalium.§.famosis.de pœn.Par.de Put.in tract.syn.uerb.mortuus,cap.1.numero 3.& uerb.furcarum erectio.numer.1.contra legem Mosi Deuteronom.21.in fine.uide omnino Couar.uar.resol.li.2.cap.1.numero 11. c ex Genes.cap.40.19. d lex Græca Cod.de hæret.quam restituit Cuiac.obs.12.cap.30. e l.ult.hoc tit.uide Bald.in cap.1.§.iniuriæ.de pact.iur.fir.Chass.in consue.Burgund.Rubr.2.§.1.uerb.il.confisque.numero 8.qui dicunt iudicem peccare mortaliter,si deneget. f Bald.in l.sororem.10.in fin. Cod. de his quibus ut indig. Gundiss. tract.de hæret.quæst.22.numero 4.Dec.in l.pupillum.111.§.in hæredes.numer.2.de reg.iur.Iason.Bald.Angel.& Dd.in l.2.C. qui testam.fac.Hippol.in l. ult. de quæst.Boss.in pract.crim.de exer.sentent.numer.18.fac. l.1.§. quoties. ubi Imol. de iniur. & in l. defuncto.ubi etiam Angel.sub.de pub.iud. g tot.t.in Authent.ut defunc.seu corp.& §.meminimus.in Authent.ut cum de appel.cog.l.si quis sepulchrum. §. hoc edictum. de relig. h l. ult. ubi Bart. & Dd. de sepul.uio.Innoc.in c.certificari.9.de sepul.l.ossa.ubi Bald.de relig.& in l.principaliter.C.de lib.caus. i Bart.quamuis non decidit.in l.ult.hoc tit. Chass.in consuet.Burgund.Rubr.2.§.1.uerb.il.confisque.numer.8. Aran.in c.2.in fi.de fer. Dec.numer.17. Curt.num.38. Valas.numer.17. Sapia.numer.11.in l.Imperium.de iuris.om.iud. Iul.Clar.lib.5.§.ult.quæst.ult. Anto.Gomez.resolut.lib.3.c.14.& ult.

BIU Cujas

DIGEST. LIBER XLIX. DE APPELLATIONIBVS ET RELATIONIBVS. TIT. I.

1 Continuatio.
2 Appellare quid significet.
3 Quid sit appellatio.
4 Quid referre & relatio.
5 Species appellationum.
6 Causa efficiens: unde introducta appellatio.
7 Qui appellare possint.
8 Materia: à quibus sententijs & actibus tam iudicialibus quàm extraiudicialibus possit appellari.
9 Forma: quomodo instituendæ appellationes.
10 Finis & effectus.
11 De pœna temerè appellantium.
12 De relationibus.

ABSOLVTIS † iudicijs omnibus, tam pecuniarjs quàm criminalibus, consequens est, ut 1
de appellationibus dispiciamus: quæ ultimo loco in iurisdictione omni interponi solent, ut aut iniquitatem, aut imperitiam iudicantium corrigant [a]. Appellare † uaria significat. 2
Appellari enim debitor dicitur, qui de solutione interpellatur [b]: & puella, cuius attentatur pudicitia [c]. Sed in iure propriè appellare eum dicimus, qui auxilium à superiore, aduersus alterius magistratus iniuriam implorat [d]. Quare appellare simpliciter ij dicũtur, qui ab inferioris iudicis sententia, tanquam iniusta, ad superiorem prouocant, obtinendi iuris sui gratia. Est † igitur 3
appellatio, ab inferiore iudice ad superiorem gradatim facta prouocatio, ut is causam antea quidẽ cognitam, sed ut appellans intendit, iniustè definitam denuò cognoscat, & sententiam prius latam in melius reformet. Referre † inter alia significat idem quod denuò agere uel iterare, aut renouare aliquid: 4
quo significatu Terent. in Hecyr. referre comœdiam, & Cic. lib. 3. de Orat. referre mysteria dixit. Hinc referre rem iudicatam, est retractandam cognitioni alterius subijcere: quo modo Cic. usurpat in Ora. pro domo sua. nec multum in hac significatione abest à uerbo appellandi. Crebrius tamen referre pro eo accipitur, quod est in deliberationem proponere: ut Cic. sæpissimè referre ad Senatum dicit, pro eo quod est proponere Senatui rem deliberandam consultandamq;. hinc relatio in iure propriè est remissio causæ ad superiorem: cum uidelicet super re dubia superior, puta Princeps consulitur, & quid seruari in iudicando uelit, interrogatur [e]. Quare idem in inscriptione huius tituli significat relatio, quod in eodem tit. Cod. cõsultatio. hæc enim synonyma sunt, & promiscuè usurpantur [f]. Appellatio species imperij magis est quàm iurisdictionis [g], quæ uel iusta uel iniusta [h]. Species † appellationum Bar. [i] tres 5
posuit: interiudicialem, uidelicet interpositam ab interlocutoria: iudicialem, à definitiua: & extraiudicialem. Alij [k] quatuor malunt: anteiudicialem, quæ fit ante litis contestationem [l]: intraiudicialem, quę post litem contestatam ante sententiam [m]: iudicialem, à sententia definitiua: postiudicialem, quæ post rem iudicatam, ab executione [n]. Sed hæ temporibus tantum differunt. Quare satius est duas tantum tradi species, uidelicet iudicialem & extraiudicialem: quarum illa à sententia, hæc ab actibus & decretis extraiudicialibus interponitur [o]. Appellationis † usum in repub. Rom. fuisse antiquissimum, argu- 6
mento est historia Horatij apud Liuium lib. 1. Hic enim ob interfectam sororem perduellionis à duumuiris damnatus, ad populum prouocauit, & absolutus est. Appellandi usus, inquit Vlp. [p] quàm sit uetus, frequens, quamq; necessarius, nemo est qui nesciat, quippe cum iniquitatem iudicantium uel imperitiam corrigat. Quare apparet usu magis quàm certa aliqua lege appellationis beneficiũ esse inductum, cum ratio cõmunis ostenderet, oppressos aut iniquitate aut inscitia iudicis, esse auxilio dignioris magistratus subleuandos. Appellare † autem possunt, qui condemnati sunt, siue unus, siue plures [q], 7
siue suo nomine, siue alieno: puta procuratorio, tutorio, &c. sint damnati [r], dum ne tamen ex contumacia [s]. Sed & ij qui non condemnati sunt, dummodo eorum interfit sententiam retractari, rectè appellant [t]. Qua ratione placuit, pro eo qui ad supplicium ducitur, quemuis prouocationẽ interponere posse [u]: quasi omnium interfit innocentes defendi, & hominem hominis beneficio affici [x]. Hoc casu excepto, externorũ appellatio non admittitur, ut nec seruorũ, qui personam standi in iudicio legitimã non habent [y]: quare eorũ nomine domini appellant [z], quamuis in filijs fam. aliter obseruetur [a]. Materia † ex 8
qua, uel à qua potius appellationes procedunt, sunt sententiæ definitiuæ, eæque ualidæ. nam à nullis & inualidis frustra appellatur [b], cùm ipso iure corruant: quamuis in dubio nullitas appellationi, per alternatiuam coniungi possit [c]. Dixi de definitiua: nam ab interlocutoria iure ciuili non appellatur [d], ut nec à sententia possessionis, quæ formã interlocutoriæ habet, cum momentanea sit, & iniuria per eam facta possit in causa proprietatis, citra appellationem emendari [e]. Est autem momentaria possessionis causa, iudicium spoliationis [f], quod summariè & uelut in momento expediri consueuit [g]: nec eam causam omnia possessoria iudicia complecti, ex eo intelligi potest, quòd diserte ab interdicto adipiscendæ distinguatur [h]: & solummodo ad querelam uiolentiæ pertinuisse, in qua cursim spoliatus ante omnia restituendus sit, multis doceri potest [i]. Quare ab interlocutoria, qua spoliatus ante omnia restituitur, non potest appellari: cùm quia eum restitui ante omnia æquum est, tum quòd iudicio uel possessorio uel petitorio, interlocutoriæ iniquitas facillimè corrigatur. A reliquis sanè sententijs iudicij possessorij rectè appellatur, quoniam definitiuæ sunt [k]. Quamobrem & hodie quia non summariè & per interlocutionem (ut olim) sed plerunque iudicialiter & definitiuè, de spoliatione decernitur, ideo etiam in hoc iudicio possessorio, scilicet quãdo momentaneum non est, prouocatio solet admitti. Quòd si porrò talis iniuria per interlocutionem decreta sit, quæ postmodum corrigi nequeat, ut quia personæ cohæret, puta si compedes, carceres [l], quæstiones sint indictæ: hoc casu etiã ab interlocutoria (nam tunc uim & speciem definitiuæ obtinent) rectè appellatur [m]. Sed hæc iure ciuili obtinent. Pontifices autem adeò ius appellationum ampliarunt, ut ex eorum Decretalibus epistolis, à quolibet grauamine liceat prouoca-

a l.j.b.t
b l.fideiussor. 16.§.fi. de fideiussor.
c l.item. 15.§. si quis uirgines. 17. de iniur.
d l.j. circa fin. ex quibus caus. maior.
e l.j.§.1. hoc t. t.t. C. de relat. c. intimasti. ext. eod.
f l.j. in uerb. consultationis. & uerb. relatio. C. de relat.
g Ias. num. 24. Vall. num. 243. in l.3. de iurisd.
h l.13.22.24. b.t.
i hîc in l.j.
k Bald. Auth. de S. Georg. et Cano. in Rub. eẋ. eod.
l c. significante. 34. c. Rodolphus. 35. extrà, de rescript.
m c.1. de dilat.
n l. ab executore. 4. h. t. l. ab executione. C. quor. app. rec. c. quo ad consultationem. de re iud. c. nouit. ext. eo.
o l.j.§. solent. infr. quand. app.
p l.j. b.t.
q t.t. C. si unus ex plur.
r l. tutor. 27. l. ab executore. 45.§. fi. b.t.
s l.j. C. quor. app. non recipi.
t d.l. ab executore. §. alio. l. à sententia. §. si hæres. l. si prolusor. hoc t. l.2. quan. app. sit.
u l. non tantum. 6. b.t.
x l. seruis. 7. de ser. expor.
y l.j. C. de prec. Imp. off. l. uix certis. de iud.
z l. serui. l. Lucius. l. creditor. b.t.

a l. ex consensu. §. filium. hoc t.
b tot. tit. C. quando pro. non est nec. & infr. quæ sent. sine appell. rescr. l. ex consensu. 23. §. 1. l. si expressim. 19. b.t.
c Bart. & cõmuniter Dd. in d. l. si expressim. Inn. in c. cum dilecto. ext. eo. fac. c. constitutus. 8. de in integ. restitu.
d l. ante sententiam. 2. inf. de app. rec.
e l. unic. c. 5. de momẽ. poss.
f l. momẽtar. 8. C. unde ui.
g d.l. momentar. Marã. in Spec. aur. de app. n. 301.
h l. fin. C. qui legit. perso. stan. in iud.
i tit. C. unde ui. l. 1. C. ubi de poss. Symmach. libro epist. 1. Cuic. obs. lib. 1. c. 20.
k gl. 1. & Dd. in d. l. unic. C. si de mo. pos.
l uide Reinh. dif. pœn. 23. per art. 12. lib. 1.
m l.2. ubi Bar. n. 14. j. de app. rec.

prouocare [a]: quod & apud Saxones obſeruatur. Illud etiam ſciendum, non modò à tota ſententia, uerumetiam certis eius capitulis rectè appellari [b]. De ijs quæ extra iudicium fiunt, an appellatio inſtitui poſsit, diſtinctione explicandum eſt. nam quæ formam aut uim ſententiæ iudicialis habent, ab his uerius eſt, poſſe appellari: ut à primo uel ſecundo decreto [c], ab executione [d], conſultatione [e], iniqua interpretatione ſententiæ, facta ab eo qui ius dicere poteſt [f]. Deniq; aiunt noſtri [g], quòtieſcunq; permiſſum eſt iudicis officium extra ordinem implorare, toties ab eius iniuſto decreto & actu illo extraiudiciali, appellationis beneficium eſſe concedendum [h]. Aliàs extra iudicium non prouocatur, ut à ſententia arbitri [i]: etiamſi ὡς πλάτει dici poteſt appellaſſe, qui petit rem ad arbitrium boni uiri reduci. Sed hoc propriè appellare non eſt [k], neque in eiuſmodi locum habent, quæ de appellationibus hîc proponun-
9 tur [l]. Iam de forma uideamus. Appellatio † ab inferiore ad ſuperiorem in proximo ordine [m] facienda eſt [n], ut à delegato ad ordinarium [o]: & alia exempla alibi recenſet Iuſtin. [p] Poteſt autem prouocatio interponi ſtatim poſt ſententiam, apud acta illius iudicis qui pronunciauit: nam coram illo appellandũ eſt [q], & non alibi [r]: niſi iudex A' quo, copiam ſui non faciat, aut propter metum prouocari coram eo liberè nequeat [s]: de quo utile eſt proteſtari [t], non tamen neceſſarium [u]. Appellari autem poteſt aut alternatiuè: ut, Dico ſententiam eſſe nullam, uel ſi eſt aliqua, appello [x]: aut ſimpliciter, uel ſcripto, uel uiua uoce: ut ſi lata ſententia, confeſtim dicat apud acta, Appello [y]: quòd ſi id non ſtatim fiat, ſed poſtea intra decem dies, quod tempus præſtitutum eſt [z] (niſi quando grauamen eſt continuum [a]) ſiquidem à
h definitiua grauioris momenti appelletur, in ſcriptis erit facienda [b]: ſecus, in leuioris momenti negocijs [c]. Appellationem autem ab interlocutoria indiſtinctè in ſcriptis eſſe faciendam, Canones uolunt [d], quibus cauſæ appellationis idoneæ omnes exprimantur. Nam cum ab interlocutorijs appellare non liceat, niſi ex iuſtis cauſis, uoluerunt Canones eas inſtrumento appellationis exprimi, ut inde intelligi ſtatim, iudicariq; poſsit, iuſta nec ne eſſet eiuſmodi appellatio: quare ex ijſdem cauſis, eadem iuſtificari
i debet, non ex alijs [e]: etiamſi appellatio à definitiua inſtituta, etiam ex alijs quàm quæ inſtrumento com
k prehenſa ſunt, argumentis rectè approbetur [f]. Inſtrumentum porrò appellationis, ſeu ut I. C. locuti ſunt, libelli qui dantur appellatorij, ita ſunt concipiendi, ut habeant ſcriptum & à quo dati ſint. hoc eſt,
10 qui appellet, & aduerſus quos, & à qua cuiúſue iudicis ſententia. Finis † appellationum eſt, ut ſententia iniuſtè lata in melius reformetur [h]. Effectus multiplex eſt. nam prouocationem iudex cogitur admittere [i], niſi ex certis cauſis iure exceptis: alioqui punitur [k], & per appellationem ſuſpenditur prior ſententia [l], ita ut non poſsit mandari executioni, aut quicquam nouari pendente appellatione [m], adeò ut ſi quid innouatum attentatumq́ue fuerit, id ſtatim & ante omnia reſcindatur, ſiquidem appellatum ſit à definitiua. Sin autem ab interlocutoria, tunc demum cum approbata fuerit appellatio, & inhibitio facta [n]. Appellatio & illum quoque effectum habet, quòd cauſam reducit ad tempus litis conteſtatæ. Quare illæ exceptiones quæ poſt litem conteſtatam opponi poſſunt, rectè in cauſa appellationis proponuntur, ut peremptoriæ: non etiam hæ quas ante litis conteſtationem proponi neceſſe eſt, ut ſunt dilatoriæ [o]. Eâdem ratione & articulos nouos proponere, non tamen prioribus directò contrarios [p], iure Pontificio (quod in terris Imperij non uſquequaq; recipitur [q]) probationesq́; ut in prio-
11 re inſtantia facere, & non allegata allegare, non probata probare [r] licet: ſcilicet quia hæc poſt litem demum conteſtatam ſolent expediri [s]. Ne † tamen quis per calumniam iudicia fatiget, & citra probabile grauamen appellet à ſententia bene lata, pœna 50. librarum auri, cum exiſtimationis iactura, in temerè prouocantes eſt conſtituta [t]. Sed hæc pœna, utpote grauis & prædura, moribus antiquata eſt: certè iure Canonum tantum in expenſas temerarius prouocator cõdemnatur [u]. Iure noſtro Sax. præter expenſas, 30. ſolidos parti aduerſæ, mulctam uerò arbitrariá iudici pendere cogitur [x]: quod tamen in curijs non ſeruatur, ſed iuxta ius Pontificium ſolummodo expenſarum damno mulctari ſolet. Alijs in lo-
12 cis, ut in Gallia & Belgico, certæ pœnæ pecuniariæ conſtitutæ ſunt. Iam † de relationibus altera huius Tituli parte pauca dicamus: quarum alia cauſa eſt quàm appellationum. nam non poſt, ſed ante ſententiam interponuntur [y], niſi in cauſis criminalibus [z]. Eſt autem relatio, cum iudex de iure dubitans (nam in ambiguitatibus factorum improbata eſt relatio) Principem conſulit, quid in iudicando ſit ſequendum [a]. Conſultationis autem exemplum partibus ædendum eſt, ut ſi fortè relatio alicui minus plena uideatur, opponere ſuas rationes, & refutatorios libellos Principi offerre poſsit [b]: quod & iudices in petendis hodie, à ſede aliqua, ut loquuntur, ſcabinali ſententijs, facere conuenit.

H A' QVI-

a c.1.c.cum Romana.3.de appel.in 6.cle.appellandi.5.eod.

b l.etiam.30.§.ex cauſa. de minor. gloſſ. in l.fin. ad uer. iudicatis, Codic. eod.

c Bald.in l.2.nu.15.& 16. C.de epiſc.audien.

d l.ab executione.C.quor. appell.

e l.1.§.1.h.tot.tit.C.de re lat.

f l.ab executore.h.t.

g Bar.nu.4. Ang.in l.fin. ff.de appell.recip.

h l.1.§.ſolent. ff.quan.appell.ſit.c.cum ſit Romana.5.ext.eod.gl.in cle.1. in uerb. oneramus. de iur.patro.

i l.1.C.de rec.arb.

k Dd.in d.l.1. & 2. C. de arb. Barto.in l.1.ff.eod. tit.cano.7.cap.dilecti. de arb.

l Cano.in cap.boni.51.& cap.cum ſit Romana.5. ext.eod.

m cap.dilecti.66.ext.eod.

n l.1.§.ſi quis. l. Imperatores, hoc tt.cap.Romanarum.de app.in 6.

o l.1.§.ultim. infr. quis & à quo.

p l.præcipimus. l.in offerendis.C.eod.

q gloſſ.in cap.ſuggeſtum. 15.ad uerb.in uocem. de appell. & in cap.appellatio.eod.lib.6. lex in c. fin.de appell.

r cap.ut debitus. cap.cum ſpeciale.cap.fin.ext.eodem.

s l.2.& tot.tit. Codic. de his qui per met. cap.fin. ubi Dd.extr.eod. uide Bart.& Iaſ. in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.de oper.nou.nunciat.

t Bald.in d.l.2. Bart.in d. l.de pupill. §.ſi quis. Ca

uo.in d.c.fin. u Iaſ.in d.§.ſi quis.num.2.Dec.num.12.Cag.numer.9.& 10.in l.in omnib.39.de regul.iur.idem Dec.in cap.fin.extr.eod. & conſil 356. in cauſa.num.4.ex doctrina Alexan.in l.2.§.quod diximus. ſi quis cautio. x Bar.in l.qui teſtamento.§.idem quæro.num.7.de excuſ.tutor. y l.2. hoc tit. l.litigatorib.l.eos.§.ſin autem.& §.fin.C.eod. z uide C.de temp.appell. a cap.ex parte.de appell.Bald.in l.addictos.num.2.& 3.C.de epiſc.audien. Spec.de appell.§.reſtat.num.6.Iaſ.in l.ita.13.num.5.C.de procurat. b l.3.hoc tit.Bar.& Angel.in l.litigatoribus.C.eod. c Bald. in l. at in maioribus. C.eod. d cap.corde.de appell.lib.6.Alexan.poſt Bart.in l.eius.infr.de recip.appell.Bald. & Angel.in l.patris.de uulg.& pup. e cle.de appellante. de app.gloſſ.in cap.cum Eccleſia.cap.ut debitus.extr.eod.Reinhar.differ.iud.35.Chilia.in pract.cap.105. f Barto.in l.ſi mater.§.final.de exec.rei iudic. Chilia.in pract.cap.106.per l.per hanc.C.de temp.appell.tot.tit.an per alium cauſ.appell. g d.l.1.§.final. h d.l.1.in princip. i l.ultim.infr.de appell.recip. k l.quoniam.C.eod. l l.furti.6.ſupr.de his qui not.infam. m infr.nihil nou.appell.pen.l.5.infr.de appell.recip. n cap.non ſolum. eo.in 6.cap.ſignificantib.49.eod.gloſſ.in cle.2.ut lit.pend.uide Lanfran.in cap.quoniam.uer.appellationib.numer.67.69.de probat. Maran.in Spec.tit.de appell.num.161.& 196. o l.ita.13.ubi poſt alios Iaſ.nu.6.C.de procur.Rom.conſi.381.quæſtio.Alc.in l.3.uerb.emendari.C.de æden. p cle.fi.de teſtib. Dd.in l.eos.l.per hanc.C.eo.Guid.Papa deciſione 14.Lanfr.in c.quoniam.8.uerb.teſtium.nu.38.de teſtib.glo.Latina, Zobel.Landt.lib.1.art.62. q uide Mynſing.obſer.41.cent.1.ex doctrina Bal.in d.l.per hanc.C.eod. r l.eos.§.1.l.in offerendis.C.eo. s t.t.ext.ut lit.non conteſt. t l.eos.6.§.ne temere.l.à proconſulibus.19.C.eo.l.5.in fin.C.quor.appell.non recip. u ...eprehenſibilis.26.extr.eod.cap.1.de elect.in 6.Abb.in cap.inter cætera. de appell. x Fach.diff.55.Reinh.diff.iud.28.per art.12.lib.2. y in Auth.de iud. z l.inter pœnas.6.ſupr.de inter.& releg.l.ſi quis filio. §. quid tamen.de iniuſt. rup.teſtam. a l.eum quem.79.§.iudicib.de iud.§.fin.in Auth.de iud. b l.1.& 2.& t.t.C.de relat.

BIU Cujas

A quibus appellare non licet. Tit. II.

1 A' Principe non appellari.
2 Nec à ducibus Saxoniæ.
3 Neq; à Senatu.
4 Neq; eum prouocare qui appellationi renunciauit.
5 An ab arbitris appelletur.

TRactandum † est secundo loco, à quibus appellare non sit concessum. Et quidem stultum est illud admonere, à Principe appellare fas non esse: cum ipse sit qui prouocetur, nec maior eo in terris inueniri possit, ad quē eatur [a]. Saxoniæ † duces, etsi Imperatori subiecti sunt, sicuti & alij Electores atq; Principes, qui eapropter appellationem ad cameram Spirensem admittunt, tamen à se appellari non patiuntur: quia defensores sunt iuris Sax. secundū quod in his terris iudicatur: in Camera autem nulla eius habetur ratio. Sciendum † est, nec à Senatu appellari posse [b], quia ius condendæ legis habet [c], & Principem repræsentat [d]: neq; à præfecto prætorio [e], cuius prærogatiuis electores Sax. (ut dixi) utuntur. Sed † etsi quis ante sententiam in iudicio professus fuerit, se non prouocaturum, indubitatè prouocandi auxiliū perdidit [f]: sicut & cum ea de re cum aduersario pactus ita est [g]. Quæsitū † est etiam, an ab arbitris rectè appelletur: & dicendum est, non appellari, quia iurisdictionem non habent [h]: præterquam ab ijs qui à iudicibus ad fideiussores probandos, aut ad aliud negociū exequendum, cum quadam cognitionis potestate dantur [i]: quos commissarios uocant. A' reliquis omnibus, tam ordinarijs quàm delegatis iudicibus prouocatio institui potest, nisi fortè Princeps hac forma quem delegarit, ut non liceat ab eo prouocare: qua forma præter Principem, nemo alius iudicem dare potest: alioqui hac ratione appellationis beneficium planè tolleretur [k].

1 2 3 4 5

a l.1. in prin. h.t.
b l.1. §.1. h.t.
c l. nō ambigitur. de legib. l.2. de flum.
d l.1. in prin. C. ad l. Iul. maiest.
e t.t. C. de sent. præf. præt.
f d.l.1. §. si quis.
g l. fi. §. fin. C. de temp. appell.
h l.1. C. de recept. arb.
i l. fin. h.t.
k l.4. §. fin.
a l.1. in prin. l.2. & 3. h.t.
b c. qui facit. de reg. iur. in 6.
c l.1. §.1. ubi Bart. h.t. c. su per. 27. §. porrò. de off. iud. deleg. c. Romana. de appell. lib. 6. c. 2. de cōst. eo. lib. Cyn. in l. à iudice. C. de iud. uid. Cuiac. lib. Obs. 7. c. 21.
d gl. in l. Imp. §. si magistratus. sup. de app. cum ibi alleg.
e l. solent. 6. de off. procōs.
f sup. de off. præsid.
g l.2. h.t. uide Cuiac. præalleg. loco.

Quis à quo appelletur. Tit. III.

A Iudice delegato appellatur ad eum qui dedit [a]. Si tamen quis ita iurisdictionem suam mandet, ut alius suo loco & nomine eam exerceat, quos nunc uicarios seu locum tenentes nominamus: quia per se facere uidetur qui per alium facit [b], & uicarius eandē iurisdictionem & idem auditorium tenet, quod is cuius uices gerit: meritò hoc casu non ipse prouocabitur, cuius nomine exercetur iurisdictio, sed ille qui prouocaretur, si ipsemet mandans sententiam protulisset [c]. At cum delegans aliquam sibi iurisdictionem propriam reseruat, tum ad eum, non ad Principem prouocatur [d]: quare & à delegato, cui non omnis iurisdictio mandari solet [e], proconsul (nam præsides legato carent [f]) appellatur [g].

a uid. Paul. lib. 5. tit. 32.
b l. pen. C. quor. app. non recip. l.2. de app. rec.
c l. qui suspectum. 20. sup. de app. l.1. §. biduū. h.t. l. eos. 6. §. pe. C. de app.
d l.1. §. in propria.
e l.1. §. biduum. & §. fi. h. t. d.l. qui suspectum. l. eos. §. fi. de app.
f Auth. hodie. C. de app. c. quod ad. 15. de sent. & re iud.
g gl. in d. Auth. hodie.
h Aret. in l. qui Romæ. §. Seia. col.2. de uerb. obl. Alcia. in l.3. uerb. emendare. C. de æd. per l. si eo tempore. C. de remiss. pig. fac. l. bonorum. 24. ff. rem rat. hab.
i Spec. de appel. §. restat. nu. 6. Ias. in l. ita 13. n. 5. C. de procur. Bal. in l. addictos. nu. 2. & 3. C. de episc. aud.
k Sax. lib. 2. art. 6. Chil. in pract. c. 124. & 125.
l Mynsing. Obs. 7. cent. 1.
m l. iudices. C. de app.
n cle. quamuis. de appel. c. ab eo. 6. de appel. lib. 6.
o gl. in l. præses. C. de appell. per l.1. de iur. delib. ca personas. de appell. l. Auff. in ca. quoniam. ad uerb. interlocutoriæ. nu. 41. de prob.

Quando appellandum sit, & intra quæ TEMPORA. TIT. IIII.

1 Ante sententiam non appellari.
2 Quatuor tempora consideranda.
3 Tempus interponendæ appellationis.
4 Tempus petendi apostolos.
5 Tempus præsentandæ appellationis.
6 Tempus prosequendæ.

IAm † quando, & intra quæ tempora appellandum sit, uideamus [a]. Et quidem ante sententiam non appellari, suprà diximus [b]. Tempora † porrò appellationum quatuor distinguuntur. Aliud est enim tempus interponendæ appellationis: aliud petendi apostolos: aliud præsentandi se coram iudice ad quem: aliud appellationis prosequendæ. Tempus † interponendæ appellationis, olim erat in propria causa biduum [c]. Propria autem causa ea est, cuius emolumentum uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet [d]: in aliena uerò, triduum [e]. Hodie indistinctè appellandi tempus decem est dierum [f], qui currunt de momento ad momentum, à tempore scientiæ [g]: adeò ut etiamsi nulliter & friuolè instituta sit appellatio, non possit tamen eiusmodi error post effluxum dierum decem spacium corrigi [h]: nisi scilicet ubi non sola sententia grauat, sed grauamen est continuum, ut incarceratio, missio in possessionē, & similia. In his enim tamdiu appellari sine ulla temporis circumscriptione potest, quoad grauamen durat [i]. Saxones quibusdam casibus in continenti à sententia prouocari uolunt [k]: id quod perraro seruatur, legitimum namq; tempus usurpamus: itaque siue apud acta statim prouocatum sit, siue non sit, peræquè licet postea in scriptis iusto in tempore appellare [l]. Tempus † petendi apostolos, est 30. dierum, quod incipit currere statim atq; sentētia lata est [m]: qui nisi hoc tempore petantur, appellationi renunciatū uidebitur [n]. Tertium † tempus præsentandæ appellationis, est in arbitrio iudicis Ad quem [o]. Tempus † prosequendæ appellationis, est annus, & ex iusta causa biennium [p], quod currit à tempore interpositæ appellationis [q]: intra quod nisi prosequatur ius appellans suum, appellatio pronunciatur esse deserta, & ad iudicem A' quo causa remittitur [r].

1 2 3 4 5 6

a l.1. §. si quis. sup. qui et à quib. Paul. lib. 5. tit. 24.
b l.1. C. quor. appell. l. properandum §. cum autem. C. de iud.
c l.3. C. eod.
p Auth. ei qui. C. de temp. app.
q cle. sicut. de app. gl. & Dd. in l. fi. C. de temp. app.
r uid. Mynsing. cent. 1. obs. 8.

De appellationibus recipiendis, uel non. TITVLVS V.

1 Quorum appellationes non recipiantur.
2 An in criminalibus appelletur.
3 Causæ respuentes prouocationem.

SEd † sciendum est, non omnium appellationes recipi. Nam † aliquando beneficium appellationis excluditur aut facto appellantis, puta, quia antea suo iuri renunciauit [a]: aut delicto, si uidelicet ob contumaciam condemnatus sit [b]: uel † ob malè gestum officium publicum [c]: uel in æs alienum quod

1 2 3

BIU Cujas

quod fisco debeatur [a]: uel ob delictum, confessum tamen [b], quod statim puniri propter atrocitatem publicè interfit [c]: cuiusmodi est seditio, latrocinium, & ex constitutione Constantini [d] & Iustin. [e] cædes, ueneficium, adulterium, raptus, &c. Quod consuetudo plerisq; locis in Germania (nam in Gallijs aliter obseruatur) ad omnia criminalia iudicia extendit. Aliquando causa ipsa eiusmodi est, ut prouocationem respuat, ueluti est lis de momentanea possessione iure ciuili [f]: item cum quis ad munus publicum tutelæ est cooptatus [g]: ab huiusmodi enim nominatione non prouocatur, sed tantùm à propositarum reiectarumq; excusationum iudicio [h]: licet in alijs electionibus aliud seruetur, & ius sit prouocandi [i]: item cum res non recipit dilationem, ut quando incidit quæstio de annona, de aperiendo testamento, missione in possessionem bonorum [k], &c. Sed nec admittitur prouocatio post binam appellationem institutam, seu tres sententias conformiter latas [l].

a l.fi.l.4.C.eod.
b l.2.C.eod.
c l.constitutionib.16.h.t. C.si qua.244.de uerb. sign.
d l.2.C.eod.
e l.1.§.sin autem.C.de rap.uirg.
f l.unic.C.si de mo.poss.
g l.1.§.si quis tutor.ff.tt.
h l.3.l.tutores.18.C.de excus.tut.l.5.l.scire.13.ff. eod.l.1.§.si quis quand. appell.
i l.2.C.de decur.lib.10.l. 4.l.bi qui.7.l.ciues.11. C.de appell.
k l.ult.h.t.l.quisquis.C. eod.
l t.t.C.ne lit.in una ead. caus.

De libellis dimissorijs, qui apostoli

DICVNTVR. TIT. VI.

1 *Quid dimissorij libelli & apostoli.*
2 *Quando dandi.*
3 *Qua forma.*
4 *Intra quod tempus.*

1 Dimissorij † libelli dicuntur, quòd per eos causa ad eum qui appellatus est, dimittatur [a], qui Græco nomine ἀπὸ τῆς ἀποστολῆς, quod mittere significat, apostoli uulgò dicuntur. Hi † post appellationem interpositam à qualibet causa [b], dandi sunt, ab eo à quo est appellatū, ad eum qui de appellatione cogniturus est. Sensus † autem literarum talis est: appellasse Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est [c]. Petendi † autem sunt intra 30. dies, ut suprà dixi: alioqui institutæ appellationi renunciatum uidebitur, nisi iustum impedimentum probare possit appellans, quare non petierit. Nec uerò simpliciter petendi sunt, sed (ut hic inquit Marcel. [d]) instanter & sæpius. Quare petitio ita concipi solet: Peto instanter, instantius & instantissimè [e]. Quòd si porrò per iudicem stet, quo minus dentur, nihil oberit appellanti [f], dummodo intra 30. dies de sua diligentia fuerit protestatus [g]: nisi iudex intra idem illud tempus refutatorijs apostolis causam ostenderit, quamobrem libellos dimissorios non putárit dandos [h]. Sunt & alia apostolorum genera, de quibus D. Chilianum [i] consulere licet.

2 3 4

a l.dimissoriæ.106. de uerb.sig.
b c.ut super.4.de appell. lib.6.
c l.unic.h.t.
d in d.l.unic.
e gl.in c.ab eo.in uerb. instanter.de app.lib.6.
f l.1.§.dies.ff.quãdo app.
g d.l.unic.in fi.d.c.ab eo. §.illud.Chilia.in pract. cap.130.

Nihil nouari appellatione interposita.

TITVLVS VII.

1 *Ratio quare nihil possit innouari.*
2 *Attentata quomodo reuocentur.*
3 *De inhibitione.*

1 Effectus † appellationis præcipuus hic est, quòd appellatione interposita, siue recepta sit, siue nō sit, medio tempore nihil nouari, id est attentari, & ad executionē perduci oportet: siquidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est. Si uerò non recepta est, ne præiudicium fiat ei quoad deliberetur, utrum recipienda sit appellatio, an non sit. Recepta porrò appellatione tam diu nihil erit innouandum, sed omnia relinquenda in eo statu quo erant tempore appellationis, quoad de appellatione erit pronunciatum [a]. Nam, ut loquuntur, per Appellationem iudici A quo quasi manus constringun
2 tur, ne quid amplius in causa attentare possit. Quòd † si attentet, id ipsum officio iudicis ad quem est prouocatum, ante omnia & summariè reuocatur [b]: quod uerum est, maximè cum post inhibitionem
3 quid attentatur. Inhibitionem † autem uocant literas compulsoriales, quibus iudex Ad quem, admissa appellatione mandat ei A quo, ut ad se acta causæ transmittat: prohibetq;, ne in eadem quippiam deinceps moliatur [c]. Quòd si quid porrò ante inhibitionem, præsertim cum de interlocutoria est appellatum, innouetur, usitatum est id principali sententia in causa appellationis lata rescindi ac reuocari [d].

b l.pen.& fi.ff. de appel. recip.c.cordi.de appell. in 6.
i d.c.130.

a l.unic.h.tt.Paul.lib.5. tit.36.
b l.unic.C.nil nouan.l. chirographis.58.§.2.de ad.tut.c.non solùm.7.de appell.in 6.c.bonæ.51. c.dilectos.55.de appell. gl.in l.2.ut lit. pen. & 7.c.uenientes.de iur.
c c.Roman.3.§.si uerò uocatis.de appell.lib.6.l. 2.ubi Bart.Bal. & alij. C.de æden.l.à proconsulib.C.de app.
d c.significantib.49.de app.Innoc.7.ca.dilecti. ad uerb.reuocatio.de except.& in d.c.nō solùm. de appel.lib.6. uide etiã quæ sup.dixi ad tit.de appell. & c.pastoralis. in fi.de caus. possess. & proprie.

Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. TIT. VIII.

1 *Ratio huius tituli.*
2 *Septem species sententiarum, quæ ipso iure nullæ sunt.*

1 Iam † & illud tenendum est, interdum prouocari à sententia non esse necesse: ut cum prior sententia est ipso iure nulla. Nam quod nullum est, ut rescindatur non habet opus [a]. Porrò Iurisconsultus
2 septem hîc formas sententiarum quæ nullæ sunt, proponit: 1. Si † sententia contra rem antè iudicatam probetur lata [b]. 2. Si in calculo iudex errârit [c]. 3. Si contra sacras pronunciet cōstitutiones, hoc est, de iure constitutionis, non de iure litigatoris [d]. 4. Si quis ex edicto peremptorio, tanquam contumax sit condemnatus, quod neq; propositum est, neq; in noticiam peruenit [e]: secus, si fuisset propositum [f]. 5. Si in causa conuentionis & reconuentionis seu obiectæ compensationis iudex alteram litem decidat, altera pendente, quia super utraq; causa simul & procedi & pronunciari debet [g]. Sed magis est, ut inquit Marc. [h] id est, potius & securius, ut hoc casu appellatio interponatur. 6. Si condemnatus sit, qui tempore quo sententia dicta est, in rebus humanis esse desijt [i], etiamsi ab alijs fuerit defensus [k]. 7. Impossibile præceptum iudicis, seu natura, seu lege, nullius esse momenti Paulus respondit [l]. Impossibilium enim nulla est obligatio [m]. Quare eiusmodi sententiæ & similes [n], utpote nullæ, nunquam transeunt in rem iudicatam, & ad 30. annos impugnari proposita nullitatis quæstione possunt [o].

a l.5.de iniust.rupt.test.
b l.1.in pr.h.t.l.1.C.quan. pro.non est nec.t.t.C.de sent.contra sent.c.inter.

de re iud. c l.1.§.1.h.t.l.2.C.de re iud.l.1.C.de error.cal. d l.1.§.item.h.t.l.si expressim.de app.l.2.C.quan.prou.non est nec. eo.C.quo & quando.Auth.si oẽs.C.si min.hær.ab.c.4.§ toties.de dam.inf. g l.cũ Papin.cum Auth.seq.C.de sent.c.1.extr.de mut.pet. h hic in l.1.in fi. i l.2.h.t.l.in sũma.§.fi.de re iud. k l.de quare.§.cũ absentiã.de re iud. l l.fi.h.t. m l.impossibilium.145.de reg.iur. n uide C.eo.quan.pro. o dixi ſ. de re iud.uid.Ferr.in for.app.uer.fuisse.nu.4.Bart.in l.si expressim.n.12.de app.Bal.in l.1.n.3.C.de fer. & eleganter Ang.cons. 107, Iacobellus nu.1.

BIU Cujas

An per alium causæ appellationis reddi possint. Tit. IX.

1 *Regula, quando iustificari appellatio possit per procuratorem, aut non possit.*
2 *Causas capitales per procuratorem non iustificari.*
3 *Quæ dicatur capitalis.*
4 *Explicatio l. 2. hoc tit.*

IN materia appellationum de quibusdam articulis quæri solet, quos operæprecium est hîc explicare. Principiò illud quæstionis est, an per alium causa institutæ appellationis (quam nunc iustificationem uocant) reddi possit. qua in re tenenda est regula: Quæ † causa per alium agi nequit, eius nec appellationem per alium posse expediri [a]. Ex † quo sequitur, causas capitales per procuratorem in secunda instantia agi nõ posse [b]: quia nec in prima possunt [c]. Capitalem † autem dicimus, ex qua sequitur pœna usq; ad relegationem exclusiuè, ut uult hic Acc. Nam † cum relegatio aut leuior pœna, puta infamiæ nota imponitur, tum causa consimilis est pecuniariæ [d]: quare & procurator admittetur [e]. Sanè si procurator absente domino appellauit, & postea redditis rationibus procurator esse desijt, nihilominus absente domino respondere, & causa appellationis, seu (ut loquuntur) grauamina proponere debet. Sed an eo cessante dominus litis respondere poterit? Et quamuis regulariter causas appellationis reddere debeant, qui primò sunt experti, & prouocauerunt [f]: magis tamen obseruatur, ut audiri debeat in causis appellationum reddendis is, cuius absentis procurator appellauit [g]: idq; exemplo adolescentis uel pupilli, qui interpositam à tutore appellationem ipse iam adultus, finita tutela aut cura, persequi potest [h].

1 2 3 4

a *l. 1. in fi. h. t. Paul. lib. 5. tit. 35.*
b *l. 1. h. t.*
c *l. pen. §. ad crimen. de pub. iud.*
d *d. l. 1. uers. plane. l. absentem. sup. de pœn.*
e *gl. hic pro l. seruũ. §. publicè. de procu. uide quæ dixi sup. ad tit. de quæst.*
f *l. fi. §. fi. supr. de appell.*
g *l. 2. h. t.*
h *d. l. 2. h. t. d. l. fi. §. fi.*

Si tutor, uel curator, uel magistratus creatus appellauerit. Tit. X.

HI qui ad munera publica nominati & electi, à sententia qua eorum excusationes repudiabantur (ab hac enim sola prouocatio est [a]) appellârint, nec causas, quare iusta fuerit appellatio probauerint, sciant ad suum periculum pertinere, si quid damni, per moram appellationis, Reip. acciderit [b]: quod & in tutoribus seruatur [c]. Quare etiamsi tutor uel curator prouocauerit, & ante causam actam moriatur, propter periculum medij temporis, successores eius causas appellationis reddere necesse habebunt [d].

a *l. 4. C. de appel. uide tamen distinctionem sup. positã, tit. de app. recip.*
b *l. 1. h. t.*
c *l. 2. in uerb. periculũ medij temporis. h. t. l. si quis tutor. 60. §. fina. de rit. nupt. l. quanquam. 15. C. de exc. tut.*
d *l. 2. h. t. l. uni. in fin. ff. si pend. app. mors inter.*

Eum qui appellauerit in prouincia defendi. Tit. XI.

CVm quis appellationis causa peregrinatur, quæri solet, an interea domi in sua prouincia defendi in alijs suis causis tanquam præsens debeat. Et rescriptum est, defendendũ esse: nam hoc beneficij illis præstatur, ne necesse habeant se defendere, qui Reipub. gratia absunt.

Apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum. Tit. XII.

SI quis ex alia causa appellauerit à iudice, an in alia causa (nam in eâdem res plana est [a]) eundem iudicẽ habere necesse habeat, uideamus. Et hodie hoc iure utimur, ut tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundem suum ordinarium iudicem à quo quis prouocauit, compellatur alias causas agere: nec utatur hoc prætextu, quasi apud offensum iudicẽ non debeat experiri: cùm quia hæc suspicionis causa idonea non est [b], tum quòd si eius sententia lædatur, denuò prouocare possit [c].

a *l. eos. 5. C. de app.*
b *l. & in maioribus. C. de app. not. in l. apertissimi. C. de iud.*
c *l. unic. h. t.*

Si pendente appellatione mors interuenerit. Tit. XIII.

APpellatore defuncto, siquidem sine hærede, cuiuscunque generis appellatio, siue de causa ciuili, siue de criminali instituta, euanescit: utpote altera parte litigatorum extincta. Quòd si appellatori hæres extiterit, siquidem nullius alterius interest, causas appellationis reddi, cogendus nõ est peragere appellationem: iuxta reg. Vt nemo inuitus agere cogatur [a]. nam & liti suæ unusquisq; renunciare potest [b]. Si uerò fisci uel alterius contra quem appellatum est, interest, hæres causas appellationis reddere necesse habet [c].

a *t. t. C. ut nemo inui.*
b *l. postquã. 4. C. de pact.*
c *l. unic. h. t.*

De iure fisci. Tit. XIIII.

1 *Continuatio.*
2 *Quid sit fiscus.*
3 *De iure singulari, & priuilegijs fisci.*
4 *De iudicijs & nunciationibus quæ ad fiscum pertinent.*

HActenus † exposita sunt ea omnia quæ ad institutionem, progressum, exitumq; iudiciorum ordinariorum pertinere uidebantur: nunc, ut nihil prætermittatur, coronidis uice exequamur illa, de quibus extra ordinem iure quodã singulari ius dici solet. Quæ quoniam utplurimùm cognitione uel rescripto Principis, à quo non est prouocatio, summariè expediuntur: ideo rectè extraordinaria

1

BIU Cujas

dinaria uocantur, & post ordinarium appellationis tractatũ, cuius hîc nullus aut perexiguus est usus, examinanda suscipiuntur. Quo in genere primum locum obtinet fiscus, cuius multa in iure sunt priui-
2 legia. Fiscus † autem propriè Principis ærarium, & Reipub. patrimonium dicitur. Illud priuatum, hoc publicum [a]. Sed cum utrunq; sit unius Principis, promiscuè hæc usurpari solêt [b]: nec dubium est, quin Cæsaris priuata ratio, idem ius habeat quod fiscus [c]. In multis autem fiscus iure singulari utitur [d]. Nam
3 & † priuatos ad editionem instrumentorum cogit [e], contra regulam [f], & interdum conductores rerum publicarum inuitos detinet, si maximos fructus fecerint [g], aliàs secus [h]: debitores debitorum suorum exigit [i]: euictionem simplicẽ tantum præstat, etiamsi duplam promiserit [k]: ius pignoris semper habet [l]: ac ut sibi satisfiat, etiá alijs creditoribus persoluta aufert [m]: quia ius fisci priuato præponderat [n], etiamsi
4 aliàs unicuiq; liceat sibi uigilare [o], nec sit repetitio ab eo qui suum recepit [p]. Sed † & alia priuilegia multa habet, quæ longum esset referre [q], ac peculiaria etiam quædam iudicia: ut cũ bona uacantia aut commissa nunciantur ex causis, quas ad quindecim numero recitat Callistratus [r]. In his enim nunciationibus multa sunt specialia. Nam nec ab omnibus denunciari potest [s], neq; ex omnibus causis [t]: pœnę etiá singulares in temerè aut falsò deferentes, sunt constitutæ [u]: sicuti præmia ijs qui uera deferunt [x], neq; omni tempore [y]: nam & præscribi fisco potest [z], neque coram omni iudice causa fiscalis agitanda est [a]. Apud nos Sax. pleriq; iudices & magistratus, item Respub. quæ summum imperium habẽt, etiam iure fisci, præscripto quodã inueteratoq; more utuntur, quamuis superiorem recognoscant [b]: unde & hæreditates uacantes, si post annum nullus appareat hæres, in suos usus, suumq; ærarium conuertunt [c].

De captiuis, & de postliminio, & redemptis ab hostibus. TIT. XV.

1 Qui à quibus hostibus captiui serui fiant, uel non.
2 Postliminium unde dictum, & quid sit.
3 Species postliminij.
4 Causa efficiens.
5 Materia: & de personis ac rebus quæ postliminium habent.
6 Forma.
7 Finis.
8 Effectus.
9 De redemptis ab hostibus.

1 DE † captiuis quoq;, & de postliminio, ac redemptis ab hostibus, quædam iure peculiaria prodita sunt. Humanitatis enim est, istis cõtra subtilitatem iuris ciuilis subuenire. In primis sicut quæ cœlo, terra, mariq; capiuntur, fiunt occupantium [a]: ita capti ab hostibus, in eorum rediguntur potestatem, omniaq; iura ciuitatis cum libertate amittunt [b]. Hostes autem accipimus, quibus bellum pop. Rom. decreuit [c]. Quare serui non fiunt, qui uel in dissensione ciuili [d] (sicut hodie sunt Christianorum inter se lanienæ [e]) uel à latronibus, uel confœderatis [f] capiuntur [g]. Ac displicere Domino Deo in populis qui nomen ei dederunt, iura captiuitatis ac seruitutis mutua, quibus alij alios barbarum in morem sibi subijciunt, intelligi potest cùm ex eo quòd grauiter offensus est Israelitis: quamuis iusto prælio uictores tribum Iuda afflixissent, cum captiuam eam sibi facere instituissent. Sic enim inquit Propheta [h]: Insuper filios Iuda & Ierusalem uultis uobis subijcere, in seruos & ancillas: quod nequaquam facto opus est: peccastis enim super hoc Domino Deo uestro: tum multo magis ex lege Mosi, in qua Deus quid sibi placeret, non obscurè ostendit: ac inter alia, ciues tribulesq; sui unius populi, utpote fratres, in seruitutem redigi prohibuit [i]. Capti autem ab his gentibus, quibus cum nec fœdus, nec societas, neq; hospitium est, postliminium habent [k]. Postliminium, inquit Imperator [l], ex Cicer. [m] à limine
2 & post dictum est. Nam † limina sicut in domo finem quendam faciunt, & sic imperij finem esse limen ueteres uoluerunt. Hinc & limẽ dictum est, quasi finis quidam & terminus, & ingressus atq; exitus imperij: ab eo postliminium dictum, quia ad idem limẽ reuertebatur, quod amiserat. Id ad hunc modum Paulus [n] definit: Postliminium est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regesq;, moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idq; naturali æquitate introductũ est: ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redijs-
3 set, pristinum ius suum reciperet. Duæ † sunt species postliminij. nam aut nos reuertimur ex captiui-
4 tate, recuperamusq; postliminio res nostras, aut per uim hostium capta recipimus [o]. Causa † efficiens
5 postliminij, est lex ducta partim à naturali æquitate, partim ex iure gentium [p]. Materia † circa quam, sunt personæ, aut res. Postliminium enim habent ab hostibus capti, cuiuscunq; sint sexus aut conditionis [q]. Transfugæ tamen nullum postliminium est [r]: quia malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, nec in ciuiũ, sed hostium numero habendus est, ac propterea supplicio afficiendus [s]: sed his tantum hoc beneficij indultum est, qui necessitate captiuitatis, inuiti abducti sunt [t]. Quare & qui armis uicti hostibus sese dediderunt, postliminio carent: nam uolentes se hostibus subijciunt [u]. Quòd si dubitetur, captus quis sit, an transfugerit, inspicienda erit uitæ prioris conditio: quæ si fuerit illæsa, iuratæ eius affirmationi credetur [x]. Filij ante captiuitatem concepti, ius postliminij habent [y]: quia cùm pro natis habeantur [z], simul capti uidentur: apud hostes concepti, iure proprio postliminium non habent, utpote è seruis nati, sed ex persona parentum, si hi reuertantur [a]. Res eodem modo habent postliminium, quæ quidem nõ turpiter amissæ sunt: ut ager ab hostibus captus, & denuò recuperatus [b], naues, equi [c], &c. In armis & uestibus non idem iuris est: quia ex disciplina Laconica, unde Romani militarẽ
6 artem sunt mutuati, non sine flagitio timoris & fugæ amittuntur [d]. Forma † postliminij est, quòd statim

a Plin. in Panegy. Suet. in Aug. l. fin. C. de fund. rei priuat. lib. 11.
b l. bene. C. de quad. præscrip. §. res fisci. Inst. de usucap.
c l. 6. §. fi. h. t.
d Paul. lib. 5. tit. 12. uide C. eod.
e l. 2. §. 1. h. t.
f l. 1. & t. t. C. de eden.
g l. talem. 11. §. fi. de publ.
h l. 3. §. cum in quinquennium. h. t. l. inuictos. 11. C. de locat.
i l. 3. §. multa. h. t.
k l. 5. h. t.
l l. aufertur. 46. §. ius pignoris. h. t.
m l. deferre. 18. §. fi. cum ll. seqq. h. t.
n l. apud. 35. h. t.
o l. pupillus. 24. quæ in frau. cred.
p l. repetitio. 44. de cond. ind.
q t. t. C. de priuil. fis. & de quad. præscr. uid. tract. de priuil. fis.
r l. 1. h. t.
s l. 2. §. pen. l. edicto. 13. extat. l. art. 16. l. deferre. 18. h. t.
t l. 1. §. an bona. l. non possunt. 11. d. l. edicto. l. 3. 12. 17. 22. §. pen. 45. h. t.
u l. 2. 15. 42. §. fi. h. t. l. exuaria. C. de dela. lib. 10.
x l. 13. in prin. 15. §. Senatus. l. 49. h. t.
y l. 13. §. antepen.
z l. 1. §. diuus. l. fin.
a l. 3. §. diuus Adrianus. l. 7. l. 45. §. quoties. h. t. t. C. ubi cauſ. fis.
b dixi sup. de priu. cred. et tit. in quib. cauſ. pig.
c Land. lib. 1. art. 28. Fach. diff. 35. Reinh. diff. 34.
a l. 1. cum ll. seqq. de acq. re. dom.
b l. 1. l. 12. §. si quis ab hostibus. h. t.
c l. hostes. 24. h. t. l. hostes. 118. de uerb. sig.
d l. si quis. 21. h. t.
e uide Innoc. in cap. sicut. nu. 6. de iureiur. Fab. in §. item eã quæ ex hostib. Inst. de rer. diuis. Barto. in l. hostes. 24. h. t. Cæp. in tract. ser. c. 1. nu. 4.
f l. non dubito. 7. h. t.
g l. hostes. 24. §. fi. l. postliminium. 19. §. à piratis. h. t. h 2. Paralip. 28. i Leuit. 25. Deut. 24. k l. 2. §. in pace. h. t. l §. si quis ab hostib. Inst. quib. mod. ius patr. pot. sol. m in Topic. n l. postliminiũ. 19. h. t. o l. cum duæ. 14. h. t. p d. l. 19. q d. l. 19. §. ult. r l. 19. §. transfugæ. s l. 3. §. ũs qui. l. proditores. 7. §. de re milit. uide omnino Cuiac. lib. 4. c. 9. t l. pen. C. eo. u l. postliminio. 17. h. t. x l. non omnis. §. à Barbaris. de re milit. y l. ab hostib. ex quib. cauma. z l. qui in utero. de stat. hom. a l. 1. C. eo. l. apud. 9. l. d. uus. 26. h. t. b l. si captiuus. 20. §. expulsis. h. t. c l. 2. h. t. d l. 2. & 3. h. t.

atque captiuus fines nostros attigit, recuperat omnia iura pristina [a], fingiturq; retrô in ciuitate semper fuisse [b]. Finis † est, ut ex naturali æquitate, qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is recuperata ciui 7
tate iura etiam sua recuperet [c]. Effectus † postliminij partim est in fictione, partim in suspensione iu- 8
rium [d]. Fingit enim ius eum qui reuersus est, nunquam abfuisse [e]. Quare & testamentũ antè confectum seruatur [f], & insuper actio reuocatoria reuerso datur ad res perditas, usucapione recuperandas [g]. Su-
spenditur ius patriæ potestatis capto patre, donec pater uel redeat, uel desinat posse redire: idque ideo, ut interea filij contrahere nuptias [h], agereq; tanquá patresfam. possint [i]. Pater tamen reuersus, ius po-
testatis & peculium filij medio tempore quæsitum acquirit [k]: quia fingitur nunquam abfuisse. Inducta est & altera fictio l. Cornelia: nam cum quis apud hostes moriebatur, quia in seruitute decedebat, non poterat relinquere hæredem. Id cùm plenum uideretur iniquitatis, lege Cornelia inductum est, ut qui ita obijsset, ab eo tempore quo captus esset, obijsse fingeretur: quo tempore cùm fuerit liber, hæredes tam ab intestato quàm ex testamento, si quod ante captiuitatem fortè reliquit, ex hac fictione habet [l]: quibus deficientibus fiscus succedit [m]. Redempti † ab hostibus precio, quod λύτρον uocant, postliminiũ 9
habent: non enim emuntur tanquam mancipia: & iniquissimum sanè esset, ciui liberato hanc seruitu-
tis calamitatem pro beneficio inferre: quare postliminium habent, siquidem antè fuerint liberi [n]. nam serui dominis restituuntur, refuso precio [o]. Pignori tamen etiam liberi homines, redemptori suo pro λύτρῳ donec soluant obligantur, nisi animo donandi sumptus sint facti [p]: quod si soluere nequeant, per quinquennium ei operas præstare in authoramentum coguntur [q]: unde ius nostrum Sax. de addicen-
do creditoribus in seruitutem operarum debitore, manasse potest uideri.

De re militari. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Omnes cogi ad militiam.*
3 *Qui militare non possint, aut excusentur.*
4 *Qui sint milites.*
5 *Genera militum.*
6 *De delictis militum.*
7 *De pœnis.*
8 *De missionibus.*

SEd † & rei militaris, quæ Principi & bono publico utilem nauat operam, iura quædam sunt singu 1
laria: de quibus extra ordinem interdum etiam sub pellibus & inter classica, quæ subtilitates iu-
ris minus exaudiunt [a], disceptatur. In † primis sciendum est, omnes omnino ciues ad militiam co 2
gi, adeò ut qui ad edictum olim non respondisset, ut proditor libertatis, in seruitutem redigeretur [b]: &
qui filium subtraxisset militiæ, mulctaretur exilio ac parte bonorum [c]. Excipiuntur † tamen qui mili- 3
tare non possunt: ut serui, facinorosi, infames, rei, qui sub obtentu militiæ aduersarijs negocium facere machinantur, atq; alij multi [d]: item qui à militia ætate, aut simili priuilegio excusantur [e]. Ex † eo tem- 4
pore quis iure militare incipit, & miles appellatur, quo in numero relatus est [f], & sacramentum præ-
stitit [g]. Militum † alij sunt tyrones [h], qui publicis stipendijs ad militiam instituebantur, nondum tamen 5
in ordinem relati [i]: alij ueterani [k], alij gregarij, alij centuriones [l], tribuni [m], præpositi [n]. Sed † in primis, 6
in iure de delictis militum quæritur. Hæc enim res propriè ad iudicia & doctrinam nostram pertinet, conseruandæq; disciplinæ militari planè est necessaria. Militum autẽ delicta aut propria sunt, aut cum cæteris communia [o]. Communia sunt, quæ etiam in reliquos homines cadunt, & communibus rerum criminalium iudicijs coercentur: ut homicidium, adulterium, furtum: propria sunt, quæ propriè ad di-
sciplinam militarem pertinent, & extra ordinem puniuntur: cuiusmodi sunt, non dare nomen ad edi-
ctum Imperatoris [p]: dare se militem cui non licet, aut nomen dare contra prohibitionem legum [q] (nec enim omnibus militare concessum est, ut diximus) emanere [r], deserere militiam [s], stationem [t], trans-
fugere [u], enunciare hostibus consilia, & prodere exercitum [x]: non parêre duci [y], præsidi [z], centurioni [a]: arma amittere [b], alienare [c], surripere [d], commeatum non rectè procurare [e], custodiam negligere [f], tur-
bare pacem [g], fugam in acie primùm facere [h]: & alia consimilia, quæ hoc in titulo passim traduntur [i]: de quibus in genere inquit Arrianus [k]: Omne delictum est militis, quod aliter quàm disciplina commu
nis exigit, committitur: ueluti segnitiæ crimen, uel contumaciæ, uel desidiæ. Puniuntur † autem hæc 7
delicta, aut castigatione corporali, aut pecuniaria mulcta, aut indictione munerum, à quibus alioqui milites sunt immunes, aut gradus deiectione, aut missione ignominiosa [l]. Nam † præter hanc, alia est 8
causaria missio, quæ propter causam, puta uitium corporis aut animi: alia honesta, quæ expleto mili-
tiæ tempore datur. Sed castigationes corporales plerunq; capitis pœnam continent [m], aut cum mini-
mùm uerbera [n]: nisi pœnâ mitiget, uel tyrocinium [o], uel licentia militaris, ad lasciuiam, uino incitata [p], uel miseratio pietatis: ut cum pater filium ad pœnam offert [q]: nec enim uidetur ad capitale supplicium obtulisse [r]. Quæ iura cum sint in militibus singularia, haud temerè ad consequentias, ut nec alia iura militaria, produci debent [s].

De castrensi peculio. Tit. XVII.

1 *Castrense peculium quid.*
2 *Priuilegia huius peculij.*

AD † rem militarem pertinet & priuilegium peculij castrensis. Castrense autem peculium est, 1
quod à parentibus, uel cognatis, uel ab uxore, in militia degenti donatũ est: uel quod ipse filiusfam.

a *l. in libello. 12. §. si quis ab hostib. C. eod.*
b *l. retrò, 16. b. t. d. §. si quis ab hostib.*
c *d. l. 19.*
d *Sal. in l. Gallus. §. quid si is. de lib. & posth. uide Cuiacius in lege de testam.*
e *d. l. retrò. cum ll. seqq.*
f *§. fin. Inst. quib. per. fac. test. l. si quæ. §. quatenus. de inm. rup. irr. fac. test.*
g *l. 1. ex quib. caus. maior. d. l. ab hostib.*
h *l. si nepos. 9. cum ll. seq. de rit. nupt.*
i *Salic. in d. l. Gallus. §. quid si is.*
k *l. pen. de suis & leg. l. in bello. 12. §. si quis.*
l *l. 1. C. eo. §. fi. Inst. quib. est per. fac. testa. l. lex Cornelia. de uulg. & pup.*
m *d. l. bona. 22. b. t.*
n *l. si captiuus. 20. b. t.*
o *l. in bello. 12. §. si quis seruum. b. t.*
p *l. liber. 17. C. eod.*
q *l. fi. C. eod.*

a *t. t. de re milit. uide Cic. pro Muren.*
b *l. 4. §. qui post. b. t.*
c *d. l. 4. §. qui filium.*
d *l. 4. l. proditores. l. qui status. 8. l. ab omni. 1. b. t. t. C. qui milit. non poss. lib. 12.*
e *uide ff. de uacat. & ext. mun. & de iur. nu. & C. qui ætat. se excus. cum tit. seq. lib. 10.*
f *l. ex eo. 43. de testa. mil.*
g *l. ex militari. 11. eo. tit.*
h *l. 3. §. si plures. b. t.*
i *d. l. ex eo.*
k *ff. de priui. uet.*
l *l. milites. 13. §. irreuerẽs. hoc tit.*
m *l. officium. 12. §. 1.*
n *d. l. omne. 6. §. 1. l. officium. 12. b. t.*
o *l. 2. b. t.*
p *d. l. 3. §. qui post.*
q *l. 2.*
r *l. 3. §. emansor. b. t.*
s *d. l. 3.*
t *d. l. 3. §. qui stationis.*
u *d. l. 3. §. is qui ad hostes.*
x *l. 6. §. exploratores. b. t.*
y *l. 3. §. in bello.*
z *l. 3. §. si præsides.*

a *l. milit. b. 13 §. irreuerens. b. t.* b *l. 3. §. miles.* c *d. l. 3. §. miles. l. qui commeatus. 14. b. t.* d *d. l. 3. §. qui aliena.* e *d. l. 3. §. si ad diem. d. l. qui commeatus.* f *l. 4. & t. t. de custod. reor.* g *l. fi. b. t.* h *l. 6. §. 1.* i *l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 16.* k *l. 6. b. t.* l *d. l. 3. §. 1.* m *d. l. 3. 4. 5. 6. 10. 13. 14.* n *d. l. 14. in fin.* o *l. 3. §. si plures. l. 4. in fin. l. 14.* p *d. l. 6. §. per uinum.* q *l. 4. §. qui filium. l. non omnes. 5. §. qui in desertione. l. milites. 13. §. final.* r *l. 3. Codic. de patr. potest.* s *l. 1. de testa. milit. & tot. illo tit. ff. Cod. & Institut. l. quod contra. de leg. l. 5. ff. de const. Princ.*

BIU Cujas

fam. in militia acquisiuit, quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset [a]: ut si militiæ ergò hæres institua-
2 tur [b]. Huius † autem peculij hæc priuilegia sunt: quòd non acquiratur patri, sicuti reliqua bona, iure patriæ potestatis [c]: item quòd de eo pro lubitu disponere, uel inter uiuos, uel testamento filius fam. il. possit [d], in eoq; patris familiâs personam planè gerat [e]. Sed nec ab intestato decedens, patrem in eo habet hæredem [f]: ueruntamen bona quasi peculij iure patri deferuntur [g], dum tamen non extent liberi: quos patri præferendos, naturalis successionum ratio docet [h]. Sunt & alia peculij castrensis iura singularia, quæ omnia exponere huius non est loci. Ad exemplum porrò castrensis peculij, constitutionibus Principum eadem priuilegia filijs fam. indulta sunt, in his quæ honestis togatæ militiæ (quæ armatæ comparatur [i]) artibus [k] parant & lucrantur: unde hæc quasi castrense peculium solent appellari [l]: à quo distant peculiũ profectitiũ [m], quod à patre aut eius occasione obuenit: & aduentitiũ, quod filius aliunde parauit uel quæsiuit, puta successione materna, opificio aliquo & industria, quæ togatæ militiæ artificio atq; iure non censeatur. Illa enim profectitia patri acquiruntur omnimodo, hæc uerò aduentitia tantummodo quo ad usumfructum [n]. Sunt igitur uaria nunc peculij genera: unum castrense, alterum non castrense: illud castrense uel quasi, hoc profectitium, uel aduentitium [o].

a l. castrense. 11. l. si milites. 6. h.t. uide quæ dixi Inst. quib. non est permiss. fac. testam. & per quas person. nob. acq.
b l. duus. 13. hoc t.
c t. t. Inst. per quas pers.
d l. 2. hoc t. l. fi. C. de inoff. test.
e l. 2. ad S. C. Maced.
f l. 1. hoc t.
g l. 2. hoc t. uid. §. si igitur. in Auth. de hær. ab intest.
h l. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. l. 1. §. neq; pos. 5. si à par. fu. ma.
i l. aduocati. 14. & t. t. C. de aduoc. diuers. iud. uide de Euerar. in Top. à loc. ar. mil.
k uide distinctionem Bal. in l. fi. in prin. C. de bon. quæ libert.
l l. ult. C. de inoff. testa. in prin. Inst. per quas person. nob. acquir.
m l. 5. de iur. dot.
n l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & tot. tit. C. de bon. mater. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir.
o uide gl. & Dd. Inst. per quas person. ubi dixi.

De priuilegijs ueteranorum. Tit. XVIII.

1 *Qui sunt ueterani.* 2 *De priuilegijs eorum.*

1 HVc † referantur & ueteranorum priuilegia, hoc est, eorum qui exacto militiæ tempore, honestè
2 missi sunt [a]. Nam † hi immunitatem habent à muneribus, præcipuè personalibus [b]. Aduectigalibus autem & patrimoniorum oneribus, difficile est ut per omnia excusentur [c]. Deinde ueteranis & eorum liberis, idem honos habetur qui & decurionibus [d]. Igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum, uel ad bestias, nec fustibus cædentur [e].

a Tho. in §. 1. Inst. de testam. ord. l. 2. hoc t.
b l. 2. l. 5. hoc t.
c l. 2. in fi. l. 4. hoc t. uid. l. 1. C. de ueter.
d l. 3. hoc t.
e d. l. 1 & 3.

DIGESTORVM LIBER L. AD MVNICIPALEM*, ET DE INCOLIS. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Genera subditorum.*
3 *Municipes unde dicti, & qui sint.*
4 *Incola quis.*
5 *Causa efficiens municipij.*
6 *Effectus & uis municipij.*
7 *De iure incolarum.*
8 *De iudicijs municipalibus.*

1 IT † hæc de his qui Remp. regunt ac tuentur, specialiter dispositа sunt: nunc de subditis,
2 eorumq; rebus uideamus. Subditi † aut sunt municipales, aut incolæ, aut coloni. De colonis dici non est necesse, cùm iure institutisq; ciuitatis Rom. aut suæ metropoleos regantur [a]. Municipes † autem sunt ciues Romani ex municipijs, suo iure & legibus suis utentes, muneris tantum honorarij cum populo Rom. participes: à quo munere capessendo
3 appellati uidentur [b]: neq; ulla pop. Rom. lege astringuntur, quum nunquam eorum fundus P. R. sit factus [c]. Municipes, inquit Vlp. [d] appellantur muneris participes, ut munera nobiscum faciant. Sed nunc abusiuè municipes dicimus, suos cuiusq; ciuitatis ciues. Alibi Paulus [e]: Municipes intelligendi sunt, &
4 qui in eodem municipio nati sunt. Incola † est, qui domicilium tantum alicubi habet, non etiam munerum & honorum particeps [f]. Incola, inquit Pomponius [g], est qui in aliquam regionem domicilium suũ contulit, quem Græci *πάροικον* appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed & qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. Aduena est,
5 quem Græci *ἐπήλυτον*, hoc est, sine domo appellent. Municipem † facit aut natiuitas [h], hoc est, origo [i]: nam qui Campano patre natus est, Campanus municeps censetur: quia patris sequitur originem [k], non etiã matris, nisi sit spurius [l], taliue priuilegio donatus [m]: aut manumissio, quia libertus originem patroni sequitur [n], & si plures sint, omnium [o]: aut adoptio, qua cumulatur, non etiam adimitur prior origo [p]. Nam adoptiuus patris adoptantis originem acquirit, & sui patris naturalis retinet, atque ita utroque loco munera præstat [q]. Sed adoptionis origo emancipatione tollitur [r], sicuti naturalis origo per senatoriam dignitatem, quod ad munera attinet [s]. Etsi autem filius patris originem sequitur, non tamen do-
6 micilium [t], quod ipse sibi pro arbitrio constituit [u]. Municipes † autem coguntur ad munera tam personalia quàm realia, eo loci unde originem ducunt, quamuis alibi habeant domicilium [x]: tam filij quàm patres [y]. nam patriæ potestatis in publicis non habetur ratio [z]. Quòd si detrectent indicta munera subire, damnum Reipub. præstabunt [a]: nisi se excusent aut dignitate [b], aut ætate [c], aut alia ex causa [d]. Sed ut onera ferunt municipes, ita etiam commodis, priuilegijs & honoribus sui municipij potiuntur [e]: quæ tamen priuilegia iure nostro minora esse iuribus fisci, dicendum est [f]. Et hæc quidem de municipibus.
7 Alia † autem est incolarum cõditio, qui domicilium tantum aliquo in loco habent, aliunde orti [g]: quod domicilium pro lubitu & commodo rei familiaris ubiuis potest constitui, tam à filio quàm patrefamiliarum [h], etiam pluribus locis [i], dummodo ne sit aliquo interdictum [k]. Neq; tamen constituitur domicilium nuda contestatione [l], nec solius emptione domus [m], sed re & facto [n]: unde qui incertis sedibus hinc inde uagatur, domicilium non habet [o], ut scholasticus, qui quamdiu studiorum causa in uniuersitate commoratur, nullo tempore sortitur domicilium: nisi animum commorandi, figendiq; uitæ taber-

a l. castrense. 11. l. si milites. 6. h.t. uide quæ dixi Inst. quib. non est permiss. fac. testam. & per quas person. nob. acq.
b l. duus. 13. hoc t.
c t. t. Inst. per quas pers.
d l. 2. hoc t. l. fi. C. de inoff. test.
e l. 2. ad S. C. Maced.
f l. 1. hoc t.
g l. 2. hoc t. uid. §. si igitur. in Auth. de hær. ab intest.
h l. sacrosanctæ. C. de epis. & cler. l. 1. §. neq; pos. 5. si à par. fu. ma.
i l. aduocati. 14. & t. t. C. de aduoc. diuers. iud. uide de Euerar. in Top. à loc. ar. mil.
k uide distinctionem Bal. in l. fi. in prin. C. de bon. quæ libert.
l l. ult. C. de inoff. testa. in prin. Inst. per quas person. nob. acquir.
m l. 5. de iur. dot.
n l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & tot. tit. C. de bon. mater. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir.
o uide gl. & Dd. Inst. per quas person. ubi dixi.

* Videlicet legem: ut cõmunis est interpretatio. Cuiacius Ciuem.

a uide Bart. & Dd. in l. 1. C. de Metrop. Bart. lib. 11. Gell. lib. 16. c. 13.
b l. munus. 18. in fi. de uer. signif.
c Gell. præalleg. loc.
d hîc in l. 1.
e l. municipes. 228. de uer. signif.
f l. domicilium. 20. hoc t.
g l. papillus. 239. §. incolã. de uerb. signif.
h l. 1. in prin. hoc t.
i d. l. 1. in prin. & l. fi. h.t.
k d. l. 1. §. qui ex.
l d. l. 1. §. fi. l. 9.
m d. l. 1. §. fi.
n l. 6. §. fi. l. 22. 23. 25. hoc t.
o l. 7. l. 17. §. ex causa.

p l. 15. §. fi. l. 17. §. in adoptiuis. hoc t. q d. l. ordine. 15. §. fi. r l. 16. hoc t. s l. 23. hoc t. t l. 27. hoc tit. u l. 23. hoc t. x l. 16. § præsumptio. l. 22. §. municipes. hoc t. y l. 21. hoc t. z l. nam quod. 14. ad S. C. Treb. a l. 21. hoc t. b l. 17. §. præscriptio. l. 18. hoc t. c l. 3. §. fin. l. 6. §. 1. l. 11. 1. de decur. d l. 7. 1. de decur. & tot. t. de uacat. & excus. mun. e 1. ut de decur. f l. 10. l. 21. §. fi. hoc t. g gl. in l. 20. hoc t. h l. 3. 4. l. 6. 11. fi. l. 17. §. patris. hoc t. i l. 6. in princ. & §. pen. l. 27. in fin. hoc t. k l. 31. hoc t. l l. 20. hoc t. m l. 17. §. fin. hoc t. n l. 20. 27. hoc t. o d. l. 27. circa fin.

BIU Cujas

naculum aliquo facto, puta uxore ducta, familiaq; cõstituta, habitandi perpetuò causa declarârit: quo casu statim domicilium constituisse uidetur: in certis enim non est locus coniecturis. In dubijs porrò, cum neutrum constat, demum post decem annorum continuam habitationem, domicilium constituitur [a]. Incola & ijs magistratibus parére debet apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est: nec tantum municipali iurisdictione in utroq; municipio subiectus est, uerumetiam omnibus publicis muneribus paucis quibusdam exceptis [b], fungi debet [c]. Vltimò † sciendum, si de iure municipij aut incolatus 8
controuersia oriatur, coram præside eam expediri oportere [d].

a Ang. & Dd. in l. 2. C. de incol. li. 10. Bart. in l. lex Cornelia. 5. §. si tamen fundum. de iniur.
b l. 2. C. de incol. lib. 10. l. libell. 17. §. sola. hoc t.
c l. incola. 29. hoc t. l. j. C. de incol.
d l. 37. hoc t.

De decurionibus, & eorum filijs.

TITVLVS II.

1 Continuatio.
2 Decuriones qui sint, & esse posint.
3 Qui esse non posint.
4 De officio decurionum.
5 De priuilegijs.

INter municipes uel præcipuum locum obtinent decuriones [a], uelut Senatorius ordo, & magistra 1
tus cuiusq; ciuitatis, non à pop. Rom. missi, qui sunt ἄρχοντες ἀρχόντων, sed inibi electi [b], qui municipales appellantur [c], & in his duumuiri [d] tanquam consules, defensores ciuitatum, uelut plebis tribuni [e], qui & præsidis partibus funguntur [f], in his quæ sunt suæ iurisdictionis, non imperij [g], & ordinariã in ijsdem iurisdictionem ac executionem habent [h]. Decuriones † quidam ex eo dictos aiunt, quòd initiò cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducebantur, consilij publici gratia conscribi solita sit [i]. Hi autem ex omni ferè hominum genere eligi solent [k], atq; etiam cogi [l]: quin & spurij in penuria meliorum admittuntur [m]: non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit [n]: præsertim quæ ad Reipub. emolumentum, non cuiusquam iniuriam referatur [o]. Sed ubi aliorum copia est, potiores à præside ac ditiores eligendi sunt [p], & gradatim euehendi [q]: exclusis plebeijs [r], & uilibus [s], ac minoribus ætate [t], senioq; confectis [u]. Sunt † etiam qui omnino admittendi non sunt, ut ignominiosè ordine 3
moti, relegati [x], criminum capitalium rei [y]: & qui alium magistratum sustinet [z]: neq; enim fas est, pluribus functionibus uno tempore præesse [a]. Nam uerè dixit Xenophon [b]: ἀδύνατον ἔφη, πολλὰ πράγματα ἄνδρα πολλῶν ἄρχειν. Item qui eundem paulo antè magistratum gesit. Neq; enim honores sunt continuandi [c]: ne in tyrannidem tandem exeat aucta firmataq; diuturnitate temporis potestas, & libertas publica imminuatur [d].

Decurionum † officium pro necessitatibus Reipub. uarium est & multiplex: ut pecuniam publicam 4
habere, recipere, tractare [e], curare annonam [f], tributa exigere [g], administrare Rempub. [h] & iurisdictionem, ad certum tamen modum exercere [i]. Decurionum † priuilegia sunt, ut ne torqueantur, neq; dam- 5
nentur in metallum [k]: quanquam hoc hodie parum seruatur, quia delictum non excusatur dignitate [l], aggrauatur potius [m]. nam ut inquit ille:

Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Deinde, ut alantur pauperes [n], ut sua iura singularia ac priuilegia in liberos transmittant [o], &c.

e l. 2. §. gestum. ad munic.
f l. non debere. 8. supr. ad municip.
g l. libertus. 17. §. exigendi. eod. tit.
h l. ad Remp. 8. de mun. j.
i l. inter. 28. l. ea quæ. 26. ad munic. Nouell. de defens. ciuit. l. magistratib. 12. de iurisd. l. un. in prin. si quis ius dicent.
k l. fi. hoc t. l. 3. sup. de priuil. uet.
l l. j. C. ubi senat. uel cla. l. raptores. C. de episc. & cler. l. quoties. de dign. lib. 12.

De albo scribendo. Tit. III.

DEcurionum nomina in albo & tabula publica scribi solent. Decuriones autem ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur. Sed si lex cessat, dignitates erunt spectandæ, ut scribantur eo ordine, quo quisq; eorum maximo honore in municipio functus est: utputa qui duumuiratum gesserunt, si hic honor præcellat, & inter duumuirales antiquissimus quisque prior. In sententijs quoq; dicendis idem ordo seruandus est, quem in albo scribendo diximus *.

a c. 1. dist. 89.
b lib. ult. Cyropæd.
c l. 18. hoc t.
d gl. in l. pen. C. ad l. Iul. de ambit. & in l. diuæ. 18. §. tit. 1.

De muneribus & honoribus. Tit. IIII.

1 Quid sit munus.
2 Diuisio munerum.
3 De patrimonialibus.
4 De personalibus.
5 De mixtis.

PRæter † decurionatum & alij honores, aliaq; munera in municipijs sunt obeunda. Munus tribus 1
modis dicitur: uno donum, altero onus, tertio officium [a]. in hoc titulo in altero significatu potissimùm accipitur. Nam munus propriè hîc dicitur onus, quod necessariò subimus lege, more, imperioue eius qui iubendi potestatem habet [b]. Cum autem in tertio sensu munus accipitur, solet addi adiectiuum, publicum. Munus enim publicum, authore Pomponio [c], est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos uniuersosq; ciues, remq; eorum, extraordinario magistratus officio peruenit. Munera † autem ciuilia triplicia sunt: alia patrimonij, alia personarum, alia mixta [d]. Patrimoniale † est, in quo sumptus maximè postulatur [e], quodq; sumptibus patrimonij & damno administrantis 3
expeditur [f]. Horum quædam possessoribus iniunguntur, siue municipes sint, siue non sint [g]: ut uiarum munitiones, collationes prædiorum [h], agminales equi, angariæ, aliæq; contributiones [i]: quædam uerò non nisi municipibus uel incolis, ut exactio tributorum [k], &c. Personale † est, quod cum corporis 4
labore & solicitudine animi ac uigilantia principaliter existit [l]: uel est, quod animi prouisione, & corporalis

a Nouell. de defens. ciuit. l. magistratib. 12. de iurisd. l. un. in prin. si quis ius dicent.
b l. fi. hoc t. l. 3. sup. de priuil. uet.
c l. j. C. ubi senat. uel cla. l. raptores. C. de episc. & cler. l. quoties. de dign.

m l. presbyteri. 8. C. de episc. & cler. l. 4. §. adulterij. de reb. mil. l. quædam. de pœn. Tiraq. eod. tract. caus. 31. n l. 8. hoc t. o l. 2. §. fin. hoc t.
* l. 1. 2. hoc t. a l. munus. 18. de uerb. sig. b l. munus. 214. de uerb. sig. c l. pupillus. 239. §. munus. de uerb. sig. d l. j. l. fi. hoc t. e d. l. j. §. patrimonialia. f l. fin. §. patrimoniorum. hoc t. g l. 56. §. fin. hoc t. h l. 13. §. munus. hoc t. i d. l. fin. §. patrimoniorum. k l. 3. §. exactio. l. fi. §. patrimoniorum. hoc t. l d. l. j. §. illud.

BIU Cujas

ralis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento pertractatur [a]: ut tutela, cura [b], &c. Horum autem alia publica sunt [c], quæ in administranda Repub. cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. hæc distant ab honoribus, qui consistunt in administratione Reipub. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine sumptu contingente [d]. alia autem sunt priuata, quæ ad priuatos pertinent, ut tutela [e], &c.

5 Mixta † munera sunt, quæ partim animi corporisq; intentionem, partim sumptus exigũt [f]. Doctores g hæc paulo aliter definiunt. Personalia munera esse uolunt, quæ personis imponuntur, & in labore personæ consistunt: eaq; triplicia faciunt, uidelicet dignitatem habentia, dignitatem non habentia, seu media, & sordida. Realia uocant, quæ rei imponuntur propter rem, & possessorem comitantur. & horum plura rursus genera tradunt. Mixta uerò quæ personæ imponuntur, & in labore personæ cõsistunt, sed propter rem & personam imponuntur, ut operæ rusticorum, Germanis Pfronen dictæ.

a d.l.fi.in prin.
b d.l.j.d.l.fi.
c d.l.pupillus.139.§.munus.hoc t.
d l.honor.14.hoc t.
e l.honor.14.§.munus. hoc t.
f d.l.fi.§.mista.
g uide latissimè hîc in repet.huius Rubr. Alb. de Rosat.in princ.Ias.in l. placet.nu.1. & 2.C. de sacr.Eccles.§. de fra.Io. de Plat. et alios in Rub. C.de excus.mu.Chass.in con.Burg.Rubr.1.de iustic.§.4.ad uerb.indire. nu.25.

De uacatione & excusatione munerum.

TITVLVS V.

1 Munera necessaria esse, nisi excusentur.
2 Quando excusatio proponenda.
3 Qui excusentur.
4 Vacationes quatenus extendantur.

1 ETsi † municipes ad munera cogi possunt, sicuti tutores [a], puta captis pignoribus [b], nec excusentur oblatione pecuniæ, qua se redimere uolunt [c]: tamen ex æquitate quibusdam personis excu-
2 satio & uacatio à muneribus conceditur [d]. Quæ † excusatio initiò proponenda est, simulatq; munus iniungitur: alioqui postmodum frustra opponetur [e]. & quidem per appellationem proponenda est in his publicis, nominatione atq; electione uidelicet facta & insinuata: idq; fauore Reip. ne diutius munerum usu careat [f]. etiamsi in tutelis non ab ipsa nominatione, sed ab excusationum reiectione appel-
3 letur [g]. Excusantur † autem quidam ætate [h], ut minores 25. maiores 55. annis, in personalibus plerisq; in realibus uerò & mixtis item tutelis, maiores 70, uel interdum 75. annis [i]: quia senectus uenerabilis est, & quiete digna [k]. Quidam beneficio in Rempub. ut numero quinq; liberorum [l], non adoptiuorũ [m], neq; mortuorum [n], nisi ob Rempub. ° Quidam ob ualetudinem [p], inopiam [q], fortunam plebeiam [r], dignitatem [s], officium quo inseruiunt Reipub. [t] ut professores bonarum artium [u], frumentarij [x], nauicularij [y], negociatores publico seruiẽtes [z], milites [a], collegia [b]. Nemo enim de uno collegio in aliud transferri debet [c]: nec uno munere grauatus, alio insuper est onerandus [d]: neq; à maiore functione ad mino-
4 rem quispiam ignominiosè est deducendus [e]. de quibus omnibus alibi [f] plura traduntur. Sed † admonendi sumus, pleroſq; horum à personalibus duntaxat excusari, non etiam ab honoribus delatis [g], aut his quæ possessionibus siue patrimonio inducuntur [h]. Nam sciendum est, duo genera esse uacationis: alterum plenius, cum & militiæ uacatio datur: alterum exiguius, in quo nuda muneris est uacatio [i], seu alterum generale est uacationis genus, quod nec ab honoribus, nec ab ordinarijs excusat, ut est eorum qui nullam militiam, hoc est (ut interpretantur Dd.) officium castrensis aut togatæ militiæ retinent: aliud uerò est speciale, ut illorum qui officium in uacatione retinent, item qui specialiter excusantur, ut professores, medici publici, officiales, aduocati, & similes. hi enim etiam ab honoribus excusati sunt [k], & ab omnibus personalibus [l], item realibus extraordinarijs [m], nõ item à patrimonialibus ordinarijs [n] muneribus immunitatem habent.

a l.9.hoc t.
b §.pen.Inst. de satisd.tut. gl.in l.j.in prin.de ad. tuto.
c l.17.ff.de mun.
d l.j.in prin.hoc t.
e l.pen.§.pen.hoc t.
f l.2.ubi Io.de Plat.C.de decur.lib.10.l.si scribarum.C.de appell.idem Io.de Plat.in Rub. C.de excus.mun.lib.10.
g l.hi qui.de appell.§. qui autem.Inst.de excus.tut. uide rationem diuersitatis apud Ioan.de Plat.in d.l.2.C.de decu. & in Rubr. de excusa.mun. lib.10.
h uide Cuiac.Inst. de excusat.tuto. & in l.3.C.qui æta.se excus.lib.11.
i l.2.§.j.hoc t.l.j.& t.t. C.qui æta.se excus.lib. 10.l.3.de iur.immun.
k l.5.de iur.immu. uide in Cato.Cicero.
l l.3.§.cura.ad munici.
m l.2.§.adoptiui.ff.de uacamun.
n l.2.§.qui ad.hoc t.
o l.fi.hoc t.
p l.2.§.quẽ ita.l.pen.h.t.
q l.4.§.j.& 2.l.10.hoc t.
r l.13.§.plebeij.hoc t.
s l.10.l.fi.hoc t.l.pen.& l.fi.C.de decur.lib.10.
t l.j.C.quem.ciuil.mun.iu dic.ubi omnino uid.Dd.
u l.fi.§.fi.ad mun.l.8.§.fi. l.9.hoc t.
x l.4.hoc t.
y l.3.hoc t.
z l.5.§.negociatores.h.t.

De iure immunitatis. Tit. VI.

ETilli quidem legibus excusantur: quibus quia Princeps par est, ideo excusare etiam se possunt, quibus immunitas, hoc est, uacatio à summo Principe concessa est: quæ non modò singulis personis, sed totis etiam collegijs conceditur: alijs tamen aliter [a]. Illud constat, immunitates esse personales, neq; transire ad hæredes [b], ut nec cætera personalia priuilegia [c], nisi id in forma concessionis fuerit cõprehensum [d]: quo casu transit in posteros mares, nõ etiam eos qui ex fœminis nascuntur [e]. Sed immunitates collegijs tributæ perpetuæ sunt [f], quia collegia haud facilè extinguuntur [g]. Hæ tamen nõ ad singulos pertinent, sed ad artifices tantũ, qui necessariam operam publicis utilitatibus exhibent [h].

a l.3.§.1.ad munici.l.6.hoc t. b l.5.§.quibusdam.hoc t. c d.l.1.C.quem ciuil.muner.lib.10. d gl.& Dd.in d.l.1. e l.2.C.quemad.ciui.muner. lib.10. f l.fi.ff.t.1.l.1.ubi Dd.& l.2.C.quem.ciuil.mu.lib.10.Alb.hic in Rub. g l.in honorib.hoc t. h l.10.hoc t.l.fi.§.fratres.tit.1. i l.prætor.13. hoc t.l.quisquis.27.C.de episc.& cle. k Bart.Alb.& Dd.d.l.in honorib.& in d.l.medicos. ubi Ioan.de Plat.l.Seuerus.9.de decur.l.semper.5.§.fi.de iur. in l.eos.9.hoc t. l d.l.medicos.uerb.ab omnib.l.fi.C.de profess.lib.10.l.2.C.de his qui non impl.stipen.lib.10. m l.maximarum.C.de exc.mun.l.his omnib.10.§.pen.hoc t.uide Guid.Pap.decis.387.388.cum seq. n ita se habet communis conclusio in d.l.medicos. & in l. maximarum.C. de excus.mun.quam late confirmat Aegid.Thomat.in tract.de collect.§.medici.per totum.uide etiam Schurff.consil.44.cent.1. a l.5.hoc t. b l.1.hoc t.l.3.ff.de cens. c l. 1.de const.Prin. d l.4.hoc t. e d.l.1.in fin. f d.l.pen.hoc t.l.7.§.fin.cum ibi not.quod cuius.uniuers.no. g d.l.7.§.fin.ubi gloss. h l.pen.§. pen.hoc t. a l.7.& 8.hoc t.

De legationibus. Tit. VII.

1 Quamdiu habeant legati uacationem.
2 Qui sint legati, & unde dicti: quid legatio.
3 De legatione libera, & necessaria.
4 Qui legari possint, uel non.
5 Quæ legatus facere debeat, aut possit.
6 De legatiuo.
7 De uenceratione quæ legatis debetur.

1 VAcationem † à muneribus etiam legati Reipub. obtinent, non modò in ipsa legatione, sed bien-
2 nio etiam pòst [a]. Legati † sunt, qui publicè ad expedienda Reipub. negocia mittuntur: quorum opera consilioq; peregrè uteretur magistratus, qui ue nuncij Senatus aut populi essent: dicti ab eo, quòd

BIU Cujas

eo, quod ut publicè mittantur, legentur [a]. Hinc legatio dicta, munus illud quod legati sustinent. Hæc aut † Reip. causa suscipitur: aut est libera, quæ sine ulla Reip. procuratione, ac sine mandatis Senatus, priuatæ rei gratia, puta ob syngraphã exigendam, hæreditatem consequendam, aut uotum soluendũ dabatur [b]: quam qui sustinent, quia Reipub. causa non absunt, sed sua, uacationem non habent [c]. Quare non de his, sed de Reip. legatis propriè hîc agi, facilè intelligi potest. Sciendum † autem est, debitores Reip. item infames, & qui ius postulandi non habent, legatione fungi non posse [d], & ordine unũquenq; curialium ad functionem legationis cogendum: plures etiam quàm tres non esse mittendos, nisi aliud legationis dignitas exigat [e]. Porrò † is qui legatione fungitur, neq; alijs, neq; proprijs negocijs se debet interponere [f], quæ quidem esse possunt impedimento procuranti Remp. ut agere, conueniri [g], &c. Nemo enim prohibetur, uerbi gratia, emere domum, aut aliud aliquid facere, quod impedimento non sit legationi [h]. Sed & quæ moram non patiuntur, rectè exequetur: ut quæ ad iniuriam suam [i], item pupillos pupillasq; [k] pertinent. Legati alios dare uicarios quàm filios non possunt [l], nisi gratuitam legationẽ susceperint [m]. nam † aliàs sumptus ex publico habent, quod legatiuum dicitur [n]: cuius priuilegium est, ut non restituatur, si quis fortè in legatione decesserit [o]. Legati † sancti habentur: ideoq; si quis legatum hostium pulset, contra ius fecisse existimatur [p]. Cicero [q]: Ius, inquit, legatorum cùm hominum præsidio munitum, tum iure diuino uallatum est. Est & illud legatorum priuilegium, ut si quid ijs sit donatum, non leganti, sed ipsis quæratur, quamuis legantis contemplatione donatum uideri possit [r]. 3 4 5 6 7

a Varro lib. 4. de ling. Lat.
b Cic. lib. 3. de Leg.
c l. 14. hoc t.
d l. 4. hoc t.
e l. 4. in fi. hoc t.
f l. Paulus. 8. hoc t.
g l. 3. hoc t.
h l. legatus. 12. hoc t.
i l. legatus. 10. hoc t.
k l. si absenti. 11. hoc t.
l l. 4. §. legati. hoc t.
m d. l. 11.
n l. 2. §. his qui, hoc t. l. ult. §. j. de mun.
o l. legatus. 10. in fi. hoc t.
p l. fi. hoc t.
q in Oratione de Aruſp. reſp.
r gl. in l. ſi uerò. §. item, ubi Bar. nu. 3. ſolut. mat. gl. in l. qui proprio. 46. §. procurator. de procurat. Cyn. in l. manifeſtiſſimi. nu. 4. C. de furt.

De administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. Tit. VIII.

1 *Quid præstent administratores.* 2 *De officio eorum.*

DE administratione † etiam rerum ad ciuitates pertinentium, singulariter ius dicitur. Nam Magistratus & administratores Reip. (qui hoc in titulo quæstores, ædiles præfectosq; rei pecuniarię ciuitatum signare uidentur) non modò dolum & latam culpam, sed etiam diligentiam præstare debent [a]. nam ex neglectu tenentur [b], nõ autem ad fortuitos casus [c]: ad instar etiam tutorum pro se inuicem conueniuntur [d]: sed & fideiussoribus cauere solent [e]. & pater, cuius uoluntate filius administrauit, pro fideiussore est [f]. qui omnes in subsidium conueniri possunt [g]. Ei tamen qui pro collega soluit, ex æquitate datur actio [h]. Officium † autem horum in eo uersatur (quod ipsum indicio est, administratores hîc dici ædiles uiarum, &c. curatores, quæstores, præfectosq; ærario) ut rationes secundum fidem datorum & acceptorum ponant [i] (excepto tamen semper calculi errore [k]) ius Reipub. sine cautione ne locent [l]: nec pecuniam in alios usus conuertant, quàm ad quos destinata est [m]. Si tamẽ legata sit municipio pecunia ad certum usum, & is Reipub. parum decoris aut utilitatis allaturus uideatur, poterit ea in alium usum maximè necessarium conuerti [n]. De reliquis tenentur administratores, duntaxat in simplum [o], exceptis his quæ per fraudem gesta apparent, quorum duplum præstare coguntur [p]. Curatores ciuitatis, quorum hîc fit mentio, Cuiac. uult esse, ecdices, defensoresq; ciuitatum, qui simul ædilium munus in sua ciuitate impleant [q]. 1 2

a l. 2. §. frumentatæ. cum l. ſeq. l. fi. hoc t.*
b l. fi. §. item. hoc t.
c l. 3. C. de his qui ſpon. mun. ſuſc. & obſ. 12. cap. 30.

De decretis ab ordine faciendis. Titulus IX.

1 *Causa efficiens.* 3 *Forma: & quis sit legitimus decurionum numerus.*
2 *De quibus fieri decreta debeant.* 4 *De fine. ui & effectu decretorum.*

ADministratores † ciuitatum, & ordo decurionum, pro usu Reip. decreta facere solent, communi uel maioris partis consensu [a]: quæ quam uim habeant, uideamus. Decreta † de his fieri debent, quæ pertinent ad ciuium salutem: ut de medicis constituendis [b] aut reprobandis: de salarijs pro utili in commune opera ordinandis [c], &c. non de illis quæ spectent ad ambitionem priuatorum [d]. Quare si quis ambitionis gratia ad captandam auram popularem debitori Reipub. debitum remiserit, aut largitus sit, id decretum non ualet [e]: quia administratores liquida iura remittere non possunt [f], ut nec quod fit contra leges [g], aut nõ legitimo decurionum numero uocato [h]. Numerus † autem legitimus est, cum duæ cum minimùm partes sunt præsentes [i]. Ad † salutem autem Reipub. & municipiorum, non in priuatorum gratiam facienda sunt [k] decreta: quorum effectus est, ut quod ordo semel rectè riteq; decreuit, rescindi non oporteat, nisi ex utilitate Reipub. [l] Decreta tamen non sunt leges generales, neq; apertè proponuntur, sed fiunt in curia ab ordine. quare non obligant ad pœnam ignorantes, sicuti leges quæ publicè promulgantur [m], sed tantum scientes [n]. 1 2 3 4

a l. 2. 3. 5. hoc t.
b l. j. hoc t.
c l. 4. hoc t.
d l. ambitioſa. 4.
e l. 4. hoc t.
f l. præſes. 12. C. de tranſ. ubi Dd. uide Dd. in l. pactum. 17. C. de pac. & in l. ciuitas. 27. ſi cert. petat.
g l. 3. de ſep. uio.
h l. 2. hoc t.
i l. 3. hoc t.
k l. j. & l. 4. hoc t.
l d. l. 5.
m l. leges. C. de leg.
n l. fi. hoc t.

De operibus publicis. Tit. X.

1 *Quis, quale opus publicum facere possit.* 2 *De curatoribus publicorum operum.*

VT de † personis, ita de rebus quoq; publicis iura singularia extant: ut in primis de operibus publicis. Opus publicũ nouum facere quis potest, suo sumptu, sine authoritate Principis, ad Reipub. tamen utilitatem: nisi ad æmulationem fiat, uel materiam præbeat seditioni [a]. Sed in ueteribus operibus publicis, quæ securitatem publicam continent, ut sunt mœnia & portæ, nihil sine rescripto Principis fieri potest [b]. Operibus publicis ullius quàm Principis nomẽ inscribi nefas est [c]: excepto eius, cuius munificentia opus factum est [d], uel instauratum [e]. His † autem construendis solent curatores legi, qui cessationis nomine tenentur [f]. Nam curatores operum cum redemptoribus negocium habent, Resp. autem cum ijs quos efficiendo operi præstituit [g]. 1 2

a l. 3. hoc t.
b l. pen. hoc t.
c l. 23. hoc t.
d l. 2. & 3. hoc t.
e l. fi. hoc t.
f l. j. hoc t.
g l. 2. hoc t.

DE

De nundinis. Tit. XI.

1 *Nundinæ unde dictæ.*
2 *Quomodo constituantur.*
3 *De nundinarum priuilegijs.*
4 *Quomodo amittantur.*

1 DE nundinis † etiam singulare ius extat. Nundinæ quasi nouendinæ à nono quoq; die dictę sunt, quo agricolæ uendendæ emendæq; mercis & audiendarum legum causa, in urbem cõfluebant. De his tamen annonæ gratia usu quodam inductis, hîc non accipitur, sed de nundinis maioribus, quæ mercatus causa, instar priuilegij ab Imperatore ciuitatibus conceduntur: quales in Repub. 2 Rom. feriæ fuerunt Latinæ: hodie apud nos sunt nundinæ Francofortenses, & similes. Nundinæ † igitur à solo Imperatore impetrantur [a], constituunturq; exercendorũ mercatuum causa [b]: qui ne qua impediantur, inductum est, ut in nundinis nemo conueniri sub prętextu priuati debiti, ac molestiam pati præcludiq;, seu (ut nunc loquuntur) arrestari possit [c]. De contractibus tamen qui in ipsis nundinis fiunt, nulla causa est, quare non actio exceptioq; detur [d]: cùm contrahendo quisq; sortiatur eo loci forũ, 3 quo contraxit [e]. Nundinis † impetratis à Principe, nõ utendo qui meruit, decennij tempore usum amit 4 tit [f]. Iure † Sax. annis demum 31. per non usum nundinæ, ut reliqua priuilegia, amittuntur [g].

a l.unic.C.eod.l.j.hoc t. Sax.lib.3.art.66.& lib.2.art.26.
b l.2.hoc t.
c l.unic.C.eo.
d l.hæres.19.de iudic.
e d.l.hæres.§.j.c.Romana.§.contrahentes.de for.comp.in 6.
f l.j.hoc t.
g uide ff.de usucap.

De pollicitationibus. Tit. XII.

1 *Pollicitatio unde dicta, & quid sit, quomodo à pacto distet.*
2 *Quæ pollicitationes ualeant, aut non ualeant.*
3 *Ratio obligationis & qui obligentur.*
4 *De uotis.*
5 *An in hæredem obligatio transeat.*
6 *De cognitione pollicitationum.*

1 DE pollicitationibus † quoq; extra ordinẽ ius dicitur. Pollicitatio à posse & liceri uidetur dicta [a]. Quamuis autẽ promiscuè pro qualicunq; promissione accipi solet [b]: tamen hîc nudum & spontaneum offerentis promissum significat, qui benignè Reipub. se facturũ pollicetur [c]. quare distat à pacto, quod duorum est conuentio atq; consensus [d], non unius, ut pollicitatio: quæ singulari iure obligationem hoc casu constituit, cùm aliàs, sine mutua uoluntate, unius consensu nulla perficiatur con- 2 uentio [e], nec obligatio inducatur, sed tantum liberatio [f]. Neq; † tamen ex omni pollicitatione obligatio oritur. Quid enim si quis sine causa promisit, puta ædere munus, seu exhibere ludos [g]? Certè cum ne stipulatio quidem sine causa facta effectu ualeat [g], nec alia ulla pactio [h]: iniquum esset ex eiusmodi pollicitatione quempiam teneri [i], nisi opus promissum iam sit inchoatum [k]. Inchoatio enim seriam deliberatamq; fuisse promissionẽ denotat. Ergo tum efficax est pollicitatio, cùm ex certa aliqua causa fit, unde intelligi possit, deliberatè promissum esse: ut si quis honoris [l] aut decreti impetrandi gratia [m] promisit, aut ob aliam iustam causam, ut propter incendium quod Respublica passa sit [n], &c. Itaq; his casibus liberalitatem promissor perficere cogetur [o]. æquissimum enim est, eiusmodi uoluntates in ciuitates collatas, pœnitentia non reuocari [p]. Nec † tantum masculos, sed etiam fœminas, si quid ob honorem pollici- 3 tæ sint, debere implere sciendum est [q]. Sed † etsi quis rem aliquam uouerit, uoto obligatur: quod perso- 4 nam uouentis, non etiam rem quæ uouetur, obligat. Res enim quæ uouetur, soluta quidem liberat uotum, & fit sacra, sicuti solutione tollitur omnis obligatio: sed ipso uoto, hoc est, sola uoti promissione, sacra non efficitur. Est autem uotum, alicuius faciendi uel nõ faciendi uersus Deum declarata promissio, authore Alc. [r] Voto autem patresfam. puberes sui iuris obligantur, non filiusfam. aut seruus, sine domi- 5 ni patrisúe authoritate [s]. In † hæredem obligatio pollicitationis transit, quamuis interdum minuatur [t]. Sed si quis ob honorem uel sacerdotium sibi delatum pecuniam promisit, ut si fortè ædilis designatus, ludos se tempore sui magistratus facturum sit pollicitus, & antequam magistratum iniret, decesserit: æquissimum est, hæredes eius in pecuniam quam is ob honorem promiserat, nõ conueniri [u]. Non enim ex liberalitate profecta est hæc pollicitatio, sed ex iusta & penè necessaria causa: quæ cum fuerit finalis pollicitationis, certè ea cessante etiam ipsa pollicitatio cessare debet. Secus, si tantum esset impulsiua, ut si quis demerendi populi aut adipiscẽdi honoris, aucupandæq; gratiæ causa promisisset, & decederet [x]. 6 Nam impulsiuæ quamuis cessent, nihil operantur, aut mutant [y]. De † pollicitationibus in ciuitate factis iudicum cognitionem esse diui fratres rescripserunt [z], qui formam pollicitationi datam seruari curabunt [a], nisi aliud Reipub. utilitas postulabit [b].

a Alc.lib.Paræ.1.c.1.per l.cum duobus,52.§.si in col.unda.ff.pro soc.
b l.pollicitatione.C.de do. ante nupt.l. pen. C. de do.pro.l.fi.C.ad Vell.
c l.3.hoc t.
d l.j.de pact.
e l.j.§.j.l.ab emptione. 59.de pact.l.tale pactũ. 41.eo.tit.
f l.tale.41.de pact.
g l.2.§.circa.de dol.exceptl.qui sine. de cond. sine cauſ.
h l.iuris gentiũ.§.sed cum nulla.de pact.
i l.5.hoc t.
k l.j.§.cœpisse.hoc t.
l d.l.1.§.1.l.6.l.9.hoc t.
m d.l.1.§.1.
n l.4.l.ob casum.7.hoc t.
o d.l.1.circ.fi.
p d.l.4.
q l.6.§.non tantum.hoc t.
r in l.si calumnietur.232. de uerb.signif.
s d.l.2.hoc t.
t d.l.totus.l.ex pollicitatione.l.pen.hoc t.
u l.si quis.11.hoc t.
x l.6.8.hoc t.
y gl.in l.1.§.secundo loco. de postul.uid. ad tit.de cond.& demonst.
z l.de pollicitationibus.8. hoc t.
a l.Septicia.10.hoc t.
b l.Imperatores.13.hoc t.

De uarijs & extraordinarijs cognitionibus.

TITVLVS XIII.

1 *Genera cognitionum extraordinariarum.*
2 *Quibus de salario ius dicatur, aut non.*
3 *De priuilegio salarij.*

ORdinariè prætor non solet iudicare ipse, sed iubere iudicare alios, uidelicet iudices pedaneos [a]. Extra ordinem tamen, & absq; figura iudicij, ex nobili officio iudicat interdum summatim [b], & cognoscit certum causarum genus speciatim, singulari aliqua lege ipsius cognitioni commissum & iniunctum [c]. Eæ cognitiones extraordinariæ uocantur. Non enim fluũt ex ordinario iure pacti, obligationis, actionis: sed citra conuentionem & actionem ordinariam, ex æquitate & priuilegio, iudicis officio extra ordinem implorato, proponuntur, & summariè disceptantur. Cognitionum quæ extra ordinem fiunt numerus cum ex uarijs causis descendat, in genera diuidi facilè non potest, nisi sum- 1 matim diuidatur. Numerus † harum ergo cognitionum in quatuor ferè genera distribui potest. Aut enim de muneribus siue honoribus gerendis agitur, aut de pecuniaria re disceptatur, aut de existima- 2 tione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quæritur [d]. De † re pecuniaria uarijs etiam personis

a Cic.in epist.ad fratrem.
b l.1.C.ut in poss.lega.
c ut l.cum ij.8. de transac. l.2.de fer. l.3.l.5.de reb. eor.l.1.& t.t.quemad. testam.aperian.l.1.& t. t.de suſ.tut.
d l.5.hoc t.

præses

præſes in prouincia, prætor in urbe ex priuilegio aliquo extra ordinem ius dicit, ut de ſalario profeſſoribus ſtudiorum liberalium, quæ ἐγκύκλια μαθήματα uocantur [a], & medicis [b], & contra eoſdem [c]. nam quibus ius dicit extra ordinem, aduerſus eos quoq; mutuas petitiones etiam ordinarias admittit [d]. Item ludi literarij magiſtris [e], & nutricibus [f]. Philoſophis uerò nequaquam: non quia nõ religioſa res eſt, ſed quia hoc primùm profiteri eos oportet, mercenariam ſe operam ſpernere [g]. Proinde nec iuris quidem profeſſoribus ius dicit. Eſt enim res quidem ſanctiſsima, ciuilis ſapientia, ſed quæ precio nummario nõ ſit æſtimanda nec dehoneſtanda, dum in iudicio honorarium petitur, quod initio ſacramenti & cauſæ ultrò à litigatore erat offerẽdum. Quædam enim honeſtè accipiuntur, etſi inhoneſtè petantur [h]. Et hæc quidem obtinent in ijs qui gratis ius ciuile profitentur, ut olim I. C. [i] At alijs qui operam ſuam aduocationibus & conſilijs faciendis uenditant, certa cauſa nulla eſt, quare ius de ſalario dici nõ debeat, ut aduocatis [k]: dum tamen illud legitimam ſummam, uidelicet centum aureos pro ſingulis cauſis non excedat, nec improbè ſit promiſſum [l]. Eâdem ratione & aſſeſſoribus ac Comitibus iudicum ius dicitur [m], & iuris ſtudioſis, qui mercedis cauſa praxim exercent [n], partibusq; aſſeſſorum fungi, & à conſilijs magiſtratui eſſe ſolent [o]. Salarij † autem cauſa tam eſt fauorabilis, ut ſi deceſſerit, nondum abſoluto officio, 3
qui ea gratia honorarium accepit, ab hęredibus eius nihil repeti queat [p]. De alijs quoq; rebus uarijs extra ordinem ius dicitur, quas omnes eſt difficile percenſere: quaſdam tamẽ enumerat Vlp. [q] & Caius [r], qui uult iudicem imperitè iudicantem, in quantum æquum religioni iudicantis uiſum fuerit, condemnari. quod & in executoribus iniuſtè exequentibus receptum eſt [s].

a l.j.in prin.hoc t.
b l.j.§.medicos.
c l.5.hoc t.
d l.j.§.fi.hoc t. uide l.cum Papinian.14 C.de ſent. cum Auth. ſeq.t.t. ex.de mut.petit.
e d.l.j.§.ludi.
f d.l.j.§.pen.
g d.l.j.§.medicos.
h l.j.§.proinde.hoc t.
i Cic.lib.j.de Orat.& alijs locis.
k d.l.j.§.in honorarijs.
l d.l.j.§.in honorarijs. cũ ſeq.l.quiſquis. C.de poſtul.
m d.l.j.§.item comites, l.1. de off.aſſ. l.moris. 9.§. ſolet.de pœn. uide Cuia. obſer.lib.7.cap.25.
n l.4.hoc t.
o uide ẽ.de off.aſſeſſ.
p d.l.1.§.diuus.
q in l.2.hoc t.
r in l.fi.hoc t.
s Bal.in l.ſancimus. C. de iudic. Par. de Put. in tract. ſynd. ad uerb. executio.cap.2.

De proxeneticis. Tit. XIIII.

1 Quare proxenetica licitè exigantur.
2 Vnde dicti proxenetæ.

EOdem † modo etſi ſordidũ eſt proxeneticum ſeu ἐμπωρευτικὸν petere, pro leuidenſi uidelicet operula, quæ contrahentibus in conciliandis conuentionibus & interpretatione non intellectæ linguæ præſtatur: tamen cum uſus horum hominum in magnis emporijs ſit neceſſarius, proxenetica quoq; licito iure extra ordinem petuntur [a], quod humanum ſit [b] qualem qualem operam remunerari. Contrà uerò proxeneta reconueniri non poteſt tanquam mandator, neq; ex locato tenetur, ſed ex dolo tantum & lata culpa [c], inſtar menſorum [d]. An autem proxeneta teſtis eſſe poſsit de contractu quẽ conciliauit, alterius eſt loci [e]. quod etſi diſputationibus ac diſtinctionibus eſt inuolutum: tamen communius receptum uidetur, non poſſe hìc teſtem eſſe, ne uolentem quidem, & quamuis nullum inde cõmodum ſperet: niſi utrâq; parte cõſentiente [f], aut in caſibus exceptis, ſimoniæ [g], matrimonij [h], &c. quanquam in hoc conciliatores, uelut in facto proprio, quidam nõ admittant [i], pleriq; recipiunt [k]. quod pro matrimonio conceſſero, alijs concurrentibus [l]: contrà non item. Dicti † autem ſunt proxenetæ ἀπὸ τοῦ προξενεῖν, quod ſignificat conciliare, maximè hoſpites ac ignotos, diuerſæq; linguæ homines, quibus potiſsimùm hoc genus hominum inſeruit [m]. Hinc proxenetica merces, quæ pro opera eiuſmodi debetur: quo nomine & munuſcula, γαμήλια, & arrhæ quibus ſponſalia conciliantur, ueniunt [n], & extra ordinem officio iudicis petuntur [o]. Cæterùm de reliquis mercedularum generibus conſulendus eſt Contius [p]. 1 2

a l.1.2.3.hoc t.
b d.l.2.in uerb. philanthropi.
c l.2.hoc t.
d t.t.ſi menſ.fal.mo.dix.
e §.quoniam.in Auth.de teſte.in l.omnibus, C.de teſt.ubi Salic.gl.& Cano.in c.1.de teſtib.lib.6. gl.Landtr.lib.1.art.13. Lanfran.in c.quoniam. uerb.teſtium.nu.75.de proba.
f Alex.latè, qui dicit hanc communem, conſil.19.in his.nu.16.uol.4.
g c.1.de teſtib.in 6.Alex. prælleg.loc.
h Ruin.conſ.30.uol.4.uide conſ.Soc.iun.29.nu. 16.uol.2.conſ.mat.70. num.90.71.num.22.72. num.3.73.num.7.74. num.4.75.num.19.uolum.1.
i Dec.conſ.133. Pariſ.cõſ. 55.uol.4.conſil.mat.61. num.13.uol.1. per c.1.de teſtib.in 6.
k uide Strach. tractat. de proxen. ubi hoc latè examinatur, parte 4.§.illa.nu.15.

De cenſibus. Tit. XV.

1 Quid ſit cenſus.
2 Quotuplex.
3 Quis cenſitor, magiſter cenſus, cenſor.
4 De forma cenſuali, & pœnis fraudatorum.
5 De iure Italico.

CEnſus † etſi ſignificat aliquando facultates & patrimonium [a], ut apud Ouidium:

— Dat cenſus honores, &c.

item patrimonij reditum [b]: tamen apud Iureconſultos communiter accipitur pro tributo, penſitatione ſeu præſtatione, quæ fiſco Imperatoris debetur [c], in recognitionem uniuerſalis dominij, & in auxilium ac tuitionem Reipublicæ, quæ Principi incumbit [d]. Cenſus, inquit Zaſ. [e] eſt æſtimatio patrimonij, ad hoc ut annuum tributum ſoluatur. unde cenſitores dicti, qui cenſum æſtimant & exigunt. Profiteri uerò dicuntur, qui patrimonij ſui quantitatem ad cenſum indicant. Theophilo porrò cenſus ſignificat tabulam, in qua Romani facultates ſuas conſcribebant, ut neceſſitatis tempore, pro modo patrimonij ſui quiſq; conferret [f]. Nam cenſebantur olim ciues tantum Romani quinto quoq; anno urbe luſtrata: & prædia tantum mancipi, hoc eſt, iuris Italici, pòſt in prouincijs alia uidetur cenſus ratio inita: ſic ut eſſet cenſus duplex, alius capitis, alius ſoli uel agrorum [g]. Primus † uiritim, ratione perſonarũ 2
per ſingula capita præſtabatur [h] à prouincialibus [i], non etiam ab Italicis [k]. Secundus pro modo iugerum, unde & iugatio dicitur [l]: & pro ſeruis cenſitis atq; addictis, qui pars fundi tanquam inſtrumẽtum eſſe intelliguntur [m] (nam de cæteris mobilibus alioqui cenſus non præſtantur [n]) & hic quidẽ durauit ac ma-

l uide Panor.c.ſi pro debilitate.de off.deleg. Dec.conſil.133.conſil.310.conſil.163. Pariſ.conſil.55. nu.18.conſil.69.nu.4.conſil.61.in fi.uol.4.Tiraq.de leg.connub.parte 9.gl.1.nu.39.64. Alex.conſil 154.uiſo. uol.5. Stracha de proxen. parte 4.§.illa.nu. 19.20.21. m gl.definit proxenetam in Rub.hoc t. Azo C.de ſponſa.nu.10. Stracha parte 1.in prin.de prox.nu.3. n t.t.C.de ſponſ.& prox. o uide latè Stracham de proxen.parte ult.in fi.§.poſtremo.nu.23. p lib.1.Diſp.cap.14.

a l.cogi.16.in prin.ad S.C.Treb. l.de creationib. C.de epiſc.audi.
b t.t.ex.de cenſib.l.frugem.76.de uerb.ſig.l.ſi ſponſalib.§.1.de iur.dot.
c t.t.C.ſi prop.pub.penſ.& tit.ſine cenſ.uel rel.l.competit.C.de præſcr.30.&c. §.coges.in Auth.de mand.prin.
d Molin.in conſ. Par. tit.2.de conſ.in prin.num.15.per tit.in Nouel.de collat.
e intellect.ſingul.lib.2.cap.3.uide Landtr.art.54.lib.1.
f uide eum in §.6.Inſtit.de his qui ſunt ſui uel alien.iur.
g l.3.l.fi.hoc t.
h d.l.3.l.cum antea.C.de agr.& cenſ.l.11.
i l.3.hoc t.
k l.ult.uerb.tributum his remiſit capitis, hoc t.
l l.immunitates.C.de agr.& cenſ.lib.11.l.unic.C.de colo.tranſ.eo.li.
m l.3.l.quemadmodum.l.cum ſatis.C.de agr.& cenſ.
n d.l.fin.

BIU Cujas

ac manauit latius, præsertim sublata per Constantini constitutionem [a] priore illa census ratione, quæ
3 in capita erat constituta. Censitor † dicitur magistratus, qui censibus & tributis exigendis præest [b], qui & peræquator [c]. Alius autem ab hoc est magister census [d]: cuiusmodi & censor, qui antiquitùs morib. & disciplinæ erat præfectus [e], & quinto quoque anno, ex institutione Seruij Tulli regis, ciuium capi-
4 ta & quantum cuique in bonis esset, recognoscebat [f]. De † forma censuali, quomodo uidelicet agri sint in censum referendi, extat prolixum Vlp. [g] responsum: in quo etiam de coercitione eius tractatur, qui
5 falsò censum professus est [h]: de pœna autem eius, qui sua die non soluit, Paulus [i] agit. Sciendum † autem est, censum non præstare immunia prædia [k], ciuitates, regiones. Sed nec integrum ea quæ sunt Italici iuris. Itali enim cum essent pop. Rom. socij & confœderati, non æquè pendebant tributa [l], ut prouinciales [m], unde ciuitates, quæ ius Italicum beneficio Principis erant consecutæ, quas hîc recensent Vlpianus [n], Celsus [o], Caius [p], Paulus [q], leuationem à tributis, præsertim capitis, habeant, non integram immunitatem: nisi quibus ea specialiter data esset [r]. Coloniæ in quas mittebantur ciues Rom. non erant Italici iuris aut soli, cuius propria fuêre alienationum [s] & usucapionum [t] iura: multo minus ciuitatis Rom. participes, absque priuilegio speciali [u]. Qui enim in colonias deducebantur, ius ciuitatis Rom. amittebant [x], ut qui amplius Romæ inter ciues non censerentur: quo & ipso non censitos, numero ciuium exemptos fuisse constat. [y] Cæterùm colonias meliore fuisse conditione quàm prouinciales, argumento est, quòd beneficij loco datum fuerit multis ciuitatibus & quibusdam, saluis tamen tributis: à quibus immunes iure coloniæ fuissent, nisi expressim reseruatæ essent [z]. Cæterùm nec ipsæ coloniæ uniùs erant iuris atque generis [a]; quæ nunc omnia persequi, non est propositum, nec, ut arbitror, in hoc exorsu necessarium. Durasse hæc discrimina uidentur post Seuerum [b], usque dum filius eius Antoninus rerum potitus omnes ingenuos in orbe Rom. nedum colonos Latinos, sed ciues Rom. fecit [c]. quod beneficium non primis illis Antoninis, sed uel huic Seueri filio, uel qui eum consecutus est, Alexandro Seuero Antonino acceptum ferendum esse, cùm hic locus, tum alia multa conuincunt. Quin hoc beneficio potius discrimina personarum quàm prædiorum sublata fuisse multa sunt argumento, quæ summam à Iustiniano manum hisce rebus impositam conuincant [d].

a l.un. C. de cap. ciuil. cens. ex lib. 11.
b l. 4. §. illum. hoc t.
c tot. tit. Cod. de cens. & cens. & peræq. lib. 11. §. coges. in Auth. de man. prin.
d l. 25. 26. 27. C. de dona. l. consulta. C. de dona. l. consulta. C. de test. §. & hîc uerò. in Authent. de test. §. illud. in Authent. ut frat. fil.
e l. 2. §. post deinde. de ori. iur. l. censere. 11. de uer. signif.
f uide Dionys. Halicarn. hist. lib. 4.
g l. 4. h. t.
h d. l. 4. §. pen.
i in l. 5.
k l. ult. uerb. solum immune factum. hoc t. l. 4. §. 3. hoc t.
l l. de his 3. C. de episc. & cler.
m §. per traditionem. ubi Theoph. Inst. de rer. diuis.
n l. 1. h. t.
o l. 6.
p l. iuris. 7.
q l. ult. hoc t.
r l. ult. h. t. Cuiac. obs. lib. 10. cap. 35. uide de hoc iure Italico etiam Gou. lib. 4. cap. 1.
s §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. Vlp. tit. 1.
t §. 1. ubi dixi. Inst. de usuc. Vlp. tit. 1.
u l. 1. uerb. neutra ius Italicum habet. l. ult. uer. Cõloniam & iuris Italici fecit. item: Colonos fecit. non adiecto ut Italici iuris essent. hoc tit.
x Cic. 2. Catili. & alibi passim.
y Bon. de censi. lib. 1. c. 1. num. 5.
z l. ult. l. 1. hoc t.
a Bon. de censib. lib. 1. art. 2. num. 10.
b l. 1. uersic. à diuis Seuerõ Antonino. hoc t.
c d. l. in orbe. 17. de stat. hom.
d in prin. Inst. de usucap. ubi dixi l. unic. C. de usucap. transforman.

De uerborum significatione. Tit. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Voluntatem potius quàm uerba inspici.*
3 *Verba quatuor modis accipi.*
4 *De significatione nominum.*
5 *De significatione uerborum.*
6 *De significatione aliarum partium.*
7 *De significationibus rerum.*
8 *De iis quæ ad personas pertinent.*
9 *De significatione rerum.*
10 *De significatione earum quæ ad actiones pertinent.*

1 ABsolutis † omnibus quæ cum in ordinariam iudiciorum cognitionem cadunt, tum extra ordinem disceptantur: iam uno quasi fasce quæcunque sparsim suprà dicta sunt, coronidis uice in his duobus titulis concluduntur. Ac cùm ius omne consistat partim in rerum diuinarum atq; humanarum, quæ quidè ad iuris scientiam pertinent, cognitione: partim in iusti atq; iniusti noticia: rectè atque ordine hoc in titulo significationes uerborum, ex quibus cognitio prima sumenda est, expositæ sunt: post in sequentem de his ipsis rebus definitiones ac regulæ iuris, quæ ostendunt quid quaq; in re
2 iustum iniustumque sit, referuntur. Quod † ad uerborum significationem attinet, illud in genere sciendum est, quando quidem uerba inuenta sunt, ut mentẽ exprimant [a], semper uoluntatẽ potius spectandam quàm uerba [b]. Sed quia mutuum iter est inter animum & sermonem, eius interpretem: ideo non minus ex uerbis colligimus uoluntatem, quàm contrà ex uoluntate sensum uerborũ. Nemo enim prę-
NON † modò sacra sunt Deus & fides catholica, sed res etiam Deo sacratæ [a]: in quibus præcipuę sunt Ecclesiæ: quæ non simpliciter sacræ, sed sacrosanctæ nostris nominantur: quòd non solùm Deo sacræ sunt [b], sed etiam Principum constitutionibus uelut sanctę [c], ab iniurijs hominum imporum (quæ maxima semper multitudo fuit) defendantur [d]. Ecclesiæ † Græcũ multitudinis nomẽ, dupliciter nostris accipitur: aliquando uniuersaliter, pro Ecclesia catholica, cœtu Dei [e], quæ ueræ religionis perpetua est mater [f], & rerum omnium humanarum una cõseruatrix [g]. Ea est cœtus amplectentium ueram de Deo doctrinã & rectè utentium Sacramẽtis. Loquimur enim nõ de triumphante (quò ius nostrum non pertinet, ut nec humana reliqua [h]) sed de militante Ecclesia: quę rursum diuiditur in uisibilem, corporalem seu externã, in qua multi sunt non renati, de doctrina tamen cõsentientes: unde l. 6. infrà de pagan. rectè Christianos diuidit in eos, qui reuera sunt, & qui esse dicuntur: & inuisibilem seu spiritualem, quæ est tantùm electorum, creditur q́; ut est in Symbolo, non uidetur. Aliàs particulariter accipitur pro multitudine fidelium particulari, certum in locum congregata: & hoc in titulo potissimùm pro Ecclesia materiali, hoc est, locis & templis manu factis, in quæ fideles statis temporibus diuini cultus gratia solent conuenire. Ea † constituitur consensu multitudinis hominum, ad minus decem [i], authoritate superioris [k], loco publico congruo [l], sumptibus uniuersitatis cui constituitur [m], assignatis

a l. j §. j de iust. & iure. e. pen. dist. 1.
b l. j. in princ. de rei uend. l. 1, 2. de stat. hom. §. ult. Inst. de iur. nat. gen. & ciuil.
c l. j. & tot. tit. infr. de pagan.
d l. sunt. 43. de relig. & sump. funer.
e l. 6. infr. de paga.
f de qua Cuiac. obs. lib. 12. cap. 26.
g ut dicitur l. 4. in princ. uers. nam pax Ecclesiæ. hoc t.
h Ioan. 10. 35.
i Tit. 2. 8.
k ut ait Spec. de sum. Trinit. per c. in Christo. dist. 2. de conse.
l Cic. lib. 1. de nat. Deo.
m l. conuenticula. 15. j. de Episc. & cler. Nou. 57. Nou. 131. No. 132.
n l. si quis. 30. ff. de pœnis.

a §. sacræ. Inst. de rer. diuis. l. 6. §. 2. cum ll. seq. ff. eo.
b d. §. sacræ. l. 6. §. 2 uerb. ædes sacra facta. de rer. diuis.
c l. sanctam. 8. cum ll. seq. ff. de rer. diuis. & t. t. ne quid in lo. sacro.
d Rubr. j. ne sanctũ bapt. l. si quis. 10. & passim, hoc t. Sic Cic. in Cat. 2. sacrosanct. us possessiones, hoc est, inuiolabiles uocat.
e Iosuæ 22. 17.
f l. iubemus. 14. hoc t.
g l. 4. j. tit. 1.
h 1. Cor. 13.
i c. unio. 10. q. 3. c. sanctorum. 60. dist.
k c. ad audientiam. de Eccles. ædif.
l in Ecclesijs. 11. j. de Epis. aud. c. Ecclesias. de cons. dist. 1. c. cum secundum. de præben. c. si seruus. 54. dist. c. comperimus. 14. q. ult. c. 1. et 2. de oper. no. nunc. uide Bar. in l. si locus. de relig. & sump. fun. Host. de Eccles. ædif. nu. 4. 5.
m c. quicunq;. 16. q. c. ad Apostolicã. de simon. Host. de Eccl. æd. nu. 2.

BIU Cujas

gnatis certo numero ministris [a], qui diuino Ecclesiæ ministerio & cultui præsint: & dote ac reditibus, cùm ad eorundem sustentationem, tum ad Ecclesiæ instaurationem assignatis [b], ut cultus ibi diuinus teneri, & cœtus piorum certis diebus ad audiendum uerbum, usumq; sacramentorum, ac publicas preces conuenire possit [c]. Nam ad usum huc ministerij publici, potissimùm Ecclesiæ construuntur. Affi-
4 nia † Ecclesiæ sunt loca pia, ut orphanotrophia, ptochotrophia, xenodochia [d], monasteria [e], oratoria [f]: quæ larga huius significatione comprehenduntur, non propria [g]: & in fauorabilibus nõ odiosis, Ecclesiæ appellatione ac iure comprehenduntur [h], & priuilegijs gaudent [i]. hoc distant, quòd hæc usibus ac alimentationi religiosarum aut miserabilium personarum, Ecclesiæ uerò cultui præcipuè diuino dedicentur [k]. Affinia etiam sunt loca religiosa, sancta, & publica [l]: quibus cum eodem plurimùm iure ac
5 priuilegio Ecclesiæ utuntur [m]. Contraria † sunt conuenticula priuata [n]: item quibus ius Ecclesiæ uel amittitur, uel impeditur. Amittitur destructione, quæ iure fit [o], translatione [p], occupatione hostili [q], incendio, præscriptione, bonorum cessione ac uenditione [r], ob æs alienum facta [s]. Impeditur officium ac usus eius, excõmunicatione & interdicto [t], flagitijsq; in Ecclesia perpetratis [u]. Et tantum de Ecclesijs. nunc reliquas duas huius tituli partes, quæ de adiacentibus, nempe rebus & priuilegijs Ecclesia-
6 rum inscriptæ sunt, paucis exequamur. Res † Ecclesiæ, sicut Reipub. aut nullius sunt in bonis, & extra commercium: aut sunt in patrimonio Ecclesiæ, ideoq; & in commercio [x]. Ad illud genus pertinent res Deo sacratæ, ut Ecclesia ipsa [y], cum loco areaq; sua [z], & donarijs diuino cultui consecratis [a], quæ alienari nõ possunt, nisi in usum ipsius, ut ita loquar, heri cuius sunt: puta in redemptionem captiuorum [b], ab hostibus [c], & pauperum alimenta [d]: quibus quicquid impenditur, hoc sibi Deus fert expensum [e]. Ad alterum genus referuntur, quæ sunt patrimonialia Ecclesiæ bona, pro dote aut ad fabricam assignata [f], aut ad piam causam relicta [g]: quod etiamsi ad aliam quamuis impiam, relictum sit, non ideo minus ualere debet, & in usum aliquem pium ab œconomis conuertendum est [h]: qui exemplo curatorum, bona Ecclesiæ administrant [i], nec alienare possunt [k], nisi multiplici canonum interueniente solennitate [l]. Nam quæ iure ciuili solennia eam ad rem sunt inducta [m], nunquam ab Ecclesia fuére recepta [n]. Priuile-
7 gia † Ecclesiæ, hoc est, singularia iura [o], pertinent, exemplo iuris communis [p], aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones. Personam etsi Ecclesia propriè non habet [q]: iuris tamen interpretatione sustinet, [o] ut quælibet uniuersitas [r], & quidem multo maximè fauorabilem, ut matris [s], filij [t], hæredis [u], minoris [x], ciuitatis [y], imperij [z], fisci [a], pauperum [b], etiamsi personalibus (nam in realibus ordinarijs & necessarijs contrà est [c]) muneribus & oneribus non obligetur [d]. Est etiam priuilegiata uariè in rebus cùm acquirendis [e], tum conseruandis [f], tum amittendis [g], alijsq; pijs causis uel actionum inter uiuos, uel ultimarum uoluntatum [h], item in iudicijs, omniq; iurisdictionis parte [i]: ut hæc copiosè à multis tradita sunt [k], [p] nec in hoc commentariolo explicari satis idoneè possunt. Quare sufficiat ad ea digitum nunc intendisse, & aliquam ordinis præmonstrasse rationem ijs, qui ad certa capita hoc genus priuilegiorum redigere & distribuere uolent.

De Episcopis & clericis, orphanotrophis, & xenodochis, et ptochotrophis, et asceteriis, et monachis, & priuilegijs eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum uetitis seu permissis. Tit. III.

1 Continuatio.
2 De Episcopis.
3 De clericis.
4 De affinibus horum.
5 De priuilegijs & adiacentibus.

1 IVs † publicum non tantùm ad sacra, uerùm & ad sacerdotes pertinet [a], qui publico in Ecclesia ministerio defunguntur. Quare post illa exposita, de altero hoc iuris publici obiecto, constitutiones ordine consequuntur. Sacerdotes à sacris dicti sunt, quibus dati ac cõsecrati sunt [b]: presbyteri, Græco
2 nomine ab ætate [c]. In hoc ordine primum locum obtinent Episcopi, † uelut inspectores ac superintendentes reliquorum [d]: à uigilantia, cura, labore, fide docendi, quam Ecclesiæ debent [e], sic dicti [f]: quasi præsides religionis, quibus adæquantur [g], de quorum tractatur generibus [h], numero [i], electione [k], di-

aa 4 gnitate,

a in Auth. ut definit. numerus, &c.
b c. cum sicut. de consecr. Eccles.
c l. si qui. 9. ĩ. de hæret.
d l. omnes. 33. ĩ. tit. 1. t. tit. eẋ. de religios. dom. ubi Panor. Host. & Dd.
e §. si quis. in Auth. de Eccles. tit.
f c. 2. ubi Panor. nu. 1. & 2. de consuet. Card. cle. 1. quæst. 3. de iud.
g c. grandi. de supr. neg. præt. c. 2. de in integ. restit. lib. 6.
h §. de temporalib. in Authen. de Eccles. tit.
i Instit. de rer. diuis. §. sacræ cum seq.
k Inst. de rer. diuis. §. 2. cũ seq.
l l. ult. hoc t.
m l. 3. ẽ. de sacros. eccl. l. cõuenticula. 15. ĩ. tit. 1. No. 57. 131. 132.
n Innoc. in c. cum eẋ. de oper. no. nunc. Bar. post gl. in l. seruitutib. 9. uers. si sublatum. de ser. rust. præd.
o glo. in c. priuilegium. de reg. iur. Innoc. in c. 2. de oper. nou. nunc.
p l. cum loca. 36. de relig. & sump. fun.
q cap. Eccles. ijs. de consec. dist. 1. ca. 1. c. quod in dubijs. de consec. eccles. ubi Host. nu. 5. & 6. l. æde. ff. de cont. empt.
r §. in Auth. ut def. num. Bal. & Dd. in l. stipendia. C. de exec. rei iud. et in l. 1. C. qui bon. ced.
s cle. 1. §. terra. ubi Zab. de pœn.
t c. Eccles. ijs. 68. dist. Host. de consec. Eccl. Dd. in c. 1. de celeb. miss. &c.
u l. 6. ubi Dd. de contrah. emp.
x §. sacræ. Inst. de rer. diuis. z l. 6. de rer. diuis. l. æde. 73. de contrah. emp. a d. §. sacræ. b l. sancimus. 17. b. tit. c Bald. & Imol. in l. quamuis, solut. matr. d Bart. nu. 17. in d. l. sancimus. 17. b. t. per l. illud. b. t. e Matth. 25. f c. unio. 10. q. 3. c. decernimus. 10. q. 1. g d. Auth. omnes. ĩ. com. de succes. c. relatum. c. cum esses. de testa. Tiraq. de priuil. piæ causæ. in prin. h l. iubemus. 14. b. t. i §. ult. in Auth. de eccles. tit. l. orphanotrophos. 30. ĩ. tit. 1. Panor. & Dd. c. 1. de in integ. rest. k Dd. in l. præses. 12. ĩ. de transact. l tot. tit. eẋ. & lib. 6. de reb. Eccl. non alien. ubi Host. nu. 2. & 3. Rebuff. in c. sine. 12. q. 2. m l. iubemus. 14. cum Auth. seq. b. t. n Bart. num. 19. in d. l. iubemus. o c. priuil. dist. 3. Host. de priuil. nu. 1. p l. 1. & 2. de stat. hom. §. ult. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. q Spec. de lib. concept. §. iam nunc uidendum. num. 15. & 16. r l. proponebatur. 76. de iud. Bart. l. aut facta. §. nonnunquam. num. 3. de pœn. s clem. 1. de sum. Trin. l. iubemus. 14. b. t. t Bart. l. hæredib. §. Titius. num. 3. ad Trebell. Tiraq. priuileg. piæ causæ. u §. si quis. in Auth. de eccles. tit. c. relatum. 12. de testam. c. fin. de offic. ordin. lib. 6. x c. 1. 2. 3. & t. t. de in integ. restit. y l. ult. hoc tit. z gloss. c. 3. uerb. Ecclesia. de in integ. restit. per §. sancimus. in Auth. de non alien. c. solitæ. de maior. a clem. 2. §. 1. de hæret. Bar. in Rubr. ĩ. de priuileg. fisci. b Bal. in l. omnes. 31. per illum text. in princ. & num. 7. hoc tit. &c. c l. ad refectionem. hoc tit. uide Thomæ. in tract. de collect. d l. 1. 2. 6. ĩ. tit. sequent. Azo hic, nu. 7. 8. Hostien. de immun. Eccles. num. 3. Thoma. præalleg. loc. e l. ult. hoc tit. f l. priuilegia. 12. cum l. sequen. ĩ. tit. 1. c. quisquis. 17. quæst. 4. tot. tit. de rebus Eccles. non alien. l. iubemus. 14. hoc tit. g l. ult. hoc tit. in Auth. de non alien. eẋ. de rebus Eccles. non alien. d. l. iubemus. h l. 1. ubi Bart. Bald. & Dd. hoc tit. Roma. in Auth. similiter. ĩ. ad l. Falcid. i gloss. in c. 3. de in integ. restit. c. ex ratione. de appell. c. præsentia. de probat. c. ult. de sentent. & rei iudic. c. at si. de iudic. tot. tit. eẋ. de for. comp. & ĩ. de Episc. aud. de Episc. & cler. k Bart. Bald. sic in l. 1. hoc tit. Roma. in d. Auth. similiter. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ. a l. 1. §. huius. de iust. & iur. b Varro lib. 1. cap. cleros. uers. sacerdos. 21. dist. c d. c. cleros. c. quisquis. 85. d. ſt. d c. qui Episcopatum. 8. q. 1. d. cap. cleros. uersic. Episcopus. e Cano. 58. f d. cap. cleros. g l. si qui. 8. cum l. seq. ĩ. titul. 1. h d. cap. cleros. l. si quanquam. 29. l. ad similitudinem. 26. hoc tit. i in Authent. ut def. num. & de sanctiss. Episc. k l. si quenquam. 19. hoc tit. in Authent. de sanct. Episc. cap. 1. 3. 16. distinct. & extr. de elect. & de postul. præla. in decreta.

BIU Cujas

gnitate [a], officio [b], potestate [c], cum similibus priuilegijs [d]. Proximi ab his presbyteri [e]. Inferiorum † lo- 3
cum tenent clerici ex sorte dicti, qua primùm & antiquitùs eligebantur [f]. In his præstant reliquis pres-
byteri & sacerdotes [g]. nam parochi pastoresq́; quos in hunc numerum ius Canonicum aggregat [h], fue
runt in primitiua Ecclesia Episcopi, & ad superiorem ordinem pertinebant [i]. Adiacent priuilegia [k], pe-
culium [l], immunitas [m], castitas [n], uitæ probitas [o], dignitas [p]. Affines † sunt Orphanotrophi, Xenodo- 4
chi, Ptochotrophi, uelut tutores & curatores personarũ miserabiliũ: ut Orphanorum, expositorum in-
fantum, hospitum, pauperum, rerum atq; causarum piarum [q]: item monachi & moniales, quiq́; ascete-
rijs inhabitant [r]: quorum nuptiæ olim liberæ [s], pòst uetitæ [t]. Varia præterea † sunt priuilegia, quę non 5
tantùm honori personarum, sed etiam Dei maiestati, cuius sacris uacare sacerdotes oportet, indulgen-
tur [u]: & peculium quasi castrense: quod partim sibi suisq́; quærunt [x], partim alijs, & inprimis Eccleſiæ
suæ [y], potissimùm ut in redemptionem captiuorũ, aliasq́; pias causas conuertatur [z]. Cæterùm quo di-
gniore loco sunt, eo grauius puniuntur, si gradus elati dignitate delinquant [*]. Nec enim ueritas ex per-
sonis, sed personæ ex ueritate sunt iudicandæ, secundum Tertullianum.

De Episcopali audientia, & diuersis capi-

TVLIS, QVAE AD CVRAM PERTINENT PONTI-
ficialem, hoc est, Episcopalem. Tit. IIII.

1 Causæ Episcopalis audientiæ.
2 Materia, & quibus de rebus ibi ius dicatur.
3 Forma.
4 Finis.
5 Effectus.

ETsi † præcipuum Pontificis seu Episcopi munus est, doctrina uerbi populum moderari [z]: tamen [1]
quia non omnes dicto audientes sunt, nec eiusmodi persuasione ad disciplinam perduci, uel in
officio retineri possunt, & superioritas, in qua sunt Ecclesiastici [b], absq; imperio & iurisdictione,
nõ satis habet neruorum & authoritatis [c], deniq; quoniam Ecclesia mater ac cultrix est iusticiæ [d]: ideo
Episcopis peculiaris quædã iurisdictio Ecclesiastica, ciuili dignior [e], in personas & causas Ecclesiasti-
cas, legibus Impp. est attributa: ut ius dicant clericis [f], monachis [g], œconomis [h], ac similibus personis
Ecclesiasticis. quæ etsi olim etiam coram magistratu sæculari forum sortiebantur [i]: hodie tamen non
nisi in auditorio [k], seu audientia [l] Episcopali nequeunt conueniri (nam agentes forũ sequuntur rei [m])
ne sponte quidem & consentientes [n]. Præterea † ius dicunt laicis uel ex consensu [o], uel ex necessitate: 2
ut pauperibus [p], captiuis [q], alijsq́; miserabilibus [r]: item quando iudex sæcularis adiri nequit [s], uel ob di
gnitatem aliquis conuenitur [t], aut iusticiam facere magistratus detrectat [u]: deniq; & in causis spiritua-
libus [x], quæ animas & conscientiam contingunt [y]: ut sunt matrimoniales [z], ac similes [a] relicta ad piam
causam [b], annonæ mercium q́; precium iustum, &c. [c] infantũ expositiones [d], curationes [e], legitimatio [f],
decimæ [g], usuræ [h]: scilicet cũ de iure talium rerũ, nõ de facto, puta possessione quæritur [i]. Exercẽt † au- 3
tem iurisdictionem hanc uel ipsi per se Episcopi, uel unà cum ciuilibus magistratibus [k]: ac cum sint or-
dinarij iudices [l], similes præfectis prætorio [m], ordinariè quoq; procedunt [n]: ita tamen, ut in omnibus
geminã fidem & sanctitatẽ tam incorrupti iudicis, quàm sancti sacerdotis, gratis præstent [o]. Finis † hu- 4
ius iurisdictionis, ut cultus diuinus, pietas & castitas morum integrè seruentur [p]: pauperibus, & in ne-
cessitate positis prouideatur [q], maximè de alimentis [r]: captiui liberentur [s]: Christiani magistratus, &
officia eligãtur [t]: præscriptiones etiam actionum, adita saltem in subsidiũ Episcopali sede, interrumpi
queant [u]. Effectus, † quòd eorum sententiæ decretaq́; rata sint [x]: nec modò ab ipsis, quatenus eorũ iu- 5
risdictio porrigitur, sed etiam à magistratibus ciuilibus, citra ulteriorem cognitionem executioni man-
dentur [y]: nisi appellatione post (non ante [z]) sententiam ad Principem instituta suspendantur [a]: quæ
tamen non permittitur ijs, qui sponte hîc litigant [b]. Et quia nulla iurisdictio sine coercitione satis uiriũ
habet, commodeq́; exerceri potest [c]: ideo etiam hæc Episcopalis annexam habet puniendi potesta-
tem [d]: non tamen corporaliter pœna sanguinis [e], damnandi ad carceres perpetuos [f], excommunican-
di [g], interdicendi [h], suspendendi [i], mulctandi [k]: ita tamen, ut mulctæ non ipsius sint [l], sed in pauperum
fiscum atque utilitatem, uel ad alios pios usus conuertantur [m].

De hæ-

a Auth. sed episcopalis. l. ad similitudinem. 21. b. t. c. quorum. 69. dist. j. in decretal. tit. de maio. & obed.
b c. Episcopi. 2. q. 1. l. nulli 28. b. t. l. addictos. 7. j. tit. 1.
c in Auth. ut diff. iud. j. de Episc. audien. ex. de elec. & elec. potest. c. de persona. 6. q. 1. c. Romana. de appell.
d l. 1. 2. & tot. b. t. & ex. de priuil.
e l. presbyteri. 8. b. t.
f d. c. cleros.
g l. presbyteri. 8. l. si quis. 10. l. ad similitudinem. 21. b. t.
h tit. de paroch.
i d. c. cleros. uers. Episcopus.
k l. 2. b. t.
l d. l. 2. l. sacrosanctæ. 32. b. t.
m d. l. 2. l. 6.
n l. cum. 19.
o l. 4. b. t.
p l. ad similitudinẽ. 21. b. t.
q l. Orphanotrophos. 30. hoc tit.
r l. omnes. 31. l. iubemus. 34. l. ult. b. t.
s l. 2. b. t. Nou. 54.
t l. 5. Auth. sed neq. b. t. in Auth. de sanct. Episcop. ex. de com. coniug.
u l. non distinguemus. 32. §. sacerdotio. 3. de recep. arb.
x l. sacrosanctæ. 32. b. t.
y l. si quis. 15. b. t.
z l. 2. b. t.
* l. presbyteri. 8. in fi. C. de Episc. & cler. ut in l. quædam. 9. de pœn. & pluribus ex Aquinate cõfirmat. Tiraq. de pœ. caus. 31. n. 18. 20. cũ seq.
a l. addictos. 7. hoc tit. d. Cano 58.
b l. presbyteri. 8. ſ. t. 1.
c l. 2. de iurisd.
d c. 1. §. 1. de alien. feud.
e c. solitæ. 6. de maior. & obed. l. presbyteri. 8. C. de Episc. & cler.
f l. 2. b. tit.
g l. addictos. 7. hoc tit.
h l. decernimus. 14.
i c. cum clericis. 25. ſ. t. 1. l. decernimus. 14. b. tit.
k l. lecta. 40. si cert. peta. l. prouidendum. 7. j. de postulat.
l hîc in Rub. l. cum clericis. 25. ſ. tit. 1.
m c. 3. c. si clericus. 5. c. cum sit generale. 8. de for. compet.
n c. significasti. 18. de for. compet. Auth. clericos. Auth. causa. ſ. tit. 1. gl. d. l. cum clericis. uerb. uolentib. ſ. t. 1. c. 1. 2. ex. de for. comp.
o l. si qui. 8. gl. l. Episcopale. 9. uerb. audiri. hoc tit. uide l. 1. C. Theod. de Episc. iud.
p l. 1. b. tit.
q l. 3. d. addictos. 7. l. iudices. 10. b. t.
r l. nemini. 19. cum seq. b. t.
s l. si præses. 28. l. ult. b. t.
t l. si præsens. 18. b. t.
u c. ex tenore. 11. de for. comp.
x l. omni. 6. ſ. de sacr. Eccles.
y l. pen. l. si legib. 16. l. nulli. 28. l. si lenones. 13. l. nemini. 19. l. iubemus. 17. l. de creationibus. 18. l. 6. l. 1. & passim. b. t.
z l. si legibus. 16. l. pen. b. t.
a l. si lenones. 13. l. nemini. 19. cum seq. b. t. t.
b l. nulli. 28. cum Auth. seq. b. t.
c l. 1. ubi Bal. nu. 2. 3. b. t.
d l. nemini. 19.
e l. antepen. b. t.
f c. 5. & passim. qui sint fil. leg.
g t. t. ex. de deci.
h t. 1. de usur.
i c. tuam. de ord. cog. Bar. & Dd. 1. a. nu. 6. l. 3. C. de iud. l. 2. de iurisdict. l. 6. ſ. de sacrosan. Eccles. Mynsing. obs. 67. cent. 1.
k l. iubemus. 17. l. de creat. 18. b. t.
l l. si qui. 8. ubi Bal. nu. 1. b. t.
m l. Episc. 9. ubi Bal. nu. 1. 2. b. t.
n t. t. ex. de iud. cum multis seq. & li. 6. ac in cle. eo. cle. sæpe. de uer. sig.
o l. decernimus. 14. l. tã dementis. 21. b. t. c. cũ ab om. de uita & honest. cler. Spec. de off. ord. §. 1. nu. 5.
p l. si lenones. 13 l. 5. l. mathematicos. 11. b. t.
q l. 1. b. t.
r Bal. d. l. 1. l. iudices. 10. l. nemini. 19. b. t.
s l. 3. l. 7. l. iudices. 10. l. Christianos. 12.
t l. 4. l. 7. l. nemo. 15. l. iubemus. 17.
u l. si præsens. uers. statutum ita tempus interrumpere. l. ult. uers. libellum ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra constituta tempora interruptionem facere. b. t.
x l. 9. b. tit.
y l. Episcopale. 9. b. t.
z l. 2. b. t.
a l. addictos. 7. b. t.
b l. Episcopale. 9. ubi Bal. b. t.
c l. 2. de iurisd.
d c. 1. c. irrefragabile. 13. de off. ord. t. t. ex. de pœ.
e Bal. l. in ipsius. C. fam. hercis. 1. a. l. trãsigere. nu. 4. C. de transact. Panor. n. 4. c. ad audientiã. de crim. fal. c. at si cler. n. 43. de iud.
f c. quãuis. de pœ. li. 6.
g t. t. de sent. excom. ex.
h c. 3. c. ad reprimẽdũ. 8. de off. ord. cle. 1. de pœ.
i d. c. 3.
k gl. & Dd. in c. 3. c. dilec. de pœ. ubi Host. nu. 8. Spec. de continuac. §. 4. num. 2.
l l. 2. hoc tit. Hostiens. de pœn. num. 8. per cap. 2. eod. tit. Panorm. in cap. ut clericorum. de uit. & honest. cler. Maran. in Spec. parte 6. num. 116.
m l. 2. hoc tit. l. 2. supr. tit. 1.

BIU Cujas

De hæreticis & Manichæis & Samaritanis.

TITVLVS V.

1 Hæresis unde dicta, quid sit.
2 Propria.
3 Gradus & genera.
4 Causæ.
5 Effectus & pœnæ.
6 Modus procedendi contra hæreticos.
7 Adiacentia.
8 Affinia.
9 Contraria.

PRæcipuè ad curam episcopalẽ spectat, ut hæreses extirpentur [a]. Hæresis † Græco nomine sectam, diuisionem, instituta philosophorum, habitum animi, opinionem de aliquo dogmate confirmatã significat [b]: ducto uocabulo ab electione [c]: unde & προαίρεσις, ita ut ambiguum in utramq; partẽ sit uerbum [d], quanquam usu factum sit odiosum [e], & in malam partem, præsertim hoc in tractatu, pro erronea fidei opinione accipiatur [f]. Hæresis igitur est pertinax in articulis fidei seu religione Christiana error: ἱπποδιδασκαλία cum pertinacia [g]. Hæreticus, qui in errore eiusmodi pertinaciter perseuerat, falsus doctor [h], uiam ueritatis blasphemans [i]: qui sectas inducit exitiales [k], contra doctrinam Apostolicam [l], errans, & alios in errorem inducens [m]: à scopo, hoc est, circa ueritatem fidei aberrans [n]: cum peruicacia, monitionibus omnibus contemptis [o], non acquiescente sanis sermonibus [p], sed ijsdem contradicente peruicaciter [q]. non enim error (uidelicet solùs) facit hæreticum, uerùm pertinacia: scilicet nõ sola, sed in errore perseuerans [r]. nec hæreticus dici potest, qui paratus est doceri, & meliora doctus errorem corrigere [s]. Error, initium seu fundamentum est: pertinacia, terminus, ac, ut nostri loquuntur, complementum. Quare quod dicitur [t], hæreticum esse, qui uel leui argumento (opinionis scilicet, non probationis, de qua pòst agitur, uerb. detecti. ut hinc malè colligant leui argumento, quem hæreseos conuinci [u]) à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare: accipiendum est secundum ea, quæ sequuntur l. 4. h.t. de impœnitentibus & αὐτοκατακρίτοις. Cæterùm No. 109. de hæreticis, seu ut est in uulg. de priuileg. dot. definiuntur esse hęretici, qui cum nomen sibi Christianum imposuerint, tamẽ se à Christianorum fide & communione seperant, qui se alienant ab ouili Dei, qui sacramenta in catholica Ecclesia aspernantur, seq; seperant à sancta Dei catholica & apostolica Ecclesia, & sacrosanctam in ea com-
2 munionem non percipiunt. quæ coniunctim, non diuisim sunt accipienda. Proprium † igitur hęreseos,
q errare in fide [x], & in eo errore perseuerare [y]: quæ pernicioſa & tetra est gangræna [z], labes atque prauitas [a], incidens in crimen publicum [b], maiestatis [c], & sacrilegij [d]. Hæretici refractarij, uaniloqui, mentiũ deceptores [e], mendaces [f], polluti, infideles, abominandi, rebelles [g], αὐτοκατάκριτοι [h], audaces, sibi placen-
3 tes [i], execrandi [k], sibi & alijs exitiosi [l]. Partes hæreseos duæ sunt, error & pertinacia [m]. Genera † complura, speciesq; innumerabiles [n]: sicut sathan mille fraudum est opifex. una omnium prauitas & sacrilegium [o]: etiamsi gradibus differant, & alij errores alijs sint pernicioſiores, magisq; detestabiles [p]: nec in pari hæreant culpa pœnaq; (quod quidem ad iura nostra, quæ locomotiuam regunt [q], attinet [r]) qui tantùm mente sunt hæretici [s], cum illis, qui uerbis atq; facto errores propugnant, & alijs etiam infundere
4 atq; affricare machinantur [t], totasq; domos subuertunt [u]. Causa † præcipua, furor & insidiæ diaboli [x], hominum superbia, ambitio, cupiditas [y]. φιλοδοξία, ingeniorum leuitas [z], ἀμαθία, ignorantia, auaritia [a], rerum usitatarum odium [b], & curiositas, auiditas nouarum [c], zelus, sed non secundum scientiam [d]. προσωποπαρπτικαί, ficta ueritatis species, glaucoma animis non satis peritis obijciens [e], negligentia pastorum [f], exempla, infidæ societates, fatum ueritatis diuinæ multis scandalis obnoxiæ, alijs odor ad uitam, alijs odor ad mortẽ [g]. Materia in qua, ita distinguitur [h], ut hęresis sit falsa credulitas in rationali, peruersa uoluntas in concupiscibili, impugnationis pertinacitas in irascibili. Simplicius est dicere, hæresin tantùm cadere in eos, qui professione eiusdẽ sunt nobiscũ religionis, nec articulos fidei oẽs ex professo abijciũt, (hoc enim est apostatarũ, de quib. ĩ. de apostat.) sed aliqua ex parte corrumpunt. In his materia, in qua est mens & uoluntas. ut enim fides est ἐν ψυχῇ in mente, ὑπόστασις in uoluntate [i]: ita hæresis est opinio in mẽte, & persuasio pertinax in uolũtate: & in animo potius cõsistit, q̃ in actu extrinseco [k]: principaliter, ut nostri loquuntur, in corde, quan q̃ secundariò in ore & factis [l]. Necessum est enim, errorem foràs aliquo modo proferri [m], ut hæresis esse iudicetur: cũ motuũ cordis & cogitationũ unus cognitor & iudex sit Deus καρδιογνώστης [n]: corã quo sola quis mẽte hęreticus esse potest [o]: ad homines nõ itẽ. quan q̃ hoc uerũ, sola uolũtate seu προαίρεσει crimẽ hoc cõmitti, & hîc errorẽ animi iure singulari, cõtra l. cogitationis. de pœ. puniri: dũmodo indubitatis indicijs, puta ex confessione, facto, &c. probari posit [p]. Materia circa quã, sunt articuli fidei. nã circa ea duntaxat, quę fidei sunt, hæresis uersatur [q]: περὶ τὰ πίστει ἀναγκαῖα, &c. non scdm alia opinionũ & sententiarũ obiecta. Quare in Astronomicis, Iure, Medica arte, Philosophia, absurdas opiniones mordicùs defendens. fatuus potius & seruus absurdarum opinionum, quàm hæreticus est censendus [r]. Sed & ij, qui nostræ non sunt fidei, neq; unquam in Ecclesia fuerunt, nec ab ea discesserunt, ut Ethnici, Mahumetani, Iudæi, propriè hæretici dici nequeunt: cùm hoc nomẽ ciues Ecclesiæ eiusdem doctrinam corrumpentes aut deserentes notet [s]. nam licet nomen Christianum sibi imposuerint, unde & diuersis in titulis de his seperatim agi uidemus, hîc, & inf. de Iudæ. de paganis, &c.

Itaq;

a l.4.sup.de sum. Trin.et ex̃.in 6.ac cle.t. de hær.
b l.6.§.1.de excus.tut.
c c.hæresis.24.q.3.
d l.ult.uerb.secta meorũ, temporum. ĩ. de pact. §. ult. Inst. de leg. ut Aclo. 24.14.
e 2.Pet.2.1.Cor.11.18.
f c.inter.c.hæresis.24.q.3.
g 1.Tim.6.2.3.
h 2.Pet.2.1.
i 2.Pet.22.
k 2.Pet.2.1.1.Cor.11.18.
l Ro.16.17.d.1.sup.de sum. Trin.
m 2.Tim.3.13.
n 2.Tim.2.18.
o Tit.3.10.Matth.18.17.
p 1.Tim.6.3.
q Tit.1.9.
r Galat.5.12.Philip.3.Tit. 3.11.2.Pet.2.1. Rom.14. 13.c.dixit.24.q.3.Arch. in d.c.hæresis.c.accusatus.de hæret. in 6.cle.1. §.porrò. de sum. Trin. clem.unic.§.pe.de usur.
s c.2.in fi.de sum. Trin.
t l.2.in fi.h.t.
u Arelat.de hære.nota.2. Gundiß.eo. trac.quæst. 13.nu.19.fac. c.contra eo.c.5.eo.lib.6.
x l.2.h.t.
y l.4.h.t.d.c.hæresis.
z 2.Tim.2.7.
a l.quicunq;.8.hoc tit.cle. 1.§.uerum.eo. c.accusatus.§.sanè.eo.in 6.c.excommunicamus. §. credẽtes.eo.exitialis.2.Pet. 2.1.2.3.
b l.4.h.t.
c d.l.4.h.t.Auth.gazaros.hoc t.
d l.quicunq;.8.h.t.
e Tit.1.10.
f Tit.1.12.
g Tit.1.15.16.
h Tit.3.11.
i 2.Pet.2.10.
k 2.Pet.2.14.
l 2.Pet.2.2.3.

m d.c.hæresis.cũ aliis sup.alleg. n l.4.5.6.pe.h.t.No.109.de quib.uide Epiph.de hæres. o d.l.quicunq;.8.h.t.c.excõicamus.13.eo. p l.pe.h.t. q l. cogitationis.de pœn. r l.quicũq;.8.h.t. s gl.in c.1.uerb.asserere.de sum.Trin.lib.6. t d.l.quicunq;.h.t.1.Tim.6.2.3.Ro.16.17.2.Pet.2.13. u Tit.1.11. x gl.in c.1.uerb.asserere.de sum.Trin.lib.6. y c.hæresis,24.q.3. z 2.Pet.2.14.l.si quis.30.uerb.leues hominũ animi superstitione numinis terreantur.de pœn. a Tit.1.11.2.Pet.2.2.14. b 2.Tim.ult.2.Pet.2.Iud.1. c 2.Tim.ult.3. d Rom.10. e 2.Pet.2. f Matth.13. g 2.Cor.2.16. h gl.in c.qui aliorum.24.q.3. i Heb.11. k Girl.de hæret.q.1.nu.3. l Girl.de hæret.q.1.nu.5.& 6. m c.existimauit.c.non solum.11.q.3 c.uiolatores.25.q.1. Arel.de hær.nu.1. n Bal.l.si quis non dicam.nu.1.sup.de epis. o gl.c.1.uerb.asserere.de sum.Trin.lib.6. p cle.1.§.uerum.ubi gl.uerb.eo ipso.eo. Bal.d.l.si quis non dicam.nu.1.Girl.& Arel.præall.loc. q 1.Tim.1.14. r l.seruus.4.quod ui aut clam. s d.Nou.109.

BIU Cujas

Itaq; quod Panor.[2] his accenſet eos, qui de ſacramẽtis parum commodè ſentiunt: commoda interpretatione accipiendum eſt, quia propriè ſacramenta non ſunt articuli fidei, ſed eorum ſigilla[b]: ſumatur autem interpretatio ex d. No. 109. quoties ab errore circa fidem etiam ſacramenta contemnuntur aut uiolantur. Formam in duobus eſſe diximus, errore mentis, & pertinacia uoluntatis, uerbo uel facto declaratæ. Fines cur in Eccleſia graſſentur hæreſes, uarij ſunt. Permittit enim id Deus primò ad δοκιμασίαν piorum, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται[c]. Nam ut tyranni patientiam Eccleſiæ exercent, ita hæretici fidem acuunt, ſtudiumq; intendunt, ueritasq; cõtentione illuſtratur, ab ipſo ſumens opes animumq; ferro[d]. Secundò in pœnam negligentium & contemnentium ſummum hoc patefactæ ueræ de Deo doctrinæ beneficium[e]. In diabolo finis eſt naturæ congruens, ut Deus contumelia afficiatur, Eccleſiæ fructus zizanijs aut opprimantur, aut corrumpantur[f]: multiq; à uera Dei cognitione, hoc eſt, uita æterna[g], in exitium pertrahantur[h]. In hominibus κενοδοξίᾳ, ambitus gloriæ, ſanctitatis, excellentiæ, potentię, etiam odium, uindictæq; ſtudium, & ſimiles cupiditates deprauatæ: de quibus 2. Timoth. 1. ult. 2. Pet. 2. Iud. 1. Effectum † notat D. Paulus 2. Timoth. 2. dum hæreſem ſerpere ait uelut γάγγραινα: quod malum non niſi præciſo infecto membro amoueri poteſt: & niſi ſic abſcindatur, paulatim arrodendo carnem & oſſa, hominem interficit. quare & hæreſis, ut lethale ac peſtiferum, nedum impium uirus, ex finibus agriſq; Eccleſiæ, etiam reſecto putido membro, exterminandum eſt[i]. Nam quòd Dominus zizania ut creſcere ſinant, iubet, Matth. 13. Apoſtolis dicitur, nõ magiſtratui. Illorum eſt, hæreſes indicare (quanquam hoc omnes etiam facere decet[k]) arguere, conuincere, damnare, excommunicatione profligare, ut Paulus ad Timoth. & Tit. item Petrus ac Iudas in Canonica docent: magiſtratus eſt, qui non fruſtra gladium gerit[l], in conuictos ac impœnitentes æquè animaduertere, atq; in reliquos facinoroſos[m]: ita † tamen, ut legitimus criminalium rerum ordo ſeruetur: præmiſſa denunciatione[n], & ſi ea nihil proficitur, inſtituta accuſatione[o], uel inquiſitione[p], etiam abſq; diffamatione præcedente[q]: in qua etſi non omnia indiciorum ſolennia ad amuſsim ſeruari neceſſe eſt[r], tamẽ ſubſtantialia legitimæ cognitionis omitti non debent[s]: ut ſunt citatio partis[t], examinatio cauſæ idonea, admiſsio defenſionum[u], probationum, ab utraq; parte[x], per confeſsionem[y], teſtes ſaltem duos[z], omni ſcilicet exceptione maiores[a]. nam plures requiruntur, ſi minus idonei ſint, qui & hîc recipiuntur[b]: item per literas, inſtrumenta, libros improbatæ lectionis[c]: etiam tormenta (ut quidam uolunt, ſed nimis hîc quidem periculoſè, tanquam cruce innocentibus etiam fixa) ex indicijs tamen ſufficientibus[d]. Probatione uerò contra hæreſin impleta, quæ hîc urgentiſsima, & ualidiſsimè concludens eſſe debet[e]: etiamſi nonnulli non rectè leuiores ſufficere putent[f], adhibito ſapientum conſilio, & exquiſito eorum, qui de doctrina Eccleſiæ, ac contraria illi hæreſi, rectè iudicare poſſunt, iudicio, ſententia declaratoria in hæreticum eſt ferenda[g], qua declaretur hæreticus, & ideo ijs ſubiectus pœnis, quæ ipſo iure huic generi imponuntur[h]: quam omnem cognoſcendi & iudicandi poteſtatem Eccleſiaſtici ſuum ad forum traxerunt[i], præciſa omni appellandi facultate[k], magiſtratibus ſæcularibus (ut appellant) nulla huius rei cognitione, ſed tantùm executione poſt imploratum à ſententia brachium ſæculare relicta[l], quod olim non perinde uſitatum fuit[m]. Nam Conſtantinus, exempli gratia, cauſam Arrij primùm in legitima ſynodo Nicena cognoſci ſe non præſente tantùm, ſed præſidente iuſsit: req; idoneè cognita, & conſentientibus Epiſcoporum, qui Eccleſiam repræſentabant, ſuffragijs, ad normam ſacræ Scripturæ congruentibus, hæreſeos damnatum, & in ea pertinaciter reſtitantẽ, exilio multauit. Etenim ſicut in prima Eccleſia, cùm ope & auxilio magiſtratus Epiſcopi deſtituerentur excommunicatione tantùm, quod unum poterant, hæreticos profligabant[n]: ita deinceps ſub Auguſtis Chriſtianis, hæreſeos ab Eccleſia damnati, à Principe relegabantur[o], aut deportabantur[p], aut plectebantur arbitrariè: l. j. ſup. de ſum. Trinit. ubi tamen Bald. nu. 7. uult pœnam hæreſis ex lege ordinariam eſſe, quo ad inferiores magiſtratus: arbitrariam uerò, quo ad Principem, cui pœnæ ſunt omnes arbitrariæ, ſicut iudicia ipſa uniuerſa[q]: ut quos ſpiritualis diſciplina non corrigit, eos pœna temporalis debito modo corripiat[r]. Porrò quod dicitur l. 4. h. t. contra Manichæos inquiſitionem in mortem extendi: hoc non ad ſupplicium capitis, ſed ultimarum uoluntatum caſſationem, item ad hoc, ut mortuus accuſari, & memoria eius damnari poſsit, ſpectare, ipſe text. oſtendit[s]: niſi dicamus, ſingulare fuiſſe in Manichæis, & ſimilibus, qui ad imam uſque ſcelerum nequitiam peruenerant[t], ut ultimo ſupplicio iure traderentur[u], tametſi & has conſtitutiones interpretari fas ſit, non de amiſsione uitæ, ſed de deportatione: quæ & ipſa ultimum ac capitale ſupplicium dicitur[x] (quanquam I. C. impropriè fateor, l. ultimũ 21. de pœn. loqui uideatur) cum hæc coniungantur in d. l. 4. l. quicunq;. 8. h. t. Manichæis etiam de ciuitatibus pellendis, & ultimo ſupplicio afficiendis. quomodo enim potuerunt ciuitate expelli, aut quid illa uerba operabuntur: ſi interpretemur ſupplicium de amiſsione uitæ, ac non potius de deportatione? Quamobrem & reliquas leges, quæ capitis pœnam decernũt, ita licet interpretari, l. 2. inf. ne ſanct. bapt. quã niſi ſic interpretêre, pugnabit cum l. ult. eod. tit. l. pen. de apoſtat. &c. Et hæc pœna cum Eccleſiaſtica congruit. quod enim hîc eſt excommunicatio, id in Imperio & ποτιτείᾳ ciuili eſt bannum ſeu exilium: item quæ Canonibus pœna perpetui carceris impœnitentibus hæreticis præſtituitur[y], ea in foro ſæculari eſt deportatio[z]. Idq; hoc minus incurrit in illud Chriſti dictũ, Matth. 13. Sinite creſcere zizania: ſi quis hoc generaliter (quamuis non rectè, cæteroquin idem in alijs ſceleroſis reprobisq; ualeret) & abſque diſtinctione officiorum intelligere uelit: datq; ſpacium pœnitentiæ errantibus, quoad uiuunt: quod priuatione uitæ intercipitur. Nec ultra hunc gradũ olim in hæreticos

a c. ad abolendum. nu. 2. de hæret.
b Rom. 4. 11.
c 1. Cor. 11.
d c. ult. 34. q. 3.
e 2. Theſſ. 2. Pſal. 81.
f Matth. 13.
g Ioan. 17. 3.
h 2. Pet. 2. 2. Timoth. 2. 1. Timoth. 1.
i c. reſecandæ. 24. q. 3.
k Innoc. in c. 1. nu. 4. & 5. de teſtib. cog. ut in parricidio: l. diuus, ubi Dd. d. l. Pomp. de parr.
l Rom. 13.
m l. 4. h. t.
n Auth. Gazaros. uerſ. ad mandatum Eccleſiæ. h. t. Matth. 18. Tit. 3. c. qui dignior. 24. q. 3. c. 2. c. qualiter. c. ſuper his. de accuſ. c. ut commiſſi. §. 1. de hær. lib. 6.
o l. 4. h. t.
p c. 8. 9. 10. cum ſeq. c. inquiſitione. 16. eod. c. ult. & paſſim eod. in 6. cle. 1. eod.
q Carer. de hæret. nu. 110. Arelat. eod. notab. 26. Simancas de hæret. tit. 22. nu. 7. Menoch. conſ. 110. nu. 67.
r c. ult. de hæret. num. 6. Gundiſſ. de hær. q. 12.
s Felin. c. auditis. num. 27. de præſcr. Arelat. de hæret. notab. 2.
t c. ult. eo. in 6. gl. prima. l. 4. inf. de apoſtat.
u cle. paſtoralis. de re iud.
x arg. l. ubi Dd. C. de falſ.
y Fel. c. auditis. nu. 27. cum ſeqq. de præſcr. Bald. l. ſi quis. nu. 1. 5. de epiſc. & cler. Arelat. de hær. not. 2. nu. 2. 3.
z c. ut officium. §. uerum. eod. lib. 6. Hoſt. eod. nu. 3. Ioan. Lig. in cler. in fine. eo. Gundiſſ. de hær. quæſt. 13. nu. 9.
a l. ubi numerus. de teſtib. Dd. l. admonendi. de iureiur.
b c. contra. eod. c. in fidei. 5. eod. in 6. Gundiſſ. eod. quæſt. 13. nu. 11.
c Gundiſſ. quæſt. 13. nu. 19. per c. qui de menſa. §. ſed econtrà. 37. diſtinct.
d cle. 1. §. 1. eod. Gundiſſ. quæſt. 13. in prin.
e Gundiſſ. præall. loc. nu. 21. 22. fac. l. ult. C. de prob. f Clarus lib. 5. §. hæreſis. nu. 20. g c. ut commiſſi. 12. de hæret. lib. 6. Hoſt. eod. nu. 5. & 6. h c. excommunicamus. 13. 15. c. urgentis. 10. eẍ. eo. c. cum ſecundũ. 19. eo. i c. ad abolendam. de hæret. c. ut commiſſi. c. per hoc, c. ut inquiſitionis. de hær. lib. 6. cle. 1. eo. Clarus lib. 5. ſent. §. hæreſis. k c. ut inquiſitionis. 18. eod. lib. 6. l c. ad abolendam. & paſſim, de hæret. m l. 4. & paſſim. h. t. l. 1. ſup. de ſum. Trinit. n Tit. 3. 1. Cor. 5. o l. 2. in fin. C. de ſum. Trin. l. ult. inf. ne ſanct. bapt. p l. quicunq;. 8. h. t. q Menoch. conſ. 2. num. 159. cum ſeq. r c. urgentis. 10. eod. s & gl. d. l. 4. uerb. ſubire. l. 2. j. de apoſt. l. 1. in fin. C. de ſum. Trin. t l. 5. h. t. u l. 5. l. quicunq;. 8. in fi. h. t. l. 2. j. ne ſanct. bapt. iter. x l. ult. C. de executor. & exact. lib. 12. y c. pen. §. ult. eẍ. eo. z l. 5. de interdict. & releg.

reticos sæuitum fuisse, & sic Impp. constitutiones acceptas, exilium Arrij, ac similium, docet. pro quo il lud Augustini contra Crescentium grammaticũ, lib. 3. cap. 50. Nullis, inquit, placet hoc in catholica Ecclesia, si usq; ad mortem in quenquam, licet hæreticũ, sæuiatur. Est etiam humanius, licet I. C. proprietatis uerborum seruantiss. suppliciũ de morte naturali interpretentur [a]: tamen in pœnalibus, cum aliud uerbis legis disertè nihil admodũ est expressum, supplicium seu pœnam capitis, potius de deportatione, quàm amissione uitæ interpretari: ut pœnæ quoad eius fieri potest, benigna interpretatione molliantur [b], & ad minimum accommodentur [c]: præsertim cum error animi & opinionis non sit ex genere capitalium, imò potius quæ per se capitalia sunt, mitiget [d]. Idq; probat l. quicunq;. 8. hoc t. ubi pœna deportationis initiò præstituta, pòst appellatur supplicium capitale: uers. ultimo etiam (quæ particula illatoria se refert ad pœnam superiorem) supplicio coerceantur: quæ aliter accepta, sibi nõ constaret, ut contraria, seq; ipsam corrigeret, uelut lex secunda & tertia, inf. ne sanct. bapt. quod non est præsumendum. Sed nec Canones aliam hîc pœnam irrogant, quàm excommunicationem [e]: reliquam potestati & arbitrio iudicis sæcularis committunt [f]: quæ arbitraria regulariter ad mortem extendi nõ debet [g], quapropter huius erit, pœnam legis, hoc est, deportationem, ut dictum est, non transgredi [h]. Cæterùm glossatores [i], pœnam hanc non modò de amissione uitæ interpretantur [k], sed ad ignis etiã cruciatus extendunt. quod consuetudo sequitur [l]. Atqui hoc genus supplicij nunquam decerni debet, nisi cùm lege diserte est expressum [m]. Quare Zasio [n] magis placet gladij pœna: nec se satis explicat Coras. præall. loc. licet tamen fateor in atrocioribus pœnam legis transgredi [o], etiam in delicto hæresis, ut Maiestatis [p]. Sed id summis tantùm principibus permittitur [q], nec eadem inferiorum potestas est [r]. Deinde alij alijs grauius & peius errant: discipuli etiam pecunia, atq; mitius quàm doctores & corruptores puniuntur [s]: ut non uideatur certa pœna, sed arbitraria potius esse statuenda [t], etiamsi gl. & Dd. certam esse uelint, & ordinariam [u]: respectu scilicet inferiorum à Principe [x]. Sanè lex Mosi [y], id genus hominum lapidibus adobruit: ac capitali supplicio in sacerdotes Baalis, similesque fanaticos animaduersum à pijs regibus olim [z], & prophetis, ut Helia, &c. haud dubiè diuino instinctu & præcepto, diuinarum historiæ rerum ostendunt. Ac extat censura in pseudoprophetas catholica, propriè spectans & directa in regnum Christi [a]: Non uiues, quia mendacium locutus es in nomine Iehouæ. Sed in illa Repub. atque alijs omnibus, præsertim in imperio Rom. aliter atq; aliter in hos animaduersum esse paret [b]. Quare dicamus Iure nostro, cum non sit unum & simplex crimen, sed uarium, etiam pœnam esse uariam [c], & proinde arbitrariam [d], pro atrocitate & qualitate delicti, alijsq; personarum circumstantijs, ut simplicitate, errore, ignorantia, uesania, deceptione personæ [e]: quæ tamen pœna regulariter non debeat excedere deportationem [f]. Vt enim hæc in crimine falsi regularis est & summa, nisi in casibus exceptis [g]: ita & hîc præcipuã, regulariter de deportatione, uel relegatione, interpretemur [h]: sicut & in primitiua Ecclesia apparet obseruatum. quam tamen pœnam aliæ ex constitutionibus sequuntur [i]: ut infamia [k], amissio bonorum [l], cohærens deportationi [m]: quæ bona proximis cedunt, dum tamen orthodoxis [n]. Item amissio priuilegiorum [o], iuris contrahendi [p], testandi [q], succedendi [r], postulandi [s], militandi [t], conuenticula habendi [u], honorem agendi [x], cum tamen hæretici omnibus respondere cogantur [y], quod & in excommunicatis tralatitiũ est [z]. At sepulturæ ius habent, quod ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον uult esse lex Greca huius tit. quam Cuiacius restituit [a]. Adiacet † hæresi schisma [b], error [c], pertinacia [d], discessus ab Ecclesiæ communione [e]. Af-
7 fines † sunt Manichæi, de quib. uide August. passim [f], qui cum ad imam scelerum nequitiam peruenerint [g], singularib. quibusdã exemplis coercentur: de quib. [h] item Samaritani [i], Iudęi [k], pagani [l], Mahometani [m], qui propriè hæretici nõ sunt, cùm nõ sint Ecclesię ciues & indigenæ: sed diuersum prorsus, & no
8 strę fidei articulis contrariũ dogma profiteantur, nec possint uideri ab Ecclesia discessionẽ fecisse, qui in ea nunq̃ fuerint [n]. Quare nec ijsdem pœnis subiacent [o]: cum nõ soleat Ecclesia de his, quę extrà sunt, iudicare [p]. Receptatores etiã, fautores, adhærentes hæreticis, ualde illis uicini, & pares etiã, quo ad pœnas, habẽtur [q]. Sanè pro eo quod de Samaritanis (quorum modò mentionem fecimus) hoc in titulo legitur, quidã reponũt, de schismaticis: quos & ipsos quoq; hæreticis non multum esse dissimiles, apertũ est [r]. hæresis enim causa schismatis est: & omnis hæreticus, schismaticus est [s]: nõ etiam retrò, & econuerso [t]. Hæresis est dissensio & distractio doctrinæ & fidei: schisma, animorum, etiam in religionis cõsensu:
9 uelut inter Apostolos ipsos schismata fuerunt [u], hæreses nunquam. Contraria † hæresi sunt orthodoxa & catholica fides [x], lex Christiana [y], scrutari scripturas [z]: ubi hoc ueræ generositatis esse studiũ perhibetur. Itẽ ὀρθοτομίαν τε λόγου καὶ ἀληθείας, & hinc ducta ueritatis demõstratio, qua longè melius cõuincitur error, quàm

a d. l. ultimũ. de pœn. l. qui cum. 14. §. 2. de bon. lib.
b l. pen. de pœn.
c l. semper in obscuris. de reg. iur. ubi Dec. c. odia. eod.
d l. si quis adulterum cum incestu, §. j. de adulter.
e d. c. excommunicamus. 13. c. ad abolendã. 8. eo.
f d. c. ad abolendam. d. c. excõ. c. pen. eo. cũ simil.
g l. bodie. de pœn. Boer. decis. 254. num. 13. Alex. consil. 5. in casu. num. 13. uol. 1. consil. 283, uol. 2. Maran. in Spec. aur. parte 4. distinct. 1. nu. 53. & disputa. 3. per l. j. de fur. Bart. Bald. l. j §. expilatores. de effract. Hipp. in pract. l. quoniam. nu. 96. pro quo & l. j. in fi. C. de sum. Trin.
h l. j. §. j. ad S. C. Turp. l. aliud. l. si qua pœna, de uerb. signif. c. de causis. de off. del. Tiraq. de pœnu. 1. in proœm.
i in l. j. ubi Azo inf. nem. lic. sig. Saluato. Host. eo. §. qua pœna. nu. 10. & Canonistæ, c. uergentis. 10. c. ad abolendam.
k ut & Zas. consil. 23. lib. 1. Coras. lib. 3. Miscell. c. 8. nu. 5.
l ut uolũt Couar. uar. reso l. lib. 2. cap. 10. nu. 10. Panor. c. ad abolendam. num. 13. eod. Grillan. de hæret. quæst. 3. n. 3. Gundis. eod. quæst. 15. nu. 4. Carer. in pract. cap. hæresis. Clarus lib. 5. §. hæresis. n. 7. & 8. Gomez. resol. tom. 3. cap. 2. nu. 1. Laur. Corr. in præto, et cur. lib. j. §. 3. c. 9. de hæret. nu. 12. & consonat ius Saxon. art. 13. lib. 2. quanquam de apostatis tantùm proprie loquatur.

m l. unic. ubi Salic. C. de agger. Nili rump. l. capitalium. 28. §. j. qui cremantur. l. aut damnum. 8. §. hosti. l. si quis. 38. §. j. de pœn. Gundiss. d. q. 15. nu. 4.
n d. consil. 23. lib. j.
o Bal. l. observandũ, quæst. 10. de off. præsid. Innoc. c. 1. de cõstitut.
p Menoch. consil. 100. nu. 65. 66.
q ut dextrè restringit. Ias. in l. qui iurisdictioni. nu. 4. & 5. de iurisdict. om. iud.
r Bal. Auth. hodie. C. de iud. l. j. C. de precib. Imper. offer. Ias. d. l. qui iurisdictioni.
s l. quicunq;. 8. in fi. hoc t.
t l. j. in fi. in l. ult. C. de sum. Trin.
u l. j. in fi. C. de sum. Trin.
x Bal. l. j. nu. 7. C. de sum. Trin.
y Deut. 13. ac passim.
z lib. 4. Reg. c. 23.
a Zach. 13. 3.
b l. 1. 2. ne sanct. bapt. l. quicunq; circa finem. hoc t.
c l. quicunq;. 8. hoc t.
d l. j. in fin. C. de sum. Trin. d. c. 8. c. 13. eo.
e l. quicunq;. 8. hoc t.
f l. 4. hoc t.
g l. ubi in fi. C. de fals.
h l. 4. cum seq. l. 8. hoc t.
i de quibus Bonif. de Vitell. Rub. de crim. hær. nu. 6. Bernar. Diez. in pract. crim. c. 106. in fine.
k l. j. in fi. C. de sum. Trin. Auth. Gazaros, hoc t.
l l. 5, 8. hoc t. c. uergentis. 10. eo.
m l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. de bonis. 6. de bon. dam. l. bona. 39. de iure fisc.
n Cuiac. obs. 12. c. 30. ex Cod. Theodos. & Basil. unde legem 4. hoc t. supplet.
o l. j. cum Auth. seq. hoc t. d. c. uergentis. c. decreuit. eo. in 6.
p l. 4. hoc t. c. ult. eo.
q d. l. 4. l. quoniã. 12.
r l. cognouimus. 10 hoc t.
s l. nemo. 15. C. tit. 1. Auth. credentiũ. hoc t.
t l. 5. l. 8. h. t.
u l. 5. & Auth. Gazaros. hoc t.
x Cuiac. obs. 12. c. 30. in fi. hoc t. ex constitutione Græca, quæ congruit. l, ult. j. de Iud. d. Auth. credentium. l. nemo. 15. C. tit. 1.
y d. Auth. credentiũ. Arel. notab. 1.
z c. cum inter. 5. de excep.
a obs. 12. c. 30.
b c. 2. dist. 8.
c l. 2. hoc t. d. c. inter. c. hæresis. 24. q. 3. c. 2. in fi. de sum. Trin. c. accus. de hær. in 6. cle. j. §. porrò. de sum. Trin. cle. unic. §. pen. de usur.
e l. quicunq;. 8. hoc t. c. 2. eo. li. 6. d. No. 109.
f l. Manichæos. 4. cum seq. hoc t.
g l. 5. hoc t.
h l. 5. l. 8. hoc t.
i de quib. No. 45. & 129. & ibi Cuiac.
k de quib. j. t. 9. de Iud.
l de quorũ gentilitate. j. tit. 11. de pagan. & sacrif.
m de quib. ex. de Iudæis & Saracenis.
n gl. pen. in cle. unic. uerb. hæreticum. de usur.
o j. t. de Iudæ.
p 1. Cor. 5. 12. 13.
q c. excõmunicamus. 13. §. credentes. eo. t. l. Arriani. 5. cum l. seq. l. 8. hoc t. c. usura. eo. li. 6. gl. cle. unic. §. ult. uerb. si quis. de usur. Gundiss. q. 16. de hær.
r c. inter. c. hæresis. 24. q. 3.
s c. 2. dist. 8.
t gl. ult. d. c. inter.
u Act. 15. Gal. 2.
x l. j. C. de sum. Trin.
y l. cœlicolarũ. 11. in fi. j. de Iudæ.
z Ioan. 5. 39. Io. 7. 17. Act. 17. 11.

BIU Cujas

quàm multis uociferationibus & infectationibus: quomodo D. Ioannes cap. 1. non infectando, sed ueritatem asserendo, Cerinthum & alios hæreticos optimè refutauit. Item pœnitentia [a], ac reuocatio [b]. An præscriptio obstet accusationi hæreseos, meritò dubites. Equidem à morte quinquennio præscribitur [c], ut & aliæ quæstiones status omnes [d], inter uiuos nullis finiri temporibus, ea accusatio scribitur [e]. Quanquam autem is textus de apostatis loquitur: qui cum in eodem crimine perseuerent (nec enim aliàs apostatæ sunt) iure semper conueniuntur: tamen quoniam hîc eadem militat ratio, etiam in hæreticis peruicacibus idẽ statuendum uidetur: cum præscriptio tantùm currat à tempore delicti perpetrati [f], non etiam obtineat in ijs quæ continua sunt, & hodie eadem quæ ante 20. annos fuêre, deprehenduntur: ut de grauamine incarcerationis continuò dicitur, quod præscriptionem appellationis excludat [g]. Cæterùm qui ante uicennium apostata aut hæreticus factus, mox ad cor & Ecclesiam redijt, is accusationis præscriptione se tueri rectè potest, eo magis, quòd pœnitentes, ut dictum est, pro hæreticis non habeantur [h].

a l.4.h.t.
b Arelat.not.46.Gundis. quæst.20.
c l.2.ĵ.de apostat.
d t.t.ne de sta.
e l.4.ĵ.de apostat.
f l.querela, C.de fals.
g Bald.l.addictos.nu.2.3. C.de Epis.aud. Ias.l. ita,15.nu.5. C.de procu. Spec.de appel. §.restat. nu.5.
h l.4.h.t.

Ne sanctum baptisma iteretur. Tit. VI.

1 *Causæ erroris reiterandi baptismatis: & nu.3.* 4 *Pœnæ huius hæreseos.*
2 *Erroris refutatio latè.*

HÆreticis iure annumerantur, qui baptisma sacrum, quo in Ecclesiæ consortium recipimur, Christo unimur, filij Dei renunciamur, nefariè iterant [a], & Christiani nominis sacramenta fortitos, alio rursum baptismate nõ purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes [b]: quorum cum singularis sit furor, uisum fuit de his specialiter præcipere [c]. Habent † alij alias erroris sui causas: sed huc 1
res redit, quòd existiment, cum baptismus lauacrum sit [d] regenerationis [e], & purificationis [f], sæpius ideo huic naturæ, quotidie se peccatis inquinanti, opus esse [g], quemadmodũ & sacræ cœnæ usu: quem Dominus sæpe iterari uoluit in uerbo: Hoc facite in mei recordationem [h]. item: Quotiescunq; ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortẽ Domini annunciabitis [i], &c. Contra † furores eiusmo- 2
di tenenda est regula: Nihil habere rationem sacramenti, extra usum & finem à Deo institutum [k]: unde res æstimantur [l], quare ueriss. hîc est regula: Cessante causa, cessat effectus [m], ut arrha nuptiarum non habet uim obligandi, extra sponsaliorum causam, propter quam data est: sic sacramenta non constant, nisi ex ordinatione institutoris, & ad eum usum, cuius gratia constituit: Est aũt baptismus, uice circumcisionis [n], institutus, ut sit primum regenerationis lauacrum [o], quo inferimur corpori Christi, & initiamur Ecclesiæ, ac uelut in filios Dei adoptati renunciamur [p]. Hæc autem externa initiatio, incorporatio, insitio, receptio in Ecclesiam, hoc principiũ, hic uisibilis adoptionis ingressus, non potest esse diuiduus, & non nisi unus: uelut & qui filius fam. est, nequit amplius quàm semel fieri & effici filius [q]: sicut nec bis aut denuò nasci, adoptari, generari, in eandem familiam possumus: quod si fiat, primum actum nullitatis damnari necesse est, quomodo contra rem semel iudicatam aliter pronunciari nequit [r]. Itaq; qui baptismum repetunt, priorem fidem faciũt irritam [s], indutum semel baptismo Christum [t] exuunt: & uerè primum sacramentum incestant [u], quod ipsum per se piaculum est ingens, quo temeratur diuina maiestas & promissio, quæ primo in sacramento per uerbum fuit efficax. Vt igitur circumcisio, sic & baptismus repeti non debet, nec absq; iniuria prioris potest: præsertim quando nullum super iteratione præceptum extet. Et cum in baptismo feriatur fœdus cum Deo mutuum [x]: uel ideo non debet iterari, ut admoneamur, promissiones Dei ratas esse, & donationes irreuocabiles [y], sicut ipse Deus est immutabilis [z]. Qualis enim causa, talis effectus: proindeq; manere fœdus, etiam lapsis, fixum, dummodo pœnitentibus [a]. Cœnæ alia ratio est, cum requirat probationem fidei [b], & hîc extet uerbum repetitionis, Quotiescunq;: & alia sit institutionis causa, nempe congregatio Ecclesiæ publica, beneficiorum, Christi recordatio, quæ sæpius renouanda sunt, exemplo ueteris Paschę. Eâdem ratione potest eorum error redargui, qui pædobaptismum annihilantes, tantùm adultos, qui fidei suæ rationem reddere possunt abluendos iudicant. Cum enim pusiones sanctorum, sint etiam promissionis participes, & fœderis diuini [c], ac sancti adeò sint [d], iubeatq; Christus, ut sinant Apostoli puerulos ad se uenire [e]: quis audebit ex Christianis natos, uel in illorum potestate existentes, ac in cœtu uocatorum repertos, quæ illis professio realis est, signo & nota huius adoptionis, atque fœderis diuini, quod irritum esse nequit, arcere? præsertim quando baptismus noster surrogatus sit loco circũcisionis [f], quo uelut symbolo ac signaculo iusticiæ fidei [g], peræquè fuerunt olim initiati, ac natu grandiores [h]: nec immeritò. Si enim retinentur in Ecclesia ut ciues, se bona secuturæ fidelitatis: certè nec symbolo & tessera, nomine ciuium carere debent. Et cum nati in peccatis [i], mortiq; perinde obnoxij [k], æquè hac ablutione regenerationis indigeant regenerati [l], atque adulti [m]: nec quisquam possit illis detrahere fidei donum, saltem quo ad semen & radicem attinet, licet actus necdum compareat, ut fructus: multò minus fidei sacramentum [n]: cumque illud non sit rationis humanæ, sed Dei donum & opus [o], qui uocat ea quæ non sunt ut sint, ex ore infantum perficit laudem suam [p], apud quem non est impossibile ullum uerbum [q], cuius dicere est facere [r], quiq; non minus in his, quàm adultis efficax esse potest, ut historia Ioannis baptistæ repleti ab utero matris Spiritu S. & in utero Dominum præsentem agnoscentis [s], euidenter demonstrat: certè incredulitas nulla ijs imputari queat, aut impœnitentia ulla, quibus etiam discipulos suos adultos uult conuersione similes fieri Christus [t], &c. Denique uis huius sacramenti quando non à fidei nostræ dignitate & excellentia, sed à promissione gratiaq; Dei dependeat [u]: & cum Dominus infantibus benedixerit, ijsq; regnum cœlorum promissione & osculo amplexuq; pacis addixerit [x], hisq; simi

les

a cle.1.§.ult.de sum.Trin.
b l.1.h.t.
c ex ratione l.item.15. §. ait prætor.20. de iniur.
d Ephes.5.26.
e Tit.3.5.
f Coloss.2.12. 1.Pet. 3.21.
g d.l.1. uerb.lauacri nomine.hoc tit.
h Lucæ 22,19. 1.Cor.11. 24.& 25.
i 1.Cor.11,26.
k Roma.2.25. Esa.1. 11.12. 13.& c.66.3. Ierem. 7. 4.5.21,22.23.1 Corin.11. 20.
l l.pen.C.de cod.l.non co dicillũ. C.de testa. Bald. l.1.in fi. C.de reb.cred.
m l.ult. de testa.tutel.l. generaliter.40. ubi gl. C. de Epis.& cler.
n Col.2.11. et 12. l.ex quo. cum cano.seq. de consecrat.dist.4.ex August.
o Tit.3.5.
p Coloss.2.11.12.
q ut §.sic itaq;. Inst. de actio.
r l.1. C.quan.prouoc.non est necesse.l.1.in princ. quæ sent.sine appell.
s 1.Timoth.5.12.
t Gal.3.27.
u l.1.h.t.
x 1.Pet.3.21.
y Roma.11.29. Heb.6.17. & 18.
z Num.23.19.1.Sam.15. 29.Malach.3.6.Heb.6. 17.
a Psal.89.29.34.35. Ioan. 6.37.39.1.Ioan.2.1.
b 1.Cor.11.28.
c Gen.17.7.& 19.Matth. 19.14.& c.18.3.& 10. Marc.10.14.Luc.18.16.
d Rom.11.16. 1.Cor.7.14.
e Matth.19.14.Marc.10. 14.Luc.18.16.
f Coloss.2.11.12.
g Rom. 4.11.
h Gen.18.12. i Psal. 51.7. k Roman.5.14. l Matth.18.3. m cap.illud.cum multis seqq.de consecrat,dist.9. n Aug.epist.23.ad Bonif. o Ioan.6.29. p Psal. 8.3. q Luc.1.37. r Psal.33.7. s Luc.1. t Matth.18.3,nisi conuersi fueritis ut paruuli. u 2.Tim.2,13. ca.Roma nus,et passim,de consec. dist. 4. x Matth.18.& 19.Marc.10.Luc.18.

BIU Cujas

les etiam adultos fieri uoluerit [a]: his de causis quo tandem ore ministeriales à publica benedictionis ac fœderis huius nota, electos pusiones & regeneratos excludet? Num quis aquam baptismi prohibere potest, quo minus uidelicet baptizentur isti, qui Spiritum sanctum acceperunt, ut ait Petrus [b]? & ubi par donum confertur, quis impediat, quo minus sigillum doni par sit & conferatur in omnes [c]? iuxta mandatum uniuersale, Matth. 28.19. Docete omnes, baptizantes eos. Augustinus epist. 23. ad quæst. Bonif. Parvulum, inquit, etsi nondum fides illa quæ in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis uocatur: non ad rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Et super Ioan. tract. 80. Hoc uerbum fidei tantum ualet in Ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem, etiam tantillum mundet infantem, quamuis nondum ualentem corde credere ad iusticiam, & ore confiteri ad salutem. Nec uerò dubium est, cum totas familias Apostoli baptizarint [d], simul & infantulos, ut fœderis, sic etiam signaculi huius participes esse factos [e]. Quibus esse in Ecclesia uocatio & confessio (sicut in circumcisionis fœdere) satis est idonea. 1. Cor. 7.14. Liberi uestri sancti sunt, hoc est, ad Ecclesiam uisibilem pertinent. Nec uerò filij promissionis ac fœderis efficiuntur per baptismum, sed quia sunt, ideo baptizantur [f]: & hoc sigillo iusticiæ adoptatos esse in iusticiam Christi, ac fœdus filiorum Dei, propter fusum sanguinem & totam obedientiam Christi, cuius massæ, tanquam capiti, sint inserti, confirmatur. Cæterùm quod Marci ultimo traditur, Qui crediderit, & baptizatus fuerit: speciosum esset argumentum, siquidem concedi his posset, τὸ πιστεύειν aut infantibus deesse, aut adultis quamuis oretenus profiteantur, superesse. Corde enim creditur [g]: cuius latebræ penitùs absconditæ sunt, nec semper idē occultant, quod in ore recitat: unde Dei propriū perhibetur esse καρδιογνώστης. Atqui cum sit opus Dei, non rationis humanæ, nec salus nostra à magnitudine & robore fidei nostræ dependeat, sed à gratia, promissione, & ueritate Dei, qui etiam infirmos in fide assumit [h]: cui dubium esse potest, quin hæc nullius rei sit obiectio? Nam Ecclesia de externa tantùm, non interna uocatione iudicat: ideoq; uel indignos, qui sint in uocatorum cœtu, ad sacramenta recipit [i]: quæ sunt ἀσφαλίσματα ac testimonia tantùm icti fœderis inter Deum & homines, per sanguinem noui testamenti. Vnde nec in adultis præcisè requiritur ad baptismum fides, de qua ut occulta, nihil iudicare potest Ecclesia, sed tantùm professio [k]. Quid si respondeatur, in uerbis illis esse ἀναστροφὴν, nec in eadem oratione ordinem uerborum, sed rerum potiùs esse tenendum? alioquin ex Paulo, Rom. 10. cum inquit: Si cōfitearis ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris, &c. licebit hac inductione concludere, confessionem oris priorem esse fide cordis: contra illud Psal. 115. Credidi, propter quod locutus sum. Et quod Paulus mox subijcit ibidem: Corde creditur ad iusticiam, ore fit confessio ad salutem. quid si quod uerum est replicemus, Marc. ult. non præscribi, qui nam baptizari debeant, sed quinam seruentur, aut non seruentur? Quin potius cum Christus omnes uocatos, præcipuè electos & regeneratos baptizari præceperit [l]: relinquitur etiam illud mandatum uniuersale complecti infantes, quos testatur conuersos [m], non minus quàm præceptum cœnæ, Bibite ex hoc omnes: pertinet ad fœminas, licet de his ad synaxin recipiendis, nulla singularis præceptio, nullum exemplum extet. Addatur illud etiam, Marci ult. de toto agi ministerio, quod erat tum temporis in re publicè noua inchoandum ab adultis, qui docerentur, & ea rebaptizarentur [n]. Nam & similes sententiæ de fide ac pœnitentia, pertinent ad eos, qui capere possunt, ut habiles, capaces [o]. ut Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Rom. 10. Qui inuocauerit, saluus erit. Rom. 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Sed refutationem errorum, Ecclesiæ doctoribus relinquamus: quibus etiam D. Paulus ad Timotheum ac
3 Titum hoc commendat & committit. Fuit † autem huius erroris non minima labes & illa olim, quòd hæretici baptizatos ab orthodoxis, tanquam minus ritè purificatos, in suis iterum lustris incestarent [p]: quasi uis sacramentorum à dignitate ministri, non ab institutione diuina penderet: & in usu uero ritus diuinitùs instituti, uel ministri tanquam instrumenti ac internuncij pietas prosit malè accipienti, uelut literæ promittentis ac mittentis per nuncium incredulo, uel obsit malitia illius rectè riteq; accipienti. Hos † etiam ceu hæreticos ut Augustinus ac alij doctores Ecclesiæ gladio spiritus domarunt,
4 sic Christiani Principes pœnis etiam ciuilibus persecuti sunt: non modò abrogantes illi ministerium, qui aliquem rebaptizasset: sed & baptizantem ac rebaptizatum (si tamen criminis per ætatem capax, hoc est, pubes sit) ultimo supplicio percellentes [q]. Quod ego, ut & suprà tit. de hæret. de deportatione libens interpretarer, præsertim cum lex tertia mox subsequens, exilio duntaxat, & multa decem librarum auri, cum ademptione iuris testandi, & donandi, eosdem damnet [r]. Quod non de simplici relegatione accipi potest, sed ut alibi ostenditur, de deportatione aut exilio, quod sit uice deportationis [s]: quæ propriè exiliū uocatur [t]. Cumq; ciuitatis ius adimeret, & caput ex numero tolleret ac minueret [u], annexam habuit ademptionem iuris testandi [x], uelut iuris Quiritum [y], & donandi [z], ob ea præsertim crimina, quæ per inquisitionem in mortem extenduntur, & hæredi quoq; bona auferunt [a], cuiusmodi est hæresis [b]. Item & publicationem bonorum habet adiunctam [c], quoniam dominia bonorum iuris mancipi Quiritumq; sunt [d]. Atq; ita quidem hæc iura specie contraria, pulchrè congruent [e]: & ita fuisse accepta in Principe Ecclesia, historiæ docent, quæ tantùm relegatione uel deportatione tum in hæreticos sæuitum fuisse monstrant. Quòd si durius l. 2. huius tit. interpretêre, sequetur, quòd absurdū dictu sit, eam corrigi per l. sequentem, ut posteriorem, ex l. ult. de constit. Princ. Cæterùm quòd uidemus nunc in Anabaptistas gladio quandoq; animaduerti, hoc compertum est non ratione erroris, sed ob seditiones, uel adulteria, iure capitalia, quibus hoc genus plerunq; contaminatum est, illis euenire.

a Matth. 18.3. Mar. 9.33. Luc. 9.46.
b Actor. 10.47.
c Actor. 12.17. & 18.
d 1. Cor. 1.16. Act. 10. & 16.33.
e August. cap. 6. Rom.
f Act. 9.17,18.
g Rom. 10.
h Rom. 14.
i 1. Cor. 11.27.29.30.
k Matth. 3.6. Actor. 8.38.
l Matth. 28.19. & Ioan. 3.3.
m Matth. 18.3.
n ut Matth. 3.6. Actor. 8.36. & cap. 10. in fi. cap. 16.33.
o Dd. l. 1. C. de sacrosanc. Eccles. l. si quando. C. de inoff. testam.
p ut ostendunt l. 1.2.3. h.t. l. 3. et inf. tit. seq. de apostat. & Canones de consecrat.
q l. 2. h.t.
r ut l. 3. ff. tit. seq. de apost.
s l. qui cum. 14. §. is demū. 2. de bon. lib.
t l. 2. de pub. iud. l. qui cum 14. §. 2. de bon. lib.
u §. 1. Inst. de cap. dimin.
x l. eius. 8. ff. de testam. l. 1. ubi Dd. C. de hæred. inst.
y l. sunt quidā. 17. de pœn. l. 3. de testam.
z l. post. 15. de donat.
a l. donationes. 3. in fin. de donat.
b l. 4. sup. de hær.
c l. de bonis. 6. de bon. dam. l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. bona. 39. de iure fisci.
d l. 1. §. 1. de rei uend. §. 1. 2. Inst. de bon. poss. ubi dixi Vlp. tit. 1.
e iuxta l. unic. C. de inoff. dot. l. non est nouum. 26. cum l. seq. de legib.

BIU Cujas

De Apostatis. Tit. VII.

1 Quid sit apostasia, quinam apostatæ.
2 Quotuplex sit.
3 Quomodo fiat apostasia.
4 Pœnæ apostatarum.

HÆreticis pares uel etiam deteriores sunt apostatæ [a]. Turpius enim & sceleratius est ueritatem semel agnitam abijcere [b], quàm nunquam cognouisse [c]. Apostasia, † quo nomine & Paulus utitur [d], est à fide Christiana defectio: Apostatæ, qui deficiunt & fidem produnt, seu qui prodentes diuinum mysterium in prophana migrant [e]. Eam † triplicem faciunt Canonistæ [f]: unam fidei [g], alteram inobedientiæ [h]: tertiam irregularitatis [i]. Prior est propria & princeps apostasia, de qua etiam sola hîc agitur. Fit † autem dupliciter, uel cum à uera religione transitur in hæresim, retento Christianismi titulo [k]: uel cum professione Christiana prorsus abiecta partes contrariæ placent Iudæorũ, Ethnicorum, Mahometistarum, & aliorum qui Christum ignorant, uel ex professo persequuntur [l]. Vt † autem causæ eædem sunt, quæ aliarum hæresium, ita & pœnæ: nempe diuina, finalis impœnitentia, & exitium [m]: humana, exilium cum ademptione bonorum & iuris testandi, ciuitatis [n], &c. Et ita accipiatur quod hîc dicitur, apostatam cum dispendio fortunarũ capite (quo minuitur quod punitur deportatione [o]) puniendum esse [p]. Non enim erat necesse fortunarum dispendium adijcere uitæ amissioni, cum hanc semper publicatio bonorum iure isto Codicis consequatur [q]. Sed pœnæ capitis non naturalis, uerùm ciuilis, hoc est, deportationi [r] adijci solet bonorum multa, ad differentiam relegationis uel alterius exilij. Atq; ita quidem hoc in argumento iuribus iura rectè conciliantur, ut antè dictum est. Illud alienum l. 4. sup. de hær. quod pœnitentibus nihil de pœna remittit. l. 3. hoc tit. Animaduertendũ tamen est non de apostatis in genere eam agere, sed de anabaptistis. Lapsis enim, inquit, & errantibus subuenitur: perditis uerò, hoc est, (ut se textus exponit) sanctum baptisma profanantibus, nullo succurritur remedio pœnitentiæ, ut alijs in criminibus materiæ scilicet hæreseos subiectæ [s]. Nam ciuilia delicta eorumq; pœnam pœnitentia non tollit [t]. Ratio discriminis in aperto est. Illa enim crimina facti sunt, sicut & anabaptismus, quod factum non tollitur pœnitentia, ut nec cędes, adulterium, uulnus: ideoque nec pœna tollitur, quia manente causa manet effectus. At reliquæ hæreses non consistunt in facto, quod grauius est [u], & irreuocabile [x]: sed in opinionis errore uersantur: qui error cùm melioribus cogitationibus adobruitur & reuocatur, nihil supereſt quod puniatur [y]: sed error cum reliquis stultis cogitationibus euanescit: qua ratione & reliqua delicta προαιρέσεα tantum inchoata, non facto consummata, per pœnitentiam pœnæ eximuntur [z]: perfecta facto ipso, non item *.

1 2 3

Nemine licere signum saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore aut insculpere aut pingere. Tit. VIII.

FVit etiam hæreticis & infidelibus in more positum, ut signũ saluatoris Christi crucis, scilicet seu crucifixi, per ludibriũ, quo conculcaretur, desculperent in silice, marmore, aliaq; materia durabili: quod iure prohibetur, & factum, tolli iubetur [a], sicut & Iudæis interdicitur sub pœna amissionis suorum priuilegiorum, ne eo per contemptum abutantur [b].

De Iudæis & cœlicolis. Tit. IX.

1 Iudæi qui sint, & eorum genera.
2 Priuilegia & iura Iudæorum.
3 Pœnæ & onera.
4 An expelli possint.

DE Iudæis etiam & cœlicolis cura Episcopis & Magistratibus incumbit, ut ne quid inde detrimenti Ecclesia capiat. Etsi enim propriè hæretici non sunt, qui religionem nostram non simulant, neq; per baptismũ nomen ei dederunt, ut suprà dixi de hæret. tamen quantum sæpe damni Ecclesiæ dederint id genus fanatici, historijs demonstratur. Distinguendi † sunt autem Iudæi recentiores, de quibus agimus, quiq; Christum Dominum repudiant, à ueteribus, qui eadem nobiscum fide salutem quæsierunt & adepti sunt [a]. Hos ecclesia Christiana ueneratur, proq; patribus agnoscit, illos auersatur & damnat. Perdiu tamen olim Christiani Principes hos tolerarunt, recente adhuc Ecclesia, uelut ut & paganos: sic tamen ut aliquo modo coercerent. Quamuis † igitur cõstitutionibus Principũ Rom. concessa sint ijs templa, synagogæ [b], (quæ tamen fulcire tantùm, nõ noua construere possunt [c].) Item propria quædam liberaq; αὐτονομία iu religione [d], collegia [e], synedria [f], seniores [g], primates [h], commercia [i], iura defensionis [k], & alia Roman. ciuium communia [l], maximè quoad onera muneraque [m]: in multis tamen deteriore sunt conditione, ut quo ad honores, quorum sunt incapaces [n]. Item Cum Christianis litigare debent apud magistratum Christianum [o]: nec legari eis potest [p], nec cõiugia cum Christianis contrahere possunt [q], ne quidem inter se, contra ll. Christianas per polygamiam aut aliter [r]. Licet autem caueatur, ne quis eis molestias aut impedimentum in suæ religionis professione aut usurpatione creet [s]: tamen quia non modò circumcidere Christianorum liberos solent [t], sed etiam occidere, quauis occasione se coniuratos Christiani nominis hostes declarantes, ideo † bonorum proscriptione & perpetuo exilio, quæ fuit pœna legis Corneliæ ordinaria [u], mulctantur, si nostræ fidei hominem circumcidisse, aut circumcidendum mandasse, conuincantur [x]. Nam mandãs in lege Cornelia, qua & hoc coercetur circumcisionis crimen [y], pro faciente habetur [z]: sin uerò suæ sectæ profugum, & ad meliora conuer-

1 2 3

a l. ult. hoc t.
b 2. Pet. 2. uers. 20. 21. Luc. 12. 47. Heb. 9, 6. & cap. 3. 12. & cap. 6. 67. cum seq.
c fac. à simili. l. 3. & t. t. de re mil.
d 2. Thess. 2.
e l. 3. hoc t.
f gl. c. 1. de apostat. Girl. de hær. quæst. 2. n. 8.
g c. non potest. 11. q. 7.
h c. si quis uenerit. c. illud. de maior. & obed.
i gl. d. c. 1. uerb. apostasia. de apostat.
k l. 3. l. pen. l. ult. hoc t.
l l. 1. 2. hoc t.
m Heb. 6. 4. 5. 6.
n l. 3. l. ult. h. t.
o §. 1. Inst. de cap. dim. l. 3. eod.
p l. pen. h. t.
q t. t. ff. & C. de bon. damnator.
r §. 1. quibus mod. tutel. finit.
s d. l. 4.
t l. qui falsam. 19. ad l. Cor. de fal. Tiraq. trac. de pœn. caus. 28.
u l. 5. 8. 9. de iniur.
x l. in bello. §. factæ. de capt. & postl. reuers.
y l. cogitationis. de pœn.
z d. l. cogitationis. d. l. qui falsam. 19. de fals.
* glo. & Dd. d. l. qui falsam. ubi Hipp. de Mars. Tiraq. de pœn. caus. 28.
a ut Exod. 20. 33. Deut. 17. 27. Esa. 40. 41. 45. 46. Ierem. 10. Abacuc 2. Actor. 2. 17.
b l. Iudæis. 10. ff. de Iudæ.
a Actor. 15. 11. Rom. 4.
b l. 3. l. nullus. 13. l. pen. l. ult. hoc t.
c l. ult. hoc t.
d l. Iudæos. 10. l. die. 12. l. nullus. 13. l. circumcidere. 11. de sicar.
e l. spadonem. 15. §. iam et Iudæi. de excus. tut. l. 3. §. ult. de Decurion.
f l. pen. hoc t.
g l. si quis. 14. h. t.
h l. pen. h. t.
i l. nemo. 7. h. t.
k l. nullis. 1. 3. h. t.
l l. Iudæi. 8. l. nemo. 7. & passim. h. t. Sax. art. 7. lib. 3.
m l. 4. l. quicunq; 9. h. t.
n l. ult. hoc t.
o l. si quis. 6. l. si qui. 14. hoc t.
p l. 1. hoc t.
q l. 5. hoc t. r l. 6. hoc t. s d. l. spadonem. §. iam & Iudæi. l. 3. l. die. 12. l. nullus. hoc t. t l. Iudæi. 15. hoc t. d. l. circumcidere. u l. j. in fi. de sicar. §. item lex Cor. Instit. de publ. iud. x l. Iudæi. 15. hoc t. y l. circumcidere. 11. de sicar. z clem. 1. de homic.

BIU Cujas

conuersum, saxis aut alia ui tentent, flammis absumuntur [a]. Cæterùm & illa priuilegia qualiacunq; iure Pontificio, & communi quadam inueteratáq; gentium omnium Christianarum consuetudine paulatim illis sunt imminuta, uel etiam adempta, propter abusum quo solent committi [b]: obtentumq;, ut & liberi eorum ipsis inuitis baptizentur [c], & nulla illis certa libertas atq; sedes secundum diuina oracu-
4 la sit reliqua [d], sed tantum ex gratia & indulgentia terras Principum Christianorum incolant [e], & † ad lubitum, præsertim imminẽte periculo uel scandalo expelli, atq; adeò etiam bonis despoliari possint [f]. Quò pertinet, quod tradunt quidam non licere cum id genus hæreticis ac similibus paciſci, ut liberè in damnata sua secta uiuant [g]. Sicut & præceptum est Exod. 23. 32. Non percuties cum eis & dijs eorum fœdus. Non habitabunt in terra tua, ne fortè peccare te faciant contra me, quando colueris Deos eorum: nam esset tibi in laqueum. Cœlicolarum non dispar admodum est ratio [h]: hoc differunt, quòd illi planè ab Ecclesia, cui nomen nunquam dederunt, sint alieni: hi uerò ciues Ecclesiæ per baptismum effecti, ab ea turpiter deficiunt, eiusdemq; doctrinæ puritatem inquinant & corrumpunt. Quare nisi ad sanam mentem, & quam proiecerunt Christianæ religionis uenerationem reuertantur, pro hæreticis & habentur & puniuntur [i]: eorumq; templa Ecclesijs orthodoxis attribuuntur [k]. Vnde quoq; paret, eos à nomine Christiano non esse prorsus alienos, alioqui fisco potius illa uindicarentur [l].

a l.2.hoc t.
b l.Iudæos.10.hoc t.
c Zas.in tract. de infan. Iudæo.baptiz.
d Psal.109.10.
e c.2.c.etsi.13.de Iudæ.
f c.3.c.9.ex. eod. ubi Dd. Oldr.consil. 264. nu.1. Iacob. tract.feud. uerb. Dux.quæst.ult. in fin.
g Menoch. consil. 100.n. 225.cum ibi alleg. l. cœlicolarum.11.hoc t.
h l.2.hoc t.
i l.cœlicolarum.11.hoc t.
k d.l.cœlicolarum.
l l.5.ĩ.de pag. & sacrif. ut distinxi consil.37.

Ne Christianum mancipium hæreticus uel IVDAEVS VEL PAGANVS HABEAT VEL POSSIdeat uel circumcidat. Tit. X.

ILlud commune sectis omnibus Iudæis, item & paganis, ne liceat ijs seruos, colonos, domesticos Christianos habere [a], & eorum seruis [b]. Quòd si etiam circumcidere non suæ religionis hominem tentarint, uel etiam id fieri mandauerint [c], pœna legis Corneliæ peræquè atq; qui castrant [d], tenentur [e]: bonorum proscriptione & perpetuo puniuntur exilio [f], quæ est deportatio [g]. Quòd si quem à ferali sua secta descisentem, & ad ueri cultum Dei respicientem uiolarint, saxis appetierint, (sicut Theodoreto ab hæreticis factum legimus) flammis cum omnibus suis participibus, hoc est, auxiliarijs concremantur [h].

a l.unic.h.t. c.mancipia. 54.dist.c.2.c. ad hæc. 8. eo.ex. de Iud. & Sarra.
b l. Deo nobis. §. ult. ubi Bar. C. de Epis. & cler. c. multorum. ubi Fel. de Iudæ.
c l.Iudæi.15.hoc t.
d Nouell. 142. l. 4. §. ult. cum ll. seq. ad l. Cor. de sicar.
e l.circumcidere. 11. de sicar. l.unic. hoc t. l. Iudæi. 15. ĩ. t. 1. Paul. lib. 5 sent. tit. 22. hoc t.
f l.Iudæi.15.hoc t.
g ut tit. de interdic. & relega. dictum est. l. 5. in fi. sup. de sacro. Eccles. l. 1. C. Theod. ad l. Iul. de amb.
h l.2.ĩ.de Iudæ.

De paganis & sacrificijs & templis. TITVLVS XI.

1 *Pagani unde dicti, & qui.*
2 *Paganorum priuilegia.*
3 *Eorum pœnæ.*
4 *Semel Deo dicatum amplius prophanari nequit.*

AD curam etiam Episcoporum attinet paganismum & idolatrica sacrificia procul ex agris finibusq; Ecclesiæ exterminare. Pagani † à pagis, hi uerò ἀπὸ τῶν πηγῶν, hoc est, fontibus, circa quos uillæ ædificantur, dicti sunt. Pagani in foro ciuili militibus opponuntur [a], in Ecclesiastico (ut hîc) ijs, qui ueræ Christi religioni nomen dederunt. Ac propriè hoc nomine denotantur, qui gentilium
1 sacra & ritus retinent: quem morem in pagis diutius quàm ciuitatibus retentum, & hinc nomen factũ esse, consentaneum est. Certè Vigelij martyris indigna nex & similes historiæ planum faciunt, difficilius paganos & rudiores & illiteratos, à maiorum institutis, quamuis falsis, abduci, cum plerunq; sint
2 ignari iuris [b], quod diuinarum etiam rerum scientiam complectitur [c]. Paganos † quidem æquè ut Iudæos à uiolentia Impp. Christianorum constitutiones defendunt [d], & iure communi Rom. ciuium uti permittunt. Nec enim tum in rei inueteratæ recenti mutatione fieri aliter potuit, licet crimen per se capitale sit [e]. Cæterùm † sacrificia eorum uelut impia abolent [f], templa concludunt [g], fisco uindicant [h],
3 exceptis ijs, quæ uel Christianis destinata, uel in alios translata sunt [i]. Nam † semel sacrata uero numi-
4 ni, per uerã Ecclesiã, prophanari rursus, aut in fiscum redigi, non possunt [k]: ne quidem propter absum [l].

a l.ius nostrum. ubi Montan. de reg. iur. §. 1. Inst. de mil. testam.
b l.pen. de iur. et facti. ig. l.si quis. 7. de iurisd.
c §. iurisprudentia. Instit. de iust. & iur.
d l.Christianis. 6. hoc t.
e Exod. 22. 20.
f l.1.l.penult. l.ult. l. 2. h.t.
g Nicep. lib. 8. cap. 18. & 25.
h l.omnia. 5. h.t.
i d.l. 5.
k c.omnes. 16. quæst. 7. l. inter. §. sacram. ubi Iasnum. 4. 5. de uerb. bol. c. 1. ubi gl. de relig. do. §. sacræ. Instit. de rer. diuis. clem. 2. ubi Zab. de relig. dom. No. 37. de Eccl. Aphr. l. legatũ. 16. de usufruct. lega. l. legatum. 5. de adm. rer. ad ciuita. pertinent. Schurff. cum multis, consil. 48. licet. numer. 4. 5. centur. 1. &

De ijs qui ad Ecclesias confugiunt, uel ibi exclamant, et ne quis ab ecclesia extrahatur. Titvlvs XII.

1 *Quibus ad Ecclesiam confugere liceat: & nu. 3.*
2 *Cõfugientes ad Ecclesiã quãdo extrahi possint uel nõ: & n. 4.*
5 *Confugientes ad Ecclesiam cautione iudicio sisti præstare coguntur.*

AD iurisdictionem & curam Episcopalem etiam illi pertinent, qui ad Ecclesiam salutis suæ causa confugiunt, uel ibi exclamant: ne uidelicet inde extrahantur, aut ibidem uim iniuriamq; patiantur, absq; cognitione Pontificiali, qua causarum personarumq; circumstãtium complexus eiusmodi in casibus expendendus diligenter est [a]: ne immunitas Ecclesiæ, uel ad impunitatem malitiæ, uel
1 oppressionem innocentiæ, detorqueatur. Confugiunt † ad Ecclesiam liberi uel serui, aut armati aut
2 sine armis. Serui, aut ob suam culpam, puta metu pœnæ ob suum admissum: aut ob culpam domini, uidelicet metu sæuitiæ dominicæ uim iniustam declinantes. Priore † casu, si grauius delictum sit, uel si cũ armis confugiant, extrahendi, & domino indistinctè reddendi sunt [b]. Sin admissum leuius, non aliter quàm domino, Pontificis opera ad lenitatem traducto, præstitoq; iureiurando eam fugam seruo fraudi non esse futuram [c]. Posteriore casu domino reddendi non sunt, sed danda opera, siquidem ita se
3 res habuerit, bonis ut cõditionibus distrahantur [d]. Seruorum † hîc nomine & iure liberos quoq; per-

sonalibus

dixi consil.37.n.7.8.9.

a l.ult.h.t. b l.3.l.ult.h.t. c d.l.ult. d l.2.de ijs qui sunt sui uel alien.iur. §.1.l.ult.hoc t.

BIU Cujas

sonalibus ministerijs obnoxios, ut libertos, colonos, asscriptitios accensemus [a], etiam uasallos [b]. Reliqui porrò liberi homines ad Ecclesiam confugientes, aut Christiani sunt, aut hæretici, pagani, Iudæi, hi iure immunitatis Ecclesiarum carent [c]. Illi † aut ob delictum, aut ob æs alienum uel causam similem 4
in illas se latebras abdunt [d]. Si propter delictum grauius uel in Ecclesia ipsa admissum, non est immunitas malitijs eiusmodi proposita [e]: quibus non est indulgendum [f]. Vtpote legis beneficio indignis [g], ut quod fecerunt facinorosi expectent [h]. Quod ductum uideri potest ex lege diuina [i]: Ab altari meo tolles, inquit Dominus, illum, ut moriatur. Sin leuius uel ob debitum aliamue causam eò confugerint, extrahi absq; uiolatione Maiestatis non possunt [k]. Cautionem † tamen iudicio sisti præstare coguntur: 5
cæteroqui contra eos proceditur per missionem in bona [l], ut iure communi contra frustratores & latitantes [m]. Quòd si bona non sufficiant, saltem ad hoc extrahi posse uidentur, ut bonis creditoribus ordine iuris cedant [n]. Eadem seruatur distinctio in ijs, qui in Ecclesia opem præsidiumq; Ecclesiæ implorant. Quòd si uerò id tumultus aut seditionis ciendæ causa faciant, ultimo etiam supplicio subijciuntur [o], uelut publicæ pacis turbatores [p].

a l.ult.§.sanè.h.t.pro quo l.3.C.de infan. exp.
b Bal.hic in l.ult. & l.1.ſ. de emen.ſeruo.
c l.1.hoc t.ubi gl.uerb.arceantur.
d l.2.l.ult.hoc t.c.ſicut.17. q.4.
e c.de iure.22.q.2.c.quia fruſtra. de uſur. §.neq; in Auth.de man.prin.
f l.in fundo.de rei uend.
g l.auxilium.de minor.
h l.3.C.de Epiſc.aud.
i Exod.21.14.
k l.1.hoc t.
l l.ult.h.t. Azo hic in fin.
m l.fulcimus.7. & tot. tit. quib.ex cauſ. l. ſi finita. §.Iulianus. de dam. inf.
n l.1.ubi Dd.C.qui bon. ced.
o l.4.in fi.hoc t.
p l. ult. de re mil. in fi. & tot.tit.inf. de ſeditio.

De his qui in Eccleſijs manumittuntur.

TITVLVS XIII.

1 *Manumiſsio cuius iuriſdictionis.* 2 *Manumiſsionis in Eccleſia origo.*

IVriſdictio † omnis aut contentiosa est aut uoluntaria [a]: superiora ferè ad contentiosam, manumis- 1
sio, quæ fit in Eccleſijs, ad uoluntariam iuriſdictionem spectat [b]. Vt † autem olim qui seruos data li- 2
bertate ciues efficere Romanos uolebat, per censum, uindictam, aut testamentum eos manumittere cogebatur [c]: sic postea sub Impp. Christianis censu & solennibus illis ueterum obsoleſcentibus, receptum, ut in Ecclesia coram Antistite, & cœtu fideliũ manumitterentur, actis interuenientibus, qui plenam libertatem consecuturi essent [d]. Sed hodie hac solennitate non est opus, postquam sublatis beneficio Iustiniani libertinitatum generibus, omnes qui quocunq; modo manumittuntur, ciues Rom. fiunt [e]: uelut prius ex Constit. Antonini Seueri, omnes ingenui in Imperio Rom. ciues effecti sunt [f].

a gl. uerb. conſilium. in l. 1.de off.conſ.
b l.1.ubi gl.de off.conſ.l.1. de off.præt.
c Vlp.tit.1.& 19. Theop. Inſt.de liber.
d l.1.2.hoc t.
e l.unic.C.de Lat.li.l. unic.C.de dedit.lib.
f l.in orbe.de ſta.hom.

De legibus & conſtitutionibus Principum

ET EDICTIS. TIT. XIV.

1 *Quid lex, conſtitutio.*
2 *Propriæ ſpecies & cauſæ conſtitutionum.*
3 *Princeps quis ſit.*
4 *Materia conſtitutionum.*
5 *Forma.*
6 *Finis & effectus.*
7 *Adiacentia, affinia, contraria.*

NOn tantùm sacra & sacerdotes, uerumetiam leges ad ius pertinent publicũ [a]. Nam † & lex mu- 1
tus magistratus est [b], uel ἀρχιτυπωτάτη potius potestas [c]: & qui has uiolat, in publicum ius cõmittit [d]. Vnde hac in parte leges legum ipsarum ac tuendi iuris publici causa proponuntur, quas ideo leges legum hîc appellat Placẽtinus. Lex hoc in tit. ius designat [e], & per ἐξοχὴν significat ius à Principe cõstitutum [f], uelut principalem speciem 8: à qua tamen ipsum hîc secernitur [h]. De legibus satis est dictum, quantum instituti ratio patitur ad Pandectas: de constitutionibus hîc agendum, quæ propria est materia Codicis, in quem Constitutiones Principum relatæ sunt. Vnde in Cod. Theodo. lib. 1. tit. 1. detracta legis mentione, inscriptio facta est, de Constitutionibus & Edictis. Constitutio † ὑπ' πλάτει & 2
genere significat quodlibet ius scriptum [i], uel etiam hominum cõuentionem [k], sicut & lex [l], quando ad hominis factum refertur [m]. Quo in significatu Constitutio significat quodlibet ius constitutum, sed præcipuè scriptum [n]: quare & iuri non scripto opponitur [o]. Sed propriè constitutiones sunt ius quod Princeps cõstituit [p]. Earum propria, quòd sint humanitati Imperatoriæ [q] congruæ [r], æquales in omnes [s], sacratæ [t]. Forma generalis [u], interdum tamẽ & particularis [x], aut etiam personalis ac singularis [y]: quæ propriè leges aut Constitutiones non sunt, sed Priuilegia [z] strictiri iuris [a]. Generalis non item [b]: cuiusmodi ex ipsa forma circumstantijsq; discernenda sunt [c]. Species sunt, Edictum, Decretum, Epistola, Rescriptum, Sententia [d], Legis interpretatio [e], Pragmatica sanctio [f], Mandata 8. Distinguitur etiam inter Decisiones & Constitutiones [h]. Causa est Princeps [i], qui hîc in tituli inscriptione & ff. eod. significat Imperatorem [k], uel Regem [l], qui est lex animata diuinitùs terris data, cum potestate iuris condendi [m]. Nam † propriè significat eum, qui non recognoscit superiorem [n]: qualis est etiam Rex in suo 3
regno [o]. Quin etiam si teneat regnum ab alio in feudum, nihilominus potest, quæ Imperator in Imperio [a].

a l.1.§.1.de iuſt.& iur.
b l.nam & ipſum.ff. de iuſt.& iur.
c l.poteſtatis.215. de uerb. ſig.iunc.l.4.hoc t.
d l.ſi quis.7.ubi Dd.de iuriſdict.
e l.1.uerb.iuſq;.l.2.uerſ. nec generalia iura ſint, ſed leges faciant ijs dunt axat negocijs,&c.l.4. l.5.l.6.l. leges. 9. l. cum de.n.10.h.t.
f l.2.l.3.
g l.humanum.8.l. ult.h.t.
h in inſcriptione. itẽ l. leges & conſtitutiones.7. l.humanum.8. uerſ.formam generalem,& antiquis legibus non inſertam.l.ult.uerſ. conſtitutiones legis uim obtinere.hoc t.
i c.1.diſt.8.c.1.diſt.9.
k l.3.§.ductus aquæ. 4. uerb. iure conſtitut. de aqu.quot.
l l.1.in fi.de aqu.pluu. l.1.§.ſi conueniat. de poſ.
m Corſus lib.1.indag.c.9.
n c.lex.c.conſtitutio.diſt.1.
o c.1.2.diſt.8.c.1.diſtin.9.& paſsim ibidem.
p §.ſed quod Principi.Inſtit. de iure nat.l. ult. uerſ.conſtitutiones,quæ imperiali decreto proceſſerunt.hoc tit.l.1.ff.eod.
q l.ult.C. de donat. int. uir.
r l. leges. 9.in fi.hoc t.
s l.capitalium.28. uerſ.cum leges æqualiter ſecuritatem omnibus tribuant.de pœn.
t l.leges ſacratiſs. 9. hoc t. l. humanum. 8. hoc t.
u l.humanum.8.hoc t.
x l.2.l. ult.hoc t.
y l.1.de conſtit.prin.
z d.l.1.de quibus.ex.r. de priuileg.
a c. ex tuarum. de author. & uſu pal. Bald. 1.n.2.hoc t.
b Bald.ibidem, per illum text.& l.ne Chriſtiani.cum ſeq.de legib.
c Bald.num.3.& Dd.l.2.l.3.hoc t. per illos textus.
d l.2.l.ult.hoc tit.de quib. Theoph. §.ſed & quod principi.Inſt.de iur.natur.gent.& ciuil.
e l.ult.hoc t.
f l.ult.infr.de diuerſ.reſcr.
g de quib.tit.ſeq.
h conſt. Cod.ſupr.d. emend.Cod.
l l.1.l.ult.h.t.l.Princeps.de legib.
k l.ult.uerſ.quid ſanctius Imperiali Maieſtate ex Imperiali decr.h.t.
l d.l. ult.uerſ. quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus,ut regalem ſenſum eontemnat? h.t.
m §.ult.in Auth.de conſul.Henn.God.conſ.1.num.2.
n gl.& Card.quæſt.1.clem.de baptiſ.clem.1. de iureiuran.Bald.& Dd.in proœm.Digeſt.in prin.
o c.ſcitote.6.quæſt.3.c.in apibus.7.quæſt.1.Corſet,de pot.reg.quæſt.45.Chaſſ.in conſue.Burg.in prin. uerb.duc.num.2.Pan,& Dd.c.per uenerabilem.qui fil.ſint leg.

BIU Cujas

rio [a]. Itaq; Princeps in sua ditione est, quoad ius politicum, causa causarum [b], ut penes quem sit omnis cõdendi, interpretandi, abrogandi iuris potestas [c]. Inferiores uerò, hoc est, qui recognoscunt superiorem, non ll. aut constitutiones, sed ius tantum Prætorium ac Edicta facere putantur [d]. Synergi sunt, proceres Palatini [e], & Senatus [f]. Causa προαγμένη, motus proprius Principis [g]. Impulsiua, suggestio iudicum, magistratuum [h], supplicationes subditorum [i], lites motæ [k], necessitas, utilitas publica [l], multitudo delinquentium [m]. Materia † circa quam, sunt personæ, res, negocia [n]. Nam rebus, non uerbis, leges sunt imponendæ [o]. Item causæ, actiones [p], futuræ [q], dubiæ [r], non pendentes [s]: neq; præteritę [t], præsertim cum nec opus sit de præteritis ac decisis nouas facere constitutiones [u]. Materia pragmaticæ sanctionis non sunt priuata negocia, sed causæ publicæ uniuersitatum, Prouinciarum, Curiarum, Scholarum, &c. [x] Formam † faciendæ constitutionis proponit l. humanum. 8. hoc tit. quæ non scripturam, sed recitationem in Consistorio, & cõfirmationem Principis ac promulgationem requirit [y]. Vnde decisum, scripturam non esse de substantia constitutionis [z]. Personales Constitutiones, quæ facilius corrumpi possunt & supponi, diem etiam & consulem requirunt [a], proinde scripturam [b], cui eiusmodi inserantur [c]. Quòd si sunt species etiam iuris scripti [d], certè scriptura constare debent [e], & quidem plena, non abbreuiata notis [f]. Scriptura tamen amissa uel nõ comparente, æquius est per testes Constitutionem probari posse [g]. Et Bald. [h] scripturam ait non esse de forma substantiali quoad Principem, quo etiam mortuo antequam perscriberetur aut promulgaretur constitutio, nihilominus in effectum produci debet [i]: sed de forma accidentali quo ad subditorum obseruantiam: quibus non potest innotescere, nisi per scripturam promulgetur [k]. Finis, † ut pertineant & referantur non ad priuatum commodum [l], sed ad communem imperij salutem [m], & utilitatem [n], ut communiter omnibus prosint, nõ uiuis tantùm, sed & mortuis [o], ad Principis gloriam [p], tuitionem innocentiæ, terrorem & uindictam iniuriæ [q], sic, ut nemini adminiculum earum sit denegandum [r], & neminem sinant in paupertate uiuere aut anxietate mori [s]: cum æqualiter omnibus securitatem tribuant [t]. Denique ut uniuersi, præscripto earũ manifestiùs cognito, uel inhibita declinent, uel permissa sectentur [u]. Effectus, quòd uim habeant legis [x], ideoque intelligi debeant ab omnibus [y], & audiri [z], quibus nihil est studio dignius [a]: cum uitas hominum cõstringant [b], obligentq; ad scientiam [c], obedientiam [d], aut pœnam [e]. Quæ cum expressa nõ est, arbitraria subintelligitur [f] post duos à promulgatione menses [g]. Nec uerba tantùm legis obligant, sed etiam mens atq; sententia [h]: contra quæ quicquid fit, ad nihilum reducitur [i], ui legis, quæ semper in uiridi est obseruantia [k]. Canonibus tamen non præeminent, sed obsequuntur [l]. Quamobrem ubi Euangelicis uel canonicis decretis nõ obuiant, tum sanè nec aliter omni reuerentia dignæ sunt [m]. Sed nec Ecclesiam ligant [n], nec ipsum authorem seu legislatorem authoritate [o], honestate tamen & ratione naturali [p]. Domesticos etiam Principis obligant [q]. Adiacet † potestas legi, sicut Prætori imperium, iudici officium [r]. Item æquitas [s], interpretatio [t], quæ cum fit à Principe per modum legis, species constitutionis est [u]. A' reliquis secundum eius sententiam fieri debet, & in fauorem hominum, non læsionem [x], pœna infamiæ ijs, qui malitiosè interpretentur uel circumueniant, præstituta [y]. Affinia constitutionib. sunt priuilegia [z], de quibus dicetur extr. tit. de priuileg. Item forma generalis Præfecti Prætorio [a]: statuta, cuiusmodi inferiores à Principe condere putantur [b]. Contraria, desuetudo [c], malitiosa interpretatio [d], Rescriptum contrarium [e], aut beneficium [f], obscuritas [g], duritia [h].

a Corsetus & Chass. præalleg. loc. Aluar. c. 1. quis dica. dux, Iacob. in proœm. feud. inuest. ubi de proprijs, cuiusmodi est humanitas, l. ult. Cod. de dona. int. uir. & uxor. effectu, officio, dignitate, potestate, priuilegijs ac regalibus Principum plura, de quib. & Chas. in catalogo gloriæ, parte 5. an idem iuris sit inferioribus. Iacob. præalleg. loc. Ias. & Dd. l. 5. de uerb. oblig. & d. c. 1. quis dica. dux, March.

b Sal. c. eccles. num. 7. ut lite pend. Ias. cons. 223. num. 12. uol. 2.

c l. 1. l. ult. h. t. l. princeps. de legib.

d Ias. post Bar. in l. stipulationem. 5. in prin. nu. 9. & 10. de uerb. obl. & l. omnes. 9. ubi Bart. de iust. & iur.

e l. humanum. 8. hoc t.

f l. 3. d. l. 8. h. t.

g l. 3. hoc t.

h l. 2. l. pen. uerb. suggestio iudicantis. hoc t. l. 2. h. t.

i l. 3. l. ult. h. t.

k l. 2. l. 3. l. humanũ. 8. h. t.

l l. humanum. 8. h. t. l. ult. de diuers. rescript.

m Bar. in extrauag. ad reprimendum. uerb. mulatorum, quomodo in læs. Maiest. reos proced.

n l. 2. uerb. personis atque negocijs. l. 3. hoc t. l. pen. distinct. 10.

o l. 2. C. commu. de lega. l. ult. C. de usur.

p l. 3. l. humanum. 8. l. ult. hoc tit.

q l. leges. 7. hoc t.

r l. ult. uerb. si dubitatio in litibus oriatur. h. t. l. Domitius. de testa. l. ult. in fi. uers. in futuris causis

De mandatis Principum. Tit. XV.

1 *Mandata Principum quid à Constitutionibus differant.*
2 *Mandata unde dicta.*
3 *Mandata priuatorum quatenus à Principum distinguãtur. Mandati item & præcepti discrimen.*
4 *Mandatorum causa efficiens.*
5 *Materia.*
6 *Forma, & quẽadmodũ in Prouincijs proponi solita sint.*
7 *Finis & effectus.*

1 COnstitutionibus principum similia sunt mandata: hoc † differunt, quòd illæ generales sunt [a] & perpetuæ [b], hæ prouinciales & locales, uelut ordinationes: sæpe etiam ad certum duntaxat tempus, uel magistratu aliquo durante, uim habentes: cuiusmodi nunc Principum instructiones

obtinent. infr. de loca. s l. leges. 7. h. t. t d. l. leges. 7. h. t. l. 3. C. Theodos. de constit. u l. unic. infr. de uet. iur. enuclean. x l. ult. infr. de diuers. rescrip. y sicut & l. 3. ubi Bald. n. 2. hoc t. c. in istis. distinct. 4. §. fin. in Auth. de hær. & Fal. z decis. Rot. 1. in rub. de constit. ubi dicitur esse cõmunis, quanquam aliter publicè non facilè præscribi possit, l. leges. 9. uerb. præscripto earum cognito. h. t. a l. 4. infr. de rescrip. b l. sacri. 6. infr. de diuers. rescript. c l. 1. C. Theod. de constit. gl. & Dd. l. generali. infr. de tab. lib. 10. Bart. c. unic. §. data. qui sint re. Alex. & Dd. rub. de oper. no. nunc. d ut dictum est Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. §. constat. 5. e l. 2. in fi. C. de frumen. seu cano. urb. Const. lib. 11. f l. 1. §. pen. in fi. C. de uet. iur. enuclean. c. 2. distinct. 8. l. lex est. dist. 1. g d. decis. 1. Rotæ de constit. h l. humanum. 9. h. t. i Bal. l. 8. in fi. h. t. per c. institutiõ. 25. quæst. 2. k Alb. 1. parte stat. quæst. 14. l c. erit. distinct. 4. m l. humanum. 8. h. t. in Auth. de manda. princ. in prin. n in prin. No. 1. de hær. & Falcid. o §. ult. in Auth. de hær. & Falc. p d. l. humanum. 8. h. t. q c. 1. 2. 3. distinct. 4. r l. unic. C. de sent. præfec. prætor. s §. ult. No. 1. de hæred. & Falcid. t l. capitalium. 28. uers. cum leges omnib. hominib. securitatem tribuant. de pœnis. u l. leges. 9. h. t. x l. ult. h. t. y l. leges. 9. h. t. z §. fi. Nouel. 1. de hæred. & Falc. a l. 1. §. 1. C. de uet. iur. enucl. b l. leges. 9. h. t. c d. l. leges. h. t. l. 2. C. Theod. n. 1. d d. l. humanum. 8. h. t. §. fi. in Auth. de hær. & Falc. No. 1. e l. 5. h. t. c. quis autem. dist. 10. f l. hodie. 13. de pœn. l. 1. §. expilatores. de effractorib. g in Authent. ut factæ nouæ constit. c. ult. No. cler. uel cur. c. cum infirmitas. §. 1. de pœnit. Host. de const. n. 13. h l. 5. h. t. l. contra. 29. cum l. seq. de legib. i l. 5. h. t. c. 2. de testib. k l. 5. in fin. C. de hæret. l c. 1. c. 2. & passim dist. 10. in Auth. ut cler. apud propriũ episc. in fi. m c. si sapitis. c. pen. dist. 10. n c. quæ in ecclesiarũ. 7. de constit. c. 2. dist. 8. & c. 11. 12. dist. 10. o l. princeps. ff. eo. p l. digna. 4. h. t. c. iustum. dist. 9. c. cum omnes. de constit. l. antep. de ad. tut. c. pro illorũ. de præben. l. ex imperfecto. de legat. 3. q ex constitut. græca huius tit. 9. quã reponit Cuiac. obser. lib. 12. c. 31. r l. obligationes. 26. de ob. & act. s l. 1. h. t. l. hac lege. 8. C. de pac. conuent. t l. 1. l. 5. l. ult. h. t. u l. 1. l. leges. 9. l. pen. l. ult. h. t. x l. quod fauore. 6. h. t. y l. 2. h. t. z l. 2. 3. l. ult. h. t. const. 2. §. pen. sup. de Iust. n. Cod. confirm. l. 1. de constit. prin. a l. foram. 2. infr. de off. præfec. prætor. b Ias. l. stipulationum. 5. n. 9. 10. de uerb. oblig. & l. de quib. n. 82. de legib. c l. de quib. 31. de legib. c. in istis. cum seq. dist. 4. d l. 2. h. t. e l. 2. h. t. f l. 5. in fi. C. de hæret. g c. erit. dist. 4. l. leges. 9. h. t. h l. leges. 9. h. t. a l. 2. l. 3. C. tit. 1. b l. 5. in fi. C. de hær.

BIU Cujas

nes appellant. Mandata † à manu danda, qua promiſsiones firmari ſolent, ductum uerbum [a], ſignificat aliquid gerendum exequendumq; alteri cõmittere [b], quod † inter priuatos uoluntatis & arbitrij eſt [c], ubi par in parem non habet imperium [d], inter dominum & ſubditos uim habet præcipiendi [e]: uelut & preces [f], quanquam inter præceptum & mandatum Principis nonnulli ſubtiliter diſtinguant [g]. Mandatum dat Princeps aut de negocio aliquo priuato cognoſcendo, exequendo: quæ uulgò Commiſsiones uocantur [h]: aut de gubernatione prouinciarum & ciuitatum præſidibus & magiſtratibus cuiuſque loci, quas Inſtructiones, ut dixi, uulgò nominant: quo hîc potiſsimum ſenſu accipitur. Author † ergo & cauſa mandatorum eſt Princeps, qui cum codicillis & mandatis rerum ex uſu & opportunitate temporis ac loci gerendarum, magiſtratus adminiſtraturos in prouincias & præfecturas mittit [i]. Materia † ſunt ea, quæ ad gubernationem prouinciarum rectè inſtituendam, & publicum ueluti ius, hoc eſt, ſtatum cuiuſq; loci bene tuendum pertinent [k]. Forma † conſtat ſcriptura, l. j. & 2. hoc tit. quam repoſuit Cuiac. lib. ob. 12. cap. 31. ubi confirmat mandata eiuſmodi ſcripturis conſtare, ex quibus etiam mandatum probandum eſt [l]: nec enim nuncio Principis creditur ſine literis [m], & probandum eſt, ex literis in originali non per relationem [n]: cuiuſmodi formam Nouella Iuſtiniani proponit in auth. eo. Porrò ſummam poſtea mandati in ſuis prouincijs Præſides uice edicti proponebant [o], ut ad quam gubernationis rationem ipſius poteſtas eſſet aſtricta, & quis futurus adminiſtrationis curſus, quid etiam unumquenque illo tempore facere de uoluntate Principis oporteret, publicè conſtaret & innoteſceret omnibus. Finis, † ut omnia in prouincijs laudabiliter gerantur, & certis legibus conſtricta ſit magiſtratuum poteſtas [p]. Effectus, ut præſidem & prouinciales uelut lex obligent [q]: in ipſa ſcilicet prouincia, tanquam lex localis [r]: niſi Princeps generaliter & perpetuò ualere pro conſtitutione iubeat, ut ſunt mandata in Corpus iuris relata [s].

[a] Valla lib. 5. ex Quintil.
[b] l. 1. & t. t. manda. l. 1. & tot. tit. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. ſi minoris 25. de ad. tut. l. Modeſtinus. 76. de ſolut. l. ult. §. ult. de condic. ob turp. cauſ.
[c] l. 1. l. qui patitur. mand. & Inſt. eo. l. in commodato, 17. §. ſicut. 3. ff. cõmoda. l. ſicut. C. de act.
[d] l. 4. de recep. arb.
[e] l. unic. b. t. in auth. eod.
[f] l. 1. ubi gl. ff. quod iuſſu.
[g] gl. uerb. neceſsitatem. in l. ſæpe. 8. ubi Bal. de off. præſ.
[h] in auth. de manda. Princ. l. diuus. 6. §. 1. de cuſtod. reor.
[i] in Auth. de mand. Prin. in prin. l. 3. l. obſeruandum. 19. de off. præſ. l. diui. 27. §. 1. de man. princ. l. diuus. 7. §. 1. de iur. patro. l. aliud. 13. §. 1. de uer. ſig. d. l. 6. de cuſtod. reor.
[k] in Auth. eo. l. diui. 28. in fi. de pœn. l. 1. 2. infr. de off. præfect. prætor. Africæ.
[l] l. unic. hoc t. c. cùm in iure. de off. deleg.
[m] l. prohibitum. C. de iur. fiſc. lib. 10.
[n] Cuiac. d. c. 31. ex l. 2. b. t.
[o] l. 6. §. 1. de cuſtod. reor.
[p] in Auth. eo. in prin.
[q] in Auth. eo.
[r] l. eos. 65. de rit. nupt. l. 3. obſeruãdum. §. 1. de off. præſid.
[s] d. l. eos. l. etſi. 6. Cod. de nup. l. leges. ſup. tit. 1. l. diuus. §. 2. de pœn. l. 131. §. ult. de uerb. ſig. l. 6. de cuſtod. reor.

1 Senatuſconſultum quid.
2 Eius partes & ſpecies.
3 Senatum cogere quibus olim permiſſum.
4 Cauſa efficiens S. C.
5 Materia.
6 Forma.
7 Finis & effectus.
8 Contraria.

De Senatuſconſultis. Tit. XVI.

k t.t.de prox. sacr.scrin.
l l.2.h.t. l.ex.eo. de agen. in reb.lib.12.
m l.1.2.3.ult.h.t.
n l.4.C.de silent. l. ult. de cast.lib. 12.
o l.penult.h.t.

& de delictis eorum, ac reliquorum in prouincijs officialium, cognoscit [a]: eosdemq; creat, eligit [b], castigat, remouet [c]: nec appellari ab eius iudicio & sententia potest [d]. Formam etiã generalem uice constitutionis in sua diœcesi ualituram, rectè proponit [e]: quam nemo præter Principem innouare queat [f]. Supplices libellos recipit & expedit, non tamen propterea uim litis contestatæ habituros [g]. Violentis etiam casibus & alijs quibus Præsides singularũ prouinciarum pares esse nequeunt, remediũ affert [h].

De officio Præfecti Prætorio Aphricæ, & de OMNI EIVSDEM DIOECESEOS STATV. TIT. XXVII.

REcuperatæ auspicijs Bellisarij & immanibus Vandalorum manibus ereptæ Africæ Iustinianus Præfectum prætorio dedit, cuius Chartagine sedes esset, quiq; septem Aphricæ prouincijs tam Consularibus, quàm Cæsareis super omnes Præsides uice Principis præesset: religionem, disciplinam, ciuitates, agros, munita loca, deniq; reliqua omnia à Vandalis uastata, instauraret, & ad priorem cultum reduceret. Quibus in mandatis quia pro eius prouinciæ necessitate & usu, multa sunt singularia, neq; aliorum Prætoriorum Præfectis communia, ideo de officio huius specialiter & separatim edicendum putauit: quod de lectione melius intelligi potest.

De officio Præfecti urbis. Tit. XXVIII.

SIcut foris & militiæ Præfectus Prætorio: sic domi & in urbe Præfectus urbis summum & primum à Principe locũ tenet: cæterosq; magistratus urbanos facilè dignitate antecellit [a]. Omnia crimina sibi uindicat [b]: statũ urbis annonamq; ac disciplinam urbanam, curat [c]: omnes ciues, collegia, corpora, reliquaq; urbana omnia, suæ iurisdictioni obnoxia & subiecta habet [d].

De officio Magistri militum. Tit. XXIX.

SEcundum Præfectum Prætorio [a], summam in milites, equites peditesq;, atq; adeò ipsos quoque prouincialium exercituum Duces, potestatem habuit Militum magister [b]: illustri & Comitatiua dignitate excellens [c]: & eo quidem maiorem, quod in eadem prouincia ipso præsente Præfectura Prætorij seu Prætoriana, quamuis amplissima, nullam tamen in milites habeat potestatem [d]: ut nec è diuerso Magister militum in reliquos prouinciales [e]. Hoc officium maxima uirtute & felicitate, sed aulica nimirum anguina mercede sub Iustiniano Belizarius gessit [f].

De officio quæstoris. Tit. XXX.

1 *Quæstorum origo.* 2 *Dignitas & munus.*

QVæstorum † ut munus olim aliud fuit [a], ita & dignitas minor, cum primus ad maiores honores gradus esset [b]. Postea sub Augustis nouum quæstorũ genus creatum, qui à ueste candida, Principis Candidati, appellarentur: non quærendis pecunijs, sed legendis Principum in senatu libris, hoc est, codicillis & epistolis operam dantes [c]. Horum † dignitas post ita creuit, ut in Palatio sacro libellos supplices reciperent, ijs sicut & nouis legibus, mandatis, uice Principis subscriberent, responsa redderent, leges & mandata dictarent [d], minori laterculo, hoc est, Codicibus & regiſtris dignitatum, officiorum, administrationum, noticiarum, redituum & assignationum Imperij præessent [e]: omnem deniq; iuris ac iusticiæ potestatem in Aula haberent [f]: quam nunc penes eum, qui Cancellarius uocatur, esse uidemus, quod nomen huic officio postea esse prælatum, Niceta testatur [g]. 1 2

De officio Magistri officiorum. Tit. XXXI.

1 *Magister unde dictus.* 2 *Magister officiorum quis.*

ERat & in præeminenti dignitate ac iurisdictione Magister seu Comes Officiorum [a]. Magister † à monendo uel monstrando dictus, omnem significat, cui præcipua alicuius rei cura & gubernatio incumbit [b]. Vnde magistratus [c], magister populi (dictator scilicet) equitum [d], militum [e], scripturæ [f], bonorum [g], & hic, officiorum: quod nomen hoc in argumento Palatina officia aulicasq; functiones significat. Erat † igitur Magister officiorum Iudex & uelut Episcopus ac superintendens cubicul ariorum [h], decanorum [i], militantium in sacris scrinijs [k], agentium in rebus [l], scholarum [m], silẽtiariorum, seu, ut nunc uocant, secretariorum, omniumq; ministrorum Aulæ [n]. Etiam in prouincijs sibi assignatis, & Imperij limitibus, quis esset militum numerus, quę castrorum ac clausurarum disciplina, munitio, ordo, obseruans, quotannis ad principem referebat [o]: cuiusmodi ferè munus ij hodie sustinent, qui Magistri curiæ nunc appellantur. 1 2

De

BIU Cujas

De officio Comitis sacrarum largitionum.

TITVLVS XXXII.

1 *Comes unde dictus.* 2 *Sacræ largitiones quid.*

1 COmitem † à comitando, & Comites eos, qui aliquem sequuntur & obseruant, dici palàm est [a]. Hinc Comites Procoss. qui his apparent, assident, operam in officio dant [b]: & Principum, qui in Comitatu Palatij præstò sunt Principi, & aliquo officio inseruiunt: quorum pro uarietate munerum, alij primi, alij secundi, alij tertij ordinis censentur [c]. Nam dignitatis & claritatis ordo uelut senatorius, sub Augustis esse cœpit [d], quemadmodum & Ducum [e]: qui ordines eminentię etiam hodie per-
2 durant. Sacræ † largitiones, sunt thesaurus & ærarium Principis publicum, ex quo Princeps dona & largitiones publicè priuatęq; facit, quod Principi maximè conuenit, sic ut tutores etiam eius eiusmodi facere queant [f]. Eodem etiã donata Principi referebantur. Inde stipendia militibus & officijs soluebantur [g]. Huic præfectus iure ueteri, Præfectus dicebatur ærario [h]: deinceps procurator fisci dictus [i], pòst Comes palatinus [k], sacrarum scilicet largitionum & thesaurorum.

a *l.item.15.§.comitem.de minorib.*
b *l.senatuscons.16. de off. præs. l. administrantes. 44. de ex. tut. l. 4. de off. ass. l. legato. 12. §. 7. de uacat. mun.*
c *l. unic. inf. de comitib. qui pro. reg. lib. 12. ubi Cuiac. l. unic. ff. de com. sac. pal. eod. lib.*
d *l. unic. ff. de com. sac. pal. & t. t. de dig. lib. 12.*
e *d. l. unic. l. 1. 2. sup. de off. præf. præt. Aph.*

De officio Comitis rerum priuatarum.

TITVLVS XXXIII.

1 *Officium Comitis sacrarum largitionum.*

1 HVic par & eadem illustri dignitate excellens Comes rerum Cæsaris priuatarum [a], seu Rei Dominicæ [b]: cuius † officium est, gubernare priuatam Principis substantiam [c]: quæ non ad largitiones & expensas ac salaria militum & officiorum, sed ad proprios & priuatos usus Principis est destinata & separata [d]. Eò referebantur olim fiscalia commoda [e], bona uacantia & caduca, omnisq; fisci ratio ac procuratio: hodie confiscationes [f].

f *l. 1. §. nu. 2. 3. in l. pactũ curatoris. C. de pac. per c. grãdi. de sup. neg. præl. & l. 6. C. de adm. tut. l. cum in plures. §. pen. cũ l. seq. de adm. tut. l. 1. §. 1. de tutel. & rat. distrah.*
g *t. t. C. de can. larg. tit. l. 7. de cupress. l. 1. de metall. l. 2. de cons. l. 1. de quæst. inf. lib. 12.*

De offic. Com. Sac. Palat. Tit. XXXIIII.

COmitis Sacri Palatij nomen aliàs generale est, plurium officiorum Aulæ seruientium [a]: hîc curatorem denotat seu procuratorem Diuinæ domus [b]: ut sarta tecta sit, & quod eò pertinet, Iuris perpetuarij seu emphyteuticarij [c]: ac fortè etiam cellæ, penusq; Principalis, omniumq; obuentionum & rerũ eò destinatarũ: quod munus in aulis hodie sustinet, quẽ Marescallum uulgò appellãt.

a *l. senatus. 15. de iure fisc.*
b *t. t. de off. pro. fis. ff.*
k *l. palatinos. inf. de pal. sacr. larg. lib. 12.*

De offic. Proconsulis & leg. Tit. XXXV.

1 *Continuatio tituli.* 2 *Proconsulis officium.*

1 HActenus † de magistratibus & iudicibus, qui in comitatu sunt Principis, & ministerijs atque officijs est dictum: iam dicendum de ijs, qui extra Palatium iurisdictioni domi uel foris præsunt.
2 In his præcipuum foris erat Procos. & Legati eius officium. Nam † Procos. omnium urbanorũ magistratuum uice in prouincijs fungitur: quippe qui cum plena & consulari potestate annua tamen, uelut in libera Repub. usitatum erat, in prouincias consulares amandetur, & ascisc ere sibi legatum eidemq; mandare iurisdictionem, uel non mandare, pro arbitrio potest: semel mandatam tamen inconsulto Principe auferre non potest [a]. Quanquam autem in urbe duo Coss. annuum imperium habuerũt, tamẽ Proconsulatus unus tantùm in quaq; prouincia est [b]: etiamsi pro numero prouinciarum cumplures fuerint [c]. Mittitur igitur Procos. cùm potestate annua in prouincias consulares more maiorum ex authoritate senatus. Cicero ad Q. fratrem & passim: at reliquis prouincijs Cæsareis imperator præsides & Rectores minore cum potestate, diuturniore tamen quàm annua, ad suum arbitrium & arctioribus diplomatis, atq; ideo absq; legato, cum ipsi Cæsaris legati sint, præficit [d]. Quod discrimen prouinciarum Consularium & Cęsarearum ab Augusto institutum [e], adusq; tempora Iustiniani durauit [f]. Vnde & officium Hellesponti Consulare hîc uocatur: & Asiæ, uidelicet minoris, Proconsuli in secunda huius tituli constitutione subesse iubetur, l. officium. 2. hoc titu. quæ aliàs est l. unic. de off. com. sacr. patri. & perperam ad singularem titulum, qui de Officio Comitis sacri patrimonij uulgò inscriptus est, refertur: cum de hoc in nigro nullum prorsus uerbum, & iam deinceps non de Palatinis, sed alijs officijs agatur, & officium Comitis sacri patrimonij, aut idem sit quod Comitis sacrarum largitionum sacriue ærarij [g]: aut quod Comitis rei & patrimonij Cæsaris priuati, quod à bonis Imperij publicis distat [h]: quò etiam hæc constitutio ab Haloandro unà cum rub. refertur. In prima huius tit. constitutione legatum non solùm ciuiles, sed etiam criminales causas audire, non etiam decidere posse, sed ad Principem referre oportere, statuitur: quæ extraordinarij olim mandati iurisdictio fuit [i]: hodie, ex hac constitutione, ut uidetur, ordinarij est iuris. Non tamẽ adoptioni aut alteri legitimo actui præesse legatus potest [k], quia non est apud eum legis actio [l], hoc est, ius actum legitimum celebrandi.

a *l. 1. 2. ff. de off. proconf.* l *l. 4. eod. tit.*
b *l. solent. 6. eod.* i *d. l. solent. 6. cod.* k *l. 3. de off. proconf.*
a *l. unic. infr. de com. & arch. sacr. palat. lib. 12. Cassiod. in fin. lib. 6.*
b *l. 3. inf. de quad. præscr.*
c *l. 1. 2. h. t.*
a *l. 4. l. 5. l. solent. 6. uers. sicut. eo.*
b *l. meminisse. 10. de off. præs.*
c *l. procoss. 14. ff. eo. tt.*
d *l. pen. de off. præs.*
e *Suet. in Aug. cap. 47. Dion. Strabo, &c.*
f *l. 1. sup. de offic. præfect. Aphr.*
g *d. l. super. 9. ubi Cuiac. de cur. fis. lib. 10.*

1 *Comes unde dictus.* 2 *Sacræ largitiones quid.*

1 COmitem † à comitando, & Comites eos, qui aliquem sequuntur & obseruant, dici palàm est [a]. Hinc Comites Procoss. qui his apparent, assident, operam in officio dant [b]: & Principum, qui in Comitatu Palatij præstò sunt Principi, & aliquo officio inseruiunt: quorum pro uarietate munerum, alij primi, alij secundi, alij tertij ordinis censentur [c]. Nam dignitatis & claritatis ordo uelut senatorius, sub Augustis esse cœpit [d], quemadmodum & Ducum [e]: qui ordines eminentię etiam hodie per-
2 durant. Sacræ † largitiones, sunt thesaurus & ærarium Principis publicum, ex quo Princeps dona & largitiones publicè priuatęq; facit, quod Principi maximè conuenit, sic ut tutores etiam eius eiusmodi facere queant [f]. Eodem etiã donata Principi referebantur. Inde stipendia militibus & officijs soluebantur [g]. Huic præfectus iure ueteri, Præfectus dicebatur ærario [h]: deinceps procurator fisci dictus [i], pòst Comes palatinus [k], sacrarum scilicet largitionum & thesaurorum.

a *l. item. 15. §. comitem. de minorib.*
b *l. senatuscons. 16. de off. præs. l. administrantes. 44. de ex. tut. l. 4. de off. ass. l. legato. 12. §. 7. de uacat. mun.*
c *l. unic. inf. de comitib. qui pro. reg. lib. 12. ubi Cuiac. l. unic. ff. de com. sac. pal. eod. lib.*
d *l. unic. ff. de com. sac. pal. & t. t. de dig. lib. 12.*
e *d. l. unic. l. 1. 2. sup. de off. præf. præt. Aph.*

De officio Comitis sacri patrimonij.

TITVLVS XXXVI.

IN uulga. deest in emendationibus exemplis, cùm eius lex unica pertineat ad tit. præcedentem.

BIU Cujas

De offic. Comitis Orientis. Tit. XXXVII.

a l.3.inf.de off.rec.prouin.l.2.ĩ.de off.uica.
b l.nullum.10.inf.de off.rec.prouinc.
c l.2.sup.de off.præfect.præt.Aph.
d l.unic. inf.ut omnes iud.uerb.quicunq; dux uel comes.l. 1.inf.de off.uic.
e l.3.in uerb.comitibus, qui per prouincias constituti sunt. inf.de off.rec.l.unic.C.de com.qui pro.re.lib.12.ut hoc tt.l.uni.inf.ut om.iud.

* ff.eod.tit.

COmitis Orientis officium à Proconsulari Præsidumque & aliarum prouinciarum Natoliæ (ut nunc corrupta Græca uoce nominant) gubernatorum potestate seiunctum fuisse, constitutio unica huius rub. ostendit, in qua disertè hæc distinguuntur, & alia Rectori prouinciæ, alia Comiti assignantur. Non enim Palatini prouincijs præficiebantur, nec quicquam in prouinciales iuris habebant: sed ipsis magistratibus imminere, & eorum obseruare actus, & contra eos audire, & ad Principem referre prouincialium querelas iubebantur [a]: ut uerisimile sit, Principes aliquando ex suis Comitibus aliquos in prouincias ablegasse, uelut inspectores administrationis Rectorum, aliorumq; officialium, quorũ fides suspecta Principi esset [b]: aut limitibus præfecisse contra hostes tanquam Duces [c], seu Comites militibus limitaneis dedisse [d] per prouincias, maximè Orientis, ubi à Parthis & Persis perpetuæ incursiones timebantur [e].

De offic præfecti Augustalis. Tit. XXXVIII.

PRæfectum Augustalem Ægypto ut prouinciæ Cæsareæ (quam primus Augustus, unde nomen huic officio, in suam prouinciam redegit) & ualidiori ac ob id formidolosæ singularibus Augusti diplomatibus immissum, & potestatem eius uarijs modis restrictam fuisse, diximus *: quod etiam intelligi potest ex constit. huius tituli secunda, qua datur illi cognoscendi & referendi potestas de flagitijs ordinariorum sub se iudicum, ut iuridici Alexandriæ, non etiam amouendi, uel puniendi.

De officio uicarij. Tit. XXXIX.

1 *Vicarij etymon, & quis.* 2 *Dignitas & officium.*

a l.si seruus.17.de pecul. §.cum autem.Inst.quod cum eo, qui in alie.po.
b inf.de off.eius, qui uic.alt.iud.ger.ex.de off.uicar.
c l.unic.ĩ.de com.et arch.lib.12.l.3.inf.de off.rec.prouin.
d l.1.h.t.
e l.2.h.t.
f l.2.supr.de off.præfect.Augst.de quibus Dd.in l.4.C.de præsc.30.ann.c.super.24.de uerb.sig.c.unic.ubi Afflic.copiosè, quæ sint rega.

VIcarius † à uice, qui alterius uicem gerit & sustinet, unde uicarius seruus [a], qualem se etsi non statu, tamen officio esse queritur Martialis ac deprecatur: 1

Esse sat est seruum, tam nolo uicarius esse.

Ita uicarius in officio & iurisdictione is dicitur, qui uicem alterius, à quo mandatam habet iurisdictionem, gerit [b]. Inter † uicarios præcipua & quidem Comitatiua primi ordinis in dignitate Ducibus pari, 2 est uicarius Præfecti prætorio [c]: quem huic auocato, aut alibi occupato, Princeps submittere solet, ut non solùm præfecti, sed ipsius etiam Principis in omni iurisdictionis munere reuerentiam repræsentet, sacræq; cognitionis habeat potestatem [d]. Quanquam si quando usus uenerit, referre ad Principem ea debeat [e], quæ supremæ potestati peculiariter sunt reseruata [f].

De officio Prætoris. Tit. XL.

1 *Prætoris officium aut urbanum aut prouinciale.* 3 *Qui urbani prætores creari possint.*
2 *Vtriusque descriptio.*

a l.1.& t.t.de iurisd.
b l.1.h.t.
c l.unic.de off. præf.urb.
d l.2.h.t.l.1.ĩ.de prætor.lib.12.
e l.2.inf.de prætor.lib.12.
f l.2.h.t.d.l.2.inf.de præt.

PRætoris † officium, de quo in Pandectis quoque eodem hoc tit. dictum est, aut Vrbanum est, aut 1 Prouinciale. Prouinciale, † cum pro Prætore in prouinciam mittitur administrationis causa. Vr- 2 banum, quoties in urbe creatur, ut iurisdictioni cum mixto imperio præsit [a]: causas liberales tractet, præsit emancipationibus, adoptionibus, restitutionibus, decreta faciat [b]. Nã criminalia, quæ meri sunt imperij, Præfectura sibi uindicauit [c]. In † urbe Prætores tantum ij fieri possunt, qui larem in ea habent [d]. Sumptus hoc nomine, ut olim, inferre non coguntur inuiti [e]: sed habent spontaneum liberalitatis arbitrium [f]. 3

De officio rectoris prouinciæ, & ut nulli PATRIAE SVAE ADMINISTRATIO SINE SPECIALI permissu principis permittatur. Tit. XLI.

1 *Rectoris prouinciæ nomen bifariam capitur.*

a l.3.l.4.h.t.
b l.5.h.t.l.unic.C.de com.qui pro.
c l.5.6.7.8.h.t.
d l.ult.h.t.
e l.3.inf.de off.aß.
f l.1.& 2.h.t.
g Bar. l. de pupillo. §.si quis.de op.no.nunc.Iaf.in l.cum quis.nu.20.de iur.& fac.ig.

REctoris † prouinciæ nomen aliquando generaliter accipitur pro quolibet gubernatore, Præfecto prætorio [a], Procõsule, Comite [b], iudice [c], quò pertinet regula: Nemini sine speciali Principis permissu patriæ suæ gubernationem ab inferiore sub specie legationis uel mandatæ iurisdictionis permittendam esse [d]: cum propter suspicionem & affectionem in eadem uel assidere prohibeatur [e]. Aliquando, & magis propriè denotat Præsidem [f], qui à Cæsare cum certis formulis mandati, & absque temporis definitione ex arbitrio Principis, hoc est, in perpetuum, donec Princeps reuocet, ad gubernandam prouinciam ablegatur [g]. De cuius officio ad Pandectas eod.tit. dictum est.

De officio præfecti uigilum. Tit. XLII.

a ff.eo.et sup.ad hunc tit.
b l.2.§.capta.17.de orig.iur.
c l.unic.h.t.

INter urbanos magistratus sunt, Vigilum præfecti, de quorũ potestate & officio dictum est [a] in Oeconomia, qui cũ sint extraordinarij [b], de capitalibus causis nihil sua authoritate statuere: sed si quid eiusmodi euenerit, ad Præfectum urbi referre debent, ut celsiore sententia iudicetur [c]. Quocirca præfecto

BIU Cujas

præfecto non Vigilum, ut habent exempla uulgaria, ſed Vrbi, lex huius tit. eſt inſcripta, quod docent uerba textus: Culmini tuæ poteſtatis referre.

De officio ciuilium iudicum. Tit. XLIII.

1 *Continuatio.* 2 *Iudicum ſpecies.*

1 HActenus † de ſingulis Magiſtratuum & iudicum tam Vrbanorum, quàm Prouincialium ſpeciebus, deq; proprio ſingulorum officio eſt dictum: nunc communia quædam, ut ſæpè fit, & 2 generalia utriuſq; iura ſubijciuntur [a]. Omnes † autem iſtiuſmodi iudices uel Ciuiles ſunt, uel Militares: quod accipiendum, non reſpectu cauſarum, de quibus iudicant, ſed ratione perſonarum, quibus ius dicunt. Ciuiles enim ius reddunt priuatis perſonis [b], curialibus [c], honoratis [d], de publicis priuatisq; rebus [e]: & uerò abſq; ſuſpicione incorruptè dicere debent [f]. Nam ſi quem audire nolint, auri mulcta unà cum apparitoribus & officialibus ſuis plectuntur [g].

a ¶.ut om. iud. tam ciuiles quàm milita. l.unic. inf. de anno. & capita. inf. t.t.com. de lega.et com. utriuſq; iud. & D. com. præd.
b l.1.inf.tit.1.
c l.2.inf.tit.1.
d l.1.b.t.
e l.2.b.t.
f l.1.2.b.t.
g l.2.b.t.

De officio militarium iudicum.

TITVLVS XLIIII.

1 *Militares iudices qui.* 2 *Iudices militares ad ſtrictum iuris ordinem non aſtringuntur.*

1 MIlitares † iudices ſunt, qui militibus, non etiam priuatis & paganis ius dicunt [a], ut Militum ma-
2 giſtri, de quibus ſuprà: Duces [b], Tribuni, Comites militum, & qui ab his delegantur [c]. Nec † dubium eſt, quin ut teſtamenta militum libera ſunt [d], à ſolennibus ciuilibus [e]: ſic militaria iudicia, more militari abſque ſtrictis ciuilium iudiciorum formulis atque regulis, ſimpliciore quadam uia, & de plano, ut dicimus, exerceantur [f].

a l.5. ¶.de off.rec.prou. l.2.b.t.
b d.l.2.b.t.
c c.in iudicijs.ubi Dd. de reg.iur.in 6.
d l.3.ſup.de off.rec.pro.
e c.non ſanè.11.q.5. Spec. de ſal.§.1.nu.2.
f l.12.ſup.de off.ciuil.iud.

Ne rei militaris Comitibus, uel tribunis lauacra praestentvr. tit. xlv.

IVdicum militarium alij illuſtres & Comitatiua primi ordinis dignitate ornati, ut Magiſtri militum: alij inferioris ordinis Duces, Comites, Tribuni militum: illis balnea eorumq; adærationes & ſumptus, his nequaquam à prouincialibus debentur.

g l.1.b.t.
b l.ult.b.t.

De offic. diuerſorum iudicum. Tit. XLVI.

1 *Communia iudicum.* 2 *Eorum officium duplex.*

1 COmmune † diuerſorum Iudicum, hoc eſt, omnium cuiuſcunq; ſint generis officium eſt, ut inter ſe quidem inferiores ſuperioribus reuerentiam exhibeant [a]: neque fratres & collegas eos nominent [b], niſi quatenus diſpenſatio iuſticiæ προσωποληψίαν excludat [c], ſint iuſti, uigilantes [d], utrique parti communes [e], ex æquo utramq; audiant, non tamen in loco ſuſpecto [f]: debitum honorem deferát
2 infirmiori ſexui [g], honoratis [h]. Eſt † autem eorum officium aut nobile aut mercenarium [i]. Neutrum priuatis in rebus impertitur, niſi fuerit petitum [k]. In publicis autem ſcire debent ſibi præcipuè eſſe commiſſum, ut debita exigant, & conſueta depoſcant [l].

i ut dixi Inſt. de off. iud. & ext. eod.
k Bart. & Dd. l.4. §. petitum. de dam. inf.
l l.nullum. 10. ſup. de off. rec. pro. l. congruit. de off. præſ. de quo plura ext. de off. iud. & inf. ut quæ deſ. aduoc. iud. ſup. in auth. de manda. &c.

Vt omnes iudices, tam ciuiles, quàm militares, post administrationem depositam qvinqvaginta dies in ciuitatibus uel certis locis permaneant. Tit. XLVII.

COmmune & illud eſt, quòd poſt depoſitam adminiſtrationem cogantur ſub iuratoria cautione manere in prouincia, locis in publicis & uſitatis, ante ora & in quotidiano conſpectu omnium, quos rexerunt, ut de iniurijs factis accuſari, & rationem geſtorum repoſci poſſint [a]. Quæ res in tractatum ſyndicatus incidit, de quo uarij uaria ſcripſerunt [b].

a l.unic.b.t.l.4.§.1.de off. proconſ.l.3.inf.de aß.in auth. ut præſ. abſq; ullo ſuff.
b Bal.in l.4. §.1. de offic. procoſ. Bar.l.omnes. ad l.Iul.repet. Paris de Puteo Catol.et alij in trac. de ſyndi. Iaſ. & ſcribentes hîc, quos conſulere cuiuis licet.

De officio eius, qui uicem alicuius iudicis uel praesidis obtinet. Tit. XLVIII.

PRocoſs. mandant Iuriſdictionem legatis uniuerſam [a], non etiam præſides, & rectores prouinciarum [b]. Speciales tamen hi cauſas delegare, ijſq; iudices dare poſſunt [c]. Cæterùm & ex cauſa uicarius deligitur, qui uice præſidis adminiſtret [d], non ab ipſo, ſed à Principe uel Præfecto prætorio delegatione particulari datus [e]: qui tutores dare, decreta facere, alienationibus bonorum minoris, emancipationibus, adoptionibus authoritatem interponere, deniq; omnia, quę ad iuriſdictionem, non imperium merum, Rectoris prouinciæ pertinent, actitare poſſunt [f].

a l.4.l.6. & paßim, de off.proconſ.
b ut dixi tit. de off. præſ. Spec.de ſal.§.1.nu.10.
c l.1.cum ſeq.inf. qu.iud. dar. & de peda.iud.
d l.1.b.t.
e l.unic.in fi.de anno. & c.inf.l.2.b.t.
f l.6.de off.proc.l.2.b.t.

De aſſeſſ. & domeſt. & cancel. iud. Tit. XLIX.

1 *Aſſeſſores unde dicti.* 2 *Cancellarij unde dicti.*

1 FVnguntur interdum uice magiſtratuum in audiendis cognoſcendisq; cauſis, non etiam in ſubſcribendo Aſſeſſores [a]: ſic † dicti, quòd illis in conſilio & iuriſdictione aſſideant [b]. Item συγκάθεδροι [c], &

a l.2.b.t.
b l.ult.de prox. ¶.eod.tit.
c l.non ſolum.de exc.tut.

BIU Cujas

quòd comitentur Comites [a], quòd consilium præbeant [b], consiliarij [c]. His proximi sunt cancellarij iudicum, hoc est, notarij, scribæ, actuarij, secretarij [d]: † à cancellis fortè, quibus eorum secretaria (quæ & hinc nomen habere uidentur) aditum plenum liberum q; arcebant nomine deducto [e]. Item domestici [f], uelut uxor, liberi, familiares, apparitores, satellites, lictores [g]. 2

De annonis & Capitatione administrantium,

ET EORVM ASSESSORVM, ALIORVM'VE PVBLICAS SOLICITUdines gerentium: uel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates. Tit. L.

1 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
2 *Annona unde dicta, & in quibus consistat.*
3 *Capitatio quid.*

SIcut boui trituranti os obligari lex diuina prohibet: sic iudicibus etsi muneribus abstinendum est, tamen debita uitæ subsidia, uelut Annona & Capitus seu Capitatio præstanda sunt [a]: nec enim quisquam suis stipendijs militat [b], neq; † officium cuiquam suum damnosum esse debet [c], aut sumptuosum [d]. Annona † ab anno, annuam alimoniam significat [e]: quæ in frumento, oleo, uino, carne, sale, & similibus ad uictum & amictum pertinentibus, consistit [f]. Capitatio † tributum & præstatio seu pensitatio est annua, quæ agris imponitur pro numero iugerum, seu quæ in iugo sunt capitum (unde nomen) quibus coluntur [g]. Annonas & harum prætextu capitationes non alias magistratus exigere uel accipere possunt, quàm quæ particularibus delegationibus, hoc est, Principum diplomatis, libellis & mandatis, quibus delegare officia solent, continentur [h]: sicut etiamnum ea ordinationibus regijs taxari, & definiri solent. Quòd si quid amplius exigant, uidentur teneri in duplum [i], aut triplum [k], aut etiam quadruplum [l], maximè propter concussionem [m], & terrorem [n]. 1 2 3

De contrac. iudic. uel eor. qui sunt circa eos, &

INHIBENDIS DONATIONIB. IN EOS FACIENDIS, ET NE ADMInistrationis tempore proprias ædes ædificent, sine sanctione pragmatica. Tit. LI.

PRæter annonam, adiacet officio iudicum, ne quid præter alimoniam & uestem durante administratione in sua prouincia uel ciuitate ubi administrant, per se uel interpositas personas emant [a], ædificent [b], neu donationis maximè titulo, absq; speciali Principis permissu, accipiant [c]. Contractus enim etsi aliàs strictè capiatur [d], tamen hîc quemlibet titulum significat, quo dominium transfertur [e]. Multò uerò minus licet quid ex officio quod quis administrat emere, uel per se, uel per aliam personam: alioquin non tantum rem amittit, qui fecit, sed & in quadruplum conuenitur [f]. Hæc olim obtinuerunt in magistratibus Romanis, qui tantùm erant annui etiam in prouincijs [g]: hodie nō item, postquam iudices cœperunt esse perpetui [h].

De mod. mulct. quæ à iudic. inflig. Tit. LII.

1 *Mulcta quid.*
2 *A pœna quid distet.*
3 *Pœnarum discrimen.*
4 *Mulctare quibus permissum.*
5 *Causa impulsiua.*
6 *Materia, finis effectus, contraria.*

ADiacet † officio iudicum mulctæ indictio, quæ uox Osca lingua pœnam significat [a], latina, pœnam pecuniariam [b]: quæ † tamen non parum à pœna legali distet [c], etiamsi κατ' ἐξοχὴν pœna uocatur [d]. Nam pœna certa est [e], mulcta arbitraria [f]. Mulcta est in pecunia [g], non in existimatione [h], uel corpore [i]: pœna in omnibus his [k]. Est † autē uel modica [l], leuis [m], uel grauis [n], aut lege taxata [o], aut arbitraria [p], pro delicti grauitate [q]. Item alia cōminata tantùm [r], alia imposita [s]. Mulctare † non omnes magistratus possunt, ut procuratores Cæsaris [t], Rationales rerumpub. [u] defensores [x], Duūmuiri [y], magistratus municipales ciuitatum [z], iudices delegati [a]. Qui uerò mulctare possunt, ut illustres ac alij superiores [b], etiam Ecclesiastici [c], non aliter eo iure uti debent, quàm intra definitam lege quantitatem [d], nisi ex magno delicto [e]. Quod tamen non conuenit [f], quæ nec ob grauissimum peccatū permittit. Sed nec aliter rectè mulctant, quàm si sint iudices eius qui mulctatur competentes, quoad personā, aut saltem bona, quæ inibi possideantur [g]: nec supra iurisdictionem [h]. Causa † impulsiua in iudice agente seueritas [i]: in parte patiente, peccatum [k], dolus [l], culpa [m], contumacia [n], uera non ficta [o], propria nō procuratoris [p]. Quanquam & procuratori ob suam contumaciam imponi potest, ut & aduocato, testi, &c. etiam extraneo impedienti uiolantiq; iurisdictionem, quoniam inibi forum sic delinquendo sortitur [q]: non tamen collegæ [r], quia par in parem non habet imperium [s]. Materia, pecunia [t], operis publici ædificatio [u], uel præstatio alia aliqua, à persona quæ corripitur, exhibenda: quæ tamen quadruplum pœnæ excedere non debet [x]: nec amplius quàm ter in anno, pro eodē scilicet delicto continuato (nam plura & 1 2 3 4 5 6

a l. diem. eo.
b l. uelut. 7. h.t.
c l. 3. l. pen. eo l. 3 l. in cōsiliarijs. 10. l. liceat. 12. h.t.
d l. 3. l. nemo. 6. h.t.
e l. 3. de off. diuers. iud.
f l. 4. 5. 6. 8. h.t.
g de quib. l. 8 C. 16. de off. præs. l. 2. ſ. de off. ciuil. iud.
a l. unic. inf. tit. 1.
b c. cū ex officij. 16. de præscrip. Spec. de sal. nu. 1. 6. 10.
c l. sed si. 7. quē ad. test. ap.
d l. 1. de cont. tut. l. 4. de ob lig. l. fin autem. 27. §. 4. de neg. gest.
e l. 3. de anno.
f l. unic. inf. tit. 1.
g l. si minor.
h l. unic. h.t.
i ut in l. unic. ſ. ne rei mil. l. ult. inf. de mod. mul.
k ut in §. tripli. Inst. de act.
l ut l. nō licet. 46. de cont. empt.
m l. iubemus. C. de cōcuss. l. fin. C. ad l. Iul. repet. c. quoniam. dist. 18.
n l. item. 17. §. quadruplator. 7. ff. quod met. caus. §. quadrupli. Inst. de act.
a l. non licet. 46. de cont. empt.
b l. unic. in princ. domos extruendi. & post uerb. ædificationes. h.t.
c l. unic. h.t.
d l. Labeo. de uerb. sig.
e ut l. 3. §. ult. de acq. poss. l. 1. C. de fund. dot. l. ult. C. de reb. alie. non alie.
f l. non licet. 46. de contr. empt.
g Cic. ad Q. fr. a.
b Fab. hîc, Guid. Pap. dec. 195. Bugnon. lib. 2. legū abrogata. c. 67.
a Fest. lib. 11. Gouea. lib. 1. de iurisd.
b Varro lib. 4.
c l. aliud. 131. l. pen. de uerbor. sig.
d l. 2. si quis in ius uoca. gl. c. 1. de do. & contumac.
e d. l. aliud.
f Dd. l. 1. h.t. l. & in mulctis. C. de appel. l. unic. si quis ius dicen. l. 2. si quis in ius uoca. ubi Bart. & Dd. l. 4. l. 5. l. 6. h.t.
g l. 4. 5. 6. h.t.
b l. 1. h.t.
i Zab. cle. 2. §. 1. de hær.
k l. 2. et passim, de pœn. l. 1. 2. de his qui not. inf.
l l. 2. C. de sportul. l. 6. h.t.
m Alex. l. unic. in prin. si quis ius dic.
n l. 4. 6. h.t.
o Oldr. cons. 15.
q l. 4. h.t.
r Alex. l. de sertorem. §. qui ad diem. de re milit. & d. l. 1. ubi etiam Castr. si quis ius dic.
s l. 1. l. 4. 6. h.t.
t l. 2. h.t.
u l. 3. h.t.
x l. 5. ī. de defens. ciuit.
y l. unic. si quis ius dic.
z Dd. d. l. 1. si quis ius dic.
a l. 2. §. fi. de iud. Pan. c. dilectus. de pœn. Dd. d. l. unic. si quis ius dic. nisi in casu. l. 2. C. de sportul. & alijs, quos cumulat Alex. d. l. 1. si quis ius dic.
b l. 4. l. 6. h.t. l. 2. ī. de sportul.
c gl. c. 1. de dol. & contum. Spec. de sen. §. 2.
d l. 4. 6. h.t. de quo Bossius de mulct. nu. 5.
e Oldr. cons. 15.
f l. 4 h.t.
g Bar. l. 2. si quis in ius uoc. c. Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6.
b l. certa. C. qñ prouoc. ubi gl. et Dd.
i l. 4. 5. 6. h.t.
k l. 4. l. pen. l. ult. h.t.
l l. 4. 5. h.t.
m l. 6. h.t.
n l. unic. si quis ius dic. l. 2. si quis in ius uoc. non ierit. Bar. l. dilectus. §. fi. de off. præs. t. ext. de dol. & contum. Spec. de contra. §. 3.
o glo. nota. Alex. et Dd. d. l. unic. §. ult. si quis ius dic. et l. pleriq;. de in ius uoc. l. si finita. l. Iulianus. de dam. inf.
p Bar. l. eū qui. C. de proc.
q c. ult. de for. cōp. l. oēm. 19. de iud.
r Bar. & Dd. d. l. 1. si quis ius dic.
s l. 4. de arb.
t l. 4. h.t.
u l. 5. h.t.
x Alex. l. si qua pœna. de uerb. sig. c. quisquis. 17. q. 4.

BIU Cujas

& diuersa pluribus pœnis uindicantur [a]) exigi debet [b]. Quanquam autem aliæ summæ alijs magistratibus præstitutæ sunt, ad quas usq; mulctare possint [c]: tamen nonnulli [d] testantur eas ll. hodie non obtinere, & proinde permitti iudicibus ac magistratibus, ut suo arbitrio, pro qualitate delicti ac personarum, mulctent [e]. Forma, ut nõ imponatur mulcta præcipiti persuasione [f], sed causa cognita, & citata aduersa parte [g], quò possit defensiones suas opponere [h], condemnationem [i] per sententiam saltem interlocutoriam aut decretum [k], nec opus est commination e præcedente [l], quanquam & præcedere potest [m]: quæ tamen mulctã per se non infligit, si alia sententia non sequatur [n]. Sub amissione tamẽ causæ, mulcta imponi nequit [o], nisi parti in id per compromissum aut aliter consentienti, & se obliganti [p]. Finis, ut sit pœna admissi facinoris [q], peccati [r], correptio personæ delinquentis [s]: & ut ad obedientiam cogi sic contumaces possint [t]. Est enim unum ex remedijs, quibus inobedientes ad officium adigi solent [u]. Effectus, quòd non damnũ famæ, sed pecuniæ irroget [x], quæ non iudici debetur [y]: sed si parti nõ sit applicata in condemnatione, ut fieri potest [z], quæritur fisco [a], ut in iniurijs [b], aut publicis operibus, ut ædificationi templi, publici nosocomij [c], cursui publico, alijsq; necessarijs impẽdijs assignatur [d]. Hodie tamen id non ita strictè seruatur, ubi mulctæ pro fructu quæstuq; iurisdictionis habentur [e]. Cæterùm nec condemnatione semel facta proprio imponentis arbitrio citra iustam causam, puta condemnati paupertatem, mulcta remittenda uel immutanda est [f]: etiamsi pœna legis ne quidem ob hanc causam mutetur, sed potius in corporalem conuertatur [g]. Adiacet seueritas [h], moderatio [i]. Affines sunt pœnæ pecuniarię legales [k]: quę sæpè cum mulcta cõcurrunt: sic tamen, ut alterutra sufficere debeat [l]. Quia pluribus pœnis nemo propter unum delictum puniendus est [m]: nisi pergat esse contumax, atq; ita denuò delinquat [n]. Affines etiam sunt aliæ pœnæ pecuniariæ, & primum decretum [o]: item bannum [p], cuius quædam species mulcta est [q]. Contraria est defectus culpæ in patiente [r], etiam causa iniusta, nedum iusta excusationis [s]: præcipitantia in iudice imponente [t], & erubescenda uarietate [u].

a c.1. de pœn.
b l.ultima.b.t.
c ut l.4. l.6.b.t.
d Boss.tit.de mulctis,nu. 9. & Host. eod.tt,nu. 6. Alex.cons.35.uiso,nu.5. uol.2.
e Roffr.tit.si quis ius dic. non ob.nu.2.glo.Land. lib.2. art.12.13. Vueych. art.14.
f l.6.in fin.b.t.
g Ias. & Alex. in l.unic.si quis ius dic. nõ obtemp. Hipp.l.de unoquoq;,nu. 191.de re iud.Ang.§.ult. Inst.de satisdat. Bar. & alij,l.2.si quis in ius uoc. Fel. & Dd.c.1.de iud.
h Bart,nu.16.Bal.num.3. Castr.num.4.l.2.si quis in ius uoc. Bart.nu.13.et Dd.d.l.unic.
i l.6.uer.condẽnatio.b.t.
k Spec.tit.de sent.§.ut aitem. Dd.in l.unic.si quis ius dic. Gouea.l.1.de iurisd.
l Alex.contra Cast.l.uni. §.is uidetur,si quis ius dicen. Oldr.cons.15.circa.
m Cast.d.l.unic.
n Cle.2.de cens.ca.relatũ. de iure patr.c.sicut.de simon.c.1.de sagitt.
o Bald. & Dd.l. & in mulctis.C.de appell. Alex.post gl.l.1.in fi. si quis ius dic.
p 10.And.c.præsentem.in fin.de testib.in 6.
q l.pen.b.t.
r l.ult.b.t.
s l.ult.b.t.
t l.unic.si quis ius dic.ubi Bar & Dd.c.finem. & passim,de do. & contu.
u Boss.in pract.tit.de mulctis,nu.8. & 17.
x l.1.b.t.
y l.5.b.t.
z Bart.l.4.b.t. Alex.l.1.§. fin.si quis ius dic.

De defensoribus ciuitatum. Tit. LIII.

1 *Continuatio tituli.* 2 *Defensores qui, quod eorum officium, numerus.*

1 HActenus † dictum est de magistratibus superioribus & generalibus, qui ius mulctandi habent: restat ut aliquid subijciamus de municipalibus & oppidanis, quibus idem ius legibus non est [a]: 2 nam moribus aliter obseruatur [b]. Defensor † ab officio nomen habet [c]: est enim talis in municipijs potestas (non tamen propriè magistratus [d]) qualis ferè in urbe erat Tribunus plebis, nempe defensor uulgi & tenuiorum [e], maximè rusticorum [f], quanquam & decurionum [g], aduersus omnem iniuriã iudicum (ad quos liberam etiam ingrediendi facultatem habent [h], quod olim tribunis concessum non erat) exactorum item, ac susceptorum uiolentiam [i], insolentiam [k], fraudem, expilationem [l]: custos disciplinæ, & quæsitor scelerum [m]. De quibus tamen non ipse cognoscere, sed referre debet ad ordinariũ Præsidis iudicium [n]: sicut & causas 50. solidis maiores [o]: nam minorum ipsus competens iudex est [p], atq; adeò ecdicus atq; ædilis est [q]. Defensores unus aut plures eligũtur orthodoxi [r], pro quantitate ciuitatis [s]: non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis personis [t], orthodoxis tamen [u], Episcopi, Clericorum ac curialium ciuitatis decreto [x]: ita tamẽ, ut de eorum electorum ordinatione ad Prætorianam sedẽ præfecti prætorio per literas præsidis prouinciæ referatur [y], in hoc ut publica in solicitudine [z], parentis uicem plebi exhibeant [a], & secundum nomẽ [b], omnes ciuitatis incolas tueantur, etiam possessiones [c] ab iniurijs defendant [d], disciplinam custodiant [e], nec crimina coalescere patiantur [f]. Qui magistratus quinquennio durat [g], nec absq; uenia Principis deponi potest [h].

a l.unic.si quis ius dic.ubi Bar & Dd.c.finem. & passim,de do. & contu.
b Boss.in pract.tit.de mulctis,nu.8. & 17.
c l.1.b.t.
d l.5.b.t.
e l.unic.si quis ius dic.ubi Bar & Dd.c.finem. & passim,de do. & contu.
f Soc.de cita.art.20.nu.91. Couar.uar.reso.lib.2.c.1.nu.8.
g l.5.uerbo,seuera.b.t.
h de quibus & Dd.l.si quis id quod.de iurisd.l.pen.l.ult.de in ius uoc.l.aliud.de uerb.sig.
i Roff.si quis ius dic.nu.10.per l.licet.nau.caupo.stab. Alex.cons.75.nu.7.uol.2. Boer.decis.304.num.7.
k c.at si clerici.de iud.
l l.ult.b.t. Bart.d.l.unic.in fin. ubi ait magistratum tamdiu alio post aliud remedio contra contumacem uti posse, donec obtemperet.
m l.6.b.t.
n d.l.6.
o Alex.l.1.§.is uidetur.§.ult.si quis ius dic.
p l.3.b.t.
q Cuiac.lib.obser.12.c.30.
r l.iubemus.17.C.de episc.aud.l.defensores.8. hoc tit.
s In auth.de defens.
t l.2.b.t.
u l.defensores.8.b.t.
x d.l.defensores.8.b.t.l.iubemus.17.C.de episc.aud.
y l.8.b.t.
z l.ult.hoc t.

De magistratib. municipalibus. Tit. LIIII.

1 *Magistratus etymon, eiusq; definitio.*
2 *Officium. & nu.8.*
3 *Genera.*
4 *Qui magistratus creent.*
5 *Causæ impulsiuæ creandorum magistratuum: & qui creari possint.*
6 *Materia.*
7 *Forma, finis, effectus.*
9 *Adiacentia & affinia.*
10 *Contraria.*

1 VT in Vrbe à senatorum corpore & magistratibus distincti erant tribuni: sic & in alijs ciuitatibus defensores [a]. nam hi nõ legebantur ex corpore decurionum [b], unde omnino magistratus creari necesse est [c]. Magistratus † à magistro dicitur [d], qui eum significat, cui præcipua alicuius rei cura incum-

a Menoch.cons.66.nu.5. d.l.5. l.6.b.t. l.2. si quis in ius uocat.c.1. quæ sint

rega. b Pan.c.1.in fin.de iniur. c Bart.l.4.b.t. d l.5.b.t. & l.ult.de bon.dam. e Bald.l.1.nu.10.C.de fruct. & lit.expen. Alex.nu.10. & alij.l. diuortio.§.si uir.sol.matr. Menoch.remed.recup.9.nu.321. f l.illicitas.in fin.de off.præs.l.ult.in fin.b.t.Ias & Dd.l.unic.si quis ius dic.l.si id quod.nu.28. de iurisd. g l.pen.l.ult.de in ius uoc.ubi Bal. & Dd.c.finem litibus.de do. & contu. Soc.de cita.art.20.nu.91. Couar.uar.reso.lib.2.c.1.nu.8. h l.5.uerbo,seuera.b.t. i l.ult.b.t. k de quibus & Dd.l.si quis id quod.de iurisd.l.pen.l.ult.de in ius uoc.l.aliud.de uerb.sig. l Roff.si quis ius dic.nu.10.per l.licet.nau.caupo.stab. Alex.cons.75.nu.7.uol.2. Boer.decis.304.num.7. m c.at si clerici.de iud. n l.ult.b.t. Bart.d.l.unic.in fin. ubi ait magistratum tamdiu alio post aliud remedio contra contumacem uti posse, donec obtemperet. o Alex.l.1.§.is uidetur.§.ult.si quis ius dic. p Bart.l.illicitas.§.ult.de off.præs.Spec.de contumac.§.3. q Spec.de pœn.§.2.de quibus prius Nouell.128. r l.ult.in fin.uerb.quem culpa non aggrauat.b.t. s gl.ult. & ibi Bar.Ias. & Dd.l.1.si quis ius dicen. t d.l.ult.in fin.uerb.præcipiti persuasione. u d.l.ult.uerb.aut erubescenda uarietas.b.t. a l.5.b.t. b Dd.l. unic.si quis ius dicen. c l.5.b.t. d l.unic.in fin.inf.de off.iur.Alex. e l.1.4.5.6.cum seq b.t. f d.l.4. g l.5.b.t. h l.4.b.t. i l.pen.b.t. k d.l.5. l d.l.pen. m l.6.b.t. n d.l.6. o l.1.b.t. p l.3.b.t. q Cuiac.lib.obser.12.c.30. r l.iubemus.17.C.de episc.aud.l.defensores.8. hoc tit. s In auth.de defens. t l.2.b.t. u l.defensores.8.b.t. x d.l.defensores.8.b.t.l.iubemus.17.C.de episc.aud. y l.8.b.t. z l.ult.hoc t. a l.4.b.t.Cuiac.d.c.30.lib.12.obs. b l.5.b.t. c l.decernimus.8.b.t. d d.l.5.6.9.b.t. e l.6.& 8. f d.l.6.b.t. g l.4.b.t. h l.ult.b.t. a l.unic.uerb.uel magistratus uel defensores plebis.inf.tit.1. b l.2.supr.titul.1. c l.honores.7.§.is qui.2.de decurionibus. d l.cui præcipua.57.de uerborum significat.

BIU Cujas

incumbit [a]: & aliquando quamlibet in genere poteſtatem [b], tam perſonam, quàm honorem [c]. Crebrius eos, qui in ciuitatibus ius dicunt, denotat [d]: & à poteſtate quæ imperium in magiſtratu ſignat [e], ſeparatur [f]: maximè cum refertur ad illos, qui non in urbe Roma, ſed in municipijs ac cæteris oppidis ius dicunt, quippe penes quos imperium non ſit [g], & à re ac loco municipales appellantur [h], etiam Reipubl. magiſtratus, l. 6. de ad. rer. ad ciui. pert. Cuiacius ad tit. de orig. iur. Magiſtratus eſt publica perſona, quę iuriſdictioni præeſt, uel qui pro tribunali cognoſcit, uel cui publicè iudicum iuriſdictio data eſt: ſed ea definitio magis ad magiſtratus pertinet Rom. de quibus illo in tit. agitur, qui poteſtatem & imperium habent [i], quo municipales carent [k]. Cæterum Inſtit. de pœna temerè litigant. in princ. uidentur eſſe ij, qui iura in municipijs ſuſtinent, hoc eſt, reddunt [l]: propriè hîc, qui magiſtratum municipalem adminiſtrant [m], uel Rēpub. [n] magiſtratus patriæ [o]: qui & honor municipalis, ac adminiſtratio reipub. in dignitatis gradu [p]. Nam ad honorē magis quàm munera magiſtratus pertinet [q], ut ſplendor publicus [r], dignitas [s]: etiamſi munus quoque ſit [t] fauorabile [u]. Horum † magiſtratuum officium eſt indiuiduum ac periculum commune [x]. Quod intelligendum de ijs, qui unum magiſtratum adminiſtrant [y], ideoque unius hominis uicem ſuſtinent [z]. Nam † alioqui plura ſunt horum magiſtratuum genera, ut Duûmuiri [a]: cu- 3
ratores [b], ecdici [c]: unum tamen eorum corpus eſt [d]. Vt enim corpus & collegium magiſtratuum Rom. eſt Senatus [e], ſic in municipijs curia decurionū [f], ſeu ordo [g], qui decurionalis & ipſe honor eſt [h], & municipalis dignitas [i]: ſic tamen, ut ab alio honore, hoc eſt magiſtratu, uacationem nullam præbeat [k]. nam ex iſto decurionum corpore magiſtratus municipales leguntur, defenſoribus exceptis [l]. Quanquam autem alij magiſtratus Romani maiores ſint [m], quæ dignitates uocantur maiores [n], & ab honoribus municipalibus diſtinguuntur [o]. alij minores, l. nec magiſtratibus. 32. de iniur. Municipales tamē omnes pro minoribus habentur illorum reſpectu [p]. nam poteſtatem non habent, quæ penes Rom. mag. puta præſidem, eſt [q]: & apud municipales de re maiori non agitur, niſi inter conuenientes [r]. Cæterum reſpectu Reipub. etiā alij minores, alij maiores ſunt [s]: ac uelut Romæ Conſulatus, ſic in municipijs præcellit plerunq; Duûmuiratus: inde alij atque alij honores [t], ſecundum legem moremq; cuiuſq; municipij [u]. Cæterum Rom. † Princeps dignitates Romanas in monarchia Rom. confert [x]. At in municipijs 4
creatur magiſtratus decreto Curialium [y] à collegio Decurionum [z], aut maiore parte [a] per electionē [b], allegendis in ordinem [c]: ex prouiſione tamen & confirmatione Præſidis [d], qui detrectantes (nam inuitis iniunguntur [e]) ijs remedijs cogit ad officium neceſſariò ſubeundum [f], quibus tutores adigi ſolent [g]. A patre quoq; fieri decurio filius dicitur [h], quando uoluntate ſcilicet eius ſit [i]. Cauſæ † impul- 5
ſiuæ, honeſtas, utilitas Reipub. [k] penuria magiſtratus [l], petitio [m], oblatio, nominatio [n], ſicut finito officio ſucceſſores nominari ſolent ab eo qui defungitur [o]. Cæterum in patre ſufficit ſola uoluntas [p], hoc eſt ſi non contradicat honoribus filio impoſitis, conteſtata cōtraria uoluntate [q]. Nam qui contradixit, nec ratum habuit, non tenetur pro filio [r]. Quod quo ad electionem in ordinē, uerum uidetur, nō etiam quo ad magiſtratus, quorum nomine etiā inuitus pater pro filio tenetur, adeò ut nec emancipare conſultò & de induſtria ad hoc, ne pro filij magiſtratu caueat, poſſit [s]. Prout autem quiſq; decurio creatus eſt, ita magiſtratum adipiſci debet [t]: dummodò tamen idoneus ſit [u], ſiue pater [x], ſiue filius fam. [y] negociator [z], incola [a]. Cæterum ſi quidam ita tenues & exhauſti ſint, ut non modò publicis honoribus pares non ſint, ſed & uix de ſuo uictum ſuſtinere poſſint, minus utile & nequaquam honeſtum eſt, talibus mandari magiſtratum: præſertim cum ſint qui conuenienter & ſuæ fortunæ & ſplendori publico poſſint creari [b]. Quamobrem etſi lege municipali caueatur, ut præferantur certæ conditionis homines, attamen ſciendum eſt, hoc eſſe obſeruandū, ſi idonei ſint [c], ſi copia inibi ſit uirorum honeſtorum [d]: alioqui neceſſitati & utilitati Reipub. potius conſulendum [e]. Nam & plebei admittuntur ad decurionatum [f], & extranei, ſi præſtò non ſint indigenæ [g], qui præferuntur aliàs [h], ſicut & incolæ [i]: qui licet poſtliminio reuerſi, & in alijs ciuitatis finibus conſiſtentes, cogi poſſunt [k]: etiam ſpurij [l], inceſtuoſi [m], ſi non ſit competitor legitimè quæſitus [n]. Sic, licet defenſionem Reipub. amplius quàm ſemel ſuſcipere nemo cogitur [o]: tamen ſi alij non ſint idonei, ij qui geſſerunt, & antè functi ſunt, compelli poſſunt [p]. Sed & flagellis cæſi, non tamen cum infamia, licet non admittuntur aliàs, ſi copia ſit honeſtorum: tamen in horum penuria recipiuntur, ſi facultates habeant [q]. Etenim quoad fieri poteſt, potioribus ſemper honores ac munera deferenda ſunt [r]: in caſu neceſsitatis qui poſſunt haberi, recipiuntur [s]. Maiores 55. annis ad Decurionatum inuiti non uocantur [t]: qui grandes natu dicuntur [u], nec admitti, niſi ex cauſa debent,

a d.l.cui præcipua.57.de uerb.ſig.l.1.in prin.& §.3.de exer.act.
b l.eum.13.de iuriſd.omn.iud.l.poteſtatis.215.de uerb.ſig.l.2.uerb.magiſtratus, qui imperium habent.de iuriſdict.l.ſed etſi.26.§.ult.4.ex quib.cauſ.maio.
c Feſtus lib.11.
d l.magiſtratibus.12.de iuriſd.& t.h.t.l.3.de arb.l.unic.ſi quis ius dic.
e l.poteſtatis.de uerb.ſig.
f l.qui accuſare.uerb.magiſtratum, poteſtatē.de accuſ.l.3.§.1.quod met.cauſ.l.magiſtratib.12.de iuriſd.l.1.quod quiſque iur.l.3.de arb.l.qui accuſare.8.de accuſ.
g l.ea.26.ad municip.
h d.l.magiſtratib.12.de iuriſd.l.qui accuſare.8.de accuſat.
i l.2.de in ius uoc.
k l.ea.26.ad municip.Gouea.l.4.de iuriſdic.l.magiſtratib.de iuriſd.
l l.2.§.poſt originem.de orig.iur.
m l.magiſtratibus.25.ad municip.
n l.ad Rempub.8.de muner.l.magiſtratus.6.de ad.rer.ad ciuita.
o l.Titio.26.ad municip.
p l.honor.14.de mun.& hono.
q l.cui.12.de munerib.
r l.6.in prin.de muner.et honorib.
s l.6.§.1.de muner.
t l.quis.9.de munerib.
u l.ad remp.uerſ.fauoris cauſa.de muner.
x l.imperator.11.l.quid ergo.13.ad munic.
y l.magiſtratus.25.ad municip.
z d.l.magiſtratus.
a l.unic.ſi quis ius dic.l.1.de albo ſcriben.l.honores.7.§.2.de decurionib. b l.3.& t.t.de ad.rer.ad ciuit.per.de quibus Cuiac.lib.2.obſ.ca.23. c de quibus Cuiac.lib.12.c.30.
d t.t.de decur. e de quo ff.de ſenato. f l.1.h.t.t.de decur. g l.ordine.15.& paſſim, ad municip.l.ad tempus.5.de decur. h l.5.de uaca.& excuſ.mun. i l.filij.22.§.ſenatores.5.ad munic. k l.à decurionatu.10.de uacat.mun. l l.2.ſup.tit.1. m l.2.de in ius uoc. n l.3.C.de dig.lib.12.
o l.2.de albo ſcriben. p d.l.2.de albo ſcriben. q d.l.ea.26.ad munic. r l.inter.38.ad munic. s l.honor.14.§.de muner.l.1.de albo ſcrib. t l.1.de albo ſcrib. u l.magiſtratus.25.ad munic.
x l.2.de albo ſcrib.l.1.& t.t.ad l.Iul.de amb.l.5.C.de diuerſ.reſ.& de muner. y l.defenſores.8.ſup.tit.1.l.iubemus.17.C.de Epiſ.aud. z l.ſi quis.9.uerſ.magiſtratus creatus.l.6.uerb.allectus.l.honor.14.§.ult.de muner.l.Herennius.10.uerb.decurio creatus.de decur. a l.quod maior.19.ad munic. b l.non tantum.11. c l.pen.de decur. d l.3.§.præſes.12.de muner.l.ult.§.1.ad municip.l.3.§.præſes. e l.3.§.ult.de muner. f l.ult.in fin.l.incola.28.ad munic. g l.ſi quis magiſtratus.9.de muner. h l.Lucius.21.§.2.ad munic. i d.l.Lucius.21.§.idem.3.ad munic. k d.l.6.de mun.l.eos.12.uerb.inhoneſtum.de decur. l l.ut gradatim.11.§.quoties penuria.2.de muner. m l.3.§.1.de decur.l.reus.12.de decur.l.reus.7.de muner. n l.Imperator.11.ad munic.l.honor.14.§.plebei.3.uerſ.periculo eius qui nominauerit.de muner. o l.ordine.15.l.libertus.17.§.ult.ad munic. p l.Lucius.21.§.idem.3.& §.Impp.6.ad munic. q l.honores.7.§.ult.de decur. r l.6.§.pater.4.de decur. s l.fin.in fin.ad municip. t l.reſcripto.6.ad munic. u d.l.6.l.ut gradatim.11.uerſ.ſi idonei ſint.de muner. x l.æſtimationem.16.§.2.de muner. y l.honores.7.in fin.de decur.l.ordine.15.in fi.ad municip.l.libertis.17.§.1.eo.tt. z l.eos.12.de decur. a l.incola.29.ad munic. b d.l.6.
c d.l.ut gradatim.11.de muner. d l.eos.12.de decur. e d.l.6 11.de mun. f l.reus.7.l.honor.14.§.plebei.3.de muner.l.3.§.1.de decur. g Bal.Sal.l.in eccleſijs.C.de epiſ.& cler. h l.libertus.17.§.4.& 9.ad munic. i l.incola.28.ad munic. k l.libertus.17.§.poſtliminio.4.ad munic. l l.3.§.1.l.6.ad munic. m d.l.ſpurij.6.in prin.ad munic. n l.3.§.1.de decur. o l.æſtimationem.16.in fin.de muner. p l.honor.14.§.ult.de muner.
q l.eos.12.in fi.de decur. r l.honores.7.de decur. s d.l.3.§.1.l.eos.12.de decur. t l.2.§.fi.de decur. u l.non tantum.11.de decur.

BIU Cujas

debent [a], & à muneribus excusantur [b]: si tamen consenserint, uel sint iam antea in collegio ætate pro-
uectiores, etsi ad munera non adigantur, honores tamen, à quibus non excusantur [c], gerere debent [d].
Reliqui seniores non excusantur ob ætatem non ita grandem [e]. Minores 25. annis in decurionum or-
dinem ex consensu recipiuntur [f]: etiam infantes [g], non tamen ad suffragia [h] sententiæ dicendæ [i], aut
alia munera ætati non congrua [k], neq; ad honores [l], ubi iusta ætas seruanda est [m]: præterquam ex Prin-
cipis scitu [n]. Imò ne quidem in ordinem decurionum recipiuntur, ut inhabiles Rempub. tueri [o]: nisi
ex iusta causa [p]. quanquam cœptus hîc annus 25 sufficiat [q], aliter quàm in Edicto de minoribus [r]. Cæte-
rùm ad istiusmodi honores nec debitores Reipub. admittuntur, scilicet qui non ex mutuo debent aut
simili cõtractu, sed ex administratione relinquantur [s]: neq; rei criminum [t]: multò minus damnati, rele-
gati [u], sceleris conuicti [x], infamia notati [y], uilesq; personæ [z], & operarij sordidiq; negociatores [a]. Inter
quos non puto nauicularios esse, sed potius ideo non debere decuriones creari [b], quoniam fauore an-
nonæ, cui seruiunt, uacationem habent propter nauim qua Reipub. commodis seruiunt [c]: saltem ad
quinquennium, ut & mercatores olearij [d]. Sed neq; mulier ad magistratus hosce recipitur [e], quanquam
ab alijs muneribus non excusetur [f]. Neque surdus, aut mutus [g], aut cæcus, licet magistratum antè ade-
ptum retinere possit [h]: nec honorem sustinenti, alius honor rectè imponitur [i], aut munus [k]: ut nec Iu-
dæo alijúe τοιούτῳ [l]. Nam quòd Iudaicam superstitionem sequentes, admiserint ad honores Seuerus
& Antoninus, & necessitates eis imposuerint, quæ superstitionem eorum non læderent [m], id de Chri-
stianis intelligi uult Alciatus [n]. Sed neq; serui ciuilium eiusmodi munerum capaces sunt [o], licet ex ser-
uo natus, dum tamen ex uentre libero, huc admittatur [p], sicut & libertus [q]. quanquam non æquè ad cla-
6 rissimam dignitatem aspirare queant, sicut eorum liberi [r]. Materia † circa quam, habentur ea, quæ iu-
risdictionis sunt [s]: ut uendere pignus [t], item annona publica [u]. Cæterùm ea quæ magis imperij sunt,
quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest [x]: ut in integrum restituere [y], iubere bo-
na possideri [z]: inter conuenientes tamen de re maiori apud municipales agitur [a]. Prohibentur & con-
7 ducere publica [b], & uectigalia suæ patriæ exercere [c]. Honores † autem gradatim deferendi sunt [d], se-
cundum legem [e]: nec sola albi proscriptione, relato scilicet in illud nomine [f] decurio quis fit, nisi secun-
dum legem creatus sit [g]: quæ lex etiam cõsuetudinem complectitur longam [h]: & plerunq; prout quisq;
decurio creatus est [i]. De honoribus siue muneribus gerendis, inquit Callistratus [k], cum quæritur, in-
primis consideranda persona est eius, cui defertur honor siue muneris administratio: item origo nata-
lium, facultates quoq;, an sufficere iniuncto muneri possit item lex, secundum quam muneribus quis-
que fungi debet: & paulo pòst [l]: Gerendorum, inquit, honorum non promiscua facultas est, sed ordo
certus huic rei adhibitus est. nam neque prius maiorem quisquam magistratum nisi minorem suscepe-
rit gerere potest, neq; ab omni ætate, neq; continuare quisquam honores potest: quanquam per inter-
uallum repeti possint [m], hoc est, imponi inuitis [n]: & Vlpianus [o], Præses, inquit, prouinciæ prouideat mu
nera & honores in ciuitatibus æqualiter per uices, secundum ætates, & dignitates, uel gradus mune-
rum honorumq; qui antiquitùs statuti sunt, iniungi: ne sine discrimine & frequenter eisdem oppres-
sis, simul uiris & uiribus Respub. destituatur. Finis ut salua sit res communis [p], sine damno [q], ut ab ha-
bilibus Respub. geri, defendi possit [r], nec uiris uiribusq; Respub. destituatur [s]. Effectus, ut non modò
ipsi obligentur Reipub. sed etiam qui pro ijs interuenerunt [t], quiq; eos nominarunt [u]: atq; adeò in sub-
sidium collegæ [x], nisi aliud lege municipali cautum [y], in damnum sortis, non etiam ad usuras [z]. Nam &
8 aliàs etiam aliorum honor alijs occasio damnorum esse non debet [a]. Officium † horum magistratuum,
præbere frumentum ciuibus, non tamen uiliùs quàm annona exigit [b], exigere annonas [c], Rempub. tue-
ri [d], exigere pecunias Reipub. legatas, alioqui ipsi eorumq; hæredes ac interuentores hoc nomine te-
nentur [e]. Potestas, quòd actorum conficiendorum habeant facultatem [f], quæ sunt scripturæ coram iu-
dice factæ [g], uel etiam testationes [h], etiam sine scriptura regulariter, etiamsi redigi debeant in scriptis [i].
Item ea quæ sunt iurisdictionis expediendi [k], & Rempub. administrandi [l], tuendique [m]. Adia-
9 cent † sportulæ decurionum [n], alimenta [o], priuilegia [p], ut de non torquendo [q], item ne plectantur ca-
pite, nisi propter parricidium, uerùm pœna legis Corneliæ [s], hoc est, deportatione [s]: quæ & ipsa in re-
liquis grauioribus delictis, altioribus deportationem, humilioribus ex lege supplicium decernit: sum-
ptus [t], facultates quæ suppetent muneri [u], pecunia pro honore [x], fideiusio, cautio [y], quam saluam fo-
re Respub. spondetur [z]: quorum fideiussorum loco sunt, qui magistratus nominant [a]. Item æqualitas,

a d.l.non tantùm.11.
b l.semper.5.de iur.im-
mun.
c l.in honorib.8.de uacat.
mun.
d l.2.§.ult.de decur.
e d.l.2.§.ult.
f l.spurij.6.de decur.
g l.Lucius.21.§.pen.ad
municip.
h d.l.6.§.j.
i l.spurij.6.§.ult.de de-
cur.
k l.Lucius.21.§.pen.ad
municip.
l l.ad Rempub.8.de mu-
nerib.
m l.2.in princ.de uaca-
mun.
n l.quidam.57.de re iud.
o l.ad Rempub.8.de mun.
p l.non tanti.11.de decur.
q d.l.ad Rempub.
r l.3.cum seq.de minorib.
s l.6.§.j.de munerib.
t l.Lucius.21.§.idem.5.ad
municipal.l.reos.7.de
munerib.
u l.3.de decur.
x l.iudices.12. C.de dig.
lib.12.
y l.spurij.6.§.2.d.l.2.C.
de dig.lib.12.
z d.l.eos.12.de decur.
a l.ne quis.6.C.de dig.lib.
12.
b l.Seuerus.9.§.j.de de-
cur.
c l.3.de uaca.mun.
d l.j.l.5.de mune.
e l.2.ubi Rœuar.& Dd.
de reg.iur.
f l.pen.in fi.ad municip.
g l.honores.7.§.j.de de-
cur.
h l.j.§.4.in fi.de postul.
i l.liberti.17.§.2.ad mu-
nicip.
k l.honorem.10.de mun.
l l.ult.C.de Iudæ. l.defen
sores.8.ff.de defens.ci-
uit.
m l.3.in fi.de decur.

n l.quidam ignauia.C.de decur.lib.10.Russar.d.l.3.in fin.ex Tac.lib.18.Sueton.in Tiber.Plin.in epist. o l.cum prætor.12.§.final.de iudic.l.pen.§.fin.ubi Lucas de Penna, C.qui mil.lib.12.l.in omnibus.135.ubi Dec.nu.1.& Cag.l.in persona.l.quod attinet.de reg.iur. p l.Seuerus.9.de decurionib. q l.de iure.37.§.j.ad municip. r l.libertorum.9.C.de dignita.lib.12. s l.ea.26.ad municip. t l.Titio.36.in fi.ad municip. u l.non debere.8.ad municip. l.j.hoc tit. x l.ea.26.ad municip.de quo Gouea l.4.de iurisdict. y l.ea.26.§.j.ad municip. z d.l.ea.26.§.j.ad municip. a l.inter.26.ad mun. b l.4.de decur. c l.spurij.6.§.decurio.2.de decur. d l.ut gradatim.11.l.honor.14.§.4.de munerib. e l.Herennius.10.de decur. f l.1.7.de albo scriben. g l.Herennius.10.de decur. h l.non tantùm.11.in fin.de decur.l.magistratus.25.in fin.ad municip. i l.rescripto.16.in prin.de muneribus. k l.honor.14.§.2.de munerib. l §.4. m d.l.honor.14.§.ult. n l.non uolentibus.l.diuus.18.ad municip. o l.3.§.præses.12.de munerib. p l.libertus.17.§.ult.ad municip. q l.Lucius.21.ad municip. r l.non tantùm.11.uers.inhabiles Rempub.tueri.de decur. s l.3.§.præses.12.de muneribus. t l.2.3.4.l.ult.§.2.ad municipal. u d.l.2.in fi.cum ll.seqq de quo Cuiac.obser.lib.13.c.14. x l.2.3.4.eo. y l.magistratus.25.ad municip. z l.Lucius.21.§.damnum.l.constitutionib.24.ad municip. a l.ult.C.de statu lib. b l.non debere.8.ad municip. c l.j.hoc t. d l.non tantùm.11.uers.Rempub.tueri.de decur. e l.ult.§.2.ad municip. f l.2.hoc t. g Bart.l.illud.nu.1.ff.de sacr.Eccles. h l.pen.ubi Cuiac.C.de testib.l.pen.ff.de reb.cred. i Alex.de Neuis cons.mat.39.nu.14.tom.1.consil.matrim.per c.quoniam.11.in fin.de probat.ubi Innoc.Host. Ioan.Andr. Anton.de Butr.Panor.& alij,& c. fin.eod.tit. k d.l.ea quæ.26.ad municip. l l.ad Rempub.8.de muneribus.l.magistratus.25.ad municip. m l.eos.12.de decur. n l.spurij.6.§.1.de decur. o l.decurionibus facultatibus lapsis.8.de decur. p l.spurij.6.§.priuilegijs.5.de decur. q l.ult.de decur. r l.diuus.15.de pœn. s l.3.§. pen.de sicar. t l.sponte.17.in fin.de muneribus. u l.etsi.15.l.rescripto.6.de muneribus. x l.æstimationes.16.§.1. de muneribus. y l.imperator.11. l.ult.in fin.ad municipal.l.æstimationes.16.§.2.de muneribus. z l.libertus.17.§.final.ad municipal. a l.imperator.11.cum ll.sequen.l.libertus.17.§.pen. & ult.ad municipal.

par uicissitudo [a], dignitas, honor. Affine est sacerdotium [b], senatoria dignitas [c], quam adeptus, municeps esse desinit, quo ad originem & munera, nō etiam quo ad honorem & dignitatem municipalem [d]: munus [e], ut exactio annonarum [f], munitio uiarum [g], frumenti comparatio [h]. Affinis est æstimatio honoris aut muneris [i], senium [k]. Contraria, † excusatio, immunitas [l], quam iustam querimoniam uocat [m], prouocatio à curatione [n], priuilegium speciale [o], infamia, inhonestas [p], uilitas [q], ab ordine motio [r], relegatio [s]: reatus tamen patris filio non obest [t], ut nec relegatio [u], aliudue delictum [x]: contumacia [y], ignauia [z], inualetudo [a], paupertas [b], præscriptio temporis in honoribus repetendis uel suscipiendis [c], renunciatio incolatus, quę tamen non nisi perfecto munere fieri potest [d]. Sed nec iusiurandum eius, qui iurauit se ordini nō interfuturum. Reipub. officit, quò minus hunc allegare possit gratia iurisiurandi ab Imperatore facta. Neq; contradictio post creationem recipitur, cum initio contradici debeat [e], aut à creatione prouocari [f].

a l.3.§.præses.12.uerb.æqualiter per uices.de munerib.
b l.pen.in prin. de munerib.
c l.j.de albo scrib.l.filij. 22.§.senatores.5. ad municipal.
d d.l.filij.22.§. senatores. 5.usq; ad finem, & l.municeps.23.ad municip.
e l.cui.12.de munerib.
f l.j.uerb.magistratū, uel exactionem annonarū. hoc t.
g d.l.cui,12.de munerib.
h l.Lucius.21.ad municip.
i l.æstimationē.16.de munerib.& honorib.
k l.5.uers.pen.eundem honorem senibus, quē magistratibus muneris tribuebant, de iure immu.
l de qua l.j.l. ult. & passim, tit.de uaca.& excus.mun.
m l.j.hoc t.
n l.spurij.6.§.pater.4.de decur.
o l.libertus.17.§.sola.3.ad municip.
p l.eos.12.de decur.
q d.l.eos.12.uerb.uiles personas.de decur.
r l.ordini.15.ad municip. l.2.l.5.de decur.
s l.ordine.15.ad municip. l.2.l.pen.de decur.
t l.3.§. quòd pater.8.de munerib.
u l.pen.de decur.
x l.6.in prin.de decur.
y l.quid ergo,13.ad municip.
z d.l.quid ergo.
a d.l.quid ergo.13.ad municip.l.penult.de uaca. mun.
b l.6.§.1.de mun.
c l.libertus.17.§. præscriptio.2.ad municip.
d l.incola.34.ad munic.
e l.pen.in fi.de decur.
f l.spurij.6.§.pater. 4.de decur.l.in honorib.8.§. ult.de uaca.mun.
* l.unic.in fin.hoc t.l.2.§. tit.
a l.nullus.13.C.de Iudæ.c. forus.de uerb.sig.
b l.3.hoc t.
c l.1.ff.de eden.
d Auth.offeratur.§. de lit. cont.& exē.de lib.oblat.

De officio iuridici Alexandriæ.

TITVLVS LV.

IVridicum Alexandriæ peculiarem fuisse potestatem Alexandri ciuitati præfectum, ostendit hic lex unic.uerb.duntaxat, nō inferiorem Præsidi, sed similem magis, scilicet in Alexandria tantùm, quod dant uerba sequētia: Tanquam si apud uirum clariss.moderatorem prouinciæ, &c. Quamuis autem in oppido Alexandrino solus ius dixerit, cum reliqua Ægypti prouincia pareret Augustali præfecto: licuit tamen quibuscunq; uolentibus donationes apud ipsum uelut ad acta, contestari ac insinuare, perinde ut apud reliquos magistratus municipales *: quibus similem hactenus iuridicum facit hæc l.unic. in uerb.uel magistratus uel defensores ciuitatis, &c. Sed de hoc plura D. eod. tit.

CODICIS DN. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE. LIBER II.

De edendo. Tit. I.

1 *Continuatio.*
2 *Editio quid sit, & quotuplex.*
3 *Causæ editionis, & qui ex quibus causis edere cogantur.*
4 *Argentarij & numularij qui sint, & cur edere cogantur.*
5 *Rationes quid sint.*
6 *Materia: & quænam sint edenda.*
7 *Forma, & quomodo fiat editio.*
8 *Finis & effectus editionis.*

ABSOLVTO † iure publico, quod superiore libro perpurgatum est, sequitur expositio iuris Priuati: quod sicut in iudicijs redditur [a], ita rectè per partes & gradus iudiciorum exponitur. Primus autem in iudicia gradus est, edere iudici & reo actionem iudicij, ut speciem futuræ litis cognoscat [b]: reo proinde, ut sciat, utrum cedere an cōtendere ultrà debeat, & si contendendum putet, ueniat instructus ad agendum cognita actione, qua cōueniatur [c]. Quamobrē editione libelli facta, certū ad deliberandū temporis spaciū petenti reo datur [d]. Edere † ut aliàs significat aliquid publicare, profiteri [e]: sic in hac materia est libello suā complecti actionem, & offerre iudici [f]: item dare describendam, aduersario copiam describendi facere, aut dictare [g]. Eum quoq; edere Labeo ait [h], qui producit aduersarium ad album Prætoris (cui inscribebantur edicta, & ex his agendi formulæ) & demonstrat ex eo, quam actionem dictaturus sit. Editio alia libelli est [i]: alia instrumentorum [k], alia rationum [l], alia actorum [m]: alia iudicialis, alia extraiudicialis [n]. Edere † alij coguntur iure ciuili ex ciuilibus obligationibus, & ordinarijs actionibus [o]: ut procurator domino actione mandati [p], socius socio actione pro socio [q], tutor pupillo iudicio tutelæ [r], hæres cohæredi familiæ erciscundæ, uenditor emptori actione empti, &c. [s] Est etiam fisco edendum à possessore [t], ex Senatusconsulto [u]: quod ipsum quoq; iuris ciuilis pars est [x]. Sed & ab actuarijs eduntur acta petentibus [y]. Ad hoc impetrandum quoties ciuiles sufficiunt actiones, uel exceptiones, aut imploratio iudicis officij [z], nullam ex sua iurisdictione actionem Prætor pollicetur [a]. Quādo porrò remedia ciuilia deficiunt, ipsus succurrit [b], ut & aliàs [c]. Alij igitur edere coguntur ex edicto, proposita in factum actione Prętoria [d], aut implorato iudicis officio uel nobili, uel pedissequo [e]: nempe actores, ut expromant libellum & instrumenta, quibus usuri sint [f]: item argentarij, & nummularij, ut patefaciant rationes [g]. Argentarij † autem sunt, qui mensam argentariā exercent. Habebant hi publicas ex auctoritate populi in foro tabernas, 1 2 3 4

e l.6.§.si initium.6.eo.l.boues.89.§.inter.de uerb.sig.l.si sine.22.§.4. rem rat.hab.l.1.de off.cons. f l.3.hoc t. g l.1.in prin.l.6.§.edi.6.eo. h l.1.uers.1.eo. i l.1.eo.l.3.hoc t. k l.4.l.pen.hoc t.l.1.§.1.eo. l l.1.l.5.l.6.l.ult.hoc t.l.1.§.1.& §.ult.eo. m l.2.hoc t. n c.1.ubi 1mo.& Dd.de probat. o l.quædam.9.hoc t. p d.l.quædam.l.6.§.ex hoc.eo. q l.procurator.7.hoc t. r l.5 fam.her.l.ult.de fid.instr. s l.Titius.48.l.creditor.52.de ac.emp. t l.2.§.1.de iur.fis.l.3.de eden. u l.3.eo. x l.non ambigitur.9.de legib.§.S.C. Instit.de iur.nat. y ex l.2. ubi Dd.hoc t. z Innoc.c.1.nu.3.de probat. a l.quædam.9.in prin.eo.l.in causæ.17.de mino. b l.quædam.9 ff.eo. c l.in causæ.17.& passim, de minor.l.6.de iust.& iur.§.1.2.Inst.de bon.poss.l.1.de dol.l.10.14.l.quoties.de præscr.uerb. d d.l.quædam.9. e uide Innoc.in c.1.nu.3.de probat. f l.3.uerb.prout edicti perpetui monet auctoritas.hoc t.l.1.eo. g l.4.l.6.l.9.l.10.eo.

BIU Cujas

tabernas, in illum usum, ut pecunias custodiendas, interdum gratuitò, plerunq; sub fœnore acciperẽt: & uicissim mutuo darent, atq; etiam in auctionibus pecuniã pro emptoribus, à quibus eam reddi cum fœnore stipulabantur, repræsentarent [a]: quod etiamnum in nundinis alicubi uidemus factitari. Quin & cõtractus apud eos celebrari, eorumq; inscribi Calendarijs solent, perinde ut nunc apud tabelliones [b]. Nummularij, quos Græci ἀργυρογνώμονας uocant, sunt inspectores exploratoresque monetæ, qui expendendis commutandisq; nummis præsunt, uulgus Wechseler/ seu permutatores pecuniarum appellat. Argentarij & nummularij de pecunijs, quas dant & accipiunt, deq; contractibus & gestibus, qui coram ipsis fiunt, rationes conficere solent [c]: ut nunc Notarij, campsores, & mercatores [d]. Rationem † esse, Labeo ait, ultro citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negociationem [e]: hoc est scripturam, librum, regiſtra, datorum, acceptorum, negociationum omnium, &c. [f] Has igitur rationes edere argentarij, eorumq; hæredes ex Edicto debent [g], ijs, eorumq; successoribus, ad quos eæ res pertinent [h]. Pertinere autem ad eum uidentur, quo, uel cuius procuratore, filiofam. seruo, mandante sunt tractatæ [i]. Huius autem Edicti ratio est æquissima. Nam cùm singulorum, qui cum illis, aut apud illos contrahunt, rationes argentarij conficiant, data & accepta, ut fit in præsenti pecuniæ merciumúe traditione, credita obligataq; consignent, ut cum alter alterius fidem sequitur, inq; diem cõtractus, aut eorum solutiones differuntur [k]: & in codices rationum suarum rem omnem, prout est gesta, cõscribant: æquũ fuit, quod mea causa confectum sit, id ueluti meum quodammodo instrumentum mihi edi [l]: maximè cùm eorum officium publicum sit [m], & principalis opera, ut actus sui rationes diligenter conficiant [n], quarum probatio scriptura codicibusq; eorum continetur, ad quorum etiam fidem frequentissimè decurritur [o]. In eadem omnino causa sunt ex interpretatione edicti, ut edere rationes debeant, nummularij [p], & hodie rationales publici [q], campsores, ac notarij, horumq; successores [r], qui rationes, aut instrumentum nostro rogatu conficiunt, cum horum quoq; officium publicam habeat causam [s]. Porrò † acta ut publica, quorum usus communis est [t], non tantùm ijs quorum causa & rogatu conscripta, sed omnibus quorum interest, ex officio iudicis sunt edenda [u]: præsertim quæ in iudicio producuntur [x]. Rationes porrò, acta & instrumenta priuata, nemo prẽterea, ne mercator quidem (nisi ipsius ijs utatur) edere cuiquam cogitur [y], præterquam ratione dominij [z], uel societatis [a], uel in causis fisci [b], & alijs fauorabilibus [c], ut pro reo [d]. Iniquum enim esset priuatos homines ad denudandas facultatum suarum rationes, inuitos compelli [e]. At quemadmodum facienda est editio: libellus sanè ita edi debet, ut speciem futuræ litis demonstret [f]. Instrumentorum † porrò quibus quis usurus est, editiones, sine die & Cos. fiũt, ne quid fraudis prolato die fiat [g]: maximè cum hæc editio non ad fidem faciendam, sed instruendum iudicem & aduersarium fiat [h]. Quid autem opus est ansam hanc dari nequam & improbis, fabricãdi falsi, & aliud posterioris temporis instrumentum, quod priori deroget [i], effingendi: cum æquè de argumentis quæ allegat, quibusq; usurus sit actor, doceri antagonista possit, siue dies edatur siue secus? Quare & sola exempla instrumentorum sine subscriptione edentis, edi posse, receptum est [k]. Diem autem & Cos excipit Prætor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio est concepta: nam dies solutionis summa pars est scriptionis [l]: sicuti aliud quo duis pactum [m]: pro ratione enim termini huius intendi uel minui precia rerum solent [n]. Vt igitur integræ tabulæ de contractu scriptæ, ita quoque hic dies edendus est, alioqui tota scriptio edita non uidebitur [o]. Et hæc quidem ita se habent circa editionem, quæ ab actore ad instruendum super futuro iudicio iudicem reumúe fieri debet: nam illam, quæ à lite contestata, ad finem fit probationis, ut & rationum actorumque exhibitionem, tempus & diem habere conuenit [p]: absque quo scriptura nihil probat [q], & authenticam insuper scripturam requirit [r], cùm exemplis non credatur [s]. Alia solennitas in his editionibus, quæ sunt iuris cõmunis, nulla desideratur [t]. Cæterùm ab eo qui ex edicto rationum inspectionem urget, exigitur iusiurandum, non calumnię causa postulare sibi edi, ne fortè superuacuas rationes, uel quas habet, edi sibi, uexandi argentarij causa postulet [u]. Editio etiam hæc cum die & Consule facienda est, quia data aliter apparere non possunt [x], cum pleraque tam uaria sint & multiplicia, ut absque temporum distinctione explicari non possint. Eadem ex causa à capite ratio est edenda, quoniam aliter intelligi nequit [y]. At quando? Eorum, ad fundandam intentionem, quæ in libello inseruntur, editio statim cum hoc facienda [z]: quæ uerò pertinent ad instruendam probationem, nec in libello commemorantur, illa post litem contestatam tempore probationis, uel alio quocunque, edi petuntur [a]. At quoties? Semel tantum: nam iterum edi Prætor non iubet, ut nec ipsi argentario, nisi ex causa [b]: ueluti si casu scripturam amisit, aut peregrè habeat [c]. At ubi facienda est editio? ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit, sumptibus tamen pertentis [d]: quod in omnibus editionibus tralatitium est [e]. Vt † autem editionis finis duplex est, unus instructio iudicis [f], atque aduersarij [g], ad præparandam litem [h]: alter fidei faciendæ instruendæq; probationis [i], in actionibus [k], exceptionibus [l], replicationibus [m]: ita diuersimodè Prætor editiones eiusmodi

a Cic. pro A. Ceci. Quint. lib. 2. Plaut. in Asina, & Persa: Teren. in Phorm. Bud. hîc.
b in Authen. de instr. cau. & fid.
c l. quædam. 9. §. pen. l. 4. l. 8. eo.
d de quibus Ias. & Dd. l. admonendi. de iureiur. l. rationes. l. exemplo. C. de probat.
e l. 6. §. rationem. 6. eo.
f Ias. in d. §. rationẽ. nu. 3.
g l. 4. 5. 6. 8. 9. 10. eo.
h d. l. 4. l. 6.
i d. l. 6. §. 4. d. l. quædam. 9. in fi.
k §. uenditæ. ubi Dd. Inst. de rer. diuis. l. 5. §. sed si. 8. & pen. de tribut. an.
l l. 4. in prin. eo.
m l. argen. 10. eo.
n d. l. argen. 10. eo.
o d. l. quædam. 9. §. pen.
p d. l. quædam. §. pen.
q l. iustum. 6. l. pen. hoc t.
r d. l. 4. & 6.
s arg. l. 5. l. 7. hoc t. Bart. in d. l. argen. 10. nu. 1. 2. 3. ñ. & l. quædam. §. j. nu. 1. ñ. eo. & in l. final. nu. 4. & 5. de tab. exh.
t §. 1. 2. Inst. de rer. diuis. l. 2. & tot. tit. ne quid in lo. pub.
u l. 2. ubi Ias. nu. 1. 2. 3. & Dd. hoc t.
x l. j. §. 1. 2. ff. eod. Ias. l. 2. hoc t.
y l. antepen. ff. ad exhib. Ang. & Alex. in d. l. argentarius. per illum tex. uerb. neq; alios ullos, de eden. Zab. in cle. j. §. j. opp. 5. de hær. Fel. in c. 1. de probat.
z l. 4. l. 6. l. 9. eod.
a l. pen. hoc tit. l. quædam. 9. ñ. eo.
b l. 2. § j. de iur. fis. l. 3. eod. de eden.
c Ias. Alc. & Dd. hac l. j.
d l. iustum. 6. l. ult. hoc t.
e l. antepe. ad exhib. l. ult. j. de alimen. pup. l. 2. j. quan. & quibus. quar. pars, lib. 10.

f l. 3. hoc t. g l. j. uers. editiones. eo. uide Cuiac. lib. ob. 3. c. 7. Const. lib. 1. epit. t. 4. b Bart. in d. l. procurator. 7. nu. 2. hoc t. i ex l. pacta nouissima. j. de pac. l. 3. de fid. instr. uide Const. & Cuiac. præall. loc. k l. antep. hoc t. l d. l. j. uers. editiones. ñ. eo. Bar. l. j. in fi. de cond. ind. l. lecta. in fi. si cert. pet. late Tiraq. de retract. prox. §. j gl. 18. nu. 38. m l. fundi partem. de contrab. emp. l. si sterilis. §. si tibi. de act. emp. Tiraq. de retract. cons. in prin. nu. 21. & §. j. nu. 1. n l. si uenditor. §. si quid in fi. de ser. expor. l. fundi partem. uerb. uilius uendidisti. de contrab. emp. l. si sterilis. §. si tibi. de ac. emp. l. iusgentium. §. quinimò. de pac. l. cum. §. ult. de in diem addic. Cano. c. cùm dies. de fid. instr. Tiraq. de retract. conuent. in prin. nu. 21. o l. j. uers. diem. eo. p gl. l. j. uerb. die. ubi Bal. Alex. & Dd. eod. & in l. 2. hoc t. q l. 3. ñ. de diuers. rescript. Bart. & Dd. in l. pen. §. j. de pignor. r Auth. si quis in aliquo. hoc tit. l. 2. de fid. instr. s d. l. 2. de fid. instr. l. si qui. l. Pomponius. fam. her. l. j. C. de diuers. reser. c. dicenti. §. sancimus. 25. quæst. 2. c. cùm P. tabellio. de fid. instr. Ias. post Bar. l. admonẽdi. 1. lec. nu. 84. in rep. nu. 155. & ibi Purp. nu. 207. de iureiur. & d. auth. ad hoc. ubi Ias. nu. 1. Curt. nu. 30. Purp. nu. 30. C. de eden. t Bart. in d. l. procurator. 7. nu. 2. hoc t. u l. 6. §. exigitur. 2. d. l. quædam. 9. §. ult. eo. x l. j. §. rationes. l. 6. §. si initium. eo. y l. argentarius. 10. §. 1. eo. z l. j. §. 1. eo. a Bar. §. edenda. nu. 7. & l. 2. eo. l. ult. C. eo. Ias. in rub. Cod. eo. b l. 6. §. ult. cum l. seq. c l. 6. §. ult. cum l. seq. d l. 4. §. fi. cum ll. seqq. hoc t. l. argentarium. 47. de iud. e l. 3. hoc t. f l. 3. hoc t. g l. 1. eo. h Ias. in rub. hîc, nu. 2. Bar. in l. insulam. de uer. obl. Mynſ. obſ. 53. cent. 2. i l. quædam. 9. §. 2. uerb. quorũ probatio. l. argentarius. 10. §. 1. uerb. ad instruendum pertinent. eo. k l. 2. §. 1. de iur. fis. l l. 5. 6. ult. hoc t. m Ias. & Dd. in l. ult. hoc t.

BIU Cujas

modi fieri decernit. Priorem quidem illam officio iudicis, quod actioni deseruit, hoc est, mercenario, ex quo iudex denegata audientia aut alijs modis compellit [a]. Alteram autem eodem quidem modo, cum pendente iudicio ab eo qui cum lis est, incidenter postulatur [b]. Quando uerò extra iudicium principaliter, aut abs eo, qui in lite non sit, petitur, ex officio iudicis nobili, & causa summatim cognita decernit [c], & ad eam cogit [d]. Nam iuxta decretum hoc nisi editio fiat, uel quod perinde est, si malitiosè nec integrè fiat, datur ex edicto actio, non ad id quod interest hodie: sed quanti tum temporis, quo editio decernebatur, interfuit, editas rationes fuisse, ut tanti, qui in hoc edictum incidit, condemnetur [e]: etiamsi pòst interesse desijt, uel minoris plurisúe interesse cœpit. Quare si quis condemnatus sit, siue quod petijt, non obtinuit, eo quòd non habuit rationes, quibus causam suam tueretur, id ipsum quod ita perdidit, hac actione consequetur [f]. Hæc tamen actio neq; in hæredem datur [g], nisi ex suo facto & contumacia non edendi conueniatur [h]. Est enim pœnalis respectu rei, qui quod non accepit, soluere cogitur, eadémq; ratione [i] nec post annum datur [k]: quanquam hæredi eius, qui editionem petijt, quoniam ab hac parte actio rei est persecutoria, (postulat enim damnum datum resarciri) non sit deneganda [l]. Adiacent editioni interesse eius, qui editionem petit [m], & iusiurandum calumniæ, quod hoc nomine potest exigi [n], sumptus [o]. Affinia sunt & alia remedia, quibus ad editionem inuiti adiguntur, uel manu militari [p], uel denegando audientiam [q], uel constituendo ne amplius credatur instrumento, quod non editur [r]: aut contrà, ut exemplari credatur aduersus eum, qui originale producere detrectat [s]. Actio in factum contra iudicem, qui editionem decernere neglexit [t]. Subuenitur tamen eis, qui ob ætatem, uel ruisticitatem, uel ob sexum (fœmininum scilicet) lapsi, non ediderint [u], ne uidelicet in pœnam harum actionum cadant, ut & aliàs hinc excusantur ac eximuntur [x]. Sed & aliàs calumniosè uexandi aduersarij causa petenti, edendum non est [y]: nec enim malitijs indulgendum [z], ut nec iterum atq; iterum semel editione facta, nisi ex iusta causa probata, ut casu amissionis, &c. [a] Est etiam contraria actio sumptuum nomine qui debentur [b], putà imploratio officij Iudicis, aut utilis ex locato [c]. Item si iuret is à quo petitur editio, se instrumentum perdidisse [d].

a Bald. Alciat. & alij in l. 1. & in l. 2. l. non est nouum. 5. hoc t. gl. ult. in l. 1. §. fi. eod. fac. l. sed etsi. 26. §. ait. 4. uers. sed etsi ex quib. caus. maior.
b l. j. uerb. ad iudicis officium pertinet. hoc t. uide Innoc. in c. 1. nu. 3. de probat.
c l. ubi. 8. uerb. cum à prætore decerneretur. eod.
d l. quædam. 9. uerb. cogit prætor.
e l. 6. §. ex hoc 4. l. 8. eod.
f d. l. argentarius. 10. §. ult.
g d. l. ult. eod.
h l. ult. l. 6. §. j. l. quædam. 9. §. nihil. eo.
i ex l. in honorarijs. 34. de oblig. in princ. Instit. de perp. & temp. act.
k d. l. ult.
l d. l. ult.
m l. 6. §. ex hoc 4. §. pen. l. 7. uers. quoties opus erit. l. ubi. 8. l. argẽtarius. 10. §. 2. uers. quanti agentis interfit, rationes edit. us esse.
n l. 6. §. exigitur. 2. eo.
o l. 4. in fin. uers. tuis sumptibus. eod.
p Bart. l. stipulationes. 72. quæst. 8. nu. 37. de uerb. obl.
q gl. l. j. §. ult. uerb. subuenitur. ff. eod.
r Innoc. c. 6. perpetuus. 12. de fid. inst. Alciat. l. ult. in fi. hoc t.
s Bald. l. 2. num. 8. C. de testa. per l. chirographis. 58. uers. cum ex inuentario cõuenire eos posint. de ad. tuto. Alciat. d. l. ult. in fi. hoc t.
t l. argentarius. 10. eod.
u l. j. in fi. ff. eod.
x l. si id quod. 7. ubi Ias. et Dd. de iurisdict.
y d. l. 6. §. 2. eod.
z l. in feudo. de rei uend.

De in ius uocando. Tit. II.

1 *Citatio quid sit.*
2 *Eius propria.*
3 *Partes.*
4 *Species.*
5 *Causæ.*
6 *Qui citare posint.*
7 *Qui citari debeant.*
8 *Materia.*
9 *Forma.*
10 *Finis.*
11 *Effectus.*
12 *Affinia.*
13 *Contraria.*

COgnita per editionem actoris petitione, de qua tit. superiore, iudex, si res digna uidebitur, in ius uocat eum, ut ueniat libello responsurus [a]. In † ius uocare est experiundi iuris causa uocare [b], 1 hoc est, ut nũc loquimur, citare. Citationem nusquam à Dd. definitam sic describit Socin. [c] ut sit actus uocatiuus alicuius, cuius interest: qui fit uel iuris dispositione, uel iudicialiter iudicis mandato, aut arbitri cõmissione ad partis instantiam, uel ex officio, quandoq; per ipsum iudicem, quandoq; per nuncium, aut alium in subsidium, quandoq; per partem, epistolas, præconem, campanam ad iudicij & eorũ quæ in iudicio fiunt, fundamentũ, ualiditatem & defensionẽ, & ad alios uariè effectus iudiciales legitimè celebratos. Breuiùs, citatio est actus iudicialis [d], quo is quem iudicio sisti opus est [e], mandato iudicis [f], in iudiciũ uocatur [g], Iuris experiundi causa [h]. Eius † propria, quòd natura sua sit peremptoria, & 2 esse debeat [i] legitima [k], non obscura [l], non nimis arcta [m]. Partes † tres [n]. Prima cõmissio iudicis [o]: altera; executio seu intimatio citationis [p]: tertia executionis relatio, quæ ad acta referri per nunciũ, & relata à Notario registrari debet [q]. Species † sex ponit Maranta [r], plures Socinus [s]: nobis liceat diuidere primũ 4 à causa efficiente, in ciuilẽ [t], & prætoriã [u]: item aliã legis [x], aliã hominis [y]. Deinde à materia, in uniuersalem [z], generalem ad totam causam [a], & specialem, seu particularem ad singulos causæ actus [b]. A' forma, in legitimam, seu ordinariã, & anomalam, seu extraordinariã: quę in casu fit necessitatis contra morem, & regulas usitatas [c], ut sunt arrestationes [d]. Item in realem seu personalem, & uerbalem. Realis est, qua persona

a l. 6. §. ult. cum ll. seqq. eod. b l. 4. in fin. eod. c Bart. l. argentarius. 10. in princ. de eden. d l. ult. de bon. auth. iudic. poss. Iason l. 6. prætor ait. num. 17. de eden. a l. j. de eden. l. cum clericis. 25. ubi Bald. & Odofred. sup. de episc. & cleric. Ias. num. 9. Alexand. & alij hic in Rubr. b l. j. de in ius uocan. c tract. de citat. artic. 1. d §. ultim. hoc tit. c. quoniam. uerb. citationes. de probat. e l. de unoquoque. de re iudic. f l. ultim. C. de exhib. reis. g l. j. ff. eod. h l. ultim. C. de in ius uocan. l. j. ff. eod. i l. ultim. de fer. l. j. C. de dilat. Specul. de citat. §. uiso. num. 3. k Panorm. c. illud. num. 14. de præsumpt. Felin. in cap. gratum. 20. num. 5. de offic. deleg. l Bald. l. hac consultissima. num. 4. C. de testam. per l. eum. 79. de iudic. c. quia nonnulli. de rescript. Decis. Rot. 17. retento. de re iudic. m l. eum quem temerè. ubi Bald. de iudic. Bald. & Dd. l. iubemus. 9. ubi Iason, num. 2. C. de iudic. c. 2. de dilationibus, &c. n Bald. l. ult. num. 3. de fer. Socin. artic. 4. de citat. in fin. Mynsing. obser. 77. cent. 1. Schurff. consil. 38. prima. num. 3. cent. 1. o l. nemi nem. C. de exhib. reis, l. contumacia. de re iudic. cap. 2. §. contrahentes. in uerb. eorum authoritati. de foro compet. in 6. cap. prudentiam. 21. de offic. deleg.

p Felin. c. gratum. 70. num. 5. de off. deleg. q Specul. de citat. §. sequitur. num. 11. Mynsing. obser. 79. cent. 1. Bald. num. 3. Salic. num. 7. in l. ult. C. de fer. Maran. de citat. num. 55. gloss. c. quoniam uerb. per duos. de probationibus. r de iudic. parte 6. num. 50. s eod. artic. 3. t l. 2. ff. eod. u l. 4. ff. eod. & §. ult. hoc tit. in fin. x c. sæpe. 44. de appell. c. 2. §. cupientes. de elect. lib. 6. y c. 2. de pœn. z Authent. si omnes. C. si minor se hæred. Bart. l. si eo. 6. C. de remissione pig. a c. ult. ubi Panorm. c. cùm dilecti. 6. de dol. & contum. Lanfran. c. quoniam. 11. num. 12. de probat. b cap. 1. de caus. poss. & prop. c. inter. de maior. & obed. clem. sæpe. de uerbor. significat. Iason in l. j. in fin. C. quan. lib. princ. dat. per l. nam ita diuus. de adopt. l. de unoquoque. de re iudic. Socin. de citat. artic. 7. num. 5. 6. Schurff. consil. 9. num. 3. cent. 1. c Felin. c. gratum. 20. num. 5. de offic. deleg. d l. aut. 10. §. si debitorem. quæ in fraud. cred. l. generali. 54. ubi Bart. de decur. lib. 10. l. cum eo. C. ad l. Iul. pecul. l. j. C. de rapt. uirg. l. si quis. 7. de fur. l. cap. 25. de adult. Ias. §. superest. num. 68. 3. de act.

BIU Cujas

persona uel bona propter delictum, æs alienum, aut aliam causam iustam apprehenduntur, & arrestantur [a]: regulariter in criminalibus [b], irregulariter in ciuilibus [c]. Verbalis est, quæ fit uerbo, hoc est, per literas, apparitorem, denunciationem [d]. A fine & effectu, in conuentionalem, monitoriam, & peremptorie [e]. Conuentionalis prima est, qua reus in iudicium uocatur [f]: monitoria altera, quæ sub interminacat, ostenditq; post tertiam demum denunciationem peremptorium edictum solere impetrari [i]. Quanuocati rei, nisi parerent [l]: sicut & nunc moribus Sax. si quidem ante litem cõtestatam emaneant [m]: nam plectitur damno litis: sed ob eius contumaciam, circumducto edicto, reus ab instantia absoluitur, hac addita lege: ne cogatur deinceps respõdere, nisi refectis ei expensis, quas ex priore citatione & frustratione petitoris, sit perpessus, l. sancimus. 13. ubi Bald. Salic. & Dd. Cod. de iud. cap. 4. 5. & passim ext. de dol. & contum. Cacher. decis. Pede. 9. num. 2. & decis. 3. num. 4. Chil. cap. 36. Causam † trahit citatio à natura [o], cum sit species quędam defensionis [p]: cuius respectu dicitur esse iuris naturæ [q]. Causa † efficiens præcipua, præceptum, seu commissio iudicis [r], uidelicet competentis [s]: aut etiam arbitri [t]. nam apparitores absq; præcepto iudicantis per se citare nequeunt [u]. Præceptum autem tale iudicis uel uniuersale est, ut cum initio sui officij uiatoribus hæc potestas à iudice datur: uel generale, initio litis ad totam causam: uel particulare in singulis cuiusq; actus citationibus [x]. Causa impulsiua petitio partis [y], & summaria super petitione cognitio, utrum scilicet iusta, an iniusta sit [z]: quanquam in prima citatione non admodum eam requirat Felin. [a] Ex quo facilè intelligi potest, cur apparitori non sit licitum suo arbitratu citare, cum exequendi tantùm, non cognoscendi potestatem habeat [b]. Itaq; non hîc curatur de nuncio, qui quiuis esse potest [c]: dummodò constet de iudicis commissione, ut loquitur Panor. [d] Citari † autem omnes debent, quorum interest [e]. Citari non possunt alij indistinctè, propter prohibitionem legis [f]: alij desiderant [h]: etiam singuli causarum actus in quibus aliqua cognitione sit opus [i]. Nam ubi causæ cognitio non requiritur, ibi nec citatione opus est [k]. Citatio † porrò fieri debet secundũ statuta cuiusq; loci [l], aliàs non ualet [m]. nam statutis noua citationis forma tribuitur [n]. Quòd si nulla peculiariter data sit, seruanda erit forma iuris communis: ut per nuncium, uel epistolam à iudice citatio fiat [o], & dirigatur ad personam, si haberi potest [p]: sin minus, ad domum eius [q], aut uxorem & familiam [r], uel amicos [s]. uel si nec hi quidem in promptu sint, affixa publicè scriptura, eo loci unde ueri simile notitiæ eius, qui uocatur, insinuari possit [t]. Quæ scriptura sex continere debet, secundum nostros. Primò, nomen iudicis citantis [u]. Secundò, nomen eius, qui citatur [x]. Tertiò, nomen eius ad cuius instantiam citatur [y]. Quartò, causam propter quam citatur [z]. Quintò, locum ad quem citetur [a]. Sextò, tempus seu terminum quo citatus comparere debeat [b]. In citatione tamen iudicis delegati solenne est mandatum quoq; suæ commissionis initiò inseri [c]. Sed & generaliter ad totã causam citationes fiũt [d], etiã per modũ præcepti [e], & cõditionis: uti, Si uis opponere, uenias [f]. In citãda uerò uniuersitate, nõ sufficit citari Syndicũ, sed opus est eos uocari q præsunt [g]. Illud tralaticiũ in omnib9, ut ad acta scribatur cõmissio iudicis nũcio facta [h]: & deinde

a c. si clericus. 11. de sent. excom. in 6. Auth. qua in prouincia. C. ubi de crimin. l. consentaneum. 8. & Authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. l. plerique. 18. ubi Iason, num. 33. de in ius uocan. & in l. pen. nu. 17. de iur. fd.
b Maran. de citat. nu. 58.
c d. l. ait prætor. 10. §. si debitorẽ quæ in fraud. cred. l. ult. C. de his qui ad eccles. confug.
d c. 6. de dol. & contum. & passim. tot. tit. de in ius uoc. l. ad peremptoriam. 68. cum seq. de iudic.
e Spec. de citat. §. uiso nu. 16. gloss. c. 1. de mil. ual. qui cont. est.
f Specul. præalleg. loco, per d. l. ad peremptoriam.
g Specul. præalleg. loco.
h d. l. ad peremptoriam.
i l. & tertium. 70. de iud.
k l. nonnunquam. 72. de iudic. Bart. l. si finita. §. Iulia. numer. 4. de dam. infect. Specul. de dilat. §. j. nu. 3.
l l. diuus. 8. de in integ. restit. l. contumacia. de re iudic.
m Landtr. lib. 2. art. 9. & lib. 3. artic. 5. Chil. cap. 37.

n uide lib. 2. artic. 6. lib. 3. artic. 50. o clem. pastoralis. de sentent. & re iudic. Bart. l. omnes. de iust. & iur. Bald. l. cum fratrem. 9. num. 8. C. de his, quibus ut indig. & in l. executorem. numer. 34. C. de execut. rei iudic. p d. clem. sæpe. ubi gloss. uerb. citatio. de uerb. signific. Bald. d. l. cum fratrem. Maran. de citat. numer. 13. q Bald. d. l. executorem. num. 34. C. de ex. rei iudic. r l. ult. ubi Bart. C. de exhib. reis, l. consentaneum. 9. C. quomodo & quando iud. l. etiam. 30. §. ultim. in uerb. ad agendum à præside euocatus. de minor. s l. j. C. de annor. præscript. Angel. l. si uacantia. C. de bon. uac. t l. non distinguemus. 32. §. si domini. 16. l. quid tamen. 21. circa fin. l. sed & 49. §. j. l. sed & 54. §. j. de recept. arb. u Bald. numer. 2. ultim. C. de exhib. reis, Fab. num. 2. Iason num. 12. in §. quadrupli. Instit. de act. x Felin. in c. 1. numer. 13. de iudic. Alciat. in Rubr. C. de eden. Imbertus Instit. Forens. lib. j. y c. significasti. 18. uerb. ad petitionem. de for. comp. l. ad peremptorium. 68. uerb. primò quis petat. de iudic. l. ultim. de bon. authorit. iudic. poss. z Felin. cap. 1. numer. 12. de iudic. Alexand. Iason & Dd. in Rubr. C. de eden: a cap. ad petitionem. de accusa. de quo nostri ad Rubr. ff. de in ius uocan. b l. si ut. 6. C. de exec. rei iudic. c Bart. l. eum. §. si epistola. numer. 1. de furt. Panorm. cap. cùm sit Romana. numer. 24. de appell. Iason in Rubr. C. ut lice. sine iudic. authorit. numer. 4. d d. c. cùm sit Romana, numer. 23. de appella. e l. de unoquoque. 47. de re iudic. l. nam ita. 39. de adopt. l. si quando. 15. C. de testibus. f qui numerantur in l. 2. de in ius uocan. g de quibus in l. 4. & passim de in ius uocan. l. 2. C. eod. h l. in causæ. 13. §. j. de minor. l. j. §. ex. eod. quæ sentent. sine appell. l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. i l. 4. C. de dilat. c. Romana. §. quod si. de appell. in 6. cap. ex ratione. extr. eod. Socin. de citat. artic. 7. numer. 6. k l. ultim. C. si per uim uel alio modo. l. nequicquam. §. ubi decretum. ubi Iason & Dd. de offic. procons. Socin. de citat. artic. 7. numer. 66. Felin. in c. qualiter. §. licet. numer. 15. de accusat. Maran. de cita. numer. 37. Bald. l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. de quibus casibus Bald. l. cessante. numer. 10. 11. C. quomodo & quando iudex. Felin. d. c. qualiter. Socin. & Maran. præalleg. loco. l Bald. l. cessante. numer. 8. C. quomodo & quando iudex. m Bald. in l. non sunt liberi. de stat. homin. Tiraquell. de retract. lig. §. 8. gloss. 2. numer. 3. n Bald. l. j. C. quomodo & quando iudex. o sed & 49. §. j. de recept. arbitr. p l. j. §. permittit. de lib. agn. l. 4. §. prætor. de dam. infer. q l. 2. §. j. quod ui aut clàm. Dd. d. §. prætor. Tiraquell. de retract. lig. §. 9. gloss. 2. numer. 44. Mynsing. obser. 69. cent. 2. r Mynsing. obser. 37. cent. 3. s d. l. 3. §. j. quod ui aut clàm. t Bald. & Angel. in l. ut perfectius. C. de annali except. Innoc. & Doctores in cap. ultim. de eo qui mittitur in possess. Tiraquell. de retractu lig. §. 6. gloss. 1. numer. 8. 9. cum seq. u l. cum quem temere. de iudic. x l. ultim. de dol. & contum. c. 1. & 3. 5. quæst. 3. y Dd. d. c. ultim. z c. 1. 5. q. 2. l. j. de fer. cle. 2. ut lit. pend. Innocent. in c. consuluit. de offic. deleg. Bald. Salic. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudic. Socin. de citat. artic. 20. numer. 9. a l. quid tamen. 21. §. antepenult. & penult. l. si cum dies. 26. §. penult. de act. l. si locus. 59. de iudic. c. cùm parati. 19. de appell. ubi gloss. & Dd. in c. ult. de rescript. Bart. & Angel. in l. si, ut proponis. C. quomodo & quando iudic. b c. consuluit. 24. de offic. deleg. c. hortamur. 3. quæst. 9. Bart. l. liber homo. 158. §. decem. de uerb. oblig. Bart. l. ultim. C. de iure dom. impetran. De his sex requisitis plura Socin. de citat. artic. 20. cum sequen. Specul. de citat. §. iam de citat. numer. 1. c c. cùm in iure. de offic. deleg. c. 2. de dilat. Socin. de citat. artic. 20. numer. 10. Schurff. consil. 60. cent. 1. d Mynsing. obser. 33. cent. 4. e Bald. Salic. in rub. & l. j. C. comminat. uel epistolas. Iacob. l. nequicquam. §. ubi decretum. numer. 19. de off. procons. gloss. ult. c. ex parte. 24. de uerb signif. Innoc. in c. tua nos. de cohabitat. cler. f Innoc. in c. dilecti. nu. 2. de except. Bald. in Auth. si quis. C. de testibus, per c. significauit. eod. tit. Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. g Bart. in l. si ciuitates. ff. quod cuiusq; uniuers. b Schurff. consil. 38. prima. nu. 3. cent. 1. per c. quoniam. de probat.

BIU Cujas

& deinde post citationem factam, nuncij relatio [a]. Finem † citationis ostendit l.1. de in ius uocand. in uerb. iuris experiundi causa: quem ita explicat Bald. [b] Citatio fit, inquit, ad duo: nempe ad effectum cō paritionis, & præparandæ defensionis [c]. Effectum † exhibet hîc §. ult. cum ait: citationem esse omnium iudiciorum principium, seu, ut alibi dicitur, fundamentum [d]: ut actus iudicialis sine citatione gestus, sit ipso iure nullus [e]. Citatus autem credere nuncio debet [f], & uocanti parére [g]: alioqui pro præsente habetur [h], & contra eum uelut contumacem proceditur [i]. Ac olim quidem rectè ultima citatio peremptoria uocabatur: cum eius, qui peremptorio edicto non paruisset, ius omne perimeretur, & caderet [k]. Citatio quoq; inducit præuentionem [l], perpetuat iurisdictionem [m], inducit litis pendētiam [n], interrumpit præscriptionem longissimi temporis [o], non breuioris [p]: interdum & perpetuat actionem [q], suspendit iudicis potestatem per interuallum termino datum [r]. Cæterùm de effectu citationis plura licet inuenire in tit. si quis ius dicent. cū multis sequen. De effectu citationis generalis, uide Mynsing. [s] & alios passim [t]. Affinia † sunt, denunciatio [u], nominatio [x], præceptum iudicis [y], arrestatio [z]. Contraria † sunt, defectus causarum, ut si quis citetur ab eo qui ius citandi non habeat [a]: si uocetur, qui uocari non debuit [b]: si ad diem feriatam [c], locum inhonestum [d], aut non tutum [e]: si termino nimis arcto [f], uel nimis tardè insinuetur [g], ut ei cui fit, inutilis sit futura [h], & caritura finibus illis, de quibus suprà.

a Spec. de citat. §. sequitur. Soc. de citat. art. 13. nu. 5. Bart. l. ne in arbitris. C. de arbit. Lanfr. c. quoniã. uerb. citationes numer. 2. de probat. Schurff. consil. 38. nu. 2. & 3. uol. 1. Maran. part. 6. nu. 56. & parte 4. distinct. 16. nu. 9. Chil. in pra. cap. 24. in fin. apud quos plura de forma licet reperire, sicut & in l. 5. §. j. quòd ui aut clàm. l. j. §. j. quod cuiusq; uniuers. l. ad peremptoriũ. 68. cum ll. seqq. de iudic. l. 4. §. prætor ait, ubi Bar. & Dd. de dam. infect.

b in l. cum fratrem. nu. 9. C. de his quib. ut indig.

c sequitur. Socin. de citat. art. 5. quæst. 16. nu. 22. et artic. 31. num. 5. Maran. nu. 13. part. 6. fac. l. 1. in prin. de edend. Auth. offeratur. C. de lit. contest. l. non ita, de adop. clem. pastoralis. de sentent. & re iudic.

d d. clem. pastoralis.

e d. clem. pastoralis. l. j. §. item. quæ senten, sine appell. Schurff. consil. 9. nu, 1. cent. 2. & cōsil. 38. cent. 1. Chil. cap. 24. n. 3.

f c. cùm parati. 19. ubi gl. ad uer. suus nuncius. de appell. Spec. de citat. §. sequitur. nu. 7.

g l. ex quacunq;. 5. si quis in ius uoca. l. 5. de iudic. c. super, de rescript. c. si diligenti, de for. comp.

h Auth. qua in prouincia. C. ubi de crim.

i tot. tit. eẋ. de dol. & contum. l. 2. si quis in ius uoc. l. diuus. 8. de in integ. restit. l. properandum. 11. §. j. & 2. C. de iudic. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. l. ad peremptorium. ff. de iudic.

k d. l. diuus. de in integ. restitut. l. contumacia. de re iud.

l c. proposuisti, penult. de for. comp. ubi Socin. gl. l. ubi. 30. de iudic. & clem. 1. uerb. citationis. de iudic. c. gratum. de offic. deleg. Panor. Fel. Socin. c. ult. de foro comp. Socin. in tract. de citat. art. 31. nu. 2.

m d. c. gratum. Dd. d. l. & quia. de iurisdict.

n Socin. de citat. art. 31. nu. 4. & latissimè in tit. ut lit. pend. per clem. 1. 2. eod. tit. &c.

o l. sicut. 3. ubi gl. uerb. executorem. l. cum notissimi. ubi gl. uerb. conuentionem. de præscript. 30. annor.

p Bart. d. l. sicut. per l. moræ. C. de rei uend. Franc. Balb. tract. præscript. parte 3. sextæ partis prin. quæst. 4. nu. 3. & 4.

q l. 1. 2. C. quan. lib. prin. dat.

r l. siue. 3. C. de dilat. c. cùm inter. 18. de elect. Socin. de citat. artic. 30. nu. 29.

s obser. 33. cent. 4.

t Bart. d. l. si eo. C. de remiss. pig. Dd. Auth. si omnes. C. si minor se hæred. abstin.

u l. j. C. ubi in rem actio.

x l. 2. C. eod. tit.

y Bald. in rub. C. comminationes, uel epistolas.

z l. penult. in quib. caus. pig. Molin. in cons. Paris. tit. 2. uerb. arrest. nu. 1.

a l. 3. ubi Bart. ne uis fiat ei. l. prohibitum. ubi Bart. C. de iur. fisci, lib. 10. Dd. l. 2. si quis in ius uocat.

b l. quamuis. 11. de in ius uocan.

c l. j. de feriis.

d l. quid tamen. 21. §. antepenul. de recep, arbitr.

e c. ex parte. 47. de appell. cap. 4. ut lit, non contest. clem. pastoralis. de sentent.

f l. eum quem temerè. ubi Bald. post gl. 1. de iudic. c. quia nonnulli. de rescript. Bal. l. hac consultiss. nu. 4. C. de testam. c. 2. 3. de dilat.

g Mynsing. obser. 62. cent. 2.

h l. si dictum. §. ult. de euict.

a l. quod debetur. 52. de pecul. gl. ult. in l. Lucius. 78. in fi. ad Trebell.

b l. 5. ubi Iaſ. nu. 6. hoc t.

c c. 1. de lit. cont. in 6.

d l. 4. ubi Iaſ. nu. 4. & in l. 5. nu. 6. hoc t. Franc. post Gemin. in cap. 1, num. 34. cum sequen. de lit. cont. in 6. Socin. in c. olim. cum multis, de lit. cont. Blanc. in tract. de compro. parte 4. cap. de imped. lit. ingress.

e ex doctrina Bart. in l. ult. numer. 3. ff. pro suo.

f l. ult. ubi Castr. j. de error. ad. & ibidem gl. per l. ult. C. de iudic.

g l. j. §. j. §. ult. l. 7. de pact.

b l. legem. 10, ubi Salic, hoc t. Fel. in c. 1. nu. 2. eo.

i d. l. 7. uers. sed cum nulla. eod.

k d. l. 7. uers. igitur. eod.

l l. 5. eod.

m l. 6. 7. eod.

n d. l. 6.

o d. l. 7.

p l. 6. ubi gloss. hoc tit. l. iurisgentium. 7. §. 3. eod.

q d. l. 7. §. 1. 2. de pact. l. in bonæ. 13. l. petens. 27. hoc t.

r d. l. 7. in prin.

s d. l. 7. & tot. tit. de præscript. uerb.

t d. l. 7. l. in traditionibus. 48. eod. l. legem. 10. hoc t.

u l. 7. §. 12. ff. eod.

x l. j. in prin. eod.

y l. legem. 10. cum l. seq. hoc t. d. l. 7. §. 1. 2. 3. ubi Dd. eod.

z c. 1. ubi Dd. Curt. præcipuè. nu. 10.

* d. l. 7. §. ait prætor. 3. l. 8. 9. 10. 11. cum seq. in d. l. 3. l. 6. 22, 23. 25. hoc t. l. interpositas. 13. j. tit. 1.

a l. causas. 16. hoc t.

b l. 2. l. si causa. 32. hoc t.

c l. j. ff. eo.

d c. 1. de lit. cont. in 6. l. fratris. 10. & passim. hoc t.

e l. transactio. 38. hoc t.

De pactis. Tit. III.

1 Continuatio tituli.
2 Pactum quid hîc significet.
3 Diuisio & species pactorum.

VOcatus † in iudicium reus, solet cognito actoris iure cum eo pacisci ac transigere potius, quàm dubium litis euentum subire [a]: aut si antè pactū transactumq; sit, obiectu exceptionis inde sumptæ, litis ingressum impedire [b]. Est enim ea priuilegiata non modò quando uenit ex transactione [c], sed etiam ex pacto [d]: sic, ut tum quoq; dilatoriè ad impediendum litis ingressum utiliter proponatur, dum tamen incontinenti probari possit [e], hoc est, intra triduum, uel decem aut quindecim dies, alióue spacio pro æstimatione iudicis statuendo [f]. Rectè igitur de pactis & transactionibus ante iudiciorum ingressum ac præparationem tractatur. Pactum † in genere quamlibet conuentionem ac συμφωνίαν significat [g], in specie, & hoc propriè argumento, atq; aliàs in dubio, nudam conuentionem [h], cui nulla causa subsit, præter ipsam nudam conuentionem [i]. ideoq; non obligationem, sed exceptionē tantùm pariat [k]. Pactum aut † publicum est, aut priuatum [l]: aut iurisgentium [m], aut legitimum [n]. Priuatum, aut nominatum aut innominatum [o]: hoc, aut secundum, aut præter, aut contra legem [p]. Nominata in contractus speciem abeunt, quibus adiungantur pacta in contractibus ijsdem conuenta, quæ illos informant [q]. Innominata, aut in ciuile negocium & contractum quendam innominatum respectiuum transeunt [r]: unde obligatio, & cùm actio ad implendum, tum condictio ad rescindendū pactum, datur [s]: quò pertinent etiam pacta conuenta in traditionibus ac alijs ciuilibus negocijs [t], de quibus accipiendum edictum, Pacta conuenta quæ non sunt contra leges, seruabo [u], aut manent in terminis nudę pactionis, eaq; sola æquitatis causa nituntur [x]. quod genus exceptionem tantum, nō obligationem aut actionem parit iure Ciuili [y]: iure autem Canonico, quod potissimùm nunc usu sequimur, per omnia ut reliqui cō tractus, ad agendum condictione ex Canone firmum est atq; efficax [z]: dummodò ab idoneis personis sine dolo, metu, de re licita conuentum sit *. Sed hac de re satis multa ad Pandectas diximus.

De transactionibus. Tit. IIII.

1 Transactio à pacto quid differat.

TRansactio † pacti in genere sumpti, species est, à pacto propriè sic dicto, hoc est, nudo & conuento tantùm, differt: causa efficiēte, cum à lege sustentetur [a]: materia, quia fit de re incerta & litigiosa [b], illud de certa [c]: forma, quoniam non nuda conuentione, ut pactio, sed rebus constat, hoc est rei transactione, finitione [d], (unde & nomen habet) ac contraria mutuaq; præstatione [e]; & plerunque Aquiliana

BIU Cujas

1 EST etiam iusta restitutionis causa, si quis dolo alterius deceptus sit [a]. Dolum † definit Seruius machinationem alterius decipiendi causa ita comparatam, ut aliud agatur reipsa, aliud simuletur [b]: aliud ἄστιον sit, aliud πρόφασις. Id Labeo reprehendit, quòd absque dolo quid simulari possit. Atqui Seruius non omnẽ simulationem dolum dixit, sed definit dolum esse machinationem, in alterius fraudem instructam: cuius forma sit aliud agere, aliud simulare, respectu scilicet eius, qui dolum patitur, cui decipiendo fraus instruitur. Quare Ciceroni quoq; in Officijs, & Vlpiano [c], eadem sæpe definitiõ usurpatur: reprehendi tamen hoc in argumento ea ratione potest, quòd angustis illis simulationum cancellis, malitia doli multiplex includi non debeat, cum nedum uelatus dolus simulationis, sed apertus etiã subesse possit [d], causamq; restitutioni præbere iustam [e]. Quamobrem omnis calliditas, fallacia, machinatio, siue tecta siue aperta sit, dum tamen ad circumueniendum alterum instituta, rectè Labeoni dolus putatur [f], qui distat à fraude [g]: quòd ille absq; malitia & intentione fallendi nunquá committatur [h], fraudem res etiam absq; dolo, puta læsionem & damnum continere possit [i]: quanquam his etiam promiscuè, ut fit, quandoq; utamur [k]. Additur autem adiectio, mali: quia bonus etiam dolus est aduersus hostem Reipub. [l] aduersus aggressorem [m], ad tuendum ius suum [n], contra calumniatorem ueritatis &
2 iusticiæ [o], aut fallere uolentem [p]: cuiusmodi hoc edicto non uindicatur neq; restituitur [q]. Est † & alius dolus apertus [r], alius uelatus [s]: alius perfectus, alius imperfectus [t]: alius uerus, alius præsumptus [u]: alia calliditas magna & euidens, quæ propriè hanc producit actionem [x]: alia minor [y]. Causæ, affectus est animi [z], & fraudulenta machinatio, ad fallendum alterum intenta [a], impulsiua, lucri spes ex alieno [b], materia, cõmissum dolosum factum [c]: culpa enim in omittendo, (quanquã & illi dolus inesse possit [d])
3 dolus in committendo uersatur [e]: atq; etiã aliquando sine cõsilio in ipsa re inest [f]. Committitur † autẽ dolus uel in cõtractibus, uel extra cõtractus, prorsus uariè [g]. Forma, simulatio, dissimulatio [h], uis aperta, cui dolus semper inest [i]: falsitas [k], falsa affirmatio [l], persuasio [m], cõmendatio [n], mendaciũ [o], factum aliquod dolosum, ut incendiũ [p], cædes [q]: mercibus, ponderibus falsis uti [r]: extrahere lites, quò præscribantur [s], & corrumpere tabulas [t], supprimere [u], epistolis mendacib. alterum decipere [x], alios subornare [y]. Finis, alterius deceptio, cum spe lucri [z], sic ut subesse toties putetur, quoties ex aliena iactura lucrum quæritur [a]. Effectus, quòd dolus infamet committentem [b]: quod dolo gestum est, retractetur aut annihiletur [c]: ne cui malitia sua lucrosa sit, alteri damnosa [d]: ob dolũ restitutio rectè petatur & impetretur [e], uel actione doli [f], uel exceptione [g] doli [h], perpetua [i]. Actio porrò doli personalis est [k], prætoria [l], non in rem scripta [m], nisi contra hæredes [n], famosa [o], extraordinaria [p], annalis olim [q], hodie biennalis [r], subsidiaria [s], transiens in hæredum actionem [t], non nisi quatenus ad eum peruenit [u]: quo casu ut rei persecutoria simpliciter non est famosa [x], & absque causæ cognitione datur [y], sine qua datur: cuius cognitionis duplex est quæstio: an alia causa sit [z], an iusta causa dandi sit [a]. Veniunt autem in hanc restitutionem fructus, & quicquid ob dolum alterius interest [b], qua parte ob contumaciam non restituentis ad iuramentum in litem peruenitur [c]: si tamen & designetur dolus [d], atque adeò etiam perspicuis indicijs (uix enim aliter occultus dolus redargui potest [e]) probetur [f]. Affinis dolo est culpa, præsertim lata [g]: dissoluta negligentia [h], uis [i], imperitia [k], rusticitas [l]. Affines actiones in factum [m], utilis [n], legis Corneliæ de falso [o], stellionatus [p], metus [q]. Contraria dolo ignorantia [r], imperitia, rusticitas [s], quælibet causa etiam iniusta [t]. Contraria actioni, doli præscriptio [u], reuerentia personæ debita, cuius dolus sit arguendus [x]: compensatio doli cum dolo [y], remissio [z]: item si alia actio, nempe ciuilis non famosa, aliudue remedium præstò sit, quo res seruari possit [a].

a l.1.& passim, eod. l.1.l. 3.§.4.& passim, de dol. & met. except.
b l.1.h.t.
c l.iurisgent.7.§.prætor. de pact.
d d.l.1.§.1.eod.
e gloss.l.dolo.5.C.de inut. stip. Bal.l.quæ fortuitis. num.5.C.de pign.act.
f l.1.§.1.h.t.
g Bart.& Dd.l.iurisgentium.7.§.sed si fraudandi.de pact.
h l.1.hoc tit.Bal.l.quæ fortuitis.num.5.C.de pign. act.l.ult.inf.de litig.ubi Bal.nu.3. Soc. reg.159. & consilio 161. memini.uol.2.
i l.si quis.36.de uerb.obl. l.iurisgẽ.7.§.sed si fraudandi.de pact.
k l.fraudis.80.de reg.iur. Bar. l.quod Nerua. depos.
l l.1.§.2.eod.l.5.in fin.de re milita.
m cap.dominus.23.quæst. 2.Panorm. c. in nostra. num.7.de sepultur. Menoch.cons.100.nu.222.
n l.atqui.13.§.cum me.3. de neg.gest.
o Mynsing.obser.6.cent. 3.
p Bald. consilio 127.in fi. uol.3. Æmyl.consilio 21. num.13.
q Corne.consil.8.libera. parte 3.consi.52.in hac uol.2.

r d.l.1.§.1.eod. s gloss.l.5.C.de inutil.stip. t l.hæredibus.13.§.1.eod.Bal.l.etsi.num.34.Codic.de his qui not.infam. u Bar.l.quod Nerua. depositi. x l.7.in fin.eod. y l.hæredib.13.in fin.eod. z l.ult.C.de litig.l.1.C.si ad.del.l.2.§.& generaliter.de do.except. a l.1.eod.l.2.§.& generaliter.de dol.except. b l.si quis.15.§.fin.de inst.act.l.ne ex dolo.13.l.itaque.29.§.fin.de dol.mal. c l.1.in fin.l.4.§.& generaliter.de dol.excep.l.iurisgentium. §.sed si fraudandi.de pact. d l.dolus.44.mandat. e l.2.de S.C.Sylla.l.quod Nerua.ubi Bar.depos.gloss.l.si mora.10.ubi gloss.uerb.ne facto.sol.mat. Iser.c.1.§.iniuriarum.num.18.de pact.tenen.Ias.l.2.num.9.C.si contra ius uel utilita.pub.l.sancimus.num.22.C.de iudic. f l.exceptiones.7. in fin.uersic.si deceptus re,de exceptio.§.2,Inst.qui ex quibus caus.l.7.si quid in fraud.patro.l.5.C.quæ in frau.cred.Ias.§.item si quis in fraudem.Inst.de actio. g l.1.in fi. de except.do,Bal.l.quæ fortuitis.num.5,C.de pign.act. h l.1.§.1.eod. i l.item.14.§.eum qui.quod met.caus. k l.& eleganter.7.§.ult.cum seq. l l.seruus.2.l.si legatarius.24.l.cum à te.26.eo. m d.l.si legatarius.24.l.cum te.25.l.cum quis.32.l.ult.eo. n l.quod si.8.l.quod uenditor.38.eo. o l. quid enim.14.eo. p l.arbitrio.19.§.1.eo. q d.l.arbitrio.§.fin. r l.arbitrio.18.§.de eo.3.eod. s d.l.arbitrio.§.dolo.4. t l.si quis.26.eo. u l.si quis.9.§.1.eod. x l.pen.eod. y l.seruus.20 l.7.hoc t.l.non.l.3.46. uers. per aliam personam.de contrab.empt. z d.l.1.§.dolum.eo.l.2.§.& generaliter.de doli except. a l.si quis.15.§.ult.de instit.act. b l.1.de his, qui not.infam.l.1.§.non fuit.2.h.t.l.5.commod.§.suspectus.Inst.de sus.tut. c l.et eleganter.7.eod.l.si dolo.C.de resc.uend. l.4.C.de inut.stip.l.si quis cum aliter.de uerb.oblig. d l.1.l.2.l.4.& passim,de do.excep.l.electio.26.§.ult. de nox.act. e tot.hoc tit.& ff.eod. f l.1.§.3.4.eod. g d.l.3.§.3.l.ult.eod. h tot.tit.de doli excep. i l.5.§ fin.eod.tit. k l.sed &.16.eod. l l.1.§.1.eod. m d.l.sed &.16.eod.§.fin.cum l.seq.eo. n l.hæredibus.13.eod. o d.l.1.§.3.uers.quoniam famosa.eod. p d.l.1.§.3.l.in honorarijs.34.de act. q l.3.hoc t.d.l.in honorarijs. r l.ult.hoc t. s d.l.1.§.3.eod. t l.hæredibus.13.eod.passim. u l.in hæredem.26.eod. x l.Sabinus.29.eod. y l.neque.31.eod. z d.l.1.§.3.4.cum seq.eod. a l.7.in fin.uersic. nisi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo dari actio. l.si quis.9.§.ult.cum ll.seqq.l.hæredibus.13.§.1.eod. b l.1.hoc tit.l.arbitrio.18.§.1.l.rei.33.eod. c d.l.arbitrio.18.eod. d l.sed &.15.§.ultim.eod. e l.ult.C.de litig. f l.dolum.6.hoc t. g l.quod Nerua.depos. h l.si fideiussor.29.mand. i l.item.14.§.eum.13.quod met.caus.l.5.Cod.de inut.stip. k l.si quis.7.de iurisdict. l d.l.7.l.2.C.de in ius uoca. m l.5.hoc tit.l.7.§.2.l.non debet.11.eod. n l.uerum.11.de minor. o l.si quis.9.§.1.de dol.mal. p l.3.de eri.stell. q l.item.14.§.eum.13.quod met.caus. r l.qui in ius.138.de reg.iur.l.2.§.& generaliter.de dol.except. s l.si quis.7.de iurisd. t l.igitur.de lib.caus.gloss.& Dd.l.unic.in fin.si quis ius dicen. u l.3.l.ult.hoc t. x l.5.hoc t.l.non debet.11.eod. y c. si duo.36.eod.l.uiro.40.sol.mat. z l.si unus.28.§.illud.de pact. a l.1.§.3.4.5.6.l.2.l.3.4.5.6.7.eod.

BIU Cujas

De in integrum reſtitutione minorum VIGINTIQVINQVE ANNIS. TIT. XXII.

1 *Reſtitutio in integrum quid.*
2 *Cauſa.*
3 *Quibus competat.*
4 *Forma, adiacentia, contraria.*

TErtia reſtitutionis cauſa eſt, ſi quid cum minore uigintiquinq; annis geſtum dicatur, ex quo idem læſus ſit. Fauor enim & imbecillitas ætatis meretur, ut iura ſubueniant, ſiue is quo cũ minor contraxit, in dolo (ut plurimum) ſit, ſiue non ſit [a]. Sufficere enim gratia & læſio ætatis debet, etiamſi machinatio aduerſarij, cuius ſæpe ut occultæ difficilis eſt demonſtratio, redargui non poſſit [b]. Reſtitutio,† eſt priſtini iuris redintegratio [c], redintegratio cauſæ amiſſæ [d], reſtauratio [e]. Reſtitutio in integrum 1
minorum, eſt auxilium iuris prætorij [f], extraordinarium [g], fauorabiliter tamẽ, & pro quo in dubio pronuncietur [h]: perſonale [i], in rem tamen [k], & iuri familiæ inhærens [l], eoq; ad hæredem tranſiens [m], & ceſſibile [n], non etiam in fideiuſſorem tranſitorium, aut ſocium [o]: unde mixtum uideri poteſt [p], quo minor ob detrimentum [q] ætatis imprudentia ex geſtu acceptum [r], aduerſus id quod damnoſè geſsit [s], uel non geſsit cum deberet [t], implorato nobili iudicis officio [u], & cauſa cognita [x], in integrum ius ſuum, quod ante detrimentoſum geſtum habuerat, reponitur [y]. Cauſa † & author reſtitutionis, prætor, qui edictum 2
hac de re propoſuit [z]: inſtrumentalis, petitio [a]: impulſiua, minor ætas [b], & damnum [c] ætatis lapſu factum [d], nec enim prudenter rem gerentibus, ob euentum ſiniſtrũ ſuccurritur [e]. Itaq; læſionem ſubeſſe oportet [f], non modicam [g], neq; maximam, ut ſupra dimidium iuſti precij [h], ſed arbitrio iudicis æſtimandam [i]. Cauſa ſine qua, non ualiditas actus [k]: nam cùm ipſo iure tuti ſunt minores, ut quia actus geſtus planè nullus ſit, nõ opus eſt ut reſtituatur, quod per ſe nullum habet effectum, ideoq; nec rem minoris immutauit [l], nulla ut iuſta ſit hîc reſtitutionis cauſa, læſione nimirum ceſſante [m]: nec propterea opinandum eſt, hoc extraordinarium remedium nõ concurrere cum alijs actionibus ordinarijs [n]: cùm multo ſit locupletius, & minorũ interſit, pluribus actionib. ius ſuum poſſe perſequi & obtinere. Petit † autem 3
reſtitutionem minor [o], uel etiam maior, de geſtis in minore ætate, intra quadriennium ab ingreſſu maioris ætatis [p]: item eius nomine ac iure pater [q], dominus [r], tutor, curator [s], procurator [t], & illius etiam exemplo, Eccleſia [u], ciuitas [x], uniuerſitas [y], harumq; nomine Oeconomi ac ſyndici [z]: furioſus, prodigus, alijq; qui in curatione ſunt aliena [a], regulariter contra eum, qui cum eſt contractum [b], interdum etiam aduerſus tertium poſſeſſorem [c]: non tamen facilè contra minorẽ [d], de rebus qualitercunq;, nõ tamen alieno mandatu [e] contractis [f], uel geſtis [g], quibus tamẽ læſus ſit [h], etiãſi tutoris uel curatoris autho
ritas interuenerit [i], atq; adeò decretũ etiã prætoris [k], non tamẽ rectè cõtra ſtatũ & libertatẽ [l]: quanquã aduerſus arrogationẽ [m], nec facilè cõtra iuſiurandũ [n], niſi alio quoq; uitio hoc laboret [o]: neq; cõtra ius commune [p], aut coniugium [q], uotum, cæteraq; iura ſpiritualia [r], ut nec aduerſus delictum & pœnam, cui ſe ſua culpa induit [s]. Proponitur † uerò hæc petitio nõ iure actionis, ſed implorato iudicis officio [t], 4
apud ordinarium illius, contra quem petitur reſtitutio [u], & ſolenni iudiciorum more [x], hoc eſt, oblato libello [y], citationibus factis [z], item conteſtatione litis, cauſæ cognitione, probationibusq́ inductis [a]. Duo autem, ut hîc alleganda in libello ſunt [b], ita præcipuè probanda ſunt [c]: uidelicet minor ætas [d], qua quid geſtum ſit [e], & damnum ex eo geſtu conſecutum [f]: quibus probatis, uerius opinor, non opus eſſe, ut probet ſe minor ætatis uitio læſum: id enim ex præcedentib. concludendũ ac præſumendum eſt [g], niſi econtrariò alia læſionis cauſa probetur. Impleta porrò intentione reſtitutio facienda eſt ob naturalem æquitatem, & fauorem huic ætati debitum [h], quæ diſtrahit & reſcindit geſtum [i]: ita tamen, ut minor quidem ius ſuum integrè cum omni cauſa & fructibus recuperet [k]: cõtra uerò creditori ſua quoq; reſtituantur, quatenus tamen minor factus eſt locupletior [l], cuius fauorabilior eſt cauſa [m]: ut æqualitas utrinq;, quoad eius fieri poteſt, ſeruetur [n]. Adiacet ſumptus litis [o]. Affines, nullitatis quæſtiones [p], actio

a l.1.l.3.& paſſim,eod. b l.5.uerſ.etſi dolus aduerſarij non probetur.h.tt. l.3.§.1.cum ſeq. c l.1.inf.ſi ad.tranſac.l. in cauſæ.17.§.1.de minor. d l.2.inf.in quib.cauſ. in integ. e l.7.§.ult.de min. f l.1.uerb prætor propoſuit.eod. Maur. de reſt. c.2.nu.49. g l.in cauſæ.16.eo. Maur. d.c.2.nu.6. h l.cum de ætate.de prob. Salic.l.3.nu.2.5.7.h.t. i l.3.§.ſed utrum.eod. k l.in cauſæ.13.§.interdũ. 2.eod. l Caſtr.& Dd.l.1.2.C.de filijsfam.mi. m l.2.l.4.infr.de temp.in int.reſt. l. non ſolum. 6. de in int.reſt. l.interdũ. 19.cum ll.ſeqq.eod. n l.quod ſi.25.Maur.de in int.reſt.c.17.Bar.l.ſi minoris.de ad.tuto.Tiraq. de retrac.prox.§.26.gl. 3.num.13. t.t. inf.de fid. min. o C.ſi in com.ead.cauſa. p Myns.obſ.18.cent. 4. q l.1.l.6.l.quod ſi.24.§.1. l.uerum.11. §.ſciendum. 3.eo. r l.4.5.b.t.l.1.l.ait.6. & paſſim,eo. s d.l.6. t l.minorib.8.l.pen.h.t. u l.quòd ſi minor.24.§.

ult.eo. x l.uerum.11.§.ſciendum,3.l.in cauſæ.16. y l.quod ſi.24 §.reſtitutio.4.eo. z l.1.eo. a d.l.quòd ſi minor.§.ult.eo. b l.1.l.3.eo.l.5. b.t. c l.nam poſtea.9.§.ſi minor.3.de iureiur. d d.l.4.l.5.b.t.Bal.in l.minor autem.in fi.& l.minor 25.annis.in fi.eo. e l.uerum.11. §.ſciendũ. 3.eod.l.ult.b.t. f l.5.b.t. g l.4.de in int.reſt. h Schurf.conſ.27.quod ſuper.nu.3.cent.1.conſ.13.cent.4.Sal.l.1.nu.1.C.ſi aduerſ.uend.pig. i l. quod ſi minor.24.§.1.cum leg.ſeq.eo. k l.in cauſæ.16.eo. l d.l.in cauſæ.17.t.t.inf.in quib.cauſ.in int.reſt. non eſt neceſs. m l.1.ubi Sal.inf.tit.1. de filiofa.mi. n l.ult.& t.t.inf.ſi tut.uel cura.in to.l.tutor.47.eo.l.properandum.11.§.ult.C.de iud. o l.1.l.3.& paſſim,eo. p l.ult.inf.de temp. in int.reſt. q l.3.§.1.§.pen.l.prim.27.eo. r l.6.de in int.reſt. s Bal.l.unic.C.etiam per procur.Maur.de in int.reſt.c.27. t l.etiam.29.eo.l.1. inf.ſi tut.l.unic.inf.etiam per proc.ſucceſſor.l.6.de in integ.reſt.l.minor.18.§.ult.eod. u c.1.2.de in integ.reſt. x l.4.C.ex quib.cau.ma. y Pan. c.1.eod.Rom.conſ.423. z Bal.d.l.unic.C.etiam per procur.Maur.d.c.27.28.per l.nimirum.§.defenſoris.de minor. a l.ſi curatorem.3.ubi Caſt.nu. 5.b.t. b d.l.in cauſæ.16 §.1.eo.l.5.6.b.t. c d.l.in cauſæ.16.§.interdum.Mauric.de reſt.c.21. d l.ſi minor.34.eod. e l.cum mandatu.23. eod. f l.uerum.11.§.2.uerſ.contractum cum minore.de minor. g d.l.minorib.8.b.t.l.1.l.3.6.7.eo. h d.l.4.5.6.& paſſim,h.t. i t.t.inf.ſi tutor. k l. ſi quidem.C.de præd.minor.Ia.ſl.1.nu.1.ſi aduer.uend. l l.1.2.inf.ſi ad.lib.l.ſi ex cauſa.9.§.ult.cum ll.ſeq.Maur.de reſt. c.202.& 249. m l.3.§.ſi quis.6.eod. n l.1.cum Auth.ſeq.C.ſi ad.tem. o Auth.ſacra,ubi Ia.C.ſi aduer.uend.c.ſacris,5.eod. p l.ult.b.t.l.ſi ſine.33.§.Lucius.de ad.tut.Tir. de retrac.prox.in fi.nu.54.latè Maur.de in integ.reſt.c.112.cum multis ſeq. q Spec.de in integ.reſt.Maur.eo.tract.c.265. r Spec.ibid.de reſt.in integ.Maur.c.246. s l.ſi ex cauſa.9.§.1.l.auxilium.37.eod.l.1.2.C.ſi aduer.delic.Maur.trac.reſt.c.150.cum ſeq. t l.quòd ſi minor.24.§.ult.eo. u t. t.inf.ubi & apud quem. x l.in cauſæ.13.§.1.eo.l.3.de in int.reſt. y Bald.l.minor.25 annis.in fi.eo. z l.in cauſæ.13.§.cauſa,l.quòd ſi minor.24. eo.l.unic.uerb.præſente parte aduerſa.C.ſi ad.dot.Auth.ſi omnes.inf.ſi min.bær.ab. a l.uerum.11.§.ſciendum,eo.l. excuſare.28.de excuſ.tut. Specu.de in int.reſt.§.1.nu.3.&c. b Sal.l.ult.nu.2.h.t.l.1.l.ſi adu.uend. c l.5.b.t. d l.4.b.t.l.2.C.ſi minor ſe maior. e l.1.l.3.eo.l.3.l.ult.C.ſi minor ſe maior.Schurff.conſ.28.quod ſuper.nu.5.cent.1. f l.5.b.t.l.1.C.ſi ad.uend.l.nam poſtea.9.§.ſi minor.de iureiur. g l.1.C.qui aduer.quos. Myns.obſ. 15.cent.4. h l.1.l.quòd ſi minor.24.§.1. i l.2.ĩ.ubi & apud quem. k l.quòd ſi minor.24.§.pen.l.patri.27.§.1.ubi glo.uerb.cum fructib. Rom. ſing.528.Cremon.ſing.134. l l.patri.27.§.1.eo. m Sal.l.3.nu.2.3.h.t.per l.cum de ætate,de prob. n l.unic.inf.de reput.l.ait prætor.7.§.non ſolum.3.l.quòd ſi minor.24.§.reſtitutio.4.l.patri.27.§.1.l.etiam.29.l.tutor.47.l.ſi iudex.41.eod.l.1.& 2.inf.ſi ad.cred. o l.6.eod. p l.in cauſæ.16. eo.l.4.C.ſi tutor uel curator.l.3.C.ſi ad.lib.t.t.inf.in gl.cauſ.in integr.reſtit.

BIU Cujas

actio tutelæ [a], negociorũ gestorum [b], restitutiones maiorum [c]. Cõtraria sunt dolus minoris [d], delictũ [e], sacramentum seu iusiurandum [f], res contrà iudicata [g], transactio, ratihabitio [h], renunciatio in maiore celatè facta [i], præscriptio quadriennij in his extraordinarijs [k], quinquennij in ordinarijs [l], quæ lex pertinet non ad restitutiones extraordinarias, sed contractus minorum, ipso iure communi & ordinario, propter decreti defectum, nullos, contra quos non opus sit, restituere [m].

a l.etiam.43.§.eod.l.1.3.5.inf.si tutor uel cura.
b l.1.C.si ad.lib.
c l.ult.§.ult.de temp. in integ.rest.t.t. inf.de restit.mil.cum tit.seq.
d t.t.inf.si minor se maior.
e t.t. inf.si ad.dol.l.auxilium.eo.
f l.cum Aulb.seq.inf.si ad uend.
g l.1.& t.t.ĵ.si sæp.in integ.rest.
h l.3.§.1.eod.t.t.inf.si maior fac.renunc.
i l.si iudex.41. l.Papinia. 20.l.seq.eo.
k l.ult.inf.de temp.in integ.rest.
l l.ult.inf.si maior fac.
m d.l.in causæ.16.eod.l.2. C.si ut omiß.hær.

De filiofamiliâs minore. Tit. XXIII.

POstquam in genere de restitutione minorum dictum est, nunc aliqua sigillatim & magis specialiter sunt exponenda, quæ Pandectis propter seriem perpetui edicti, in quo tantùm de minoribus edictum proponebatur, inseri non potuerunt. Ac primùm de personis, quarum causa ius omne constitutum [a], hoc est, de ijs, qui ut minores uel iure minorum restitui possunt, uel non possunt. In quo sciendum, minoribus succurri, cuiuscunq; sint dignitatis & status, dummodo liberis, (nam seruis non datur restitutio, quia nec prodesse ijs potest, uerùm eorum duntaxat dominis [b],) non modò patribus, sed etiam filijs fam. [c] nisi in rem patris iussuúe eius contraxerint. quo casu restitutio non est, ne eorum per latus pater ipse maior, cuius res agitur, contra edicti sententiam restituatur. Pater enim nomine filij duntaxat restitui potest, non suo, ne filius quidem nomine patris [d].

a l.1.2.de stat.hom.
b l.3.§.ult.cũ leg.seq.eod.
c l.1.2.h.t.
d l.3.§.1.§.4.de minor.

De fideiussoribus minorum. Tit. XXIIII.

HÆredibus minorũ datur restitutio [a], quamuis maioribus [b], alijs q; successoribus [c]: quia damnũ est familiæ [d], quæ in hæredem transmittitur [e], ideoq; & causa restitutionis inhærẽs [f]. nam & tralatitium est, hæredem uti iure defuncti [g], cuius in locum & ius succedit [h], & personam repræsentat [i]. fideiussoribus uerò non datur [k], cum sint extra familiam minoris, nec personalibus beneficijs adiuuentur [l]: neq; decipi creditor debeat, qui sibi per fideiusionem consultũ uoluit [m], nisi ipsus & minorẽ & fideiussorẽ deceperit [n]. nec enim decipientibus iura subueniunt [o], aut nisi minor uti restitutione nolit: quo casu fideiussorẽ eius nomine admitti uolunt Mauric. quamuis dubitans [p], & alij, quos allegat.

a l.6.de in integ.rest. l.minor.18.§.ult.eod. gl.l.6. hoc tit.
b d.l.minor.18.§.fin.eod.
c Mynsi. obser.19. cent.4. Mauric.ca.15.nu.12.
d Castren.hîc l.1.2.h.t.
e §.ult.Inst.de hæred.qual. l.hæreditas.de reg.iur.
f d.l.6.Cast.hîc.
g l.hæredem.59.ubi Dec. Cag.& Dd.de reg.iur.
h l.cum hæres.11.de diuer. & temp.præscr.
i §.1.in Authent.de iure adm.præstit.Dec.consil. 262.nu.3. & d.l.hæredem.nu.1.

Si in communi eadémque causa. Tit. XXVI.

IN communi quam minor cum maiore habet causa, ipse quidẽ restituitur, sed pro sua portione tantùm [a], ne contra regulas ad maiorem ætatem beneficium minori concessum, extendatur: nisi aliter scilicet illi consuli nequeat, præterquam conseruato etiam maioris iure, ut in indiuiduis [b].

k l.1.2.h.t.l.in causæ.13. eod.
l l.exceptiones.7.de exceptd.2.h.t. Castr.l.1.n. 2.h.t.l.2.inf.de rest.uen.
m d.l.in causæ.13.eo.
n l.2.hit.

Si aduersus rem iudicatam restitutio POSTVLETVR. TIT. XXVII.

ADuersus rem iudicatam an restitutio detur, quæstionis est: non dico sententiam, quæ appellatione suspendi potest [a]. cur enim hac uia non potius utatur [b], uel impetrata ad persequendam appellationem restitutione [c]? Non etiam loquor de sententia nulla, quæ nomen hoc non meretur [d]: ut si indefensus condemnatus sit [e]: tunc enim ipso iure tutus est [f], ut restitutione non sit opus: sed de ea, quæ post appellationis tempora transijt in rem iudicatam [g], & ex qua iam agi potest ad executionem [h], & contra quam nulla recipitur probatio [i], aut supplicatio [k]. Quanquam autem maioribus hîc nõ succurratur [l], ne Principis quidem rescripto [m], cùm ipsis imputandum sit, cur non appellarint [n]: tamen quia minoribus non modò in gestis & cõmissis, sed etiam in non gestis & omissis succurritur [o], ideo etiam neglecta appellatione contra sententiam, quæ transijt in rem iudicatam, siue interlocutoriam,

o l.2.ad S.C.Vell.l.transactio.30.ĵ.de transact. de rest.c.16.
p

a l.puberes.101. de uerb. oblig.
b l.siquidem.ĵ.de præd. min.l.ult.si mino.se maio.dix.l.1.2.3.h.t.
c l.3.l.ult.h.t.
d l.si ex causa.9.in prin.l.

si in emptionem.35.eo. e d.l.si ex causa. f l.ult.de prætor.stip. g d.l.3.h.t. h Cast.& Dd.l.1.ĵ.de fideiuss.min. i l.in causæ.16.eo. k l.si ex causa.9.eo.l.3.l.ult.h.t. l l.6.eo. m d.l.3.h.t. a l.unic.h.t.l.si unus.inf.si unus ex plurib. b l.si cõem.10.quem.ser.amit.Cast.in l.unic.n.3.h.t. a ut inf.de sent.t.t.l.furti.6.de his qui not.infa.l.1.& t.t.de appell. b l.ait.6.§.pen.eo. c d.l.6.§.pen.Spec.de in integ.rest.§.1.n.30. Mynsi.obser.20.cent.4. d l.4.§.condemnatum.de re iud. e l.pen.h.t. f l.4.h.t.l.acta.§.ult.l.contra.de re iud. g t.t.inf.de re iud. h l.actori.8.ubi Dd.inf.de reb.cred. l.à diuo.15.de re iud. i l.4.inf.de re iud. k l.ult.C.ut lite pend. l d.l.ult.l.4.& t.t.ĵ.de re iud. m d.l.ult. n d.l.ult. o l.minor.36.l.3.§.etiamsi.8.l. ait.7.§.2.eo.inf.si ut omiß.hær.Alex.cons.79.circa.nu.24.uol.1.

BIU Cujas

riam, siue definitiuam (nam & hæc quo ad partes in rem iudicatam abit, licet non iudici [a],) ipsis subuenitur [b], nedũ si inferior, sed etiamsi Princeps aut præfectus prætorio uice Principis pronunciarit [c]. Sed hoc casu non licet conqueri de sententiæ iniquitate, neque petere, ut ex prioribus actis sententia reformetur [d]: uerùm illud tantummodo, ut minor se dolo aduersarij uel suæ imprudentia ætatis deceptum amplius audiri, & ad probandum, allegandum, &c. admitti desideret [e], quod etiamnũ in Camera Imperij, quæ præfectura prætorij Cæs. Maiest. est, seruatur [f]. Cæterùm aduersus inferiorum sententiã non modò ex his causis rectè petitur restitutio, sed etiã ob solam iudicis iniquitatem [g]: ut cum minor antè in iudicio fecit, quod facere debuit, ideoq; postulat, rescissa sententia uelut iniqua, ex ijsdem actis rectius pronunciari [h]. Nec modò contra rem primò, sed etiam iterùm iudicatam restituitur minor [i].

a Iaſ. & Dd. l. quod iußit. de re iud.
b Caſt. hîc in l. 1. nu. 1. per c. coràm. ext. eo.
c l. 3. h. t.
d Bald. in l. minor autem. nu. 4. ff. eo.
e l. minor. 18. l. minor 25. annis omiſſam. 36. eod.
f Myn. obſ. 21. cent. 4.
g l. 1. de appell.
h l. 2. h. t. ubi Caſtr. l. 4. ĩ. in quib. cauſ. l. in cauſæ. 16. §. ult. cum ll. ſequent. l. præſes. 42. l. eum. 42. eod.
i l. minor. 18. §. 1. eod.

Si aduersus uenditionem. Tit. XXVIII.

ADuersus uenditionem quoq; minores læsi restituuntur, etiã tutore authore factam [a]. nam contra nullam & inutilem ut restituantur, opus non est, cùm ipso iure tuti sint [b]. Sanè si iureiurando contractum confirmarint, neq; perfidiæ, neq; periurij authorem legem habent [c], quod olim de contractu per se ualido, ut qui cum authoritate tutoris geritur, acceptum est: hodie etiam ad inualidos, & uel absq; tutore uel curatore gestos porrectum [d]: dummodo à puberibus (nam impuberes nisi doli capaces, non obligantur) iuramentum corporaliter, (nec enim hîc fidei interpositio suffecerit) non dolo nec metu (quæ in spiritualibus actum annihilant) extortum, præstetur [e].

a l. ult. h. t.
b l. in cauſæ. 17. de minor. l. & eleganter. de dol. mal.
c l. 1. h. t.
d Auth. ſacramen. h. t.
e Iaſ. & Dd. d. Auth. ſacram. h. t. Didac. & alij, c. 2. de pact. in 6.

Si aduersus uenditionem pignor.

TITVLVS XXIX.

DIfficilius contra uenditionem pignoris impetratur restitutio, quam non minor, sed creditor aut iudex facit [a]. Non enim hoc euenit facilitate minoris, sed fluit ex iure pignoris, quod creditor habet [b]. Iniurium autem fuerit, contra ius alienum restitutionem dari: potius igitur aduersus ipsam pignoris obligationem minor restituetur, dummodo ipsus non pater neq; prætor obligarit. nam his casibus iure communi pignoris obligatio & distractio ualet. Porrò contra iure communi gesta, minores non restituuntur [c], nisi grande appareat damnum minoris [d].

a l. si ex cauſa. 9. in princ. de minor.
b t. t. de diſtr. pig.
c l. ult. ĩ. de in integr. reſt.
d l. ſi. ex cauſa. 9. in prin. de minor. l. 1. h. t.

Si aduersus donationem. Tit. XXX.

ADuersus donationes quoq;, quas minor uel pater eius ipso consentiente de rebus minoris, puta maternis, etiam propter nuptias, & authore uel curatore uel iudice fecit, restitutio est concedenda [a], cum eadẽ in his, quæ in reliquis contractibus sit ratio, eoq; & eadem dispositio [b]: quod accipiendum, quoties ualet donatio. nam si prædia eius absq; decreto & alijs solennibus prætextu nuptiarum, aut ob aliam causam alienata sint, restitutio non est necessaria, cùm ipso iure tutus sit minor, nec ualeat alienatio [c]. Porrô facilius contra donationem restitui debet, quòd hic contractus non habeat ſynallagma, nec bono sit minori: cum donare sit perdere, & dilapidare potius [d] quàm administrare [e], eoq; difficilius hoc genus in minore ratum habetur [f], facilius retractatur [g]: ad donationem autem referatur etiam iuris liquidi remissio [h]: ut cum filiæ modico contentæ, etiam authore curatore opulentæ hæreditati paternæ, in gratiam fratrum renunciant [i], quod nunc in nobilibus familijs sic usitatum est, ut ferè abierit in mores, & pro iure summa iniuria habeatur [k]. Itaq; non mirandum est, multis omnia retrofluere & sublapsa referri, cum ipsi tam iniustis rationibus cognatum sanguinem exorbeãt, & sexum imbecilliorem misericordia potius quàm iniuria dignum, rapinis & insidijs mirificis, uano conseruandæ gentis prætextu, deglubant.

a l. 2. h. t. Cuiac. lib. 7. c. 23. obſer.
b l. illud. ad l. Aquil.
c l. 2. h. t.
d l. filiusfa. 7. de donat.
e l. ſi fundum. §. pen. de legat. 1. l. ab agnat. de cur. fur. Bald. l. pactum cur. ſup. de pact.
f l. ult. ĩ. ſi ma. fac. rat.
g l. in omni. 16. C. de adm. tuto. l. cum plures. §. non liceat. eo. tit.
h l. ſi quis delegauerit. ubi Bar. de non. l. 4. C. eo. l. hoc iure. §. 1. de donat. l. ſi quis obligatione. de reg. iur. Bar. l. ſi quis cũ aliter. nu. 8. de uerb. obl.
i c. 2. de pac. in 6. ubi Dd. Bal. l. 1. num. 3. h. t. Ang. conſ. 59. quidam. nu. 3.
k l. 4. C. de lib. præter.

Si aduersus transactionem uel diuisionem

IN INTEGRVM MINOR RESTITVI VELIT. TITVLVS XXXII.

ADuersus transactionem uel diuisionem, (quæ & ipsa plerumque quædam transactionis est species [a]:) ut quæ priuati sint iuris, minori est restitutio: attamen seruandæ causa æqualitatis, ediuersò etiam ijs, quibus cum transactum diuisumq; est, pristini iuris redintegratio [b], etiamsi acceptilatione prior obligatio fuerit ipso iure sublata [c].

SI

a l. 1. hoc tt. l. ſi minor. 34. eod.
b l. ult. h. t.
c l. 2. & tot. h. t.
d l. ſi ex cauſa. 10. §. Pomponius. eo.
e l. ſi quis. 53. de fid. lib.
f Authent. res quæ. Cod. commu. de lega. l. 5. ſup. de off. rec. prouinc. l. 1. §. ultim. infr. de caduc. tollen. g l. 1. l. 3. b l. 2. hoc tit. a gloſſ. l. 1. infr. com. utr. iudic.
b l. 1. hoc titulô. c l. 2. hoc titulo.

BIU Cujas

Si aduersus solutionem à tutore uel à se FACTAM, &c. TIT. XXXIII.

CONtra damnosam solutionẽ minori factam, facilè datur restitutio [a], secundum distinctionem [b]. debuit enim debitor curatorum, quos minor habuit, authoritatem solutioni adhibere: aut si nõ habuit, compellere eum ad petendos curatores, priusquam solueret: aut in ædem sacram debitum deponere [c]. Quòd si authoritate tutorum curatorúmue, aut iussu iudicis soluat debitor, non facilè minor restituetur [d]: quia debitor soluere habuit necesse [e]. Sin autem interposita tutoris authoritate etiam decretum & sententia iudicis accesserit solutioni, iam nihil dubium est, quin ex Iustiniani constitutione, eiusmodi causam plenissima securitas consequatur, nec amplius debitor inquietari possit. Cęterùm si minor soluendo in debitum lædatur, non admodum habet restitutione opus, siquidem iure communi condicere possit [f].

a l.1.h.t.
b l.ait.7.cod.
c d.l.6.l.ait.7.§.pen.uer. quod facere necesse est, quia æs alienum soluitur. de minor.
d l.1.h.t.l.6.eo.
e d.l.6.
f l.illud.25.l.in causæ.16. §.1.eod.

Si aduersus dotem restitutio postuletur. TITVLVS XXXIIII.

ADuersus dotem mulier, eiusq; hæres, intra statutum tempus restituitur [a], si minor omnia bona doti dederit, atq; ita circumuenta sit re ipsa [b]. quòd si machinatione decipientium huc inducatur, ipso iure tuta est, neque restitutione eget [c]: quemadmodum & tum, cùm prædia eius contra S.C. hoc est, absque decreto & consensu curatoris doti data sunt [d]. Hinc autem notare licet, etiam contra dotem, atq; ita aduersus priuilegiatum peti rectè restitutionem [e]. hic enim minus quàm contra donationem propter nuptias [f], aut fiscum [g], quiparibus cum dote passibus in ius priuilegiorum singulare ambulat [h].

a l.1.h.t.
b l.si quis cum aliter. de uerb.obl.ita accipe uer. circumuectam, in l.unic. h.t.
c l.sine.61.de iur.do. l. & eleganter.7.de do.ma.
d l.prædia. 8.C. de præd. minor. l.ult. Cod.si mafac.l.2. sup.si ad.donat. Cuiac.lib.obs.7.c.23.
e l.uerum.12. §.fin. cum l. seq.eo.l.2.ubi glo.uerb. patrono.inf.si ad.fis. ui de glos. in l.ult.in fin.ex quib.caus.ma.
f l.1.3.si ad.do.
g t.t.inf.si ad.fisc.
h inf.de priuil.fisc. de priuil.dot.

Si aduersus delictum suum. Tit. XXXV.

IN criminibus minores ætatis suffragio non iuuantur [a]. etenim malorũ mores ætatis infirmitas non excusat [b]: nec est ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit [c]. nihil igitur commune habet crimen cum uenia ætatis [d]: nisi iuris ignorantia, aut alia culpa non dolo, in delictum, quod crimine leuius habetur [e], minor sit lapsus [f]. nam culpæ delictũ omissionis est, non commissionis [g]: in quo facilior est aduersus pœnam, utpote pecuniarum, restitutio [h]: quemadmodum & tum, cum in pari dolo hęret aduersarius, de cuius solius interesse (ut in priuatis delictis) agitur: hîc enim minori potius consuletur [i]. Cæterùm etsi pœnæ corporales aut capitales ob delictum persoluendę nõ tollantur restitutione, tamen misericordia ætatis utplurimùm mitigantur [k]. ubi pòst addit [l], de delicto minori in ætate commisso, non aliter posse puniri maiorem factum, quàm tum temporis, cum delinquebat, puniri potuisset [m].

e l.uerum.12. §.fin. cum l. seq.eo.l.2.ubi glo.uerb. patrono.inf.si ad.fis. ui de glos. in l.ult.in fin.ex quib.caus.ma.
f l.1.3.si ad.do.
g t.t.inf.si ad.fisc.
h inf.de priuil.fisc. de priuil.dot.

Si aduersus usucapionem restitutio postvletvr. TIT. XXXVI.

VSVCAPIO contra minorem impleta, facilius restitutione interrumpitur: cùm quia ciuilis est [a], tum quod ex negligentia causam trahat [b], aduersus quam est minori restitutio [c]. Ea olim contra minores currebat & perficiebatur: quanquam non æquè præscriptio [d], aut renunciatio [e]. Hodie receptum est, nullam contra minores incipere usucapionem aut præscriptionem, nisi fortè 30. & 40. annorum [f]: inchoatam autem contra authorem, in cuius ius minor successit, dormire, durante pupillari ætate [g]: contra puberem rursum currere & continuari, sed beneficio restitutionis ob ætatem rescindi [h].

a l.si ex causa.7.§.2.& l. auxilium.7.de minorib.
b l.1.h.t.
c l.auxilium.38.in fin.de minor.
d l.Papinianus.20.de minoribus.
e l.quid sit.17. §.quod aiunt.16. de æd. edic.
f d.l.si adulterium. §.1. de adulterijs.
g l.quod Nerua.ubi Bart. depo.l.si mora.sol.mat.
h l.1.h.t.

Si aduersus fiscum restitutio postuletur. TITVLVS XXXVII.

FIscus ut aliàs [a], sic & hîc iure communi utitur, & admittit restitutiones minorum, quibus præscriptiones fisci quadriennales aut quinquennales impugnent [b]. Eius rei tamen notio non ad solum prætorem aut præsidem pertinet, sed quia fisci res uertitur, procuratore & patrono fisci adhibitis suscipienda [c]. Hodie solus ea de re Princeps cognoscere putatur [d].

i l.si minor.33.l.3. C.si min.se maio.
k l.ferè.ubi Decius nu.2. de regulis iur. d.l. auxilium.§.in delictis. de minorib.l.si adulterium.§. fratres.de adulter.gloss.

SI

l.impunitas.uerb.non datur.Codic.de pœn.Hipp.in pract.§.quoniam.numer.96.& in l.infans.numer.5. de sicarijs. l numer.13. m per gloss. & Dd.l.sciant.Codic.de leg.hær.l.1.in princip.de pœn.idem Hipp.in l.de minore.in princip.numer.40.de quæst.& l si quis.numer.6.de sicar.Dec.l.2.§ impuberes.numer.11.de regul.iur.Alexand.consilio 29.clarissimè.numer.1°.uolum.7. a l.1.& tot.tit.de usucap.Vlpian.tit.1. b l.alienationis. 28. de uerb. significat. c l.2. supr.tit.l.1.l.3.inf.in quibus caus.in integr.restitut.l.ait.7.§.ultim.cum ll.seq.de minorib. d l.contra.inf.de inoffic.testament.l.2. inf.in quibus caus.in integr.restitut. e l.1.l.6.supr.de in integr.restitut.l. si filius.30.de minorib.Ias.numer.36.Codic.si ad.uend. f ut uoluit in l.ultim. inf.in quibus caus. in integr.restit. g l.sicut.ubi gloss.uerb.seruanda.l.cum notissimi.ubi Bal.numer.1.Codic.de præscript.30.annor. gloss.Bartol. & Dd.in l.unic.hoc titul.& in d.l.ultim.& l.etiam.ff.de minorib.& hanc dicit communem Balb.in tractat.præscript.1.parte 6. partis princip.numer.34. Schurff.consilio 28.quod super.numer.10.consilio 65.quod in præsentiarum.numer.2.cent.1. h d.l.ultim.d.l.sicut.ubi Bal.numer.1.2.Bar.d.l.etiam.Saolic.hîc in l.unic.num.1.Cano.in cap.constitutus.de in integr.restit.Balb.præalleg.loc.num.35.Schurff.præalleg.consil.28.Tiraquell.de retract.lig.§.35.gloss. 2. a l.item.20.§.ait.7.de pet.hær. b l.1.2.3.hoc tit. c l.2.hoc tit. d gloss.in d.l.2.

BIU Cujas

Si aduersus creditorem. Tit. XXXVIII.

ADuersus creditorem qui mutuum dedit (hic enim propriè credere & creditor dicitur [a],) minori est restitutio [b]: siquidem se læsum, hoc est, id mutuum in rem suam non esse uersum, sed temerè consumptum, probet [c]. quemadmodum aliàs quoq; læsionem, quæ non præsumitur, probare debet [d]. Cæterùm si fœnerato accepit, ipsum fœnus & usura per se satis magna læsio est, cum absque compensatione & synallagmate debeatur [e]. Itaque hoc casu, uelut probata læsione, quæ ex ipso contractu constet, minor restituitur: nisi creditor contrà probet, pecuniam in rem eius esse conuersam [f]. quo tamen ipso casu etsi non contra mutuum, quo locupletatus est: tamen aduersus usuras, quæ semper debenti damnosæ sunt, arbitror eum esse restituendum.

a *l. creditores, 10. in fi. cũ l. seq. de uerb. sig. l. 1. 2. et passim. ff. & C. ad S. C. Maced.*
b *l. 1. sup. de filiofa. minor. Nou. 155.*
c *Bart. hîc in l. 1.*
d *l. 5. 3. de in integ. rest.*
e *l. 2. uerb. fœnori accepisti. hoc tit.*
f *l. 1. 2. h. t.*

Si minor ab hæreditate se abstineat.

TITVLVS XXXIX.

MInores, qui se parentum hæreditate abstinent (sicut iure prætorio, quod ex constit. ciuile factũ est, abstinere possunt [a]) extra læsionem causæ sunt hæreditariæ, etiamsi testificatio abstinentię non sit interposita, sed simpliciter tantùm facto ipso non immiscuerint se paternæ hæreditati [b]. Fides enim ueritatis uerborum adminicula non desiderat [c]: nec præsumuntur se immiscuisse, nisi probetur [d]. Immiscere enim facti est [e]: facta autem non præsumuntur, sed probantur [f]. quare cum eorũ abstinentia in non faciendo consistat, absque ulla uerborum testificatione & solenni professione, qua ut aditiones, ita repudiationes hæreditatum fiunt, satis defenduntur, donec factum immixtionis uel aditionis contrà probetur [g]: nec hîc ulla restitutione habent opus [h]. Cæterùm si adierint parentum hæreditatem [i], aut pro hærede se gesserint [k], atque ita sese ipso facto, puta commorando deinceps in ædibus paternis immiscuerint [l], hæredesq; iure ciuili, aut possessione bonorũ agnita effectu hæredes iure prætorio facti sint, & ex hoc damnum fecerint, à damnosa hæreditate [m], restitui in integrum contra factum, & iterum abstinere possunt [n]: uel unius parentis damnosa hæreditate omissa, alterius locupletem successionem retinere aut adire [o]: dummodo ad id creditores, & alij quorum interest, citentur, & omnia solenniter authore iudice peragantur [p].

a *ut dixi §. 2. Inst. de hær. qua.*
b *l. 1. h. t.*
c *d. l. 1.*
d *gl. l. 1. uerb. ob eã. Bart. l. necessarijs. de ac. hær. Affl. nu. 40. post Bal. c. 1. an agna. uel fil.*
e *l. 1. h. t. l. cum antiquitus. inf. de iur. delib.*
f *l. assueratio. C. de non num. pec.*
g *arg. l. actor. C. de prob.*
h *l. ult. 3. de in integr. rest.*
i *l. 2. uerb. adijsti. h. t.*
k *l. 1. h. t.*
l *gl. l. 1. h. t. uerb. ob eam.*
m *ut uocatur l. nec emere. C. de inoff. dot.*
n *l. 1. h. t. l. ait. 7. §. restitutus. 7. eod.*
o *l. 2. hoc t.*
p *Auth. si omnes, ubi Bal. Sal. hoc t.*

Si ut omissam hæreditatem, uel bonorum

POSSESSIONEM, VEL QVID ALIVD ACQVIrant. Titulus XL.

NOn eadem semper est ratio lucri captandi, quæ damni uitandi [a], maximè in extraordinarijs, & quæ in ius commune incurrunt [b]. Nam in damnis facilius, in lucro difficilius contra ius subuenitur [c]. Cæterùm minoribus non tantùm in ijs, quæ ex proprijs bonis amiserunt, id est, damnis acceptis, ut si damnosam hæreditatem adierint, succurritur, uerumetiam si lucrum, quod capere poterant, omiserint [d]: ut si locupletem hæreditatem, aut bonorum possessionem oblatam temerè repudiarint [e]: nisi iam res non sit integra [f]: aut circa eandem hæreditatem sæpius uariarint [g].

a *l. ult. §. licẽtia. C. de iur. delib. l. ult. C. de codic. l. ult. C. de rep. hær.*
b *l. sciendum. 18. ex quibus caus. maio.*
c *l. iuris. 7. l. 4. de iur. & fac. ignor.*
d *l. nõ omnia. 44. l. ait. 7. §. hodie. 4. cũ multis seq. de minor. l. minori. b. 8. sup. de in integ. rest.*
e *l. ait. 7. §. sed quod. 7. de min.*
f *l. quod si min. 2. 5. §. Scæuola. eod.*
g *l. ult. ubi Dd. inf. de rep. hær. & l. ult. §. ubi aũt. de bon. quæ lib.*

In quibus causis in integrum restitutio

NECESSARIA NON EST. TIT. XLI.

SEd hæc omnia obtinẽt, cum hæc, de quibus dictum est, gesta contractus negocia ualent ipso iure, & minori nisi restituatur, nocumento esse possunt. Cæterùm si communi auxilio & mero iure muniatur, non debet ei tribui extraordinarium auxilium [a]. Quod non ita accipiendum, quasi ubi præstò est actio ordinaria, huc iri nequeat: nam etiam uel ex hac causa restituitur [b], ne litigare cogatur, quòd interfit eius, litibus & sumptibus non uexari [c]. uerùm hanc habet sententiam, ut quando causa ei integra communi iure seruatur [d], redintegratione restitutionis non sit opus [e]. priuatio enim habitum præsupponit [f]. Quare si contractum nullum gesit, ex quo nihil accepit, neque obligatus sit, nulla est restitutio [g]: quoniam integra causa uetus supereſt, cùm quod nullum est, nullum pariat effectum [h]: nec ex eo conueniri minor, aut lædi possit [i], ut hîc etiam desit restitutionis æquitas [k], quæ à læsione sumitur [l]. Sic si sententia contra ipsos lata nulla sit, aut eos non teneat, eadem erit ratio [m]. Sed & quia cursus temporalium actionum his non officit [n], ut nec mortem patris siuisse inultam [o], neq; tutores curatoréue petijsse liberis [p], neque debitorem suum non interpellasse: cùm ad moram ex persona minoris, diei lapsus seu tarditas solutionis sufficiat [q]: idcirco facile est intelligere, in istis casibus, quandoquidẽ ius eius integrum sit, nullum esse locum restitutioni posse [r]: ac melius sanè est, intacta minorum iura seruari, quàm post causam uulneratam remedium quæri [s]. Sic si repetere condictione indebiti quod soluit potest, quid opus fuerit restitutione [t]?

a *l. in causæ. 16. de minor.*
b *d. l. in causæ. §. 1. in uerb. non enim ipso iure, sed per condictionem munita est. de minor. t. t. supr. si tutor interr.*

QVI

c *l. minorib. 6. eo.* d *l. 2. h. t.* e *d. l. in causæ. §. 1.* f *l. decem. de uerb. obl. l. nam etsi. 3. de iniust. rup. testa.* g *d. l. in causæ. in prin. & §. 1. in uerb. et generaliter probandũ, ubi contractus non ualet. de minorib.* h *l. 1. C. de condic. ob caus. l. 5. C. de legib. l. nõ putauit. 8. §. non quæuis. 2. ubi Bart. de bon. poss. cont. tab. l. 4. §. condemnatũ. 4. de re iud. Soc. cons. 115. uidebatur. n. 15. uol. 4.* i *d. l. in causæ. l. & eleganter. 7. de dol. mal.* k *l. uerum. 11. §. 3. de min.* l *l. 4. de in integ. rest.* m *l. pen. h. t. l. contra. 54. de re iud. ubi Dd.* n *l. 2. l. fin. h. t. l. 5. 3. de temp. in integ. rest.* o *l. 1. h. t.* p *l. ult. sup. si ad. delic.* q *l. 3. h. t.* r *d. l. in causæ. 17. de minor. d. l. & eleganter. 7. de dol. mal.* s *l. ult. h. t.* t *ut l. illud. 25. de minor.*

BIU Cujas

Qui & aduersus quos in integrum restitui non possint. Tit. XLII.

PPræter has causas & alię circumstantiæ restitutionem interdum excludũt. Quid enim, si rem prudenter gerens non ætatis uitio, sed fatali aliquo euentu, qui maximè industrios falleret, damnum fecerit [a]? Vtiq; non restituetur contra id quod bene prudenterque gestum est [b], etiamsi euentum habuerit minus fortunatum [c]. Cæterùm, nisi alia ab aduersario damni causa ostẽdatur, uerius est, probata ætate & læsione præsumi minorem ætatis impulsu lapsum [d], ac proinde restituendum esse [e]: non tamen contra minorem [f], nec aduersus parentem & patronum indistinctè. quod olim controuersum ex Iustiniani decisione [g], in Pandectas quoq; relatum uidetur [h].

a l.uerum.11.§.sciendum. 3.de minorib.
b l.ult.ĩ.de in integ. rest.
c d.§.sciendum. in l. uerũ. 11.l.ait.7.§.5. de minor.
d l.2.l.3.ĩ.si mm. se maio.
e l.1. in uerb. si causa cognita circumuentus deprehendatur.h.t.
f l.uerum.11.§. ult. de minorib.
g l.ult.h.t.

Si minor se maiorem dixerit, uel maior probatus fuerit. Tit. XLIII.

SEd etsi minor dolo (errori enim nisi iuramentum accesserit [a], ignoscitur [b]) hoc est, circumscribendi aduersarij (secus enim, si ab hoc decipiatur [c]) causa maiorem se dixerit, aut apud præsidem probauerit, cessat restitutionis beneficium: quo deceptis, non decipientibus, in quibus malitia supplet ætatem [d], subuenitur [e].

b l.patri.28.§.ult. hoc tit. ivar7.lib.1.c.14.
a l.3.h.t.
b l.1.h.t.
c l.3.h.t.
d l.3.h.t.
e l.2.h.t.l.2. ad S.C. Vell.

Si sæpius in integrum restitutio postuletur. Tit. XLIV.

PRæterea si semel in integrum restitutio petita, nec obtenta, sed per sententiam abiudicata sit, amplius eandem petere non licet [a], nisi ex nouis defensionibus [b]: sed aut à sententia appellandum [c]: aut si id incautè omissum, appellationis duntaxat facultas per restitutionem impetranda [d].

a l.1.l.ult.h.t.
b l.2.l.ult.h.t.
c l.1.h.t.
d l.1. in fi. hoc tit. ut l.ait. 7.§.fi. de minorib.

De his qui ueniam ætatis impetrauerunt. Tit. XLV.

SVper hæc si ueniam ætatis minor impetrauit, in ea causa est, ut de postea gestis (nam de antè contractis quadriennium ex tempore ueniæ impetrari debet [a]) restitui non debeat [b]: ne qui cum eis contrahunt, principali authoritate circumscribantur [c]. Impetrant autem ueniam mares post 20. annum, fœminæ ab 18. ætatis anno exacto, ut pro maioribus habeantur: dummodo probatum sit (nec enim præsumitur [d]) eos illius esse frugis & prudentiæ, ut rem commodè suam uelut maiores negociando, &c. administrare possint [e]: ita tamen, ut prædia sine decreto prohibeantur uel sic alienare [f], uel hypothecis onerare [g].

a l.2.h.t.
b l.2.h.t.
c l.1.h.t.
d l.1.cum seq. de minoribus
e l.2.h.t.
f l.2.h.t.
g l.3.h.t.

Si maior factum ratum habuerit. Tit. XLVI.

DEniq; si maior factus, quod gesit in minore ætate, ratum habuerit, non poterit id quod ratificauit semel, amplius improbare: alioqui maiori contra ratificationem in ætate maiore factam daretur restitutio: quod non est admittendum [a]. Ratum autem habetur aut expresè [b], aut tacitè. Expresè uel uerbis, scripturis [c], uel facto [d]: ut ex contractu priore pecuniam, rem exigendo, recipiendo, possidendo [e]. Tacitè per silentium quadriennij [f] ab ingressu maioris ætatis computandi, quo extraordinarium restitutionis beneficium excluditur [g]: licet ordinariæ actiones, quæ non contra ius, ut restitutio, sed secundum ius dantur, ut quando decretum non interuenit, aliquanto diutius durent [h], nempe quinquennio [i], uel decennio [k].

a l.1.l.2.hoc tit.l.3.eod.
b l.unic.uers.nisi specialiter ratum habuerint. ĩ. de contract.iud.
c d.l.unic.uerb. in scriptis ratum habuerit.
d l. quod hærede. l. gerit. & paßim, de acq. hær.
e l.4.ubi gl.C. de rei uẽd. l.4.C. de pac. int. emp. l.cõtr. §.fi filius. de pac.
f l.unic.uers. tempus præterierit.sup. de contract. iud.
g l.ult.infr.de temp.in integ.rest.
b l. ult. infr. si maior fac. alienat.fac.rat.hab.qua de re Menoch.remed. recuper.15.
i d.l.ult.sup. de contract. iudic.
k d.l.ult.infr.si maior fac. alien.rat.hab.

Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit. Tit. XLVII.

HActenus de personis & rebus, circa quas restitutiones uersantur: nunc de actionibus & iudicijs earum dicamus. Horum initio rectè quæritur, ubi cognitio in integrum restitutionis sit agitanda: quæ prima est in omni iudicio, quæstio [a], ut scilicet coram competente iudice, seu in foro competenti agatur [b]. Est autem & hîc sequenda regula, actorem sequi forum rei oportere [c]: cum enim restitutio distrahat prius gestum [d], eadem autem sit natura distractus, quæ est contractus [e]: efficitur, ut in contractibus sequitur debitoris forum [f], sic etiam in restitutionis distractu oportere minorem adire iudicem eius loci, ubi domicilium habent, contra quos restitui petit [g].

a l. sed etsi. 52. de iudic.
b tot.tit.infr. de his quæ à non comp. & tit. de iurisdic. & for.comp.
c l.2.l.ult.hoc tit.
d l. 2. hoc. tit.
e l. ab emptione. de pac. l. 4. de iust. et iur. Schurff. cons. 17. in prin. num. 9. & 10. cent. 1.
f l. 2. l. 5. infr. de iurisdict. c. cùm sit generale. & paßim, de for. comp.

De reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis. Tit. XLVIII.

QVi restituitur in integrum, sicut in damno morari non debet, cuius nomine restituitur [a], ita nec in lucro [b]: propter quod consequendum nulla datur restitutio, quæ prius ius redintegrat [c], nõ addit nouum [d]. Quicquid igitur hac occasione ad restitutum peruenit, restituere debet, quatenus

a l. 2. in fin. h. tit.
b l. uerũ. 11. §. 3. & paßim, de minor.
c l. j. h. t. c. j. ubi gl. eo.
d l. 2. 5. in quib. caus. rest.
e l. quòd si. 24. §. Scæuol. 2. de minor.

BIU Cujas

a l.quod si minor.24.§. restitutio.4.l.patri.27. §.1. cod.gloss.hîc uerb. restituere.ad l.unic.hoc tit.
b l.unic.in fi.h.t.
c gl.ult.hîc,l.j.§.an in pupillum.de poss.
d c.pro possessore.de reg. iur.
e l.qui dolo.174.de reg. iur.
f l.unic.h.t.
g l.alterius.de tutel.et rat. distraben.glo.hîc,uerb. debet restitui.

nus est locupletior [a], aut dolo quid eius factum est [b]: quia paria sunt, locupletiorem esse, & in dolo hærere [c], qui pro possessore dolosum haberi facit [d]: quia pro possessore dolus est [e]. Sed & in ueterem debitorem restituitur actio [f]: & quod ad tertium hinc peruenit, reddendum est [g].

Etiam per Procur. causam in integrum Restitutionis agi posse. Tit. XLIX.

CAusæ criminales per procuratorem nõ rectè peraguntur [a], uelut ciuiles [b]. Eiusmodi restitutionis est causa [c]: igitur per procuratorem agi potest [d], cui nominatim id sit mandatum [e]: hoc est, qui speciale ad id mandatum habeat [f]. cui etiam causam restitutionis inseri uult Bar. g Est enim remedium extraordinarium [h], quod non uenit in mandatum generale [i]: nisi quibusdam eius generis expressis & subiecta clausula generali super similibus [k]: & præterquam si incidenter petatur ab eo, qui generale mandatũ habet [l]: aut nisi petatur per tutorem, œconomum, similesq; administratores [m], qui speciali mandato non habent opus [n].

a l.ult.sup.de procur.l.ultim.infr.de iniur.l.pen. §.j.de pub.iud.
b tot.tit.ff.& C. de proc.
c l.Papin.20. de min.
d l.unic.hoc tit.latè Mauric. tract. de in integ. rest. c. 22. 23.24.cum seq.
e l.illud.25.§.1.eo.
f d.l.illud.25.§.si talis.1. de minoribus,l.Pomponius. in principales. de procur. c. coram. c.sciscitata. ubi gloss. eo. Maur.d.tract.rest. c. 23.24.
SVSPICIO, † quemadmodum notum est, significat coniecturam seu incertam noticiam: & solet distingui ab opinione, quòd hæc nitatur probabili aliqua ratione, & penè fidem faciat: illa uerò nequaquam. Suspicio, inquit Bald. est passio animi, non elicientis certam conclusionem [a]. Sed rectius Bart. & significantius, suspicionem ab opinione & reliquis coniecturis distinguit [b]: nam suspicionem ponit in primo gradu ad fidem & probationem faciendam destinato [c], ut sit leue argumentum, quo animus iudicantis commouetur ad aliquid existimandum, non tamen à dubitatione remouet. Opinionem uerò constituit in gradu secundo, in quem ex suspicione quasi sit transitus, firmioribus accedentibus argumentis, quæ quidem plenam fidem non faciant, sed tamen omnem eximant ferè dubitationem [d]. Atque ita quidem propriè suspicio sumitur, quanquam in hac materia & alijs sæpè hoc discrimen confundatur: & † triplex constituatur suspicionis species: una temeraria, altera probabilis (quæ propriè dicitur opinio) tertia uiolenta, quæ in probationem incidit [e], quæ in hoc tractatu omnes tres species concurrunt. Primùm enim qui accusat, affert suspicionem leuis momenti, quæ parum apud iudicem ualet initiò, quia is contrà in benigniorem partem pro tutoris fide præsumit, cum quisque præsumi à lege atque à magistratu bonus debeat, donec probetur malus [f]. Hæc autem suspicio progressu litis fit probabilior, ac transit in opinionem, & tandem in exitu facta probatione, uiolenta efficitur, ex qua iudex sententiā profert. Ab istiusmodi autē suspicione tutor uel curator suspectus dicitur. Suspectus tutor † is est, qui non ex fide tutelam gerit [g]. Alibi I.C. suspectum, inquit, eum esse putamus, qui moribus talis sit, ut meritò pro suspecto haberi possit [h]. De suspecto autem tutore sciendum est, duplici modo cognosci, uno ordinariè, per accusationem, uel actionem, uel exceptionē: altero uerò extra ordinem officio iudicis nobili, cum uidelicet per uiam inquisitionis citra accusatorem iudex de suspecto tutore cognoscit [i]: penes quem ipsa fama uicem accusatoris

1
2
3

a in rub.C.de probatio.
b in l.admonendi.nu.21.de iureiur.
c l.in lege.ad l.Aquiliam, l.absentem.5.de pœnis.
d l.3.§.eiusdem.de testib. l.j.de quæstio.
e c.dixit,32.q.j.ubi gloss.& Dd.
f ut dixi ad tit.de probat.& præsump.Parat.
g §.3.hoc tit.
h l.suspectum.8.eod.
i l.j.l.3.§.præterea.& §.si tutor.ff.eod.

BIU Cujas

4 cusatoris supplet [a]. Accusatio † autem ab actione differt, quamuis in hac materia passim & promiscuè aliàs accusatio appelletur [b], aliàs uerò actio [c]. Accusatio propriè est, cum de crimine tutoris quæritur [d], isq; non modò petitur remoueri, sed etiam puniri [e]: actio uerò propriè dicitur, cum nõ de crimine quæritur, sed de culpa, negligentia, paupertate, &c. [f] Quanquam etiam hæc quadamtenus est accusatio: primò, quia nihil petit applicari agenti, sed tantummodò postulat remoueri tutorem. Est autẽ genus pœnæ ab ordine uel officio remoueri [g]. Et hæc propria nota est, qua actiones ab accusationib. distinguuntur, quod in illis petitur aliquid ab agente [h], in his uerò actor sibi nihil postulet, sed aut pœnam fisco applicari, aut reo infligi petat [i]. Secundò, quod hæc actio non sit priuata, sicut iniuriarum [k], sed popularis, & quasi publica accusatio, quia pupillorum causa, quorũ hîc fauor uertitur, est publica & communis [l]. Non est igitur necesse subtile discrimen inter actionẽ & accusationem suspecti constituere: quæ sit nobis actio seu accusatio de suspecto, uel actio criminalis priuati iudicij (nõ enim est publicum, sed quasi publicum) popularis, ex lege 12. tabularum descendens, qua tutor ueluti suspectus accusatur, & ob suspicionem à tutela remoueri petitur. Dico esse criminalem, quia in ea uel de crimine uel quasi crimine, & de pœna reo infligenda quæritur. Dico esse priuati iudicij, quia publicum iudicium nõ esse ex eo intelligitur, quod & procurator interuenire potest [m]: & quoniam agitur de pœna, quæ minor sit relegatione [n]. Dico esse popularem, quia non modò ijs datur, quorũ interest, sed etiã cuilibet agere uolenti [o].

5 Causa † efficiẽs est lex 12. quæ hac actione de tutorũ dolo quæri, eosq; amoueri pmisit [p]: De hac † olim

6 cognoscere poterat in urbe quidem Prætor, si tantùm de amotione ageretur: sin uerò de grauiore pœna præfectus urbi, (ad quem sub Augustis pertinuit cognitio criminalis [q]) in prouincijs autẽ tantummodo consul & eius legatus [r], & præses, non etiam præsidis legatus [s]. Hodie autem sicuti tutores dant omnes ordinarij magistratus: ita possunt de suspecto cognoscere, & eosdẽ remouere [t]. Accusare autem suspectos possunt omnes qui non prohibentur, quia popularis est actio [u]: etiam mulieres, quæ aliàs ab omni accusatione remouentur [x]: dum tamen non leuitate, sed pietatis intuitu ad accusationẽ ueniãt [y]. Pupillus suspectum tutorẽ suum facere non potest, quia nec rationem ab eo reposcere potest [z]: ut nec libertus patronum, & per consequens, nec filius patrem [a]. Accusari autem omnes tutores possunt, siue testamento, siue lege, siue à magistratu dati [b]: etiamsi satisdederint aut offerant: quia satius est rem pupilli à principio saluam esse, quàm dubijs cautionum tabulis inhærere [c]. Item omnes curatores de suspecto postulari possunt, nõ modò adolescentum, sed etiã furiosorum, prodigorum, Ecclesiarum, &c. [d]

i Legitimus tamen tutor, cui reuerentia maior ob sanguinis coniunctionem debetur, & à quo, ut proximo plerunq; hærede, non æquè damnum timetur, accusari hoc nomine facilè nequit, sed potius adiungendus est illi curaror [e]: nisi tanta fraus subsit, ut melius pupillo sit eum planè remoueri [f]. Quo tamen casu in factum agendum erit, ut existimationi parcatur [g]. Nam si durius agatur cum hoc, ipsi quodam-

7 modo pupillo fiet iniuria, qui per latus propinqui contumelia afficietur [h]. Materia † huius iudicij est, aut dolus, aut culpa, aut iniqua tutoris fortuna, propter quam à tutela pẽtitur ut parum idoneus amoueri [i]. Forma proponẽdæ huius actionis, ex suprà dictis intelligi potest. Quadrifariam enim de suspecto tutore quæritur: primò per accusationẽ criminalem [k]: secundò, per actionem ciuilem uel in factũ [l]: tertiò, per inquisitionem ex motu proprio iudicis, ubi accusator deest [m]: quartò incidenter & per modum exceptionis in alio iudicio [n]. Cum autem per accusationem iudicium proponitur, sciendum est omnia in libello seruanda esse, quæ in libellis accusatorijs requiruntur [o]. Quod ad formam probandam

k attinet, tenendũ est, non sufficere suspicionem allegari, sed eam probari oportere [p]. Item non necessum esse, liquidò probari crimen aut dolum tutoris, sed sufficere probari suspicionem, de his enim agitur [q]. Nec certè ea res aliter quàm per suspiciones probari potest, cum solus tutor suo arbitrio, clam arbitris alijs in administratione uersetur: ut alius nemo nisi per suspiciones eum coarguere perfidiæ non

l satis commodè plerunq; possit. Quamobrem hoc genus probationis meritò in hac causa est admittendum [r]. Probantur suspiciones ex causis gestis & circumstantijs administrationis: ut si tutor probetur aliquod delictum aut fraudem in tutela commisisse [s]: aut si ostendatur eius culpa non modò lata, sed etiam leuis, hoc est, aut negligentia magna aut mediocris, qua res pupilli delabi & corrumpi sinat [t]. Item si probentur inimicitiæ inter tutorem & pupillum, aut eius propinquos enatæ [u]: si tutor alimenta pupillo subtrahere asseratur [x], si repertorium seu inuentarium datorum & acceptorum non conficiat initio administrationis [y]: si nimis magnos sumptus aut non necessarios tutor faciat, uel res pupilli sine causa & decreto alienet, idque probari possit [z]. Item si cum collegis administrationem

n communicare nolle conuincatur [a]: si admonitus à magistratu administrationem negligat [b]: aut citatus ad se purgandum, non compareat [c]. Et generaliter, si qua causa iusta magistratum mouerit, cur non putet pupillo consultum, ut diutius tutor in administratione uersetur, poterit quasi accusatione probata,

o remotionem decernere. Pendet enim hæc tota res ut popularis, & quasi publica non tam à probatione

p accusantis, quàm ab arbitrio iudicis: qui etiam sine accusatore & iudicio, potest ex officio remouere [d].

8 Nam duplex est remouendi tutoris forma, sicut & duplex inquisitio. Finis † huius remotionis aut accusationis est, ut res pupilli salua potius maneat amoto suspecto tutore, quàm ut per actionem tutelæ, q amissa

r

a c. inquisitionis. c. cum oporteat. c. qualiter. 1. 2. de accusa. l. 2. §. si publico. de adulter. l. 1. 2. C. si seru. export. Chilian. in pract. nu. 2. 3. & alij c. de inquisit. Bart. l. 3. de off. præsid. gl. & Cano. c. ueniens. 1. de testibus, Bar. l. 1. §. idem Cornelio. de quæstionib. Hipp. cons. 50. & consil. 64. Bald. & Sal. l. eo quidẽ. C. de accus.

b in l. 1. §. ostendimus. & §. pen. ff. eo. & in l. 1. §. suspecti. ad S. C. Turp.

c d. l. 1. §. pen. l. 1. C. si tutor uel curator gess.

d l. 1. in prin. & §. 1. ff. eo.

e l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. §. tutor. qui alimenta. ff. eo.

f l. 3. §. ult. ff. eod. l. ult. C. eod. §. ult. h. t.

g l. moris. 9. ff. de pœnis, l. 6. 7. & passim, de postulan.

h §. 1. Inst. de actio.

i glos. Bart. & Dd. in l. 3. uerb. centum. de sepulcr. uiol. Bart. in l. fi. nu. 3. & 4. de priua. delict. per l. locatio. 9. §. quod illicitè. de publican. Iaf. in rub. C. de iud. num. 2. Ang. post glos. ff. in §. in summa. Instit. de iniur. Maran. in spec. aureo, par. 4. dist. 1. & dist. 3.

k l. 1. in fin. l. ult. de iniur. Bal. c. 1. §. deniq;. nu. 2. 3. quæ fuit pri. caus. benef. amit. in usib. feud. l. 3. de crim. stellion.

l in prin. h. t. l. 1. §. pen. ff. eod.

m ut tradunt Dd. Bart. in l. 1. & l. accusatore. 12. §. ad crimen. de publ. iud. per c. tuæ. de procur. & c. ex parte. de testib.

n l. 1. ff. an per alium causæ appell.

o d. l. 1. in prin. eod.

p l. 1. uers. sciendum. ff. eo. in prin. eo. h. t. quod & Cicer. lib. 3. Officiorum ostendit.

q l. 1. de offic. præf. urb.

r l. 1. §. 7. ff. eo.

s l. 1. §. suspecti. ad Turpill. t Dd. in d. l. 1. §. 3. ff. eod. u l. 1. §. pen. ff. eod. x l. de crimine. C. de accusatio. l. qui accusare. ff. eod. y l. 1. §. pen. ff. eo. z l. impuberib. 7. eod. §. 2. hoc tit. a l. 3. §. 1. ff. eod. b d. l. 1. §. ostendimus. ff. eod. c l. 5. ff. eod. l. unic. C. quando liceat unicuiq;. d l. 3. §. non tantum. ff. eod. e l. si tutor. 9. ff. eod. f l. pietatis. 6. C. eod. g d. l. 1. §. 1. in fine. ff. eod. h l. 2. & 3. de lib. causa. i §. ult. hoc tit. l. ult. C. eod. k l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. §. pen. ff. eod. l. ult. C. arb. tut. l l. 1. §. ostendimus. l. si tutor. 9. ff. eod. m l. 3. §. si tutor. & §. ult. l. 4. §. 1. h. t. n d. l. 3. §. præterea. d. l. impuberib. 2. ff. eod. o de quibus in l. libellorum. 3. ff. de accusat. ut rectè uolunt Dd. Bar. & alij in l. 1. ff. eod. p l. pietatis. 6. C. eod. l. quoties. §. qui dolo. de probat. q l. apertissimi. ubi Dd. C. de iudicijs. r l. non omnis. 6. §. à barbaris. ff. de re milita. l. quicunq;. C. de seru. fug. c. afferre. ext. de præsump. s l. 3. §. nunc uideamus. & §. Seuerus. hoc tit. t l. impuberib. 7. §. 1. hoc tit. §. 3. hoc tit. u d. l. 3. §. si tutor. x d. l. 3. l. tutor qui alimenta. hoc tit. y d. l. 3. §. pen. hoc tit. z l. in eos. ubi Bar. de tutel. a l. actus. 20. ubi Bart. de administr. tut. l. 1. ff. eod. b l. 3. C. eod. c l. unic. §. ult. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. impuberib. 7. §. ult. h. t. d d. l. 3. §. si tut. & §. ult. hoc tit.

BIU Cujas

amissa repetantur [a]. Effectus uerò quòd pendente hoc iudicio administratio tutori auferatur, usq; dum de re sit plenè cognitum [b]. Item quòd probata intentione accusantis, tutor remouetur, & quidem cum nota infamiæ, si propter dolum: absq; nota uerò, si ob culpam [c]. Affinis † autem huic accusationi maximè est, tutelæ actio: nam & in hac de dolo & culpa tutoris quæritur, & petitur res pupilli salua conseruari [d]: & damnatum tutelæ sequitur peræquè infamia [e]. In paucis tamen differunt. Nam hæc quasi popularis est, tutelæ uerò actio planè ciuilis, quæ tantum pupillo eiusq; hæredi datur. Deinde hæc accusationem sapit, quia nihil petit actori tribui, sed postulat tutorem remoueri: actio uerò tutelæ merè pecuniaria est, quoniam petit pecuniam pupillo debitam. Deinde in hac tantum de dolo & culpa quæritur, lata & leui: tutelæ uerò iudicio agitur etiam de leuissima [f]. Postremò hæc actio tantùm datur durante tutela [g]: actio uerò tutelæ non nisi ea finita [h]: ut meritò in l. 1. C. eo. dicatur hæ actiones ab Accursio & Dd. esse incompatibiles. Nam quandiu uni locus est, altera non potest agi. Affines etiam huic actioni sunt, accusationes criminales, quibus delictum tutoris petitur maiore aliqua, uel publica pœna coerceri: puta si insidiæ structæ pupillo, aut furtum commissum allegetur, & si qua sunt similia [i]. Finitur autem hæc accusatio, finita tutela [k]: etiamsi sit antea pridem incœpta [l]: non ea ratione, ut quidam arbitrantur, quia accusationes aut iniuriæ non transeunt ad hæredem: nam sic lite contestata duraret hæc actio [m], quod tamen contra est [n]: sed ideo, quoniã intentio huius actionis impleta est post tutelam finitam. Nihil enim aliud petitur, quàm ut tutor, remoueatur atq; ita finiatur eius tutela. Vt igitur solui tur omne iudicium, quando ante sententiam reus petitioni satisfacit [o]: ita & hoc iudicium finita tutela finitur, quia intentioni est satisfactũ, & eius finis habetur. Eademq; est ratio, cur hæc actio dicatur extingui mortuo tutore, uel pupillo [p]: nam & istis modis tutela finitur [q]. An autem morte accusantis eodem modo iudicium hoc soluatur? probabilius dubitari potest: sed sicut in reliquis accusationibus iudex ex officio defendere potest reum indefensum [r]: & contrà, mortuo aut impedito accusatore, iudicium criminale ex officio prosequi [s]: ita cum hæc actio sit popularis, & publicè interfit, rem pupillorũ esse saluam, totaq; hæc res sit arbitraria: arbitror mortuo accusatore posse iudicantes cognitionẽ perducere ad exitum, & ex officio quæstionem remotionis definire [t].

a l.unica, C. quando liceat unicuiq;, l. suspectus. 5. ff. eo. l. pietatis. 6. C. eo.
b l. eum. 7. C. eo. § si quis autem. h. t.
c l. 3. §. ult. ff. eo. l. ult. Cod. eo. §. suspectus. h. t.
d l. quicquid. & t. t. C. arb. tut. l. 4. ff. de tutel. & ratio. distrah.
e l. 1. in uerb. tutelæ. ff. de his qui not. infam.
f d. l. quicquid. ubi Dd. C. arb. tutel.
g l. pen. ff. eod.
h ff. de tutel. & ratio. dist.
i l. 1. §. ult. l. 3. §. tutor, qui alimenta. ff. eo.
k l. 1. C. eo.
l §. sed si. h. t. l. pen. ff. eo.
m l. unic. C. ex delict. def.
n §. sed si. h. t.
o §. ult. inf. de perpet. & temp. actio. l. si debitor. ff. de iud.
p §. 3. h. t.
q §. 1. 2. 3. quib. mo. tute. fi.
r l. si non defendatur. ff. de pœnis.
s l. 2. C. de abolitio. l. libellorum. 5. §. pen. ff. de accus. l. ult. ubi Bal. et Dd. C. si accusator uel reus mortuus fuerit.
t l. 4. §. 1. ff. eod.

De exceptionibus seu præscriptionibus.

TITVLVS XXXVI. LIBRI VIII.

1 Continuatio.
2 Exceptio quid sit.
3 Eius propria.
4 Species.
5 Causa efficiens.
6 Quinam excipere possint.
7 Materia exceptionum.
8 Forma.
9 Quando & ubi proponi debeant.
10 Quomodo probentur exceptiones.
11 Finis exceptionum.
12 Effectus.
13 Adiacentia.
14 Affinia.
15 Contraria.

POstquam † actionibus satis instruximus petitorem, sequens est, ut de exceptionibus, quæ defendendorum reorum causa comparatæ sunt, & tam actioni, quàm rei iudicatæ, atque adeò executioni possunt obijci, deinceps agamus. Exceptionem † ab excludendo dictã, inquit Vlpia, [a] utens nota improprietatis, quasi uim potius, quàm uocem ponderãs: fortasse secutus Ciceronem [b], qui Prætorijs exceptionibus ait multas excludi actiones. Nec id nouum est nostris, ut cum in l. 1. de iniur. dicitur: Contumelia dicta, à contemnendo, cum potiùs sit à contumeo: sed eo scilicet sensu, quo contemptionem alterius significat: sic exceptio, propriè ducitur ab Excipere, sed ea significatione, qua exclusionem significat. Nam inter alia significat eximere aliquid de regula, excludere, demere [c]. Quanquam igitur exceptionis nomine ueniat omnis ἐν πλάτει defensio [d]: tamen propriè solum hoc nomine notatur quod ad excludendam actionem reus obijcit [e]. Vnde aiunt, eum qui simpliciter negat, non uideri excipere [f], aut qui negat intentionẽ tenere, uel competere actionem [g], quæ exceptio intẽtionis dicitur [h]. Item statutum, aut rescriptum, auferens exceptionem, non tollere defensionem, aut iudicis imploratione [i]. Quod sanè fateor, cũ eiusmodi non modò de his, sed ne de iustis quidẽ exceptionibus intelligantur: uerùm eò ualere tantum debeant, ut friuolæ exceptiones excludantur [k]. Et huic sanè sensui congruunt exempla exceptionum hic subiecta, quæ sunt eiusmodi, ut fateantur tenere quidem actionem, sed in re proposita esse iniustam & excludendam: & congruunt huc definitiones I. C. Exceptio est quædam exclusio, quæ opponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémue (quam in conclusione libelli præscribit iudici actor [l]) deductum est [m]: seu est conditio (nam conditionaliter olim exceptiones reus proponebat [n], formulis prætor adijciebat [o]) quæ modò eximit reum damnatu, modò minuit damnationem [p]. Sed hæ definitiones congruunt tantum exceptionibus peremptorijs. At hoc titul. agitur etiã de dilatorijs [q], in Codice etiam de declinatorijs [r]: ut omnino latius debeat hîc nomen Exceptionis usurpari [s], pro omni uidelicet defensione, quam non modò

a l. 2. in prin. eod.
b lib. de Inuent. 2.
c ut Cic. in Acad. & 1. Tuscul. nihil excipit, & de Diuin. 1. excepi de antiquis præter Xenophontem neminem. ad Attic. lib. 6. per aliquẽ aliquid excipere, et 11. Nominatim aliquid excipere. Q. Frat. lib. 1. in summis laudibus unam excipere iracundiam. ad Att. lib. 11. Tum ille edixit ita, ut me exciperet nominatim: et in iudicialib. Q. Fr. lib. 1. epist. 1. nominatim excipit lex. pro Cornelio: ubi est exceptũ fœdere. pro Cluen. In emptionib. alij plura, alij pauciora excipiunt. de Inuent. 1. Asscribat ad legem, & addat exceptionem hanc. Item prætorijs exceptionibus multæ excludũtur actiones. & lib. 2. legem exceptã. de Amicitia, sine excep. 2. de de Diuina. Tacitæ exceptiones. de Finib. 2. dare exceptionem alicui. Att. lib. 6. habere rectam exceptionem, etc.
d l. defensiones. 11. C. eo. Dd. in rub. ff. & ext. eo.
e l. 2. l. antep. ff. eo.
f Bal. & Fel. in rub. eod. idem Bal. l. 1. nu. 6. C. de iur. & fac. ign. & l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss. gl. Bart. & Dd. in l. nam postea. in prin. de iureiur.
g ut in c. 1, de lit. cont. in 6.
h Soc. in rub. & in l. 1. eod.
i Bar. d. l. planè. in fi de pet. hæred. Fel. præall. loc.
k Ias. l. sed etsi. §. quæsitum. nu. 6. & 7. si quis caut. & l. pen. nu. 17. 18. C. de pact. l. 1. nu. 6. de cond. indeb. Bar. l. 1. §. 1. nu. 3. quod ui aut clàm. Spec. de renun. & de oblig. ac solut. §. 1. Hipp. sing. 96. Corset. sing. uerb. exceptio. nu. 1 Mant. sing. 1. nu. 1. Alex. cons. 1. nu. 8. uol. 6. & cons. 208. nu. 6. uol. 6.
l l. ult. C. de fid. lib. l. ut fundum. commun. diuid. c. licet. de simon. Ias. Zas. & Dd. §. 1. Inst. de act.
m l. 2. eod.
n in prin. j. tit. 1. uers. si non conuenerit.
o l. 1. fam. herc. l. 2. §. 1. l. 4. §. item. 8. §. Labeo. 14. §. si à Titio. 28. cum seq. de dol. except.
p l. exceptio. 22. eod.
q ut §. appellantur. §. ult. j. eo.
r l. ult. C. eod.
s d. l. antepen. C. eod.

BIU Cujas

modò ad actionem excludendam, sed etiam suam ad utilitatẽ, suiq; tuitionem qualemcunq; reus usurpat [a]. Arctius tamen hîc sumitur istud nomẽ, quàm in Pandectis, ubi replicationes includit [b]: hic excludit, ut patet ex titu. seq. de replicat. Quamobrem pro subiecta hic materia sic describere possumus [c]: ut sit defensio, qua certis ac iustis ex causis auxilium reo tribuitur aduersus intentionem actoris [d]. Pro-
3 pria † exceptionis, quòd sit exclusoria [e], multiplicabilis [f], perpetua [g], non modò ad 30. annos, sed in æternum [h], etiam cùm actio tantum est annalis [i]. Nam quæ annua sunt ad agendum, eadem perpetua manent ad excipiendum [k]. Cuius rei rationẽ reddit Paulus [l]: non, inquit, sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita & exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit, cum actor quidẽ in sua potestate habeat, quando utatur suo iure: is autem, cum quo agitur, non habeat potestatẽ, quando conueniatur. Nam præscriptio in odium negligentiæ non agentium introducta [m], non solet currere agere nequeuntibus [n]. Quare quando eiusmodi est exceptio, ut etiá per modũ actionis proponi possit, uelut simulationis contractus [o], nominatæ pecuniæ [p]: tum præscribetur intra legitima actionũ tempora [q]: cum hic imputari possit negligentiæ excipientis, cur non definito tempore egerit [r]. Sunt & aliæ temporales, ex ui pacti temporalis, puta ne intra quinquennium agatur [s]: uel rescripti [t]. Aliæ quoq; exceptiones sunt personales, neq; transitoriæ, hoc est, personæ cohærent, nec transeunt ad alios [u]: ut priuilegij personalis. In quantum facere possis [x]: quę nedum in fideiussorem [y], sed ne quidẽ in extraneum hæredem transit [z]. Exceptio tamen restitutionis minorum in hæredem transit [a], quia damnum familiæ est [b]: non in fideiussorem [c], ne inutilis fiat restitutio [d]: præsertim cum fideiussor sibi imputare debeat, quòd ultrò interceſserit pro minore, cuius conditionem, aut ius sciuit, uel scire debuit [e], quod perinde est [f]. Exceptio tamen Velleiani transit non solùm in hæredem [g], uerùm & in fideiussorem [h], quia totam obligationẽ senatus improbat, ut ibi dicitur: sicut & Macedoniani [i]. Aliæ uerò sunt reales, ideoq; transitoriæ, hoc est, in rem conceptæ, seu rei cohærentes [k]: quæ transeunt in hæredem [l], & fideiussorem [m]: ut rei iudicatæ, metus, doli, iurisiurandi, pacti de non petendo, interceſsionis, Macedoniani, libertatis onerandæ: de quibus est uera regula: Omnes exceptiones quæ reo competunt, fideiussori quoq;, etiá
o inuito reo, competere [n]. Debent tamen uelut positiones concludere nõ tantum secundum ueritatem,
4 uerum etiam communem opinionem [o]. Species † distribuuntur à causa efficiente, in Ciuiles [p], & Prætorias [q]. A materia, in exceptionem metus [r], doli [s], qui uel consilio, uel re ipsa committatur [t]: erroris, imprudentiæ [u], rei non traditæ [x], uel precij non soluti [y], non numeratæ pecuniæ [z]: quæ contra reliquarum naturam biennio præscribitur [a]: pacti de non petendo [b], cum qua concurrit exceptio doli [c] generalis [d], uel transactionis [e], iurisiurandi [f], rei iudicatæ [g], etiamsi alio in foro, puta Ecclesiastico sententia sit lata [h], dum tamẽ eadem nunc agatur causa [i]. His adduntur exceptiones, in quantum facere possit [k], interceſsionis ex Senatusconsulto Velleiano [l], libertatis onerandæ [m], Macedoniani [n], restitutionis in integrum [o], præiudiciales, non tantum status [p], sed etiá aliæ, quibus petitur ne præiudicium alij causæ fiat [q], præsertim maiori [r]. Rei maioris quæstio in iudiciũ deduci uidetur, cũ ea quæstio deducitur, quæ uel tota, uel aliqua ex parte cõmunis est quæstioni de re maiori [s]. A forma, exceptio alia est iusta [t], alia iniusta [u], friuola [x], præpostera, hoc est, non suo tempore opposita [y]. Item aliæ exceptiones in factum [z], (quanquam & alia ratione in factum quoq; dicantur, l. filius fam. 14. l. pen. & l. 2. §. circa. §. & generaliter. de dol. exceptio. ut earũ quatuor genera cõstituat Ang. hic in §. 1. nu. 38. hoc tit.) conditionales [a], quemadmodum etiamnũ & hodie sublatis licet formulis [b], quędá proponuntur: ut, Si feci, dico me ad meam defensionẽ feciſse: Si debui, solui [c]. Huc referri possunt & duplicationes [d], quadruplicationes, & cæteræ: nam multiplicantur nomina, quamdiu reus aut actor obijcit [e]. A fine & effectu, aliæ dilatoriæ, aliæ peremptoriæ [f]: illæ differunt, hæ perimunt actionem: unde utriq; nomen [g]: dilatoriæ, aut declinatoriæ fori [h], quæ & præscriptiones [i]: quanquam hoc nomen alijs quoq; exceptionibus tribuatur [k], etiam peremptorijs [l], maximè tamẽ dilatorijs [m]: aut recusatoriæ iudicis, seu iudicem ut suspectum recusantes [n]: etiam ratione loci, ut quod ultra duas dietas reus euocetur [o]: uel in locum inhonestum [p], aut insolitum neq; solennem [q]: aut dilatoriæ propriè, uel ex persona agẽtis, quæ & procuratoriæ uocantur [r]: ut cum obijci-

a in prin. b.t. uerb. defendendorum reorũ gratia.
b l. 2. §. 1. eod.
c ex l. non exceptionib. 10. C. eo.
d l. 4. uerb. integras defensiones. l. si quidem. 9. l. antepen. C. eod. & c.
e l. 2. §. illud. eod.
f d. §. illud.
g l. 3. eod.
h l. si pactum. 6. uerb. sine temporis definitione. C. eo. gl. l. 3. uerb. præscriptio. C. de præscr. 30. annor. Panor. c. si autem. de rescri. Fran. Balb. de præscr. 4. part. 4. partis prin. quæst. 37.
i l. 6. 7. C. eod. l. pure. 5. §. ult. de dol. except.
k l. quæsitum. §. an ultro. de pecul.
l §. ult. d. l. 5.
m l. cum notißimi. in prin. ubi Dd. C. de præscript. 30. annor.
n l. 1. in prin. & §. 1. C. de anna. except. l. 1. de usucap. transform. d. l. cum notißimi. & paßim, C. de præscript. 30. annor. iuxta reg. Cessante ratione legis cessat lex. l. adigere. §. quamuis. de ope. liber. l. quod dictũ. de pactis.
o de qua Cæpoll. in tract. de simul. contract.
p Bal. Sal. & cõmuniter Dd. l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. Fel. in c. si cautio. nu. 60. de fide instrum.
q Bal. Sal. & cõmuniter Dd. in l. 5. & 6. C. eod. per l. quæsitum. §. ult. de pecul. Bal. l. sicut. nu. 12.

C. de præscrip. 30. ann. r Bal. d. l. sicut. Fr. Balb. tract. præscr. 4. part. 4. partis prin. quæst. 37. nu. 3. s l. 3. in fin. eo. t l. ult. C. qui bon. ced. possid. §. appellantur. b.t. l. 2. C. de precibus Imp. offer. ubi Dd. u l. exceptiones. 7. eo. x §. ult. j. tit. 1. iunct. §. ult. sup. de act. y d. l. exceptiones. l. quod dictum. l. si fideiussor. de pact. z l. maritum. 12. cum l. seq. ff. sol. matr. a l. 3. §. pen. l. minor. 18. § fin. cum l. seq. de minor. b Castr. & Dd. d. l. 1. 2. C. de fideiuss. minor. c d. l. 1. 2. C. de fideiuss. minor. d. l. exceptiones. in fin. eod. d l. sed si pater. 9. §. non solum. 3. de min. e l. qui cum alio. de reg. iur. f l. quod te. si cert. petat. l. quisquis. C. de rescin. uend. ubi gl. g l. hæ actiones. 10. de senatusc. Velleian. h l. exceptionẽ. 7. §. 1. eod. l. si mulier. 16. §. 1. ad senatusc. Velleian. i d. l. exceptiones. 7. §. 1. l. sed si paterfamilias. 9. §. non solum. 3. l. 7. §. quanquam. de senatusc. Maced. l. pen. C. eo. k l. exceptiones. 7. §. 1. eo. l. si fideiussor. l. quod dictum. de pact. l l. exceptio. 28. de excep. rei iud. m d. l. exceptiones. §. 1. d. l. si fideiussor. d. §. ult. j. tit. 1. n l. omnes. 19. ff. eo. o Ias. l. 1. nu. 3. C. de testa. p §. aliqui. b.t. q d. §. alioqui. Cic. lib. 2. de Inuent. r in prin. b.t.t. quod met. caus. ff. & C. & de except. doli & metus. l. exceptiones. 7. eo. s in prin. b.t.t. de dol. excep. t.t. de dolo malo. l. in pupillo. 4. l. 3. l. si rem. 6. l. exceptiones. 7. eo. tit. ff. de excep. l. 1. 4. eo. t l. si quis cum aliter. de uerb. oblig. u in prin. b.t. l. Iulianus. de dol. excep. x l. exceptiones. 20. eo. y l. Iulianus. 13. §. offerri. de act. empt. z l. qui pecuniam. si cert. petat. §. idem iuris. b.t. a Dyn. in c. locupletari. 48. nu. 7. de reg. iur. in 6. b l. 3. eo. §. præterea debitor. b.t. l. si unus. §. pactus. de pactis. l. 4. ubi Ias. & Dd. C. de pact. in prin. j. tit. 1. c l. 6. C. eo. d l. 1. cum seq. de dol. excep. e l. 3. C. eo. l. 1. C. de transact. l. qui cum tutorib. ff. eo. f l. 2. & 5. de iureiur. §. æquè. b.t. l. is qui. 5. l. excep. 7. l. ult. eo. g §. item. b.t.t. de excep. rei iud. l. 3. l. excep. 7. l. Modestinus. 10. eo. l. 2. C. eo. h c. 2. eo. in 6. i c. aduersario. 13. eo. l. 5. 7. 11. cum multis seq. de excep. rei iud. k l. excep. 7. eo. l d. l. excep. 7. m d. l. excep. 7. l. 1. & t.t. quar. rer. act. non detur. n d. l. excep. 7. eo. o d. l. excep. p de quib. in §. præiudiciales. Inst. de act. q l. generaliter. 12. l. si post litem. 13. l. fundum. 16. cum ll. seq. l. 1. fam. erc. r l. ult. C. de ord. iud. l. per minorem. de iud. l. rei. 21. eo. s l. rei. 21. eo. t in prin. j. tit. 1. u in prin. j. tit. 1. l. 3. l. pen. C. eo. x Bar. l. 1. §. 1. num. 3. quod ui aut clàm. Spe. de renun. in prin. y l. pen. C. eo. z l. 4. §. aduersus. 15. de dol. excep. a l. antepen. eo. tt. ff. b l. 1. 2. C. de form. fubla. c Dyn. c. exceptionem. 63. in fi. de reg. iur. in 6. per l. siquidem. C. de excep. d §. 1. j. tit. pri. e l. 2. §. illud. 2. eo. f §. appellantur. b.t. l. 2. §. ult. l. 3. eo. g l. 2. §. ult. eod. h ut l. 2. de iud. & ext. de for. comp. i l. ult. C. eo. k ut in inscript. C. de except. seu præscr. l. 3. de præuaric. l l. præscriptionẽ. 8. C. de excep. l. qui agentis. 11. l. pen. eod. l. 2. C. sent. rescin. non poss. m l. pen. l. ult. C. eo. n l. apertißimi. 14. C. de iud. gl. c. 4. uerb. protestatæ. eo. c. quoniam. de prob. o c. olim. 7. eo. p l. quid tamen. 21. §. sed si. 10. de recep. arb. q l. 5. 6. C. de sent. l. pen. de iust. & iur. r §. præterea. b.t.

BIU Cujas

obijcitur actori, non ei licere procuratorio nomine agere [a]: uel excommunicationis exceptio [b], aut aliud uitium repellens personam agentis [c]: ut est suspensio, amotio ab ordine [d]: uel ex re ipsa, ut pacti cõuenti de certo tempore [e]: item usitatissimæ iure Saxon. exceptiones satisdationis, & guarandæ [f]. Peremptoriæ quoque in uim dilatoriarum putantur proponi, quoties ante litem contestatam inducuntur ad impediendum litis ingressum [g]. quod respectu temporis uerum est: ante namque litem contestatam tum proponuntur ut reliquæ dilatoriæ [h]. Cæterùm respectu effectus uim suam retinẽt, quia negocium perimunt, & agentem à limine iudicij præcludunt: dummodo in continenti probentur [i]: qua probatione facta iudicãtes tali ferè forma in pronunciando solemus uti: **Darauß so vil zu befinden/das Klägern dißfals keine Klage gebüre/derwegen wird der Klager von gerichtsstande billich entbunden.** Dilatoriæ plerunque temporales sunt, neq; semper locum habent, sed uitari possunt [k]: ut procuratoria [l]: peremptoriæ uerò sunt perpetuæ, semper locum habent, nec euitari possunt: qualis est doli mali, & rei iudicatæ, & si quid contra leges, S. C. factum esse dicetur [m], item pacti conuenti perpetui, id est, ne omnino petenda petatur [n], quæ putatur etiam esse litis finitiæ [o]. Causa † efficiens lex [p], Senatusconsultum [q], Edictum [r]. Impulsiua æquitas [s], de qua Paul. in l. exceptiones. 20. eodem: Omnes, inquit, exceptiones opponuntur, aut quia factum sit, quod fieri oportet, ex quo datur exceptio rei iudicatę [t], item rei uenditę, neq; traditæ [u]: aut quia factum sit, quod fieri non oportuit: unde exceptio doli, quæ dolosо prodesse, alteri obesse non debet [x]: aut quia factum non sit, quod fieri debuit: ut bonorum possessiones non datę [y], quia nimirum intra legitima tempora petita non sit [z]. Cum autem æquitas eiusmodi sit naturalis [a], inde nostri referunt exceptiones ad ius gentium, & naturæ [b]. Causa sine qua non, actio: quæ nisi competat, nulla datur exceptio [c]: cum nulla subsit actio quam excludat [d]. Priuatio enim habitum præsupponit [e]. Sed neque necessaria est exceptio, nisi actor intentionem implerit [f]. Excipere autem est reorum [g]: nec enim actoribus exceptiones dantur [h], sed replicationes [i]: & latius patet excipiendi facultas, quàm agendi. Non enim pauci prohibentur agere, quibus tamen permittitur excipere [k]: cum sit species quædam defensionis [l], ex iure naturali omnibus concessa [m]. Reales porrò dantur non modò authori [n], & eiusdem successori [o]: sed etiam fideiussori [p]: quod secus est in personalibus [q]. Dantur & patri, cui filius quæsiuit, uel cuius nomine iurauit [r]. Et † in summa admonendi sumus multos arceri actione, qui non 6
uetantur excipere [s]: ut excommunicatus non potest agere uel reconuenire [t], at bene excipere, & se defendere [u]. Non tamen contrà, qui prohibetur excipere, posse agere [x]. Item qui agere potest, eum multò magis excipere posse [y]. Imò quæ sunt ad agendum annua uel temporalia, sunt ad excipiendum perpetua [z]. Non tamen datur exceptio contra personam agentis ei, qui eodem quo actor uitio laborat [a]. quod uerum est, cum utrinq; idem ualet ac operatur propter terminos eosdem: secus, si non sit eadem correlatiuorum ratio, ut si reus obijciat actori exceptionem excommunicationis, periurij, &c. propter quod agere non possit: non proderit actori replicando eadem reo obijcere, cum hæc non repellant ab excipiendo, sicut ab agendo [b]: excepta appellationis causa [c], quia hæc indistinctè quædã est defensio [d], quæ nulli propter excommunicationem auferri debet [e]. Datur autem exceptio aduersus actores [f], eorumq; hæredes [g], aut successores etiam singulares, ut legatarios [h]. Materia † circa quam, est actio [i], etiãsi 7
ex instrumento guarentigionato agatur. Nam licet hoc paratam habeat executionẽ non admissa exceptione, sicut etiam in his terris ordinatũ est, ut non admittatur exceptio **wider sigel vnd brieff**: tñ hoc intelligendũ est, quando agitur ad executionẽ ex instrumento, non etiã quoties ordinaria actio proponitur, & instrumentũ in uim probationis inducitur: nam tunc ut in alijs iudicijs omnibus exceptionib. erit locus [k]. Si uerò nõ agatur ex instrumẽto, sed petatur simpliciter ex illo uelut cõfessæ liquidæq; debitionis executio: tum his in terris habet instrumentũ, ut loquũtur, executionẽ in dorso nõ admissa exceptione ex Principis ordinatione sub. tit. **verſatzte brieff vñ sigel**. cuiusmodi statutum ualet [l]: strictè tamẽ interpretandũ est [m], quoniã iuri cõmuni est contrariũ: quo iure instrumentũ non habet executionẽ paratã [n]: aliquæ tñ exceptiones cõtra instrumentũ opponi possunt. scilicet quæ in executione rectè opponuntur: ut falsitatis [o], rasuræ, uel cancellationis [p], defectus solennium [q], turpis causa ex qua promissum sit, ut & ipsa prouincialis constitutio indicat: cæterùm exceptio causæ unde debeatur & quæ obligationẽ pariat, deficiẽtis, ut nõ expressæ, uel nullæ, quæ aliàs instrumẽto rectè obijcitur [r], non potest tali guarentigionatæ scripturæ commodũ opponi [s]: sicut nec iure cõmuni liberatoriæ [t], aut etiam obligatoriæ, saltem inter mercatores [u]. Obijciuntur his etiam exceptio solutionis [x], ac quæ huic comparantur, transactionis [y], nouationis [z]: deniq; cuiuslibet liberationis, quæ omnes solutionis nomine continentur,

a §. pen. cum seq. h. t. l. 3. §. ult. l. 3. in fin. eo.
b c. 2. c. 5. c. dilecti. c. dilecte. 10. eo. c. 1. eo. in 6.
c c. dilecti. eod.
d c. apostolicæ. 9. eod.
e § appellantur. h. t. l. 3. eod.
f de quib. Chil. Term. & alij in sua practica. vom vorstandt, von der gewehr.
g c. 1. de lit. contest. in 6. la tiß. Blanc. tract. de com promiss. part. 4. de except. imped.
h l. ult. C. eo. l. ita. 13. C. de procur.
i Bart. l. ult. num. 3. ff. pro suo. Ias. post Bar. l. nam postea. n. 16. 17. in princ. de iureiur. Bal. & Doctores l. ult. C. de edict. diui Adrian. toll. Geminian. Phil. Franc. nu. 8. in c. 1. de litis contestat. in 6.
k l. 3. uersicul. temporales. eod.
l d. l. 3. in fin.
m d. l. 5. in prin. ut l. iuris gentium. 7. §. ait. 3. de pact. l. pacta. 6. C. eo. tt.
n d. l. 3. uers. 1.
o Ias. & Dd. in l. 4. C. de pact. Blanc. d. tract. de compromiss. part. 4. de excep. imped.
p §. alioqui. h. t.
q l. qui exceptionem. de cond. indeb.
r d. §. alioqui. & tot. tt. de do. excep.
s §. idem. uersicu. sed quia iniquum est. hoc tit. l. 1. §. 1. de dol. except. Ias. l. huiusmodi. §. si cui. nu. 1. de lega. 1.
t l. exceptiones. 20. eod.
u de qua titulo de except. rei uend.
x l. 4. l. 11. & passim, de dol. except.
y d. l. exceptiones. 20.
z l. 2. l. 4. C. qui admitti.
a §. thesauros. §. per traditionem. supr. de rer. diuis. l. nam hoc. 14. de condiction. indeb.
b in rubr. ff. & eẽ. eo. & Ang. hic in princ. nu. 9. & 10.
c l. pure. 5. §. ult. de dol. except.
d l. 2. §. 1. & 2. ff. eod.
e l. nam & 7. de iniust. rupt. test. l. decem. de uerb. oblig.
f l. si quidem. 9. C. eod.
g l. 1. 2. & passim, eo. l. in exceptionib. 14. de probat. in princip.
h l. non exceptionib. 10. C. de except.
i d. l. non exceptionib. l. 2. eo.
k c. dilecti, de except, c. intelleximus. de iud.
l d. l. antepen. d. c. dilecti. 8.
m l. 3. ubi Dd. præsertim Salomonius, ff. de iust. & iur. l. 4. & passim, ad l. Aquil. l. 1. §. cum arietes. si quad. pauper. feciss. dicatur.
n l. exceptiones. 7. in fi. eo.
o l. si à te. §. Iulianus. l. exceptio. 28. de except. rei iud. l. aliud. l. in his. §. 1. de reg. iur.
p l. exceptiones. 7. l. omnes. 19. eo. §. ult. ẽ tit. 1.
q d. l. exceptiones. 7. d. §. ult. ẽ tit. 1.
r l. ult. eo.
s c. dilecti. 8. de except. c. intelligimus. de iud.
t c. 1. eo. in 6. c. 5. 8. 10. eod.
u c. cum inter. 6. eod.
x l. non debet. de regu. iur.
y l. 1. §. is autem. 4. uer. nam cui damus. de superficiebus, c. qui ad agendum. de reg. iur. in 6.
z l. quæsitum. §. an ultro, de pecul.
a c. 2. & 3. eod.
b c. dilecti. 8. eod.
c c. significauerunt. 11. c. ult. eo.
d d. c. significauerunt. Ant. de S. Georg. in rub. de appell. in princ. num. 70.
e c. 5. c. dilecti. 8. c. significauerunt. eod.
f l. 2. eo.
g l. si rem. 6. eo. l. 1. l. 2. C. eo.
h d. l. si rem. 6. eo.
i l. 2. §. 1. cum seq. ff. eo.
k Soc. consil. 51. præstantißime. num. 1. uol. 1.
l Feli. Dec. & Dd. l. c. cum te. 2. de off. deleg.
m Soc. consil. 51. præstantißime. num. 2. cum multis seqq. uol. 1.
n Ruin. consil. 164. nu. 7. lib. 4. per l. minor 25. annis cui fideicom. de minorib. adde text. in l. unic. ubi dixi, C. de plus petit. Ang. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. & in l. ait prætor. §. 1. de re iud.
o Dec. c. ex parte. 2. de off. deleg.
p Ias. l. ult. nu. 5. C. de edict. diui Adria. toll.
q Decis. Neapol. 283. nu. 11. Dec. d. c. ex parte. fall. 2.
r c. si cautio. eẽ. de fid. instru. l. 2. §. circa. ubi Dd. de except. doli.
s Dec. cons. 682. nu. 3. & 4.
t Ias. l. creditori. num. 2. C. de pact. Dd. l. tale pactum. 41. in prin. ff. eo.
u Ias. l. qui pecuniam. num. 6. ubi addit, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ inter hos attendi, ff. si cert. pet. Felin. & Dd. d. c. si cautio.
x Dec. d. c. ex part. fall. 25.
y c. 1. de transact.
z §. præterea. sup. quib. mo. toll. obl.

BIU Cujas

nentur [a], simulationis [b], quanquam in ea distinguant [c]: denique quælibet exceptio, quæ solennitatem & ualorem instrumenti annihilat, atq; ita causam qua se fundat statutum euacuat [d]. Moribus tamen nostris difficulter admittitur aliqua contra tale instrumentum præter exceptionem solutionis, aut liberationis, item nullitatis, ac falsitatis instrumenti, quæ tum etiam in continenti probari debet, per instrumentum, confessionem, &c. [e] aut cum longissimè intra 15. dies [f], quos indulgere malim quàm triduum ex l. ult. C. de error. aduoc. quæ loqui (mihi quidem) uidetur de triduo non probationis, sed appellationis: quod in causa aliena olim triduum erat [g]. Quod si uerò altiorem requirant indaginẽ, fit illis reiectis executio, & exceptiones per modum actionis proponendæ reseruantur [h]. Materia ex qua, ius cuiusq; proprium fluens & debitũ ex obligatione uel simili causa [i]: etiã ex tempore, loco, personis alijsq;
8 circumstantijs [k]: non ius alienũ, quia nemini de iure tertij datur exceptio [l]. Forma, † ut exceptio proponatur à reo [m]. Nec enim iudex supplet [n], nisi ex actis appareat [o]: ut si ex libello agentis appareat præscriptam esse iniuriarum, uel similem actionẽ temporalem [p]: quo casu nedum in ciuilibus supplere potest iudex [q]: (ac mea sententia debet, cum acta faciant notorium [r]:) sed etiam criminalibus, utcunq; aliqui præter rationem dissentiant [s]: sicut nouissimè principis nostri constitutione prudenter ordinatum est [t]: quemadmodum in simili uel potius è cõtrario (contrariorum autem & correlatiuorum eadem ratio doctrinaq; [u]) quoties iudici apparet nõ competere actionem, potest agentẽ repellere in quacunque iudicij parte, etiam non opposita exceptione [x]. Proponebatur autem olim conditionaliter [y], ut ita demum condemnetur reus, si non conuenerit ne eam pecuniam petat: unde conditiones dictæ [z]. Hodie proponitur exceptio sine certa forma, uel proposita nuda facti narratione, unde ius exceptionis resultet [a]: idq; tam in scriptis quàm sine scriptis [b]. Licet aũt cuiq; uti non una tantum exceptione, sed etiam pluribus [c]: quamuis diuersis [d], atq; adeò cõtrarijs [e]. Forma proponendi exceptionem excommunica-
9 tionis extat in c. 1. eod. in 6. clem. 1. eod. unde multa ad aliarum quoq; formam trahi possunt. Quod † ad circumstantiam loci & temporis attinet, exceptio proponenda est ad acta in loco iudicij [f]: aut saltem eò à iudice redigi debet [g]. Et quoties de delicto excipitur, etiam locus & tempus cõmissi delicti exprimendum est [h], sicut in actionibus [i]. Sed ante actionem proponi num poterit exceptio? Non uidetur, quum illius sit exclusio [k]. Sed ab hac regula casus necessitatis excipitur, ut si extrahat dolosè actionem actor, usq; dum reus abfuturus est. Potest enim adire iudicem, & ei suam exceptionẽ indicare, petereq; uti cogat actorem intra certum tempus experiri pòst non audiendum [l]. Declinatoriæ porrò proponi debent initio litis [m], non modò ante litis contestationem, sed ante reliquas exceptiones omnes [n]. Alioqui uidebitur in iudicem reus consensisse [o]: quemadmodum & exceptio recusationis qua iudex ut suspectus recusatur [p]. Dilatoriæ ante litis contestationem [q]. quod intelligo de dilatorijs respectu personarum ad dilationẽ processus attinentibus [r]. Nam dilatoriæ intentionis, & rei petitæ uidentur ad merita causæ & ita post litem contestatam proponi posse [s]. Aduocatus qui dilatoriam inter exordia litis prætermissam uult exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus (fortè per interlocutoriam iudicis uel præceptũ [t]) si nihilominus perseueret & præposteræ defensioni institerit, unius libræ auri condemnatione mulctatur [u]. Quoniã uerò malitiosè nonnunquam per dilatorias causæ prorogantur, ideo iudex assignare solet terminũ ad omnes dilatorias proponẽdas, intra quem omnes allegandæ sunt: aut certè si aliquæ prius, & ante reliquas excutiẽdæ, ut declinatoria, recusatoria, cæterę nominãdæ, & protestatione cõseruandæ sunt, salua tali & tali exceptione [x]: post quẽ terminũ aliæ id genus deinceps non audiũtur, nisi de nouo emergentes [y]: aut quas ante cõpetentes iuret excipiẽs, iam primũ ad sui notitiã peruenisse [z]: aut nisi quæ reddere possint processum retro nullũ [a]. Excõmunicationis tñ exceptio pòst opponi potest [b], refusis agẽti expẽsis, si reus malitiosè distulerit [c]. Nã tã peremptoriè quã dilatoriè propo
s nitur [d]. Peremptoria uerò potest opponi & probari quandocunq; ante sententiã [e]. Apparet tamẽ olim initio solere proponi contestando, quòd ea reus uti uellet si actorem implere intentionem contingeret [f]: pòst uerò probari, quàm actor intentionem impleuisset [g]. Post sententiã, hoc est, rem iudicatam (nam in causa appellationis licet proponere peremptorias [h], non dilatorias omissas [i]) nunquam licet excipere [k], nisi in casu c. apostolicæ. 9. ext. eod. & excõmunicationis [l]: item nisi exceptione falsi [m], nullitatis [n], & similibus, quæ processum reddũt retrò nullũ [o]. Eoq; & post rem iudicatã in executione opponi possunt [p]: sicut & illæ quæ sententiã non impugnãt, sed modificant, ut exceptio priuilegij in quantũ facere potest,

a Corn. cons. 111. uol. 4.
b Fel. in 12. fallen. & Dec. in 12. d. c. ex parte.
c Bal. l. 1. C. plus ualere. Panor. c. item cum quis. nu. 7. de rest. spol.
d Dec. in 2. fall. ac Dd. d. c. ex par. 2. de off. deleg.
e Mar. Spec. aur. parte 6. memb. 9. uerb. except.
f c. 1. de rest. spol. in 6.
g l. 1. quãdo & intra quæ tempora.
h ex doctrina Bar. et Dd. l. ult. pro suo, l. nam postea. ubi Iaſ. de iureiur. c. 1. de lit. contest. in 6. ubi Phil. Franc. Gemin. & Dd.
i §. 1. 2. h. t.
k §. appellantur. ĩ. eo. l. 2. §. ult. l. 3. ff. eo.
l l. loci. §. competit. si seruus uend. l. si quis. §. 1. C. de præscrip. 30. ann. Bart. Castr. & alij in l. 1. de re iudic. & d. §. competit. Spec. de emphyt. nu. 83.
m l. 2. eo. cum simil.
n l. un. ubi Castr. nu. 4. C. ut quæ des. aduoc.
o Ang. §. 1. nu. 20. 22. h. t. Boer. decis. 344.
p Boer. præall. loc. Pan. et Dd. c. ad aures. in ult. no tab. de præscr.
q Mynſ. obſ. 38. cent. 3.
r Soc. l. 1. nu. 5. de except. Iaſ. l. eius qui. n. 3. ſi certa peta. Soci. latè conſ. 96. uol. 4. ubi diſputat, an eodem modo faciant notorium in ſummarijs.
s Boer. præall. loc. Mynſ. obſ. 35. cent. 4. & Bar. in l. eum qui. §. ita ſtipulatus. de uerb. obl. Guid. Pap. deciſ. 221.
t part. 1. conſt. 25.
u l. ult. C. de ind. uid. toll. l. 2. de his qui ſunt ſui uel alien. iur.

